

IOANNIS
A TVRRE CREMATA
ORDINIS PRAEDICATORVM
SABINENSIS EPISCOPI

AC S. R. E. PRÆSBITERI CARDINALIS doctorisq; eminentissimi, iuris pontificij ac sacrosanctæ theologiæ interpretis accuratissimi.

IN GRATIANI DECRETORVM PRIMAM DOCTISSIMI COMMENTARII.

Tomus Primus.

Quid verò hac postrema nostra editione præstiterimus vt longe emendatiores alijs antehac impressis in lucem prodirent facile dignoscet qui cum veteribus exemplaribus contulerit.

Accessit præterea Index locupletissimus.



VENETIIS,
Apud Hæredem Hieronymi Scoti.

M D L X X V I I I.

REVERENDI IN CHRISTO PATRIS
DOMINI IOANNIS DE TVRRE CREMATA
ORDINIS FRATRVM PRAEDICATORVM SABINENSIS EPISCOPI,

Ac Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinales, Tituli Sanctæ Mariæ trans Tyberim vulgo dicti Cardinalis Sancti Sixti:

COMMENTARIA SVPER AVREVM DECRETVM
Domini Gratiani fœliciter incipiuntur.

a ¶ Præsbyter cardinalis. Cardinales præſbyteri habent titulos ſed nõ cardinales nõ præsbyteri. Bal. in addi. Spe. in tit. de libel: cõcep. in ver. preſbyteri. & ibi ſpecul. in § iã nũc. el. 2. poſt prin. Hoſt. in. c. ante. de elec. Et an poſſint vti ĩſignijs Epiſcopi, vi de Io. an. ĩ c. 1. de ſup. ne. pl. ĩ gl. ſi. Nec poſſũt deponi niſi cõuĩcã tur 64 teſtibus c. pſul. 2. q. 4 Nec pt q̃s ſimul eſſe eps̃ cardinalis, & p̃ sbyter cardinalis p̃po ſi. in c. 1. 23 di.

Materia libri decretorum.



SAnctiſſimo & Beatiſſimo patri
ac clementiſſimo domino. Domino Caliſto diuina prouidẽtia
ſanctæ, & vniuerſalis eccleſiæ papæ tertio humilis, & deuotus ſanctitatis tuæ ſeruus. Ioannes de turre cremata. Tituli ſanctæ Mariæ
trans Tyberim, ſanctæ Romanæ
eccleſię presbyter Cardinalis† ſan
a cti Sixti vulgo nuncupatus ſeipſum humili commendatione præmiſſa ad pedum oſcula beatorum. ¶ Cogitanti mihi beatiſſime pater, & põtifex maxime, cũ de magiſtro ſcolarum ſacri palatij ad cardinalatus apicem me diuina (vt arbitror) vocatione intelligerem ſublimatum, cũ otio, quod malorum omnium parens eſt vacandum non eſſet nec varijs ſtudijs immorãdum. Quoniam, vt ait Seneca noſter ad Lucillum. Certis ingenijs immorari, & nutriri oportet ſi volumus aliquid trahere, quod in animo fœliciter ſedeat, quibus ſtudiorum exercijs operam darẽ, quæ me, à Theologicę ſapientiæ (quam flagrantiſſimo deſiderio à iuuentute amaui, & exquiſiui) ſtudio non reuocaret, & dignitatem ipſam ampliſſimam (ad quam licet immeritus aſſumptus eram) accumulatius exornaret, & officio illius (quod in eccleſia præſtantiſſimum eſt) fructuoſius accederet. Ordo quidem reuertendiſſimorum patrum dominorum cardinaliũ ad totius reipublicæ chriſtianæ curam peragendam diuina
1 diſpoſitione inſtitutus cenſetur. † Vnde à Cardine cardinales, quoniam eorum conſilio, & prouidentia totius eccleſiæ gubernacula quaſi in cardine verſentur, & gubernẽtur.
2 † Occurrit liber aurei voluminis decretorũ à magiſtro Gratiano ex probatiſſimis ſanctorum patrum, & clariſſimorũ, doctorum ſententijs, tanquam ex lucidiſſimis Margaritis, aut ex redolentiſſimis floribus accuratiſſime ſapienterque collectus, qui liber pro admirabili eius rerũ cõtinentia, & maieſtate viſus eſt p̃ cæteris poſſe deſiderio meo plenius reſpondere. ¶ Ttractatur quidem in hoc libro de altiſſimis ſummiſque theologiæ apicibus. Hic. n. de ſumma, adorandaque trinitate perſonarum, & varijs appropriatis earum, de conſe. d. 3. c. vlt. Hic de proceſſione ſpiritus ſancti, q̃ à patre, & filio ſimul ęternaliter procedat. de conſec. d. vlt. c. vl. Hic de infallibilitate diuinæ præſcientiæ, & prædeſtinationis 23. q. 4. c. obtineri, & duobus ſequẽ. Hic de ſingulis fidei noſtrę articulis, q̃d vnuſquiſq; Ortodoxus firmiter credere debeat d. 23. c. q̃ epiſcopus. Hic decreatione, & ſublimitate naturæ angelicæ, & miris cœleſtiũ Hierarchiarũ ordinibus de pe. d. 2. ante fi. Hic de nobilitate hoĩs, & eius formatione ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ Dei, ac de lugubri eius, caſu, de pæ. diſt. 2. §. romanus. Hic de ineffabili diuini incarnationis myſterio. d. 56. c. naſci. Hic de paſſione Chriſti, qualiter per vnã eãdẽq; mortis paſſionẽ ſemel ſaluauit mũdũ, de cõſe. di. 2. c. iteratur. Hic de ſeptem ſacramentis, quæ languentiũ animarum medicamenta ſalubria prædicantur. De baptiſmo quidem de conſe. di. 4. per totum. De ſacramento confirmationis. de conſe. d. 5. c. 1. 2. & 3. De admirabili euchariſtiæ ſacramento de conſe. diſt. 2. per totum de ſacramento ordinis fere ad diſt. 60. vſque ad finem diſtinctionum. De ſacramento extremæ vnctionis. di. 95. c. illum. De ſacramẽto pœnitentiæ in tractatu de pęnitentia. De ſacramẽto matrimonij à 27. cauſa vſque ad tractatum de conſecratione. Amplius oẽs quaſi hiſtorias bibliæ memoratu vtiles hic repetitas inuenimus. ¶ Cæterum in hoc decretorum libro de virtutibus theologicis ampliſsime pertractatur. Et quid plura. Vniuerſa plane theologicæ ſapientiæ dogmata (quæ ad fidem catholicam nutriendam fouendam, defendendãque pertinent, & ad hæreticorum confutandos errores) in hoc aureo decretorum volumine magna ex parte continẽtur. Præterea tota ferre philoſophia moralis in hoc libro centineri, videtur cum de omnibus virtutibus (quæ ad omnium Chriſtianæ religionis ſtatum componendos, exornandoſque mores ſpectant) copioſè loquatur. continent inſuper canones tam apoſtolorum, quam ſanctorum patrũ in ſacris concilijs editos, & decreta ſummorum pontificũ & autoritates ſanctorum doctorum, in quibus docetur, quid religioni conueniat, quid diſciplinæ congruat quid ſaluti proficiat, omnique conditioni hominum regulam vitæ tribuat, & diſciplinæ. Ita vt omne quod ad ſalutem hominum pertineat, & ad eccleſiæ beatum, regimen in hoc libro tanquam in theſauro quodam ſapientiæ, & ſcientiæ contineatur. Hæc profecto admirabilis huius libri amplitudo accommodatiſſimæ doctrinæ, rerumque contentarum Veneranda maieſtas ad eius ſtudium pariter, & amorem animum meum inflexit. Verum beatiſſime pater, & clementiſſime dòmine cum iuxta rerum contentarum in hoc aureo decretorum volumine excellentiã maieſtatemque doctores, qui officio illud explanandi perfuncti ſunt, quos ego legere potui, multis ĩ locis minus ſufficienter, aut etiam quandoque iudicio meo nec vere interpretati ſunt, ad ſcribendum aliquid ſuper eo (maxime vbi theologica magis, quã iuridica materia decurrit iuxta clariſſimorũ theologorũ, ac Philoſophorũ ſententias) multorũ amicorũ precibus inuitatus animũ inclinaui, licet imperitię meę memor, & infirmitatũ frequentiũ cognoſcere meis viribus maiora tentarẽ. Sed ſperans in Deo adiutore noſtro, qui cathedrã tenẽs in cęlis corda hoĩm docet in terris onus ipſum ſubij, ad q̃ inter ea, quæ iam dicta ſunt plura me induxerũt. Primo, vt lucerna ſplendida multiformis ſapientiæ in hoc aureo decretorum volumine cõtenta, quę ob penuriã ſufficientis explanationis videbatur ſub modio quaſi poſita, pleniori interpretatione illuſtrata, quaſi in excelſo candelabro colorata plenius, ſplendiuſq; luceret oĩb. qui in domo Dei ſunt. Secundo deſiderio proficiendi pluribus, quum ſciam, q̃ nemo naſcitur ſibi ſoli, cupio cum Seneca noſtro in quadã epiſtola. Oĩa, quæ ſcio in alium tranſfundere, & in hoc gaudeo aliquid diſcere, vt doceam, maxime cum certus ſim hos meos labores plurimam, vbertatem allaturos ſtudere cupientbus in hoc aureo volumine decretorum. ¶ Inuitauit me præterea, & me lætiſſimum ad hãc ſubeundam prouinciã traxit, præmiũ b ipſum multiplex, quod laborantibus in vinea dñi diuinæ liberalitatis diſpẽſatio cõſtituit. Primum eſt immortalis gloriæ apud ſeculũ pręſens ſecundum illud quòd ait ſapiens Sapientiæ 8. B. Habebo

Redit rõnes tres quare hoc op⁹ edi[illegible]

Prima rõ.

Secũda rõ.

Tertia rõ.

b ¶ Præmiũ. [illegible] q̃ mereẽ non debet habere diſpẽdiũ Spe in tit. inqui-ſitio. §. 1. verſi. porro.

propter hanc claritatem ad turbas,& honorem apud senio res.&.ij.C.Habebo ꝑpter hãc immortalitatẽ, & memoriã æternam his qui post me futuri sunt relinquam. Secũdum, & principale,& maximum est, vitæ æternæ adeptio, quam Dei sapientia se illucidantibus repromittit. Ecclesia. 24.C. Detractoribus autem,& subsannatoribus (si quos forsan la bor noster habiturus est) hoc tantum respondendum puta ui, quod Hieronymus super Ezech. suis respondendum in stituit, quòd nemo eos compellat, vt scribat. Verum beatis sime pater cum opus ipsum inchoassem, exordiens à distin ctionibus, & vsque ad octauam lucubrando peruenissem, videns me confectum malis ac senio, multisque laboribus fatigatum extimui metam tanti operis contingere posse. Quare dimisso, quæ conceperam, ordine, persuasusque, amicorum consilio ad scribẽdum super tertia parte Decre ti, quæ dicitur de consecratione, me contuli. Et hoc non ab surde, quia affinitate scientiæ theologicæ (quam profiteor) facilior mihi ad scribẽdum erat, quo pro ingenio meo opi tulante diuina gratia absoluto, ad explanandum tractatum de pœnitentia eadem causa inde processi, quos dictos libro quantum diuina gratia aĩum meũ illustrare dignata est, hc consummatos fere Nicolao quinto (qui in sacra pagina do ctor maximus claruit) examinandos, corrigendosque præ sentaui. Quibus ita decursis cum omnipotentis clementia (post grauissimas ægritudines, quibus laborauerã, bona valetudine donatum me sentirem) ad prosecutionem tra ctatus distinctionum, vnde longe fueram digressus, de di uinæ pietatis auxilio confisus, inexplicabili cum desiderio regressus sum. Quem iuxta ingenij mei imbecillitatem pro secutus, probabiliores doctorum sentẽtias complecti sem per conatus sum, aliquas materias intactas pertrahens, aut quia minus vtiles visæ sunt, aut quia iuristarum magis, quã theologi discussionem, expectent. Quo diuinæ gratiæ mu nere, & si laboriosissime consummato cum in eo plus iu ris humani, quam diuini materia redoleat, illud sanctita ti tuæ examinandum, corrigendumque debita cum reuerẽ tia institui offerendum, quod maxime ad te pertinet, tam pro sublimitate Apostolici throni, in quo iudex vniuersæ ecclesiæ dignissimæ sedes, quam pro magnitudine sapien tiæ tuæ, quæ profecto tanta est (maxime in his rebus in hu ius operis gremio cõtentis) vt diebus nostris lucerna vtriuś que iuris, & fons quidam sapientiæ merito censearis, vt cæ lesti dispensatione dignissime tibi videatur in fonte baptis
3 matis nomen impositum Alfonsus Boria. † Alfonsus qui dem vulgari interpretatione quasi altus fons dicitur. Boor iuxta Hieronymum in quo robur, in quo virtus interpre tatur Ioa dominus, vel dominator, vbi sapientiæ tuæ ma gnitudo, & virtutis splendor ac apostolicus dominatus (ad quem diuinitus assumptus es) apertissime designantur. Di gn[illegible]tur ergo tua beatitudo hos senectutis meæ studiorũ la bores, ac vigilias benigne suscipere, pro quibus nihil à te terreni emolumenti requirens suppliciter exposco, vt san cti. tuis orationibus a ipsi benignissimo laborum omnium locupletissimo remuneratori domino nostro Iesu Chri sto commendatus fiam, cuius pietatis dono opus ipsum hucusque perduxi. Cui sit honor, & gloria in secula seculo rum. Amen.

A'fonsus vn [illegible] atur. Vn Boria.

[illegible] Orationi [illegible] No. qđ [illegible] e est de [illegible] e diuino, [illegible] papã [illegible] illi nõ põt [illegible] d. Zaba. [illegible] ele. fin. de eele. miss.

1 *Sapientia canonica dicitur turris propter tria.*
2 *Canon græce, latinæ dicitur regula.*
3 *Regula vnde dicatur.*
4 *Canones sacrorum conciliorum quid prætendant.*
5 *Legis officium quid sit.*
7 *Præcepta iuris quæ sint.*
10 *Physica generaliter dicta quid comprehendat.*
11 *Ethica generaliter dicta quid dicatur.*
12 *Rationalis scientia quid sub se comprehendat.*
15 *Scientia subalternata, & subalternans distinguuntur specie.*
17 *Theologia dignior est quam scientia iuris canonici. Et vnde dicitur nu. 18.*
19 *Doctor iuris canonici præferendus est doctori iuris ciuilis.*
20 *Iudicare capitur multipliciter.*
21 *Homines qualiter dicantur iudicare angelos.*
23 *Libros facere dicitur quadrupliciter.*
24 *Docere dicitur quadrupliciter.*

3 *Decreta quædam dicuntur, tanquam personalia, quædam generalia.*

¶ Proemium.



Ro commendatione Libri Decretorum (quem auxiliante Christo) à quo omnis virtus, & sapientia emanat (suscepimus exponendum) visum est no bis aptissimum fundamentum iuxta no stri cognominis consonantiam illud Iu dic. 9. G. Erat turris excelsa in medio ciuitate. Duabus ma xime causis intelligimus Dei prouidẽtiam exuberãtissima charitate sua hominibus cœlestem sapientiam inspirasse. Primo quidem, vt humana mens per eam in arce quadam contemplationis erecta ad excellentiorem, firmioremque sui conditoris proueheretur notitiam, quam naturali lu mine rationis posset pertingere. Hinc traditæ sunt nobis in quit beatissimus Dionysius 1. c. cœlestis Hierar. à patre lu minum sacratissimorum eloquiorũ illuminationes, vt ho rum lumine manu ducti accessum habeamus ad ipsius diui nitatis principale lumen. Tanta quippe est conditoris no stri naturæ sublimitas, & celsitudo maiestatis, vt acies no stra quantalibet vi polleat, in ipsius lucem contuendã assur gere non valeat nisi ineffabilis sapientiæ suæ claritate subue cta. Quinimo (vt ait beatissimus Augustinus) cum homo ad supernæ lucis radium aciem mentis erigere nititur, ipsa originali cæcitate caligans sua infirmitate depressus obrui tur, dicente sapientissimo Salomone. Perscrutator maie statis opprimetur a gloria, prouerbiorum 25. D. Vnde nos (vt loquitur diuus Dionysi. primo de diuinis no.) Tantum sursum respicimus, & manu ducimur ad splendores diuinos, quantum diuinorum eloquiorum radius se nobis im mittit. Hinc illud Exod. 19. Moyses diuinæ legis suscceptu rus decreta primo in verticem montis à domino inuitatur ascendere, & tandem ad eum dominus descendisse comme moratur. Super quo beatus Grego. & habetur in glossa, ita dicit Moyses antequam ascendit in montem, & Dominus descendit ad eum Mons contemplatio est, in quam ascen dimus vt ad ea, quæ vltra infirmitatem nostram sunt videã da, sublеuemur. Sed in hanc dominus descendit, quia no bis multum proficientibus parum de se aliquid nostris sen sibus aperitur si tamẽ in isto parum vel aliquid dici potest. hæc Grego. ¶ Secundo Dei prouidentia pietatis suæ libera litate cœlestem sapientiam donauit homini, vt, quasi tutissi mo, & inexpugnabili præsidio humanæ mentis infirmitatẽ ab hostium incursibus tueretur, ac protegeret. Esa. 5. Plan tauit dominus vineam electam glo. id est ecclesiam ex om nibus gentibus, & edificauit in ea turrim id est diuinam sa pientiam, in medio eius, vt sic contra errores, & alia subo riẽtia vitia, ac omnium malorum incursus quoddam inex pugnabile præsidium illam præmuniret. Lumen enim sa pientiæ hæreses fugat, versutias perimit, occidit perfidias & virulentiam omnium extinguit errorum, vt ait Ambro sius. Quæ omnia cum veraciter conueniant scientiæ cano nicæ (quæ in hoc decretorum volumine continetur) con gruentissimẽ ei adaptatur thema propositum videlicet. Erat turris excelsa, & cætera. Turris profecto excelsa a di uina prouidentia in medio ecclesiæ ad eius tuitionem & defensionem ædificata. In quibus verbis scientia canonica in Decretorum libro maxime contenta describitur com mendabilis. ¶ Primo vt firmissima soliditate indeficientis, irrefragabilis authoritatis, cum dicitur. Erat turris. ¶ Se cundo vt nobilissima sublimitate excellentis, & admirabi lis dignitatis, cum dicitur excelsa. ¶ Tertio, vt locupletissi ma multiplicatæ affluentis, & inexplicabilis vtilitatis cũ dicitur. In media ciuitate. ¶ † Circa primum, vbi sub turris vocabulo canonum sapientia distribuitur, vt firmis sima soliditate indeficientis, & irrefragabilis authoritatis notandum quòd scientia canonica maxime in hoc decre torum contenta volumine congruentissime turris nomi ne describitur, specialiter propter tria. ¶ Primo pro pter firmitatem. Ad instar enim turris habet solidis simum fundamentum, videlicet æternam, & increa tam veritatem, siue legem æternam, à qua lex cano nica originem sumpsit, & totum prouerbiorum secũdo. A. Deus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia, & 2. Pe. 1. D. Spiritu

Dionysius.

August.

Grego.

Ambrosius.

Adaptatio thematis.

Scia canonica dr̃ turris ꝑpter tria

Prima rõ.

(Isidorus.) Spiritu.n.sancto loquuti sunt sancti homines. Et beatus Isidorus hoc ipsum 23.q.2.ait non electione proprij arbitrij, san[c]ti patres, sed potius ex scientia diuini iudicij sanxerunt. Hinc sancti canones irrefragabilis censentur autoritatis. de quorum authoritate beatus Grego. in ca. sicut dist. 55. dicit. Sicut (Grego.) sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor. Et idem profitetur Iustinianus Imperator. in aut. de ecclesiastis titulis. §. 1. Item beatissimus Dama. in c. violatores 27.q.1. Violatores canonum voluntariè grauiter à sanctis patrib. iudicantur, & à sancto spiritu (Damasus.) instinctu cuius ac dono dicati sunt damnantur & infra. Talis.n. præsumptio manifeste vnum genus, est blasphemantium spiritum sanctum, quoniam vt prælibatum est contra eum agit, cuius iussu, & gratia sancti canones editi sunt. ¶ Secundo canonica, sapientia instar turris habet compositionis suæ speciositatem. Veluti.n. materialis turris ex (Secunda ro.) multis solidis lapidibus constituit, ita liber decretorum ex multis varijsque sanctorum patrum solidissimis sententijs compaginatus consurgit. De qua aptissimè potest exponi illud Esa. 54. Sternam per ordinem lapides tuos. Lapides autem quibus turris nostra canonica constructa est sunt eminentissimæ patrum nostrum sententiæ sacri canones, & sedis apostolicæ religiosissimæ sanctiones, in hoc decretorum volumine per magistrum Gratianum conuenienti ordine dispositæ, & adunatæ, vt rectè dicere possimus illud, quod in ecclesia cantatur. Lapides pretiosi omnes muri tui, & turres Hierusalem inter, quas non immerito scientia iuris canonici computanda venit gemmis. i. splendidissimis veritatibus, & sanctorum patrum sententijs edificabuntur. ¶ Ter(Tertia ro.)tio canonica sapiētia habetur instar turris. s. rectitudinem, inobliquabilem non declinans ad dextram nec ad sinistrā.

2 †Canon.n. Græcæ. regula latinè interpretatur, vt in c. cano(3)n. d. 3. eo, quod rectè ducit. nec aliquando deorsum trahit. † Alij dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod rectè viuendi normam præbeat. vel quod distortum prauúque omne corrigat. Vnde optime huic scientiæ dirigere possumus illa verba Isidori. Tu es, quæ à recto tramite nunquā discedis. Tu es, quæ à veritate nunquam auerteris. Tu es domina pulchritudinis, speculum bonitatis. Doces nanque seruare veritatem in via, veritatem in conscientia, tu via virtutis, tu inuentrix bonorum morum, per te cunctis viuendi regula datur. Si quod distortum est, tu corrigis, si quid corrigēdum tu emēdas. ¶ Secundo principaliter scientia canonica in verbis, (Ponit secundam principalē rōnem) assumptis describitur, vt nobilissima nobilitate excellentis, & admirabilis dignitatis, cum dicitur. Excelsa. Vbi considerandum, quod sapiæ huius excellentia nobilitatis maxime ex (Prima ro.) tribus colligitur. ¶ Primo ex origine clarissima, quam habet. Emanatio.n. quædam ē legis æternæ, cum à Deo per ora sanctorum patrum inspirata creditur, vt dicere possit illud (Secunda ro.) Ecclesiastici 24. A. Ego ex ore altissimi prodij. ¶ Secundo excellētia huius nobilitatis colligitur ex parte materiæ, circa quā est. Liber n. decretorum non est contextus ex fabulis poetarum, non inanibus sophistarum vocibus, sed doctrinis, & sententijs profundissimis diuinarum, & altissimarum rerum. Tractat, quidem de excellentissimo sanctæ trinitatis mysterio docens, quòd vnus est Deus, licet tres sint personæ in diuinitate parte filius, & spiritus sanctus, de consecratione distinct. tertia cap. vlt. De singulis fidei nostræ articulis, quid vnusquisque fidelium credere debeat distin. 23. c. qui episcopus, quòd fidei symbolum in ecclesia publicè decantandum sit in cap. symbolum de consecratione dist. quarta. ¶ Cæterum tractat hæc sapientia canonica de ministerijs, & officijs diuinis, ac de ornatu sanctimoniæ, quo pollere debeant eorum administratores, & ad hoc in ipsa prima parte, quæ dicitur distinctionum. ¶ Amplius hæc sapientia tractat de negotijs ecclesiasticis docens illam recto ordine, ac iustissime diffiniri, & terminari, & hoc in parte secūda, quæ dicitur causarum. ¶ Demum tractat de sacramentis religionis christianæ, & hoc in parte tertia, quæ dicitur de consecratione. ¶ Planè materia huius scientiæ canonicæ altissima est, atque amplissima, ita vt omne, quod ad salutem fidelium vtile iudicamus, claudere videatur, vt conueniat illi, quod omni bonorum mater est. Sapientiæ septima B. ¶ Tertio excellentia huius sapientiæ canonicæ colli(Tertia ro.)gitur ex parte finis. Finis. n. ad quem hæc sapientia canonica ordinat, dirigit, atque perducit finaliter superna beati(Sapi. 6.)tudo est. secundum illud Sapiæ. Custoditio legum consumatio est incorruptionis. Incorruptio autem facit esse proximum Deo. Concupiscentia itaque sapientiæ deducet ad regnum perpetuum. Sapien. sexto. C. ¶ Tertio principaliter sapientia canonica describitur in verbis Tematis com- (Tertia principalis rō.) mendanda, vt locupletissima multiplicitate affluentis, & inexplicabilis vtilitatis cum dicitur, in media ciuitate, id est in medio ecclesiæ, quæ cum sit fidelium collectio, vt in cap. ecclesia de consecra. dist. 1. sepenumero propter vnitatem, & connexionem fidelium ad inuicem in sacra scriptura à spiritu sancto ciuitas nuncupatur, vnde psalm. 97. A Magnus dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri. gloss. id est ecclesia, & infra. In ciuitate domini virtutū, Deus fundauit eam in æternum. Augustinus 10. de ciuitate Dei. Nos, & beati vna ciuitas sumus Dei, cuius pars in nobis peregrinatur, pars in illis opitulatur. ¶ In hac media ciuitate turris excelsa canonicæ scientiæ posita multiplicē nobis confert vtilitatem in Dei ecclesia. Prima est in præsidiū (Vtilitates quas affert ista scientia. Prima vtilitas.)

4 defensionis fidei catholicæ contra hereticos. †Canones plane sacrorum conciliorum nihil aliud quam fidei catholicæ defensionem prætendunt, vt in c. canones & cap. sicut & cap. sancta Romana ecclesia d. 25. apertissime colligitur, vt merito de hac sacratissima doctrina optime dicere possim illud canonicorum quarta. B. Collum tuum sicut turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille Clypei pendent ex ea omnis armatura fortium. Quid autem aliud altissima propugnacula cum quibus ædificata est turris canonicæ sapientiæ esse dicemus, quam canones sancrorum conciliorum, & maxime illorum. de quibus in cap. sicut d. 25. videlicet Niceni, in quo peruersum Arrij dogma destruitur Constantinopolitani, in Euuomij & Macedonij error conuincitur Ephesini primi, in quo Nestorij impietas iudicatur. Et Calcedonen. in quo Euticis, & Dioscori prauitas, reprobatur, quorum sacratissimi canones tanquam ornatissima propugnacula sunt ad eruditionem & præsidium fidei catholicæ, de quibus potest illud exponi Esa. 45. Ponam Iaspidem propugnacula tua bene de Iaspide. qui (vt inquit gloss. interli.) colore viridi nitorem fidei prefert, propugnacula prædicta commemorantur, quia in prefatis quatuor concilijs (vt in preallega. cap. sicut ait Grego.) velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ, atque communicationes norma existit. Clypei autem ex hac turri canonicæ sapientiæ pendentes, sunt rōnes perfectissimæ, & irrefragabiles, quibus doctores ecclesiastici, hostium fidei Iacula procul repellunt. Armatura vero fortium ex hac turri pendens, est multiplex doctrina in hoc libro cōtenta, qua fideles armati hostes veritatis conuincūt. Plane quot ibi ponuntur disertissimæ rōnes, & sententiæ irrefragabiles, quot ibi salubria documenta quot exhortationes religiosæ. Tot ibi armorum instrumenta itelliguntur, quibus humana infirmitas contra hostis vitia præmunitur Quare veraciter de ea dicere possumus, quod turris est fortitudinis à facie inimici, id est Diaboli psal. 40. A. ¶ Secundo turris canonicæ sapientiæ est ad tuamentum pacis, (Secunda vtilitas.) & tranquillitatis in ecclesia. sedat. n. lites, iurgia terminat, declarat dubia, dissoluit obscura delicta punit, vnde potissime pacis & quietis eccleæ turbatores diuersis pœnis iubet esse plectendos, vt in cap. qui contra vigesima quarta quæst. 1. ¶ Tertio turris sapientiæ canonicæ est in ecclesia Dei ad tutelam Innocentiæ. Factæ quidem sunt leges inquit Isido- (Tertia vtilitas.) rus in cap. factæ sunt distinct. quarta vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos Innocētia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. ¶ Quarto turris sapientiæ canonicæ in ecclesia Dei in magisterium probita is, & san- (Quarta vtilitas.)

5 ctimoniæ. †Si enim officium legis est (vt testatur philosophus secundo Ethicorum.) Ciues virtuosos reddere, potissime est huius scientiæ, quæ per totum corpus decreti docet, quid religioni conueniat, quid disciplinæ congruat quod saluti proficiat, omnique statui hominum regulam vitæ tribuit, & disciplinæ, vt de ea cum veritate dicere valeamus illud Sap. octa. A. Doctrix est disciplinæ Dei & eletrix operum eius, & infra Sobrietatem, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem. Quid autem hac canonica sapientia vtilius, fructuosiusque esse potest? quæ non modo bo[illegible] viuos facit, sed splendore virtutis reddit insignes, vnde sequitur ibi. s. Sap. octauo C. Habeo propter hanc claritatem ad turbas, & honore apud seniores. Quare de hac sapientia concludere possumus illud prouerbio. 3. Beatus homo, qui inuenit sapientiam. s. hanc, & q affluit prudentia.

melior ẽ acquisitio eius negotiatione auri & argẽti primi,
& purissimi, fructus eius præciosior cunctis opibus est. Se-
quitur. Lignum vitæ est his, qui apprehẽderunt eam, & qui
tenuerunt eam beatus hic. s. per gratiam, & in futuro per
gloriam Cuius beatitueiuis nos participes efficiat clemen-
tia saluatoris Iesu Christi domini nostri. Amen.

Ad euidentiam.

Huius sacræ doctrinæ, quę in hoc decretorum libro tradi-
tur, quæruntur 12.

6 ¶ Primo quæritur. de necessitate eius.
8 ¶ Secundo supposito, ꝙ sit necessaria, vtrum doctrina ca-
nonica tradita in hoc libro decretorum scientia sit dicẽda.
9 ¶ Tertio, quæritur, cui parti philosophiæ hæc scientia sup
ponatur.
13 ¶ Quarto, vtrum sit practica, vel speculatiua.
14 Quinto, quid sit subiectum huius scientiæ.
16 ¶ Sexto, vtrum sit excellentior alijs scientijs.
22 ¶ Septimo, vtrum magister Gratianus dicendum sit autor
decretorum.
25 ¶ Octauo, quæ fuit causa huius operis.
26 ¶ Nono, quæ fuit intentio magistri in hoc opere.
27 ¶ Decimo, quæ sit causa finalis, seu vtilitas huius operis.
28 ¶ Vndecimo, quæ sit forma huius libri.
29 ¶ Duodecimo, quis sit titulus huius libri decretorum.

6 **Ad primum** Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ præ-
ter philosophiam naturalem, & scri
pturam sacram non sit necessaria hęc scientia, quæ dr̃ cano
Primũ ar. nica. ¶ Et arguitur primo sic. Omnis doctrina ad perfectio
nem hominis pertinens, siue quantum ad intellectum, siue
quãtum ad effectũ traditur plene in philosophia, quia per
demonstratiuas scientias perficitur intellectus, & per mo-
rales affectus ergo nõ videtur necessaria aliqua alia doctri
Secundũ ar. na. ¶ Secundo in sacra scriptura exempla, & præcepta viuen
di plenissime d gesta sunt. Dicit̃. n. Baruch. 3. hic. s. Christus
adinuenit omnẽ viam disciplinæ, & dedit illam Iacob pue-
ro suo, & Israel dilecto suo, ergo sequitur, ꝙ nulla alia do-
ctrina sit necessaria pro informatione nostra, aut doctrina
Tertiũ ar. humanæ vitæ, consequẽtia viditur patere. ¶ Tertio sic. Sciẽ
tia theologica sufficiẽter determinat de fide, & sacramẽtis
singulis ecclesiæ, & multo subtilius, & diffusius quã in scien
Quartũ ar. tia canonica, & ita videtur ꝙ ista non sit necessaria. ¶ Quar-
to sic. In scientia ciuili sufficienter videtur dari doctrina ad
lites sedandas, & negotia hominum componenda, ergo se
quitur quod nulla alia scientia hoc respectu necessaria sit.
Oppon. in cõtrarium ¶ In oppositum arguitur primo per illud Apost. 2. Tim. 3.
D. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docen-
dum, & arguẽdum, ad corripiendum, & erudiendum sed
scĩa canonica est diuinitus inspirata, maxime in principa-
liori parte sui, quemadmodum superius ostensum est ex.
c. sicut distin. 12. & ex cap. violatores 25. quæst. 1. ergo ip-
sa est necessaria. ¶ Respondeo. Scientia canonica, & maxi-
Ponit quare sit necessaria prima necessitas huius scientię. me in hoc lib. decretorũ cõtenta est necessaria, & maximè
vtilis, quod ex multis ostenditur. ¶ Primo, quidem quantũ
ad munitionem fidei, & ecclesiæ sanctæ Dei contra erro-
res, & hæreses subortas. Licet. n. in sacra sciptura quicquid
credendum sit contineatur plenissime. Nihilominus multi
errores, & hęreses subortæ sunt in ecclesia Dei occasione p
uersorum hoĩm, qui aliter scripturam sanctam interpreta-
ri nixi sunt, quam spũs sanctus efflagitat. Quo circa necessa
rium fuit ad habendam veram consonantiam scripturæ sa
cræ, vt sancti patres spũ Dei pleni simul conuenientes mul
ta explicarent, exponerent, ac interpretarẽtur de scriptura
sancta & ita illustrata veritate nubila propalarentur errorũ
ꝙ maxime factum est in quatuor vniuersalibus concilijs,
quorum canones, & diffinitiones sanctæ propugnacula, &
lucernæ fidei nostræ sunt in ecclesia sancta Dei. Vnde bea-
tus Gregor. in c. sicut d. 15. Illa quatuor concilia sicut qua-
tuor libros euãgelij se profiteri & venerari testat̃. quare in
c. ignorantia d. 38. dr̃ ꝙ ignorantia mater cunctorum erro
rum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est qui docendi,
officium in populis susceperunt. Sequitur. Sciãt ergo sacer-
Secunda. dotes scripturas sanctas, & canones. ¶ Secundo est necessa-
ria ad morum informationem, tradit. n. hæc scientia cano-
nica plurima præcepta, & documenta sanctæ matris eccle-
siæ, quæ ad religionem, pietatem, & sanctimoniam omnes
7 homines maxime componunt. †Iuris nãque precepta sunt
honestè viuere, alterum nõ lædere. ius suum vnicuique tri
buere. ff. de iust. & iur. l. iustitia. §. iuris, & in proemio Gre-
goriano. Quare optime conuenit huic loco illud Prouer-
biorum 1. B. Audi fili disciplinam patris tui, & ne dimittas
legem matris tuæ. Vt addatur gratia, id est corona capiti
tuo, & torques collo tuo. glossa. id est fulgor perfectæ ope-
rationis. ¶ Tertio est necessaria canonum scĩa ad discretio Tertia.
nem graduum, & ordinum ecclesiasticorum, & litium ac
iurgiorum terminationem. Crescente. n. ecclesia ipso Deo
authore gradibus, & ordinibus rite in ea dispositis cum ad
eos discernendos, & lites, quas cupiditas effrenata pacis,
emula quotidie generat, lex non sufficeret euangelica, tã
ab apostolis, quam ab eorum vicarijs per successiones tem
porum statuta plurima sunt edita, quæ generali vocabulo
canones appellati sunt. Per quæ & dispositionis in gradib.
& ordinibus (quorum varietate ipsa ecclesia tanq̃ regina or
nata est) discretio haberetur, & noxio humano appetitu sub
iuris regulis limitato iurgia ecclesiastica sopirentur. Qua-
re in cap. sacerdotib. dist. trigesima octaua inter alia, quæ
ipsis sacerdotibus sunt necessaria ad addiscendum beatus
Hieronymus ponit canones, ergo scientia canonica est ne
cessaria ad seruandã vnitatem doctrinæ, & religionis in ec-
clesia Dei. cuius vna debet esse fides & ebseruantia pietatis
quod fieri non potest, si non haberetur notitia regularum
& sanctionum sanctorum patrum, quos Christus, tan-
quam operis suis vicarios ecclesiæ suæ preesse voluit pasto
res, ac doctores. quare in cap. nulli sacerdotum dist. trige-
sima octaua dicit Celestinus papa. Nulli sacerdotum liceat
canones ignorare, nec quicquam facere quòd possit patrũ
regulir obuiare. ¶ Quarto est necessaria ad multarum quæ Quarta.
stionum solutionem, quæ in sacris canonibus & sanctio-
nibus sanctorum summorum pontificum sunt apertæ, &
illucidatæ. Illius maxime sedis est fidei, & altimissimarum
causarum dubia plana facere iuxta cap. quoties & cap. hęc
est fides vigesima quarta quæs. 1. ¶ Quinto hæc scientia ca Quinta.
nonica est necessaria, quia in nulla alia scĩa traditur perfe-
cta nobis doctrina ordinum, & officiorum ecclesiæ sicut in
canonica, vnde manifesta est necessitas huius scientiæ. ¶ Ad Respondet ad argum.
rõnes in oppositum iã dicendum est. Ad primam vbi dicit̃ Ad primum
quòd omnis doctrina ad perfectionem &c. Respõdetur, ꝙ
hoc non est verum, si vniuersaliter de oĩ perfectione hoĩs
loquamur, quoniã licet philosophia sufficiat ad perfectio-
nem intellectus secundum cogitationem naturalem, & af-
fectus secundum virtutem acquisitam. non tamen sufficit
ad perfectionem, quam rationalis creatura à Deo suscipit
secundum virtutes, & dona de super infusa. Ideo necessarię
sunt aliæ scĩę, puta theologica, & canonica, per quas homo
perficiatur, & intellectu, quo ad cognitionem confusam,
& affectu quo ad dilectionem gratuita. ¶ Ad secundam, cũ Ad secundũ.
obijcitur de sacra scriptura &c. Item respondetur negando
consequentiam, quoniam licet in sacra scriptura sufficien
ter tradatur disciplina morum in generali, in speciali tamẽ
ſm singulos gradus, & ordines officiorum ecclesiæ maxi-
me secundum statum noui testamenti, non ita plene expli
catur sicut in canonica scentia, & ideo ista est necessaria.
¶ Ad tertiam cum obijcitur, ꝙ scĩa theologica sufficienter Ad tertiũ.
tractat &c. Respondetur sicut ad præcedens negando con-
sequentiam. qm̃ licet in scĩa theologica determinetur de fi
de, & de sacramẽtis ecclesiæ sufficiẽtissimè nihilominus tñ
canonum sapientia non est inutilis. Tũ, quia, & si multa de
fide, & de sacramentis disponat. alia tamen consideratione
quã theologia. Theologia. n. illa tractat pp veritatis contẽ
plationem. Canonica vero in ordine ad actionem regimi
nis, & occurrentium quæstionum solutionem, & christiani
populi qetem. Tũ qa non modo de fide, & sacramentis tra
ctat, sed de multis alijs, quorũ notitia maxime vtilis est fi-
delib. ¶ Ad quartã cum obijcitur, ꝙ in scĩa ciuili sufficien- Ad quartũ.
ter, &c. Dicendum est, ꝙ falsum est assumptum, qm̃ in scĩa
ciuili nec diuinorum ministeriorũ dispositionis doctrina,
nec dubiorũ fidei declaratio nec ecclesiasticorum negotio
rũ determinatio sufficiẽter tradit̃, vt de se patet, Quę aũt de
hmõi ponit illa à canonib. sanctorũ patrũ, & ecclesiæ, do-
ctrina, tanquam mẽdicata suscepit. Et ideo pro horum no
titia habenda pleniori necessaria fuit canonica sapientia.

8 **Ad secundum** In quo q̃ritur, †vtrũ notitia, siue
habitus, qui ex canonib. colligit̃
in hoc libro decretorũ, scĩa possit veraciter appellari. sic p
cedit̃. ¶ Et Videtur, ꝙ non. Primũ sic. de singularib. non est, Primum ar.
scĩa. primo posteriorũ, & primo metaphysicæ. Sed habitus
canonicus, siue notitia iuris canonici considerat actus hu-
manos,

manos,& circa ipsos principaliter versatur, cũ sua pcepta sint honeste viuere,alterum non lædere,vt in.§.iuris præcepta insti.de iusti.& iur.& in leg.iustitia.§.iuris præcepta.ff.eo.& in cap.factæ sunt leges distin.4.qui actus humani sunt singularum,& circa singularia,ergo sequitur,quod sciẽtia iuris canonici non sit scientia.¶Secũdo,sic scĩa est de necessarijs.vt dicitur 1.posteriorum,& 6. Ethi corum, sed actus humani (de quibus tractat hæc doctrina)sunt cõtingentes, cum à libero arbitrio dependeant,ac procedat, ergo videt ꝙ non sit scientia.¶Tertio sic.scĩa est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus 1.posteriorum & 6.Ethicorum.Sed in hoc libro decretorum non proceditur demõstratiue,vt manifestũ est,sicut nec in scĩa morali,cui subalternatur,vt inferius dicetur,ergo sequitur,ꝙ non est scĩa. ¶Quarto sic.Omnis scĩa habet principia vniuersalia,in quę resoluit conclusiones singulas demonstratas.1.posteriorũ,& 4.Metaphysice,& 7.Ethicorum.Sed in canonibus impossibilis videtur esse resolutio in principia vniuersalia vniformia propter diuersitatem rerum,de quibus tractatur in decretis.ergo videtur,ꝙ non sit scĩa.¶In opposi.arguitur sic. Aristoteles, & cæteri approbati philosophi notitiam moralium dixerunt scĩam esse,ergo & canonica notitia dicenda est scĩa.Consequentia videtur manifesta,cũ hæc illi subalternetur,vt dicitur in proemio decretalium.¶Secundo sic.Notitia iuris ciuilis est scĩa.secundum illud.ff.de iust.& iure.l.iustitia.§.iuris prudentia est diuinarum,atque humanarum rerũ notitia,iusti,atque iniusti scĩa,ergo multo amplius hoc dicendũ est de notitia canonica,quæ illa dignior est,& excellentior.¶Respondeo dicendum,ꝙ habitus collectus ex canonibus, siue notitia iuris canonicis veraciter põt dici scĩa.Cum.n.Auicenna diuidens scĩas,dicat, ꝙ sciẽtiarum quædã sunt de ente,quod est ab opere naturæ,quædam vero de operibus nostris inter quas ponit scĩam moralem.videtur,ꝙ oĩs doctrina, quę de moribus virtutibus negotijsque humanis tractat,sic scĩa appellãda aliquo modo.¶Ad rationes in oppositum.Ad primã cum objicitur, ꝙ de singularibus non est scĩa.dicendum secundum Albertum magnum in scripto suo super ethic,ꝙ in omni scĩa fere sunt duo consideranda.s.vsus, & doctrina. Doctrina sicut informans,& dirigens.vsus vero sicut exequens, & faciens.Quo notato dr̃,quod licet habitus iuris canonici(qui est in operatione secundum virtutem)perficiatur in particularibus,circa quæ sunt operationes humanæ. ff. de statu hom.l.1.& instit.iure naturali gen.& ci.vbi dr̃.quòd omne ius, quo vtimur,vel ad personas pertinet,vel ad res, vel ad actiones. Doctrina tñ eius vniuersalibus perficitur,& consideratio sua circa vniuersalia versatur.ff.de leg.primo. iura non in singulas personas sed generaliter constituuntur. ¶Ad secundã,cum obijcitur. Sciẽtia est de necessarijs &c. Dicendum,quòd licet operationes humanæ sint contingentes in se tamen secundum rationes earum vniuersales (secundum quas cadunt sub consideratione iuris canonici) sunt necessariæ.Vnde quemadmodum in moralibus licet operationes humanę particulares sint,& particularium,& à causis contingentibus nihilominus conclusiones,quę traduntur in libris ethicorum,æconomicorum, & politicorũ sunt necessariæ.Et huiusmodi operationes, humanæ sunt necessariæ,quia non considerantur à philosopho morali secundum id quod sunt, sed secundum rationes vniuersales eorum,ita in proposito dicendum est hic.¶Ad tertiam cũ obijcitur,quòd sciẽtia est habitus per demonstrationem acquisitus,& quòd in hac scientia non proceditur demõstratiue, &c.Respondetur negando assumptum pro secunda parte,quoniam in hac scĩa eo modo quo materia patitur, proceditur demonstratiue.Licet.n.semper forma syllogismi non seruetur,virtus tamen argumentationis seruatur in diffinitionibus causarum,in declarationibus dubiorum,in confutationibus errorum,vnde non minus efficax est argumentum huius scientiæ ex authoritatibus sacræ scripturæ, ac sanctorum canonum, siue ex sanctionibus apostolicis procedens,quam sit argumentatio in alijs scientijs ex principijs per se notis.Quod vero dr̃ de scientia morali,falsum est,quoniam in illa argumẽtatiue proceditur,& ex principijs necessarijs conclusiones eliciuntur necessariæ in tanta tamen certitudine,quanta pati potest scientia moralis, qđ ideo dicitur,quia non idem genus,& modus certitudinis in omnibus scientijs expectandus est. Disciplinati autem animi est dicit Aristoteles primo ethicorum,intantum certitudinem inquirere secundum vnumquodque genus inquantum natura rerum recipit. ¶Ad quartam cum dicitur,quòd omnis scientia habet principia,&c.Respondetur negando assumptum pro secunda parte,habet.n.hæc scientia principia sua ex quibus argumentando concludit,& in quę conclusiones suas resoluit, sicut quòd quælibet alia scientia,licet non omnes habeant peritiam iuris canonicis canonistæ, per resolutionem conclusionum in sua principia.Et ad probationẽ(cum dr̃, quod varia & multiformia sunt,quæ tractantur in iure canonico.)Respondetur,quòd talis veritas nihil arguit,quoniam licet multa,& varia sint negotia, quæ tractantur in hoc iure canonico, nihilominus resolui possunt eo modo,quo genus huius scientię patitur ad aliqua vniuersalia principia sicut in qualibet alia scĩa suo modo fieri videmus. Est tamen hic considerandum id, quod dicitur.ff.de legibus.le.non omnium, vbi habetur. Non omnium, quæ à maioribus sunt constituta ratio reddi potest.

Secundũ ar.

...rrium ar.

Quartũ ar.

Opponit i cõtrarium

Secũda opp.

Respõdet. Ad arc.

Ad primũ

Ad secũdum

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

9 **Ad tertium.** In quo quæritur.†Cui parti philosophiæ hæc scientia canonica supponatur,sic proceditur.Et videtur primo, ꝙ supponatur theologiæ,quia in scientia canonica tractatur de Deo, vnde de articulis fidei tractatur.23.dist.qui episcopus, & de conse.dist.quarta ca.1.& extra de summa trinitate.& fide catho. Item de angelis,& nouem ordinibus eorundem,de pœniten.dist.secũda ante fin.De virtutibus theologicis fide,spe: & charitate.De consecratione dist.secunda quia passus de sacramentis ecclesiæ, per totum tractatum de consecra.ergo videtur subalternetur scientiæ theologicæ. ¶Secundo videtur,quòd supponatur rationali philosophiæ, quia docet rationabiliter, & ornate loqui, vt qđ loquutio debet esse sana. vt fidem solidet di.45.c.vltimo,ꝙ locutio debeat esse cauta,vt ordinate loquens,vulnere errorum audientiũ corda non feriat dist.quadragesima tertia, sit rector, quòd loquutio debeat esse discreta.ibidem,quòd debeat esse ponderosa,vt loquendo nullum lædat dististinct.50.ponderet. Item quòd debeat esse vera 22.quęst.5.iuramentum.¶Tertio videtur,quòd naturali philosophiæ supponatur. Tum, quia fundatur super ius naturale,Tum quia tractat de naturalibus multis de superfluitatibus natura d. 5. & supra per totum,& defrigidis,& maleficiatis extra,& secunda quæst. 3.consuluisti & 33.quæst.1.quòd autem.extra eo.ca. quod iedem & cap.fraternitatis. ¶ In oppositum est gl. in prin. decretalium dicens,quòd morali. siue ethicæ supponitur, sicut & alij libri iuris.¶Respondeo,quòd scĩa iuris canonici partim subordinatur philosophiæ morali, & partim subalternatur sacræ theologiæ.Prima pars sic ostenditur. Scĩa canonica est philosophia quædam.vnde de ciuili dicit Celsus.ff.de iust.& iur.le.1.veram(nisi fallor) philosophiã non simulatam affectantes,ergo reducitur ad aliquam partem philosophiæ communiter dictę.philosopia autem cõmuniter dicta secundum peritorum sententiam (vt testatur Albertus magnus)prima sui diuisione diuiditur in tres partes,videlicet in physicam generaliter dictam, in ethicã generaliter dictam,& in rationalem,generaliter acceptam
10† Dicimus autem physicam generaliter dictam,quæ comprehẽdit,& naturalem, & disciplinam,& diuinam siue me
11 taphysicam.†Ethicam autem generaliter dictam nominamus,quæ in se continet monasticam,economicam, & ciui
12 lem,siue politicã. † Rationalem autem generaliter dictam appellamus,quæ comprehendit omnem mobum deueniẽdi de noto ad ignotũ,sicut grammaticam, logicam, rethoricam,& poeticam.Sed scĩa iuris canonici non potest reduci ad aliquam partem philosophiæ physicæ generaliter dictæ,qa nec ad naturalem,nec ad mathemathicam, nec ad metaphysicam,vt manifestũ,est nec insuper ad partes philosophiæ rõnalis,vt patet qa nec ad logicã, nec ad rhetoricam,nec ad poeticam,nec ad grammaticam,ergo relinqtur ꝙ ad aliquam ptem philosophiæ moralis. Et ita patet proposium.¶Secundo idem probatur sic.Oĩs illa scĩa,quę resoluit conclusiones suas in principia alterius scĩæ supponitur,siue subalternatur illi scĩæ,in cuius principia resoluitur,vel vnde aliqua conclusionum suarum principia sumit hoc est manifestum.Sed scĩa iuris canonici resoluit conclusiones sua in principia scĩæ moralis,vbi maximè de iustitia & partibus ei⁹ amplissimus fit tractatus,vt patet 5.Eth.ergo hæc scĩa supponitur morali. Quod autem partim subalternetur,siue supponatur theologicæ sapientiæ, (quod dicebatur

Primũ ari

Scđm arg.

Tertiũ ar.

Opponit i cõtrarium

batur in secunda parte)probatur sic. Omnis scientia illi sciētiæ dr̄ supponi, siue subalterari, à qua principales conclusiones suæ dependent, & emanāt, sed scientiæ iuris canonici principales conclusiones acquiruntur, siue dependent à theologia sicut est de summa trinitate, de vnitate diuinę essentiæ, simpliciter, & immensitate, ac maiestate, de incarnatione verbi, de sacramentis, de beatitudine superna, de quibus in diuersis locis loquitur ius canonicum, ergo sequitur, quod hæc scientia partim supponatur theologiæ. Vnde Ioann. Cald. e. in proœmio decretalium, dicit, ius canonicum partim supponit theologiæ, & partim ethicæ.

Respōdet. Ad arg. ¶ Ad rationes in oppositum, ad rationem, quæ arguebat, quòd supponatur philosophiæ rationali. Respondetur, quòd docere rationabiliter, & ordinate loqui in ordine ad persuasionem, quæ finis est oratorum, est partis philosophiæ rationalis, videlicet rethoricæ, quæ ex quinque docet constare artificiosam eloquentiam, videlicet inuentione, dispositione, elocutione, memoria, & pronuntiatione, vt dicit Tulli. Tali autem modo scientia canonica non docet ordinate loqui. Docet autem bene ordinate loqui. i. virtuosè, vt sermo noster discretione, & edificatione refulgeat in ipsis authoritatibus, sicut patet exēplariter in ipsis authoritatibus inductis arguendo in contrarium. ¶ Ad aliam rationem quæ inducta est, quòd hæc scientia supponatur naturali, quia scilicet fundatur in iure naturali, negatur consequentia, quoniam de iure naturali in nulla parte philosophiæ naturalis tractatur, sed in philosophia morali, vt patet quinto Ethicor. Et ad id quod dicitur, ꝙ de multis naturalib. tractat. Respondetur ēt negando consequentiam. Licet. n. de aliquibus naturalibus sententia iuris canonici pertractet, hoc tamen non principaliter, sed incidēter agit in ordine ad ecclesiasticam sacramenta, sicut patet in exemplis inductis in argumento. (Ad secūdū & ad tertiū.)

13 Ad quartum. In quo quæritur, † vtrum scientia iuris canonici sit practica vel speculatiua, sic proceditur, & vr̄, ꝙ sit speculatiua sic. ¶ Omnis illa scientia videtur dicēda speculatiua, & nō practica, quę respectu aliarum scientiarum principalis, & quasi architectonica habetur, vt patet primo Metaphy. vbi speculatiua ponitur principalior, & dignior, quā practica. Sed sciētia ciuilis, siue politica (cui hęc canonica subalternat) est aliarū scientiarum principalis, & domina tanquam ordinatrix earum. vt Aristote. 1. Ethicorum videtur innuere, ergo sequitur, quòd scientia iuris canonici sit speculatiua. ¶ Secundo sic. Omnis scientia doctrinaliter procedens, diffiniendo. s. & per diffinitiones, & passiones concludendo de subiecto, est speculatiua, quoniam processus theoricus est doctrinalis, & demonstratiuus. Sed scientia iuris canonici procedit hoc modo (vt dictum est arg. 2.) ergo sequitur, quod ipsa sit speculatiua. ¶ Tertio sic. Omnis habitus scientiæ (cuius finis est scire) est speculatiuus, vt patet 2. metaph. scientia iuris canonici est huiusmodi, vnde finis omnium canonistarum videtur esse scire, quid in iure continetur, nulla habita consideratione ad aliquod aliud opus, ergo sequitur, ꝙ ipsa sit speculatiua. ¶ In oppositum arguitur sic. Hæc scīa iuris canonici subalternatur (vt dictum est) scientiæ morali sed scientia moralis est practica, vt patet, ergo etiam scientia iuris canonicis. ¶ Respondeo dicēdum, quod hæc scīa est practica, ꝙ multipliciter ostenditur. Primo ex fine sic. Dicit Aristoteles 2. Metaphysic. ꝙ finis scientiæ speculatiuę est contemplatio veritatis, finis, vero practicę opus. Sed constat, ꝙ finis scientię iuris canonici sit opus: cum ordinet ad opus. s. honeste, & sancte viuendum in ecclesia Dei. Lex. n. proditur, vt humanum genus honeste viuat: ergo sequitur, ꝙ ipsa sit practica. ¶ Secundo sic. Omnis ille habitus scientificus, qui regulat actum voluntatis nostræ, & dirigit actus nostros circa operabilia, est practicus, vt patet. Sed habitus scientificus iuris canonici est huiusmodi, vt in c. canon. dist. 3. dr̄. Canō dr̄, ꝙ regat, vel recte, viuendi normam præbeat, vel ꝙ distractum, prauumque est corrigat, ergo sequit̄, ꝙ sit practicus. ¶ Tertio sic. Omnis ille habitus scientificus (qui non est contemplationis gratiæ, sed vt boni fiamus) est practicus, vt ex secundo metaphy. & primo, Ethicorum habetur. Sed scientia iuris canonici est principalius, vt boni fiamus, quam vt sciamus. vnde Celsus elegāter ius diffinies dicit in princi. digestorum ius est ars boni, & æqui, cuius merito nos quis sacerdotes appellat. Iustitiam nanque colimus boni, & æqui notitiam profitemur. (Primū ar. — Secundū ar. — Tertiū ar. — Oppon. in cōtrarium — Decisio qō.)

¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam cum dicitur, ꝙ scientia, quæ est principalis nō sit dicenda practica. Respondetur, ꝙ rō procedit de ea sciētia, quæ simpliciter, & absolute est architectonica, & principalis aliarum sciarum, cuiusmodi non est sciētia moralis, nec per consequens ciuilis, aut canonica. Quod autem ait Aris. 1. Ethi. quod ciuilis scīa maxime apparet principalis & architectonica, nō est accipiēdum simplr̄, sed respectu aliarū disciplinarū, siue artiū, quæ vtilitati reipublicę deseruiunt, sicut est in ciuitate ars fabrilis, armorum factiua equestris, militaris, medicinalis, & aliæ disciplinæ mechanicæ, in ciuitate. Cum autem (vt ibidem vult Aristoteles) secundū ordinem finium accipiendus sit ordo istarū sciarum, & scīa ciuilis, siue politica ad principaliorē, siue præstantiorem finē considerationem, & ordinem habeat, manifestum est, ꝙ respectu aliarum (quæ particulares fines considerant) principalis, & domina dicenda sit, sicut oībus alijs legem, & ordinem imponens. ¶ Ad secundam cum arguitur. Oīs scīa doctrinaliter &c. Respondetur, ꝙ scientia iuris canonici (sicut nec moralis) non assumit talem modum doctrinæ procedendi propter se, siue gratia sciendi tm̄, sed vt regula operis esse possit, & ita finis eius vltimus est opus, & quicquid theoriæ. aut contēplationis assumit, totū assumit in ordine ad illud, & ideo practica est, non speculatiua. ¶ Ad tertiam, cum dicitur, ꝙ omnis habitus scientiæ, cuius finis, &c. Rn̄detur negando assumptum pro minori parte, vltimus. n. finis scīæ iuris canonici non est scire sed opus, vt dictum est. Quod autem aliqui studentes in iure canonico ponant finem studij sui solam contemplationem veritatis iuris canonico ponant finem studij sui solam contemplationem veri licet contemplata per eos actu non ordinentur ad opus, ordinabilia sunt tamen ex natura, & virtute sua ad opus, & hoc est, quod de per se habitum aliquem facit esse practicum. Dicitur autem. ff. de leg. l. scire. Quod scire leges nō est earum verba tenere, sed vim ac potestatem, vis autem potestas legis non intelligitur consistere in contemplatione sola, sed vlterius ad opus extenditur. (Respondet. Ad primum — Ad secundū — Ad tertiū.)

14 Ad quintum In quo quæritur † de materia, siue subiecto huius scientiæ, sic proceditur, notando, quod circa assignationem materiæ, siue subiecti huius scientiæ fuerunt plures opi. Vna est dicentium quod materia siue subiectum huius scientiæ sunt canones, decreta, & decretales epistolæ, & authoritates sanctorum patrum cuius opinionis est Archid. super decretum. Sed hæc positio licet possit stare loquendo de materia ex qua collectus est, siue compositus liber decretorum. Loquendo tamen de materia, quæ dicitur subiectum scientiæ, de quo, & eius passionibus principaliter tractatur in ipsa scientia, non videtur posse stare. Tum primo, quia dicere, quòd canones, & decreta, decretales epistolæ, authoritates sanctorum patrum sunt materia, siue subiectum huius libri, nihil aliud vr̄ quam, ꝙ materia huius libri sit ipse liber, sicut optime arguit Host. in proęmio summę suę contra Ber. & alios ponentes, quod materia libri decretalium essent ipsæ constitutiones, & decretales epistolę. Tum secundo, quia canones, & alia decreta videntur habere rationem principij, & regulæ dirigentis, vt in c. canon di. 3. Et ita nō vr̄ posse habere rōnem subiecti. ¶ Secunda opi. est dicentium, ꝙ fide catholica sit materia huius scīæ. Ista est opi. Hos. qui loco præ nominato, cōfutata prima op. dicit sic vn̄ subtilius loquēdo materia est fides catholica, ex qua cōstat fundamētū, vt no. ȷ̄. ti. j. in prin. Sed nec ista positio vr̄ posse stare. Tū, qa illud est subiectū in scīa, de quo, & eius ꝓprietatib. est principalis, & totalis cōsideratio talis scīæ, sed fides catholica nō est hmōi, de qua, & eius proprietatib. sit tota scīa iuris canonici. Tū quia subiectū scīæ debet cōplecti oē, ꝙ determinat̄ in illa scīa, hoc aūt nō facit fides catholica respectu oīum, q̄ determinant̄ in iure. Tū, qa fides est virtus theologica, cū Deū habeat ꝑ obiecto, & fine, vn̄ si subiectū alicuius scīæ, esset dicēda, magis scīæ theologicæ esset dicendū subiectū, q̄ iuris canonici, ꝙ tn̄ nō dr̄. ¶ Tertia op. est dicentiū, vt Io. An. dicit sup 1. gl. in proe. decretaliū, ꝙ bonū cōe, ꝙ est subiectū, & materia in ethica, sit subiectū scīæ iuris canonici. Sed nec ista op. ita absolute posita pōt stare. dato ēt, ꝙ subiectū ethicę sit bonū cōe Tū, quia scīa subalternata addit sup subiectū scīæ subalternantis, sicut dicit Linchonien. in c. super li. posteriorū, vn̄ linea visualis (q̄ est subiectum scientiæ perspectiua, addit ad lineam simplicē, quæ est subiectū geometriæ, (Prima opi. — Secūda opi. — Tertia opi.)

metriæ, viſibilitatem. Sed dicendo, ꝙ ſubiectum iuris canonici non addit ſuper ſubiectum ethicæ, & ita non videtur opi. præfata vera. Tum ſecundo,† quia cum ſciētia ſubalternata, & ſubalternans ſpecie diſtinguantur, non poteſt omnino eſſe ſubiectum ſecundum eandem rationem formalem vtriuſque, vnde dicit Ariſtotel. ꝙ vna ſcientia eſt vnius generis ſubiecti. ¶ Quarta opi. eſt dicentium, ꝙ homo regulabilis ſm canones, & conſtitutiones, eccleſiaſticas ſit ſubiectum iuris canonici. Cuius op. fuit Io. de Lignano in prologo decretalium. Sed nec iſta opi. videtur bene ſtare, quia cum Ariſt. 6. metaphyſ. diſtinguat ſcientias ſpeculatiuas à practicis penes obiecta, ſpeculatiuæ enim ſunt de his, quæ à natura exiſtunt præter operationem noſtrā. Practicæ vero de operabilibus à nobis, videtur, ꝙ obiectū ſcientiæ canonicæ (quæ vt dictū eſt practica eſt) ſit aliquod operabile à nobis, & non ipſe hō, qui eſt operans. ¶ Quinta opi. nobis videtur rationabilior, & eſt. Quod ſubiectum iuris canonici ſit bonum ciuilitatis christianæ ſm ordinem iuſti, & recti ſm leges, ſiue conſtitutiones canonicas per os ſanctorum patrum promulgatas diuinitus. Quod ſic oſtenditur. i. ſubiectum in aliqua ſcientia, quod principaliter intenditur, & gratia eius omnia alia in eadem ſcientia contenta conſiderantur. Sed omnia, quæ tractantur in ſcientia iuris canonici, non alterius gratia tractari videntur, quam vt communicatio ciuilitatis chriſtianæ recte, & ſancte regatur, ac honeſte viuat. Dicit. n. papa Greg. in proemio decretalium. Ideo lex proditur, vt appetitus noxius ſub regula iuris limitetur, per quam genus humanum (vt honeſte viuat alterum non lædat, ius ſuum cuique tribuat) informatur. ¶ Secundo ſic. Scientia ſubalternans, & ſcientia ſubalternata debent aliqualiter conuenire in ſubiecto, licet ſubalternata addat aliquid ad ſubiectum ſcientiæ ſubalternantis, vt dictum eſt. Sed ſubiectum ſcientiæ moralis (vt dicit Albertus magnus) eſt bonum hominis, ſm quod homo, & ſubiectum ſcientiæ politicæ eſt cōmunicatio ciuilis ſm ordinem recti, & iuſti, vt idem doctor teſtatur: ergo videtur ꝙ ſubiectum ſcientiæ iuris canonici (quæ morali ſcientiæ ſubalternatur) ſit bonum ciuilitatis chriſtianæ ſm ordinē recti, & iuſti, ſm leges, ſiue cōſtitutiones canonicas per os ſanctorum patrum diuinitus promulgatas. Hæ patres ponuntur ad diſtinguendum ſubiectum huius ſcientiæ à ſubiecto aliarum ſcientiarum humanarum practicarum.

Quarta opinio. *Quīta opi.*

16 Ad ſextum In quo quæritur† de excellentia huius ſcientiæ, vtrum ſit dignior omnibus alijs ſcientijs. Sic proceditur. Et videtur, ꝙ ſic rationib. Hoſtien. in prologo ſummæ ſuæ, & primo ſic. Creatura eſt triplex. ſ. ſpiritualis, ſiue angelica. Corporalis, ſiue mundana. Tertia eſt humana, quaſi ex ſpiritu, & corpore conſtituta, & ſic eſt compoſita ex duabus, extra de ſumma trinita. & fide catho. capit. primo. Sed compoſita dignior videtur eſſe alijs, ex quibus componitur: ergo &c. ¶ Secundo ex illo apoſtoli. 1. Ad Corinthi. 6. A. Neſcitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia. Iudicare autem ad ſuperiorem pertinet, vt extra de maio. & obedien. c. cum inferior, cum ſi. ¶ Tertia ex illo Apoc. 22. B. vbi beatus Ioannes Apoſtolus, & euangeliſta ait. Cecidi ad pedes angeli, vt adorarem eum, & dixit mihi, vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium Ieſu. ¶ Quarto ex hoc idem Hoſtienſ. arguens, inquit, videtur, ꝙ in hoc ſaltem humana natura honorabilior eſt, quia filius Dei intantum eam honorauit, ꝙ illam diuinitati vniuit. Si ergo natura compoſita dignior eſt, & maior omnibus alijs, ſic & ſcientia noſtra, quia idem iudiciū eſt de ſimilibus habendum, extra de reſcriptis inter ceteras. Hæc Hoſtien. ¶ Secundo arguitur, ꝙ ſcientia iuris ciuilis ſit dignior ſcientia iuris canonici ſic. Inferioris ſcientiæ eſt à ſuperiore accipere, ſicut muſica accipit ab arithmetica. Sed ſcientia iuris canonici accipit à ciuili puta de. ff. de codice, de authenticis, & de inſtitutionibus, & de nouel: vt in c. conſuetudinis, diſt. 11. & §. nouarum 16. q. 1. & c. nemo 16. quæſt. 3. & in multis alijs locis, ergo &c. ¶ In oppoſitum arguitur, quia theologia eſt omnibus dignior. vnde aliæ ſcentiæ dicuntur ancillæ eius. Prouerbior. nono. A. Miſit ancillas ſuas vocare ad arcem. Item dicitur de eo Prouerbio. 16. C. Poſſide ſapientiam, quia melior eſt auro. Auguſtinus ſuper pſalm. 71. Intelligimus per aurum ſapientiam, quæ ita excellit inter omnes doctrinas, ſicut aurum inter metalla. ¶ Ad iſtam quæſtionem reſpondendo, dicendum eſt ſub duabus concluſionibus. Prima eſt, quòd ſcientia iuris canonici non eſt dignior ſcientia theologica, imo ipſa theologica eſt ea, & omnibus alijs ſcientijs, dignior, & excellentior. ¶ Secunda concluſio eſt, quòd ſcientia iuris canonici eſt dignior, quam ſcientia iuris ciuilis.

Primū ar. *Secūdū ar.* *Tertium ar.* *quartū ar.* *Opponit in contrarium* *Reſpōdet. ad qōnē per duas cōcluſiones.*

17 ¶ Prima autem videlicet: † ꝙ theologia dignior ſit, quam ſcientia iuris canonici, patet multipliciter, primo ex parte ſubiecti. Subiectum. n. theologiæ eſt infinitum, præſtantioris dignitatis, quam ſit ſubiectum ſcientiæ iuris canonici, aut cuiuſque alterius ſciētiæ. Eſt enim ipſius theologię tanquam omnium ſcientiarum digniſſimæ ſubiectum ipſe Deus, qui nobiliſſimus eſt, & infinitæ nobilitatis, ſicut ex ipſo nomine deſignatur, quo theologia vocatur.† Dicitur enim theologia quaſi ſermo de Deo. ¶ Secundo hoc idem patet ex parte finis, finis enim proprius theologiæ (vt eſt ſcientia practica) eſt beatitudo ęterna, ad quam ſicut ad vltimum finem finis ſcientiæ iuris canonici, & omnium aliarum ſcientiarum practicarum ordinantur. Quare manifeſtum eſt, quòd ſcientia theologiæ dignior eſt ſcientia iuris canonici, ceteriſque omnibus alijs. De hac concluſione non vlterius agitur, quia ita eius clara eſt veritas, vt contrarium affirmare grauem includat errorem. ¶ Secunda autem concluſio, videlicet, quòd ſcientia iuris canonici cæteris poſt theologiam dignior ſit, oſtenditur multipliciter. Et maxime, ꝙ ſit dignior ipſa ſcientia iuris ciuilis, in quo per conſequens oſtendetur, quòd ſit dignior omnibus alijs. Primo ex vicinitate, quam habet ad theologicam, probatur ſic. Scientia canonica eſt vicinior ſcientiæ diuinæ, quam ſit ſcientia ciuilis, & quæcunque alia: ergo concluſio vera, conſequentia patet, quia ſicut gradus nobilitatis, & dignitatis inter intellectuales naturas attenditur penes maiorem proximitatem ad intellectum diuinum, ita gradus nobilitatis inter ſcientias accipiendus eſt penes earum maiorem ſimilitudinē cum ſcientia diuina. Aſſumptum autem manifeſtum eſt ex ſuperioribus. ¶ Secundo ad idem arguitur ex parte materiæ ſic. Materia ſcientiæ iuris canonici eſt nobilior materia ſcientiæ iuris ciuilis, & quarumcunque aliarum ſcientiarum: ergo ſcientia iuris canonici eſt dignior cæteris. Conſequentia patet per Ariſtotelem primo de anima, vbi vnam ſcientiam dicit nobiliorem alia, quia mirabiliorum & honorabiliorum eſt. Aſſumptum patet, & eſt manifeſtum, quia ſcientia iuris canonici tractat de fidei articulis, de diuinis officijs, de eccleſiaſticis ſacramentis, de religioſiſſimis ſanctorum morum ornamentis, & documentis, quæ multa dignitate excellunt materiam, quæ tractatur in ſcientia. ſ. ciuili, ſicut ſupradictum eſt. ¶ Tertio idem oſtenditur ex parte finis ſic. Finis, quem intendit ſcientia iuris canonici eſt ſuperior, & altior, quam ſit finis ſciētiæ iuris ciuilis, aut aliarum ſcientiarum: ergo ſequitur, quòd ſcientia iuris canonici ſit ceteris nobilior. Conſequentia eſt bona per Ariſtotelem, vbi ſecundum ordinem finium ponit ordinum dignitatum inter diſciplinas. Aſſumptum eſt manifeſtum, quoniam finis ſcientiæ iuris ciuilis, vt præſcindit à fundamento fidei catholicæ, & doctrina eccleſiæ, cōſiſtit tantū in habitu elicito ex legibus gentilium, vt continetur in cōpilationibus digeſtorum, eſt felicitas humana nullo habito reſpectu ad beatitudinem alterius vitæ perpetuæ. Finis vero ſcientiæ iuris canonici, non modo eſt bonum hominis ſecundum perfectionem virtutum moralium, ſed ſecundum perfectionem infuſarum virtutum, quæ ad beatitudinem ſupernam præparant, & diſponunt. ¶ Quarto idem oſtenditur ex parte ipſarum legum. Lex, & regula canonica eſt tanquā dirigens, regulans, & corrigens leges iuris ciuilis: ergo ſcientia iuris canonici eſt dignior, & nobilior. Conſequentia patet ex terminis, aſſumptum vero patet diſtinct. quarta per totum, vbi oſtenditur, quòd conſtitutiones principum eccleſiaſticis conſtitutionibus non præeminent, ſed obſequuntur, & 2. q. 3. cap. eufemium. leges ſeculi ſacros canones ſequi non dedignantur, vt habetur in aut. vt clerici, & in aut. de eccle. tit. in prin. & eſt etiā text. in cap. clerici. de iudi. de correctione vero habetur in cap. conſtitutiones, diſtinct. quarta vbi dicit text. Conſtitutiones principum contra canones, & decreta romanorum præſulum, vel bonos mores nullius ſunt momenti. ¶ Quinto idem oſtenditur ex parte conſtitutionis. Conditor canonum eſt papa verus Chriſti vicarium, vniuerſalis eccleſiæ paſtor. Conditor vero iuris ciuilis eſt imperator, qui

Prima cōcluſio. *Prima rō.* *Secūda rō.* *Tertia rō.* *Quarta rō.* *Quinta rō.*

ratorᶜ, qui in protectionē ecclesiæ papæ minister est, iurat illi fidelitatem,& defensionem ecclesiæ distin. 63.tibi domino:ergo videtur,quòd ex hac parte etiam scientia iuris canonici dignior sit, quam scientia iuris ciuilis. Consequentia patet,& assumptum.Ex quibus clare potest inferri
19†quòd doctor iuris canonici præferendus sit doctori iuris ciuilis,& ita tenuit Ioan.Andr.in dicto cap.clerici. ¶ His habitis,dicendum est ad argumenta. Et primo ad ea,quæ facta sunt ad probandum, quòd scientia iuris canonici dignior sit quam theologia. ¶ Ad primum, cum obijcitur, quòd creatura triplex est &c. quòd homo sit compositus,&c. Respondet dicendum, quòd assumptum eius in duobus est falsum.Primo in hoc,quòd præsupponit,quòd homo sit compositus ex natura angelica,& corporea.Hoc quidem non modo falsum, sed erroneum est in fide,spiritus enim rationalis(qui est pars hominis)non est Angelus, sed specie distinctus ab eo. Secundo in hoc præsupponere videtur,quòd scientia iuris canonici sit composita ex theologia,& ciuili, quoniam theologia nō assumitur à scientia canonica tanquam pars sui, sed potius vt fundamentum, & regula cui potissime innititur in his, quæ ad religionē, & pietatem communitatis ecclesiæ spectant. ¶ Ad secundum cum arguitur ex Apostolo primo ad Corinth. sexto. Respondetur, quòd argumentum procedit ex malo intel-
20lectu dicti Apostoli.Pro quo notandum.†quòd iudicare capitur multipliciter, vt dicit sanctus Thom. in quarta dist. 67.vno modo,quasi causaliter, vt dicatur aliquis iudicare, vnde apparet aliquis iudicandus, & secundum hoc aliqui dicuntur iudicare comparatione, inquantum ex comparatione aliorum aliqui iudicandi ostenduntur, sicut patet Matth.12.D. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam,hoc autem modo iudicare in iudicio,est communiter,& bonorum,& malorum, nec aliquam authoritatem dicit in iudicante.¶ Alio modo dicitur iudicare,quasi interpretatiue,interpretamur enim aliquem facere, qui facienti consentit, vnde illi, qui consentiunt iudici eius sententiā approbando, iudicare dicuntur, & sic iudicare est omnium electorum, vnde dicitur sap. 3.B. iudicabunt sancti nationes, nec isto modo dicit autoritatem superioris in iudicante.¶ Tertio modo dicitur iudicare,quasi per similitudinem, quia similitudinem iudicis habet inquantum sedet in loco eminenti, sicut iudex,sic assessores iudicare dicuntur.Quarto modo proprie iudicare dicitur in altero sententiam proferre, quod proprie non est, nisi habentis dominium, & potestatem in
21 alios.†Qua distinctione posita dicitur ad autoritatem Apostoli, quòd homines sancti dicuntur iudicare angelos dupliciter vno modo iudicio approbationis approbando sententiam iudicis de punitione malorum angelorum, & præmiatione bonorum, sicut exponit Nicolaus de lyra. Alio modo iudicio comparationis, sicut exponit sanctus Thom.in quarta distinct. 47.& in gloss.super apostolum, & tunc intelligitur de bonis angelis, quorum plurimi comparatione quadam inueniuntur Paulo, & sibi similibus inferiores.Vnde signanter non dicit iudicabitis, sed iudicabunt. Cum autem iudicare hoc modo non importet iudicium per superioritatem autoritatis, argumentum sumptum ex prefato dicto Apostoli non procedit.¶ Ad tertium argumentum assumptum ex primo Apocal. 22. vbi dicitur, quòd angeli non permiserunt se adorari à beato Ioanne. respondetur, quòd in nullo militat, quoniam ex ista autoritate nulla superioritas dignitatis hominis probatur super angelos, quoniam (vt sanctus Thom. ait in secunda secundæ q.130.ar.secundo.) Angelus prohibuit Ioanni non quacunque adoratione adorare, sed honoratione adorationis latriæ,quæ debet Deo, vel etiam ab adoratione duliæ,vt ostenderet ipsius Ioannis dignitatem,qua per Christum erat Angelis coæquatus secundum spem gloriæ filiorum Dei. Et ideo nolebat ab eo adorari, tanquam superior, hæc sanctus Thom. Hoc etiam patet per gloss. quæ super illo ver. vide ne feceris, conseruus tuus sum,& fratrum tuorum, dicit.Ego,& tu,& omnes fratres tui vnum habemus dominum Deum. ¶ Ad quartum respondetur, quòd illud non procedit,quia licet humana natura fuerit honorata in vnione verbi,non tamen in omnibus suppositis est dignior, aut superior facta ipsis angelis. Et ita rationes Host.factæ, quòd scientia iuris canonici dignior sit,quam theologia,nullæ sunt.¶ Ad argumentum factum,quòd scientia iuris ciuilis sit dignior, quam scientia iuris canonici.Cum arguebatur,quòd inferiorum scientię sit accipere à superiore,&c.Respondetur, quòd scientia canonica non capit aliquid à scientia iuris ciuilis,quasi necessario illo indigeat, sed aliquando capit aliquid in adiutorium,eorum,quæ in iudicio ecclesiastico vertuntur, iuxta illud August.contra Petilianum.Si in adiutorium vestrum terreni imperij leges assumendas putatis, non reprehendimus distinct.quarta cap.si in adiutorium, hoc autem modo recipere aliquid ab alia scientia, non arguit inferioritatem in scientia recipiente, sicut nec theologia est inferior alijs scientijs, ex hoc quòd ab eis recipit multa, sicut à phisicis doctrinis ad maiorem & clariorem manifestationem eorum,quæ traduntur in ea,quia hoc ipsum(quòd vtitur eis)non est propter defectum,vel insufficientiā eius, sed propter defectum intellectus nostri, qui ex eis, quæ per naturalem rationem, ex qua procedunt aliæ scientiæ, cognoscuntur facilius manu ducitur in eo, quæ sunt supra rationem, de quibus theologia consyderat,& pertractat.

Respondet argumen. Ad primum — Ad secundū — Ad tertiū. — Ad quartū.

22 **Ad septimum** In quo quæritur, † vtrum magister Gratianus sit autor huius libri,sic proceditur. Et videtur, quòd non, quia solus ille dicendus est autor libri,qui est doctor doctrinæ, sed sicut dicit Augustinus in libr.de magistro Solus Christus est doctor.ergo ipse debet dici huius libri autor.¶ Secundo hoc videtur ex eo, quòd magister Gratianus hoc opus composuit ex aliena doctrina.s.ex canonibus, & constitutionibus,decretis,& epistolis decretalibus,atque sanctorum patrum sententijs.ergo non debet dici autor. ¶ In oppositum est testimonium omnium doctorum iuris canonici, qui huius libri auctorem dicunt fuisse magistrum Gratianū.Præterea in hoc libr. nō tm̄ est sanctorū doctrina sed ēt doctrina ipsius magistri Gratiani, sicut patet in oībus expositionibus dictorū sanctorū patrum, quas inducit,& in responsionibus ad multas quæstiones, quibus respondet.ergo ipse potest dici autor libri. ¶ Ad istam quæstionē
23respondetur. Pro cuius intelligentia notandum. † quòd quadruplex est modus faciendi libros, vt notat dominus Bonauentura super prologo primi sententiarum. Aliquis enim scribit aliena, nihil addendo, vel mutando, & talis mere dicitur scriptor.Aliquis scribit aliena addendo, sed non de suo, & talis dicitur compilator. Aliquis scribit & aliena & sua tanq̄ principalia,& sua aliena tanq̄ annexa ad cōfirmationem,& talis debēt dici autor libri.Quo notato, dicitur, quòd magister Gratianus cum nedum aliena sicut canones, ex decreta sanctorum patrū scripserit, sed ēt sua distinguēdo & exponēdo sanctos patrū dicta ad euidentiā, & expositionem illorum, dici potest non solum compilator,aut commentator decreti, sed etiam autor. ¶ Ad rationes In oppositum. Ad primam, cum obijcitur. Solus Christus est doctor, & autor. Respōdetur, quòd sicut dicit
24Aug.in li.de doct.christiana†docere est dupliciter,sicut dupliciter videtur quis facere aliquē videre,aliter ei facit,qui visum restituit.Aliter qui visibile digito ostendit.Primum facit Deus naturæ conditor,secundum homo.Similiter aliter docet,qui scientiam, quam in anima habet,verbo doctrinæ, vel scripto alteri ostendit, quod potest facere homo.Aliter,qui lumen intellectus,vel habitum scientiæ infundit,quod solus Deus operatur, vterque tamen dicitur doctor,& autor,vnde primo ad ti.2.b.dicit Paulus Apostolus in quo positus sum ego prædicator,& doctor gentium in fide,& veritate. Sed Deus principalissimus est, qui(vt ait propheta) docet omnem scientiam, & vt Io.1.A.dicit. illuminat omnem hominem venientē in hunc mundum. Psal. 93.b.
Et sic dicendum est in proposito.¶ Ad secundū,cum obijcitur, quòd magister Gratianus ex dictis aliorum composuit hunc librum.Respondetur,quòd non solum in eo aliena posuit,sed etiā sua, quare autor libri dici potest aliquo modo,vt dictum est.

Primū ar. — Secundū ar. — Opponit ī contrariū. — Decisio q̄stionis. — Respōdet. argu. Ad primū — Ad secundū

25 **Ad octauum** In quo quæritur,†quæ sit causa huius operis.Sine argumentis respondetur,quòd causa huius operis est, vt habita sacrorum canonum notitia,Dei ecclesiæ canonice regerentur.Cum.n. per ignorantiam diuinum ius in dissuetudinem deueniret,& singulæ ecclesiæ consuetudinibus potius, quam canonibus regerentur, periculosum id reputans magister Gratianus,

Collectores plures canonum,

Gratianus, diuersos codices conciliorum & patrum capitula continentes colligens diligenter perlustrauit, ex quibus ea, quæ magis sibi necessaria causis decidendis visa sunt, in hoc volumine comprehendit. Est tamen aduertendum, ꝙ magister Gratianus non fuit primus, qui sanctorum patrũ canones, & decreta in vnum collegerit imo plures alij eum in hoc opere præcesserunt. Licet ipse melius multo alijs, & decentiori ordine collegerit. ¶ **Isidorus.** Dicit autem Isidorus primo omnia decreta apostolica, & canones sacrorum conciliorum in vnum magnum volumen redegisse secundum ordinem temporum, quo illa à sanctis patribus, & romanis pontificibus successiue sunt edita de qua compilatione fit mentio, di. 19. cap. 1. ¶ **Iuo caraotẽsis.** Secundus fuit Iuo episcopus carnotensis, qui opus præfactum Isidori (eo, quòd erat nimis prolixum) abbreuiauit, distinguens illud per capitula, multas illi sanctorum patrum sententias inseruit, de quo Vincentius historialis. li. 24. c. 23. mentionem facit dicens, ꝙ Iuo qui vita, & doctrina sua Carnotensem ecclesiá illustrauit, & inter cætera opera sua illud volumen, quod decreta Iuonis dicuntur vtiliter compilauit. ¶ **Hugo Cathalanus.** Tertius fuit quidã Hugo nominatus natione Cathalanus, qui opus præfactũ domini Iuonis (eo quòd etiam non paruæ quãtitatis esset) abbreuiauit, & libellum quendam portatilem dicitur composuisse, qui appellatur summa decretorũ Iuonis. ¶ **Fulgentius.** Quartus fuit Fulgentius diaconus Carthaginensis, qui decreta sanctorum patrum breuiter compilauit, quæ compilatio appellatur abbreuiatio canonum Fulgentij de quo sit mentio 63. di. c. sacrorum. §. cum ergo. ¶ **Brocardus.** Quintus fuit Brochardus Episcopus Guarnaciensis, qui patrum decreta in vnum colligere curauit, qui compilationem quandam 20. libris distinctam notabilem composuit, quæ autoris sui nomine Brochardus vocata, & multum fuit in vsu antiquorum doctorum iuris canonici. ¶ **Gratianus.** Post hunc venit magister Gratianus, qui diuersos conciliorum codices, & sanctorum patrum decreta studiose colligens, opus hoc composuit, in quo quæ in aliorum doctorum compilationibus pro decidendis causis magis necessaria videbantur, interserendo ét alios canones, & consultationes romanorum pontificum plene comprehendit. Verum, quia per prædictos canones in causis ecclesiasticis plena non habebatur discussio, idcirco assumpsit authoritates multorum sanctorum patrum, quæ hodie uim obtinet canonum vt habetur, 20. distinct. capitul. primo.

26 **Ad nonum** In quo quæritur sine argumẽtis. † Quæ fuerit intentio magistri Gratiani in cõpilatione huius operis. Respondeo, quòd intentio eius fuit diuersas diuersorum patrum regulas (quæ canones dicuntur) in quam plurimis locis vage, passimque dispersas, dicẽti dispositionem in vnũ colligere, contrarietates, quæ in eis occcurrerent datis conuenientibus expositionibus. in concordiam reuocare, in quo non parum prouidit statui vniuersalis ecclesiæ, vt de eo dicere possimus ecclesiastici 42. à quasi sol refulgens iste effulsit in templo, & ecclesia Dei.

27 **Ad decimum** In quo quæritur. † Quis sit huius operis finis, siue vtilitas. Respondetur, quòd duplex dicitur finis. intra, & finis extra, siue vtilitas ꝓxima, & remota. Finis intra, siue vtilitas proxima, est scire ecclesiastica negotia canonice diffinire. Finis extra siue vtilitas remota, est vt cognitis, & seruatis sanctorum patrum, siue vniuersalis ecclesiæ canonicis regulis, virtuose, & sante viuentes immarcessibilem æternæ vitæ gloriã consequamus, ₰m illud Proue. 1. A. Audi fili mi disciplinã patris tui, & ne dimittas legem matris tuę, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

28 **Ad vndecimum** In quo quæritur, † quæ sit forma huius libri. Respondetur, **Diuino libri.** ꝙ duplex dicitur forma tractatus, siue modus tractandi. Forma tractatus est diuisio libri in suas partes. ¶ Diuiditur autem liber principaliter in tres partes, in quarum prima magister agit de ministerijs ecclesiasticis, & eorũ officijs, quæ centum & vna distinctione extenditur. ¶ In secunda parte tractat de negotijs tam clericorum, quam etiam laicorum, prout tamen de eis pertinet ad ecclesiam, puta de matrimonio, & de his, quæ spectant ad salutem animæ, & hæc pars 36. causis terminatur insertus est tamẽ in 33. causa tractatus de pœnitentia. ¶ In tertia parte tractat de ecclesiasticis sacramentis, & hæc pars 5. distinctionibus consummatur. ¶ Prima pars, quæ appellatur distinctionum, siue ordinandorum in 7. partes principales diuiditur. In quarum prima tractat de iure, & de differentijs ipsarum specierum ad inuicem. In secunda de officijs ecclesiasticis, vnde originem habuerunt, & quare sic appellata sunt, & de differentia eorum adinuicem, vbi etiam tractat de examinatione eorum, qui ad talia officia promouendi sunt, & quid ad vnumquodque officium pertineat, & hæc pars extenditur vsque ad. §. nunc autem distinc. 25. In tertia parte principaliter tractat de ordine episcopali, & quæ in episcopo requirantur. ¶ Cuius gratia prosequitur 13. capitula apostolicæ regulæ, interserit etiam in eadem vsque ad. 35. dist. de continentia clericorum. Et hæc durat vsque 50. dis. exclusiue. In quarta parte, quoniam lapsus in heresim impedit promouendum, & dijcit iam promotum, nisi postmodum reparetur, ideo tractat de lapsis in heresim, &, quomodo valeat reparari, & in suis ordinibus remanere, & ad superiores ascendere. Tractat etiam de alijs imdepimentis ordinandorum. s. de bigamis, seruis publice pœnitentibus, filijs presbyterorum, corpore vitiatis, & de quibusdã alijs, quæ impediunt ordinandos. Et extenditur hæc pars, quarta vsque ad 60. dist. In quinta parte tractat de gradib. à quibus, & ad quos clerici sunt promouendi. Et quia promotio fit per canonicam electionem, tractat ibi de electione, & de diuersis formis electionis. Et quia electionem sequitur ordinatio, & consecratio, ideo tractat ibidem à quibus debeant fieri ordinationes, & conseruationes, & qualiter, & quo tempore, & extenditur ista pars vsque ad 81. distin. In 6. parte recapitulat sub breui compendio 13. capitula apostolicæ regulæ, & protenditur pars ista vsque ad dist. 93. In 7. parte, quoniam inter officia ecclesiastica, & ministros (de quibus superius mentionem fecerat) sunt gradus, & ministrorum quidam sunt maiores, siue superiores, quidam minores, & minores debent obedientiam maioribus, ideo tractat de obecientia, quam minores debent maioribus, tam ratione ordinis, quam ratione administrationis. Et hæc pars extenditur vsque ad tractatum causarũ. Forma vero tractandi siue modus agendi obseruatus à magistro Gratiano in hoc opere, est quintuplex sicut patet ex processu libri, videlicet diuisiuus, diffinitiuus, probatiuus, improbatiuus, & exemplorum positiuus, sicut patet ex processu libri.

29 **Ad duodecimum** In quo quæritur, † quis sit titulus huius libri. Respondetur, quòd titulus huius libri est incipit concordantia canonum discordantium. Verum, cum canones ipsi spiritus sancti, qui omnis virtutis doctor, & magister est, instinctu ac nutu editi sint, vt in c. violatores 25. q. 1. cunq; ab eodem veritatis fonte discordantes sententias emanare non sit possibile videtur dicendum, quòd canonum discordantia, siue dissonantia, de qua hic est sermo, non sit in veritate, sed in apparentia, non in spiritu intelligentiæ, sed in superficie literę. Et quoniam multi simplices in labyrinthum errorum præcipitantur, propter hanc discordantiam inter aliquos canones, magister Gratianus zelo fidei incensus ac curatissime studuit, adhibitis debitis interpretationibus, hanc discordantiam secundnm intellectum suum reuocare ad concordiam. Vbi considerandum quòd quemadmodum sacræ scripturæ tractatores assignarũt 7. regulas exponendi sacram scripturam, per quas tolleretur omnis dissonantia in dictis sacræ scripturæ, quas tangit Isidorus lib. 1. de summo bono cap. secundo. Et vocantur ab aliquibus claues, quia per eas intellectus sacræ scripturæ aperitur in multis. **Septẽ regulę.** Quarum prima dicitur de domino Iesu Christo, & eius corpore mystico, quod est ecclesia. Secunda est de corpore vero, & simulato. Tertia de spiritu, & litera. Quarta de specie, & genere. Quinta de temporibus. Sexta de recapitulatione, & anticipatione. Septima de diabolo, & eius corpore. Ita ad tollendam omnem dissonantiam, quæ inter aliquos canones esse videbatur, sunt septem regulæ, siue septem consyderationes, quæ colliguntur ex antiquis doctoribus, & post ex specu. in titu. de disputationibus, & allegationibus in §. post hæc. versi. & generaliter omne contrarium, item ex Arch. super decretum, quæ regulæ quasi septem claues possunt designari. ¶ **Prima regula.** Prima regula dicitur de
30 persona, quæ docet, † quòd quidam canones siue decreta patrum accipienda sunt ex persona, siue tanquam personalia, & quædam tanquam generalia, personalia dicuntur, quæ personas non transgrediuntur, nec ad exemplum trahuntur,

huntur, siue consequentiam. prima quæst. prima. §. sicut ergo. 26. quæst. secunda non exemplo. Generalia vero sunt quæ vniuersitatem complectuntur, quæ omnes adstringunt. ¶ Secunda regula vocari potest de loco, quæ docet, quòd quidam canones intelligendi sunt ex loco, vt in orientalibus 31. dist. aliter, & cap. quoniam, & cap. nicenus, & extra de cleri. coniug. cum olim. ¶ Tertia regula est de tempore, quæ docet, quòd quidam canones intelligendi sunt, & exponendi ex tempore sicut matrimonio in tertio, & quarto gradibus contrahendo, quod ex causa ad tempus concessum fuit anglicis 33. q. 3. quòd scripsi. ¶ Quarta cõsideratio est de causa, quæ docet, quod quidam canones ex causa accipiendi sunt sicut patet in promotione monachorum ad sacerdotium, siue ad curam animarum, quod ex causa. s. ex penuria clericorum tempore Gregorij factum legitur, dist. 55. priscis, de istis dicitur in ca. regulæ. dist. 29. ex sententia beati Gregorij regulæ sanctorum patrum pro tempore, loco, persona, negotio, instante necessitate traditæ sunt. ¶ Quinta consideratio sicut regula dicitur à rigore, & misericordia, quæ docet, quòd quidam canones editi sunt secundum rigorem iustitiæ, quidam secundum misericordiæ moderationem. Secundum iustitiæ rigorem, sicut de criminoso post baptismum etiam peracta pœnitentia non ordinando, vt 15. dist. c. primum, 48. dist. quoniam prima quæst. prima si quis omnem, & de simoniacis in suis ordinibus non tolerandis. Secundum vero misericordiæ moderationem editi sunt canones, vt de criminosis post pœnitentiam tolerandis, & promouendis 50. dist. ponderet cap. domino sancto 34. dist. cap. fraternitatis. Et de simoniacis tolerandis prima quæst. quinta cap. primo, & vltimo. ¶ Sexta regula est de præcepto, & consilio docens, quod quidam canones accipiendi sunt per modũ præcepti, siue affirmatiui imperando, siue negatiui prohibendo. Quidã de consilio, quidam per modum indulgentiæ, siue permissionis, per modum præcepti, vt de debito coniugali reddendo 33. quæst. 5. si dicat, & sicut de vxore non dimittenda excepta fornicationis causa 32. quæst. 5. præceptum, & de non accedendo ad aliam, vt eo. causã cap. non mechaberis. Per modum aut consilij 33. quæst. 1. §. 1. in princ. si quis te percusserit, de non dimittenda coniuge infideli cohabitare volente 28. quæst. prima. sic enim, & cap. iam nunc, & de virginitate seruanda 32. quæst. j. integritas, de permissione coitus cõiugalis causa incontinentiæ, qui permittitur, vt grauiora vitentur 13. dist. nerui. ¶ Septima regula dicitur de lata, aut inferenda sententia, quæ docet quædam capitula canonis datæ sententiæ. Quædam dandæ datæ sentẽtiæ dicuntur, quæ insinuant trangressorem suum, iam excommunicatum. 17. quæst. 4. si quis suadente. Dandæ, quæ insinuãt ipsum, excommunicandum ad similitudinem infamium, quorum quidam sunt infames ipso iure, quidam per sentẽtiam de necessitate autem harum regularum pro parte scribitur 29. dist. c. 1. vbi ex sententia beati Isidori dr. sciendum est, quòd pleraque capitula ex causa, ex loco, ex tempore, quorum modi quia medullitus non indagantur in errorem labentium, nonnulli intricando impinguntur, cum ante iudicant, quam intelligant, ante inculpant, quam iterando lecta perquirant.

Secũda regula. Tertia regula. Quarta regula. Quinta regula. Septima regula.

2 *Iustitiæ proprium quid sit.*
3 *Rectum, quod dicatur.*
4 *Ius qualiter accipiatur.*
6 *Adæquatum potest aliquid esse homini diuersimode.*
7 *Ius diuinum quid dicatur.*
9 *Ius naturale multipliciter accipitur.*
Stricte quid dicatur nu. 10.
Quid large nu. 11.
13 *Opinio quid sit.*
14 *Natura quid dicatur.*
15 *Natura angelica qualiter cognoscat.*
16 *Cognitio duplex in natura angelica.*
17 *Dubium quid dicatur.*
18 *Ambiguum quid.*
19 *Opinatum quid.*
22 *Obiectum theologicarum virtutum quid sit.*
24 *Notum aliquid per se dicitur dupliciter.*
25 *Inclinatio qualiter sit in homine.*
28 *Temperantia circa quid versetur.*
30 *Præceptorum triplex genus reperitur in lege diuina.*
31 *Lex quadrupliciter capitur in lege diuina.*



Humanum genus duobus regitur, &c. Hic incipit prima distinctio primæ partis huius operis, quæ diuidit in quatuor partes. In prima ostenditur, quòd humanum genus regitur iuribus, moribus, siue consuetudinibus. In secunda ponit vnam diuisionem bimembrem iuris. s. in ius scriptum, & ius non scriptum, sed memoriæ commendatũ, siue consuetudinarium. In tertia ponit secundam diuisionem iuris trimembrem, videlicet in ius naturale, ciuile, & ius gentium. In quarta prosequitur species iuris ciuilis, secunda ibi [Ius generale no. est] tertia ibi [Ius autem naturale &c.] quarta ib [Ius militare] Item prima in quatuor. In prima docet quo iure, quia naturali, maxime regatur genus humanum. In secunda declarat quid sit ius naturale ibi [ius naturale] assignans ei duo præcepta. vnum affirmatiuum, & alterum negatiuum. Tertio probat, quod dixit, videlicet quòd genus humanum regitur naturali iure, & moribus ibi [omnes leges] Quarto infert corrollarie quandam differentiam inter legem diuinam, & humanam ibi [ex verbis huius autoritatis.] ¶ Circa primum magister Gratianus tractaturus de iure canonico, ordinem disciplinę obseruans, quia à communioribus, & simplicioribus sumit exordiũ, à iure naturali incipit dicens. [Humanum genus duobus regitur, naturali iure, & moribus] Pro ampliori autem intelligentia eorum, quæ in hoc capitulo, & in gl. ponuntur, quæruntur decem

Diuisio.

1 ¶ Primo, quid sit ius.
5 ¶ Secundo, vtrum conuenienter diuidatur ius naturale, & positiuum.
8 ¶ Tertio, vtrum conuenienter diffiniatur ius naturale in litera à Gratiano, cum ait. [ius naturale est, quod in lege & euangelio continetur.]
12 ¶ Quarto, vtrum conueniens sit diffinitio Tullij in qua dicit, quòd ius naturale est, quòd non opinio genuit, sed vis innata inseruit.
20 ¶ Quinto, vtrum conueniens sit diffinitio illa iuris naturalis. [ius naturale est, quòd natura omnia animalia docuit, &c.]
21 ¶ Sexto, vtrum conuenienter in gl. præsentis capituli assignentur modi iuris naturalis.
23 ¶ Septimo vtrum lex, & euangelium differant.
26 ¶ Octauo, vtrum ius naturale plura contineat præcepta.
27 ¶ Nono, vtrum ad ius naturæ pertineat præcipere omnes actus virtutum.
29 ¶ Decimo, vtrum omnia præcepta in lege, & euangelio contenta pertineant ad ius, siue legem naturalem.

1 Circa primum Scilicet quid sit ius vtrum. s. sit obiectum iustitiæ sic proceditur, & arguitur, quod non. Celsus iure consultus. ff. de iust. & iur. l. prima diffiniens ius dicit, quòd ius est ars boni, & æqui. Ars autem non est obiectum iustitiæ, sed est per se virtus intellectualis: ergo ius non est obiectum iustitiæ. ¶ Secundo sic. Sicut dicit Isidorus primo Etymolo. & habetur in hac prima distin. c. ius generale nomen est. Lex iuris est species. Lex autẽ non est obiectum iustitiæ, sed magis prudentiæ, vnde philosophus legem positiuam partem prudentiæ ponit: ergo ius non est obiectum iustitiæ. ¶ Tertio sic. iustitia principaliter subijcit hominem Deo. dicit. n. Augu. lib. de moribus ecclesiæ, quòd iustitia est amor Deo tamen seruiens, & ob hoc bene imperans cæteris, quæ homini subiecta sunt. Sed ius non pertinet ad diuina, sed solũ ad humana. Dicit enim Isidorus primo libr. etymolo. & habetur infra ea. dist. cap. omnes leges, quod fas lex diuina est, ius autem lex humana: ergo non est obiectum iustitiæ. ¶ In oppositum est beatus Isidorus quinto etymolo. cap. 3. & ponit in hac prima dist. cap. ius generale, dicens, quòd ius dictum est, quia iustum, sed iustum est obiectum iustitiæ. Dicit enim philosophus in quinto ethico. quod omnes talem habitum volunt dicere iustitiam, à quo opera iustorũ sunt: ergo ius est obiectum iustitiæ. ¶ Respndet dicendum quòd ius vere dicitur obiectum iustitiæ. Pro cuius conclusionis declaratione est notandum cum sancto Thom. in secunda secundæ quæst. 57. † quòd iustitiæ proprium est inter alias

Primũ ar. Secundũ ar. Tertium ar. Opponit in contrariũ Respõdet.

ter alias virtutes, vt ordinet hominem in his, quæ sunt ad alterum: importat enim æqualitatem quandam, vt ipsum nomen demonstrat. dicuntur enim vulgariter ea, quæ adęquatur, ad iustare. Aequalitas autē ad alterum est. Aliæ autem virtutes perficiunt hominem solum in his, quæ ei conueniūt ſm se ipsum, sic ergo id, ꝙ est rectum in operib. aliarum virtutū, ad quod tendit intentio virtutis, nō accipitur nisi per cōparationē ad agentē. †Rectum vero est, quod est
3 in opere iustitiæ etiam præter cōparationē ad agētē cōstituit̄ ꝑ comparationem ad aliū, illud. n. in opere nostro dicitur esse iustum, quod respondet secundum aliquā æqualitatem alteri, puta recompensatio mercedis debite pro seruitio impenso. Sic igitur iustum dicitur aliquid, quasi trahens rectitudinem iustitiæ, non considerato, qualiter, ab agente fiat. Sed in alijs virtutibus non determinatur aliquid rectum, nisi secundum quod aliqualiter fit ab agente, & propter hoc specialiter iustitiæ præ alijs virtutibus determinantur secundum se obiectum, quod vocatur iustum, & hoc quidem est ius, vnde manifestum est, quod ius est obiectum iustitiæ. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam, cum obijcitur, quòd ius dicitur ars boni, & æqui dicendum, quòd consuetum est, quòd nomina à sui primeua impositione retorqueantur ad alia significanda, sicut nomen medicinæ impositum est primo ad significandum remedium, quod præstatur infirmo ad sanandum, deinde secundo tractum est ad significandum artem, in qua hoc fit.

Ad primū argu.

4 †Ita etiam hoc nomen ius primo impositum est ad significandum ipsam rem iustam, & hoc modo accipitur in cap. ius generale, vbi ex authoritate Isidori dicit Gratianus ius dictum est, quia iustum est, & .ff. de iusti. & iure. l. vt supra, vbi dicitur, ius est quod semper bonum, atque æquum est. Post modum autem est determinatum ad significandum artem, qua cognoscitur quid sit iustum, & hoc modo diffinit ius Celsus iurisconsultus. ff. de iusti. & iure. l. prima dicens ius est ars boni, & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes. i. sacrorum præceptorum ministros appellat. ¶ Et vlterius tertio deriuatur ad significandum locum, in quo ius redditur, sicut dicitur aliquis apparere in iure, appellatione facta ab eo, quòd fit in eo, vbi fit sicut habetur. ff. vbi, supra. ¶ Vlterius quarto dicitur ius illud, quod redditur ab eo, ad cuius officium pertinet iustitiam facere, licet etiam id, quod decreuerit sit iniquum, de quo dicitur digestis vbi. s. nihilominus recte ius appellatur in ciuitate nostra ius honorarium. ¶ Prætor quoque ius reddere dicitur etiā cum iniquè discernit, relatione. s. facta non ad id, quod prętor facit. sed ad quod prætorē facere conuenit. Dicitur ēt, 23. quæst. secunda cap. primo iudex dictus est quia ius dicat populo. Ex quibus habetur manifeste. Quod cum ius dicatur multipliciter. s. sicut dictum est, quòd rationi oppositū facta non procedit. ¶ Ad secundum, quod obijcitur, quòd lex est species iuris dicendum, quòd sicut eorum, quæ per artem exterius fiunt, sunt quædam, quorum ratio in mente artificis præexistit, quæ dicitur regula artis, ita etiam illius operis iusti (quod ratio determinat) quædam ratio præexistit in mente quasi quædam prudentiæ regula, & hoc si in scripto redigatur vocatur lex. Est enim lex secundum Isidorum, vbi supra cap. tertio constitutio scripta. Et ideo lex non est ipsum ius proprie loquendo, sed aliqualis ratio iuris. ¶ Ad tertium dicendum, quòd quia iustitia æqualitatem importat. Deo autem non possumus equiualens reddere, inde est, quòd iustum secundum perfectam rationem non possumus reddere Deo. Et propter hoc nō proprie dicitur ius lex diuina, sed fas, quia videlicet sufficit Deo, vt impleamus. ꝙ possumus. Iustitia tamen ad hoc tenditur, vt homo quantum potest Deo recompenset totaliter ei se subijciens.

Ad secundū

Ad tertiū.

Ad secundum quod circa id, quòd dicitur, ꝙ humanum genus duobus regi-
5 tur, naturali iure, & moribus. ¶ †Quæritur, vtrum conueniēter diuidatur ius in naturale, & positiuum. Sic proceditur. Et videtur ꝙ non. Primo sic. Illud enim, quod est naturale est immutabile, & idem apud omnes, non autem inuenitur in rebus humanis aliquid tale quia omnes regulę iuris humani in aliquibus casibus deficiunt, nec habent suam virtutem vbique. ergo non est aliquod naturale. ¶ Secundo. Illud est ius positiuum, quod ex voluntate humana procedit, sed non ideo aliquid est iustum, quia à volūtate humana procedit, alioqui voluntas hominis iniusta esse non posset. ergo cum iustum sit id, quod videtur ius, videtur, ꝙ nullum sit ius positiuum. ¶ Tertio. Ius diuinum non est ius naturale, etiam non est ius positiuum. non innititur autoritati humanæ, sed autoritati diuinæ. ergo inconuenienter diuiditur ius per naturale, & positiuū. ¶ Quarto confirmando istam rationem arguitur sic. In eadem distinct. cap. omnes, diuidit legem in diuinam, & humanam. Sed cum in hac diuisione non fiat mentio de diuina, videtur, quòd non sit sufficiens. ¶ Quinto, Consequenter eadem dist. cap. ius autem, diuiditur in ius naturale, ius gentium, & ius ciuile. ergo videtur, quod diuisio hic posita non sit sufficiens. ¶ In contrarium est primo philosophus in quinta Ethic. dicens, politici iusti hoc quidem naturale est, hoc autem legale, id est lex positiua. ¶ Secundo est Gratianus in præsenti capitulo, dicens, quòd humanum genus duobus regitur, s. naturali iure, & moribus, id est vt ait gloss. consuetudinario iure, vel iure humano, siue scripto, siue non scripto. ergo videtur, quòd prædicta diuisio est sufficiens. ¶ Respondet, quòd præfata diuisio iuris in naturale, & positiuū, est sufficiens. Pro cuius conclusionis decleratione notandum cum sancto Thom. in secunda secundæ quæst. 57. arg. secundo, quòd ius, siue iustum dicitur opus adæquatum alteri secundum aliquem æqualitatis modum † Diuersimo-
6 de autem alicui homini potest aliquid esse adæquatum vno quidem modo ex ipsa natura rerum, puta cum aliquis tantum dat, vt tantundem recipiat, & hoc vocatur ius naturale. Alio modo est aliquid adæquatum, vel commensuratum alteri ex condicto, siue ex quasi placito, quando. s. aliquis reputat se contentum, si tantum accipiat, quod quidem potest fieri dupliciter, vno modo per aliquod priuatum condictum, sicut quod firmatur aliquo pacto inter aliquas personas, Alio modo ex condicto publico, puta cū totus populus consentit, quòd aliquid habeatur quasi adæquatum, & commensuratum alteri, vel cum hoc ordinat princeps, qui curam populi habet, & eius personam gerit, & hoc dicitur ius positiuum. Summa huius est (vt ait Albertus super quinto Ethico.) quòd hoc iustum vel ex sua natura habet æquitatem, & legitimabilitatem, & tale est iustum, siue ius naturale. Aut habet virtutem ex institutione, & hoc dicitur legale, siue positiuum. Sicut econtra dicitur, quod quoddam est prohibitum, quia malum, quod cōtrarium est iusto, & quoddam malum, quia prohibitum, quod opponitur secundo iusto. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam cum obijcitur, quòd naturale est immutabile &c. dicendum, quòd id, quòd est naturale, habenti naturam immutabilem, oportet, quòd sit semper, & vbique tale. Natura autem hominis est mutabilis, & ideo quod est naturale homini, potest aliquando deficere, sicut naturalem æqualitatem habet, vt deponenti depositum reddatur. Et si ita esset, quòd natura humana semper esset recta, hoc esset semper seruandum. Sed quia quandoque cōtingit, quòd voluntas hominis deprauatur, est aliquis casus in quo depositum non est reddendum, ne homo peruersam voluntatem habens, male eo vtatur, vt puta si furiosus, vel hostis rei publicæ arma deposita deposcat. Dicendum ergo est, quòd aliquod sit ius naturale etiam si in aliquo casu, non veniat obseruandum. ¶ Ad secundum quod obijcitur, quòd ius positiuum ex humana voluntate procedit. Dicendum, quòd voluntas humana ex communi condicto, potest aliquid facere iustum in his, quæ secundum se non habent aliquam repugnantiam ad naturalem iustitiam. Et in his habet locum ius positiuum, vnde philosophus dicit quinto Ethico. quod legale iustum est, quod ex principio quidem nihil differt sic, vel aliter, quando autem ponitur differt. Sed si aliquid de se repugnantiam habeat ad ius naturale, non potest voluntate humana fieri iustum, puta si statuetur, quòd liceat furari, vel adulterium committere, vnde dicitur Isa. quinto, væ qui condunt leges iniquas. ¶ Ad tertium dicendum,
7 †quòd ius diuinum dicitur, quòd diuinitus promulgatur, & hoc quidem partim est de his, quæ sunt naturaliter iusta, partim autem de his, quæ sunt iusta intentione diuina. Vnde etiam ius diuinum per hoc distingui potest, sicut & ius humanum. Sunt enim in lege diuina quædam præcepta, quia bona, & prohibita, quia mala, quædam vero bona, quia præcepta, & mala quia prohibita. ¶ Ad quartam, quod inductum est in confirmatione tertij de diuisione illa. Omnes leges aut diuinæ, aut humanæ. Albertus

Primū arg.

Secūdū arg.

Tertiū ar.

Quartū ar.

Quintū ar.

Opponit in contrarium

Secūda op.

Respondet quæstioni.

Ad primum argumen.

Ad secundū

Ad tertiū.

Ad quartū.

bertus magnus super quinto Ethicor. dicit, quòd diuisio ista est subdiuisio huius primæ, qua ius diuiditur in naturale, & legale, siue positiuum, quia etiam in naturalibus sunt quædam diuina, & quædam humana similiter in lega libus. ¶ Ad quintum dicendum, quòd ius gentium non distinguitur essentialiter à iure naturali, prout sumitur hic. ius enim naturale, quo humanum genus regitur, dicitur quod ratio naturalis hominum dictat, id autem, quod ratio naturalis inter omnes hominem constituit, idem apud omnes gentes custodirur vocaturque ius gentium vt dicit Caius iurisconsultus. Sed de hoc plenius infra dicetur.

Ad quintũ.

8 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur, quòd inconuenienter diffiniatur ius naturale in litera à Gratiano, cum ait.]Ius naturale, & quod in lege, & euangelio continetur.] Primo sic. Ius naturale est commune omnium nationum, eo, quòd instinctu naturali non constitutione aliqua habetur, vt infra eadem. distinct. cap. ius autem, ex autoritate Isidori. Lex autem, & euangelium non sunt communia omni nationi, vt de se patet ex illo psalmi. Non fecit taliter omni natione, iudicia sua non manifestauit eis. De euangelio autem dicit Apostolus ad Rom. 10. C. Non omnes obediunt euangelio, ergo videtur, quòd non sit conueniens præfata diffinitio. ¶ Secundo sic vt dictum est humanum genus regitur iure naturali, & moribus, sed humanum genus vniuersaliter non regitur lege siue euangelio Christi, vt patet: ergo ista diffinitio non est conueniens. ¶ Tertio humanum genus à principio suæ institutionis regitur iure naturali, ius enim naturale est ab exordio rationalis creaturæ distinct. quinta, in princ. Sed lex, & euangelium non sunt ab exordio humani generis. Lex enim data fuit tempore Moysi, vt in capitu. Moyses distinct. prima, & euangelium tempore Christi, secundum illud Hierem. 31. Ecce dies veniunt dicit dominus & consummabo super domum Israel, & super domum Iudæ, testamentum nouum, id est legem euangelicam. ergo non videtur diffinitio illa conueniens. ¶ Quarto in lege, & euangelio inueniuutur, quæ sunt supra rationem naturalem, imo aliqua contra naturalem rationem. ergo non videtur verum, quòd ius naturale sit, quod in lege, & euangelio continetur. ¶ In oppositum est textus præsens, qui est beatissimi Isidori. ¶ Respondet dicendum, quod quidem iureparili, vt Hug. & Ioan. in gl. exponunt hunc textum sic, ius naturale, id est diuinum, & ita volunt euadede argumenta in oppositum. Sed hæc expositio non videtur nobis rationabilis, quia tunc non diffiniretur in litera ius naturale, sed ius diuinum, quod tamen est falsum, quoniam illud ius naturale nititur diffinire Gratianus, quo humanum genus à prima sui institutione regitur, & gubernatur hoc autem est ius naturale, quòd ab exordio creaturæ rationalis complantatum est humanæ menti etiam si illius præcepta post modum ab ipso conditore naturæ in lege, & euangelio inueniantur inserta sicut dicetur infra. Et ideo dicendum, quòd diffinitio assignata ab Isidoro, & Gratiano bene est assignata, & sufficienter posita. Pro quo notandum, quòd vt ait sanctus Thom. in quarta sententiarum distinctio. 33. ar. primo, † ius naturale multipliciter accipitur. Primo enim ius dicitur naturale ex principio, quia à natura est inditum. Et sic diffinit ius naturale Tullius in secundo rhetor. dicens, ius naturale est, quod non opinio genuit, sed vis quædam innata inseruit, de qua disputabimus in sequenti ar. ¶ Secundo, quia in rebus naturalibus dicuntur aliqui motus naturales, non quia sint ex principio intrinseco, sed quia sunt à principio superiori mouente, sicut motus, qui sunt in elementis ex impressione corporum cœlestium, naturales dicuntur, vt dicit commentator tertio cœli, & mundi dicitur aliquid naturale, quòd ex impressione superioris principij habetur, & ita ea, quæ sunt de iure diuino dicuntur esse de iure naturali, cum sint ex impressione, & infusione superiorum. s. Dei, & sic accipitur ab Isidoro in diffinitione in litera posita. In [illegible]a dicitur, quòd ius naturale est, quod in lege, & euangelio continetur. Ad idem videtur Magnus Albertus in quæstionibus de virtutibus moralibus, dicens, quòd ius naturale dicitur large, & stricte, † Stricte dicitur ius naturale, quòd innata vis inseruit, & sic diffinitum est à Tullio superius, & nihil est de illo iure naturali, nisi vniuersalia principia morum, quæ dictat conscientia ex ipsa ratione boni.

Primũ ar.

Habetur psal. 147.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

† Opponit i contrariũ. Respõdet.

San. Thom.

9

10

11 † Dicitur autem large ius naturale, id, quod non humano consilio, vel ratione, sed primo mandatore (qui naturam condidit) secundum semina iuris, quæ humano cordi inseruit, promulgatum est. Et sic lex, & prophetæ, & euangelium sunt de iure naturali secundum, quòd etiam dicit Apostolus ad Rom. 4. b. prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo, hoc est verbum fidei, quòd prædicamus, eo, quòd (vt dicit gloss. ibi ordinaria) non longe distat à natura animarum nostrarum, & loquendi ratione, vnde sanctus Thomas. super eundem locum Apostoli ita dicit. Verba fidei, & si sint supra rationem, secundum illud ecclesiastici tertio cap. plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi, non tamen sunt contra rationem, quia veritas nõ potest esse veritati contraria, quare dicit propheta in psalm. 92. Testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis. Et sic omnia, quæ in lege, & euangelio continentur, sunt de iure natnrali, quod per oppositionem diciiur, adinuenta humana, & fallaci ratione. Sunt tamen, qui dicunt (vt inquit albertus Magnus) quòd ea, quæ dicuntur in euangelio, sunt de iure naturali, non materialiter. s. vt omnia sint mandata iuris naturalis, sed finaliter, quia sicut natura ordinatur ad gratiam, sicut ad id, in quo perficitur, ita ius naturale ad ius diuinum, quod traditur in lege, & euangelio. Alij autem dicunt, quòd ea, quæ in lege & euangelio. continentur, sunt de iure naturali, non intelligendo de omnibus in particulari, sed de moralibus in vniuersali sicut est exẽplum, quod subijcit Isidorus, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Sed inter omnia hæc inquit Albertus, prima solutio mihi plus placet. s. quòd ius naturale large accipiatur prout ius poli. ius naturale dicitur, eo quòd inserens primo ius naturale, secundum rationes quas homini inseruit illud promulgabit, & non homo ipsum. ¶ Tertio dicitur ius naturale non solum à principio, sed à materia, quia de naturalibus est. Et quia contra rationem diuiditur, à qua homo est homo, ideo strictissimo modo accipiendo ius naturale, illa, quæ ad homines tantum pertinent, & si sint de dictamine rationis naturalis, non dicuntur esse de iure naturali, sed illa tantum, quæ naturalis ratio dictat de his, quæ sunt homini, alijsque communia. Et sic datur tertia diffinitio. s. ius naturale est, quòd natura omnia animalia docuit. De qua disputabitur in quinto articulo. ¶ His habitis ad rationes in contrarium dicendum est. Ad primam dicendum est dupliciter. Primo, quòd argumentum procedit per æquiuocationem naturalis iuris, quoniam, vt iam dictum est alia ratione, id quòd cõtinentur in lege & euangelio dici potest ius naturale, quia ex infusione, & impressione superioris principij. s. Dei est. Et alia ratione dicitur ius naturale, quòd commune est omnium nationum, hoc enim ius naturale dictum est quia ratio naturalis, quæ omnium nationum communis est, illud homini dictat. ¶ Secundo potest dici, quod in lege, & euangelio sicut in præcedenti articulo habitum est continentur aliqua in duplici differentia. Nam quædam ibi continentur, quæ sunt naturaliter iusta, sicut esse dicuntur præcepta moralia, & illa etiam communia sunt omnium nationum, non vt lege diuina tradita, sed vt ad legem naturæ spectantia, quomodo dicit Apostolus ad Roman. secundo. C. Cum enim gentes, quæ legem non habent (. s. vt ait gloss. scriptam) naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, quia (vt ait gloss.) habet vnisquisque legem naturalem, qua intelligit, & sibi cõscius est, quid sit bonum, & qnid sit malum. Alia Autem continentur in lege, & euangelio, quæ iusta sunt, non naturaliter, sed institutione diuina, de quibus verum est, quòd non sunt communia omnium nationum, sed hoc non impedit propositum. ¶ Ad secundam dicendum. quòd humanum genus, licet vniuersaliler non regatur lege, & euãgelio per fidem, & obseruantiam oĩm, quæ in lege diuina, & euangelio continentur, regitur tamen, & gubernatur præceptis iuris naturalis, quę in lege, & euangelio continẽtur, vt dictũ est. ¶ Ad tertiã patet respõsio ex dictis. Licet. n. nec lex vetus, nec lex noua. i. euangeliũ fuerint ab ipso exordio rõnalis creaturæ datæ, sed temporibus opportunis. Nihilominus præcepta iuris naturalis, quæ in lege, & euangelio continẽtur, ab ipso rationalis creaturæ exordio humanæ menti fuerunt inserta. ¶ Ad quartam dicendum (vt dicit sanctus Thom. in prima secundæ quæst. 94. ar. quarto.) quòd cum dicitur, quòd ius naturale est, quod in lege & euangelio continetur, non est intelligendum, quòd omnia, quæ in lege,

Ad primũ

Ad secundũ

Ad tertium

Ad quartũ.

in lege,& euangelio continentur,sint in lege naturæ, cum multa credantur ibi supra naturam. Sed quia ea, quæ sunt de lege naturæ, plenarie ibi traduntur. vnde cum Gratianus dixisset, quòd ius naturale est, quod in lege, & euangelio continetur, statim exemplificando subiunxit [quod quisque iubetur alij facere, quod sibi nollet fieri.] Et hoc idem dicit Gratianus. in §.his itaque. distin.sexta.

12 Ad quartum Sic proceditur. Et videtur,quòd † diffinitio asignata per Tullium dicentem, quòd ius naturale est,quòd non opinio genuit, sed vis quædam innata inseruit, non sit conuenienter asignata. Primo eo, quod innuit, quod aliud ius, scilicet,

Primum ar.

13 positiuum opinio genuerit,† quia opinio est assensus vnius partis contradictionis: cum alterius formidine, & ita videtur, quod sit dubium, quod est opinatum, hoc autem non dirigit in opere, ergo, cum ius dirigat in opere, videtur, quod nullum ius sit opinione genitum,& sic male dicit, innuens, quod oppositiuum ius opinio genuerit. ¶ Secundo sic. Ius, quod genuit opinio, aut est conclusio iuris, aut regula iuris: non regula, quia illa non generatur, cum sit principium: principia autem per se nota sunt, ergo de eis non est opinio, & sic male dicit innuens, ꝙ ius positiuum opinio genuerit ¶Tertio sic. Ipse Tullius dicit, quod ius positiuum, & ius ciuile est a natura profectum. Si ergo hoc opinio genuit, tunc ius naturale erit in opinione, & ita non erit omnino certum.

Secūdū ar.

Tertiū arg.

¶ Quarto sic, Quæritur, quæ sit illa innata vis,quam ius inseruit, aut enim est natura. quam diffinit Boethius di-

Quartū ar.

14 cens. † Est vis innata rebus, ex similibus similia procreans. Et hoc non,quia illa non docet religionem, iustitiam, pietatem, & huiusmodi,qualia Tullius attribuit iuri naturali. Si autem res innata dicatur ratio.Contra,Ratio inuenit ius positiuum & inseruit illud, ergo videtur, quod hæc diffinitio ita conueniat iuri positiuo, sicut & naturali. ¶Hoc est: contra illud, quod dicitur, innata vis inseruit. Quæritur, Cui inseruit sibi? aut alteri? Non sibi; quia idem esset agens, & actum, & perficiens, & perfectum, quod est impossibili. Si autem alij inseruit. Quæritur cui. Aut enim superiori, aut inferiori. Non superiori, quia inferior non potest in superiorem agere. Non etiam inferiori, quia si sic: Ius naturale esset in potentijs inferioribus sensibilis animæ, vel rationalis, quod est falsum; quia cum ius naturale sit regens, est in superiori potentia. & non in inferiori. ¶ In oppositum arguitur authoritate Tullij. ¶ Responde. dicendum, quod diffinitio asignata a Tullio, cum ait, quod ius naturale sit, quod non opinio genuit, sed vis quædam innata inseruit. est conuenienter asignata. Pro cuius declaratione est notandum cum sancto Thoma in quæstionibus de veritate. quæstio. vigesima sexta. argumen. primo. quòd vt dicit Dionysius septimo de diui.nomin. diuiua sapientia coniungit fines primorum principijs secundorum. Naturæ enim ord natæ adinuicem sic se habent, sicut corpora contigua, quorum inferius in sui supremo tangit superius in sui infimo, vnde & natura attingit in sui supremo ad aliquod, quòd est proprium superioris naturæ imperfectæ illud participans, natura enim animæ humanę, est infra angelicam, si consideremus naturalem modum cognoscen-

Quintū ar.

Opponit in cōtrarium. Respondet

15 di vtriusque. † Naturalis enim modus cognoscendi, & proprius angelicæ est, vt veritatem cognoscat sine inquisitione, & discursu, humanæ vero proprium est, vt ad veritatem perueniat cognoscendam inquirendo, & ab vno in aliud discurrendo, vnde anima humana quantum ad id, quod in ipsa supremum est, aliquid attingit de eo, quod proprium est naturæ angelicæ, scilicet, vt aliquorum cognitionem subito, & sine inquisitione habeat, quamuis quantum ad hoc inueniatur angelo inferior; quòd in his veritatem cognoscere non potest, nisi a sensu accipiendo.

16 † Inuenitur autem in natura angelica duplex cognitio, speculatiua, scilicet, qua ipsam rerum veritatem simpliciter, & absolute intuetur, & practicam, tam secundum Philosophos, qui posuerunt angelos motores orbium, & omnes formas materiales præexistere in eorum cognitione, quam secundumm theologos, qui ponunt angelos Deo in officijs spiritualibus ministrare, secundum quòd ordines distinguuntur, vnde & in natura, humana, quantum attingit angelicam, oportet esse cognitionem veritatis sine inquisitione, & in speculatiuis, & in practicis. Et hanc quidem cognitionem oportet esse principium totius sequentis,siue speculatiuæ, siue practicæ,cum principia oportet esse certiora,& stabiliora,vnde & hãc cognitionem oportet homini naturaliter inesse, cum hæc quidē cognitio sit, quasi semenarium quoddam to ius cognitionis sequentis,& in omnibus naturis sequentium operationum,& effectuum quædam naturalia semina præexistunt, oportet hãc cognitionem habitualem esse, vt in promptu existat ea vti,cum fuerit necesse. Sicut autem animæ humanæ est quidam habitus naturalis insertus, quē vocamus intellectum principiorum, quorum notitia inserta est nobis per naturam.Non.n.acquiritur aliquod prius ipsis, sicut acquiritur scientia conclusionum,licet bene per accidens requiratur notitia terminorum; vnde & statim cognitis terminis,cognoscuntur res,vt inquit Aristoteles primo priorum,ita in ipsa est quidam habitus naturalis primorū principiorum operabilium, quæ sunt vniuersalia principia iuris naturalis per naturam insertus, in quibus non exigitur, nisi,vt termini mandati cognoscantur,vt puta,quid sit furtum,& quid sit mechia,& tunc sciret per seipsum mens humana,ꝙ non furandum,nec mechandum, qui quidem habitus latino nomine vocatur naturale indicatorium a beato Augustino,& beato Basilio,gręco vocabulo, vocatͣ synderesis Patet ergo,quod conuenienter Tullius naturale ius diffiniuerat dicens. ius naturale est, quod non opinio genuit,sed vis quædam innata inseruit.¶His habitis, dicēdū est ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur primo iuxta dominum Albertum,vbi supra quod non est falsum,imo verum;ꝙ opinio genuerit ius positiuum,cum ea ex quibus procedimus in casibus iuris positiui, non sint necessaria,sed probabilia.Et cum obijcitur; ꝙ opinatum non dirigit in opere.Respondetur,ꝙ imo non ratione eius, ꝙ continet contradictorium,sed inquantū assumitur ex hoc quod videtur sapienti in moribus: & hoc est inquantū ex iurisconsulto, & consilio est determinatum,in moribus.n. procedimus ex consilio,& eligentia, & ideo nō est verum;

Augu.

Ad primum argum.

17 quod opinatum sit dubium,vel ambiguum,† quia dubium est;in quo mouetur rō indeterminate super vtrunque con

18 trariorum.† Ambiguum autem,qñ ambit vtrunque æquis

19 rationibus.† Sed opinatum est id, quod videtur præcipue, ita: quod nulla, vel debilis ratio est in oppositū,& illud bene dirigit in voluntarijs de futuro, quæ causam necessariā non habet.¶Ad.2.respondetur iuxta Albertum,vbi supra; ius,ꝙ genuit opinio,est vt conclusio respectu eius, quod ex consilio sapientis est determinatum:& est,vt principiū ad mores, & ad vitam honestam, & hoc non est inconueniens;ꝙ idem sit principium,& conclusio respectu diuersorum,sicut etiam in mathematici. non omnia per prima & vera accipiunt fidem,sed etiam quædam ex his demonstrantur,quæ per prima,& vera fidem acceperunt;vnde nō sequitur;ꝙ ius generans immediate sit ius naturale.Naturale enim ius dicit prima principia iuris, quæ sunt,sicut petitiones,& dignitates in mathematicis.Scriptum autē ius est principium,sicut id,quod ex his est inuentum,& per inquisitionem rationis cōcrentis statum, & mores hominum, & hoc non est ius naturale,sed scriptum, & minus vniuersale,quam primum,quia non quod conuenit vni genti ſm consilium,conuenit etiam alijs, nec quod conuenit vni ciuitati,conuenit & alteri,secundum quod leges distinguuntur, & ius.Alia.n.lex est satyra,& quædam rhodia,& huiusmodi.Et ius est gētiū quoddā militare, & qđdā ciuile,&c. vt infra ea.di.¶Ad tertiam respondetur secundum eundē Albertum;quod omne. ius est a natura profectum, aliter est iniuria,& non ius: sed non oportet, quod a natura sola, vel a naturalibus iuribus, sicut a principijs proximis, sed naturalia iura sunt, sicut prima semina, quæ virtutes sunt in plebiscitis,& senatusconsultis,& responsis prudentum.Sed quia etiam consilium eorum assumit multa particularia loci,& temporis,& negotij,& personarum,& causarum.Et ideo non totum est ius naturale.¶ Ad quartam dicendum est, iuxta Albertum, ꝙ illa vis est lumen intellectus agentis.Illud enim lumen distinctum, ad species terminorum facit per se,hoc est,sine probatione & demōstratione assentire primis princip.js scientiarum,& operationum.Cōcordat cum hoc sanctus Thom.tam in 2.sententiarum. distin. 24.quam in quęstionibus de veritate, dicens, quod est lumen intel-

Ad secundū

Ad tertium

Ad quartū

men intellectus agentis, per quod principia prima in speculatiuis, & operatiuis nobis innotescunt; de quo dicitur in psalmo. 4. B. Signatum est super nos lumen vultus tui domine, quod scilicet nobis bona fide ostendit, hæc enim est responsio ad id, quod dixerat. Quis ostendet nobis bona. ¶ Ad vltimam respondetur, quod non inseruit sibi sed rationi, eo quod intellectus vniuersaliter agens non est receptiuus alicuius speciei, nec habitus naturalis, nec etiam habitus acquisiti, sed ratio ipsa est, quæ recipit vniuersalia iuris inserta vnde vocatur a Basilio iudicatorium naturale.

Ad quiutū. 20 Ad quintum Sic proceditur. Et videtur, † quod conuenienter diffiniatur ius naturale. cum dicitur ius naturalæ est; quod natura omnia animalia docuit. Primo sic. Ius dicitur a ratione; sed ratio non est communis hominibus; & alijs animalibus, ergo nullum ius commune est hoīni, & alijs animalibus, ergo male. assignata est diffinitio: ¶ Secundo sic, vt habetur. ff. de insti. tut. & iur. l. prima ius dicitur ars boni, & æqui; cuius merito quis nos sacerdotes, id est sacrorum præceptorum ministros appellat. Sed ius boni, & æqui non conuenit alijs aīalibus ab homine: ergo nihil quod natura docuit omnia animalia habet rationem iuris. ¶ Tertio sic. ius vt habetur. infra eadem distinctio. capitulo ius generale nomen est: Ius dicitur: quia iustum est. Sed iustitia, cum sit virtus, nō competit animalibus; ergo nec ius: ergo male diffinitur ius naturale, quod natura omnia animalia docuit. ¶ In oppositum est Isidorus: & etiam habetur. ff. de iusti. & iur. leg. prima. ¶ Respond. dicendum iuxta Albertum magnum super quinto ethicor. respond. quod ius naturale potest dupliciter considerari. Aut formaliter: scilicet quantum ad rationem iuris, & sic proficiscitur a natura speciali; quæ est ratio. Aut etiam potest considerari materialiter, scilicet quantum ad actum, & hic actus potest procedere à natura communi, sicut commistio maris, & fœminæ a natura animalis. Et hic quidem actus est in alijs animalibus: sed ratio iuris est tantum in homine. Tunc ergo dicitur, quod in diffinitione assignata, diffinitur ius naturale materialiter, siue quantum ad actum, in diffinitionibus autem superius assignatis a Tullio, & ab Isidoro diffinitum est ius naturale inquantum ad rationem iuris. ¶ Ad rationes vero in oppositum patet responsio. Arguunt enim, quod ratio iuris tantum in homine sit, & non in alijs bestijs: quod concedimus. Vel posset dici ad omnes rationes simul, quod licet ius proprie, siue substantialiter non sit in alijs animalibus, est tamen aliquo modo participatio eius, sicut Philosophus in primo de animalibus dicit quædam animalia sapientia esse: & quædam astuta, &c. quæ tamen non agunt ratione, sed potius (vt dicit Damascenus) agunt impetu naturalis appetitus. Et quia ille appetitus inclinat ad opera similia aliqualiter humanis operibus: quæ facit homo per similitudinem quandam dicitur ius, vt est coniunctio maris, & feminæ.

Primū arg.

Secundū ar.

Tertium ar

Opponit in contrariū. Respondet.

Ad argum.

21 Ad sextum quod circa illud in lege, & euangelio, † Queritur vtrum lex, & euāgelium differant, & sic proceditur. Et videtur, quòd non, quia vna, & eadem est fides noui, & antiqui testamenti, non differens quantum ad essentiam, vt dicit glossa. Matth. vigesimo primo. ergo vna, & eadem lex est veteris testamenti, & euangelij. Consequentia videtur manifesta, quia sicut est vnitas ex parte cognitionis per fidem, pari ratione videtur, quòd debeat esse vnitas ex parte ordinis bonitatis per legem. ¶ Secundo sic arguitur. Matthe. quinto. B. dicitur. Non veni soluere legem, sed adimplere Glossa euangelium est recapitulatio veteris legis. Cum ergo recapitulatio legis non diuersificat legem, non erit diuersum euāgeliū a lege veteris testamēti: ¶ Tertio euāgelium est adimpletio legis, lex ergo plena est lex moysi cum euangelio: ergo non est lex euangelij differens a lege moysi. ¶ In oppositum est primo Gratianus in præsenti text. qui in eo, quòd dicit in lege, & euangelio, manifeste innui legem, & euangelium differre. ¶ Item in capitulo hęc autem. vigesima tertia. quęstio. quarta. multiplex differentia assignatur inter legem, & euangelium. ¶ Item ad hoc est Apostolus ad Hebre. septimo dicens,

primum ar.

Secundū ar.

Tertiumar.

Opponit in cōtrariū.

Secūda op.

Translato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat, & in capitulo translato. de constitut. Sed aliud est sacerdotium noui, & veteris testamenti, vt ibidem probat Apostolus. ergo necesse dicendum est, quod euangelium à lege veteri distinguatur. ¶ Respondeo. vbi notandum primo cum sancto Thom. in prima secundæ, quod omnis lex ordinat conuersationem humanam in ordinatione ad aliquem finem. Ea autem, quæ ordinantur, ad finem, secundum rationem finis dupliciter diuersificari possunt. Vno modo, qui ordinantur ad diuersos fines, & hæc est diuersitas speciei, maxime si sit finis proximus. Alio modo secundum propinquitatem ad finem, vel distantiam ab ipso, sicut patet, quod motus differant specie, secundum quod ordinantur ad diuersos terminos, secundum vero quòd vna pars est propinquior termino, quam alia, attenditur differens in motu secundum perfectum, & im perfectum. Sic ergo duę leges distingui possunt dupliciter, vno modo, quasi omnino diuersæ, vtpote ordinatę ad diuersos fines, sicut lex ciuitatis, quæ esset ordinata ad hoc, ꝙ pop ulus damnaretur, esset specie differens ab ea lege, quę esset ad hoc ordinata, quod optimates ciuitatis dominarentur. Alio modo duæ leges distingui possunt; secundum quod vna propinquius ordinat ad finem. Alia vero remotius, puta in vna, & eadem ciuitate dicitur alia lex, quæ imponitur viris perfectis; qui statim possunt exequi ea, quæ pertinent ad bonum commune, & alia lex de disciplina puerorum; qui sunt instituendi, qualiter postmodum opera virorum exequātur. Dicendum est ergo ad questionem; quòd secundum primum modum euangelium siue lex noua in euangelio contenta, non est alia lex à lege veteri. Quod patet. Tum ex parte finis. Tum ex parte legislatorum, vnus enim legislator vniuersalis veteris legis, & euangelij, scilicet Deus. Iaco. quarto. C. vnus enim legislator, & iudex. Est autem vnus Deus noui, & veteris testamenti, secundum illud Rom. tertio. d. vnus Deus est qui iustificat circuncisionem ex fide, & præputium per fidem. Tum 3. quia vnus est sensus vtriusque legis, vna scilicet vniuersalis veritas. vnde Grego. super. Eze. primo. vbi dicit, quod rota erat in rota. dicit, quòd prędicat lex, hoc exhibet euangelium. Item idem diuina eloquia & si temporibus disiuncta sunt, sensibus sunt vnita. Alio autem scilicet secundo modo lex noua est alia a veteri, quia lex noua proximius coduxit ad finem, & ad notitiam Dei, quam lex vetus, vnde lex vetus fuit quasi pedagogus puerorum: vt Apostolus dicit ad Gal. tertio. D. Lex autum noua est lex perfectionis, quia est lex charitatis, de qua dicit Apostolus ad Cor. tertio. C. quòd est vinculum perfectionis, ¶ Ad primum, quod obijcitur, quod sit vna, & eadem fides &c. dicendum quòd vnitas fidei attestatur vnitati finis. Adprimaar.
22 † Obiectum enim theologicarum virtutum; inter quas est fides, est finis vltimus. Et ex hac parte bene probatur quod lex, & euangelium non sint omnino diuersę, sicut ordinatę ad diuersos fines, sed cum fides habuerit alium statum in veteri, & in noua lege. Nam, quod illi credebant futurum, nos credimus factum bene arguitur, quod aliqua differentia sit inter legem, & euangelium. ¶ Ad secundum; quod obijcitur, quod euangelium sit recapitulatio legis, &c. Dicendum, quòd euangelium non solum est capitulatio legis sed adimpletio eiusdem. Vnde habetur Matth. 5. c. Non veni legem soluere; sed adimplere. & ita ratio non procedit. ¶ Ad tertium, quod obiicitur, ꝙ euangelium sit impletio legis, &c. dicendum, quod ratio bene probat; quòd lex, & euangelium primo modo non diuersificantur sicut specie distincta; non autem, quod non distinguantur secundo modo, videlicet sicut perfectum, & imperfectum. Eo enim, quod euāgelium dicitur adimplere legem veterem, comparatur ad illam sicut perfectum, & imperfectum. Specialius autem loqui differentijs legis nouæ, & veteris; pertinebit auxiliante Christo ad capitul. hæc autem. vigesimatertia quæstione. 4.

...tia o

Responde t

Decisio quęstionis.

Ad secundū

Ad tertium

23 Ad septimum sic proceditur, vt videtur † quod ius naturale non contineat plura præcepta; sed vnum tantum. Primo sic. Lex continetur in genere præcepti. Si ergo essent multa præcepta iuris, siue legis naturalis, sequeretur etiam; quòd essent multæ leges naturales; quod non videtur verum. ¶ Secundo sic. Ius est ad rationē

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiũ ar. rationem pertinens,sed ratio naturalis est vna in homine, er go solum est vnum præceptum iuris naturalis.¶ Tertio sic ius naturale sequitur naturam hominis,vt de se patet, sed humana natura est vna , ergo ius naturale non continet plura præcepta , ¶ In oppositum est Isidorus, & Gratianus in litera ponentes duo præcepta iuris naturalis. Item secundo insti. de iusti.& iure dicitur . Iuris præcepta sunt,honeste viuere,alterum non lædere,ius suum cuilibet tribuere , ergo iuris naturalis plura sunt præcepta.

Opponit i contrariũ. Secũdaop.

Respõdet. ¶ Respondeo dicendum,quod iuris naturalis plura sunt præcepta,patet ista conclusio . Tum ex litera præsenti.Tum ratione iuxta sanctum Thom.in prima secunda.quæstione.94. articu.secundo . Ita se habent præcepta iuris naturalis in homine,quantum ad operabilia,sicut se habent prima principia in demonstratiuis. Sed prima principia indemõstrabilia sunt plura,ergo & præcepta legis naturæ sunt plura.Pro quo iuxta sanctum Thom.in.secunda. secundæ, considerandum est, quod præcepta legis hoc modo se habent ad rationem practicam,sicut prima principia demonstrationum se habent ad rationem speculatiuam , vtraq; enim sunt quædam principia

24 per se nota . † Dicitur enim aliquid per se notum dupliciter. Vno modo secundum se.Alio modo quo ad nos . Secundum se quidem quęlibet propositio dicitur per se nota,cuius prædicatum est de ratione subiecti.Contingit tamen,quod ignoranti diffinitionem subiecti,talis propositio non esset per se nota,sicut ista propositio,homo est animal rationale, est per se nota secundum sui naturam,quia,cum animal rationale sit de ratione subiecti.scilicet hominis,qui dicit hominem , dicit rationale,& tamen ignoranti quid sit homo, hæc propositio non est per se nota.Et inde est, quod sicut dicit Boethius in lib.de hebdomadibus , quędam sunt propositiones per se notæ communiter omnibus, & huiusmodi sunt illæ propositiones,quarum termini sunt omnibus noti , vt omne totum est maius sua parte,& quæ vni,& eidem sunt ęqualia, ipsa ibi inuicem sunt æqualia . ¶ Quædam vero propositiones sunt per se notæ solis sapientibus,qui terminos propositionis intelligunt,quid significent,sicut intelligenti, quod angelus nõ est corpus,per se notum est,quod non est circunscriptiue in loco,quod non est manifestum rudibus,qui hoc non capiũt In his autem,quæ in apprehensione omnium cadunt, quidã ordo inuenitur.Nam illud;quod primo cadit in apprehensione est ens,cuius intellectrs includitur in omnibus,quæcunq; quis apprehendit,& ideo primum principium indemonstrabile est,quod non est simul affirmare,& negare,quod fundatur supra rationẽ entis,& non entis,& super hoc primo omnia alia fundantur,vt dicitur in quarto Metaphysicę.Sicut autem ens est primum , quod cadit in apprehensione simpliciter,ita bonum est primum,quod cadit in apprehensione practicæ rationis,quæ ordinatur ad opus. Omne enim agẽs agit propter finem,qui habet rationem boni. Et ideo primũ principium in ratione practica est, quod fundatur supra rationẽ boni;quæ est,bonum est,quod omnia appetunt.Hoc est ergo primum præceptum legis, quod bonum est faciendum , & prosequendum,& malum vitandum. Et super hoc fundãtur omnia alia præcepta legis naturæ , vt scilicet omnia illa faciẽda,vel vitanda pertineant ad præcepta legis naturæ quę ratio practica naturaliter apprehendit esse bona, & humana, quia vero bonum habet rationem finis, malum autem rationem finis,malum autem rationem contrarij,Inde est ; quòd omnia illa,ad quæ homo habet naturalem inclinationẽ; ratio naturaliter apprehendit,vt bona,& per cõsequens,vt bona opere prosequenda,& contraria eorum, vt mala & vitanda. Secundum ergo ordinem inclinationum naturalium est ordo

25 præceptorum legis naturæ.† Inest enim primo inclinatio homini ad bonum secundum naturam, in qua communicat cũ omnibus substantijs,prout scilicet quælibet substantia appetit conseruationem sui esse,secundum sui naturam,& secundum hanc inclinationem pertinent ad legem naturæ ea, per quæ vita hominis conseruatur ; & contrarium impeditur. ¶ Secundo inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia secundum naturam,in qua communicat cum cæteris animalibus,& secundum hoc dicuntur ea esse de lege naturali,quę natura omnia animalia docuit.vt est coniunctio maris,& fœminæ,educatio liberorum, & similia . ¶ Tertio modo inest homini inclinatio ad bonum secundum naturam rationis, quæ est sibi propria,sicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc, quòd veritatem cognoscat de Deo , & ad hoc, quod in societate viuat , & secundum hoc ad legem naturalem pertinet ea:quę ad huiusmodi inclinationem spectant, vtpote quòd homo ignorantiam vitet,quod alios non offendat,cum quibus debet conuersari,& cætera huiusmodi, quæ ad hoc spectant.¶ His notatis,dicendum est ad rationes,Ad primam respondendum; quod omnia ista præcepta legis naturæ inquantum referantur ad vnum præceptum , quod est; bonum est faciendum,& malum fugiendum;super quod fundantur omnia alia(vt dictum est)habet rationem vnius legis naturalis.¶ Ad secundam, cum obijcitur; quod ratio est vna in hominem . Pariter respondetur negando consequentiam, quoniam licet ratio sit vna in se , tamen ordinatiua est omnium, quæ ad hominem spectant, & secundum hæc sub lege rationis continentur omnia ea,quæ ratione regulari pos sunt.¶ Ad tertiam dicẽdum, quod omnes inclinationes quarumcunque partium humanæ naturæ, puta concupiscibilis; & irascibilis secundum ꝙ regulantur ratione : pertinent ad legem naturalem;& reducuntur ad vnum primum præceptum,vt dictum est , & secundum hoc sunt multa præcepta legis naturæ in seipsis, quæ tamen communicant in vna radice.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

26 Ad octauum. Sic proceditur. † Et videtur quod non conuenienter assignantur inter præcepta iuris , siue legis naturalis;hæc quæ ponũtur in litera videlicet,velle alij facere:quod sibi vult fieri:& nolle alij inferre,quod sibi non vult fieri. Et arguitur primo sic . Lex naturalis, & lex diuina sunt duæ leges distinctæ, ergo earum præcepta sunt distincta , sed præcepta pręfata sunt præcepta diuinę legis. Vnde primum eorum punitur. Matth.septimo. Secundum vero Thobię quarto,ergo sequitur;quòd inconuenienter ponuntur pręcepta iuris naturalis.¶ Secundo sic; Quia videtur esse falsum , quod debeamus alijs facere , quę nobis volumus fieri,quia nobis volumus fieri consensum in fornicatione,& huiusmodi.& tamen falsum est, quod debeamus hoc alijs facere. Item iudex non vult sibi inferre supplicia, ergo nulli debet inferre,quod falsum est.Si forte dicatur (vt quidam volunt soluere)quòd intelligitur sic.Omnia quę cunque iuste vult,vt fiant vobis &c.Contra, iuste volumus vt nobis homines largiantur sua,ergo tenemur alijs elargiri nostra,quod est falsum;quia si teneremur hoc ex iure naturali,peccaremus mortaliter,nisi faceremus . Probatur antecedens.Iuste volumus,quod licite volumus,sed licite volumus quod nullo præcepto prohibetur, vt dicit sanctus August.super epistolam ad Corinthios, ergo de primo ad vltimum iuste volumus,quod nullo pręcepto prohibetur,sed nullo pręcepto prohibetur,quod velim quod alius largiatur mihi sua, quia ipse sine peccato potest dare;& ego sine peccato accipere.¶ Tertio sic . Potest quis multa velle sibi,vt si esset fur, quod,non comprehenderetur,aut puniretur, quod non tamen debet velle alijs furibus,cum dicatur.EXO.vigesimo.ca. Maleficos non patiaris viuere . ¶ Quarto sic. Prelatus non debet sibi velle resisti à subdito suo, & tamen ipse debet subdito resistere: ergo videtur, quod pręedicta exempla in litera posita non vidẽtur cõuenienter assignata pro præcepto iuris siue legis naturalis.¶ In oppositum est tex.prȩsentis capituli,qui est beati Isidor.¶ Respndeo dicendum,quòd exempla posita sunt conuenienter posita . Et ad rationes dicendum. Ad primam respondemus (vt dicit sanctus Thom.) quod lex diuina distinguitur à lege naturę, non tanquam ab ea omnino aliena , sed tanquam aliquid ei superaddens, sicut enim gratia præsupponit naturam,ita oportet,quod lex diuina pręsupponat legem naturæ,& ita non est conueniens, ꝙ ꝑcepta legis naturalis , & ꝑcepta legis diuinæ moralia quodãmodo sunt eadẽ,sicut multa ꝓponunẽ de deo in sacra scriptura credenda , quę tñ naturali rõne possunt de Deo probari,sicut ꝙ est vnus,æternus , & incommutabilis . ¶ Ad secundam respondetur negando assumptum,videlicet ꝙ exempla illa sint falsa.Et ad probationem respondetur (vt inquit Albertus in quæstionibus de virtutibus) quod sine dubio sic intelligendum est, quæcunque, secundum ius naturale;vultis vt faciãt vobis homines,&c.quia ius æquum, & rectum est, ita tibi, vt alteri,& alteri, vt alteri. Vel dicendum, ꝙ tamen ad idem, redit,ꝙ sensus illorum præceptorum videtur esse talis. Non facias alij, quæ tibi non eis fieri.i.non facias alij,quæ non debes velle tibi fieri de iure.Item quæcunque vultis, quod faciant vobis homines &c.i. quæcuuque debetis rõnabiliter velle,vel tenemini velle,eadem facite illis,id est,similia.Et cũ

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar

Opponit contrariũ.i Ad primũ argu.

Ad secũdũ

replicabitur, q̃ iuste volumus, vt largiantur nobis homines, &c. Dicendum iuxta Albertum magnum, vbi. s. quod non secundum ius volumus, vt alter det nobis sua, licet etiam hoc volendo non velimus contra ius. Vnde non sufficit, vt non illicita velimus, sed oportet, vt mandato astricti, & est sensus. Quæcunque vultis quod faciant vobis homines, vt mandato iuris naturalis astricti, & vos eadem facite illis. Et hoc est, quod dixerunt antiqui glossatores illius mandati dicentes, Quæcunque vultis, id est velle debetis, quia debitum importat constrictionem secundum mandatũ iuris naturalis, hæc Albertus. ¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis, quia præcepta illa intelligenda sunt de voluntate iusta, & rationabili, cuiusmodi non sunt illa. ¶ Ad quartam respondetur iuxta sanctum Thomam in quarta, distinctione. 33. quod hoc præceptũ legis naturæ quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, debet intelligi eadem proportione seruata. Non enim, si prælatus nõ vult sibi resisti à subdito, ipse subdito resistere non debet: hæc sanctus Tho.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

27 Ad nonum. Sic proceditur. † Et videtur: quod ad ius naturale non pertineat præcipere actus omnium virtutum, & omnia vitia cohibere, & arguitur sic. De ratione legis est, vt ordinetur ad bonum commune, sicut dicit Isidorus in cap. est autem lex distinctione quarta. Sed quidam actus virtutum ordinantur ad bonum priuatum, vt præcipue patet in actibus temperãtiæ. Non ergo omnis actus virtutum subditur legi siue iuri naturali. ¶ Secũdo sic. Omnia peccata aliquibus virtuosis actibus opponuntur, si ergo omnes actus virtutum sunt de lege naturæ, videtur ex consequenti, quod omnia peccata sint contra naturam, quod videtur falsum, cum hoc specialiter de quibusdam peccatis tantum dicatur. ¶ Tertio sic. In his, quæ sunt secũdum naturam omnes conueniunt, sed in actibus virtutum non omnes conueniunt, aliquod enim est virtuosum vni, quod est vitiosum alteri, non ergo omnes actus virtutum sunt de lege naturæ. ¶ Quarto, per præcepta iuris naturalis, quæ ponuntur in litera, videlicet quod tibi non vis fieri, alij non facias, & quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, eadem facite eis, non ordinatur creatura rationalis ad Deum, sed ad proximum tantum, ergo videtur, quod non sit iuris naturalis præcipere omnes actus virtutum. ¶ In oppositum arguitur ex text. præsentis capituli, primo ex illo, quod Gratianus ait, quod humanũ genus duobus regitur, scilicet iure naturali, & moribus, nisi ad ius naturale pertineret præcipere omnes actus virtutum, non posset esse sufficiens regula, qua regeretur humanum genus. ¶ Secundo ex eo, quod dicit, quod iure naturali quisque iubetur alij facere quod sibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri. Sed ista videntur reduci omnia præcepta virtutum, ergo videtur quod ad ius naturale pertineat præcipere omnes actus virtutum. ¶ Respondeo dicendum, quod actus omnium virtutum quodam modo pertinent ad ius naturale. Pro cuius conclusionis declaratione est sciendum, quod vt sanctus Tho. dicit in prima secundæ. quæstione. 94. ar. tertio. de actibus virtuosis dupliciter loqui possumus, vno modo inquantum sunt virtuosi. Alio modo inquantum sunt tales actus in proprijs speciebus considerati. Si ergo loquamur de actibus virtutum, inquantum sunt virtuosi, sic omnes actus virtuosi pertinent ad legem naturæ, quoniam ad legem naturę pertinet omne illud, ad quod homo inclinatur secundum suam naturam. Inclinatur autem vnumquodq; naturaliter ad operationem sibi conuenientem secundum suam formam, sicut ignis ad calefaciendum. Vnde, cum anima rationalis sit propria forma hominis naturalis, inclinatio inest cuilibet homini, ad hoc, quod agat secundum rationem, vnde secundum hoc omnes actus virtutum sunt de lege naturali. Dictat enim hoc naturaliter propria ratio vnicuiq;, vt virtuose agat. Hinc Damascenus. lib. tertio, sententiarum suarum dicit, quod virtutes sunt naturales. Sed si loquamur de actibus virtuosis secundum seipsos, prout scilicet in proprijs speciebus considerantur, sic nõ omnes actus virtuosi sunt de lege naturæ. Multa. n. ẜm virtutem fiũt, ad quæ natura nõ primo inclinat, sed per rationis inquisitionem ea homines inuenerunt, quasi vtilia ad bene viuendum. ¶ Dicendum ergo ad rationes. Ad primam cum obijcitur, quod virtus temperantię non ordinatur ad bonum commune. Dicendum, quod non est verum. Non n. est aliqua virtus, cuius actus non sunt ordinabiles ad bonũ
23 commune mediate, vel immediate. † Temperantia enim est

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit i contrariũ.

Secũda op.

Respõdet.

Ad primũ argu.

circa concupiscentias naturales cibi, & potus, & venereorũ, quę quidem ordinantur ad bonum commune naturæ, sicut & alia legalia bona ordinantur ad bonum morale. ¶ Ad secũdam dicendum, quod natura hominis potest dici vel illa, quę est propria homini, & ẜm hoc omnia peccata inquantum sunt contra rationem, sunt contra naturam, vt patet per Damascenum in secundo, lib. vel illa, quæ est communis homini, & alijs animalibus, & secundum hoc non omnia vitia dicuntur contra naturã, sed quædam specialia peccata dicũtur esse contra naturam, sicut contractio maris, & fœminæ, quæ est naturalis omnibus animalibus, est cõcubitus masculorũ, quod specialiter dicitur vitium contra naturam. vt in capitulo vsus. 32. quæstione septima. ¶ Ad tertiam cum obijcitur, quod in actibus virtutum non omnes conueniunt. Respondetur negando illud, dicimus enim omnes conuenire in actibus virtutum, secundum seipsos consideratis, licet propter diuersas hominum conditiones contingat, quod aliqui actus sunt aliquibus virtuosi, tanquam eis proportionati, & conuenientes, qui tamen sunt alijs vitiosi, tanquam eis proportionati. Hęc autem varietas in actibus virtutum, quam diuersitas conditionum hominum introducit, nõ impedit, quin omnes actus virtuosi, inquantum tales ad legem naturalem pertineant. ¶ Ad quartã, cum obijcitur, quod per præcepta iuris naturalis nõ importatur ordo rationalis creaturæ ad Deum. Dicendum quod falsum est, imo in illis intelligitur ordo hominis ad Deum sicut in dilectione proximi intelligitur dilectio Dei, sicut finis in eo, quod est ad finem. vnde super illud ad Rom. decimo tertio. c. Qui diligit proximum, legem impleuit, dicit gloss. quod cum duo sint præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetæ, pro vtroque non immerito vnũ ponitur, quia nec Deus sine ꝓximo, nec proximus sine Deo diligi potest, Vel dicendum, quod & si per illa præcepta posita in tex. non importetur ordo rationalis creaturæ ad Deum, importatur nihilominus per alia præcepta iuris naturalis. vnde Tullius secũdo rethoricorum. dicit quod ius naturale est, quod non opinio genuit, sed vis quædam innata inseruit. vt religionem, pietatem, &c. Et dicit, quod religio est virtus, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam vocant, cultum cerimoniamque affert. Item super illud Ecclesiastici. 17. b. Addidit illis disciplinam, &c. dicit glo. disciplinam, & legem naturalem, quam dedit homini, vt subijceretur suo factori, & bonorum operum in se honorificẽtiam custodire, &c.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

29 Ad decimum. Sic proceditur, † Et videtur, quod non omnia præcepta moralia in lege, & euangelio contenta, pertineant ad legem, siue ius naturæ. Primo sic dicitur Ecclesiasti. decimoseptimo. b. Addidit illis disciplinam. & lege vitæ hęreditauit eos. Disciplina autem diuiditur contra legem naturæ: eo quod lex naturalis non addiscitur, sed ex naturali instinctu habetur. vt in. capit. ius autem. quarta, distinctione. ergo non omnia præcepta moralia sunt de lege naturæ. ¶ Secundo sic, lex diuina perfectior est, quã lex humana, sed lex humana superaddit aliqua ad bonos mores pertinentia, his, quæ sunt de lege naturæ, ergo multo fortius lex diuina aliqua ad bonos mores spectantia debuit addere supra legem naturę. Et ita non omnia præcepta moralia sunt de iure, siue de lege naturæ. ¶ Tertio sic. Ratio naturalis inducit ad aliquos mores, ita & fides. vnde dicitur ad Galat. 5. b. quod fides per* dilectionem operatur, sed fides non continetur sub lege naturæ, quia ea, quę sunt fidei sunt supra rationem naturalem. ergo non oĩa præcepta moralia legis diuinæ sunt de lege naturæ. ¶ In oppositum primo est illud Apostoli ad Roma. secundo. dicentis, q̃ gentes, quæ legem nõ habent, naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt, quod oportet intelligi de his, quę spectant ad bonos mores, ergo omnia præcepta moralia, & legis diuinæ pertinent ad ius naturæ. ¶ Secundo est tex. præsentis capituli dicẽtis, q̃ hoc præceptum iuris naturalis, quod ponitur Mat. 7. b. Omnia quæcũque vultis, vt faciant vobis homines, vos eadẽ facite eis: est lex & prophetæ. quod ideo dictum esse accipiẽdum est, vt dicit gloss. quia in isto adimpletur lex, & prophetiæ quantum ad dilectionem proximi, quod non esset, si pręcepta moralia in lege diuina contenta ad ius, siue legem naturæ, non pertinerent. ¶ Respondeo, dicendum, quod omnia præcepta moralia pertinent ad legem naturæ; probatur ista conclusio sic. Celsus dicit. ff. de iustitia, & iure. l. prima, ius est ars boni, & æqui. Sed quicquid continetur

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

*Alias per charitatẽ.

Opponit i contrariũ

Secũda op.

tinetur in aliqua arte, & reducitur ad prima principia illius artis, sicut in scientijs demõstratiuis ad dignitates, q̃ sunt sicut prima principia earũ. Cum ergo præcepta iuris naturalis sint in agibilibus, sicut principia naturaliter cognita in demonstratiuis, videtur, quod præcepta moralia diuinæ legis ad legem, siue ius naturæ reducantur. Pro pleniori intelligentia huius quæstionis est notandum iuxta sanctum Thomam
30 in prima secundæ.† quod in lege diuina triplex genus reperitur præceptorum scilicet moralia, cerimonialia, & iudicialia, secundum illud Deut. 6. à Hæc sunt præcepta cerimoniæ, atque iudicia. Præcepta autem anagogice dicuntur moralia. Moralia autem vt dicit sanctus Thom. in prima secundæ. quæstione. cap. art. prima. in hoc à cerimonialibus, & iudicialibus sunt distincta, ꝙ sunt de illis, q̃ bonos mores ptinent. Cũ aũt humani mores dicantur in ordine ad rõnem quæ est propriè principiũ humanorũ actuum, illi mores sunt boni, quiᵭrõi, cõueniũt, mali aũt q à ratione discordãt. Sicut autem oẽ iudicium rationis speculatiuæ procedita à naturali cognitione primorum principiorum, ita omne iudicium rationis practicę procedit ex quibusdam principijs naturaliter cognitis, ex quibus diuersimode procedi potest ad iudicandum de diuersis. Quędam enim sunt in humanis actibus adeo explicata, quod statim cum modica consideratione possunt probari, vel reprobari per illa communia, & prima principia. Quædam sunt, ad quorum iudicium requiritur multa consideratio diuersarum circunstantiarum, quas considerare diligenter, non est cuiuslibet; sed sapientium. sicut considerare particulares conclusiones sententiarum non pertinet ad omnes, sed ad solos Philosophos. Quædam vero sunt, ad q̃ dijudicanda indiget homo adiuuari per instructionem diuinam, sicut est circa credenda. Sic igitur patet, ꝙ cum moralia pręcepta sint de his, quæ pertinent ad bonos mores, hęc autem sunt, quæ rationi conueniunt. Omne autem rationis humanæ iudiciũ aliqualiter à naturali rõne deriuat, necesse est, qđ oĩa præcepta moralia pertineant ad legẽ naturæ, sed diuersimode. Quædam. n. sunt, quæ statim ratio naturalis cuiuslibet hominis dijudicat esse faciẽda. vel non faciẽda, sicut *Honora patrem tuum, & matrem tuam. Non occides, non furtum facies. & huiusmodi sunt absolute de lege naturæ. Quędã vero sunt, quę subtiliori cõsideratione rõnis à sapiẽtibus iudicantur esse obseruanda. & ista sic sunt de lege naturę, vt tamen indigeant disciplina, qua minores à sapientioribus instruantur, sicut est illud. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & alia huiusmodi. Quędam vero sunt ad quæ iudicanda ratio humana indiget instructione diuina, per quam eruditur de diuinis. sicut est illud exo. vigesimo. capit. Non facias tibi sculptile nec omnem similitudindm, non assumas nomen Dei in vanum: & per hoc (vt dicit sanctus Thom.) patet responsio ad obiecta. Omnes enim rationes factæ in oppositum non arguunt aliud, nisi, quod: quia lex diuina addit supra legem naturæ, non omnia, quę sunt legis diuinę ad mores pertinentia, pertineant ad legem naturę, sed ista consequentia non est valida. licet enim per diuinam ad legem multa sint addita ad legem naturæ, omnia tamen præcepta moralia in ea tradita ad rationem naturalem aliquo modo pertineat. diuersimode tamen (vt dictum est) & ab ista pendent sicut à fonte vniuersali, & principijs. vnde deriuatur omne iudicium rationis. Magister vero Alexander de Halis. in tertio quęrens an origo moralium pręceptorum sit natura, vel disciplina, vel gratia facta diuisione, quod aliquid scribi dupliciter dicitur. s. vel in suo vniuersali, vel in rõne propria, dicit, ꝙ moralia legis diuinę sunt descripta in lege naturę, sicut in ratione vli, & nõ in rõne propria, in rõne aũt propria destribuuntur in lege Mosi. vnde sicut conclusiones in principijs in esse vniuersali solum sunt, & non in ratione propria. sic ista in lege naturali. & per hoc addunt quantum ad rationem, propriam, qua dicuntur moralia legis, &c. (Humanũ genus duobus regitur, & gubernatur, naturali videlicet iure) id est dictamine rationis naturalis, quod Basilius vocat nuturale iudicatorium, in quo dicit omnia principia naturalis iuris esse descripta. (& moribus) id est longæuis consuetudinibus tractis ex moribus id est actibus multiplicatis (humanis) id est ex deliberato rationis iudicio procedentibus. siue (moribus) id est i ure consuetudinario, sub quo nomine comprehẽditur quodlibet ius humanum, id est ab homine inuentum, pręter diuinum, siue sit redactum in scriptis, siue non. Sic enim accipiuntur hic mores, secundum Hu. Sed contra hanc

*Deut. 5. b
*Exo 20. c
*Leui. 19. f
Alexãder de halis.
Exponit literam.
Arguit cõtra literã.

literam argu. multipliciter. primo sic. humanum genus pro maiori parte peccatis multis, & erroribus inuoluitur secũdũ illud ecclesiastes. d. Stultorũ infinitus id est valde excessius ex numerus: ergo non videtur, quod genus humanum regatur iure naturali. Cõsequentia est manifesta, quia qui iure naturali regitur, non peccat, sed virtuosè agit, cum virtus teste Tulio in rhetoricis sit habitus animi naturæ, ac rationi consentaneus. & in lib. de finibus bonorum, & malorum dicit. Virtus quoque rationis absolutæ diffinitur. Quare in libro de amicitia. Illos bonos viros appellandos putemus, qui asse quuntur quantum homines possunt naturam optimam bene viuendi ducem. ¶ Respondeo. dicimus, ꝙ genus humanum vocat genus hominum, qui ratione vtuntur, hi enim propriè in genere hominum computandi sunt, quia homo animal rationale, & mortale diffinitur. Et Apuleius libro. de Deo sacratis homines describens, inquit, homines ratione plaudentes, & oratione pollẽtes, qui autem non rationem sequuntur non homines, sed magis bestiæ appellandi sunt, dicente propheta. psa. 47. distinctione. homo cum in honore esset, id est ad imaginem Dei factus, non intellexit scilicet suam dignitatem videlicet, quod intellectu præesset inuentus, non viribus. comparatus est iumentis, amissa ratione, & similis factus est illis. ¶ Secundo obijcitur sic. Humanũ genus non solum regitur iure naturali, & humano, sed diuino. secundum illud psal. 118. ò Lucerna pedibus meis verbum tuum &, lumen semitis meis. ergo videtur, quod Gratianus non sufficienter exprimat ea, quibus regitur homo. cum ait. Humanũ genus duobus regitur. ¶ Respondeo. dicimus dupliciter, primo, quò ius diuinum, quantum ad moralia (cum sint de his, quæ naturaliter iusta sunt) reducitur ad ius naturale. Vnde Apostolus ad Rom. secundo, cap. ait, quod gẽtes, quæ legem non habent scilicet scriptam, naturaliter ea, quæ legis sunt faciũt. & ita ius diuinũ hic includitur sub iure naturali. ¶ Vel secundo dicendum, quod Gratianus loquitur de humano genere in vniuersali, & secundum omne tempus, secundum quam considerationem humanum genus solum ius naturale ab initio commune habuit omni nationi, non autem ius diuinum. secundum illud Apostoli. ad Rom. secundo. cap. gẽtes, quę legem non habẽt scilicet scriptam. naturaliter faciũt ea, quę sunt legis. ¶ Tertio obijcitur per illud, quod habetur 96. distinctione. cap. duo. vbi dicit text. quod duo sunt quibus principaliter regitur hic mundus. scilicet authoritas sacra põtificum, & regalis potestas. Sed ista non sunt ea, quæ hic ponit, ergo. ¶ Respondeo, dicimus. ꝙ mundus regitur authoritate sacra pontificum; & regali potestate, tanquam rectoribus, & directoribus reipublicæ, iure vero naturali, & moribus siue iure positiuo regitur, tanquam regulis, secundum quas potestates ipsæ rempublicam regere habent, & gubernare, & de istis loquitur hic Gratianus. vnde deut. 17. d. dicitur, postquã autem sederit rex in solio regni sui, distribuet sibi deuteronomium legis. vbi dicit gl. interli. ne ad voluntatem suam faciat, sed secundum diuina præcepta. Et Augustinus in. cap. in istis. infra. distinctione quarta, non licebit de legibus iudicare, sed secundum ipsas. Sequitur. (ius autem naturale est quod in lege & euangelio continetur) hic declarat quid sit ius naturale, quo scilicet humanum genus regitur. Dicens, quod ius naturale est, &c. quod dupliciter potest exponi. Vno modo sic. Ius naturale, quo humanum genus regitur est illud, quod in lege id est in decalogo ad mores humanos componendos, & regendos cõtinetur, sicut sunt oĩa præcepta moralia, de quibus Exo. 20. c. Nõ occides, nõ furtũ facies. nõ mechaberis, &c. vbi notã
31 dum. † quod lex quadrupliciter capitur in scriptura diuina scilicet generalissime, generaliter, specialiter, & particulariter. Generalissime dicitur doctrina totius veteris testamenti, & hoc modo capitur Ro. decimo gl. vbi dicitur. Nonne in lege vestra dictum est. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Et cõstat, ꝙ hoc continetur in psal. octaugesimo primo, b. & ita lex hic accipitur, vt contineat libros Moysi, & omnes prophetas, & psalmos. ¶ Secundo modo lex generaliter capitur, prout diuiditur contra psalmos, & prophetas. & isto modo accipitur Lucæ vlti. f. vbi inquit Christo. hæc loquutus sum vobis quoniam oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis: & isto modo accipitur Matt. septimo, quod. j. hic ponitur. Omnia quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite eis, hæc est enim lex & prophetæ. ¶ Tertio mõ capitur specialiter pro doctrina præceptorũ; & eorũ, quę pertinent ad obseruãtiã cultus diuini

Respõdet
Secũda op.
*Psal. 118.
Respõdet.
Alia solutio.
Tertia op.
Respõdet.

sic solum continet libros Moysi. & hoc modo sumitur Ro. 5. distin. lex subintrauit, vt abundaret delictum. ¶ Quarto modo lex capitur particulariter pro præceptis decalogi quomodo sumitur Rom. decimo tertio. C. qui diligit proximũ legem impleuit. & hoc modo sumitur hic cum dicitur. Ius naturale est, quod in lege continetur id est in decalogo, & in euangelio Mat. septimo, & Mar. 10 cap. vbi adolescenti quærenti, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam. Respondit saluator noster Christus. Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata dixit ille. quæ. Iesus autem dixit. Non homicidium facies. Non adulterabis. Non furtum facies. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et sequitur. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Verum in obseruantia præceptorum secundæ tabulæ, quę ordinãt hominem ad proximum, intelligenda est obseruantia pręceptorum primę tabulæ, quę ordinant hominem ad Deum, quia homo magis tenetur Deo, quam proximo, sicut in dilectione proximi intelligitur dilectio Dei. Manifestum est autem, quod omnia ista pertinent ad legem naturæ, vt parum ante dictum est in articulo vltimæ quæstionis. Nullum quippe pręceptum legis iustum est nisi rationabiliter sit positum, cumque omnis recta ratiocinatio necessario à naturali cognitione deducatur, quia principium ratiocinationis intellectus principiorum est, oportet, quod omnia legis pręcepta (si iusta sunt) à pręceptis legis naturę sicut à principijs quibusdam vniuersalibus deducantur. Alio modo exponitur tex. iste vt sit sensus. quod id quod in lege, & euangelio continetur ius naturale dicatur, non quidem tñ sicut aut à natura insitum, quia multa in lege, & euangelio continentur, quę supra naturam, & rationem naturalem sunt, sed dicitur naturale, quia ex impressione, & infusione superioris principij; scilicet Dei, sicut declaratũ fuit in articulo tertio superioris quęstionis. Sed prima expositio nobis plus placet, quia magis seruit, & proprietati sermonis, & intentioni literæ pręcedentis, & sequentis. Sequitur quo scilicet iure naturali [quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri] ista sunt duo pręcepta iuris naturalis, vnum affirmatiuum, aliud negatiuũ Negatiuum est, alij ne facias &c. Vt de hoc habetur Thobię. quarta. cap. vbi sic Thobias ait filio suo. Quod ab alio oderis tibi fieri vide ne tu aliquãdo alteri facias, de quo dicit Beatus Augustinus super Io. sermone. quadragesimo octauo, Legem naturalem habent homines in corde defixam, quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Nunquid hoc de paganis dicitur & non in natura ipsa quodammodo legitur. furtum vis pati. vtique non vis. Ecce lex in corde tuo. Quod non vis pati, & facere noli. Affirmatiuum autẽ est. Fac alij, quod tibi vis fieri. & de hoc habetur Matth. 5. de quo sequitur in text. [Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadẽ facite eis.] de his duobus Augustinus in sermonibus communibus sermone octauo, ita dicit. Iustitia vera, & perfecta ipsa est, quæ non facit alijs, quod sibi non vult fieri. Sed si quis non potest omnibus hominibus bene facere, potest omnibus hominibus bene velle, potest dicere al quis potestatem non habeo. Nunquid potest dicere bonam voluntatem habere non possum. Ipsa est ergo vera iustitia, quæ oĩbus hoĩbus, ꝙ sibi vult optat, & ꝙ sibi vult illis euenire, desiderat. Et qm̃ oĩa pręcepta ordinanda hominẽ ad proximũ, non sunt, nisi quædam conclusiones deriuatæ ex isto principio iuris naturalis. sicut in speculatiuis, hoc principiũ de quolibet affirmatio, vel negatio. se habet ad omnia, quæ sequuntur ex eo. Ideo sequitur [hæc enim est lex, & prophetæ.] id est vt ait gl. in hoc vno, adimpletur spiritualiter, quicquid in lege, & in prophetis continetur ad dilectionem proximi pertinens. Vnde Apostolus ad Ro. 13. dicit, quod qui diligit proximum legem impleuit.

Aug.

1 *Fas quid dicatur.*
3 *Prouidentia quid sit.*
4 *Lex ęterna quid dicatur. Et quod participatur dupliciter. numero. 7.*
5 *Cognosci aliquid potest dupliciter.*
8 *Lex naturalis duplex est. Et deriuatur à lege æterna. numero 19.*
10 *Lex quid sit.*
12 *Consilium quod sit actus rationis.*
13 *Lex diuina necessario data est pręter legem naturalẽ. Et præter legem humanam nu. 14. Et quod est duplex lex diuina. nu. 16. Et quod deriuetur à lege ęterna. nu. 21.*
17 *Legis perfectio, & imperfectio attenditur secundum tria, quę ad legem pertinent.*
18 *Lex omnis an deriuetur à lege æterna.*
20 *Leges humanę deriuantur à lege æterna.*
22 *Finis legis humanæ est conciliatio pacis inter homines imperitos.*
23 *Diuisio legis in diuinas, & humanas an sit sufficiens.*
24 *Leges diuina, & humana qualiter differant.*
25 *Licitum an sit aliquid secundum legem diuinam, quod sit licitum secundum legem humanam, aut ẽ conuerso.*



MNes leges. Sequitur capit. secundũ huius partis, quod est Isidori quinto, etymologiarum. capitu. secundo quod magister Gratianus inducit ad confirmationem, & probationem eius, quod dixerat in præcedenti cap. valet. quòd humanum genus duobus iuribus regitur, naturali scilicet, quod in euangelio dicit contineri, & iure humano, quod moribus, id est longa morum consuetudine introductum est. Et diuiditur hoc ca. principaliter in duas partes. In prima ponitur quædam diuisio legum. videlicet ꝙ omnis lex. aut diuina est, aut humana, In secunda ponitur differentia inter ipsas leges, diuinas scilicet & humanas. secundo, ibi [diuinæ vero.] &c. hæc secunda pars diuiditur in tertio, secundum tres differentias, quæ assignatur inter prædictas leges. Prima differentia assignatur pœnes variam immediatam originem existentiæ siue dependentiæ legum. ibi [Quoniam diuinæ leges, natura] scilicet cõstant, ex natura sua habent æquitatis suæ, & legitimabilitatis suæ, virtutem, & existentiam. [Humanæ vero moribus constant] id est ab humana institutione dependent non à natura ipsa. Secunda differentia attendi videtur pœnes varietatem, & discrepantiã, qm̃ leges humanæ abinuicem discrepant id est variantur, & quandoque contrariantur, leges vero diuinæ, non de qua ibi. [Ideoque hę discrepãt] Tertia differentia attenditur in appellationis vocabulo, quoniam lex diuina fas dicitur, humana vero ius nominatur, de qua ibi. [Fas lex diuina.] Circa primum, scilicet diuisionem legum dicit sic. [Omnes leges, aut diuinæ sunt] id est diuinitus promulgatæ diuinæ autoritati innitentes. [aut humanæ.] ab hominibus institutæ, ab humana tantum authoritate vigorem habentes, hoc modo sanctus Thom. distinguere videtur ius diuinum ab humano in secunda secundæ quæstione quinquagesimaseptima. [Diuinæ, natura.] Hic ponitur prima differentia inter leges diuinas, & humanas, differentia ergo prima est, quia diuinæ natura scilicet, cõstant id est ex natura sua, & substantia habent ęquitatis suę, & ligitimabilitatis suæ virtutem & existentiam, quod maximè verum est de præceptis moralibus, quæ vt supra ostendimus, naturaliter iusta sunt. [Humanę moribus constat] id est ab humana institutione dependent, non à natura ipsa, sed á sola institutione humana æquitatis suæ suscipiunt virtutem, & autoritatem. vnde Aristoteles quinto ethicorum iustum legale distribuens ait, quod iustum legale est, quod ex principio quidem nihil differt, sic, vel aliter fieri. [Ideoque hæc.] Hic prosequitur secundam differentiã dicens, hæ scilicet leges humanæ [discrepant] id est variantur, & quandoque contrariantur, leges autem diuinæ non sic. Ratio, quia natura, qua diuinæ leges cõstant, vna est, & immutabilis apud omnes nationes, & omnes gentes. Mores enim humani, & voluntas, quibus leges pendent humanæ, non sunt idem, sed apud diuersas gentes varij sunt, & plurimum discrepantes, & ita diuersitas gentium diuersitatem inducit morum, & morum varietas, & humanæ voluntatis mutabilitas introducit tantã legum discrepãtiam, & varietatem. & non modo in ciuilibus, de quarum mutabilitate dicetur. j. distin. tertia, sed etiam in rebus ecclesiasticis. vnde alia est constitutio de continentia ministrorum ecclesiæ apud orientales, alia vero apud occidentales. 31. distinct. Aliter, & de ieiunio, alia est Mediol. alia Romæ, distinct. 12. illa. Item de immersione baptizãdi, alia in vno loco, alia in alio. de con. distin. 4. cap. trina, & ita de multis patet † [fas diuina lex est]. Hic ponitur. 3. differentia inter legem diuinam, & humanam. Dicitur. n. quod lex diuina propriè loquendo [est] i. nominatur

Diuisio capituli.

minatur fas. vnde, secundi Machabeorum septimo. Contingit. septima, fratres vna cum matre apprehensos compelli à rege comedere contra fas, id est legem carnes porcinas prohibentem. Et actuum. vigesimosecūdo. Tolle de terra huiusmodi hominem, non enim est fas eum viuere, id est non sinit eum lex viuere. [Lex vero humana ius]id est iuris nomine appellanda est. Vnde Esaiæ. 24. transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fedus sempiternum. Per leges dicit intelligendum magister Nicolaus de lira leges diuinas, per ius leges humanas, per fedus, sempiternum ius naturale, quod in mentibus humanis indelebiliter est scriptum. Ratio autem huiusmodi differentiæ assignatur à sancto Thoma in secunda secundæ. quæstione. 57. arg. prima in responsiones ad vltimū argumētum. sic dicente. Quia iustitia æqualitatem importat. Deo autem non possumus equiualens recompensare. inde est, ꝙ iustum secūdum, perfectam rationem non possumus reddere, & ꝓpter hoc non dicitur propriè ius lex diuina, sed fas, quia scilicet sufficit Deo, vt impleamus, quod possumus, hæc sanctus Thom. hanc differentiam exemplo ostendit Isidorus subdens. [transire per agrum alienum fas est]id est licitum, fas idem enim est, ꝙ licitum. Licitum autem dicitur, quia nulla lege diuina prohibitum. Vnde gloss. super illud primo, ad corinth: decima omnia mihi licent. dicit, id est præcepto domini nulla prohibentur. Transire autem per agrum, imo per segetem, nō est prohibitum lege diuina, imo videtur, concessum secundum illud deutro. 23. Si intraueris in segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes. vbi dicit gloss. Caute ergo in segetem proximi intrandum est, vt discernendo capias cibum, non præcipitando succisæ messis incurras iudicium. Et magister Nicolaus de lira in apostilla sua dicit. hic lex in talibus concedit esum, & prohibet excessum. Habetur etiam mar. secundo ꝙ cum Christus in sabbato ambularet per sata, discipuli eius ceperunt progredi, & spicas vellere. vel potest sic exponi. secundo distinguendo inter ista quatuor fas, licitum, ius, & necessitas, vt dicit Henricus de gandauo quolibeto nono. quæstione. 26. Fas est æquitas naturalis, qua quisque potest vti re alterius absque damno, & incommodo illius, & ita dicitur hic, ꝙ transire per agrum alienum fas est. id est æquum. cum sub est causa, & innoxius est transitus. Licitum est, quod à lege indultum est, quo quis vti potest re aliena in aliquale damnū eius: in lege enim veteri licitum erat comedere vuas in agro alterius. sed non asportare, & cōterere spicas, sed non falcem mittere. Ius est æquitas, quæ dat actionem rerum vendicandi Necessitas est opportunitas vtendi re aliena. Vnde Christus discipulos suos per segetes transeuntes, & spicas euellentes, innocentes vocat, quia coacti fame hoc fecerunt. vt dicitur de con. distinct. quinta discipulos. vbi dicit gloss. necessitas famis exeusat furtum. & est tex. cum gloss. in. cap. tertio extra de furtis. Vel tertio. [fas est]id est iure naturali, quo sunt omnia communia. Licitum est per agrum alienum transire. de iure etiam gentium. vt dicit Arc. Fas est transire per agrum alienum. vnde in agro alieno aues capere possumus. insti. de re. diui. §. fere. nisi domino prohibente. insti. eod. tit. §. plane [ius non est] id est non habeo ius regulariter transeundi, nisi in certis casibus. vtpote si ager ille seruitute aliqua teneatur. de quo. ff. de seruit. rusti. prædi. Vel [ius non est] id est iure humano non est permissum, sed potius prohibitum. Est ne ꝓpter hoc dicendum contrarium ius positiuum iuri diuino, aut naturali. Dicendum quod non. Non enim ex hoc, quod lex humana prohibeat propter expedientiam ei publicæ aliqua, quæ lex diuina, aut naturalis non modo non prohibere; sed concedere, seu permittere videntur, est contraria dicenda legi diuinæ, aut naturali, sicut nec lex noua prohibens repudium, contraria est legi veteri, quæ permittebat, sicut superius habitum est. Esset autem contraria si prohiberet ea, quæ lex diuina præciperet, vel iuberet, quæ lex diuina, aut naturalis prohiberet. ¶ Circa præsens capitulum pro intelligentia pleniori eorum., quæ dicta sunt in eo, de tribus quærendum est. ¶ In primo de legum multiplicitate, & diuersitate à sanctis doctoribus posita, & in text. præsenti præsupposita cum dicitur, omnes leges, &c. ¶ Secundo de diuisione legum posita in litera; vtrum sit sufficiens. ¶ Tertio de differentia assignata inter leges vtrum bene sit posita.

Henricus de gādano

2 ¶ Q ueritur primo circa primum. Vtrum sit aliqua lex æterna.

6 ¶ Secundo. Vtrum sit aliqua naturalis.

9 ¶ Tertio. Vtrum aliqua sit lex humana.

11 ¶ Quarto. Vtrum sit aliqua lex diuina.

15 ¶ Quinto quia dicit tex. Omnes leges, aut diuinæ, &c. vtrū sit vna lex diuina, aut sint plures, &c.

2 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod nō sit aliqua lex æterna. Primo sic. Omnis enim lex aliquibus imponitur. sed nō fuit ab æterno aliquis cui lex posset imponi. Solus enim Deus fuit ab æterno, ergo nulla lex est æterna. ¶ Secundo sic. Promulgatio est de ratione legis, vt in cap. leges. distinct. quarta, sed promulgatio non potuit esse ab æterno, cui promulgaretur, ergo nulla lex potest esse æterna. ¶ Tertio sic. Lex importat ordinem ad finē, sed nihil est ab æterno ꝙ ordinet ad finē, solus. n. vltimus finis est æternus, ergo nulla lex est æterna. ¶ Quarto sic. Lex sicut dicit Isidoru. 2. etymologiarū. Vno modo dicitur à legēdo. Alio modo dicitur à legando, sed ista non possunt esse ab æterno, sed sunt temporalia, ergo videtur, quod nulla lex ponēda sit æterna. ¶ Quinto sic. Lex. si non esset impressa creaturæ rationali, non ligaret eam, patet, sed hæc impressio est temporalis, & non æterna: ergo ratio legis non potest esse æterna. sed temporalis. ¶ In oppositum est illud deut. 33. In dextera eius id est in æternitate, quia longitudo dierum in dextera eius. prouerbiorum tertio. Lex ignea id est diuina, & consumptiua iniquitatis, quia Deus noster ignis, consumens est, Deut. quarto. Item Augustinus. prima de lib. ar. dicit. lex, quæ summa ratio nominatur, non potest cuipiam intelligenti, nisi incommutabilis, æternaque videri. Pro quo notandū, quòd, cum lex vt ait Isidorus. quinto etymologiarum. & in capi. consuetudo. distinctione prima sit omne, quod ratione constat, lex nihil videtur esse aliud, quam quoddam dictamen practicæ rationis in principe, qui gubernat aliquam communitatem perfectam. Manifestum est, quod tota communitas vniuersi gubernatur ratione diuina, cum mundus gubernatur prouidentia. † prouidentia autem, vt dicit Boethius est ratio in summo principe constituta, qua cuncta disponit, secundum illud Sapient. octauo, attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Vnde ipsa ratio gubernationis in Deo, sicut in principe vniuersitatis existens legis habet rationem, Et quia diuina ratio nihil concipit ex tempore, sed habet æternum conceptum Vnde prouerbiorum octauo ait Sapi. Nondum erat abyssi, & ego iam concepta eram, necesse est dicere aliquam legem æternam. ¶ Secundo hoc idem alia ratione sic ostenditur ꝑ Augustinum in lib. de li. ar. vbi ait. Videtur lex ista, quæ regēdis ciuitatibus fertur, multa concedere, atque impunita relinquere, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur, intendit autem in hac autoritate Augustinus assumere propositionem istam videlicet, quod nullum malum debet esse impunitum, & quod similiter omne malum punitur secundum aliquam legem. Si ergo est aliquod malum, quod non punitur per legem temporalem, & non relinquatur impunitum, ergo punietur per legem eternam, ergo aliqua lex æterna est. ¶ Ad sciendum autem quid sit ista lex æterna, est notandum, quod plures assignantur diffinitiones legis æternæ. † Augustinus libr. contra Faustum dicit. Lex æterna est ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conseruar iubens, perturbarique vetans. ¶ Item secunda est ipsius Augustini primo libr. quæstionum super exodi quæstione. 67. lex dei sempiterna est. quam cōsulunt omnes piæ mentes, vt quod mea interuenerunt, vel faciant vel iubeant, vel vetent, secūdum quod illi incommutabili veritati præcipit. ¶ Tertia est eiusdem Augustini libr. primo, de lib. ar. Lex æterna est summa ratio, cui semper obtemperandum est. ¶ Quarta est etiam eiusdem Augustini ar. in lib. de lib. dicentis sic. Vt æternæ legis notionem explicem, ea est, quia iustum est, vt omnia sint ordinatissima. ¶ Quinta est eiusdem Augusti. lib. de vera religione dicentis. Apparet super mentem nostram legem esse, quæ veritas dicitur. Hæc est incommutabilis veritas, quæ est lex omnium artium, & lex omnipotentis artificis. ¶ Pro intelligentia illarum diffinitionum legis æternę est aduertendum cum sancto Thoma, in prima secunda, quod sicut in quolibet artifice preexistit ratio eorum quæ constituuntur per artem: ita etiam in quolibet gubernante oportet: quod præexistat ordinis eorum, quæ agenda sunt per eos, qui gubernationi subduntur. Et sicut ratio rerum fiendarum per artem vocatur ars, vel exemplar rerum arti-

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Quartūar.

Quintū ar.

Opponit i contrariū:

Secūda op.

Diffinitiones plures legis æternæ.

Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

S. Thom.

ficiatarum, ita etiam ratio gubernantis actus subditorum rationem legis obtinet. Deus autem per suam sapientiam conditor est vniuersarum naturarum, ad quas comparatur sicut artifex ad artificiata. Est etiam gubernator omnium actuum, & motionum, quę inueniuntur in singulis creaturis. Vnde sicut ratio diuinę sapientię (in quantum per eam cuncta creata sunt) habet rationem artis, vel exemplaris, siue ideæ, ita ratio diuinæ sapientiæ mouentis omnia ad debitum finem obtinet rationem legis, & secũdũ hoc lex æterna, nihil est aliud, quam ratio diuinæ sapien. secundum quod est directiua omniũ actuum, & motionum de qua videtur Boethius loqui cum ait. 3. de conso. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarum cœlique sator. qui tempus ab æuo ire iubes, stabilisque manens das cuncta moueri. ¶ Cæterum pro intelligentia assignatarum diffinitionum legis æternæ notandum cum Alexandro, de Halis in tertio, quod lex æterna potest tripliciter consyderari. Vno modo secundum respectum ab bona, & mala. Secundo modo secundum quod respicit bona tantum, & hoc dupliciter. quia potest consyderari, secundum quod respicit bona generaliter, vel bona specialiter, quæ sunt bona rationalis creaturæ tantum. Secundum vero primam consyderationem, scilicet secundum, quod respicit bona, & mala, conuenit diffinitio legis æternæ. quarta loco posita, qua diffinitur, quod lex æterna est, qua iustum est, vt omnia sint ordinatissima. Deus autem bona facit, ordinat, malum autem non facit, sed ordinat. vnde ordinare est actus legis communis respectu bonorum, & malorum. Secundum vero consyderationem secundam, scilicet secundum quod respicit bona generaliter, siue sint bona rationalis creaturæ, siue irrationalis, conuenit ei diffinitio quinto loco posita, qua dicitur. Lex æterna est omnium artium, & lex omnipotentis artificis. Iuxta vero tertiam considerationem, videlicet secundum quod lex æterna respicit bona rationalis creaturę tantum, conueniunt ei tres primo assignatæ. Præceptum enim, & obedientia propriè respicit rationalem creaturam. ¶ Amplius cõsiderandũ est hic hoc quod beatus Augustinus ait in li. de li. ar. quod huiusmodi æternæ legis notio nobis impressa sit, & per consequens quodammodo omnibus nota, quod non est intelligendum de ipsa lege in se. vt ait Dominus Vlrichus in summa sua, quia Apostolus ad Ro. 11. tractans rationem iustitiæ distributiuæ, qua aliquos elegit, alios deserit, exclamat. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientię Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et ipse Augustinus in tertio confessionum dicit. Ignorabam iustitiam veram ex iustissima lege Dei, qua formarentur regionũ mores. sed accipiendum est de ipsa lege in sui participatione in naturali intellectu nostro. Sic enim procedit dictum Augusti. vnde subdit. Ea enim est. qua iustum est, vt omnia sint ordinatissima. Quæratur enim à quolibet verum hoc impressum sit animę suæ, & notum. Dicit vtique, quòd sic. pro quo sanctus Thom. notat in prima. secunda quæstione. 93. ar secunda. † quod dupliciter aliquid cognosci potest. vno modo in se ipso. Alio modo in suo effectu, in quo aliqua eius similitudo inuenitur, sicut aliquis videns non solem in sua substantia cognoscit ipsum in sua irradiatione. Sic igitur dicendum est, ꝙ legem æternam nullus potest cognoscere secundum quòd in seipsa est, nisi solum beati, qui Deum per essentiam vident. Sed omnis creatura rationalis ipsam cognoscit secundum aliquam eius irradiationem vel maiorem, vel minorem. Omnis enim cognitio veritatis est quædam irradiatio, & participatio legis æternæ, quæ est veritas, vt Augustinus dicit in lib. de vera relig. Veritatem autem omnes aliqualiter cognoscunt, saltem quantũ ad principia cũia legis naturalis. In alijs vero quidã plus & qdã minus participant de cognitione veritatis, & secundum hoc, quod etiam plus, vel minus cognoscunt legem æternam. Et si obijciatur, quod dicit Apostolus. prima ad corin. 2. Quòd quæ, sunt Dei nemo nouit, nisi spiritus Dei. Sed lex æterna est quædam ratio in mente diuina ista ergo omnibus est ignota, nisi soli Deo. ¶ Dicendum, quòd ea quę sunt Dei in seipsis quidem à nobis cognosci nõ possunt, sed tamen in effectibus suis nobis manifestantur, secũdum illud Ro. primò inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. ¶ His autem sic discussis, respondẽdum venit ad rationes in oppositum factas in principio. Ad primam, quæ obijcit, quod lex aliquibus imponitur, &c. Dicendum quod ea, quæ in seipsis non sunt, apud Deum existunt, inquantum sunt ab eo præcognita, & ordinata secundũ illud ad Rom. octauo. Qui vocat ea, quæ non sunt tanquam ea, quæ sunt. Sic ergo æternus diuinæ legis conceptus habet rationem legis æternæ, secundum quòd à Deo ordinatur ad gubernationem ab ipso præcognitorum. ¶ Ad secundum, quod obijcitur, quod promulgatio est de ratione legis. Respondetur negando minorem. Dixit enim sanctus Thom. quòd promulgatio fit verbo, & scripto, & vtroque modo lex æterna æternam habet promulgationem ex parte Dei promulgantis, quia verbum diuinum est æternum, & scriptura libri vitę est æterna; sed ex parte creaturę audientis, vel inspicientis non potest esse promulgatio æterna. ¶ Ad tertium cum dicitur, quod lex ordinatur ad finem. Respondetur, quod lex importat ordinẽ ad finem actiuè, in quantum scilicet per eam ordinantur aliqua ad finem, non autem passiuè id est quod ipsa lex ordinetur ad finem, nisi per accidens in gubernante, cuius finis est extra ipsum, ad quem etiam necesse est, vt lex eius ordinetur. Sed finis diuinę gubernationis est ipse Deus, nec eius lex est aliud ab episcopo, vnde lex ęterna non ordinatur ad alium finem. ¶ Ad qnartum dicendum, vt ait Dominus Vlrichus de Argentina in summa sua, quod quamuis lex secundum primum nominis significatum, scilicet secundum quod dicitur à legendo, & ligando, vt dicit Isid. 2. etymologiarum fit tantum lex scripta ad legendum pręcepta, & prohibita, & ad ligandum per pœnas, & præmia, tamẽ, quantum ad sui nominis significatum, quod est id, cui nota imponitur, ipsa ratio iuris regulans ad iuste operandum lex est, sicut est lex naturalis in nobis. vnde dicit Isidorus. 5. etymologiarum. Si ratione lex constat, lex est omne, quod ratione cõstiterit, & hoc modo dicit, quod lex est in Deo. Nã vt dicit Beatus Dionysius. 5. cap. de di. no. de iustitia laudatur Deus, sicut omnibus tribuens propria secundum vniuscuiusque existentium dignitatem, & vniuscuiusque naturam in proprio soluat ordine, & virtute. Vel secundo, dicendum, vt magister Alexander de Halis soluit, quod lex secundum quod dicitur à legendo extẽso nomine lectionis, non solum ad lectionem secundum ꝙ dicitur in mente, sic lex est æterna. secundum autem quod dicitur à ligando, potest distingui, sicut de dominio in Deo. Dominium enim est potestas coercendi subditos, & sic dicitur secundum habitum. Vel potest dici secundum actum, & sic dominium est coercendi potestas. & vtrobique connotatur respectus ad creaturam, sed primo modo in habitu. secũdo modo in actu. Sicut ergo dominium in habitu dicitur ab ęterno de Deo, dominium in actu ex tempore, ita lex, si importat habitum ligandi, sic ab ęterno est in dispositione ad ligãdum, & hoc modo dicitur lex ęterna, sed si importat actum ligandi. non. ¶ Ad quintum dicendum, ꝙ licet impressio ab æterno non sit in effectu, tamen est in ratione ab æterno. vnde lex ab æterno est ĩ dispositione, & ad hoc, vt animę rationali imprimatur, licet ab æterno non imprimatur in effectu.

Alexãder de halis.

Vlrichus.

Respõdet

Ad primũ.

Ad secundũ

Ad tertiũ.

Ad quartũ Vlrich⁹ de argentina.

Alexander de Halis.

Ad quintũ.

6

Ad secundum.

Sic proceditur. † Et videtur, quod nulla sit ponenda lex naturalis. Arguitur primo sic. Sufficienter enim homo gubernatur per legem æternam. Dicit enim Augustinus lib. primo. de li. arb. quod lex ęterna est, qua iustum est, vt omnia sint ordinatissima, sed natura non abundat in superfluis, sicut nec deficit in necessarijs, ergo non est aliqua lex huiusmodi naturalis. ¶ Secundo sic. per legem ordinatur homo in suis actibus ad finem, sed ordinatio humanorum actuum ad finem non est per naturam, sicut accidit in creaturis irrationabilibus, quę solo appetitu naturali propter finem agunt, sed agit homo propter finem per rationem, & voluntatem, ergo non est aliqua lex homini naturalis. ¶ Tertio sic. Quanto aliquis est liberior, tanto minus est sub lege, sed homo est liberior omnibus alijs animalibus propter liberum arbitrium, quod præ alijs habet. Cum ergo alia animalia non subdantur legi naturali, nec hõ alicui legi naturali subditur. ¶ Quarto sic arg. Ecclesiastic. decimo quinto dicitur. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manibus consilij sui, adiecit mandata, & pręcepta sua. sed liberum arbitrium videtur creatum in summa libertate sua. ergo non fuit concreatum, vel indictum illi aliquod legis pręceptum, consequentia patet, quoniam liberum arbitrium liberius videtur esse absolutum ab omni lege, quam legi subiectum. ¶ In oppositum arguitur, primo per illud, quod Gratianus inquit in principio

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit i contrariũ respõdet.

principio, quod ius naturale est, quod in euangelio, & lege continetur. Respondeo dicendum, quod lex naturalis est. Quæ conclusio multipliciter ostenditur. Primo per illud, quod habetur in gloss. ad Rom. secundo cum gentes, quæ legem non habent. vbi gloss. dicit. Et si non habent legẽ scriptam, habent tamen naturalem legem, qua quisque intelligit, & sibi cõscius est, quid bonum est, & quid malum ¶ Secundo ad idem est Augustinus lib. 3. de sermone domini in monte. Nulla est anima quamuis peruersa, quæ tamen ratiocinari non possit in cuius conscientia nõ loquitur Deus Quis enim scripsit in cordibus hominum legem naturalem, nisi Deus. De quo Apostolus. Cum enim gentes, quæ legem nõ habent naturaliter, quæ legis sunt, faciunt. ¶ Item tertio Ecclesiast. 17. dicit. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ. glo. i. naturalem, quam dedit homini; vt subijceretur suo factori, & operum bonorũ in se, honorificẽtiam custodiret, ergo lex naturalis est. ¶ Ratione. 5. sic ostenditur. Sicut anima rationalis nata est ad cognoscendum verum, ita nata est ad operandum bonum. Ait enim Boethius li. de consola; ꝙ mentibus hoĩum veri, bonique inserta est cupiditas. Cũ ergo principia cognoscẽdi sint innata mẽti cuiuslibet addiscẽtis; sicut, ꝙ totũ est majus sua parte. Et de quolibet affirmatio vel negatio, & de nullo ambo simul. ita principia operãdi bonum erunt inserta animæ cuiuslibet hominis, per quæ reguletur in faciendo bonum, & vitando malum; de quibus est lex naturalis. ¶ Pro quod est notandum cum sancto Th. in. 1. 2. q. 91. ar. 2. Quod, cũ omnia, quæ diuinæ prouidentiæ subduntur; à lege æterna regulentur, & mensurentur; manifestũ est, ꝙ omnia participant aliqualiter legem æternam, inquantum ex impressione eius habent inclinationes in proprios

Cõfirmat ratione.

S. Thom.

7 actus, & fines. † Participatur autem lex ęterna dupliciter. vno modo actualiter, siue rationabiliter, sic creatura rationalis quę inter alias creaturas excellentiori quodammodo diuinæ prouidentiæ subiacet, inquantum, ipsa fit prouidentię particeps; sibiipsi, & alijs prouidens. vnde in ipsa participatur ratio æterna, per quam habet naturalem obligationem ad debitum actum, & finem; & talis participatio legis ęternæ in rationali creatura lex naturalis dicitur, vt supra dictum fuit. ¶ Secundo modo participatur lex æterna ab aliquo non intellectualiter, siue rationabiliter, quomodo participatur à creaturis irrationabilibus, in quibus quælibet

Lex naturalis quadruplex. Prima.

8 inclinatio proueniens ex lege æterna, potest dici lex, non essentialiter; sed participatiuè, seu per quãdam similitudinem, † Vnde notandum, ꝙ lex naturalis quadruplex est, vt. D. Vlrhicus ponit in sũma sua. Vna est quę dicitur amor naturalis quæ in qualibet particulari natura est ad conseruationem sui esse; de qua dicit Boethius in. 2. de consola. Rerum seriem ligat, terras, atque pelagus regens, & cœlo imperans amor. Et idem dicit de eodem amore. 3. de consola. quis legẽ dat amãtibus maior. Lex amor est sibi. Loquitur autem de amore naturali, nõ particulari, quo, vt ipse dicit, quælibet res appetit, & amat conseruationem sui esse; quod philosophus vocat esse diuinum, ꝙ omnia appetunt, & ratione illius agunt. quicquid agunt. ¶ Secunda est factum, quod, vt ait Boe. 4. de consola. est rebus mobilibus inhærẽs dispositio, per quam prouidentia suis quæque nectit ordinibus, vnde ligat sua immutabilitate res mutabiles, & aliquo modo temere fluituras. Hãc legem vocat ibidem Boethius. 4. de cõsola. alternum amorẽ quia est amor naturæ vniuersalis, quo etiam cõtraria sibi mutuo connectuntur, & se iuuant ad vniuersi conseruationem. Sicut autem vtraque prædictarum inclinationum à philosophis vocatur amor, & desyderium intellectuale, in quantum est actus intellectus primi qualiter dicit Philosophus. ꝙ naturæ opus est op⁹ intelligentiæ, sicut ẽt vterq; amor vocat lex, non solum à ligando, sed potius est explicatio legis diuinæ iustitię in rebus participantibus iustas Dei distributiones. Et quia lex est præceptum iustitiæ, quod qui implet, obedit legi, & præceptioni. Ideo idem amor vocatur diuinum præceptum in psa. vlt. præceptũ posuit, & non pteribit. vbi dicit gl. legẽ, & conditionẽ. ¶ Tertia est lex naturalis; quæ est rationis, nõ vt ratio. i. deliberatiua est, sed vt natura est quę lex est habitus vniuersalium principiorum iuris in agendis; qui impressus est practico intellectui à sui creatione, sicut etiã intellectus speculatiuus habet ex sui natura habitum principiorum speculatiuorum. Et hoc propriè vocatur ius naturale, & lex naturalis, quia præcepta iustitiæ continet, & ipsa est lex. de qua ad Ro. 2. ait Apostolus. Legem non habentes ipsi sibi sunt lex. Cum autem hęc lex nihil aliud sit, ꝗ naturalis.

Secunda.

Tertia.

rectitudo intellectus; quæ est regula prima, ad quam omniũ agendorum rectitudo regulatur, cui prima principia agendorum cõcordant, & per se nota sunt. Et hæc rectitudo fit in nobis, inquantum homo imago Dei est, & similitudo eius est effectus, & exemplar increatæ rectitudinis, quæ est ęterna lex. ¶ Quarta lex naturalis est sicut ius naturale, ꝙ aliqualis participatio est iam dicti iuris naturalis; & ex hoc solo vocatur lex, vel ius, sicut Philoso. in 1. de naturalibus dicit aĩalia habere regimen vitę. i. quædã habẽt regimen solicitum circa se, & quędã sunt sapientia, & quædã astuta, & quędam larga, & magnanima, & quędam sunt ingeniosa, & quædam verecũda, & quædam mansueta, quæ tamen omnia non agũt ratione. quia ibidẽ dicitur. Animal, quod habet discretionem, solus homo est. Sed potius (vt dicit Damascenus) in his aguntur impetu naturalis appetitus. Sed quia ille appetitus inclinat ad opera similia aliqualiter illis humanis operibus; quæ homo facit ẜm similitudinem quandã. Lex naturalis dicitur ꝗ natura omnia animalia docuit, vt est coniunctio maris, & feminæ. vt in. ca. ius autem. & idem dicitur institu. de iure nat. ¶ Ad rationes in contrarium. Ad primam, quæ obijcit, quod hõ sufficiẽter gubernatur per legem æternã. Respõ. ꝙ ratio ista procedit, ac si lex naturalis esset aliquid diuersum à lege æterna, ꝙ non est verum, quia non est aliud, quam quædã participatio eius. Vnde lex naturalis est impressio ipsa legis ęternæ, sicut imago, quæ est in cera, est impressio, & similitudo imaginis eius, quę est in sigillo. ¶ Ad secundum, qđ obijcitur, quod ordinatio hominis ad finem non est per naturã. Respondetur, negando assumptum. Quoniam omnis operatio rationis, & voluntatis deriuatur in nobis ab eo, quod est secundum naturam. Nã omnis ratiocinatio deriuatur à principijs naturaliter notis, & omnis appetitus eorum, quæ sunt ad finem; deriuatur à naturali appetitu vltimi finis, & sic etiã oportet, quod prima directio actuum nostrorum ad finẽ fiat per legem naturalem. ¶ Ad tertiũ, quod obijcitur; quod alia animalia non subduntur legi naturali. Respondetur negando hoc. Dicitur enim, ꝙ alia animalia irrationabilia participãt rationem æternã suo modo, sicut & rationalis creatura, quæ participatio dicitur aliquo modo lex naturalis per quandam similitudinem. Verũ, quia rationalis creatura participat ęternam legem intellectualiter, & rationabiliter, vt dictum est. ideo participatio legis æternæ in creatura rõnali ꝓpriè lex vocatur. Nam lex est aliquid rationis in creatura autem irrationali non participatur rationabiliter. vnde non potest dici lex, nisi per quandam similitudinem. ¶ Ad quartum; quod obiicitur quod homo creatus est in summa libertate, &c. Respondetur negando assumptum illud valet, liberum arb. liberius esset absolutũ à lege, & mandatis. Lex naturalis non detrahit libertati eius, sed est regula libertatis suæ. Dicit autem Anselmus, quod libertas non est dicenda ad illud, quod non expedit, nec quod non docet. Ponatur autem; quod non esset lex, vel mandatum inditum animę, adhuc indecens esset, quod anima se subijceret vilibus, & inferioribus, sicut peccato, & sensibilitati. Regulatur autem per legem sibi indictam, ꝙ ita sibi non subijciatur. Et ideo lex gubernat, & dirigit eius libertatem.

Quarta.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

Anselmus

Ad tertium.

9 Sic proceditur, † & videtur, quod non sit ponenda aliqua lex humana. Et arguitur primo sic. Lex naturalis est participatio legis æternæ, vt dictum est in præcedenti articulo, sed per legem æternã oĩa sunt ordinatissima, vt Augustinus dicit. in. 1. de li. arb. ergo lex naturalis sufficit ad omnia humana gubernanda. Non est ergo necessarium, ꝙ sit aliqua lex humana. ¶ Secundo lex habet rationem mensuræ, vt dictum est, sed ratio humana nõ est mensura, sed potius ẽ conuerso. vt. 3. 4. metaphysicæ dicitur, ergo à ratione humana nulla lex procedere põt. ¶ Tertio sic. mensura debet esse certissima, vt dicitur. 10. metaphysicæ, sed dictamen humanæ rationis de rebus gerendis est incertum, secundum illud sapientiæ nono: cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostrę. ¶ In oppositum est beatus Isidorus, & Gratianus in præsenti tex. dicentes. Omnes leges, &c. Respondeo dicendum, quod præter legem naturalem necessaria fuit aliqua lex humana, quæ conclusio ostenditur authoritate Augustini qui in. 1. de li. ar. ponit duas leges. vnam æternam, & aliam temporalem, quã dicit esse humanam. Pro cuius intelligentia notandũ est, quod

10 sicut habitum est. † Lex est quoddam dictamen practicæ rationis. Similis autem processus inuenitur rationis practicæ, & speculatiuæ. Vtraque enim ex quibusdam princi-

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Oppositũ conclusio. Respõde.

pijs communibus ad quasdam conclusiones procedit: Vnde sicut in ratione speculatiua ex principijs indemonstrabilibus naturaliter cognitis eliciuntur cõclusiones diuersarum sententiarum, quarum cognitio non est nobis naturaliter indita, sed per industriam rationis inuenta. Ita etiam ex præceptis legis naturalis, quasi ex quibusdam principijs communibus & indemõstrabilibus necesse est, ꝙ ratio humana procedat ad aliqua magis particulariter disponenda. Et illæ particulares dispositiones adinuētæ ſm rõnē humanã dicũtur leges humanæ seruatis alijs conditionibus, quæ pertinent ad rationem legis: de quibus. j. dicetur circa. c. est autem lex. di. 4. vnde Tullius in rhetorica sua dicit; ꝙ initium iuris est à natura profectum. Deinde quedam in consuetudinem venerunt ex vtilitate rationis. Postea res, & à natura profectas, & à consuetudine approbatas legum metus, & religio sanxit. Ad rationes iam dicendum est. ¶ Ad primam respondetur, quod argumentum non procedit, quia ratio humana non potest ad plenum participare dictamen rationis diuinæ, sed suo modo & imperfecte. Et ideo sicut ex parte rationis speculatiuæ ꝑ naturalem participationem diuinæ sapientiæ inest nobis cognitio quorundam communium principiorum, non autem cuiuslibet veritatis propria cognitio, sicut in diuina sapientia continetur, ita etiã ex parte rationis practicæ naturaliter homo participat legem æternam secundum quædam principia communia, non autem secundum particulares rectitudines singulorum, quæ tamen in æterna lege continentur. Et ideo necesse est vt vlterius ratio humana procedat ad particulares quasdam legum sanctiones. ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ licet verum sit quod ratio humana non sit regula rerum, verũ tamen principia ei naturaliter indita sunt, quædam regulę generales, & mensuræ omnium eorum, quæ sunt per hominem agenda, quarum ratio naturalis est regula, & mensura, licet non sit mensura eorum, quæ sunt à natura. ¶ Ad tertium respõdetur, dicitur primo, ꝙ ratio practica est circa operabilia, quæ sunt singularia, & cõtingẽtia, non autem circa necessaria, sicut ratio speculatiua, Et ideo leges humanæ non possunt illam infallibilitatem habere, quam habent conclusiones demonstratiuæ scientiarũ. Secundo dicitur, ꝙ non oportet, quod omnis mensura sit omnino infallibilis, & certa, sed secundum quod est possibile in genere illo.

Ad primũ arg.

ad secundũ.

Ad tertiũ.

11 Ad quartum. Sic proceditur. † Et videtur quod necessarium nõ fuerit esse aliquam legem diuinam. Et arguit primo sic. Lex naturalis sufficiebat ad salutem, ergo præter eam non fuit necessaria lex diuina, consequentia patet. Antecedens probatur. Primo authoritate. per illud Apostoli ad Ro. 2. d. iudicabit qđ ex natura est preputium legem perficiente. qui per literam, & circuncisionem præuaricator legis es. Præputium autem, quod per naturam est, custodit legem naturæ, ergo videtur, quod lex non sufficiat ad salutem. ¶ Tertio patet exemplis, quoniam Abel Noe, Habraã, Iob, iusti fuerunt ante legem diuinam datam de Cornelio gentili. etiam dicitur actuum. 10. quod erat vir bonus, iustus, ac timens Deum. ¶ Secundo sic. Lex naturalis est participatio quædam legis æternæ in nobis, vt dictum est, sed lex æterna est lex diuina: ergo non oportet, qđ pręter legem naturalem, & leges humanas ab ea deriuatas sit aliqua alia lex diuina, processus patet. ¶ Tertio sic. Ecclesiastici. 17. dicitur, quod Deus dimisit hominem in manu con-
12 silij sui. † Consilium autem est actus rationis, vt habetur. 3. ethicorum. ergo dimissus est gubernationi suæ rationis. Sed dictamẽ rationis humanæ est lex humana (vt dictum est) ergo non oportet, quod hõ alia lege diuina gubernetur. ¶ Quarto sic. Natura humana est sufficiẽtior irrationabilibus creaturis. Sed irrationabiles creaturę non habent aliquam diuinam legem, præter inclinationem naturalẽ naturaliter eis inditã: ergo multo minus creatura irrationalis debet habere aliquã legem diuinã præter legem naturalem. ¶ In oppositum est tex. præsens, qui ponit leges aliquas diuinas esse dicens. Leges
13 aliæ diuinæ, &c. ¶ Responsio dicimus ad hoc sub duabus cõclusionibus. Conclusio prima sit ista. † Præter naturalem necessario data est lex diuina, quæ conclusio probatur multipliciter. Primo sic ratione. Sicut in operibus naturę nihil est frustra, ita nec in operibus diuinis. Sed si lex naturalis sufficisset ad salutẽ, ergo superflua fuisset lex diuina primo data Moysi, & lex noua data per Christum. Sed hoc nullo modo est dicendum, ergo, cum lex diuina data fuit ostẽsum est, quod lex naturalis non sufficiebat ad salutem, ergo lex diuina necessario fuit data. ¶ Secundo quod lex diuina ad directionem hu-

Primũ ar.

Secũdũ a.

Tertiũ ar.

Quartũar.

Opposit ĩ contrariũ respõdet: Prima cõclusio.

manæ vitæ necessario fuit data propter legem naturalem, ꝑbatur sic. Per legem dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad vltimum finẽ. Et si quidem homo ordinaretur tantũ ad finem, qui non excederet proportionẽ naturalis facultatis hominis; non oporteret, quod homo haberet aliquod directiuum ex parte rationis supra naturalem legem, & legem humanitatis positã, quæ ab ea deriuatur. Sed quia hõ ordinat ad finẽ beatitudinis æternæ, quæ excedit proportionẽ naturalis facultatis humanę ſm illud. 1. ad Corin. 2. Oculus non vidit, nec auris audiuit quæ præparauit Deus diligentibus se, non fuit necessarium, vt supra lege naturalem dirigere-
14 tur etiam ad suum finem lege diuinitus data. ¶ Secũda conclusio. † Præter legem humanam necessario data fuit lex diuina. Hæc conclusio probatur multipliciter. Primo sic. Quia propter incertitudinem humani iudicij pręcipue de rebus contingentibus, & particularibus contingit de actibus humanis diuersorum esse diuersa iudicia; ex quibus etiam diuersæ & contrariæ leges procedunt. vt ergo homo absque omni dubitatione scire possit quid ei sit agendum, & quid vitandum, necessarium fuit vt in actibus propriis dirigeretur per legem diuinitus datam, de qua constat; ꝙ nõ põt errare. ¶ Secũdo, quia de his potest homo legem ferre, de quibus potest iudicare, iudicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus, qui latent, sed solum de exterioribus actibus; qui apparent, & tamen ad perfectionem virtutis requiritur, quod in vtrisq; actibus homo rectus existat. Et ideo lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus; sed necessarium fuit ꝙ ad hoc superueniret lex diuina. ¶ Tertio, quia sicut dicit Augustinus li. 1. de li. ar. Lex humana non potest omnia; quæ male fiunt punire, vel prohibere, quia cum auferre vellet omnia mala, sequeretur etiam quod multa bona tollerentur, & impedirentur. Vtilitas autẽ boni communis; quod est necessarium ad conuersationem humanam. Vt ergo nullum malum inprohibitum, & impunitum remaneat, necessarium fuit superuenire legem diuinam, per quam omnia peccata prohiberentur. Istæ autẽ quatuor causæ tanguntur in psalmis; vbi dicitur. lex domini immaculata conuertens animas. i. nullam turpitudinem peccati committens, quia non solum exteriores actus. sed etiam interiores dirigit &, testimonium suum fidele propter certitudinem veritatis, & rectitudinis: Sapientiam præstans paruulis, in quantum ordinat hominem ad supremum finem, & diuinum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta Albertum magnum in quæstionibus de virtutibus, negando antecedens. Sola enim lex naturalis sine gratia mediatoris non sufficiebat ad salutem. Dicit. n. Augustinus, ꝙ omnes, qui saluati sunt per fidẽ mediatoris sunt saluati. Fides aũt mediatoris de lege gratiæ siue diuinæ est. Et ad probationem primam antecedentis. respondetur, ꝙ Apostolus loquitur de præputio. i. de gentili, qui legem naturæ implet cum in fide implicita mediatore & talis saluatur, & condemnabit infidelitatem circuncisionis; quæ transgrediendo legem noluit auctorem legis in lege promissum cognoscere. ¶ Ad secũdam probationem de Abel Noe. &c. Respondetur, ꝙ omnes illi expectabant vẽturum implicita, vel explicita fide; implicita, sicut hi qui reuelationem nõ acceperunt explicita sicut Iob, & alij, qui reuelationem acceperũt. Dicit enim Iob. Credo ꝙ redemptor meus viuit, &c. & ita ratio illa non procedit. ¶ Ad secundam respondetur; ꝙ per legem naturalem participatur lex æterna secũdũ proportionem capacitatis humanę naturę, licet, quia oportet, vt altiori modo dirigatur homo in vltimum finem super naturalẽ, ideo superadditur lex diuinitus data, per quam lex ęterna participatur altiori modo. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ cõsilium est inquisitio quædam. Dicit enim Gregorius Nicenus. Omne quidem consilium quæstio est, vnde oportet, ꝙ procedat ex principijs naturaliter indictis; quæ sunt præcepta legis naturæ propter rationẽ assignatam. Sed oportet quod superaddantur quædam alia principia, scilicet præcepta legis diuinæ. ¶ Ad quartum dicẽdum; quod creaturæ irrationales non ordinantur ad altiorem finem, quam sit finis proportionatus naturali virtuti ipsarum. Creatura autem rationalis sic. Et ideo non est similis ratio, & ita argumentum nõ procedit.

Secũda cõclusio. Prima rõ.

Secũda rõ

Tertia rõ.

Est psal. 18. b.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ

Ad tertiũ. Gregorius nicennus.

Ad quartũ.

15 Ad quintum. Sic ꝓceditur. † Et videtur; ꝙ sit vna lex diuina tantum. Primo sic, vnius enim regis in vno regno est vna lex, sed totum humanum genus comparatur ad dominum, sicut ad vnum regem, secundum illud

Ad primũ. argu.

dum illud psal. *Rex omnis terræ Deus, ergo est vna tm̄ lex
*Psal. 46. b. diuina. ¶ Secundo sic. omnis lex ordinatur ad finem, quem
Secūdū ar. legislator intendit in eis, in quibus legem fert, sed vnum, &
idem est quod Deus intendit in omnibus hominibus, secundum illud infra ad Tit. secundo, vult omnes homines saluos
fieri, & in agnitionē veritatis venire: ergo vna est tātum lex
Tertiū ar. diuina. ¶ Præterea tertio sic. Lex diuina propinquior esse videtur legi æternæ, quæ est vna, quam lex naturalis, quanto
altior est reuelatio gratiæ, quam cognitio naturæ. sed lex naturalis est vna omnium hominum, ergo multo magis lex
Opponit ī contrariū. diuina. ¶ In oppositum arguitur ex tex. præsenti vt magister
Gratianus ait. Omnes leges aut sunt diuinæ, aut humanæ.
Vbi manifeste innuit plures esse leges diuinas. ¶ Respondeo
Respōdet. 16 dicēdū q duplex est lex diuina, vna. s. quæ dr̄ vetus, alia quæ
dr̄ noua. Quæ conclusio sic probatur. Dicit Apostolus ad
Hæbreos. 7. Translato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat. Sed & sacerdotium est duplex. vt ibid. dicitur. s. sacerdotium Leuiticum, & sacerdotium Christi, ergo etiam duplex est lex diuina, scilicet vetus, & lex noua. ¶ Pro intellectu autem præsentis quæstionis est aduertendum secundum
quòd capitur ex Philosoph. 4. Physicorum. diuisio est causa
Damascenus. numeri. vnde Damascenus dicit, quòd numerus dicitur nutus memeris, id est signum diuisionis. Dupliciter autem inueniūtur aliqua distingui. Vno modo, sicut ea, quæ sunt omnino spē diuersa, vt equus, & bos. Alio mō sicut pfectū et imperfectū in eadē specie, sicut puer, & vir. Et hoc modo lex diuina distinguitur in legem veterem, & nouam. Vnde Apostolus ad Gal. 3. comparat statum veteris legis statui puerili existenti sub pedagogo, statum autem nouæ legis comparat sta-
Tria in le. Primum: 17 tui viri perfecti, qui iam non est sub pedagogo. †. Attenditur
autem perfectio, & imperfectio vtriusque legis, secundum
tria; quæ ad legem pertinēt, vt supra dictum est. Primo enim
ad legem pertinet, vt ordinetur ad bonum commune, sicut
ad finem, vt supra dictum est. Quod quidem potest esse duplex, bonum sensibile, & terrenum, & ad tale bonum ordinabat directe lex vetus, vnde statim Exod. 3. in principio legis
inuitatur populus ad regnum terrenum Chananeorum. Et
iterum bonum intelligibile, & cœleste, & ad hoc ordinatur
lex noua. vnde statim Christum ad regnum cœlorum in suæ
prædicationis principio inuitauit dicens. Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. Matth. 4. Et ideo Augustinus in. 4. contra faustum dicit, quod temporalium rerū
promissiones testamento veteri continentur, ideo vetus
appellatur. Sed æternę vitæ promissio ad nouum pertinet te
Secūdum. stamentum. ¶ Secundo Ad legem pertinet dirigere humanos actus s̄m ordinem iustitiæ, in quo etiam super abundat
lex noua legi veteri, interiores actus animi ordinando secundum illud Math. 5. Nisi abūdauerit iustitia vestra plusquam
Scribarum, & Phariseorum, nō intrabitis in regnum cœlorū.
Et ideo dicitur, quòd lex vetus cohibet manū, lex noua ani-
Tertium. mum. ¶ Tertio. Ad legē pertinet inducere homines ad obseruantiam mandatorum. Et hoc quidem lex vetus faciebat
timore pœnarum, lex autem noua facit per amorem; qui in
cordibus nostris infunditur per gratiam Christi; quæ in lege
noua cōfertur, & in lege veteri significabatur. Et iō dicit Augustinus contra Adamantium Manichæi discipulum; quòd
Ad primū argu. breuis differentia est legis, & euangelij, timor, & amor. Ad rationes in contrarium dicendum est. Et primo ad primam respondetur, negando assumptum, imo sicut paterfamilias in
domo alia mādata proponit pueris, & adultis, ita etiam vnus
rex in vno suo regno aliā legem dedit hominibus, adhuc imperfectis existentibus; & aliam perfectiorem iam manu ductis per priorem legem ad maiorem capacitatem diuinorū.
Ad secūdū ¶ Ad secundam dicendum, negando consequentiam, quia licet vnus, & idē finis esset vtriusq; legis, s salus hominis, non
tn̄ æque proxime lex vetus inducebat, siue ordinabat ad salutē hoīs, sicut lex noua. Salus. n. hoīs non poterat esse, nisi per
Christū s̄m illud actuū. 4. Non est aliud nomē datū hominibus, in quo oportet nos saluos fieri. Et ideo lex perfecta ad
salutem omnes inducens dari non potuit, nisi post Christi aduentum. Antea vero dari oportuit populo, ex quo Christus
erat nasciturus legem præparatoriam ad Christi susceptionē
in qua quædam rudimenta salutaria iustitiæ continerentur,
Ad tertiū & ita distinguitur aliquo modo à noua. ¶ Ad tertiam dicendum quòd non est simile de lege naturali & diuina, quia lex
naturalis dirigit hominem secundum quædam præcepta cōmunia, in quibus cōueniunt tam perfecti, quam imperfecti,
& ideo est vna omnium, sed lex diuina dirigit hominem et

in quibusdam particularibus; ad quæ non similiter se habent
perfecti, & imperfecti, & ideo oportuit legem diuinam esse
duplicem sicut iam dictum est.

18 Sexto quæritur. † Vtrum omnis lex à lege ęterna deriuetur. Et arguitur quod
non. Et primo de lege; naturali arguitur sic. Deriuatio legis à Primū ar
lege æterna videtur esse per rationem apprehendentem legem æternam dicente August. li. de li. ar. Nil est iustum, ac legitimum, nisi quòd homines ex æterna lege sibi deriuarunt.
Hæc autem deriuatio est per apprehensionum, sed soli rationali creaturæ concessum est per rationem apprehendere
legem æternam, ergo lex naturalis in sua vniuersalitate, qua
diffinitur ab Isidoro, quòd ius naturale est quòd natura docuit omnia animalia, non deriuatur à lege æterna. ¶ Secundo arguit sic de lege humana. Lex humana multa permittit si Scd̄m ar.
ue concedit, & impunita relinquit, quæ iustum est puniri: secundum autem æternam; siue diuinam nihil tale debet impunitum relinqui, ergo videtur, quòd lex humana etiam recta non procedat à lege æterna, imo videtur ei, contraria. Maior est Augustini dicentis. li. de li. arb. q lex, quæ populo regēdo distribuitur, recte multa permittit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. Concedit autem vim vi repellere vsque in occisionem hominum, quod (vt dicit Augustin. li. de Aug.
li. ar.) peccatū est, quia non fit nisi ex libidine, hoc est, ex sua
improba voluntate. Permittit autem simplicem fornicationem, & similia crimina, quæ non punit. ¶ Tertia, lex humana iudicat liberos à pœna, quos lex æterna iudicat reos ad pęnam, ergo non deriuatur ab illa. Consequentia patet, antece- Tertiū ar.
dens patet de illis; qui occidunt, ne occidantur, vel ne amittāt
res temporales, quos lex humana iudicat liberos esse à pęna.
Lex vero ęterna reos. Vnde Augustinus li. de li. ar. Quomodo apud legem sunt à pœna liberi, qui pro rebus quas cōtemni oportet, humana cœde polluti. ¶ Quarto sic. A lege æterna non potest procedere lex iniqua. Sed multæ sunt leges iniquæ secundum illud Esai. 5. Væ, qui condunt leges iniquas, Quartū ar.
ergo non omnis lex procedit à lege æterna. ¶ In oppositum
arguitur sic. Dicit Augustinus in li. de li. ar. in temporali lege Opponit ī contrariū.
nihil est iustum atque legitimum, quod non ex æterna lege homines sibi deriuauerunt. ¶ Secundo omnes bonitates
deriuantur à prima bonitate, & omnes veritates à prima ve- Secūda op.
ritate, ergo omnes leges deriuātur à prima lege, quæ est æterna. &c. ¶ Respondeo dicendū; quòd omnis lex deriuatur à lege æterna; quod sic ostēditur. Primo in vniuersali lex impor Respōdet
tat rationem quandam directiuam actuum ad finem, vt iam
supra diximus, in omnibus autē mouentibus ordinatis oportet, q virtus secundi motoris deriuetur à virtute motoris
primi, quia mouens secundum non mouet, nisi in quantum
mouetur à primo. Vnde & in omnibus gubernantibus idem
videmus, quod ratio gubernationis à primo gubernante ad
secundum deriuatur, sicut ratio eorum; quæ sunt agenda in ciuitate deriuatur à Rege per præceptum in inferiores administratores, & in artificialibus etiam ratio artificialium actuū
ab architectore ad inferiores artifices, qui manu operantur.
Ad hoc ergo; qd̄ lex æterna sit ratio gubernationis in supremo gubernante, necesse est; quod omnes rationes gubernationis, q̄ sunt in inferioribus gubernantibus à lege æterna deriuentur. Huiusmdi autem rationes inferiorum gubernantiū
sunt quæcunque aliæ leges præter legem æternam. Vnde patet quod omnes leges inquantum participant de ratione recta, deriuātur à lege æterna. In particulari vero hoc idē osten-
19 ditur discurrendo per singulas species legum. † Quod vero
lex naturalis deriuetur ab æterna lege, manifestum est, cū lex
naturalis nihil aliud sit, quam naturalis rectitudo intellectus,
quæ est regula prima; ad quam omnium agendorum rectitudo regulatur, hæc autem rectitudo; quæ est in homine, inq̄tum est imago, & similitudo Dei est effectus, & exemplar
in charactere rectitudinis; q̄ est lex ęterna. Vnde vt supradictum est lex naturalis non est nisi quædam participatio legis
20 æternæ in creatura rationali. † Quod autem leges humanæ ab
ipsa deriuentur patet ex illo Prouer. 8. per me reges regnant
& legum conditores iusta diffiniunt. Ratio autem diuinæ sapientiæ est lex æterna (vt supradictum est) ergo omnes leges
à quibuscunque positæ sint, à lege æterna procedunt in eo,
21 quòd iustum, & rectum continent. † De lege diuina, quæ
continet nouum, & vetus testamētum clarissime patet. De
noua quidē lege nō est dubium, qn̄ ipsa sit à lege ęterna, quia
eius legislator est filius Dei; qui nō solū, essentialiter sed etiā
appropriate est ipsa lex æterna. Et omnia in ecclesia facta
sunt secun-

sunt secundum exemplar monstratum in hoc monte. Sic.n. hoc verbum Exod.25. exponit Apostolus ad Heb.8. cum di cit. Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cœlestium sicut responsum est Moysi cum consummaret tabernaculum. Vide, inquit, omnia facite secundũ exemplar; quod tibi ostensum est in monte. De lege autem veteri nemini fideliũ debet esse dubium quando à lege æterna deriuata sit, licet Manichæi hæretici dicant illam esse à malo principio, vnde Christus Iudæis loquens, quibus data erat lex vetus dicit Matth.15. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. Ecce, quòd legem veterem mãdatum Dei appellat, propter quod Dominus dicit illum magnum futurum in regno cœlorum, qui legem faceret, & doceret Matt.5. ¶ Ad rationes in oppositum iam dicendum venit. Ad primam, cum obijcitur, quòd deriuatio legis à lege æterna est per rationem, &c. Respondetur negando hoc assumptum, quoniam in creaturis irrationabilibus est per impressionem quandam, & motionem, qua mouentur ab ipsa diuina prouidentia. secũdum illud prouerbiorum.8. Quando circundabat mare terminũ suũ, & legẽ dabat aquis; ne trãsirẽt terminos suos. Per modũ autem cognitionis participatur lex æterna à creaturis rationabilibus. Ad authoritatem Augustini dicendum, quòd non loquitur de lege naturali, sed de humana; quæ nihil habet rectum aut iustum, nisi secundum quòd deriuatur à lege æterna. ¶ Ad secundam, cum obiicitur, quòd lex humana permittit multa, & relinquit multa impunita, &c. Dicendum negando consequentiam. Non.n. ex hoc sequitur legem humanam esse, aut contrariam legi æternæ, aut ab ipsa non esse deriuatam, sed bene arguit illam esse minus perfectam. Lex.n. humana dicitur aliqua permittere, non quasi ea approbans, sed ea quasi dirigere non potens. Multa autem diriguntur lege diuina, quæ dirigi non possunt lege humana. Plura.n. subduntur superiori causæ, quam inferiori. Vnde hoc ipsum, ꝙ lex humana non se intromittit de his, quæ dirigere non potest ex ordine æternæ legis prouehit. Secus autem esset, si approbasset ea, quæ lex æterna approbat. Vnde ex hoc non sequit, vt infert, S.Tho. ꝙ nõ sit deriuata à lege æterna sed ꝙ nõ pfecte eã assequi possit. Nec iniusta dicẽda est; quia pmittit aliqua crimina, & ĩpunita relinquit, qa, vt dicit Dominus

Ad primũ arg.

Ad secũdũ

22 Vlrichus in summa sua, † cum finis legis humanæ sit conciliatio pacis inter homines imperitos, inordinata esset, si ad alia se extenderet, quam quæ ad suum finem pertinent, sed ornata, & per consequens iusta est, cum sola ea præcipit; quæ ad hanc pacem pertinent, & contraria prohibet, & punit. Et sic ea, quæ sunt hominis ad Deum solum iuste impunita relinquit, præcipue, si restrictio ab illis induceret turbationẽ societatis humanæ, sicut secũdum Augustinũ exterminatio meretricum inducit adulteria; quæ sunt cõtra bonum commune. Lex autem æterna, quia non solum respicit pacẽ istam inter homines, sed & maxime pacem diuinam ad Deum inducit reos, quos lex tpalis liberos relinquit, sicut fornicarios, & huiusmodi, & punit eos? Præterea lex humana similiter concedit id, sine quo pax conseruari non potest. Vnde, quia iudex non potest vbique esse præsens, non solum præterit lex relinquendo aliqua impunita, sed etiam concedit iuste, vt vim vi repellere liceat. Hoc tamen non præcipit nisi illis, qui ad hoc ex officio tenentur alios autem suæ voluntati relinquit, & hoc promulgat, vt turbentur violenti, cum sciuit licite sibi posse resisti. Hæc est sententia verborum Augustini. lib. de. li. ar. ¶ Ad tertiam, cum obiicitur, quòd lex humana iudicat liberos, &c. Dicendum negando consequentiã. Ex hoc.n. non sequitur quòd lex humana non sit deriuata à lege æterna, aut quòd sit illi contraria, licet bene sequitur, ꝙ sit respectu illius imperfecta, sicut dictum est ad argumentum præcedens. Lex enim temporalis solũ iudicat, quæ sunt ad finem suum, vel contra ipsum. Liberos ergo iudicat eos, quos non inuenit cõtrarios paci inter homines, quæ pax est finis ipsius. Sed lex æterna non solum respicit pacem istam, sed etiam pacem hominum ad Deum. Et ideo inducat reos quos temporalis lex liberos, sicut fornicarios, & huiusmodi & punit eos, & ita imperfecta est respectu legis æternæ, & non contraria. Vnde Aug. li. de li. ar. Laudo, & probo istam legem. s. temporalem quamuis inchoatam, minusque perfectũ quæ videtur multa relinquere impunita; quæ per diuinam prouidẽtiam vindicãtur, & recte. ¶ Ad quartam, cũ obiicitur de legibus iniquis, dicendum, quòd lex humana intantũ habet rationem legis inquantum est secundum rationem rectam, & ſm hoc manifestum est, quòd à lege æterna deriuetur, inquantum vero à ratione recedit, sic dicitur lex iniqua, & sic non habet rationem legis, sed magis violentiæ cuiusdam, & sic lex iniqua nõ est à lege æterna, cum, vt sic, rationem legis non habeat. Veruntamen in ipsa lege iniqua in quantum seruatur aliquid ad similitudinem legis propter ordinem potestatis eius, qui legem fert, secundum hoc, vt dicit S.Tho. etiam deriuatur à lege ęterna. Omnis. n. potestas à domino Deo est, vt dicitur ad Ro.13.

Vlrichus.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

S.Tho. Scđa principalis ps. Primũ ar.

Circa secundum.

Principale, s. diuisionem positam in litera, vbi dicitur, ꝙ omnes leges aut sunt diuinæ, aut humanæ. † Queritur, vtrũ prædicta diuisio sit sufficiens. Et arguitur, quòd non. quia lex ęterna, quę summa ratio, siue voluntas Dei ab Augustino nominatur, non videtur comprehendi sub ista diuisione, vt patet ex litera. ¶ Secundo sic, Lex naturalis nec est diuina lex, nec humana, imo ab vtraq; distincta, vt patet, ergo pdicta diuisio non est sufficiens. ¶ Tertio sic. Lex fomitis est lex, & ita vocata ab Apostolo ad Rom.7. & tamen non comprehẽditur sub aliqua istarum, quia nec est diuina, nec humana, ergo præfata diuisio non sufficienter diuidit legem. ¶ Quarto in gloss. super Apostolum lex diuiditur in quatuor leges. s. in legẽ naturę Moysi, legẽ gratiæ, & legẽ mẽbrorũ, ergo videt, quòd diuisio in tex. assignata nõ sit sufficiens. ¶ In oppositũ arguitur authoritate pręsentis text. qui est B. Isido. 5. etymologiarum. capi.2. dicentis. Omnes leges aut sunt diuinæ aut humanę. ¶ Respondeo dicendum, quòd diuisio pręfata est sufficienter assignata. Ad argumenta in oppositum dicendũ est, & ad primam, cum obiicitur, quòd lex æterna non videtur comprehendi sub hac diuisione. Respondetur dupliciter. Primo, quòd textus loquitur de legibus per scripturam hominibus commendatis, siue explicatis, sicut patet legenti plene dicta Isidori. Ex quo clarissime apparet, ꝙ id ꝙ arguitur de lege ęterna, & etiam de naturali non sit ad propositũ, quia istæ leges non scriptura exteriori hominum sunt explicatę, etsi animis impressę, siue inditę sint. Secundo respondetur, quòd cum lex ęterna essentialiter sit ipse Deus, & lex naturalis sit participatio quędam diuinę legis, nomine diuinæ legis intelligi possunt, & ita comprehendi dicentur sub præfata legum diuisione. ¶ Ad secundam, quod obiicitur de lege naturali patet responsio ex dictis. ¶ Ad tertiam, cum obiicitur de lege fomitis, dicendum quòd B. Isidorus, & dominus Gratianus ponũt diuisionem legum, quę directe, & per se habent rationem legis, quæ est ratione constare, huiusmodi autem non est fomes, sed magis deuiatio à lege rationis secundum illud ad Rom.7. video aliam legem in mẽbris meis repugnãtem legi mentis meę. ¶ Ad quartam, dicendum est iuxta Dominium Albertum in.q. de virtutibus, quod diuisio illa legis data est secundum quandam rationem nominis, & non secundum rationem rei, & hæc ratio est, qua lex deriuatiuè à ligando dicitur. Est autem autem ligatio ex habitu inclinante ad aliquid, & ligatio ex mandato. Ligatio quidem ex habitu conuenit legi membrorum, siue fomitis, eo quòd habitus fomitis respersus in membrum corporis corrupti ligat ad illicitum. Ligatio autem, quę ex mandato est conuenit aliis tribus legibus, quę tamen reducuntur in vnũ membrum diuisionis positę hic in litera. s. ad legem diuinam.

Scđm ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. Ad primũ arg.

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

Ad quartũ Alberrtus.

Circa tertium.

Principale de differentia assignata ĩter leges humanas, & diuinas quęruntur duo. Primo vtrum differentia assignata inter leges diuinas, & humanas sit competens.

¶ Secundo vtrum aliquid sit licitum secundum legem diuinam, quòd non sit licitum secundum legem humanam aut econuerso.

Tertia principalis ps.

24 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur, quòd non differant penes hoc, quod leges diuinæ natura constant, humanę vero, motibus, quoniã multa sunt in lege diuina, quę non natura, sed instituti one diuina sola iusta sunt, sicut sunt cerimonialia. ¶ Secundo arguitur, quod non differant pœnes hoc, quod leges humanę discrepant abinuicem, quoniam hoc idem videtur esse in legibus diuinis. Videtur.n. Deus posuisse aliqua pręcepta in lege noua contraria pręceptis veteris legis, dicitur.n. Mat.5. Audistis quia dictum est antiquis, quicunque dimiserit vxorem suam, facit eam mœchari. Et idem consequenter patet in prohibitione iuramenti, & etiam in prohibitione talionis, & etiam odio inimicorum. ¶ Tertio videtur; quòd non differant pœnes hoc, quod lex diuina dicitur fas, lex vero humana ius, quoniam sæpissime lex diuina vocatur iustitię, & æquitas

Primũ ar.

Secũdũ ar

Tertiũ ar.

æquitas in scriptura sancta. Vnde in psal. iusticia tua iusticia in æternum, & lex tua veritas. ¶ Item in. 1. capit. humanum genus habetur. Quod ius naturale est, quòd in lege, & euangelio continetur. Ecce; qꝫ lex diuina: quæ in lege, & euangelio continetur, dicitur ius. ¶ In oppositum est tex. præsens & gl. Respondeo dicimus; quod differentia assignata in litera per beatum Isido. inter leges diuinas & humanas sit competens. conclusio patet. ¶ Ad rationes ergo dicendum est. Ad primam. Respondetur; quod te. loquitur de lege diuina, quãtum ad moralia præcepta. Illa. n. cum ad legẽ naturæ, vt superius habitum est pertinere dicantur, eorum iustitia, & vigor ex natura ipsa constat, & non ex institutione aliqua. ¶ Ad secundam respondetur negando, quod diuinæ leges abinuicẽ discrepant, aut contrarientur. Pro quo notandum; quod in veteri lege quædam sunt, vt iussa, quædam vt permissa, quædam vt consulta. Repudium autem continebatur in lege, vt permissum, & non vt iussum. Vnde lex ipsa pcepit dari libellum sed nõ præcipit repudium, sed solum permisit, ne. s. peius fieret. Præcepit autem libellum contra diuortium, vt. s. mora disciplinæ apponeretur, quantũ ad diuortium, ne. s. separarẽtur, sed retraherentur per scribentes libellum ab hoc malo desyderio. Vnde Augustinus contra Faustum dicit illud de vxore non dimittenda quod Deus præcepit non est contrarium ei, quod lex præcepit. Nec. n. ait lex; qui vult, dimittat vxorem; cui esset contrarium non dimittere, vtique nolebat dimittere vxorem à viro, qui hanc interposuit moram, vt in dissidium animus princeps libelli conscriptione refractus, absisteret. Sed quid mali esset vxorem dimittere cogitaret. Vnde dominus ad hoc confirmandũ; vt non facile vxor dimittatur solam causam fornicationis excepit. Et idem etiam est dicendum de prohibitione iuramenti, sicut dictum est. Et idem etiam patet in prohibitione talionis. Taxauit. n. modũ vindictæ lex, vt non procederetur ad immoderatam vindictam, à qua Dominus perfectius remouit eum, quem monuit omnino à vindicta abstinere. Contra odium vero inimicorum remouit falsum Pharisæorum intellectũ nos monens, vt persona odio non haberetur, sed culpa. ¶ Ad tertiam respondetur, sicut superius dictum fuit, quod, quia iustitia æqualitatem importat, Deo autem non possumus æquiualẽs reddere, proprie loquendo, ius nõ dicitur lex diuina, sed fas, quia. s. sufficit Deo, vt impleamus; quod possumus, vnde Aristoteles. 5. ethicorum dicit; quod serui ad dominum non potest esse proprie iustitia. ¶ Ad quartam dicendum, quòd extenso vocabulo iuris bene lex nominatur ius, ẜm tamen proprietatem vocabuli stricte interpretatam, sicut dictum est in respõsione. ad tertiam lex diuina non dicitur ius, sed potius fas. Seruorum. n. ad dominum non est proprie iustitia. Vnde dominus Matth. 17. dicebat. Cum feceritis omnia; quæ præcepta sunt vobis, dicite serui inutiles sumus, quod debuimus cere, fecimus, &c.

Marginal notes: *Psal. 118. C. — Quartũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. — Ad primũ argu. — Ad secũdũ — Ad tertiũ. — Ad quartũ.

25 **Ad secundum.** Sic proceditur. Et videtur † qđ aliquid sit licitum secũdum ius naturale, siue etiam diuinum, quod non sit licitum secundũ legem humanam, siue ius positiuũ. Primo ex eo, quod ait B. Isidorus in præsenti tex. quòd transire p agrũ alienum fas est .i. licitum secundum diuinum, siue naturale. Non est autem ius. s. secundum ius positiuum, imo vetitum est secundum ius positiuum. ff. ad. l. aquil. l. si seruus seruum. §. oliuam, ergo videtur; quòd ius positiuum facit illicitum secundum ius naturæ, ergo sanctiones eorum sunt contrariæ. ¶ Secundo sic. Aliqua esse propria, & non communia est illicitum secundũ ius naturale, vt in. c. ius autem. Est tamen licitum secundum ius positiuum ergo, &c. ¶ Tertio sic. Secundum ius naturale non est licitum aliquem alicui dominari, & aliquem esse seruum alterius, vt in prænominato. c. ius autem dicitur. Est autem licitum secundum ius positiuum, vt patet. ergo, &c. ¶ In oppositum arguitur. ius positiuum non est supra, sed infra ius naturale, siue diuinum, hoc est manifestum, ergo non potest facere aliquam mutationem circa sanctiones legis naturalis, aut diuinæ de licito faciendo illicitum, & econuerso. Consequentia patet, quoniam talis mutatio legis non potest esse nisi eius, qui superioris esset authoritatis. ¶ Respondeo dicendum, quòd vt ait magister Alexander de Halis, in tertio. Lex naturalis, siue diuina, quædam sancit, siue dictat, vt debita, quædam vt vtilia, quædam, vt expediẽtia. In illis, quę dictat, vt debita, non potest ius positiuum de licito facere illicitum, vel econuerso, quia non habet aliquid in illis. vnde Hugo. in lib. de sacramentis dicit, quòd in lege naturali sunt præceptiõ, prohibitio, & concessio. Præceptum autem & prohibitum dicimus in lege naturali delictum fieri, vel non fieri. Quæ ergo sic præcepta, vel prohibita dictat lex naturæ, vt debita, in his nihil potest mutare ius positiuum faciendo de non præcepto præceptum, & non prohibito prohibitum, quin peccet, vnde in istis duobus intelligitur debitum, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Et quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, vos illis eadem faciatis. In tertio autem. s. in concessione intelligitur vtile, & expediens Sunt. n. quædam in dictatione eius in ratione vtilis, & quod confert ad finẽ, & hoc modo dictat in natura bene instituta omnia esse communia, & libertatem, &c. Hæc. n. in natura bene instituta conferrent ad finem. quædam dictat, vt expediẽtia, & sic dictat post peccatum aliquid esse propr iu m, quia aliter accideret multipliciter incommodum propter concupiscentiam hominum in societate humana. Similiter dictat seruitutem, & subiectionem, quia aliter irruerent homines adinuicem, nisi haberẽt, qui coercerent eos, & tñ eadẽ est regula, vel ratio, secundum quam dictat in ratione expedientiũ in natura lapsa aliqua esse propria, vnde Augustinus ponit exemplum de medico, qui secundum eandem rationẽ, vel artem dictat vnum esse bonum sano, & dictat ipsum esse malum ægroto. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur, quod transire per agrum alienum non est de præcepto, siue prohibitione iuris naturalis, siue diuini, sed de concessione. Et ita dicendum est ad alia duo, secundum Alexandrum de Halis. Sed secundum sanctum Thom. tam in. 1. secundæ. q. 94. ar. 5. quam in. 2. 2. quæst. 66. ar. 2. dicendũ est, quòd communis hominum possessio, & communis omnium vna libertas dicitur esse de iure naturali, non quia ius naturale dictet omnia esse possidenda communiter, quia nihil esset proprium possidendum, quia secundum ius naturale non est diuisio possessionum, seu quia diuisio possessionũ, & seruitutes non sunt inductæ à natura, sed per hominum rationem ad vtilitatem humanæ vitæ. ¶ [Omnes leges aut diuinæ, aut humanæ sunt.] Contra datis duabus legibus, vna diuina, & alia humana. ista est falsa; istæ leges aut sunt diuinæ, aut humanæ, ergo propositio ista vniuersalis est falsa. Respondeo, ista propositio resoluenda est in singularem, videlicet in istam. Legum alia diuina, alia humana. aut [diuinæ]. i. diuinitꝰ pmulgatæ siue à Deo hominibus traditæ; ita quòd diuinæ authoritati tantum innitantur [aut humanæ]. i. ab hominibus traditæ ab humana tantum institutione pendentes [hæ natura] hic ponitur prima differentia. [hæ] id est diuinæ. [natura]. s. constant. i. à natura, & substantia propria, & non ex aliqua institutione iustitia illarum, æquitas, & honestas pendet, & subsistit, maxime hoc manifestum est de præceptis moralibus, quæ [vt supradictum est] naturaliter iusta sunt [humanæ moribus constant]. i. ab humana institutione vigorẽ, & authoritatem habẽt. [vel moribus]. i. ex cõsuetudinibus assiduis humanis actibus tractis [constant]. i. habẽt originem, & fundamentum, & ob hoc variantur. Vnde subditur [ideoq;]. i. quia ex moribus constant, qui in hominibus multa varietate aguntur. [hæ]. s. humanæ leges discrepant. s. ab inuicẽ: Varietas. n. in principijs, & fundamẽtis necessario inducit varietatem in affectibus, varietas enim nationum morum, & consequenter varietatem le- inducit varietatem legum. Et quoniam talis varietas, & discrepantia non inuenitũ inter leges diuinas, ideo in hoc attenditur. secunda differentia. [Fas est diuina lex]. i. nominatur, sicut patuit ex locis sacræ scripturæ supra inductis. Vel [fas]. i. licitum, vel sanctum. vel [fas]. i. dignum fari, vel operari. Lex domini immaculata .i. irreprehensibilis conuertens animas, testimonium domini fidele sapientiam præstans paruulis, vt humilibus. vt ait Propheta psal. 18. [Lex diuina]. i. quicquid cõtinetur in lege diuina: vnde ad ro. 7. dicit Apostolus. Lex quidem sancta est, & mandatũ sanctum [Lex vero humana ius] sicut patuit ex locis scripturæ sacræ supra inductis. Dicitur ex secundi. Macha. 4. de Iasone; quòd ciuium iura destruẽs, prima instituta sanciebat, iura vocans leges ciuiles, siue humanas. [Transire per agrum alienum fas est]. i. licitum, non quidem sicut præceptum à lege diuina; sed tanq̃ cõcessum, vt supra dictũ est. [ius non est]. i. de iure humano, sicut visũ est in quæstione, nisi in necessitate; in qua non valet iuris humani prohibitio. [cum omne, quod fas est]. i. licitum, ęquum & honestũ simpliciter, & absolute. [nomine diuinæ, vel naturaliter legis accipiatur]. i. ad diuinam legem vel naturalem pertinere dignoscitur. Supra. n. ostensum est, quòd omnes actus virtuosi in-

scitur.

Marginal notes: Primũ ar. — Scđm ar. — Tertiũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. — Respõdet. alexander de halis. — Respõdet. ad argumẽta. — Exponit literam.

quantum huiusmodi ad ius pertinent naturale. [Mores scripti] .i. leges, lex.n. est constitutio scripta, vt ea.di.1.ca. lex [traditi] .i. mores memoriæ tātum commendati, vt consuetudines, vt in.cap.consuetudo.

1 *Etymologia iuris an sit recte assignata.*
2 *Casus sex in quibus aliquis licite sine culpa punitur, sed non sine causa.*
1 *Constare verbum duobus modis accipitur.*

continuatio.


Vs generale nomen est. Superius.in.§.proxim.est autem. Dixerat magister Gratianus, ꝙ ius erat nomen generale, habens sub se multas species. Et ad probationem huius inducit dictum B. Isidori in.5. etymologiarum.c.3. Et diuiditur in 3. partes. In prima ponit; quòd ius generale nomen est sub se multas species comprehendens. ¶ Secundo ponit etymologiam iuris. ibi, Ius autem dictum est; quia iustum. ¶ Tertio assignat species iuris, quæ sunt lex, & mos siue consuetudo ibi, Omne autem ius legibus & moribus constat. ¶ Circa etymologiam iuris qua dicitur, quòd 1 ius dictum est, quia iustum est. † Quæritur vtrum hæc etymologia iuris sit bene assignata. Ad quod sic proceditur. Et videtur quòd non, quia in multis ius etiam canonicum non videtur iustum, & æquum esse, quod ostenditur multipliciter, Primo sic. Iustum est, vt nemo veniat puniendus sine culpa sua. 16.q.7.c. inuentum est, & in.c. cognoscentes. de constitu. Et Iob.4. cum dicitur. Quis innocens periit, aut quando recti deleti sunt, ergo iura canonica prohibentia pro moueri, eum cuius vxor est adultera, si ea postea cognouerit. vt. 34.d. c. si cuius. videntur esse iniusta. ¶ Secundo sic. Iustum est, vt nemo pro culpa alterius puniatur, non, n. debent vltra progredi pœnæ, quam reperiatur delictum. vt extra de his, quæ fi.a ma.par.ca. quæsiuit. Eze.18. filius non portabit iniquitatem patris, ergo ius puniens aliquos pro delictis aliorum sicut fit in interdictis. vt in, c. non est nobis. de spositio. cum simil. non est iustum. ¶ Tertio iustum est vt nemo puniatur in eo in quo non peccauit, pœna.n. respondet peccato, sicut effectus causæ. In eo.n. in quo quis peccauit, puniri debet. 24.q.1. non asseramus, ergo ius iubens leprosum remoueri ab administratione ecclesię propter vitium lepræ non videtur iustum. Et ita de multis aliis posset argui. Ex quibus videtur quod prædicta iuris etymlogia, qua dicitur, quòd ius dictum est, quia iustum est, non sit bene assignata. ¶ In oppositum est t. præsens, & authoritas B. Isidori. Dicitur.n.ff. de iust. & iure.l. ius. ꝙ vno modo dicitur id, quod semper bonum, aut equū est, ¶ Respondeo gl. Ber. dicit; quòd est aliquod ius, quod nō sit equum, nec iustum. Pro quo inducit argumenta, quæ inducta sunt arguendo. Sed hoc nobis non placet, cum maxime derogare videatur authoritati iuris canonici. Quare dicendum videtur, quòd omne ius canonicum, cum vel à sede apostolica, vel à sacris concilijs emanauerit, iustum, & equū sit. ¶ Pro solutione autem argumentorum est notandum, ꝙ ad hoc, quòd aliqs iure humano iuste puniatur corporaliter aliqua pœna damni, sufficit, quòd sit aliqua causa; etiam si in eo, qui punitur nulla sit culpa. Quod intelligimus de pœna damni, quia pœna sensus nullus debet puniri sine culpa secū dum ius humanum, vnde S. Th. secunda secundæ. q. 198. ar. vlt. dicit nunquam secundum humanum iudicium aliquis debet puniri sine culpa pœna flagelli, vt occidatur, vel mutiletur, vel verberetur. Pęna aūt damni bene punitur aliquis sine culpa, & hoc tripliciter. Vno modo ex hoc aliquis ineptus redditur fine sua culpa ad aliquod bonum habendum, vel consequendum, sicut propter vitium lepræ aliquis remouetur ab administrationem ecclesiæ, & propter bigamiam, vel iudicium sanguinis aliquis impeditur à sacris ordinibus. ¶ Secundo, quia bonum; in quo damnificatur, nō est propriū bonum sed commune, sicut quòd aliqua ecclesia habeat episcopatum, pertinet ad bonum totius ciuitatis, non autem ad bonum clericorum tantum. ¶ Tertio, quia bonum vnius de pēdet ex bono alterius, sicut in crimine lęsæ maiestatis filius amittit hæreditatem prepter peccatum parentis. ¶ † Item 2 Alexand. de Halis in tertia & Raymund. in summa ponit sex casus, in quibus aliquis licite sine culpa punitur, sed non sine causa, qui in hoc versu continentur. Quis pœna damni punitur, paupertas, odium fauor, vitium, & scelus ordo, personas spoliauit, & loca iure suo. Paupertas; nam propter paupertatem siue paucitatem ecclesiæ; quæ consueuit habere episcopum perdidit ipsum. 25.q.2. ca. vltimo. Itē propter odium. s. sciuium, puta quia occiderunt duos episcopos, vel ex alia enormi causa perdidit ecclesia episcopū. 25. q.2 ita nos. ¶ Item propter fauorem. vt Alexandrina ecclesia in fauorem Constantinopolitanæ, ciuitatis; quam Constātina constituit, quasi nouam Romam, primum honorē post Romam amisit.d.22. renouantes. ¶ Item propter vitium, vt puta lepræ amouetur prælatus ab administratione. extra de cle. ęgro. tua nos. debent tamen iuxta facultate ecclesiæ sibi necessaria ministrari. ¶ Item propter scelus, vt pp scelus patris punitur filius, vt pro crimine læsæ maiestatis, & omnes illegitime nati pro peccatis parētum suorum. Et similiter pro delicto domini familia punitur interdicto, ciuitas, vt in dic.c. non est vobis. de sponsa. & in.c. sane. de offic. dele. ¶ Itē propter ordinem sacerdotii seruus domino aufertur. ¶ Itē propter personas. Vnde pro peccato monachi, vel monachę debet peccās retrudi in arctius monasterium, & sic propter monachum monasterium ipsum res, quas occasione illius fuerat consecutum, perdit sa tem ad tempus. 27.q.2. si qua. d.2. &. c. si quis rapuerit. Et per hoc patet responsio ad argumenta. [¶ Ius generale nomen est, lex autem] s. humana, de qua in proximo. c. lex. [est iuris species.] Contra primā partem obiicitur. Quoniam lex. supra in proximo. c. omnes est nomen generale sub se comprehendēs leges diuinas, & humanas. Humana autem lex, vt ibidem dicitur iuris vocabulo appellatur. Et ita videtur, quòd ius sit species iuris. Respōdetur, ꝙ ibi lex accipitur in amplitudine cōitatis suæ, prout cōprehendit tam legem scriptā q̄ nō scriptam. Hic autē stricte, prout dicit humanam constitutionem scriptam, quomodo est species iuris, quod communitate sua extēdit se ad scriptam, & non scriptam, & ita lex, & consuetudo sunt species iuris. [Ius autem dictum est, quia iustum est.] hic ponit etymologiam iuris dicens. Ius dictum est, quia iustum. vnde et iudex iustus. Iustus eo dr̄, quia ius dicat populo. 23.q.2.c.1. Consequenter ponit spēs iuris dicens. [Oē aūt ius legibus] .i. iure scripto [& moribus] .i. iure nō scripto cōstat. Contra nullum genus cōstat suis speciebus, imo spēs capiunt esse à suo 3 gn̄e. vt ait Prophiris. Ad hoc respōdetur, † ꝙ cōstare vno modo idem est, quod ab alio suo esse, & virtute depēdere, quasi ab alio substantiam, & originem capiens, quomodo supra. in.c. omnes. dictum est, ꝙ leges diuinæ natura constant, humanæ vero moribus, vbi ablatiui illi natura, & moribus, importare videntur habitudinem aliquo modo primi principii. Alio modo constare idem est, quòd cum alio existentiā habere, ita quòd extra illum non existat, & hac modo videtur hic sumi, cū omne ius aut legibus, aut moribus constare dicitur, quia. s. istis duabus speciebus tota latitudo iuris cōprehenditur prout hic sumitur. Et hoc modo cum Ius esse non possit, nisi in suis speciebus, vt dicit Boetius, non est inconueniēs dicere, quòd suis speciebus constet.

3 *Lex habet quadruplicem interpretationem.*
4 *Constitutio solo verbo promulgata licet non scripturæ demandata potest dici lex.*


Ex est constitutio. Assignatis in superiori capitulo speciebus iuris, in hoc.c. prosequit̄ diffinitiones ipsarum specierum. Et diuiditur in duas partes. In prima declarat, quid sit lex. In secunda, quid sit mos. secunda ibi, mos autem. Pro pleniori intelligentia primæ partis præsentis capituli, Quæruntur duo.

1 ¶ Primo vtrum conuenienter diffiniatur lex in litera præsentis capituli, cum dicitur. Lex est constitutio scripta. s. iustum præcipiens, prohibens contrarium.
2 ¶ Secundo vtrum de essentia legis sit, ꝙ sit scripta.

1 Ad primum. Sic ꝓceditur † & videtur ꝙ deessentia lex non sit constitutio. Constitutio, vt dicunt iurisperiti, est; quod rex, vel imperator constituit, vel edidit, vt infra. d.2.c. constitutio est. Lex autem potest esse non constitutio plebis cum maioribus natu, vt infra dist.2. lex ergo videtur, quòd lex bene diffiniatur dicendo, ꝙ sit constitutio ¶. Secundo arguitur contra hoc, ꝙ dicitur iustum præcipiens. Non.n. omne iustū est honestum, quia aliquod est vtile, & ita non semper videtur præcipere honestū, ꝙ dicebatur in diffinitione. Tullii, ergo diffinitio illa non est bene assignata.

Margin notes (left column): Diuisio. — Primū ar. — Secūdū ar — Tertiū ar. — Opponit ī contrariū. — Respōdet. — S. Tho. — Primus casus. — Secundus. — Tertius.

Margin notes (right column): Quartus. — Quintus. — Sextus. — Septimus. — Exponit literam. — Boethius. — Diuisio.c. — primū ar. — Scd̄m arg.

Tertiũ ar. Opponit ĩ contrariũ. Respõdet.

bene assignata. ¶ Tertio lex non afficit solum honestum, sed omnem virtutem, & opus virtutis, ergo non videtur cõuenienter diffiniri lex, cum dicitur, quod sit afficiens, vel statuens honestum. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli, qui est beat. Isid. li. 5. etymologiarũ. Respondeo dicendum; ꝙ diffinitio posita est cõuenienter assignata; quæ conclusio, patet. Tum quia est B. Aug. in c. si ecclesia. 24. q. 4. in fi. Præterea etiam Tullius ponit eandem vt visum est. Pro cuius declaratione notandum est primo iuxta sanctum Thom. in in secunda secundæ. q. 57. ꝙ sicut eorum, quæ per artem exterius sunt, quædam ratio in mente artificis præexistit, quæ dicitur regula artis, ita etiam illius operis iusti, quod ratio determinat, quædam ratio præexistit in mẽte, quasi quædã prudentiæ regula, & hoc, si in scriptis redigatur, vocatur lex. hinc dicit B. Isidorus in præsenti litera. ꝙ lex est constitutio scripta. ¶ Secundo notandum iuxta Albertum, vbi supra, ꝙ quia sicut dicit Philosophus in. 2. ethico. voluntas omnis legislatoris est, vt bonos secũdum virtutem ciues faciat. Ciuilis. n. doctrina, vt habetur primo ethicorum complectitur legem iubentem, quibus oportet abstineri. Recte ergo diffinitur lex à Tullio, cũ dr, ꝙ sit ius scriptũ, afficiẽs honestũ & prohibens contrariũ. Diffinĩ. n. vt inquit Albertus, ꝑ genus, & finẽ. Ius. n. scriptũ est genus, & finis est afficere honestũ & prohibens contrariũ. Est aũt finis principalis afficere honestum, per accidens autem est finis prohibere contrarium, fit. n. prohibitio contrarii, in quantum est impedimentum honesti. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. ¶ Ad primam respondetur, vt respondet Albertus magnus, vbi supra, ꝙ nulla multitudo posset esse sine capite, quia oportet vni obedire, sicut etiam Romani fecerunt, antequam apud eos esset imperator, & necesse est, quòd ille sentiat hoc quod iuris sapientes ad vtilitatem populi inuenerunt, hæc Alber. Et ita videtur secundum eum falsum esse; quod assumebatur in antecedente, videlicet quod constitutio proprie loquendo sit populi, sicut illud sentiens is cum hoc modo sit tantum principis. populi autem est per consensum. sed de hoc plenius loquemur infra d. 2. c. lex est. ¶ Ad secundam respondetur iuxta eundem Albertum magnum, negando antecedens. Dicimus. n. quòd omne iustum, etiam est honestum. Præterea vtile non separatur ab honesto, imo est concomitans honestum plurima vtilitas. vt dicit Tullius de amicitia; sed illa vtilitas non est principium mouens, sed potius honestas. Et ideo conuenientius diffinitur lex per honestum, quam per vtile. ¶ Ad tertiã respondetur iuxta eundũ Albertum, quòd lex non mandat, siue præcipit, vel prohibet, nisi id quod est commune, & tangit rempublicam; virtutes autem quædam in delectabilibus suis sunt, respicientes proprium innatum vel illatum, & ideo secundum illum statum non est lex afficiens illas, nisi secundum quòd commune tãgunt, sicut luxuria tangens læsionem communitatis in Ancilla, vel vxore, & commessationes tangentes subuersiones ciuilitatis, & similiter timidus tangens fugam aliorum à prælio, & huiusmodi. Lex. n. de nullo est, vt habetur in lib. Tullii de officijs, nisi quòd secundum aliquem modum statum communem respicit. Et ideo recte Aug. in diffinitione legis potius ponit iustum, quod respicit commune, quam actum alterius virtutis, qui quo ad propriã passionẽ determinatur.

Albertus. Ad primũ argu. Ad secũdũ Ad tertiũ:

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur ꝙ de essentia legis non sit, quòd sit scripta. Primo sic. quoniam lex æterna vere lex dicitur, tamen scripta non est. ¶ Secũdo lex naturalis veram legis rationem habet, & nihilominus scripta nõ est, ergo, &c. ¶ Tertio arguitur ex illo Hiere. 31. dabo leges meas in visceribus eorum, ergo videtur quod nõ sit de essentia legis scriptura exterior. ¶ In oppositum est tex. noster. Respondeo dicendum, ꝙ de essentia legis hic diffinitæ est, ꝙ sit scripta. Quæ conclusio non solum patet ex dictis in præcedenti articulo, sed etiam multiplici ratione ostẽdi potest. Primo sic. Omne illud est de essentia alicuius, quod cadit in ratione eius: cum diffinitio secundum Philosopum. 4. metaphysicæ. & le. 1. ff. de le. sit explicatiua essentiæ, & substantiæ rei diffinitæ. Sed in ratione legis cadit, ꝙ in scriptis redigatur. vnde Isidorus, lex à legendo dicta est; quia scripta est; ergo scriptura videtur esse de essentia legis. ¶ Secundo illud videtur esse de essentia alicuius speciei, per quod essentialiter distinguitur à sua opposita specie. Sed lex, & cõsuetudo sunt species iuris, vt patet ex superiori. c. lex à consuetudine per hoc distingui dicitur, qa lex est cõstitutio scripta, cõsuetudo nõ, ergo scriptura videtur esse de essentia legis. ¶ Tertio patet ex diffinitione data à Tullio, ꝙ. s. lex est ius scriptum afficiens honestum, & prohibens contrarium. ¶ Item Tull. dicit: Lex est, quod in eo scripto, quod populo expositum est, vt obseruet, continetur. Est ista est sentẽtia B. Isidor. & est etiam sentẽtia S. Thomæ in secunda secundæ. q. 57. ar. 1. & etiam Hu. & Arch. hic. ¶ Ad rationes in oppositum faciliter respondetur simul ad omnes; ꝙ textus loquitur de lege humana; quæ sola hic diffinitur. Rationes autem procedunt de lege, aut æterna, aut naturali, aut diuina noui testamenti. Secundo respondetur in speciali ad singula. ¶ Ad primam; quæ de lege æterna loquitur. Respondetur negando assumptum pro minori, videlicet; ꝙ lex æterna non sit scripta. Quoniam vt S. Tho. dicit in prima secundæ, & in superioribus habitum est verbũ æternum, in quo omnia scripta retinentur. ẜm illud. *Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis æternum est. Nam scriptura libri vitæ æterna est. ¶ Ad secundam cum arguitur de lege naturali dicendũ iuxta Albertum magnum, ꝙ ius scriptum dr dupliciter. s. scriptum digito Dei, & insitum cordi humano, vel scriptum studio hominis propter vtilitatem potestatis, & accipitur tam in diffinitione legis Tullij, quam in diffinitione posita in litera large scriptum ad vtrãq; sui significationem, hoc autem modo conuenit etiam legi naturali, quæ & si non in chartis, in cordibus tamen hominum scripta est. vnde Aug. in li. 2. de sermone domini in monte; Quis. n. scriptorum in cordibus hominum legem naturalem scripsit, nisi Deus, de quo Apostolus ad Ro. 2. cum. n. gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt. ¶ Ad tertiam, ad authoritatem Hiere. dicendum, ꝙ loquitur de lege noua, quæ quo ad principale, quod inest, quod est gratia spiritus sancti; est scripta in cordibus fidelium. Vnde Aug. lib. de spiritu, & anima dicit, ꝙ sicut lex factorum fuit in tabulis lapideis, ita lex fieri scripta est in cordibus fidelium. Habet tamen lex noua etiam quædam dispositiua ad gratiam spiritus sancti, & ad vsum huius gratiæ pertinentia; quæ sunt quasi secundaria in lege noua; de quibus oportuit instrui fideles & verbis scriptis tam circa credenda; quam circa agenda. Et ideo licet lex noua principaliter sit lex indita, secũdariè tamen est lex scripta. ¶ [Lex] † lex habet quadruplicem interpretationẽ. Vno modo dicitur lex, quia legitime agat. 3. d. omnis. Nam plectit malos, & remunerat bonos. ¶ Secundo dicitur ab eligendo, vnde Aug. li. 4. super leuiticum. q. 2. dicit, legem à legere. i. ab eligendo latini authores appellatam esse dixerunt. ¶ Tertio dicitur lex à legendo, vnde Isidor. vbi supra, dicit. Lex à legendo dicta est, quia scripta est scilicet vt frequenter legatur, propter quod Deus Exod. decima quinta dicit. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos; & vt lex domini semper sit in ore tuo. ¶ Quarto lex secũdum Cassiodorum super psalm. dicitur à ligando eo, quod ligat subditum ad eius obseruãtiam. [Scripta] Isidorus in originali habet dicta, vt scripta, vnde fortasse posset ex tali disiunctiua accipi argumentum †; ꝙ constitutio solo
4 verbo promulgata, licet non scripturæ demandata, possit dici lex. quòd dictum est accipiendum de lege quantum ad obseruantiam sui, & obligationem.

Primũ ar. Scdm ar. Tertiũ ar. Opponit ĩ Respõdet.

Ad primũ. arg. *Eccl. 1. a. Ad secundũ. Albertus. Ad tertiũ. Exponit literam.

1 *Consuetudo importat frequentiam quandam circa ea: quæ facere, vel non facere in nobis est.*
2 *Mos, & consuetudo qualiter differat.*
4 *Lameth arguitur ab Augustino, quòd plures habuit vxores contra naturam, & contra mores.*
7 *Consuetudo longa est obseruantia, quę decem annis roboratur.*



Os est longa consuetudo.

Hæc est secunda pars huius capituli in qua ostendit, quid sit mos. Pro cuius maioris intelligentia, quæruntur quatuor.

1 ¶ Primo vtrum mos, & consuetudo sint idem.
3 ¶ Secundo quæ sit differentia inter ius, morem, & honestũ.
5 ¶ Tertio vtrum requiratur pluralitas actuum ad introductionem consuetudinis, vel vnicus tantum sufficiat.
6 ¶ Quarto quanto tempore firmatur, siue roboratur consuetudo.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ mos, & consuetudo idẽ sint. Sic mos nihil aliud esse videtur, quam actus per tempus aliquod obseruatus sicut habere plures vxore quando mos erat, peccatũ non erat

primũ ar. non erat, vt dicit Aug. & hoc idem est; ꝙ cõsuetudo. Nec valet, si quis dicat. Consuetudo dicit plures actus. Mos vero dicit vnum non iteratum. quia hoc videtur esse contra. Ari. 2. ethico. dicentem, ex vno actu non generari habitum virtutis, dicit tamen illum ex more generari, &c. ¶ In oppositum vero est tex. præsens, in quo mos diffinitur per consuetudinem. Cum autem idem non cadat in diffinitione suiipsius, mos & consuetudo differre dicenda sunt. ¶ Respondeo dicẽdum; quòd mos, & consuetudo differunt. Pro quo notandũ est, quòd (vt inquit B. Tho. tam in prima secundæ. q. 58. quã 3. sententiarum d. 27.) mos dupliciter accipitur. Vno modo idem est, quòd consuetudo, sicut dicitur act. 15. Nisi circuncidamini secundum morem Moysi, nõ poteritis salui fieri, & communiter dicimus, iste sequitur morem patriæ suæ. i.

Opponit i contrariũ.

Respõdet.

2 consuetudinem. † Consuetudo autem importat frequentiam quandam circa ea, quæ facere, vel non facere in nobis est. Naturalia. n. vel quæ semel fiunt, consueta non dicũtur. Sed quia per voluntatem contingit aliquid esse in nobis facere vel nõ facere, inde tractum est nomen moris ad significandũ actus voluntarios, vel actus appetitiuæ partis secundum inclinationem appetitus ad huiusmodi actus, quæ quidem inclinatio quandoque est ex natura, quandoque ex consuetudine, quandoque ex infusione, vnde aliquando ea, quæ proueniunt in ipsis animalibus ex passionibus appetitiuæ partis, sicut quòd solicitantur erga filios, & quòd pugnant, & huiusmodi, dicuntur etiam mores, vnde secundi Macha. 11. dicitur. More leonum ruentes in hostes prostrauerunt eos, quãuis mores dicantur in eis magis secundum similitudinem, quam secundum proprietatem, quia non agunt quasi dominium suorum actuum habentia, sed magis à natura aguntur, vt dicit Dama. & ita accipitur mos in psal. *vbi dicitur. Qui habitare facit vnius moris in domo, quæ quidem duæ significationes in nullo differunt apud latinos in voce. In græco autem differunt. Nam ethos, quod apud nos morem significat quandoque habet primam longam, quandoque breuem, quãdo longa, significat quandam diuturnitatem, siue consuetudinem, quo modo dicitur etiã febris ethica, quando si breuẽ significat moram. Secundo modo acceptum, quo modo dicitur scientia ethica, quam nos moralem vocamus.

*Psal. 67. a.

3 † Differentia autem inter morem, & consuetudinem secundum Albertum magnum super ethicam assignatur, quia, vt inquit, consuetudo communior est, quam mos, quia consuetudo se habet ad bona, & mala, & ideo cõsuetudo nõ excusat, sed mos tantum ad bona. Dicit. n. actum obseruatum decenter in aliquo tẽpore, & ideo excusat à peccato, Vel aliter dicendũ quòd consuetudo est altera natura, vt dicitur de memoria, & reminiscentia. dicit quoddam vinculum trahens ex præcedẽtibus actibus ad aliqd, ꝑm ꝙ dicitur cõsuetudo, sed mos dicit actum, ex quo inducitur consuetudo, & ideo consuetudo dicit id, quod relinquitur ex actibus, sed mos dicitur ꝑm ordinem actuum ad id, quod ex eis innascitur, & ideo melius dicitur virtutem generari ex more, quam ex consuetudine, hæc Albertus. Capitur autẽ in pſenti. ca. mos istis duobus modis. Secundum. n. primum modum, videlicet ꝑm quẽ idem est, ꝙ consuetudo, accipitur, cum dicitur in text. Mos est consuetudo longa. Secundum autem ꝑm modum, videlicet ꝙ significat actum voluntarium, siue actum appetitiuæ virtutis vt dictum est, accipitur. vbi sequitur in text. De moribus tracta. quia consuetudo ex huiusmodi actibus rebus repetitis, nascitur, siue trahitur, sicut hic dicit B. Isidorus. i. de assiduis vsibus, & cohabitãtium moderatis actibus, vnde cõpositos affect⁹, vel actus hoĩum mores bonos appellamus. Et per hoc patet responsio ad argumenta. ¶ Notat autem circa hanc partem capituli Hugutio, ꝙ mos, & consuetudo quandoque sunt nomina iuris, & tunc se habent sicut pars, & totum. Nam oĩs mos est consuetudo, sed non è cõuerso. Mos. n. est ius non scriptum. consuetudo ad vtrunque refertur, .s. ad scriptum, & non scriptum, sicut in sequẽti ca. Quãdoque sunt nomina qualitatis, & tũc, vt ait, idem videtur esse mos & consuetudo. s. qualitas, vel habitus mentis, qua hõ disponitur ad hoc, vel illud faciendum, si ad malum, vitium est, si ad bonum, virtus est. Quandoque sunt nomina actuum, & tũc idem videntur esse mos, & consuetudo. Sed ista non videntur nobis vera esse, saltem quo ad ista duo vltima, videlicet ꝙ mos, & cõsuetudo sint nomina qualitatum, vel habituũ, qui sunt virtus, & vitium, quoniam vt nos docet manifeste doctrina Aristotelis. 2. Ethicorum, habitus virtutum moralium & vitiorum causantur ex actibus. Et ideo mos, & consuetudo, ex quibus causantur habitus virtutum, aut vitiorum, nõ possunt ipsi dici habitus virtutum, aut vitiorum, sed differũt sicut causa, & effectus. ¶ Secundum etiam non videtur verũ vniuersaliter, ꝙ qñ dicunt nomina actuum, sunt idem, quoniam, vt tex. noster præsens dicit. Consuetudo trahitur ex moribus. Cum autem idem nõ nascatur, vel trahatur ex seipso, non videtur verum, ꝙ mos, & cõnsuetudo sint omnino idem. ¶ Ad ꝑm respondetur, ꝙ vt dicit Alexander de Halis in 3. ꝙ ius proprie respicit debitum fieri, vel non fieri. Honestum vero non respicit debitum sed dignum, vel dicẽs fieri, vel non fieri, vnde proprie honestum respicit aliquid probandum simpliciter. Mos autem vlterius respicit aliquid ꝓbandum ex causa, vel circunstantia; & non ad probandũ simpliciter, sicut honestum, vnde, ꝙ vna sit vnius, istud honestũ est. Quod autem vna diuidat carnem suam, istud indecẽs est simpliciter. Quod aũt tẽpore Abrahæ plures essent vnius, istud non fuit simpliciter approbandum, sed ex causa, & ex circunstãtia, quia diuino intuitu hoc faciebant, & propter multiplicationem prolis, & ex hoc accipit; ꝙ mutatur mos. Honestum autem semper manet, quia quod est approbandũ simpliciter, nunquam mutatur. Sed mos respicit approbandum ex causa, vel circunstantia. Ex causa, sicut aliquãdo fuit habere plures vxores, causa fuit multiplicatio fideliũ ad cultum Dei, quia tunc abundabat idololatria, licet approbandũ etiam fuit ex circunstantiantia, quia hoc fuit ex dispensatione diuina.

Albertus.

Hugutionis

4 † vnde Lameth arguitur ab Aug. ꝙ habuit plures contra naturam, & contra morem, quia non fuit causa multiplicationis prolis, sed causa libidinis, & sic contra naturam, quia natura intendit multiplicationem. Similiter non fuit circunstantia, siue dispensatio diuina. Similiter fecit contra morem, quia tunc non erat consuetudo habere plures. Mos autem respicit approbandum ex consuetudine ob causam, & tunc non fuit causa, neque consuetudo.

Ad tertium. Sic ꝓcedit. † Et vr; ꝙ vnicus actus sufficiãt ad introductionẽ cõsuetudinis. Primo sic. Per illã regulã iuris in. 6. Semel malus, sp pſumitur esse malus, ergo vr; ꝙ vnus actus sufficiat ad introducẽdam consuetudinem. ¶ Secundo sic. Idem arguitur per. c. eum de beneficio. extra de præben. in 6. vbi videtur innui; quòd vnus actus, si esset continuatus legitimo tempore, posset sufficere ad introductionẽ consuetudinis. ¶ Tertio. Si plures actus requiruntur, quæritur, quot. Sed non potest, vt videtur, dari numerus certus actuum, qui requiruntur ad introductionẽ consuetudinis, ergo sequitur, quod pluralitas actuum non requiratur necessario. ¶ In oppositum est text. præsens, qui ait. Mos est longa consuetudo ex moribus. i. actibus tracta, & idem. in c. sequenti. ¶ Respondeo dicendum; ꝙ de cõsuetudine loqui possumus dupliciter. Vno modo, prout dicit dispositionem quandam derelictam in mente hominis ex frequentatione actuum, de qua dicit Au. in musicis, quòd quasi secunda fabrica natura dicitur. Et Tullius in tusculanis, ꝙ consuetudinis magna vis est, & hæc est circa bonum, & malum, vnde quis dicitur consuetus dare eleemosynam aut ieiunare tali die, & huiusmodi. In malo vero etiam quis dicitur consuetus furari, mẽtiri, &c. Loquẽdo autem de cõsuetudine isto modo, sit ista conclusio. Quod nõ sufficit vnicus actus ad arguendum, vel præsumendum, ꝙ quis tali dispositione consuetudinis sit effectus. Probatur conclusio ista sic Ex vno actu bono arguitur quis studiosus, vt habetur secundo ethicorum, vna. n. hirundo non facit ver. ergo multo minus vnus actus sufficit ad præsumendum de aliquo, ꝙ sit assuetus virtuose agere. Consequentia est manifesta, quia cum vsus, vt dicitur est actus frequenter, elicitus de persona, quia non sufficit ad arguendum habitum virtutis, vel vitii, minus sufficit ad arguendum consuetudinem, sicut vsus illius habitus. ¶ Secunda conclusio est; ꝙ vnus actus sufficit quãdoque ad arguendum, vel præsumendum consuetudinẽ, patet in. ca. ita nos. 25. q. 2. ita nos syllanorum. Ex hoc ꝙ vna vice proprium Episcopũ occiderunt arguũtur, quòd vsum, & consuetudinem sacrilegam habent occidendi proprios põtifices, & similiter ex vno actu quis dandi ad vsuras argueret quòd esset consuetus dare, ad vsuras. ¶ Secundo modo loqui possumus de consuetudine, vt nostro proposito magis conuenit, prout. s. dicit ius, siue vt habet ius, & authoritatem legis. Et hoc modo loquendo de consuetudine sit ista conclusio. quòd vnus actus non sufficit ad introductionem consuetudinis, sed requiruntur plures. Probatur hæc conclusio, primo sic ex præsenti tex. & sequenti, in quibus dicit Isidorus, & Gratianus,

Primũ ar.

Secũdũ ar

Tertiũ ar.

Opponit i contrriũ.

Respõdet

Secũda cõclusio

Probat cõclusionẽ primo.


& Gratianus, ꝙ consuetudo ex moribus .i. actibus sequentibus, & continuatis nascitur, siue trahitur consuetudo. (Scd̃o mõ.) Secundo, sic ratione iuxta S. Th. in 2. 2. q. 97. ar. 3. Consuetudo nõ potest habere vim legis, nisi intelligatur ex voluntate, & rationis iudicio procedere eorum, qui consuetudinem introducere voluerũt, sed voluntatis motus, & rationis cõceptus per vnum actum exteriorem efficaciter declarari non potest sed necesse est esse plures, quia, cum aliquid multoties fit, indicatur ex deliberato rationis iudicio prouenire, ergo conclusio vera. (Tertio mõ.) ¶ Tertio sic. Pluralitas actuũ requiritur ad introductionẽ cõsuetudinis, ergo vnus nõ sufficit. Consequentia patet, & assumptum. in. l. nemo deinceps. C. de epis. aud. & in l. 1. C. quæ sit longa consuetu. (Quarto modo.) ¶ Item. 4. sic. Ad essentiam cõsuetudinis inter alia requirit̃ expressus consensus populi, vel eius, qui publica authoritate legem potest condere, sed per vnum actũ non potest constare de consensu populi, vel principis, ergo vnus, actus non videtur sufficere, sed plures requiruntur ad introductionem consuetudinis. (Quito mõ.) ¶ Quinto idem videtur argui ex interpretatione consuetudinis, quam in sequenti capitulo ponit dicens. Consuetudo dicta est, quia est in communi vsu, hoc autem dici non potest ex vnico actu, ergo pluralitas actuum requiritur ad rationem consuetudinis. ¶ Istis sic breuiter expeditis, relinquendo subtiliora dominis iuristis, qui hanc materiam plene tractant, vt habetur per gl. & do. in. §. ex nõ scripto. instit. de iure natur. & per Bar. & Bal. in l. de quibus. ff. de legi. & communiter per omnes in c. fi. extra de consue. Respondendum est ad argumenta.

(Ad primũ. arg.) ¶ Ad primum, quod obiicitur de regula iuris. Dicendum est ꝙ non facit ad propositum, quoniam aliud est præsumere, ꝙ aliquis aliquid faciat in futurum ex eo, ꝙ ante illud egisse dignoscitur, sicut qui calumniam fecit in actione prima calũniari præsumetur, in 2. l. si cui. §. iisdem. ff. de accusa. Et aliud est præsumere, quod talis sit cõsuetus, vel vsus fuerit talem, vel talem actum facere. Imo, quia sicut dictum est, vsus est actus frequenter elicitus de potentia repugnantiam includit ꝙ ex vnico actu præsumatur consuetudo, aut vsus, qui in ratione sua importat pluralitatem actuum elicitorum de potẽtia agentis. (Ad secundũ.) ¶ Ad secundum, quod obiicitur de c. cum de beneficio. Respondetur, ꝙ capitulum illud procedit non consuetudine, sed in præscriptione, vt patet ex hoc te. (Ad tertiũ.) ¶ Ad tertium dicendum, negando consequentiam, quia licet non possit dari certa doctrina, quot actus requiratur ad introductionem consuetudinis, sed relinquitur arbitrio iudicantis. de of fic. delega. de causis. Nihilominus est pro certo habendum, ꝙ vnicus actus non sufficit sed plures requirantur ad introductionem consuetudinis, vt communis tenet opinio.

(Ad primũ argu.) 6 Ad quartum. In quo quærebatur † quanto tempore firmatur consuetudo, sic proceditur. Et videtur ꝙ ad firmitatem consuetudinis ita longum tp̃s requiratur, vt de cõtrario nõ extet memoria per illud. ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. fi. & ff. de aqua coti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & extra de verbo. sig. c. super quibusdã. §. præterea. (Scd̃m ar.) ¶ Secundo arguitur, ꝙ ad minus requiratur tempus. 40. an. per illud extra de præscri. c. auditis. 16. q. 3. §. quas actiones. & . §. neq; decẽnii. (Opponit ĩ cõtrarium.) ¶ In oppositum arguitur, videlicet ꝙ sufficiat tempus. 10. annorum ad firmandam, & roborandam consuetudinem. & est tex præsens dicens. Mos est longa consuetudo. † Longa autem consuetudo est, quæ obseruantia 10.
7 annorum roboratur, vt patet. C. quæ sit longa consue. l. 1. &. ff. de leg. l. sed ea. (Respõdet. per plures opi.) ¶ Respondeo. in hac materia sunt plures opinio. (Prima.) Quidam volunt, quod ad robur, siue præscriptionem consuetudinis requiratur tantum tempus; quod de contrario memoria hominum non existat. Isti moti sunt ex capitulis inductis primo loco. (Secũda opi.) Alii aũt reperiuntur dixisse; ꝙ tempus. 40. annorũ requiratur ad firmandam contudinem, sicut Hostien. & alii sequaces sui, qui pro opi. sua inducũt capitula secũdo loco posita. (Tertia op.) Alii autem dicũt, ꝙ in consuetudinibus, quæ sunt contra ius, requiritur tempus 40. annorũ, in consuetudinibus aũt, quæ sunt præter ius sufficit tẽpus. 10. annorũ. vt gl. videtur innuere. 12. di. c. consuetudo & idẽ gl. in c. fi. de consue. li. 6. alij dicũt, ꝙ sem p requiratur tẽpus. 40. anno. siue consue. introducatur cõtra ius siue præter ius inducẽtes pro se. c. cũ ecclesia. de cã posses. & proprie. &. c. cũ de benefi. de præ ben. li. 6. vbi apparet; ꝙ non est consue. contra ius; sed præter ius, & nihilominus requiritur. 40. annorũ spatiũ. (Quinta op.) Alii dicũt, quòd ad firmitatem consuetudinis sufficiat decenniũ. Et istorũ quidam dicũt, quòd inter præsentes sufficit spaciũ decem annorũ. Inter absentes aũt; requiratur spatiũ. 20. annorũ. (Sexta o.) Alii dicunt, ꝙ, cum non sit fienda differentia inter absentes, & præsentes, sicut fit in præscriptione, q͂a populus semper præsens esse cẽsetur, affirmauit; quòd decennio roboretur consuetudo, pro quo sunt capitula vltimo allegata. Et quoniam hæc opinio nobis magis placet, quia videtur textui præsenti. & c. consuetudo. d. 12. magis conformis, istam duplici ratione adhuc roboramus. Primo sic. Contra longam consuetudinem nihil agendũ est. 12. d. c. consuetudo. Et hoc pro eo, quia longa consuetudo roborata est tempore sufficienti. Sed longũ tempus à iure dicitur decennium insti. de vsucap. in prin. ergo & c. ¶ Secũdo sic diuturni mores in consuetudine vtentiũ cõprobati legem mutant. vt habetur in tex. insti. de iure na. §. ex non scripto. sed diuturnitas temporis decennium significat. Probatur per. l. sicut fideicõmissa. §. Arist. ff. de fideicommis. li. Quibus habitis dicendũ est argumenta inducta pro opposita parte ad capitula inducta; (Ad argumẽta.) quæ videntur dicere, quòd requiratur spatium tanti temporis, quòd de contrario non sit memoratio. Respondetur, quòd intelligitur de consuetudine antiqua, siue vetusta. Capitula vero inducta quòd spatium 40. annorum requiratur, intelligũtur de consuetudine, quæ est contra ius; siue de consuetudine, quæ se extendit ad tollendum ius alterius particularis ecclesiæ, vel personæ, cuius nõ est omnis consuetudo, quare ad firmitatem consuetudinis absolute loquendo, videtur sufficere decenniũ. Et ita patet responsio ad omnia

[¶ Mos est longa consuetudo.] ante istam diffinitionem ponit aliam in eodem loco Isidorus; quæ est ista. (Exponit literam.) Mos est vetustate probata consuetudo, quam magister Gratianus tacuit, quia eadem erat cum ea; quam ipse posuit. [De moribus tracta.] Obiicit glo. quòd hæc descriptio sit inconueniens. Primo, quia idem ponitur in descriptione, quòd in descripto, siue quia idem cadat in diffinitione sui ipsius. Secũdo quia idẽ ponitur pro specie, & pro genere, quòd est inconueniens. ¶ Ad hoc respondetur, quod descriptio bona est, & negatur quod idem ponatur in descriptione suiipsius, siue quod idẽ ponatur pro specie, & pro genere patet, quia cũ mos duo significet, vt dictum est, videlicet frequentiam quandam siue consuetudinem, aut actũ voluntariũ, siue actũ appetitiuæ virtutis ſm̃ inclinationem appetitus emanantem; apparet manifeste, quòd non est omnino idem, quod ponitur in descriptione, & descripto, nec quod idem sumitur vno modo pro genere, & specie. Vnde non capitur in eadem significatione mos, cũ dicitur. Quia mos non est longa consuetudo, & cũ dicitur de moribus tracta consuetudo. quia in prima parte capitur in prima significatione, & in 2. in 2. tãtummodo. te. Isidori habet in originali tantundem.

2 *Consuetudo quid sit. Quid secundum Host nu. 3. Quid secundum Io. And. nu. 4. Secundum Bar. nu. 5.*
8 *Consuetudo duobus modis intelligitur.*
10 *Religio quid sit. Vnde dicatur nu. 11.*
12 *Disciplina quid sit secundum Cypriannm Quid secundũ Augustinum. nu. 13.*



Onsuetudo est ius. Quoniam in superiori. c. de scribendo more, mentio facta fuit de consuetudine. ideo magister Gratianus inducit in hoc. c. quid sit consuetudo. (Continuatio.) Et diuidit hoc. c, in 5. partes. ¶ In. 1. describit, q̃d sit cõsuetudo dicẽdo, ꝙ cõsuetudo sit ius quoddã moribus institutũ, ꝙ pro lege suscipitur, cũ deficit lex. (Diuisio. c.) ¶ Secũdo remouet dubiũ quod nasci poterat in mentibus aliquorũ, videlicet, an intererat, quòd consuetudo esset scripta, an nũ differt ibi. Nec differt, an scrip tura, an ratione constet. ¶ Tertio infert vnam generalem rationem legis, quæ est ratione constare, dicens, Porro si ratione lex constat. ¶ Quarto subiungit interpretationem nominis consuetudinis. ibi; Vocatur autem consuetudo, quia in cõmuni est vsu. ¶ Quinto elicit duo corollaria ex dictis ibi, Cum itaque. Pro pleniori intelligentia præsentis. c. quæruntur quatuor.

1 ¶ Primo, vtrum consuetudo sit ius.
6 ¶ Secundo vtrum de ratione consuetudinis sit vt actus illi, ex quibus consuetudo constat ea mente fiant, vt inducatur consuetudo.
7 ¶ Tertio, quæritur, vtrum de essentia consuetudinis sit, q̃d non sit scripta.
9 ¶ Quarto, quæritur, vtrum cõuenienter definiatur lex, cum

dicitur

dicitur lex est omne; quod ratione constiterit, &c.

Primũ ar. 1 **Ad primum.** Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ cõsuetudo non sit ius. ¶ Primo quia consuetudo videtur esse facti, & in facto consistens, extra. de cõsti. c. 1. in 6. ergo non videtur dicenda ius, quia ius, & factum distinguuntur. Scd̃m ar. ¶ Secundo sic. Consuetudo nascitur ex consensu populi tacite, vel expresse. Consensus autem populi videtur esse idem, quod contractus, vel pactus. vt. l. 1. ff. de pac. Tertiũ ar. talia autem sunt facti. ff. de cura. fu. l. consilio. §. si ergo. ergo idem, quod prius. ¶ Tertio. consuetudo videtur distingui à iure, ergo non est ius. Consequentia patet. Antecedens probatur ex textu præsenti, vbi dicit; ꝙ pro lege suscipitur, quãdo deficit lex, siue ius. Et ita videtur; ꝙ consuetudo, nec lex nec ius dicenda sit. Opponit ĩ cõtrarium. ¶ In oppositum est præsens tex. qui est B. Isidori. 5. etymologiarum c. 1. dicentis. Cõsuetudo est ius, &c. Respõdet. Respondeo, ꝙ consuetudo est ius ẽm sententiam Isidori in tex. pro cuius conclusionis pleniori intellectu est hic notandum; ꝙ plures assignãtur diffinitiones, siue distinctiones consuetudinis. Nam primo B. Isidorus diffinit eam, vt dictũ
2 est, †ꝙ est ius quoddam moribus institutũ. Secunda est Host.
3 in summa in tit. de consue. ita dicẽtis. †Consuetudo est vsus rõnalis ↄ pe cõpetẽti firmatus, nullo actu cõtrario vel cõtradictorio iudicio interruptus. Vel, ꝙ non extet memoria de eius contrario. Sed, ꝙ hoc non sit vniuersaliter verũ, patet cũ vt prius dictum est decennio roboratur consuetudo. Alii distribuunt. vt Io. And. in. c. fi. extra de consue. consuetudinem
4 sic. †Consuetudo est ius quoddam illius moribus institutũ qui authoritate publica ius condere potest. Alii, vt Bar. in. l.
5 de quibus. ff. de leg. dicunt. †Consuetudo est ius moribus. i. vsibus populi, vel maioris partis recte initiatum, & cõtinuatum. constitutum habens legis authoritatem, siue vigorem. Patet ergo conclusio, vnde dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primũ. arg. Ad primam respondetur, ꝙ consuetudo potest dupliciter considerari. Vno modo. s. materialiter. s. pro actibus ipsorum hominum ex quibus inducitur ipsa consuetudo, & hæc dicimus, quod est facti, & in facto consistit, vt arguebatur. ¶ Secundo modo potest considerari, quasi formaliter. s. pro eo, quod elicitur ex ipso vsu actorum, & cum tale elicitum appelletur ius, recte consuetudo ius appellatur in re. nostro. Ad scd̃m ar. ¶ Ad secundam respondetur sicut ad præcedentem. Ad tertiũ. ¶ Ad tertiam dicendum, quod consuetudo stricte capta distinguitur contra ius non simpliciter, sed contra ius scriptũ.

6 **Ad secundum.** Sic proceditur sine argumentis. notando †quod ad hoc quod inducatur consuetudo duo requiruntur, vnum est ex parte introducentis, qui designatur per modum agentis, & alium, ex parte illius, contra quem introducitur qui locum patientis tenere censetur. Ex parte autem agẽtis requiritur, vt exerceatur actus eo animo, & intentione inducendi consuetudinem, quia, si alio modo hoc faceret non induceretur consuetudo, quod ostendo duplici capite. Primo ex hoc, quod hic dicit tex. præsens, ꝙ consuetudo sit ius quoddam destitutũ, vbi dicit gl. Io. videtur hic manifeste; ꝙ plures vices non faciunt ad hoc, ꝙ aliquid dicatur consuetudo, nisi institutum sit, ꝙ id pro consuetudine à modo seruetur. vnde licet aliquid sit sæpius factũ, nisi eo animo factũ sit vt in posterum fiat, & etiam id suo iure faceret, talis vsus non dicitur cõsuetudo. vt. ff. de iti. actuq; priua. l. 1. §. Viuianus, iu. recte ait. & l. vlt. ¶ Item secundo, sic probatur, quia, si solæ vices inducerẽt consuetudinẽ, sicut si pluribus vicibus adiudicatũ fuisset semper in posterũ idem iudicandum esset. Sed hoc nõ est verum quia non exemplis, sed legibus iudicandũ est. C. de sent. & int. l. nemo. Sed ẽm consuetudinem bene iudicatur. vt extra. de eo, qui mit. in pos. causa rei ser. c. cũ venissent. 32. d. placuit, ergo idem, quod prius. ¶ Secundo requiritur ex parte patientis, siue eius contra quem introducitur consuetudo, ꝙ iste sustineat eo animo, & intentione, vt illi acquiratur ius, & cõsuetudo inducatur, quia alias si iste ex gratia sustineret, aut ex tolerantia permitteret, consuetudo non induceretur, vt extra de ver. sig. abbate. & 4. q. 3. quia. Et hanc conclusionem tenet Inn. & c. bonæ. extra de postu. præla. in gl. magna.

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. 7 **Ad tertium sic.** Proceditur. †Et videtur; ꝙ de ratione consuetudinis non sit scripta. Primo sic, ꝙ textus præsens. dicit, ꝙ nõ differt an scriptura, & ratione simul. s. consistat, an ratione. s. sola. Differret autem, si de substãtia eius esset, ꝙ scripta non esset. Secũdo idẽ videtur ex. §. cũ itaq; vbi Gratianus ex dicto B. Isidori dicit cum itaq; non differat, vtrũ consuetudo scriptura, vel ratione consistat. Item idem habetur. l. 1. C. quæ sit lon. consuet. Opponit ĩ contrariũ. ¶ In oppositum videtur argui, quia diffinitio est oratio indicans, quid est esse rei. vt. 4. metaphysic. dicit Arist. Sed in diffinitione consuetudinis, vt parum ante dictum est, ponitur; ꝙ sit ius non scriptum, ergo videtur, ꝙ de substantia cõsue-
8 tudinis sit, quòd scripta non sit. ¶ Respondeo dicendum; †ꝙ vt nobis de consuetudine videtur, loqui possumus dupliciter. Vno modo large, secũdum ꝙ consuetudo interpretatur, quòd in cõi hominum vsu est, vt infra dicit tex. & hoc modo non differt à lege, & hoc videtur continere ius scriptum, & ius non scriptum, vnde Lucæ. 1. dicitur, quòd Zacharias ẽm sacerdotii sortem exiit, vt incensum poneret, & tamen hoc, quod hic dicitur, consuetudo sacerdotii, videlicet qđ sacerdotes successiue seruiant in templo, lex fuit constituta, & scripta. 1. Paralip. 24. ¶ Item Lucæ. 2. dicitur. Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & tamen consuetudo offerendi sacrificium pro puero nato, completis diebus purificationis, lex erat scripta. Leu. 12. ¶ Alio modo accipitur consuetudo proprie, prout distinguitur à nõ scripto, & hoc modo de substantia eius videtur esse non scriptura, quod intelligendũ tñ est, quo ad intoductionem, quia scribi bene potest ad memoriam habendam de ea, vt in vsibus feudorum, quæ sunt scripta & tñ non leges, sed consuetudines sunt, potest poni exẽplum. Et ista videtur responsio, quæ ponitur infra in. §. cum itaque. Et per hoc patet responsio ad argumẽta. Sequitur tertia pars, in qua ex dictis infert vnam communem rationem legis porro, si ratione lex constat, lex erit etiam essentialiter vel æquiualenter æquiualentia virtutis, siue authoritatis omne, quod ratione constiterit.

9 **Ad quartam.** Sic proceditur. †Et videtur, quòd non conuenienter diffiniatur lex cum dicitur. Lex erit oẽ, quod ratione constiterit. Primũ ar. Primo sic. Lex nõ est aliquid rõnis, ergo definitio data est incõueniẽs. Consequentia patet. Antecedens probatur sic, dicit Apostolus ad Rom. 7. video aliam legem in membris meis, sed nihil quod est rationis in membris est, quia ratio non vtitur organo corporali, ergo lex non est aliquid rationis. Secũdũ ar. ¶ Præterea in ratione non est, nisi potentia habitus, & actus, sed lex nõ est ipsa potentia rationis. Similiter etiam non est aliquis habitꝰ rationis, quia habitus rationis sunt virtutes intellectuales, nec est actus rationis, quia cessante rationis actu, lex cessaret, puta in dormiẽtibus: ergo lex nõ est aliquid rationis. Tertia ar. ¶ Praeterea lex mouet eos, qui subiiciũtur legi ad recte agẽdũ, sed mouere ad agendum proprie pertinet ad voluntatem, vt ex præmissis patet, ergo lex non pertinet ad rationem, sed magis ad voluntatem ẽm quòd et iurisperitus dicit. Quod placuit principi legis, habet vigorem, ergo magis debet diffiniri lex, vt ad voluntatem pertinet, quam ad rationem. Sed contra est, quòd ad legem pertinet præcipere, & prohibere, sed imperare est rationis, ergo lex est aliquid rõnis. Respõdet. ¶ Respõdeo dicendum, quòd lex conuenientur diffiniter à B. Isidoro. in præsenti. c. cũ ait. lex est, omne quod ratione cõstiterit; quæ conclusio probatur primo ex prohibitione posita in litera, quia. s. lex ratione constat: ergo omne quod ratione constat, dicetur lex, quia diffinitio, & diffinitũ conuertuntur. ¶ Secũdo patet conclusio ex diffinitione legis, quam ponit Tull. in li. de legib. dicens quòd lex est ratio summa insita in natura, quæ iubet quæ facienda sunt prohibetque contraria. ¶ Itẽ lex est recta ratio imperandi atq; prohibendi. ¶ Item idem Tulli. in Philipp. Lex nihil aliud est, quã recta, & à numine Deorũ tracta ratio, imponẽs honesta & prohibens cõtraria. Et ita patet, quòd lex sit aliquid ad rationem pertinens. Pro quo notãdum iuxta S. Th. in 1. 2. q. 90. ar. 1. quòd lex est quædam regula, & mensura actuũ, ẽm quam inducitur aliquid ad agẽdũ, vel ab agendo retrahitur. S.Tho. Dicitur. n. lex alligãdo, quia obligat ad agendum. Regula autem, & mensura humanorũ actuum est ratio, quæ est primũ principiũ humanorũ actuũ vt ex prædictis patet, rationis. n. est ordinare ad finẽ, qui est primũ principiũ in agẽdis ẽm Philosophũ. In vnoquoq; aũt genere illud ꝙ est, principiũ est, mensura, & regula illius generis, sicut vnitas in genere numeri, & motus primus in genere motuum. vnde relinquitur, quòd lex sit aliquid ad rationem pertinens. Ad primũ arg. Ad primum ergo dicendum est quòd cũ lex sit quædam regula, & mensura, dupliciter dicitur esse in aliquo. Vno modo sicut in mensurante, & regulãte, & quia hoc est proprium rationis. Ideo per hunc modum lex est in sola ratione. Alio modo sicut in regulato, & mensurato, & sic lex est in omnibus,

est in omnibus, quæ inclinantur in aliquem actum ex aliqua lege, ita ꝙ qualibet inclinatio proueniens ex aliqua lege, potest dici lex, non essentialiter, sed quasi participatiue, & hoc modo ipsa inclinatio membrorum ad concupiscendum, lex membrorum vocatur. Ad ſm dicendum, ꝙ sicut in actibus exterioribus est considerare operationē, & operatum, puta ędificationem, & ædificatum, ita in operationibus rationis est considerare ipsum actum rationis, qui est intelligere, & ratiocinari, & aliquid per hmōi actum constitutum. Et quidam in speculatiua ratione, primo quidē est diffinitio, secundo enuntiatio, tertio vero syllogismus, vel argumentatio. Ratio etiam practica vtitur quodam syllogismo, ſm ꝙ Philosophus docet in 7. elenchorum. Et iō est inuenire aliquid in rōne practica, quod ita se habeat ad operationes, sicut se habet propositio in rōne speculatiua ad conclusiones, & propositiones hmōi vniuersales rationis practicę ordinatæ ad actiones habent rōnem legis, quę quidem propositiones aliquando actualiter considerātur, aliqñ habitualiter à ratione tenentur: ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ratio habet vim mouendi à voluntate. Ex hoc. n. ꝙ rō vult finem. Rō imperat de his, quæ sunt ad finem, sed voluntas de his, quæ imperantur ad hoc, ꝙ rationem legis habeat oportet, ꝙ sit aliqua rōne regulata, & hoc modo intelligitur, ꝙ voluntas principis habet vigorem legis, alioqui volūtas principis magis esset iniquitas, q̄ lex. Sequitur tex. [Ius quoddam.]. s. consuetudinarium [morib.]. i. assiduuis actibus. [pro lege] id, quod non est scriptum [deficit lex] puta, cum emergit tale negotium, cuius diffinitio non inuenitur in lege, & tunc recurrendum est ad consuetudinem, sed vtroque deficiente, vel succedit rō naturalis, vel de similib. ad similia procedendum est, vel faciendum, sicut habetur: dist. 20. de libellis. &. c. de quib. Hu. Sequitur 2. pars. c. [Nec differt] in qua remouet quoddam dubium, siue respondere videtur cuidam tacitæ dubitationi. Poterat. n. quis dubitare, an interesset, ꝙ consuetudo esset scripta, vel nō. Ad hoc respondens dicit. [nec differt, an scriptura, an ratione consistat]. i. non interest, an scripta sit, an non, dum tñ rōne inuitatur. hoc. n. potissme in consuetudine considerandum est, vtrum ratione fulciatur, quod manifestum est [qñ, & rō legem commēdat] q. d. Si ex eo solo, ꝙ lex ratione inuitatur, lex commendabilis, redditur cōmendatione virtutis, & authoritatis necessario consuetudo requirit, vt ratione inuitatur, si legis aut iuris authoritate petitura sit. vnde Ho. in summa diffiniēs consuetudinē, dicit, ꝙ cōsuetudo est vsus rationalis, &c. s. in ar. 1. huius c. [Porro si.] pro qua, cum de ratione iuste legis sit rectitudo, quæ sumenda est ex rōne ipsa, quæ regula est humanorum actuum, necessario iustæ legis natura, vigor, & authoritas ex ratione ipsa pēdet. [Lex erit omne] aut. s. genere substantiæ, aut æquiualentia virtutis, sicut est de consuetudine, quæ pro lege habenda est, vtpote legis vigorem habēs & authoritatem. [quod ratione constiterit] Seneca epistola. 77. Optimum in homine est ratio, hac. n. antecedit aīalia, & sequitur Deum. ¶ Itē epistola. 37. Si vis tibi omnia subijci, subijce te rationi, multa reges, si te ipsum rexeris, & ab ista addisces quomodo & quid aggredi debeas. ¶ Itē Hylarius. 10. de trinitate: immoderata est omnis susceptarum voluntatum pertinacia, vbi non voluntas, rationi subijcitur. [duntaxat]. i. tantummodo

10 [religioni] † Religio, vt dicit Tull. 2. rhetoricorum est virtus quæ cuidā superiori naturæ, q̄ diuinā vocant, cultum, ce

11 rimoniamq; affert. † Religio aūt vno modo dr̄ à reeligēdo ga Deū reeligere debemus, quē amiseramus. sicut Aug. dicit. 4. de ciuitate Dei. vel pōt dici à religando, vnde Aug. dicit in li. de vera reli. Reeligat nos religio vni omnipotenti Deo, & beatus Isidorus. Religio appellata est eo, ꝓ ꝙ eā vni omnipotenti Deo animas nostras religemus ad cultum diuinum vinculo seruiendi. [disciplinæ] honestatis. s. & eccle

12 siasticæ. † Disciplina, vt eā diffinit Cyprianus li. de 12. abusionib. est ordinata morum correptio, & maiorum præcedentium regularis obseruanti Et Hugo de sancto Victore. Disciplina est bona, & honesta conuersatio, cui parum est non mala facere, sed studet in his, quæ bene agit irrepreh

13 sibilis apparere. † Disciplina, vt ait beatus Aug. li. 9. de trinitate c. 1. à discēdo nomē accepit, vnde & scientia addisci potest, Ad hoc. n. res discitur, vt nascitur, quāuis & alia rōne in his quæ pro peccatis suis mala quisque patitur, vt corrigatur, dici soleat disciplina, vnde est illud in epistolas ad Hebr. 12. B. Quis. n. est filius, cui non det disciplinam pater

Ad scdm.

Ad tertiū.

Exponit literam.

Seneca.

Hylarius.

Cyprian⁹. Hugo. de sancto victore.

eius. Item in 1. li. de disciplina christiana idem Aug. Disciplina, à discēdo dicta est Disciplinæ domus est ecclesia Dei. Quod ergo hic discitur, qui discunt, & à quo discunt. Discitur bene viuere, vt perueniat ad semper viuere. Discunt christiani, docet Christus: (Saluti). s. animæ, de quo ecclesiastici. 30. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. Ad hoc aūt, ꝙ consuetudo veniat obseruanda, nō modo requiritur, ꝙ absolute rationi conueniat, siue ꝙ rationem non impugnet, sed ꝙ religioni cōgruat christianæ. Multa quippe sunt, quę absolute ſm se considerata nullā rationis habent repugnantiam, imo conuenientiam videtur habere, quę tamen, quia religioni non congruunt christianæ, aut ecclesiasticæ disciplinę, aut quia saluti aīæ non proficiunt, sed officiunt. nullo modo seruanda: sed reprobanda eorum est consuetudo, sicut de cibis idolaticis loquitur text. in c. sicut satius. 32. q. 4. Et de esu carnium in 40. & de contractione matrimonij, in multis gradib. consanguinitatis, & affinitatis multa exēpla poni possent, multæ etiam consuetudines in laicis etiā rationabiliter obseruantur, quæ in clericis, quia apostolicę disciplinæ non conueniunt, aut in religiosis [quia eorū religioni non congruunt] reprobarentur. Præterea multa saluti corporis essent, qñque vtilai, quæ quia aīæ saluti nociua essent, illorum consuetudo non est obseruanda. [Vocatur autem] 4. pars [cum itaq;]. s. in c. præcedenti. &c. Hic magister Gratianus ex præcedenti c. beati Isidori recapitulando infert duo esse manifesta. Primum est, ꝙ consuetudo in sua cōitate sumpta est, quid cōe ad ius scriptum, & nō scriptū. Secundum est, ꝙ consuetudo stricte sumpta diuiditur contra legem, siue constitutionem, qm̄ ius scriptum dicitur cōstitutio. i. quasi commune statutum. Ius vero in scriptis nō redactum generali vocabulo consuetudo appellatur.

2 *Ius naturale accipitur tripliciter. Quid dicatur ius naturale. numer. 4.*

Est autem. Alia diuisio iuris. Hic incipit 2. pars pręsentis distinctionis, ī qua magister Gratianus pro ampliori intelligentia eorum, quæ dicta sunt de iure cōiungit aliam diuisionem iuris, quā Beatus Isidorus ponit li. 5. etymologiarum. c. 4. videlicet. Quod ius aut est naturale, aut ciuile, aut gentium. Et diuiditur hæc pars in duas partes. Primo quidem ponit diuisionem iuris in communi ibi [ius naturale, gentium, & ciuile]. In 2. assignat quandam diuisionem iuris ciuilis, 2. ibi [ius militare, &c.] ¶ Item prima in duas. Primo quidem diuidit ipsum ius, secundo prosequitur declarando membra diuisionis, 2. ibi, [ius naturale.] Item hæc in tres partes. In 1. declarat, quid est ius naturale. In 2. quid est ius ciuile. In tertia, quid sit ius gentium, circa hanc per partem quæruntur duo.

1 ¶ Primo vtrum diuisio iuris posita in litera, qua diuiditur ius in naturale, gentiū, & ciuile, sit conuenienter assignata.

3 ¶ Secundo, vtrum ius gentium distinguatur à iure naturali.

1 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ prædicta diuisio non sit bene assignata. Primo quia Aris. 5. Eth. sufficienter videtur diuidere ius in naturale, & legale, quia omne ius vel habet vim à natura, & non à lege, vel à lege, & non à natura. Si primo modo, est naturale, si 2. modo, est legale. ¶ Secundo sic. Superius in principio huius distinctionis diuisum est ius in naturale, & positiuum, sed illa diuisio ibi posita, superius fuit sufficienter posita [vt visum fuit] ergo videtur, ꝙ ista sit incōuenienter posita. ¶ Tertio sic. Tull. 1. rhetorices diuidens ius, diuidit in naturale, consuetudinale & positiuum. Sed hic nulla mentio fit de consuetudinali iure: ergo vr̄, ꝙ sit sufficienter posita. ¶ Quarto sic. Aliæ sunt spēs iuris, quæ non videntur includi sub ista diuisione, sicut est ius paternū, i dñatiuū, ius vxorium, quas Aris. distinguit à iure politico. 5. ethic. ergo sequitur, ꝙ diuisio iuris hic posita non sit cōueniēs. ¶ Quinto sic. Illa diuisio non est conueniens, cuius membra coincidunt, sed membra hmōi diuisionis coincidunt, quia ius naturale, & gentium non videntur distingui: ergo, &c. ¶ In oppositum ex tex. præsentis. c. qui est beati Isidori. Rñdeo. Dicimus, ꝙ diuisio iuris hic assignata sit sufficiēter posita. Pro cuius conclusionis declaratione, & solutione argumentorum est notandū, ꝙ ius vel habet vim ante oēm legē positā, & ante oēm consuetudinem introductā, vel non, sed accipiat vim à lege posita, & consuetudine introducta. Si 1. modo, dr̄ ius naturale Si 2. modo, dr̄ ius legale apud Philosophos, qa ꝓ eodē habēt legē, & humanā cōsuetudinē. Vñ et

Continuatio.

Diuisio.

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Quartū ar. Albertus

Quītū ar.

Opponit et respō.

in principio huius distinctionis, cum dr humanum genus duobus regitur. s. iure naturali, & morib. Gl. accipit tã consuetudinem, q̃ humanã legem scriptam, siue positã. Et ꝭm hunc modum diuidendi illud ius, quod Tul. vocat consuetudinale, dicetur apud philosophos legale. Et illud ius, qđ Iustitianus vocat gentium, apud philosophos dicetur ius
2 naturale, ꝭm ꝙ etiam dr inst. de re. diui. §. singulorũ. ¶ †Ius aũt naturale accipitur tripliciter. Vno modo pro iure diuino, quo reguntur aĩata, & inaĩata, rationabilia, & irrationabilia. Et hoc ius exprimebat rerum ratio, ꝭm quã Deus oĩa condidit, & condita cuncta gubernat, ꝭm illud Boethij in 3. de consola. O qui perpetua mundum rõne gubernas, &c. ꝙ superius nominauimus legẽ æternã. Alio mõ accipiť ius naturale pro instinctu naturæ, quo regũtur aĩalia perfecta quæ propagant sibi filios, ex quo inest perfectis aĩalib. maris, & fœminæ coniunctio, filiorum procreatorum educatio, & hoc ius ipsamet aĩalium natura dr oĩa aĩalia docuisse, videmus. n. cætera aĩalia, etiã feras syluestres istius iuris peritia cẽseri. vt. ff. ne iust. & iu. l. 1. §. ius naturale. ¶ Tertio modo accipitur ius naturale pro naturali iudicio rõnis humanæ, quo tm̃ regitur humanum genus, de quo dr in principio huius distinctionis. Humanũ genus duobus regitur iure naturali, &c. De quo iure naturali sic sũpto dicit Apostolus, ꝙ cum gentes, q̃ legẽ scriptã nõ habẽt naturaliter, q̃ legi sunt faciunt ipsi sunt lex ostendentes opus legis scriptę in cordibus suis ad Ro. 2. Et ius hoc modo sumptũ dr ius gẽtium, vt plenius declarabitur in sequenti ar. ¶ His habitis dicendũ est ad rõnes in oppositũ. Ad primã dicendũ, ꝙ diuisio q̃ ponit Ari. 2. ethi. non est iuris vĩter sumpti, sed solum iuris politici, quod solũ hoĩb. conuenit: hic aũt diffiniť ius gñaliter sumptũ, vnde rõ non procedit. ¶ Ad secundam respondetur eodẽ modo, qm̃ illa diuisio superius assignata cum sit iuris, quo humanũ genus regitur, non est iuris gñaliter sumpti, vnde sub naturali intelligitur ius gentiũ, vt dictum est. ¶ Ad tert ã patet responsio ex dictis, quia ius consuetudinale comprehenditur sub legali, siue ciuili, siue humano. ¶ Ad quartã dicendum, ꝙ ius paternũ, ꝙ est ius seruandi debitũ ordinẽ inter parentẽ, & prolẽ, & ius dominatiuum, ꝙ est ius seruandi debitũ ordinẽ inter dñm, & seruũ, & ius vxoriũ, ꝙ est ius seruandi debitũ ordinẽ inter maritum, & vxorẽ reducitur ad ius naturale, vt colligiť ex Arist. 1. politicæ. ¶ Ad vltimũ respondeť, negãdo, ꝙ mẽbra istius diuisionis coincidunt. Nam ius gentiũ distinguiť à iure naturali aliquo modo, sicut plenius dicetur in sequenti quæst.

Boethius. | Ad primũ arg. | Ad secũdũ. | Ad tertiũ. | Ad quartũ | Ad quitũ.

3 Ad secundum. Sic procediť. † Et videtur, ꝙ ius gentium sit idem cum iure naturali. Primo sic. Non. n. oẽs cõueniunt, nisi in eo, quod est eis naturale, sed in iure gentium oẽs hoĩes cõueniunt. Dicit. n. iurisconsultus vt habetur. j. e. di. c. ius gentium, ꝙ ius gentium est, quo omnes gentes vtuntur: ergo ius gentium est naturale ius. ¶ Secundo sic. Seruitus inter homines est naturalis, quidã enim naturaliter sunt serui, vt dicit Philosophus 1. politic. sed seruitutes pertinent ad ius gentium, vt infra. in c. prænominato: ergo, &c. ¶ Tertio sic. Ius diuidiť per naturale, & positiuum, sed ius gentium non est ius positiuum, non. n. oẽs vnquam conuenerunt, vt ex cõi condicto aliquid statuerent: ergo ius gentiũ est ius naturale. ¶ In oppositum ex tex. præsentis capituli, qui est beati Isidori, vbi dr, ꝙ ius aliud naturale, aliud, gẽtium, aliud ciuile: ergo sequitur conclusio, ꝙ ius gentiũ distinguitur à iure naturali. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ius gentium non est idẽ cum iure naturali vno modo, & alio modo est idem. Hæc cõclusio licet satis pateat ex dictis in præcedenti articulo, nihilominus pro ampliori intellectu eius est notandum iuxta S.
4 Tho. in 2. 2. q. 57. ar. 3. † ꝙ ius siue iustum naturale est, quod ex sui natura adæquatum, vel cõmensuratum alteri, hoc autem põt contingere dupliciter. Vno modo ꝭm absolutam sui cõsiderationem, sicut masculus ex sui rõne habet commensurationem ad fœminam, vt ex ea generet, & parẽs ad filium, vt eum nutriat. Alio modo aliquid est naturaliter commensuratum alteri, non ꝭm sui absolutam rationem, sed ꝭm aliquid, quod ex ipso consequitur, puta proprietas possessionum. Si. n. consideretur iste ager absolute, non habet, vnde magis sit huius, q̃ illius. Sed si consideretur ad opportunitatem colendi, & ad pacificum vsum agri, ꝭm hoc habet commensurationem quandam ad hoc, ꝙ sit vnius, & non alterius, vt patet per Philosophum. 3. politicorum. Absolute autem comprehendere aliquid non solum conuenit homini, sed etiam alijs animalibus. Et ideo ius, quod diciť naturale ꝭm primum modum, commune est nobis, & alijs animalibus. A iure autem naturali sic dicto [recedit] .i. dictat ius gentium] vt iurisconsultus dicit, ꝙ quia illud oĩbus animalibus, hoc solum omnibus hominibus inter se commune est. Considerare autem aliquid comparando ad id, ꝙ ex ipso sequitur, est proprium hominis, & ideo hoc quidẽ est naturale hominum ꝭm rationem naturalem, quæ hoc dictat. Et ideo dicit Casus iurisconsultus, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes gentes custoditur, vocaturque ius gentium, & per hoc patet respõsio ad primum argumentum, patet. n. ꝙ ius gentium distinguitur à iure naturali, ꝭm ꝙ naturale capitur ꝭm primum modum, videlicet à natura communi hominum, & cęteris animalibus, Est autem idem cum iure naturali secũdo modo capto, prout dicitur à natura propria hominum, quæ dicitur ratio naturalis ipsius. ¶ Ad secundum respondetur, negando antecedens. Dicimus. n. ꝙ hunc hominem esse seruum absolute considerando magis, quam alium, non habet rationem naturalem, sed ꝭm aliquam] vtilitatem solum consequentem inquantum est vtile huic, ꝙ regatur à sapiẽtiori, & ita illi, ꝙ ab hoc iuuetur vt dicitur primo politicę, & seruitus pertinens ad ius gentium est naturalis secundo mõ, sed nõ primo modo, quia valet, non ꝭm quòd naturale dicitur aliquid, secundum absolutam considerationem, sed secundum ꝙ dicitur naturale secundum aliquid, quod consequitur ex ipso, vt dictum est. ¶ Ad tertiũ respondetur negando minorem. Dicimus. n. iuxta S. Thom. in 1. 2. q. 95. arg. vltim. ꝙ ius gentium, prout distinguitur à naturali, ptinet ad positiuum, vt species eius. Et quando dicitur, ꝙ nunquam omnes gentes conuenerunt, vt aliquid ex communi condicto statuerent. Respondetur, ꝙ hoc non est necesse in his, quæ sunt iurisgentium, hæc. n. ita ex propinquo habent æquitatem, vt non indigeant speciali institutione, sed ipsa ratio naturalis ea instituit.

Primũ ar. | Secũdũ ar. | Tertiũ ar. | Opponit i contrariũ. | Respõdet. | Ad primũ | Ad secũdũ. | Ad tertiũ.

2 *Lex naturalis quid sit.*
3 *Homini proprium quid sit.*
4 *Legale secundum quod contra naturale distinguitur quid sit.*
6 *Coniugium quid sit.*
7 *Naturale aliquid dicitur esse dupliciter.*
8 *Natura hominis aliquid inclinat dupliciter.*
9 *Matrimonium potest dupliciter consyderari.*
11 *Homo secundum suam naturam constitutus est, quasi medium quoddam inter creaturas corruptibiles, & incorruptibiles.*
14 *Communitas rerum potest iuri nnturali attribui quadrupliciter.*
15 *Lex naturalis circa communionem, & proprietatem dictat differenter.*
16 *Commune dicitur aliquid dupliciter.*
18 *Seruitum est duplex necessitatis, & reuerentiæ*
19 *Dominium dupliciter accipitur.*
22 *Casus quatuor, in quibus non est licita restitutio depositi.*
25 *Iuris naturalis species sunt sex.*
26 *Eusebia quid dicatur.*
27 *Latria grecè, latine seruitus.*
28 *Eucharistia dicitur bona gratia.*
29 *Veritas quid dicatur,*
30 *Inclinatio naturalis in genere tripliciter, potest designari in homine.*
31 *Matrimonium potest dupliciter considerari*
32 *Liber dicitur filius ingenuus ex libero matrimonio natus.*
33 *Rex dicitur esse in nullius bonis quinque modis.*


Vs autem aut. Hic prosequitur magister Gratianus primum membrum diuisionis. Et diuiditur hæc in duas, quoniam primo ponit descriptionẽ iuris naturalis dicens. Ius naturale est cõe omnium nationum, eo ꝙ vbique instinctum naturæ non constitutione aliqua debeť. ¶ Secundo ponit spẽs iuris naturalis, ibi [viri, & fœminæ coniunctio, &c.] Circa hanc partem pro eius pleniori intelligentia q̃runtur decẽ.
1 ¶ Primo, vtrum conuenienter diffiniatur ius naturale in litera cum dr ius naturale est cõe omnium nationũ, eo ꝙ vbique instinctu naturæ non aliqua constitutione habetur.
5 ¶ Secundo, vtrum matrimonium sit de iure naturali.

10 ¶ Ter-

10 ¶ Tertio vtrum liberorum susceptio sit de iure naturali.
12 ¶ Quarto, vtrum puerorum educatio sit de iure naturali.
13 ¶ Quinto, vtrum omnium possessio sit de iure naturali.
17 ¶ Sexto, vtrum libertas sit de iure naturali, & per consequens seruitus sit contra naturam.
20 Septimo, vtrum acquisitio eorum, quæ cœlo, terra, mariq; capiuntur sit de iure naturali.
21 ¶ Octauo vtrum depositæ rei, vel commodatæ pecuniæ restitutio sit de iure naturali.
23 ¶ Nono, vtrum violentiæ per vim repulsio sit de iure naturali.
24 ¶ Decimo, vtrum sufficienter assignentur species iuris naturalis per octo species in litera positas.

1 Ad primum. Sic proceditur†. Et vr̃, ꝙ inconueniẽter diffiniatur ius naturale, cũ dr̃. Ius naturale est commune omnium nationũ, &c. Primo sic. Ius naturale, vt diffinitũ est in principio hui⁹ distinctionis est, quod in lege, & euangelio continetur, sed lex, & euangeliũ non sunt cõia oĩum nationũ: ergo non conuenienter diffinitur ius naturale, vbi dr̃, ꝙ sit cõe oĩum nationum. ¶ Scd̃o contra secundam partem diffinitionis, in qua dr̃, ꝙ instinctu naturæ, & nõ institutione aliqua vbiq; habeatur, arguitur sic. Instinctus naturæ non est nisi ad vnũ, & non ad eius oppositum: ergo videtur, ꝙ in iure naturali non est aliquis instinctus ad oppositum, & si hoc concedatur, sequuntur duo inconuenientia: Primum est, ꝙ non sit difficile, quod præcipit ius naturale, quod falsum est, quia difficile est seq, quod præcipit ius naturale, virtus. n. circa difficile est, vt dr̃ 2. ethic. Alterum aũt inconueniẽs est, ꝙ. s. necesse erit fieri, siue adimpleri, qđ ius naturale præcipit. ¶ Tertio ar. Quecunq; sunt tali instinctu naturæ, qui est idem apud oẽs, oĩa eodem modo explentur in opere, sicut videmus, ꝙ vbique hirundines faciunt nidos vniformiter. Si ergo ius naturale sit instinctu naturæ, & iste sit idẽ apud oẽs, sequitur, ꝙ oĩa iuris naturalis apud oẽs æqualiter, & eodẽ modo explẽtur in opere. Quod falsum est, quia nec eodẽ modo, nec eisdẽ operibus videmus hoẽs viuere, ¶ Quarto eorundẽ principiorum eadẽ est cõclusio. Si ergo ius naturale est idẽ apud oẽs, sequitur ꝙ eędẽ erunt conclusiones iuris apud oẽs, sed hoc est falsum, quia ius positiuum ꝙ vr̃ esse conclusio iuris naturalis cum ab illo vt inquit Tull. sit profectum, non est idem apud oẽs ergo &c. ¶ Quinto hoc contra vltimam partem qua dr̃, ꝙ non habetur aliqua cõstitutione. In Exo. 22. sunt oĩa & tñ sunt de iure naturali: ergo vr̃, ꝙ nõ conueniẽter diffinitur ius naturale in litera. ¶ In oppositum est tex. ꝑsentis capituli qui est beati Isidori li. 5. ethym. ¶ Rñ ꝙ diffinitio iuris naturalis in litera posita est conuenienter assignata, Nã vt inquit magnus Albertus in quæstionibus de virtutibus, diffinitio illa tangit principiũ iuris naturalis, cũ ait, ꝙ est cõe oĩum nationũ. Tãgit efficiens cũ ait distinctu naturæ, tangit ẽt dr̃iam iuris natural. à iure scripto, vel consuetudine confirmato, cũ dicit, ꝙ non edidit eum constitutio aliqua. Præterea exinde arguitur conuenientia præfatæ diffinitionis iuris naturalis, quia eadẽ est cum illa Tullij. superius posita, ꝙ ius naturę sit, ꝙ non, opinio, sed vis quædã naturæ inseruit. Itẽ est eadẽ cum illa Aris. 5. Ethic. vbi vult, ꝙ ius naturale sit, ꝙ non à lege, sed à natura vim habet. Ait. n. ꝙ nõ est in uidere, vel videri istis, vel illis, sed habet potẽtiã ante videri, & per consequẽs, ꝙ habet eandẽ vim, & potentiam obligãdi apud oẽs, naturalia. n. eadẽ sunt apud oẽs vt dr̃ 1. periher. Pro cuius pleniori intelligentia est notãdũ cum S. Th. in 4. di. 33. ar. 1. ꝙ in oĩbus rebus naturaliter insunt quædã principalia quibus nõ solũ operationes ꝓprias efficere possunt, sed quibus etiã eas cõueniẽtes fini suo reddant, siue sint actiones, q̃ consequantur rẽ aliquã ex natura sui generis, siue cõsequantur ex natura spẽi, vt magneti cõpetit ferri deorsũ ex natura sui gñis, & attrahere ferrũ ex natura spẽi. Sicut aũt in rebus agentib. ex necessitate naturæ sunt principia actionũ ipsæ formæ, à q̃bus operationes proprie prodeũt conuenientes fini, ita in his, qui cognitionem participant, prĩcipia agendi sunt cognitio, & appetitus. vnde oportet, quod in vi cognoscitiua sit naturalis conceptio, & in vi appellatiua naturalis inclinatio, quibus operatio conueniens generi, siue speciei reddatur competeẽs fini. Sed, q̃a homo inter cætera aĩalia rõnẽ finis cognoscit proportionẽ operis ad finẽ, iõ naturalis conceptio ei indita, qua dirigitur ad operandũ, conueniẽter: lex, vel ius naturale dr̃, in cæteris aũt, inclinatio naturalis vocatur: bruta aũt ex vi naturæ, impelluntur ad agendum conueniẽtes actiones magis, q̃ regulent, quasi proprio arbitrio agẽtia.
2 † Lex ergo naturalis nihil aliud est, q̃ conceptio hoĩ naturaliter indita, qua dirigitur ad conuenienter agẽdũ in actionib. proprijs, siue cõpetat ei ex natura generis, vt generare comedere, & hmõi, siue ex natura speciei, vt ratiocinari, & similia, vnde dicendum est ad rõnes. Ad primã respõdet negando consequẽtiã, quia sicut superius dictum est cũ dr̃ ius naturale est, qđ in lege, & euangelio continetur ius naturale capitur ibi large, hic aũt sumitur stricte. Et ita rõ nõ procedit. ¶ Ad secundã rñdetur iuxta diuum Albertum, vbi s. ꝙ si natura acciperetur hic pro vi corporis naturalis mouẽte ipsum ꝭm naturã, rõ procederet, sed hic non sic accipitur natura, sed pro natura hoĩs ordinati in bonum inquãtum est homo, hoc est, ꝙ natura accipitur à cõitate spẽi, &
3 nõ gñis† propriũ est hoĩ, vt cõsideret honestũ, & inhonestũ laudabile, et vituperabile in vita, & ab instinctu talis naturæ est ius naturale, & ideo instigat ad difficile, & bonum, & non instigat ad id, quod est de necessitate materiæ, sed potius ad id, qđ est sub voluntate ꝭm naturã ordinatã ad bonum, quę tñ inde flecti põt in opposita, iuxta Albertũ magnũ, vbi. s. Et rõ est, quia in sñãndo de faciẽdo vel nõ faciẽdo aliquid non concurrunt tñ vl'a principia iuris, quę naturaliter sunt inserta, sed etiã rõ cõsiderans particularia. Et quia ista variantur ꝭm statum loci, tẽporis, negotij, & personarum, & quandoque etiam ꝭm errorem, qui fit in particularib., hæc non sunt eadem apud oẽs. Sequitur, ꝙ non sit vnus modus viuendi apud oẽs, Et ita patet, ꝙ id, quod dicebatur de hirundinib. quæ ratione non regulantur, sed magis aguntur, siue impelluntur, non sit ad propositum. ¶ Ad quartam patet responsio iuxta diuum Albertum, ꝙ assumptum esset verum de proprijs principijs: talium. n. est eadẽ conclusio. Sed non oportet, vt eorundem principiorũ cõiũ non ingredientium per substãtiam syllogismi, sed sola virtute, sicut patet de hoc principio. Omne totum est maius sua parte, quo ad aliã conclusionem vtitur geometer, & ad aliam Arithmeticus, hoc aũt nõ est hic (vt dictum est) quia ius naturale dicimus esse principia cõia, sub quibus principijs vniuersalib. iuris naturalis assumũtur propria à ratione considerante particularia, quæ vocantur circunstantiæ, & hæc particularia non sunt eadem apud omnes, & ita non sequitur, ꝙ ius positiuũ licet aliquo modo deriuetur à iure naturali, sit idem apud oẽs. Respondetur aũt sic breuius iuxta S. Tho. negando, ꝙ ius positiuum se habeat, vt conclusio iuris naturalis, sed magis est determinatio quædam ipsius, vt. s. dictum est, assignando differentiam inter ius gentiũ, ꝙ elicitur, vt cõclusio ex iure naturali, & ius ciuile, ꝙ se habet per modum determinationis ad ipsum. ¶ Ad quintã respondetur, negando consequentiam, q̃m licet ea, quæ iuris naturalis sunt, scribantur in lege, non ꝑꝑ hoc dicuntur lega-
4 lia etiam ꝭm theologos. † Legale. n. ꝭm ꝙ contra naturale distinguitur, est, ꝙ nullam vim habet, aut potentiam obligandi. nisi ex lege, vel constitutione. Per hoc ergo, ꝙ oĩa, q̃ sunt iuris natural. in scriptis reddantur, non sequitur, ꝙ ex sola constitutione habeantur, aut vim, & potentiã habeant obligandi, & ita intelligenda est diffinitio in isto loco.

5 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videt̃, ꝙ matrimonium non sit de iure naturali. Primo sic. Ius naturale est, ꝙ natura oĩa aĩalia docuit, vt habetur. ff. de iusti. & iure. in prin. Sed in alijs animalibus est coniunctio sexuum absque matrimonio: ergo matrimonium non est de iure naturali. ¶ Secundo illud, ꝙ est de iure naturali, inuenitur in omnibus hominibus secundum quemlibet eorum statum, sed matrimonium non fuit in quolibet statu hominum, quia sicut dicit Tullius in principio rhetorices, homines à principio syluestres erant, & tũc nemo sciuit liberos suos proprios, nec certas nuptias, in quibus matrimonium consistit. ¶ Tertio naturalia sunt eadem apud omnes, sed non eodem modo matrimoniũ ẽst apud omnes, cum pro diuersis legibus diuersimode matrimonium celebretur: ergo non est naturale. ¶ Quarto illa, sine quibus potest saluari naturę intentio, non videntur ad naturale ius pertinere, sed natura intendit conseruationem speciei per generationem, quæ potest esse sine matrimonio, vt patent in fornicarijs: ergo matrimonium non est de iure naturali. ¶ Quinto sic. Quod est ex institutione non est naturale, vt habetur ex præsenti litera, sed matrimonium est ex institutione diuina. Nam, vt ait Hugo.

Primũ ar.
Secũdũ ar.
Tertiũ ar.
Quartũ ar.
Quintũ ar.
Opponit & Respõd.
Albertus.
S. Thom.
Ad primũ arg.
Ad secũdũ
Ad tertiũ
Ad quartã
Alia solutio secũd. Thomæ
Ad quĩtã.
Primũ ar.
Secũdũ ar
Tertiũ ar
Quartũ ar
Quĩtũ

6 Hugo. de sanc. victo.† Coniugium est societas, quam Deus ab initio inter masculum, & fœminā constituit. ¶ Sexto sic, quod fit à voluntate, non est naturale, nam. n. est distincta cōtra voluntates secundo politicorum, & 6. Metaphys. sed combinatio siue coniunctio maris & fœminæ est à voluntate, patet: voluntariū. n. est ꝙ isti coniūgunt: ergo non videtur, ꝙ matrimonium, siue coniunctio maris, & fœminæ sit naturalis. ¶ In oppositum est tex. 1. beati Isidori in præsenti c. §. 2. idem habet. ff. de iust. & iur. l. 1. vbi in prin. dicit tex. Ius naturale est, ꝙ natura omnia animalia docuit & sequitur, hinc descendit maris, atque fœminæ coniugatio, qđā nos matrimonium appellamus. ¶ Item tertio sic Aris. in 8. ethico. dicit. Quod homo magis naturaliter est coniugale animal, quam politicum, sed homo est naturaliter animal politicum, & gregale, vt dicit ipse: ergo similiter est coniugale, & sic coniugium siue matrimonium est naturale. ¶ Quarto sic. Omne imperfectum ſm naturā contingit sibi illud per ꝙ potest perfici, sed vir imperfectus est ad generationem ſm se, sicut & mulier: ergo naturale est quod vir coniūgatur mulieri, & econuerso. ¶ Respon. non dicendum quod matrimonium siue coniunctio maris, & fœminæ est naturalis. Probatur ista conclusio. Si finis est naturalis, & illud, ꝙ est ad finē est naturale: natura. n. nō deficit in necessarijs vt habetur tertio de anima, finis autē combinationis est generatio similis ſm speciem, quæ est naturalis, vt habetur 2. de aīa vbi dicit, ꝙ naturalissimum operū est generare sibi simile: ergo coniunctio maris, & feminę, quę ad hunc finem ordinatur est naturalis. Pro cuius conclusionis pleniori intelligentia est notandum cum S. Tho. 4. dist. 7 26.† quod aliquid dicitur esse naturale dupliciter. Vno modo sicut ex principijs naturæ ex necessitate causatum, vt mouere sursum est naturale igni. Et sic matrimonium non est naturale, nec aliquid eorum quæ mediante libero arbitrio complentur: alio modo dicitur esse naturale, ad quod natura inclinat sed mediātē libero arbitrio complentur, sicut actus virtutum dicuntur naturales, & hoc modo etiam matrimonium est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter. Primo quantum ad principalem eius finem, qui est bonum prolis. Non. n. intēdit natura solum generationem eius, sed etiam educationem, & promotionē vsque ad perfectam ętatem hoīs, siue statum, inquantum homo est, qui est status virtutis. Vnde ſm philosophū, tria à parentibus habemus, esse, nutrimentum, & disciplinam, filius autem à parente educari, & instrui non posset nisi determinatos, & certos parentes haberet, quod non esset, nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinata, quæ matrimonium facit. ¶ Secundo inclinat natura ad matrimonium quantum ad secundarium finem matrimonij, qui est mutuum obsequium sibi à coniugibus in rebus domesticis impensum. Sicut. n. naturalis ratio dictat, vt homines simul cohabitent, quia vnus non sufficit sibi in omnibus, quæ ad vitam pertinent, ratione cuius dicitur homo politicus. Ita etiam eorum, quibus indigetur ad humanam vitam, quædam sunt opera, competentia viris, quędā mulieribus, vnde natura mouet, vt sit quædam associatio viri ad mulierem, in qua est matrimonium, & has duas causas ponit Philosophus. 8. Ethic. vnde dicendum est ad rationes in 8 oppositum. ¶ Ad primā dicendum.† ꝙ natura hominis aliquid inclinat dupliciter Vno modo, quia est cōueniens naturę generis, & hoc est cōe omnibus animalib. Alio modo quia est conueniens nota differentiæ, quia species humana abundat à genere, in quantū est rationalis, sicut actus prudentiæ, & temperantiæ, & sicut natura generis, quamuis sit vna in oībus aīalib. nō tñ est eodem mō in oībus, sed ſm ꝙ vnicuiq; cōpetit. Ad matrimoniū: ergo īclinat natura hoīs ex parte drīæ, qtū ad secūdam raōnē assignatā. vide philolosophius hāc rōnem assignat in hoīb. supra alia aīalia, sed quantū ad primā rōnē inclinat ex parte generis, vnde dicit, ꝙ filiorum procreatio cōis est oībus animalibus tñ ad hoc non inclinat eodem modo in oīb. aīalib. quia quædam animalia sunt, quorum filij nati, statim possunt sibi sufficientē victum quærere, vel ad quorum sustentationem mater sufficit, & in his non est aliqua determinatio masculi ad fœminam, sicut est taurus, asinus, & equus, & canis, & hmōi, vt exemplificat Albertus. In illis autem, quorum filij indigēt vtriusque. s. parentis sustentatione, sed ad paruum tempus inuenitur aliqua determinatio, quantum ad tempus illud, sicut in auibus quibusdam patet, sed in homine (quia indiget filius cura parentum vsque ad magnum tempus) est maxima determinatio masculi ad fœminam, ad quam etiā natura generis inclinat. Docet ergo natura coniunctionē maris, & feminæ, diuersimode tamen ſm diuersitatem specierum, vt dicit Albertus in 4. sententiarum. Super ethicam autem respondet ad istud argumētum idem Albertus sic. Qđ in coniugio duo sunt, commistio maris, & fœminæ, & quātum ad hoc est naturale hominum ex natura generis, ſm est indiuidua vitæ consuetudo, & alia, quæ faciunt ad hoc, ꝙ sint nuptiæ honorabiles, & quantum ad hoc naturale homini quantum ad naturam speciei. ¶ Ad ſm est dicendum ſm, ꝙ S. Th. dicit, ꝙ verbum Tullij potest esse verum quantum ad aliquam gentem. Si tñ accipiatur principium proximum illius gentis, per quod ab alijs gentibus est distincta, quia non in oībus perducitur ad effectum hoc, ad quod naturalis ratio inclinat. Non autem est verum vniuersaliter, quia à principio humani gn̄is sacra scriptura recitat fuisse coniugia. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ ſm philosophum. 6. ethic. natura humana non est immobilis, sicut diuina, & iō diuersantur ea, quæ sunt de iure naturali ſm diuersos status, & conditiones hominum, quamuis ea, quæ sunt in reb. diuinis naturaliter nullo modo varientur. dicēdum ſm Alber. in 4. sententiarum, ꝙ in vno substantiali omnes conueniunt, quod est consensus vtriusque. licet in accidentalibus differant, sed hoc non impedit. Super ethicam vero dicit idem Albertus, ꝙ id, quod facit ad hoc, ꝙ sint nuptiæ honorabiles, cum sit bonum rationis, recipit ordinem ex legib. ſm ꝙ naturalia complentur per moralia, nec oportet, ꝙ omne iustum naturale sit similiter apud omnes. vt Arist. dicit. 4. ethic. ¶ Ad quartum dicendum, ꝙ natura non tm̄ intendit esse in prole, sed esse perfectū ad quod exigitur matrimoniū, vt ex dictis patet. ¶ Ad quintū dicēdum, vt dicit. 9 Alexander de Halis in 4.† ꝙ matrimonium pōt dupliciter considerari. Vno modo, in quantum est res. 2. inquantū est signum considerando rem matrimonij, quæ est cōiunctio maris, & fœminę, sic est de lege naturali, inquātum vero est signū, est ab institutione diuina, & nō ex lege naturali. Nec est inconueniens, ꝙ alio, & alio respectu matrimonium sit res, & signum, sicut circulus ab alio pōt habere, ꝙ sit circulus, ab alio, ꝙ sit signum. Signum. n. ordinē dicit, coniūctio maris, & fœminæ naturalis est, sed, ꝙ ista coniunctio ista significet, s. inseparabilitatem, & coniunctio Christi, & ecclesiæ, & aīę sanctę ad Deum, hoc habet à diuina institutione. ¶ Ad sextam patet responsio ex dictis, dicimus. n. ꝙ assumptum est verum de naturali 1. modo dicto, ꝙ. s. dr̄ naturale, quia ex principijs naturæ necessarijs causatum, non est aūt verum de naturali 2. modo, videlicet de eo, ad ꝙ natura inclinat, tale. n. sicut dictum est, bene mediātē libero arbitrio completur, sicut patet in actibus virtutum, & ita matrimonium, & est naturale, quia ad illud inclinat natura, & est voluntarium, quia completur mediante libero arbitrio. Ex iā dictis apparet, ꝙ matrimonium secundum diuersos respectus, & considerationes habet diuersas institutiones, ſm, ꝙ est coniunctio maris, & fœminæ est de iure naturali. Secundum vero ꝙ est signum, est ab institutione diuina, secū dum vero determinationem, quæ diuersimode competit secundum diuersos status, est à iure positiuo, sicut dicimus, ꝙ de iure naturali est, ꝙ maleficia puniātur, sed ꝙ talis pęna tali culpæ apponatur, per determinationem iuris positum fit, vnde non est inconueniens, ꝙ idem secundum diuersas cōsiderationes habeat diuersas institutiones, & hoc modo potest verificari illud, quod dicit gloss. insti. de iure naturali, post primum videlicet, quòd matrimonium, quo ad originem est de iure naturali, vt ibi in textu. probatur. Item quòd est de iure gentiū, quia ab eo est receptum, & ꝙ etiam de iure ciuili dici potest, quia formam. & solemnitatem ei adiunxit, vt in toto tit. ff. de ritu nuptia, & insti. de nuptijs, per totum.

10 **Ad tertium.** Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ procreatio filiorum, siue susceptio liberorum per carnalem propagationem non sit naturalis. ¶ Primo sic. Quia si procreatio filiorum sit naturalis, siue de iure naturali, sequitur, ꝙ quicunque per carnalem generationem filios non procrearet, peccaret contra naturā, ꝙ est falsum: consequentia patet: ergo, &c. ¶ Secundo sic Qđ est iuris naturalis inuenitur in oībus hominibus, & secūdū omnem statum, sed susceptio, siue procreatio filiorum non videtur conuenisse homini in statu innocentiæ: ergo, &c. Probatio

Sextū arg. | Opponit ī contrariū. | Secūda op. | Tertia op. | Quarta op. | Respōdet. | S. Tho. | Ad primū arg. | Albertus | Ad secūdū. | Ad tertiū. | Albertus. | Ad quartū | Ad quītū. | Ad sextum. | Primū ar.

Probatio medij, quia talis procreatio filiorum ordinatur ad hoc, ꝙ conseruetur in specie, ꝙ ẜm indiuiduum conseruari non potest, vnde in illis indiuiduis, quæ in perpetuum durant, generatio non inuenitur, sed in statu innocen. in perpetuum homo absque morte vixisset: ergo in statu illo generatio non fuisset. ¶ Tertio sic. Per procreationem homines multiplicantur, sed multiplicatis dominis, necessarie est fieri possessionum diuisionem ad euitandum confusionem dominij. Cum ergo homo sit institutus dominus animalium, facta multiplicatione humani generis per generationem sequuta fuisset diuisio dominij, sed hoc videtur esse contrarium iuri naturali, vt habetur in litera huius c. vbi inter species iuris naturalis ponitur cõis omnium possessio: ergo videtur, ꝙ procreatio filiorum per carnalem propagationem non sit naturalis. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli, & est beati Isidori, & in. §. 1. insti. de iure naturali. ¶ Respon. dicendum, ꝙ susceptio, siue propagatio filiorum per carnalem propagationẽ est naturalis, patet conclusio ex præsenti quæstione. Si. n. coniunctio maris, & fœminæ est naturalis, hmõi coniunctionis intentio est procreatio filiorum, sequitur manifeste, ꝙ ipsa procreatio filiorum sit naturalis. ¶ Præterea distinctio ipsa maris, & fœminæ, quæ ad generationis naturalis officium noscitur instituta, hoc ipsum demonstrat. Est tñ pro pleniori huius conclusionis intelligentia considerandum cum S. Th. in 1. parte. q. 98. ar. 1. † ꝙ homo ẜm suam naturam est constitutus, quasi medium quoddam inter creaturas coruptibiles, & incorruptibiles. Nã anima eius est naturaliter incorruptibiles, corpus vero naturaliter corruptibile. Est autem considerandum, ꝙ alio modo intentio naturæ sit ad corruptibiles, & incorruptibile creaturas, id. n. per se videtur esse de intẽtione naturæ, quod est semper & perpetuum. Quod autem est solum secũdum aliquod tempus non videtur esse principaliter ad intentionẽ naturæ sed quasi ad aliud ordinatũ: alio qui eo corrupto naturę intẽtio cassaretur. Quia igitur in rebus corruptibilibus nihil est perpetuum, & semper manẽs, nisi species, bonum speciei est de principali intentione naturę, ad cuius conseruationem naturalis generatio ordinatur. Substantiæ vero incorruptibiles manent semper non solum secundũ species, sed etiam ẜm indiuidua. Et ideo ẽt ipsa indiuidua sunt de principali intentione naturæ. Sic igitur homini ex parte corporis, ꝙ corruptibile est ẜm naturam suam, competit generatio. Ex parte vero animæ, quæ incorruptibilis est, competit ei, ꝙ multitudo indiuiduorũ sit per se intenta à natura, vel potentiæ à naturæ autore, qui solus est humanarum animarum creator. Et ideo ad multiplicationem humani generis generatione in humano gñe statui etiam in statu innocen. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur, negando consequentiã, ratio est, qm̃ vario modo, vis innata obligat in his, quæ dicuntur esse iuris naturalis. Nam vt dicit Dñs Vlrichus, si natura est ex genere ẜm se, tunc non obligat per modum iusti, eo quod animal genus ẜm se acceptum nihil habet rationis, sine qua non est proportio æqualitatis iustitiæ, sed obligat per instinctũ, naturalem, & de iure naturali est coniunctio maris, & fœminæ, & procreatio filiorum violentię repulsio. Siue vero vis innata est ex genere, ẜm ꝙ stat sub specie determinata, & sic ius naturale est, ꝙ vnicuique ratio dictat informata ex solis principijs rationis, vt dictat Deum esse venerandum, & in his facere cõtra est peccatũ, & non in alijs. Et ita ratio non procedit. ¶ Ad ẜm respondetur negando, quòd in statu innocen. non fuisset filiorum procreatio. Et ad probationẽ respondetur, quòd & si generatio in statu innocentiæ non fuisset propter conseruationem speciei, fuisset propter multitudinem indiuiduorum. ¶ Ad tertium respondetur iuxta eundem S. Tho. ꝙ in statu isto multiplicatis dominijs necessarie est fieri diuisionem possessionnum, quia cõmunitas possessionum, est occasio discordiæ, vt Philosophus dicit li. politicorum, sed in statu innocen. fuissent volũtates hominum sic ordinatæ, ꝙ absque omni periculo discordiæ communiter vsi fuissent ẜm ꝙ vnicuique competeret rebus, quæ eorum dño subdebantur, cum etiam hoc modo communitas ipsa rerũ apud multos bonos viros conseruatur.

Tertiũ ar. | Opponit̃ contrariũ. Respõdet. | S. Thom. 11 | Ad primũ arg. Vlrichus. | Ad secũdũ. | Ad tertiũ.

12 **Ad quartum.** In quo queritur † vtrum filiorũ educatio sit de iure naturali, sic proceditur. Et arguitur ꝙ non. Sic. Quod est naturale, est idem apud omnes, vnde ignis similiter hic ardet Romæ, & in Hispania, & in Francia, sed educatio liberorum non est apud omnia animalia, quibus conuenit habere filios, sicut patet de cane, & asino, & tauro, & huiusmodi, & tamen ius naturale dicitur, quod natura omnia animalia docuit, vt in prin. ff. ergo videtur, ꝙ educatio filiorum non sit de iure naturali. ¶ Secundo sic, contrarium huius videmus quandoque, sicut in quibusdam auibus, quæ non educant filios, sed proijciunt eos: ergo videtur, ꝙ educa. filiorum non sit vniuersaliter iuris naturalis. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli, & insti. de iure nat. §. 1. ¶ Respon. dicendum, ꝙ educatio filiorum sit de iure naturali. Hæc conclu. satis patet ex præcedentibus. Nam si coniunctio maris, & fœminæ sit de iure naturali, necessario sequitur, quòd educatio filiorũ sit de iure naturali, cum natura intendat non solum prolis generationem, sed etiam promotionem eius vsque ad perfectum esse: vnde Apostolus 2. ad co. 11. dicit, ꝙ parentes thesaurizant filijs. i. congregant ad eorum sustentationem, & educationem, & non econuerso. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur, sicut Aristoteles, dicit filiorum procreatio animalibus cõmunis est, licet naturam non eodem modo inclinet ad hoc in omnibus animalibus, quia quædam animalia sunt (vt dictum est) quorum filij statim possunt sibi sufficienter victũ quærere, quædam vero, ad quorũ sustentationem sola mater sufficit, sicut est in illis animalibus, de quibus exemplificatum est in argumento. Quædam vero sunt, quæ indigent vtriusque parentis sustentatione, sed ad paruum tempus, sicut in auibus quibusdã. Quædam vero ad magnum tempus, sicut in homine, id ergo, quòd e st naturale, licet idem sit apud omnes, non tamẽ eodem modo, sed diuerso. ¶ Ad secundum, respondetur iuxta dominum Albertum in. q. de virtutibus, quòd in seminario naturæ nunquam reperitur cõtrarium, sed si quædam animalia proijciunt pullos suos, hoc est per accidens, vt Philosophus dicit, quæ. s. sunt senes ad cibandum, eo quod cibum non possunt congregare tot pullis, sicut etiam per accidens, quandoque o ccidirur natus à parente. Hæc Albertus.

Primũ ar. | Secũdũ ar. | Opponit̃ contrariũ. Respõdet. | Ad primũ arg. | Ad secũdũ.

13 **Ad quintum.** Sic proceditur † Et videtur, ꝙ de lege, siue iure naturali nõ sit communis omnium rerum possessio. Primo sic. Secundum ius naturale omnia sunt communia: ergo nulli licet aliquam exteriorem quasi propriam possidere, quod est inconueniente, quia sic omnes possidentes aliquid propriũ peccarent. Cum omne quod est contra ius naturale, est illicitum. Consequentia autem patet: quia communitati contrariatur possessionum proprietas. ¶ Secundo sic. Contra legem naturalem est furtum, quod est contractio rei alienæ inuito domino: ergo de iure naturali est habere proprium. Et per consequens omnium rerum communis possessio non pertinet ad ius naturale. ¶ Tertio. Appropriare sibi alienum est contra ius naturale: ergo appropriare sibi, ꝙ est commune, est etiam contra ius naturale: ergo oẽs appropriãtes sibi aliquid proprium peccant, ꝙ est falsum, vt patet per Aug. li. de hæresibus. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. & est beati Isidori. Respondeo, dicendum, ꝙ omnium rerũ quæ ad sustentationem vitæ pertinent, de iure naturali sit cõis possessio, siue ꝙ oĩa sint cõia. Patet ista conclusio ex authoritate posita beati Isidori, sed, qualiter iuri naturali attribuatur cõitas rerũ, est videndum. ¶ Pro quo sciendum, ꝙ
14 vt ex diuersis locis S. Tho. colligere possumus. † quadrupliciter cõitas rerum põt iuri naturali attribui. Primo modo in 2. 2. q. 46. ar. 2. cõitas rerum abscribitur iuri naturali, non quia ius naturale dictet oĩa esse possidenda cõiter, & nihil esse quasi proprium possidendum, sed quia ẜm ius naturale non est distinctio possessionum, sed magis ẜm humanũ condictum, ꝙ pertinet ad ius positiuum, ad vitandũ discordiam, quæ oriri solet ex cõitate rerum, vt Aristoteles dicit 2. politic. ¶ Secundo modo pertinet ad ius naturale cõitas rerum intelligendo, pro tempore extremę necessitatis. vnde idem S. Tho. in 2. q. 23. arg. 7. dicit, ꝙ in casu extremę necessitatis oĩa sunt communia, vnde licet ei, qui talẽ necessitatẽ patitur accipere de alieno ad sui substentationẽ, si non inueniat, qui sibi dare veli. ¶ Item. q. 46. ar. 7. dicit, ꝙ vti re aliena in casu extremæ necessitatis non habet rationẽ furti proprie loquendo, quia per talem necessitatem efficitur suum illud ꝙ quis accipit ad sustentandam propriam vitã. ¶ Tertio modo communitas rerum ascribitur iuri naturali quantum ad vsum quemadmodum Aristoteles 2. politicorum

Primũ ar. | Secũdũ ar. | Tertiũ ar. | Opponit et Respõ | Cõitas quatuor modo | Primo mõ | Scdo mõ. | Tertio mõ.

ticorū ad Socratem loquens ponit, ꝙ possessiones debēt priuatim. 1. vt proprie possideri, quia cum vnusquisque natus sit plus curæ impendere proprio, q̃ cōi, nunquam ita diligenter colerentur possessiones possessæ cōiter, sicut priuatæ, vsus tñ earum dicit, debet esse cōis ꝑm illud prouerbiū, ꝙ amicorum sunt oīa cōia. Amicorum tm̄ in vsu nihil est habere diuisum, vnde Boethius. li. 3. de cōsol. dicit. Nullius boni non in commune deducti est iocunda possessio. Et videtur hæc cōitas vsus rerū fundare in amore naturali, qui est hominis ad hominem, & ad hāc intelligentiā dicit Ambrosius, & habetur. d. 47. c. sicut hic proprium nemo dicat, quod cōe est, & appellat cōes res exteriores, vnde S. Tho. in 2. 2. q. 46. ar. 2. ad hanc authoritatē Ambrosij respondendo dicit, ꝙ loquitur de proprietate quantum ad vsum, quia homo non debet res exteriores habere, vt proprias, sed vt cōes, vt. s. de facili eas aliquis cōicet in necessitates aliorū ꝑm illud Apostoli 1. ad ti. vlti. diuitibus huius seculi præcipe facile tribuere, & cōicare. gl. 1. cōia putare quæ habent.

Boethius.

Quarto modo.

¶ Quarto modo cōitas rerum potest dici esse de iure naturali. s. pro statu innocen. De isto modo S. Tho. in 1. parte. q. 98. ar. 1. dicit, ꝙ in statu isto. s. naturæ corruptæ multiplicatis dñis, necesse est fieri diuisionem possessionum, quia cōitas possessionis est occasio discordiæ. vt philosophus dicit. 2. politicorum. Sed in statu innocentiæ fuissent voluntates hominum sic ordinatæ, vt absque periculo discordiæ cōiter vsi fuissent (ꝑm ꝙ vnicuique competere) rebus, quę eorum dominio subdebantur, cum etiā hoc modo apud multos bonos viros conseruetur, hæc Tho. Ad idem est Albertus Magnus in q. de virtutib, vbi dicit, ꝙ vtrunq;. s. oīa esse cōia, quam esse aliquid proprium, est de iure naturali, quia vt inquit, ꝑm diuersos status vtriusque sunt seminaria in iure naturali. In statu. n. in quo non est rapina, nec vsurpatio eius, quod cōi vsui est concessum, dictauit ratio naturalis nihil esse proprium, sed in cōe esse dimittēdum, sicut & in cōe creatum est. Sed variato statu, & crescente malitia, & rapina, & rancorre, vtitur natura alio principio vendicanda esse propria ad prouisionem suorum, & pauperum, & tunc non est contra ius naturæ habere proprium tpe necessitatis cōicandum, hæc Albertus. Circa vero hanc materiā Alexander de Halis in 3 notat, ꝙ etiam inducit Arc. hic super

Alexander de Halis.

15 decretis, † ꝙ lex naturalis circa cōionem, & proprietatem, dictat differenter. Dictat. n, aliquid, quia debitum. Dictat, ꝙ in statu necessitatis, sunt oīa cōia, in statu. n. isto. s. necessitatis sunt oīa cōicanda. & hoc modo in præcepto est cōicatio, & hoc est dictamen respectu rerum ad sustentationē personarum, & inde sumitur. Oīa, quæ vultis, vt faciant vobis hoīes, &c. Respectu vero personarum, quātum ad multiplicationem prolis dictat, ꝙ vxor sit propria ꝑm omne tempus, iuxta illud in prin. huius distinctionis. Humanum genus. Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Similiter dictat esse cōionem, & proprietatem aliquorum, quia bonū, quod in statu naturæ bene institutæ dictabat oīa esse cōia, in statu vero naturæ corruptæ, dictat, ꝙ bonum est aliqua esse propria. Alioqui boni egerent, & non staret societas humana, qa mali raperēt oīa. Et ita ꝑm diuersos status dictat bonum esse, ꝙ oīa sint cōia, & ꝙ aliqua sint propria. Dictat etiam circa proprietatem, & cōionem aliquid, quia æquū, & ꝑm dictamē æquitatis dictat quædam esse inappropriabilia, vt aer, mare, littora. Dictat etiā quod ea, quæ sunt appropriabilia, si in nullius sint bonis occupāti conceduntur, quod. n. sub nullius dño est, primo occupanti conceditur, & hinc est acquisitio eorum, quæ terra, mariq; capiuntur, vt captio auium, & piscium. His habitis dicendum est ad rationes.

Ad primū arg.

¶ Ad primum patet responsio ex dictis, vbi expositum est, qūo oīa esse cōia attribuatur iuri naturali. Nō. n. ita natura simpliciter dictat oīa possidēda esse cōiter, vt nihil quasi proprium sit possidendum, sed modis expositis, vnde non peccatur possidendo aliquid quasi proprium, dū tñ necessitatis tpe cōicādum sit.

Ad secūdū.

¶ Ad ꝑm dicendum, ꝙ nō est in cōueniens vnum, & idem ꝑm diuersos respectus, aut status naturę, pertinere ad ius naturæ, & nō pertinere: in statu. n. naturæ integræ dictabat natura oīa esse cōia, & in statu naturę corruptæ non, sed cōtrarium videlicet aliqua esse

Ad tertiū.

16 propria, vt dictum est. ¶ Ad tertium dicendum, † ꝙ cōe dicitur aliquid dupliciter. Vno modo dicitur cōe, ꝙ in nullius bonis est, & tale si est appropriabile, occupanti conceditur, vt dicetur infra, vt sunt aues, pisces, lapides preciosi in littore maris. Alio modo dicitur aliquid cōe, quod est alicuius vniuersitatis, vt platea aliqua, vel campus communitatis, & in talibus non licet appropriare sibi, quia in hoc fieret iniuria communitati, cuius talia communia sunt. In primo autem nulli fit iniuria, cum nullius sint. Et per hoc patet solutio argumentorum, quorumcunque similiū &c.

17 Ad sextum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ libertas nō sit de lege naturæ. Primo sic. Dicit Apostolus ad Ro. 13. Subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam: ergo subiectio hoīs ad hominē est de iure naturali, quia cō sciētia dictat, & per consequēs libertas non est de iure naturali, cū libertati opponatur subiectio.

Primū ar.

¶ Secundo sic. Aug. dicit 19. de ciuitate Dei. pœnalis seruitus ea lege ordinatur, quæ naturalem ordinem conseruari iubet, perturbariq; vetat, quia si contra eam non esset factum, nihil esset pœnali seruitute coercendum, ideo Apostolus monet esse subiectos dñis suis: ergo sequitur, ꝙ libertas nō sit de iure naturali, cum seruitus sit naturali lege ordinata.

Secūdū ar.

¶ Tertio sumitur ex eodem Augustino in eodem loco sic dicente. Iustum est, ꝙ malis hominibus sic vtilis seruitus, cum. s. improbis aufertur iniuriarū licentia, & domiti melius se habebunt, quia indomiti deterius se habuerunt. Ex his manifeste ostenditur, ꝙ seruitus iusta sit, & de lege naturali.

Tertiū ar.

¶ Quarto arguit sic. In statu innocētiæ homo dominatus fuisset homini: ergo sequitur, ꝙ libertas non est de iure naturali, consequentia patet. quia id, ꝙ cōuenit homini in prima institutione sua videtur esse maxime naturale. Assumptum patet, quia conditio status innocentia non erat dignior, quàm conditio angelorum. Sed inter angelos quidam alijs dominantur, vnde vnus ordo dominationum vocatus, ergo non est contra dignitatē status innocen. ꝙ homo homini dominaretur.

Quartū ar.

Opponit ī contrariū.

¶ In oppositum est text. præsentis capituli, quod beati Isidori.

Secūda op.

¶ Item beatus Augustinus. 19. de ciuitate Dei dicit, rationalem hominem factum ad imaginem suam noluit nisi rationabilibus dominari, non hominem homini, sed hominem pecori: ergo videtur, ꝙ contra naturam sit, ꝙ homo dominetur homini.

Tertia op.

Quarta op.

¶ Item Gregorius dicit, quod omnes homines natura æquales genuit: ergo videt, ꝙ libertas hominum sit de iure naturali. ¶ Itē. ff. de iusti. & iure. l. manumissiones. Dicit, naturali iure omnes homines nascebātur liberi.

Respodet. Alexāder de Halis.

¶ Rñ. aduertendum est, ꝙ dupliciter loqui possumus de natura, vt ait magister Alexander de Halis in tertio. Aut ꝑm statū aut peccatum, aut post, ante vero peccatum non fuit seruitus, sicut dicit August. 19. de ciuitate Dei. Nullus in natura, in qua Deus prius hominem condidit seruus est hominis, aut peccati, per peccatum autem introducta est seruitus, sicut pœna peccati, & ideo subijcitur homo homini, quia facit se seruum peccati, lex ergo naturalis dictat communem libertatem omnium secundum statum naturæ bene institutæ, sed ꝑm statum naturæ corruptæ dictat, ꝙ necessaria est seruitus, & dominiū ad coercendū malos, sicut dicit Augustinus in libr. de ciuitate Dei, ꝙ, sicut Deus homini, ita animus corpori, ita ratio debet dominari, & imperare libidini. Dictat. n. ratio iustum esse, vt rationabiliter viuentes dominentur his, qui carnaliter viuunt. vnde Hiere. 4. super illud. Quomodo, si contemnat mulier amatorem suum. Dicit gl. videns eam deseruire libidini suę, & in se mutatam legem naturalem, per quam quondam viro subiecta fuerat.

S. Tho.

Ad primū arg.

¶ Quo habito, dicendum est ad rationes. Ad primam di-

18 cendum, † ꝙ duplex est seruitus. Vna est necessitatis, quæ sequuta est peccatum, & hæc opponitur libertati. Alia est reuerentiæ, & honoris erga superiores: & de hac loquitur Apostolus in authoritate prædicta. Dictat enim conscientia, & ita lex naturalis, quòd semper reuerentia exhibenda est maioribus. Vnde Tullius ponit de lege naturali obseruantiam, per quam sicut idem dicit homines in dignitate antecedentes cultu quodam, & honore dignantur. Talis autem exhibitio reuerentiæ, siue subiectio non opponitur libertati naturali hominis.

Ad secūdū.

¶ Ad secundam dicendum, quòd non est inconueniens, vt aliquid sit de iure naturali vno respectu, quod alia consideratione non sit, vnde seruitus pro statu naturæ bene institutæ non est de iure naturali, pro statu tamen naturæ corruptæ eo modo quo dictum est, potest dici esse de iure naturali. dicit enim Sanctus. Thomas in quarta, distinct. trigesima sexta, quòd seruitus est contra primam intentionem naturæ sed non contra secundam, quia naturalis ratio ad hoc inclinat, & hoc appetit natura, vt quilibet sit bonus. Sed

S. Tho.

nus. Sed ex quo aliquis peccat, natura ét inclinat, vt ex peccato pœnã reportet, & sic seruitus est in pœnã peccati intro ducta. Et ita Alber. magnus in q. de virtutib. dicit, ꝙ de iure naturali est libertas oĩum æqualis, & quod non sic est, hoc est in pœnã peccati, & ideo seruitus per se non habet ius in natura, sed inquantum est pœna peccati. eo ꝙ natura principium iuris habet, ꝙ qui peccat puniatur, & in eo puniatur, in quo delinquit, sicut si in patrem peccauit, cuius natiuitate liber erat, puniatur in libertate filiorum natorum ab ipso, & sic seruitus per accidens reuertitur ad naturam, hæc Alber. ¶ Ad tertium patet solutio ex dictis. Seruitus. n. in malis hominibus iusta est, & modo prædicto de lege naturali. ¶ Ad quartum dicendum negando assumptum, loquẽdo de dñio, cui opponitur seruitus cõtrario libertati. Et ad probationem respondetur, vt dicit S. Tho. in 1. parte. q. 96.

Albertus

Ad tertiũ.

Ad quartũ

S. Thom.

19 † ꝙ dominium dupliciter accipitur. Vno modo ẽm ꝙ opponit seruituti, & sic dñs dr̃, cui aliquis subditur, vt seruus. Alio modo accipitur dñium ẽm ꝙ cõiter refertur ad subiectum qualitercunque, & sic etiam ille, qui habet officiũ gubernandi, & dirigendi liberos dñs dici potest. Primo modo accepto dñio in statu innocentiæ, homo homini non dñaretur. Sed 2. modo accepto dñio, homo hoĩ dominari potuisset, cuius ratio est, quia in hoc seruus differt à libero, quia liber est causa sui, vt dr̃ primo metaphisicæ. Seruus autem ordinatur ad alterum, tunc ergo aliquis dñatur alteri, vt seruo, qñ eum, cui dñatur, ad propriã vtilitatem sui dñantis refert. Et quia vnicuique est appetibile proprium bonũ, per consequens contristabile est vnicuique, ꝙ id bonum, ꝙ deberet esse suum, cedat alteri tñ, & ideo tale dñium nõ potest esse sine pœna subiectorum, pp quod in innocẽtiæ statu non fuisset tale dñium hoĩs ad hominem, tunc vero dñatur aliquis alteri, vt libero, quãdo dirigit ipsum ad propriũ bonũ eius, qui dirigit, vel ad bonũ cõe, & tale dñium hoĩs ad hoĩem fuisset in statu innocentiæ, fuissent autẽ in isto casu aliqui, vt dirigẽtes alios, vt pote prudẽtia, iustitia, & sciẽtia præstantiores, vt determinat S. Thom. loco allegato.

20 Ad septimum. Sic proceditur. † & videtur ꝙ nõ sit de iure naturali acqsitio eorum, quæ cœlo, terra, marique capiunt. Primo sic. Oĩa sunt cõia de iure naturali: ergo acquirere sibi aliquid per modũ proprietatis est contra ius naturæ. Consequẽtia patet, quia proprietas contrariatur cõicati. ¶ Secundo sic. Si acquisitio eorum, quæ cœlo, terra, marique capiuntur est de iure naturali, sequitur, ꝙ nullus capiendo aliquid eorum, quæ cœlo, terra, marique continẽtur furtum committeret. Consequẽtia patet, quia cum acquisitio talium est naturalis, non posset habere furti rõnem, cum furtum sit contra ius naturę, & tñ consequẽs est falsum, vt patet. ¶ Tertio sic. Si dicatur, ꝙ hoc intelligitur de his, quæ sub nullius domini bonis cõtinentur. Contra arguitur sic. Homo liber, mare. iacens hæreditas in nullius bonis continetur, & tñ eorum acquisitio non esset iuris naturalis, cum esset licita. ¶ In oppositũ est tex. præsentis. c. quod est beati Isidori. ¶ Rñ. dicendum, ꝙ acquisitio eorum, quæ cœlo, terra, mariq; capiuntur, quę in nullius tñ sunt bonis, est de iure naturali. Quæ conclusio patet. quia tali acquisitione vendicat homo id, quod naturaliter est suum. Sunt aũt hoĩ subiecta oĩa aĩalia, & aliæ creaturæ. Vnde Gen. 1. dr̃ de hoĩe. Præsit piscibus maris, & volatilib. cœli, & bestijs terræ. Item præsit vniuersæ creaturæ, qđ etiã rõne ex ipso processu naturæ sic ostenditur. Sicut. n. in gñatione rerum intelligitur quidam ordo, quo proceditur de imperfecto ad perfectum. Nã materia est pp formam, & forma imperfectior propter perfectiorem, ita etiã est in vsu rerum naturalium. Nam imperfectiora tẽdunt in vsum perfectorum. Plantæ. n. vtuntur terra ad sui nutrimentum. Aĩalia vero plantis, & hoĩes plantis, & aĩalib. vnde hõ naturaliter dñatur aĩalib. & pp hoc philosophus dicit primo politicorum, ꝙ venatio aĩalium syluestrium est iusta, & naturalis, quia per eam vendicat sibi homo, quod est naturaliter suum. Et ita videtur dicendum de acquisitione aliarum rerum. s. pisciũ in mari, lapidũ littore maris, & hmõi, quæ sub nullius dñio continentur: ergo sequitur, ꝙ acquisitio eorum, quæ cœlo, terra, marique capiuntur, quæ in nullius sunt bonis, est de iure naturali, quod erat probandum. Quo habito, dicendum est ad rõnes. ¶ Ad primam dicẽdum, ꝙ talis acquisitio non repugnat cõitati, ẽm ꝙ est de iure naturali, sicut patet ex dictis in præceden. q. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ consequẽtia non tenet, qm̃ acquisitio hmõi intelligitur de eis, quæ in nullius bonis sunt, sicut supradictũ est. ¶ Ad tertiam pariter dicendum, ꝙ acquisitio hmõi pariter intelligenda est respectu eorum, quæ appropriabilia sunt, cuiusmodi non est natura, homo, mare, aer, & huiusmodi, & respectu appropriabiliũ, quæ in nullius bonis sunt re nec spe, quod dicitur propter hereditatem iacẽtem, quę spe est in bonis alicuius.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit et Respõ.

Ad primũ arg.

A 2 secũdũ.

Ad terti.

21 Ad octauum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ depositę rei, vel commodatę pecunię destitutio non sit de iure naturali. Primo sic, quod est de iure naturali, est immutabile, & semper obseruãdum, sed depositæ rei, vel commodatæ pecuniæ restitutio nõ semper facienda est, vt puta cum furiosus deposita arma repetit, aut hostis reipublicæ commodatam pecuniam, &c. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. quod est beati Isidori. ¶ Rñ. dicimus, quod de iure naturali est depositæ rei, vel commodatæ pecuniæ restitutio. Patet ista cõclusio. Tum primo, quia reddere vnicuique, quod est suum pertinet ad iustitiam, siue æquitatem naturalem. ¶ Item secundo, quia in. c. 1. huius. di. habitum est. Iure naturali iubetur quisque alij facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alteri inferre, quod sibi nolit fieri. Sed oĩs homo vult sibi restitui sua. ergo restitutio depositæ rei, vel cõmodatę est de iure naturali. Quo habito, dicendum est ad argumentum in contrarium, ad quod. cum objiciur, ꝙ ius naturale sit immutabile. Dicendum, ꝙ sicut in superioribus dictum est, ꝙ id, quod est naturale in habente naturam immutabilem, semper immutabile permanet, & semper obseruandum est. natura autem hominis non est hmõi, sed est mutabilis. Et ideo, quod est naturale homini, põt deficere, & non erit obseruandũ, sicut est in proposito. Naturalem æquitatem habet, vt depositum reddatur, & commodata pecunia restituatur. Et si ita esset, ꝙ natura humana semper esset recta, hoc semper esset obseruandum. Sed quia quandoque contingit, ꝙ voluntas hominis deprauatur, est aliquis casus, in quo depositum non est reddendum, ne homo peruersam voluntatem habens male vtatur ea, vt puta si furiosus, vel hostis rei publicæ. arma deposita reposcat.

Primũ ar.

Opponit. et Resp.

Ad arg.

22 † Est autem notandum, ꝙ quatuor casus ponit Raymundus, in quibus non esset licita restitutio depositi. Primo cum quis gladium furiosus factus ipsum repetit. 22. q. 2. ne quis. Secundus si deponens fuerit deportatus. i. exultatus. Nam bona eius publicãtur. ff. depositi. l. bona fides. Tertius casus, quando fur deposuit, & cum domino in petitione concurrit, quia tunc potior est dominus, vt in præalleg. l. & 12. q. 2. Cum deuotissimam. Quartus, quando fur deposuit apud eum, cui surripuit, vel apud proprietarium, vt probatur per eadem iura.

Raymun.

23 Ad nonum. Sic proceditur, † Et videtur, ꝙ violẽtiæ per vim repulsio nõ sit de iure naturali. Primo sic. Nihil potest pertinere ad ius naturale, qđ contrarietur diuino præcepto, sed repulsio per vim illatæ violentiæ videtur esse contra illud inter dictum Mat. 5. dico vobis non resistere malo. ¶ Secũdo sic. Cum Petrus vellet violentiam à domino vi repellere: dixit ei dominus. Cõuerte gladium in vaginam. Oĩs. n. qui occiderit, gladio peribit. Mat. 26. ¶ Tertio modo ad Rom. 12. dicit Apostolus, non defendentes vosmetipsos charissimi: ergo &c. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. 2. Est. tex. ff. de iusti. & iure. l. vt vim, atq; iniuriam propulsemus, nã iure hoc euenit, vt qđ quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure existimetur. ¶ Respondet dicendum, ꝙ violentiæ per vim repulsio cũ moderamine inculpatę tutelæ sit de iure naturali. Quę cõclusio sic probatur. Quælibet res cum naturaliter amet seipsam cupiatque conseruationem sui in esse, naturaliter corrumpentibus resistit, quantum potest, vnde videmus, ꝙ oĩa aĩalia violentiam aliquam patiẽtia (vt illam repellant) percutiunt faucibus, vel cornibus, aut pedibus: ergo manifestum est, ꝙ violentiæ per vim repulsio sit de iure naturali, dum tñ fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, quo intelligitur lex illa ciuilis canonizata. Vim vi repellere licet. in instanti. s. quia facto interuallo, nequaquam. ¶ Quo habito, dicendum est ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ illud mat. 5. noli resistere malo, intelligendũ est affectu odij, vel vindictæ, huic autẽ non cõtradicit violentiæ repulsio, cogẽte necessitate saluationis ppriæ naturæ. Propterea, vt dicit. Nic. de lyra, istud non resistere malo in aliquo casu est præceptũ, & in aliquo consiliũ, & aliqñ nõ resistere esset malum. s. qñ per hoc daretur audacia malis hominib. sim-

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit contrarii

Respõdet

Ad primũ arg.

plices opprimendi, & potest corũ malitiæ siue periculo occurri. ¶ Ad secundam respondetur, & authoritas illa nõ videtur ad propositum: quia Christus in illo loco non prohibuit repulsionem violentiæ cum moderamine inculpatæ tutelæ cogente necessitate saluationis propriæ naturę, sed prohibuit vindictã, vt dicit gl. Nam gl. super illud. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt, inquit, ipsa vindicta dicit eis causam perditionis. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ dictum Apostoli intelligitur ex libidine vindictæ, vnde statim subiungitur, sed dare locum iræ. Scriptum est. n. Da mihi vindictam, & ego retribuã, &c. De hac materia, quia plenius videbitur in q. 1. causa. 23. ad præsens ista sufficiat.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

24 Ad decimum. Sic proceditur, † Et videtur, quòd sufficienter assignentur species iuris naturalis per illas octo in litera positas. Primo sic authoritate beati Isidori, qui illas octo tãtum ponit in tex. presentis. c. ¶ Secundo, quia si essent aliæ species iuris, maximè esset religio, quam ponit Tullius. Sed hæc esse non põt species iuris naturalis, ergo, &c. minor probatur, quia religionem docet fides. Non. n. colitur, quod ignoratur. Non autem scitur, quid vel qualiter colatur, nisi per fidem, sed fides est supra rationem secundum illud apostoli ad hæbreos. 11. Fides est substantia rerum sperandarum, argumẽtum non apparentium, ergo religio est supra rationem. Cũ ergo ius naturale sit id, ꝙ dictat ratio naturalis, videtur ꝙ religio nullo modo sit species iuris naturalis. ¶ Tertio sic. Ius naturale vt habetur in litera præsentis. c. est commune omnium nationum, & est idem apud omnes, vt dicit, Aristoteles. 5. Ethic. Sed obseruantia religionis non est eadem apud omnes: ergo religio non videtur pertinere ad ius naturale, & per consequens nec aliæ species assignatæ præter assignatas in litera. ¶ In oppositũ est Philosophus, & Tullius, qui præter positas hic in litera assignant alias. ¶ Respondeo, ꝙ aliæ sunt species iuris naturalis, q̃ istæ assignatę in litera.

Primũ ar.
Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit i contrariũ.
Respõdet.

25 † Ponit autem Tullius sex species iuris naturalis, videlicet religionem, pietatem, gratiam, vendicationem, obseruantiam, veritatem. Pro cuius assignationis intellectu notandum, ꝙ, vt superius induximus. Tullius in fine primæ rhetoricæ dicit, ꝙ ius naturale a est, quod non opinio genuit, sed innata quædam vis inseruit. Vbi aduertendum, ꝙ vis hæc, quæ ius naturale inseruisse dicitur, vt dicit dominus Vlrichus, vel est ex genere ẜm se, & tunc nõ obligat per modum iusti, eo ꝙ genus secundum se acceptum nihil habet rationes, sine qua non est proportio æqualitatis iustitiæ, sed obligat per instinctum naturalẽ, & sic de iure naturali est fœminæ, marisque coniunctio, liberorũ procreatio, violentiæ repulsio, quas etiam Isidorus posuit. Vel est ex genere, ẜm ꝙ stat sub specie determinata. Et sic ius naturale est, quod vnicuique ratio dictat informata ex solis principijs rationis, & non ex his, quæ inquisitione, & discussione inuenta sunt, & hæc ratio dictat Deum esse reuerendum, & ideo religio est eius species, quæ (vt dicit Tull.) est virtus, quæ cuidam superiori naturæ, quam diuinã vocant, curam, cerimoniamque affert. Dictat etiam parentes honorandos esse, & per consequens etiam patriam, quia locus est principium generationis, quemadmodum & pater, & ideo pietas est eius species, quæ (vt dicit Tullius) est virtus, per quam sanguine coniunctis, patriæque beneuolis officium, & diligens tribuitur cultus. Primam harum virtutũ vocat Arist. Eusebiã. i. bonũ cultum in li. de donis laudabi
26 lib. † Et dicit, ꝙ Eusebia est scientia Dei famulatus q famu latus propriè consistit in his, quæ Deo exhibentur in reue
27 rentiam, & recognitionem dominij. †. Et gręce latria vocatur. i. seruitus. Et scientia vocatur hic scientia practica. i. virtus dirigens in hoc famulatu. Pietatem vero ibidem vocat Phylosophus benignitatem, communius eam accipiẽs, q̃ Tullius. Dicit. n. ꝙ benignitas est habitus voluntarie benefactiuus, in quãtum etiam homo est animal natura ciuile, sic ratio naturalis dictat amice, & ẜm mutua beneficia esse viuendum ad specie coniunctos. Et ideo gratia eius species est, quæ vt dicit Tul. est in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & remunerandi voluntas conti
28 netur. † Hanc vocat Philosophus eucharestiam. i. bonã gratiam, Natura etiam dictat contrarium repellendum esse. Et ideo vindicatio est species iuris naturalis, quia vt dicit Tull. vindicatio est, per quam vis, & iniuria, & omnino omne, quod obscurum, & ignominiosum est defendendo, vel vlciscendo propulsatur. Et hanc eodem nomine appellat Phylosophus. Ex quo autem natura dictat Deum esse venerandum, per consequens dictat illos esse venerandos, in quibus præ alijs est diuinius bonum, adeo ꝙ in scriptura Dij vocantur, & tales sunt illi, qui bene præsunt communitati, secundum illud 1. ad Tim. 5. qui bene præsunt presbyteri [duplici] honore digni habeantur: Et ideo obseruantia est species iuris naturalis, per quam, vt dicit Tul. homines ętate, aut sapientia, aut aliqua dignitate antecedentes veneramur & colimus, ratio etiam naturalis dictat vnumquodque esse determinandum, secundum ꝙ est in veritate suæ naturæ. Et ideo veritas est species huius iuris. † Est. n. veri-
29 tas vt dicit Tull. Per quã operam damus, ne quid aliter fiat, vel factum vel futurum sit, quam confirmauerimus, & sic patet ratio assignationis specierũ iuris naturalis, quas Tul. supra eas quas beatus Isidorus posuit assignat. ¶ Quibus habitis dicẽdum est ad rationes in oppositũ. Ad primam dicendum, ꝙ beatus Isidorus in hoc, quod in fine dicit, & si quod huic simile est, nunquã iniustum, sed naturale ęquũque habetur, dedit intelligere, ꝙ aliæ fortassis essent spẽs iuris naturalis, quam illæ assignatę per eum. ¶ Ad secundũ dicendum iuxta Alber. magnum. 3. q. de virtutibus, respondetur negando assumptũ. Dicimus. n. ꝙ hoc, quod est principium religionis, videlicet quod Deus sit colendus, & honorandus natura docet, & non fides. Quod autem iste, vel ille sit cultus diuinus hoc docet ratio, & fides. Tuli. autem non intendit loqui nisi de principio religiõnis. ¶ Ad tertium, patet responsio per idem. Dicimus. n. ꝙ quo ad principia religio est vna, & eadem apud omnes, licet opera sup posita religioni non sint eadem, quia in illis est varietas, & etiam frequenter error rationis, quia suscipitur esse religio quandoque, quod impietas est. ¶ Ius autem. Contra videtur magister Gratianus sibi contrarius. Superius diuisit ius in duo, s. naturale, & humanum. Nunc diuidit in tria. s. naturale, gentium, & ciuile. Respondet dimissa solutione Hu. dicentis, ꝙ primus magister Gratianus posuit diuisionem totius in duo genera. s. in ius naturale, & mores, hic aũt vnum ex generibus diuidit in species, quia hoc non est verum dicendum: ergo, ꝙ sub iure consuetudinario, siue humano, siue positiuo, ꝙ intelligitur nomine morum, comprehenditur ius gentiũ, & ciuile. Vnde hæc diuisio beati Isidori realiter non distinguitur ab ista Gratiani. Et ita magister non est sibi contrarius. Naturale est. Contra istam secundã descriptionem iuris naturalis arguitur, quia idẽ videtur esse ius naturale, & ius gentium. Probatur. quia idem videtur esse commune omnium nationum, quod ascribitur hic iuri naturali. & quo omnes gentes fere vtuntur, quod attribuitur iuri gentium. j. c. ius gentium. Quorum autem diffinitiones sunt eædem, diffinita videntur esse eadem. Respõdet. negando, ꝙ eadem sit descriptio, imo est differentia in tribus. Primo in forma descriptionis, q̃m aliud est esse commune omnium nationum absolute, & simpliciter, ꝙ dicitur de iure naturali, & aliud est, ꝙ sit tale, ꝙ eo fere vtantur omnes gentes, quod dicitur de iure gentium. ¶ Secundo in hoc, quia ius naturale hic diffinitum non tantum commune est hoĩbus. sed ẽt conuenit alijs aĩalib. ius vero gentiũ solis hominibus. ¶ Tertio quia ius naturale respicit illud, quod ẜm absolutam considerationem habet commensurationem ad aliud, ius vero gentium non, sed id, quod secundum aliquid, quod ex eo sequitur habet commensurationem ad aliud, sicut superius dictum est. Vnde sicut licet rationabile, & risibile sint communia omnium hominum, nihilominus habent differentiam inter se, ita ius naturale, & ius gentium. [Omnium nationum] quidam exponunt. i. nascentium, sed male, quoniam multa sunt de iure nascentium, quibus nulla exempla infra posita conueniunt. Dicẽdum ergo. [nationum]. i. hominum. [vbique]. i. inter homines [instinctu naturæ]. i. inclinatione naturali. Vbi notandum, ꝙ iuxta S. Tho. in 1. 2. q. 94. & in superioribus habitũ
30 est. † Tripliciter inclinatio naturalis in genere potest in homine designari. Primo quidem inest homini inclinatio ad bonum secundum naturam, in quã communicat cum omnibus substantijs, prout. s. quæ libet substantia appetit conseruationem sui esse secundum suam naturam. Et secundũ hanc inclinationem pertinent ad legẽ naturalem, per quæ vita hominis conseruatur, & contrarium impeditur. ¶ Secundo inest homini inclinatio aliqua ad magis specialia secundum naturam, in qua communicat cum cæteris animalibus, & secundum hoc dicuntur esse de lege na-

a ¶ Ius naturale. Add. ꝙ istud ius naturale ẽ immutabile. inst. de iu. nat. §. sed naturalia. & ĩ specu. de exce §. 2. ve. sed quæro, & quot modis dicatur vide g'o. in l. ius naturale. de iusti. & iure.

Ad primũ arg.
Ad secũdũ.
Ad tertiũ.
Exponit literam.
Hug. opin.
Argu.
Respõ. tribus modis. Primo.
Secundo.
Tertio.
S. Thom.

lege naturali, quæ natura oīa animalia docuit, sicut est con iunctio maris, & fœminę, educatio liberorum, &c. ¶ Tertiò modo inest homini inclinatio ad bonum secundum naturam, rationis, quæ est sibi propria, sicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc, quod veritatem cognoscat de Deo, & ad hoc, ꝙ in societate viuat. Et secundū hoc ad legem naturalem pertinent ea, quæ ad huiusmodi inclinationem spectant, vtpote, ꝙ homo ignorantiam vitet, quod alios non offendat, cum quibus debet conuersari, &c. Huiusmodi, quæ ad hoc spectant. [Non constitutione aliqua habetur:] à qua originaliter pendeat. Huiusmodi .n. cum ex natura sua rectitudinem, & commensuratione iustitiæ habeant ex instinctu naturæ non ex institutione aliqua legali, originaliter pendent, vel [non constitutione aliqua habetur] supple tñ qa multa, quæ sunt iuris naturalis, redacta etiam leguntur scripturis diuinis, sicut supradictum est in c. genus humanum. Ius naturale est, quod in lege. & euangelio cōtinetur. [vt viri, & fœminæ commistio.] Contra, Matrimonium ex institutione diuina habetur, pri
31 mo in paradiso terrestri. 32. q. 2. c. sicut. §. proximo. † Respōdet Alexander de Halis in tertio, ꝙ matrimonium potest dupliciter considerari. Vno modo inquantum est res. Alio modo, inquantum est signum; inquantum res, est à iure naturali, inquantum vero est signum, est ab institutione diuina, sicut in 2. q. ad. 5. ar. dictum est. Vel dicendum, ꝙ matrimonium non habetur tantum ex institutione diuina, sed etiam ex instinctu naturæ. Et si arguatur, ꝙ illud, quod est de iure naturali, non indiget institutione. ¶ Respondet S. Tho. in 4. di. 26: ꝙ illa, quæ in communi sunt de lege naturali indigent institutione quantum ad eorum determinationem, quę diuersimode competit secundum diuersos status, sicut de iure naturali est, ꝙ maleficia puniantur, sed, ꝙ talis pœna tali culpæ opponatur per determinationem iuris positiui [sic liberorum]. s. filiorū, liber dicitur filius ingenuus ex libero matrimonio natus. Nam ex libero, & Ancilla orti, seruilis conditionis sunt. Semper. n. qui nascitur, deterioris parentis sequitur statum. Et sunt verba beati Isidori in 9. etymologiarum, & habentur in ca. liberi. 31. q. 4 Et habet verum hoc in terris, quæ iure ciuili non reguntur, vt dicit S. Tho. in 4. di. 36. ar. 4. Vnde etiam glo. prædicti. c. dicit illud verum esse secundum legem Longobardorum. Secundum vera legem. Romanorum secus, vt in. l. partum. C. de rei ven. &. ff. de statu hominū. l. lex naturæ [Susceptio]. i. procreatio. Alij habēt successio, sed primum melius. [Possessio]. i. res possessę, alia, cum possessio sit nomen iuris cōmuniter possideri non potest, nec aliquid à pluribus insolidum, nec naturaliter, nec ciuiliter, ꝙ dic, vt l. & notatur. extra de proba. licet, secundum Lau. & Archi. [Omnium vna libertas] Arguitur contra huiusmodi exempla per aliquos dicentes, ꝙ superiora exempla, & ista, quæ sequuntur, non videntur respondere iuri naturali eodem modo sumpto. Nam superiora respondent iuri naturali, prout dicitur instinctus naturæ, sequētia vero iuri naturali prout dicitur instructus rōnis. Dimissis multis modis dicēdi aliorū respondendum videtur, quod exempla optime respondent iuri naturali prout hic accipitur. Accipitur. c. ius naturale pro eo, ꝙ secundum absolutam sui considerationem est commensuratum, & adæquatum alteri, vnde in fine capituli dicitur. Nam hoc autem, si quid huic simile, nunquam iniustum est, sed naturale, æquumque habetur, hæc autem cōmensuratio, & adequatio iusti naturalis potest homini conuenire ex parte naturę generis, in qua communicat cum cęteris animalibus, & iuxta hunc modum iuri naturali respōdent prima exempla posita. s. coniunctio, maris, & fœminę filiorum procreatio, & educatio illorum vel conuenit homini ex parte naturæ ipsius differentiæ. s. rationis, qua homo differt ab alijs animalibus, & iuxta hunc modum respōdent iuri naturali sequentia exempla, quæ non habent locū nisi in homine, & ita omnia exempla respondent iuri naturali, prout in communitate sua accipitur iustum naturale pro eo. s. ꝙ secundum absolutam suam rationem, commen
33 surationem, & adæquationem habet ad alterum. [Acquisitio eorum, quæ in cœlo.] i. in aere, quia accipiendum est, de his, quæ in nullius sunt bonis. † Notandum, ꝙ secūdū Arc. 5. modis res dicitur in nullius bonis. s. Natura, vt homo liber, mare & huiusmodi. Facto vt cum quid pro derelicto habetur vt notatur. 14. q. 5. si quid inuenisti, censura, populi, vt res sacra, communia vniuersitatis. 12. q. 2. vtrum. &. ca. qui manumittitur. Tempore, vt thesaurus. Casu, vt iacens hæreditas [Depositæ rei] Contra de iure scripto est, ꝙ depositum restituatur, vt patet de deposito. ca. 1. & 2. Item de commodato, vt extra, de commo. c. vnico. & violentiæ repulsio, vt extra de homic. c. significasti. ¶ Respōdeo, ꝙ ista non tantum de iure scripto habetur, sed etiam naturali, & originaliter à naturali pedent. Præterea, vt dicit S. Th. in 4. di. 6. item secundum diuersa non est inconueniens, ꝙ diuersas habeat institutiones.

Alexāder de Halis. — S. Tho. — Archid.

2 *Ius naturale, & ius humanum qualiter differant.*
4 *Ius ciuile à lege naturali dicitur dupliciter deriuari. Et quid dicatur ius ciuile. nu. 7. Et dicitur dupliciter. nu. 8. Et multipliciter. nu. 10.*
5 *Iura intantum dicuntur tracta ex iure naturali, inquantum regulata sunt ratione.*
6 *Ratio dupliciter consideratur.*
9 *Ciuitas vel collegium potest sibi aliquod ius constituere.*



IVs ciuile. Hic prosequitur magister Gratianus secundum mēbrum diuisionis, declarans, quid est ius ciuile. dicens. [Ius ciuile est, quòd quisq; populus, vel ciuitas sibi proprium diuina, humanaque causa constituit]. Et sunt verba Isidori. li. 5. etymologiarum. c. 5. [diuina, humanaque causa]. i. contemplatione Dei, & hominum, videlicet ad reuerentiam Dei, & vtilitatem hominum. [constituit]. ff. de ins. & iure. l. ius ciuile, sic describitur. Ius ciuile est, ꝙ nec in totum à naturali iure, vel gentium recedit nec per omnia ei seruit. Pro ampliori huius notitia quæruntur duo.

1 ¶ † Primo vtrum conuenienter diffiniatur ius ciuile in litera, cum dicitur. Ius ciuile est, quod quisque populus, vel ciuitas sibi proprium diuina humanaq; causa constituit.
3 ¶ Secundo vtrum ius ciuile deriuetur à iure naturali.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod non conuenienter diffiniatur ius ciuile, cum dicit, ꝙ sit [ꝙ quisque, &c.] Primo sic. Ius politicū idem videtur esse, ꝙ ius ciuile. Nam politicum græce, idem est, ꝙ ciuile latine. Sed ius politicum Aristoteles diuidit in 5. Ethic. in naturale, & legale, ergo male diffinitur hic vniuersaliter ius ciuile, ꝙ quisque populus, vel ciuitas sibi proprium constituit, consequentia patet, quia ius politicū naturale non habetur aliqua constitutione, vt in præcedenti. c. dictum est. ¶ Secundo sic. Ius ciuile non solū constituitur è populo, sed principaliter à Rege, vel Imperatore: vñ insti. de iure naturali. §. qđ principi placuit. dicitur, ꝙ solus Imperator potest constituere, ergo inconuenienter diffinitur cum solum populus vel ciuitas in diffinitione, tanquā causa factiua iuris ponitur. ¶ Tertio sic. Ius canonicum, cum non sit naturale, est ciuile, sed hoc non constituit populus, vel ciuitas, sed summus Pontifex. vt 25. q. 1. §. ex his, ergo, &c. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. quæ sunt verba beati Isidori. li. 3. etymologiarum. Quare dicimus, ꝙ diffinitio iuris ciuilis in litera posita, est conuenienter assigna-
2 ta. † pro qua conclusione notandum, ꝙ vt supradictum est, hæc est differentia inter ius naturale, & ius humanum, ꝙ ius naturale habet vim suam ante omnem legem practicam, siue constitutionem, & ante omnem consuetudinem introductam ex ipso naturæ instinctu. Ius vero humanum ex constitutione, vel consuetudine introducta habet vim, & ideo conuenienter, cum diffinitur ius ciuile, ꝙ distinguitur à naturali dicitur, ꝙ sit, ꝙ populus, vel ciuitas sibi constituit, patet autem conuenientia istius diffinitionis. Datur. n. per causas, quæ concurrere debent ad diffinitionem conuenientem alicuius rei. Datur. n. per genus suum, cum dicitur, ꝙ [est ius] datur per differentiam, cum dicitur [proprium] & sic distinguitur à iure gentium. Datur per causam efficientem cum dicitur [ꝙ populus, aut ciuitas.] Intellige etiam, aut princeps. Datur per causam finalem, cum additur [diuina, humanaque causa constituit] ꝙ. s. finis institutionis iuris ad honorem diuinum, & vtilitatem hominum, siue reipublicæ. ¶ Secundò notandum quod. ff. de iusti. & iure. Ius ciuile. sic describitur. Ius ciuile est, ꝙ nec in totum à naturali, iure, vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit. Bene dicitur, ꝙ non in totum recedit à iure naturali, vel iure gentium, quia alias ius ciuile non esset ius, sed iniuria, aut exorbitatio à iure, ꝙ non dicitur. Subditur autem, nec per omnia ei seruit, quia ius ciuile multa, quæ absolute

Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit. et Respo. — Diffinitio altera Iur.

solute considerata, bona esse videntur, non obseruat vniuersaliter, quia illa in certis casibus non videntur reipublicæ conuenire, cuius expedientiam maximè respicit ius ciuile, sicut est restitutio rei depositæ illi, qui reipublicæ factus est hostis, sicut supradictum est, & infra dicetur plenius.

Ad primũ arg. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam dicẽdum, ꝙ aliter capitur ius ciuile apud iuristas, & aliter apud Philosophum. Apud iuristas capitur, prout distinguitur contra naturale, & est positiuum, & proprium alicui ciuitati, sicut patet ex distinctione in litera posita. Apud vero philosophum ius ciuile, siue politicum dicitur, quo ciuitas vtitur inter ciues, & hoc modo ius ciuile potest esse naturale, & aliquid nõ naturale, quia ciuitas vtit vtroque, quare ius politicum, siue ciuile isto modo est commune ad vtrunque, non autem ius ciuile, vt diffinitur in litera.

Ad secũdã. Ad secundam respondent quidam, ꝙ hæc diffinitio designatur ꝭm antiqua tempora. Quod vero inducitur, ꝙ solus imperator potest constituere intelligitur secundũ moderna. Alij dicunt, ꝙ illud, in quo dicitur, ꝙ solus imperator potest constituere ius ciuile, intelligatur de iure in generali. Quod vero dicitur hic, inteligatur de iuribus particularibus, quæ possunt ciuitates instituere. arg. 1. 11. di. catholica. ¶ Potest etiam tertio responderi, negando consequentiã, quia licet in diffinitione solum nominatur populus, & ciuitas, nihilominus maximè Regis est ius concedere, aut Principis. Vnde S. Tho. in 2. 2. q. 50. ar. 1. dicit, ꝙ maxime Regis est legem ponere, & si alijs conueniat, non conuenit eis, nisi ꝭm ꝙ participant aliquid de regimine Regis cum in corpore semper intelligatur caput, à quo in totum corpus rei publicæ est influxus regiminis. Et ita constitutum à Principe, vel approbatum ab eo. & alicui ciuitati accommodatum ius ciuile dicitur. Ita licet princeps non nominatur in descriptione, intelligitur tamen, vt sit sensus: Ius ciuile est, quod princeps, vel quisque populus, siue ciuitas sibi proprium constituit. (S. Tho.)

Ad tertiũ. ¶ Ad tertiam respondetur dupliciter. Primo, ꝙ hic diffinitur ius ciuile, siue humanum, quod. s. homines seculares posuerũt. Et sic distinguitur cõtra ius canonicum, quod non est simpliciter humanum, quia quamuis homines constituerint, illud tamen, quia de re diuino abstractum est, & in obsequium diuini iuris ordinatum, ideo est simpliciter humanum. ¶ Secundo potest dici, ꝙ etiam diffinitio posita intellecta, sicut expositum est, potest conuenire iuri canonico, quia ius canonicum ab ipso summo Pontifice, vel ab ipsa ecclesia in vniuersalib. concilijs institutum est, quæ in sancta scriptura sæpe populus, & ciuitas nominatur.

Primũ ar. 3 Ad secundum. Sic proceditur, † Et videtur, ꝙ ius ciuile non deriuetur à iure naturali. Primo illud. n. quod recedit à iure naturali non deriuatur ab eo, sed ius ciuile, vt patet ex diffinitione inducta. ff. de iusti. & iure. recedit quandoque à iure naturali, & si nõ in totum: ergo videtur, ꝙ non deriuetur ab eo.

Secũdũ ar. ¶ Secundo sic dicit Philosophus. 5. ethic. ꝙ iustum legale est, quod ex principio quidem nihil differt, vtrum sic, vel aliter fiat: sed in his quæ oriunt̃ à iure naturali, differt an sic, vel alier fiat: go ius ciuile non deriuatur à iure naturali.

Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. ius ciuile distinguitur contra naturale, vt per Isidorum. 5. etymologiarum. c. 3. & in prima hac distinctione. c. ius autem. & per Philo. 5. ethicorum. Sed ea, quæ deriuantur à principijs communibus iuris naturalis, sicut conclusiones, pertinent ad ius naturale: ergo ea, quæ sunt de iure ciuili nõ deriuatur à iure naturali.

Quartũ ar. ¶ Quarto, quæcunque diuidũt vnũ commune, sunt oppositarum differentiarum, sed ius ciuile diuiditur contra ius naturale, vt dictum est in. c. ius autem, ergo cum dlfferentia constituens ius naturale sit, proficisci à natura: ergo videtur, quod ius ciuile non sit huiusmodi.

Quintũ ar. ¶ Quinto ius naturale est idem apud omnes, dicit. n. Philosophus. 5. ethicorum. ꝙ iustum naturale est, quod vbique eandem habet potentiam. Si ergo leges humanę à naturali iure deriuarentur, sequeretur, ꝙ etiam ipsę essent eędem apud omnes, quod patet esse falsum.

Sextũ arg. ¶ Sexto sic. sequitur, si ius humanum proficiscitur, siue trahitur à natura, videtur, ꝙ nullum ius sit positiuum, quod est falsũ.

Septimũ ar. ¶ Septimo sic. eorum, quæ à iure naturali deriuantur, potest aliqua ratio assignari, sed non omnium, quæ à moribus instituta sunt, ratio reddi potest, vt ait iurisconsultus. l. nõ omnium. ff. de legi. non ergo ius ciuile à iure naturali deriuari dicendum est.

Opponit ĩ contrariũ. ¶ In oppositum arguitur sic. Primo dicit Tul. in sua rhetorica. res à natura profectas, & à consuetudine approbatas, legum metus, & religio sanxit.

Secũda op. ¶ Secundo sic. Dicit idem Tull. in fine rhetoricæ, ꝙ omne, quod à ratione non progreditur, iniustum est, sed nullũ ius iniustum est, ergo omne ius progreditur à ratione & per consequens à iure naturali, ꝙ ab ipsa dicitur.

Tertia op. ¶ Tertio ius ciuile, aut progreditur à natura secundum rectitudinem rationis, & si sic, habetur propositum. Aut præter naturam, & ita præter rationẽ, & tunc erit corruptum, & distortum in moribus, quod non conuenit alicui iuri: ergo, &c.

¶ Respondet dicendum, ꝙ ius ciuile deriuatur à iure naturali, patet ista conclusio ex rationibus factis. Præterea probatur sic iuxta S. Th. in 1. 2. sicut Augustinus dicit in primo de li. ar. nõ videtur esse lex, quæ iusta non fuerit. Vnde in quantum habet de iustitia, in tantum habet de virtute legis, in rebus autem humanis dicitur aliquid esse iustum ex eo, ꝙ est rectum secundum regulam rationis, rationis autem regula prima est lex naturæ, ergo omnis lex humanitus posita, in tantum habet de ratione legis, inquãtum à lege naturæ deriuetur. Si vero in aliquo à lege naturali discordet, iam non est lex, sed legis corruptio: ergo sequitur, ꝙ ius ciuile, si iustum est, à iure naturali progrediatur. Sed sciendum est iuxta S. Tho. in 1. 2.

4 quæstio. 95. † quod à lege naturali dupliciter dicitur deriuari. Vno modo sicut conclusiones ex principijs. Alio modo, sicut, determinationes quędam aliquorum communium. Primus quidem modus est similis, eo quod in scientijs ex principijs conclusiones demonstratæ producuntur. Secundus vero modus similis est, ꝙ in artibus formæ cões determinantur ad aliquid speciale, sicut artifex formam cõmunem domus necesse est, ꝙ determinet ad hanc, vel ad illam domus figuram. Deriuantur ergo quędam à principijs communibus legis, siue iuris naturalis per modum conclusionum, sicut hoc, quod est, non esse occidendum, vt conclusio deriuari potest ab eo, quòd est nulli esse malum faciendum. Quædam vero per modum determinationis, sicut lex naturæ habet, ꝙ ille qui peccat puniatur, sed, ꝙ tali pœna puniatur, hæc est quædam determinatio legis naturæ, vtraque autem inueniuntur in iure ciuili, siue lege humana, positiua. Sed ea q̃ sunt primi modi cõtinent in lege humana non tanquã sint solum lege posita, sed habent etiã aliquid vigoris ex lege naturali. Sed ea, quæ sunt secundi modi ex sola lege humana vigorem habent. (S. Thom.)

5 Ex istis ergo colligimus † ꝙ omnia iura in tantum dicuntur tracta ex iure naturali, inquantum regulata sunt ratione. quia omne iustum progreditur à ratione. Sed ista videtur differentia inter illa, quæ per modum cuiusdam determinationis, quia prima dicuntur regulari ratione, siue trahi ex ratione, sumpta absolute ex ipsa natura rei, sicut hoc, ꝙ est, ꝙ latro, siue maleficus puniatur. ¶ Secunda vero dicũtur trahi, vel progredi ex ratione, non quidem ex ratione sumpta absolute ex natura rei, sed consideratione habita ex conditione loci, tẽporis negotij, vel personarum, sicut, ꝙ in tali patria suspendio puniatur latro, & in alia pœna, & sic de alijs. Et ista pertinet ad ius positiuum, in quibus, vt inquit Aristoteles, ꝭm se consideratis nihil differt vtrum sic, vel aliter fiant. In primis ergo consideratur natura rei, in secundis vero expedientia reipublicæ, ex consideratione conditionis, loci, temporis, & personarum.

Albertus. Dominus vero Albertus. in q. de virtutibus, hãc conclusionem breuiter expediens ponit duos modos, quibus, ius humanũ egrediatur leuiter à natura. s. quoddam, quod est suppositum sub iure naturali specificatum, quoddã autem approbatione voluntatis, & vulgi, quod est particularium casuum per accidens ad ius naturale reductorum, per accidens tamen dico, quia per aliquid, quod ex voluntate hominum interuenit, quod, si non interueniret, aliter iudicaretur de ipso, sicut pactio, vel fauor personæ, vel negotij, vel vitæ, ratione quorũ conceduntur priuilegia, & dispensationes, & iura in fauorem inducta, & per hoc patet solutio ad omnia quæsita, quæ sunt de hac materia. Hæc Albertus.

Ad primũ arg. ¶ His habitis, dicendũ est ad rationes. Ad primam, cum obijcitur ex diffinitione data. ff. & c. dicendum, ꝙ ius ciuile nõ dicitur recedere à iure naturali, vt dicat non esse bonum, aut æquum, quod ius naturale bonum, & æquum dicit, aut bonum esse, quod ius naturale prohibet. Sed pro tanto, quia sunt aliqua, quæ licet sint bona natura eorum secundum se considerata, nihilominus, quia istis certis casibus no sunt expedientia reipublicæ, ius ciuile, quod maximè respicit expedientiam pu-

expedire

blicam,illa non obseruat, & ita dicitur recedere à iure na-
turali, quia obseruatio illius in certis casibus non videtur
expedire reipublicæ, sicut, ꝙ aliquis deponat aliquam rē
pœnes aliquem, & post faciat aliquod delictum, ꝑꝑ quod
deportetur,& bona confiscantur, depositarius secundũ ius
naturale debet sibi reddere rem suam. Secundum ius vero
ciuile,debet afferre in medium,& portare iudici. Nam ex-
pediēs est reipublicę,vt mali egestate laborēt, vt prætextu
pœnę eorum alij retrahantur à malo,nec propterea ius ci-
uile est dicendum iuri naturali contrarium, aut iuri gētiũ.
Non.n.mirandum est,ꝙ aliquid sit de iure naturali,& tñ ab
eo recedatur propter expedientiam publicam sibi vendi-
cantem locum ad oppositum, sicut supra ponebam exem-
plum,de gladio non restituendo furibundo, aut hosti rei-
publicæ, vnde etiam proijcere merces in mari est malum,
& tñ interdũ habet rationem expediētis, idē etiā abscissio
membrorum.Vel dicendũ,ꝙ istud ius dicitur recedere.i.di
stare à iure naturali,quod est naturali instinctus, quod etiā
est commune bestijs,& feris syluestribus,vt apparet ibidē,
Ad secũdũ. & sic ratio non est ad propositum. ¶ Ad secundum dicen-
dum,ꝙ philosophus loquitur de illis,quæ sunt lege positi-
ua vel ad determinationem vel specificationem q̄dā præ-
ceptorum legis,siue iuris naturalis.Hæc autem(vt dictum
Ad tertiũ. est)ex sola legis positione auctoritatem habent. ¶ Ad ter-
tium dicendum, ꝙ ratio illa procedit de his, quæ deriuam
tur à lege naturę tanquam conclusiones, quæ etiam(vt di-
ctum est)ex naturali iure vigorem habent,& non solum ex
Ad quartũ institutione humana. ¶ Ad quartũ dicendum,ꝙ illæ non
non sunt differentiæ,quibus differunt ista iura, quia omne
iustum proficiscitur à natura,cum omne tale proficiscatur
Albertus. à ratione. Sed notandum,quod,vt dicit Albertus super.5.
6 ethicor.†ratio dupliciter potest considerari.Aut inquantũ
est natura,aut inquantum est ratio.Si consideretur ratio,vt
natura hominis,non inquantum dat esse, quia sic nullum
ius exit ab ea: sed in quantum est principium humanarum
operationum,quę absolute pertinent ad humanum bonũ,
in quo homo secundum se perficitur, & sic procedit ab ea
iustv naturale primo, & secundario illud,quod Tull. vocat
profectum ab huiusmodi iusto per approbationem consue
tudinis,& sanctionem legis diuinæ,vel humanæ. Sed quia
expedit homini,inquantum est ciuilis, ordinationem ha-
bens ad alium,quod forte per se non esset sibi expediēs,aut
etiam nociuum,cuius actio est ex malitia alterius,sicut oc-
cidere in casu illum,qui te occidere conatur, oportet etiā,
ꝙ de his conferat ratio,vt eligat minus malum, & impedit
maius, & hic est actus rationis,non inquantum est natura,
sed inquantum est ratio, quæ se habet ad opposita, & sic à
ratione procedit iustũ,quod est tm̄ ex lege, virtutē habens,
sicut inducta est priuata possessio,vt euitarentur cœdes, &
iniuriæ,quæ consequebantur ex communi possessione, &
omnia huiusmodi,quæ propter aliquam vtilitatem,& pro-
pter vitandum incommodum maius, vetustas in morem
vulgi approbationem produxit,& lege sancitum est. Non
est ergo differentia legis naturalis à ciuili, ꝙ ciuile ius non
proficiscatur à ratione,quæ natura est, quoniam alias ius ci
uile non haberet rationem iusti,& æqui, sed bene verũ est,
ꝙ ea quæ sunt iuris naturalis emanant à ratione, inquanrũ
natura est.ea autem, quæ tantum iuris naturalis sunt à ra-
tione inquantum ratio,non inquantum natura,quia(vt di-
ctum est)non emanāt à ratione, quæ sunt considerata natu
ra rei absolutæ, sed à ratione ratiocinante ex conditione
personarum, loci, temporis, & negotiorum quod expe-
Ad quĩtũ. dientius sit,aut conuenientius reipublicæ.¶ Ad quintum,
cum dicitur,quòd ius naturale est idem,&c. Negatur con-
sequentia, quia licet principia communia iuris naturalis
sint eadem apud omnes, nihilominus applicari non pos-
sunt eodem modo omnibus propter multam varietatem
rerum humanarum, & exinde prouenit diuersitas ciuilis
iuris,siue legis positiuæ apud diuersos, sicut fur puniendus
venit aliter apud vnam gentem.& aliter apud aliam,& ali-
ter vno tempore.s. magnæ caristiæ, rerum, & aliter forte
Ad sextum. tempore,in quo res plurimum abundaut.¶ Ad sextum re-
spondetur, negando consequentiam ratione iam dicta,
ius enim positiuum(vt inquit Albertus magnus,vbi supra)
nunquam repugnat naturæ, quia aliter non esset ius, sed
iniuria, & ideo omne ius tractum est de naturali iure
aliquorum duorum modorum propositorum, quod facile
est videre(inquit Albertus)in singulis iuribus, quæ vel sunt
generalia,vel specialia,& si generalia, patet, quòd à natura
deriuantur primo modo. Si autem specialia,tunc specialis
ratio facit,vt pactum,vel factum speciali fauore, vel expro
bratione dignum, quod est progredi secundo modo sicut
dictum est supra.¶ Ad septimum dicit Sanctus Tho. quòd Ad septimum.
verbum illud iurisperiti, intelligendum est in his,quę sunt
introducta è maioribus circa particulares determinatio-
nes legis naturalis, ad quas quidam determinationes se
habet expertorum,& prudentium iudicium, sicut ad quæ-
dam principia, inquantum scilicet statim vident, quid
congruentius sit particulariter determinari, vnde Philo-
sophus dicit 5.ethicorum, ꝙ in talibus esset attendere ex-
pertorum,& seniorum,vel prudentium in demonstrabili-
7 bus enuntiationibus,& opinionibus non minus,quam de-
monstrationibus.Sequitur litera.¶ Ius ciuile.†Ius ciuile di Exponit literam.
8 citur,vt dicit Hugo,quod ab ipsa ciuitate est constitutum,
& confirmatum.†Et dicitur dupliciter.s.simpliciter, & se-
cundum quid,cum dicitur simpliciter, propriè dicitur ro-
manorum antonomastice. Dicitur secundum quid.i.cum
adiuncto ex diuersis adiunctis variatur vti ciuile, Atheniē
sium,vel Lacedemoniorum, vel Pysanorum,& huiusmo-
9 di.vt habetur in,§.sed ius.instit,de iure naturali.[Populus,
a vel ciuitas.] argum.† quòd quæcunque ciuitas,vel colle-
gium potest sibi aliquod Ius constituere.a instit. de iure na
tu..§.1.ad onus tamen,non ad honorem,argu.8.quæst.1.in
scripturis.[sibi.]vbi no.quòd talis lex solos de populo, aut
ciuitate astringit, nisi princeps etiam velit alias ciuitates
constringere.[Proprium].i.sicut dictum est se ipsum tantũ
constringens, sicut patet in particularibus constitutioni-
bus,siue consuetudinibus: Vt disti.11.catholica,vt de con-
secrat.dist.3.cap.1.[diuina humanaque causa].i. pro salute
animæ, & salute corporis, siue pro ecclesiasticis rebus, &
temporibus, vel ad reuerentiam Dei, & vtilitatem publi-
cam,vnde si lex aliquid contra Dei reuerentiam,aut vtili-
tatem publicam contineret,repellēda est,vt in.c.non licet.
& cap.constitutionem.dist. quarta.Estetiam hic notandũ,
10 sicut volcit gloss.in cap. ius naturale.†quòd ius ciuile mul-
tipliciter dicitur,quandoque enim dicitur ius ciuile, quod
nou est naturale,nec ius gentium.Et secundum hoc ius ca-
nonicũ dr̄ ius ciuile,nec distinguit̄ contra canonicũ.Quan-
doque dicitur ius diuile,ius.12.tabul. Quarto modo dici-
tur ius ciuile ad differentiam iuris prætorij.verum in glos.
inst.de iure nat,§.ius autem.dicitur,quòd ius ciuile dicitur
sex modis.

a ¶ Ius constituere. tu adde, ꝙ ēt contra ius cōe,dũmodo nō in ꝑ iudiciũ certæ persònę in no in c. veniens in ve: s. exceptionē de iurei.Bar l. toties.§ 1.ff.de po. & in l.de t. ff.de testa. mi. bal. in aut.habita 3.no.C.ne fil.pro patre.

2 *Ius gentium quid dicatur.*
Et qualiter distinguatur à iure naturali.nu. 3.
4 *Ius positiuum diuiditur in ius gentium,& ciuile.*
5 *Ius gentium,& ius consuetudinarium differant in duobus.*
8 *In bello iusto tria sunt consideranda.*
10 *Seruitus multis modis accipitur.*
11 *Homo dicitur natura media inter summum,& infimum.*
12 *Seruitutem potest quis incurrere multis modis.*
13 *Seruorum origo in latina lingua, vnde habuerit originem.*
14 *Seruitus ad Deum introducta est de lege naturali, & diuina.*
Et vnde seruitus peccata.nu 15.
Vnde seruitus,qua inferiores suderioribus numer.6.
Quid de captis in bello iusto.nu.17.
28 *Seruitus, vt est pœna instincta delinquenti,est de iure gentium.*
Et vt importat quandam determinationem pœnæ,est de iure ciuili.num.19.
22 *Postliminium quid sit.*

Vs gentium. Hic prosequitur ma
gister Gratianus,ter
tium membrum diuisionis declarans,
quid sit ius gentium. Et diuiditur in duas
partes:in prima ponit exempla de his,quę
dicuntur esse iurisgentium. In secunda po
nit interpretationem nominis, quare sic appelletur.ibi.Ius
autem gentium. ¶ Circa primam partem magister Gra-
tianus capiens à beato Isidoro, vbi supra dicit, quòd ius
gentium est sedium occupatio.Pro pleniori intelligētia hu
ius.c.quæruntur sex.
1 ¶ Primo,vtrum conuenienter diffiniatur ius gentium, cũ
dicitur in litera,quòd est sedium occupatio,&c.

6 ¶ Secundo, vtrum occupatio sedium sit de iure gentium.
7 ¶ Tertio, vtrum bellum ortum habuerit à iure gentium.
9 ¶ Quarto, vtrum seruitus sit de iure gentium.
20 ¶ Quinto, vtrum prohibitio connubiorum cum alienigenis sit de iure gentium.
21 ¶ Sexto, vtrum conuenienter assignentur in litera ea, quæ sunt de iure gentium.

1 Ad primum. Sic procedit. † Et videtur, quòd inconuenienter diffiniatur ius gentium, cum dicitur, quod sit occupatio sedium, &c. Primo sic diffinitio cum sit oratio explicans, quid est esse rei (vt habetur quarto metaphysi.) prædicatur de diffinito, sed hoc est falsum, quod ius gētium sit sedium occupatio, & sic de alijs positis in litera: ergo inconuenienter diffinitum est ius gentiū in præsenti litera. ¶ Secundo videtur, quod est inconueniēter diffinitum ius. Dicitur. ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. Est, quod ratio naturalis constituit inter omnes homines. Nihil est autem communius omnib. gentibus, nisi id, quod est naturale omnibus, sed ius gentium cum distinguatur à iure naturali, hic in præsenti litera, quia, cum diuiditur illi: ergo non potest dici naturale, & per consequens non est cōmune omnibus gentibus, & per consequens inconuenienter diffinitur hic in litera. ¶ Tertio arguitur contra interpretationem, quæ datur in litera, cum dicitur. Ius gentium est, quia eo fere omnes gentes vtuntur, ista interpretatio videtur conuenire iuri consuetudinario, vnde. s. in. §. consuetudo, interpretata est consuetudo, quia in communi est vsu hominum. Sed ius consuetudinarium est ius gentium, distinguuntur ergo, vel hic male interpretatur ius gentium, vel ibi consuetudo, &c. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. quod est beati Isidori. ¶ Respondet dicendum, quod ius gentium in præsenti capit. non diffinitur proprie, sed est quasi quædam descriptio per suos effectus, illa enim, quæ in litera ponuntur non sunt essentialiter ius gentium: sed magis effectus, siue constituta iuris gentium, vera autem diffinitio eius est illa, quæ ponitur. ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. vbi dicitur. † quod vera naturalis ratio inter omnes homines constituit id apud omnes gentes, peræque custoditur, vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtūtur, itaque ius gētium dicitur id, quod ratio naturalis apud
3 omnes homines constituit. † Sed est hic dubitatio, quomodo distinguatur ius gētium à iure naturale, vtrum sint duo iura formaliter distincta. Ad hoc respondet dominus Durandus in tractatu suo de legibus sub tribus conclusionib. Prima est, quod ius naturale & ius gentium non distinguuntur formaliter, quam conclusionem probat sic. Illæ conclusiones non habent diuersitatem formalem, quæ reducuntur in idem medium formale. Nam sicut conclusio accipit suā entitatem ex principio, sic suam distinctionem formalem. Nunc autem sic est, quod in conclusionibus iuris naturalis, & iuris gentium fundamentum est ipsa natura absolute considerata: ergo non est inter ea diuersitas, nisi secundum quid, vnde conclusiones iuris naturalis, & iuris gentium non distinguuntur, nisi, quod illæ conclusiones dicuntur esse iuris naturalis primeui, ad quarum obseruationem inest inclinatio communis omnibus animalibus, & illæ dicuntur iurisgentium ad quarum obseruationem inest inclinatio communis omnibus hominibus. Et ideo quia non habent distinctionem, nisi secundum quid, inquit præfatus dominus Durandus, quòd ius gentium dicitur interdum ius naturale, vt instituт. de rerum diuin. §. in singulorum. ¶ Secunda conclusio est, quod ius naturale, vt est commune ad ius naturale primeuum, & ad ius gentium. distinguitur formaliter à iure ciuili, quam conclusionem sic probat. Omnes illę cōclusiones habent distinctionem formalem, quæ reducuntur in diuersa principia formaliter distincta. Sed cōclusiones iuris naturalis, & iuris ciuilis sunt huiusmodi. Nā conclusiones naturales iuris respiciūt naturam rei absolute consideratam. Conclusiones vero iuris ciuilis respiciunt expedientiam publicam, ergo huiusmodi iura distinguuntur formaliter. ¶ Tertia conclusio, quod non possunt esse nisi duo iura formaliter distincta, quam probat sic. Quot possunt esse principia fundantia conclusiones politicam tot possunt esse iura. Nam secundum variationes principiorum, fit variatio conclusionum, sed non possunt esse plura principia, quam vt dictum est, quia quidquid est faciendū, oportet quod sit faciendum, vel quia hoc dictat natura rei absolute sumpta, vel expedientia publica: ergo, &c. ¶ Nobis autem sequendo doctrinam Beati Thomæ videtur aliter dicendum, quàm Durandus dictat in prima, & tertia cōclusione. Dicimus. n. primo, quod licet ius gentium (vt in superioribus diximus) sit naturale, vt naturale sumitur à natura propria hominis, non tamen oportet, quod omne quod est naturale, hoc modo, dicatur ius gentium. Nam aliquid est ita simpliciter naturale, sicut sunt prima principia vniuersalia iuris naturalis, quod propriè ratio non constituit, sed ratione insertum est. Vnde Tullius diffiniendo ius naturale dicit, quòd est ius, quod non opinio genuit, &c. & ad hoc genus pertinere videntur ea, quæ iusta sunt absolute natura eorum considerata, sicut sunt illa præcepta iuris naturalis, de quibus in primo cap. huius distinctionis dictum est. Non facies alij, quod tibi non vis fieri, &c. Ius autem gentium (vt dicit S. Thom. in 2. 2.) non respicit id, quod secundum sui absolutam rationem est iustum, vel alteri cōmensuratum, sed quod est iustum secundum aliquid, quod ex ipso sequitur, sicut exemplificat de proprietate possessionum, ad quam sequitur pacificus vsus earum, & maior opportunitas colendi, vnde idem S. Thom. dicit in prima, secunda q. 97. arg. vltimo. † quòd ius positiuum diuiditur in ius gentium, & ciuile, secundum duos modos, quibus aliquid deriuatur à lege naturæ. Nā ad ius gentium pertinent ea quæ deriuātur ex lege naturæ, sicut conclusiones ex principijs, vt iustæ emptiones, & venditiones, & alia huiusmodi, sine quibus homines viuere non possunt, quia est de lege naturæ, quia homo est naturaliter animal sociale, vt probatur primo politicæ. Quæ vero deriuantur à lege naturæ, per modum particularis determinationis pertinent ad ius ciuile, secundum quòd quælibet ciuitas aliquid sibi ad commodum determinat. Hæc S. Tho. Ex quibus patet, quòd prima conclusio cum fundamento suo sit falsa. Preterea hoc idem aperte deducitur ex his, quæ attribuuntur iuri naturali, vt dicitur etiam à ratione naturali, & ex his, quæ attribuūtur iuri gentium. Nam iuri naturali, vt est proprium, soli homini attribuitur Tullius. religionē pietatem, gratiā, &c. vt dictum est supra, iuri vero gentium attribuitur in præsenti litera, sedium occupatio. bella, captiuitates, seruitutes, &c. Manifestum est autem, quod tanta diuersitas attributorum maiorem distinctionem arguat in iure naturali, & iure gentium, quā illa, quæ fuit assignata. Ex quibus etiā patet falsitas tertiæ conclusionis, in qua dicitur, quod solū sunt duo iura simpliciter distincta. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam patet respōsio ex dictis. Dicitur enim, quod hic non ponitur diffinitio propria iurisgentium, sed est quædam descriptio, quæ est quædā declaratio maior, quam id quod solo nomine iurisgentium exprimitur, & talis potest fieri de aliquo per posteriora, sicut causa describitur per suos effectus, cuiusmodi est descriptio posita in litera. ¶ Ad secundam dicendum, quod ius gentium (vt dictum est superius in c. est autem alia diuisio iuris.) aliquo modo distinguitur à iure naturali, & aliquo modo non distinguitur autem à naturali, secundum quod ius naturale sumitur à natura in genere communi hominum, & alijs animalibus. Comprehenditur autem sub iure naturali, secundum quòd sumitur à natura propria hominum, puta à natura rationali eo modo, quo explicatum est. ¶ Ad
5 tertiam dicendum, quod non est eadem interpretatio iurisgentium, & iuris consuetudinarij. † Differunt. n. in duobus. Primo quia ius gentium extendit se ad omnes homines. sic autem non omne ius consuetudinarium. Secundo, quia cum iure gentium vtūtur omnes gentes instinctu rationis naturalis, ius vero consuetudinarium trahitur ex moribus hominum. Et inde est, quod ius gentium vnum est apud omnes, & ius consuetudinarium varium.

6 Ad secundum. Sic proceditur, † Et videtur, quod sedium occupatio non sit de iure gentium. Primo sic. id quod est contra præcepta rationis naturalis, non potest pertinere ad ius gentium, patet, cum ius gentium sit id, quod ratio naturalis inter omnes homines constituit. Sed occupare alienum, est contra præcepta iuris naturalis, vt puta contra illud. Non concupiscas rem proximi tui, non furtum facies. ¶ Secundo sic, illud, quod habet contrarietatem ad iustitiam, non potest pertinere ad ius gentium, sed occupare res alienas est oppositum iustitiæ, quæ reddit vnicuique, quod suum est: ergo sequitur, quod occupatio sedium, siue dignitatum alienarum non pertinent ad ius gentium. ¶ Tertio sic, furtum nihil aliud videtur

Primū ar.
Secūdū ar.
Tertiū ar.
Opponit. et Respō.
Durandus.
Prima cōclusio.
Secūda cōclusio.
Tertia cōclusio.
Contra durandum.
S. Thom.
Ad primū arg.
Ad secūdū.
Ad tertiū.
Primū ar.
Secūdū ar.
Tertiū ar.

detur esse, quàm occupatio rei alienæ, inuito domino, sed furtum non pertinet ad ius gentium: ergo nec occupatio sedium alienarum. In oppositum est tex. præsentis. c. quod est beati Isidori. ¶ Respondet dicendum, ꝙ conuenienter describitur ius gentium [sedium]. i. dignitatum hostium occupatio, patet ista cõclusio. Apud enim omnes gentes hoc videtur ratione naturali obseruatum esse, vt habita victoria de hostibus iusto bello, quicunque victor alicuius regiã vel potestatis occuparet locum, & dignitatem, eius de cætero inconcusse teneret, & hoc est licitum vt. 23. q. 7. si de rebus. Ad rationes in oppositum. Ad omnes simul respondetur, ꝙ occupatio sedium hostium per iustũ bellum authoritate principis institutum, de qua hic loquitur tex. non est occupatio rei alienæ, sed iam rei factæ propriæ, res. n. quæ primo erant alterius, iusto bello translatæ sunt in dominiũ victoris. 23. q. 5. dictat, & insti. de re. diui. §. item ea, quæ ex hostibus. ff. de acquir. re. do. l. naturalē. §. vltimo, & ita est isto casu, quod licite, & iuste possideñtut & occupẽtur res capta ab hostibus, sic filij Israel expellentes de terra promissionis diuersos reges idolatras iustè occuparunt bona, & loca eorum, sicut diffuse patet Iosue. 11. c. Est tamen verum, ꝙ etiã hoc non modo iure gẽtium, sed mandato Dei egerunt. Siue ergo sedes dicantur dignitates, siue loca, siue aliæ res licitæ occupantur in prædicto casu. Sic ergo, cum talis occupatio non sit rei alienæ, non est contra præceptũ legis naturalis, siue diuinæ, sicut præsupponebatur in primo artic. nec cõtra iustitiam, quod præsupponebatur in 2. artic. nec habet rationem furti, quod prætendebatur in 3. articulo. Quare rationes factæ in oppositum non militant contra propositum.

Opponit et Respõ.

An õés ar.

7 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ bellũ ortum non habuit à iure gẽtium, sed à iure diuino ortum habuerit. Primo sic. Omnis facultas tẽdẽs in bonum, à Deo ortum habet, nedum permissiue, sed etiam effectiue, sed facultas belli iusti indicendi tendit in bonum, ergo à Deo ortum habet. Maior est manifesta, cũ Deus sit prima causa, & fons omnis boni, secũdum illud Iaco. primo. Omne datum optimum, & omne donum perfectum descendens à patre luminum. Minor patet, quia bella gerimus, vt pacem habeamus. Esto ergo bellando pacificus, vt eos, quos expugnas, ad pacis vnitatem vincendo pducas, ait Aug. 23. q. 1. c. noli. Est igitur finis belli pax, & trãquillitas reipublicæ: ergo videtur à Deo ortum habuisse.

Primũ ar.

¶ Secundo idem ostenditur sic. Solius principis authoritate (cui cura reipublicæ commissa est) bellum iustum gerendum est, vnde in. c. quid. 23. q. 1. ita dicit Augustinus. Ordo autẽ ille naturalis mortalium paci accommodatus, hoc poscit, vt suscipiendi belli authoritas, atque consilium pœnes principem sit. Sed omnis potestas ad Deo est, ad Roma. 13. ergo sequitur, ꝙ bella iusta. Quo ad authoritatem inducendi ea, sunt à Deo. ¶ Tertio, quòd bella ortum habeant à iure naturali etiam, vt distinguitur contra ius gentium, arguitur sic. Cuilibet naturali creaturę est insita naturalis inclinatio ad exclusionem cuiuscunque sibi repugnantis, hoc patet inducendo in singulis naturalibus simplicibus, & mistis. Nam aquę insitum est resistere igni, & contra, propter repugnantiam qualitatum, & sic in singulis elementis: hoc etiam patet in brutis, vbi etiam ex naturali repugnantia cõplexionum, vnum naturaliter inclinatur ad occisionem alterius, sic in rationali creatura non solum insita est inclinatio à natura ad prosequendum ea, quæ saluti suæ sunt accommoda, quæ dicitur vis concupiscibilis, sed etiam ad resistendum impugnantibus, & profugandum quodcunque sibi repugnãs, quæ dicit̃ vis irascibilis: ergo videtur, ꝙ primordialiter ex hac naturali inclinatione bellum ortum habuit, cum bellum sit contentio exorta, propter tollendã repugnantiam, siue profugandam, & ita videtur à iure naturali communi omnibus animalibus ortum habuerit. ¶ In oppositũ est tex. præsentis. ca. quod est beati Isidori, & Gratiani. ¶ Respondet dicendum, † quòd tria circa bellum iustum consideranda sunt. s. authoritas, & quo ad hoc iure diuino, à quo omnis autoritas deriuatur, & potestas. ad Rom. 23. bella orta sunt, vt rationes duæ primo factæ probant. ¶ Secundo venit in bello consideranda primeua inclinatio ad bellum ipsum, & quo ad hanc partem bella videntur habere ortum à iure naturali, vt ratio vltima ostendit. ¶ Tertio est consideranda forma iustitiæ, & modus, quibus inclinatio illa naturalis, vt debito modo procedat in actum dirigenda, & regulanda est, sicut contingit in singulis actibus, qui conueniunt hominibus naturaliter, sicut in cibo, potu, & carnali copula, quę licet conueniant homini naturaliter, regulantur tñ, si recte peragi debeant dictamine rectæ rationis, & quo ad hanc partem bella ortum habent à iure gẽtium, siue à ratione naturali, sicut dicit tex. noster. Et ita patet responsio ad omnia.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit et Respõ.

8 Ad oia ar.

9 **Ad quartum.** Sic proceditur. † Et videtur, quod seruitus non sit de iure gentium. Primo sic. dicit Aristote. 1. politicorum, quòd aliqui naturaliter sunt serui: ergo seruitus non est de iure gentium. consequentia patet, quia ius naturale, & ius gentium, distinguuntur. ¶ Secundo sic, habetur Gen. 9. ꝙ Noe maledicens filio suo Cham in filio suo ait, Maledictus Chaam puer, seruus seruorum erit fratribus suis: ergo per patriarchas spiritum Dei habentes inducta est seruitus: ergo seruitus inducta est, iure diuino, & non gentiũ. ¶ Tertio, ius gentium secundum dicta in præcedenti articulo non videtur deriuari à iure naturali formaliter, sed seruitus non est de iure naturali, sed potius libertas. vt. s. in. ca. iusnaturale, et in. l. manumissiones. ff. de inst. & iure. dicitur ꝙ de iure naturali omnes homines liberi nascebantur. hocidem habetur insti. e. §. ius autem gentium: ergo de iure gẽtium non videtur esse seruitus. ¶ Quarto sic. Seruitus inducta est per peccatum: ergo non iure gentium. Consequentia patet: quia cum ius, & peccatum differãt: sicut iustum & iniustũ æquum, & iniquum, impossibile videtur, ꝙ iure dicatur introductum, ꝙ est pctõ introductũ. ¶ Quinto, sic seruitus esset introducta iure gentium, vr̃, ꝙ seruus, qui fugerit à domino, sub pœna peccati mortalis teneretur ad eum reuerti, sed hoc non dicitur: ergo, &c. ¶ In oppositum est tex. præsens Gratiani, qui originaliter est beati Isidori. 5. Etymolo. cap. 6. & idem habetur insti. vbi supra. est allegatum. & ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iuris. l. 1. ¶ Pro declaratione pleniori huius quæstionis est notandum in primis, quòd seruitus in communi, siue extenso vocabulo dicta, subiectionẽ q̃dã dicit, vnde quẽadmodũ subiectio est multiplex ita multiplex põt

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quintũ ar.

Quintũ ar.

Opponit i contrariũ.

Respõdet.

10 dici seruitus. † Est autem quædam subiectio ad optimum, & honorabilissimum, puta ad bonum diuinum, & s̃m hãc viri sancti dicuntur serui Dei, vnde Numeri. 12. Deus de Moyse loquens dicit. Seruus meus Moyses, qui in omni domo sua fidelissimus est. Et alibi dicit Propheta. Seruus tuus sum ego, & ego seruus tuus, & filius Ancillæ tuæ. Per hanc autem seruitutem, vt dicit Albertus magnus super Io. libertati, & dominationi appropinquatur. Et ideo dicit beatus Grego. quòd seruire Deo regnare est, & Augusti. in libr. de vera innocentia. Libera semper est seruitus apud Deũ, cui non necessitas seruit, sed charitas. ¶ Est præterea alia subiectio per suppositionem ad vilissimum per affectum, secundum quam homo peccato subditus, dicitur seruus peccati secundum domini sententiam. Ioann. 8. qui facit peccatum seruus est peccati. Dicitur autem recte peccatorum seruus, quoniam, sicut ille dicitur liber, qui mouetur motu proprio, sic dicitur seruus qui mouetur motu ab aliquo extrinseco, vt puta imperio domini sui. In opere autem peccati homo, mouetur contra id, quòd sibi est proprium, quia viuere secundum rectam rationem est, proprius motus hominis, vt habetur. 2. Ethicorum. In peccato autem homo mouetur contra rectam rationem, & ideo licet peccatum sit voluntarium, tamen in ipso consistit maxima seruitus. Per hanc seruitutem vilificatur homo, & vere ser

Prima.

*Psa. 115. b.

Secunda.

11 uus efficitur. † Et enim homo natura media, & per meliora appropinquat summo, & per viliora appropinquat infimo Et ideo, sicut per superiora liberatur, & exaltatur q̃a ad illa ordinat̃ ex natura, in qua cõplãtata sunt virtutũ semina, ita p inferiora vilificat̃, & deprimit̃, q̃a illa sunt cassa à natura ipsius: quare beatus Ambrosius inquit. O misera seruitus seruire peccato. ¶ Tertia reperitur subiectio, siue seruitus, qua minus perfecti minus sapientes, ac infirmiores subsunt perfectioribus, prudentioribus, ac magis robustis, iuxta quem modum rationem seruitutis philosophi assignãtes (vt dicit Albertus) dicunt seruum esse, qui impedita mente & ratione impeditas ad proprium regimen habet operationes, talis causa sui esse non potest, sed indiget, vt ab alio regatur, qui liber, & non impeditus sit in istis, de qua Augusti. super Gen. dicit sic. Est etiam ordo naturalis in hominibus, vt seruiant fœminæ viris, & filij parentibus, quia illic, & hæc iustitia est, vt infirmior ratio seruiat fortiori, hæc igitur

*Ambrosius.

Tertia.

Aug.

igitur in dominationibus, & seruitutibus clara iustitia est,
vt, qui excellunt ratione, excellãt dominatione. Et Ambro-
Ambrosi'. sius super epistolam ad Colos. dicit, veteres dixisse omnes
prudentes esse liberos, & stultos, siue minus sapientes esse
seruos, & Tul. in. 5. paradoxo. Est autem hic aduertendum,
ꝙ ista subiectio, cum non sit necessitatis, siue coactionis,
sed honoris, & reuerentiæ non est dicenda proprie serui-
tus, vnde etiã fuisset in statu innocētiæ, sicut superius, cum
quæreretur. An libertas sit de iure naturali annotauimus.
¶ Quarta reperitur subiectio, quę proprie dicitur seruitus
Quarta. que dicitur conditio suppositionis, qua persona secundum
se, & sua est in potestate superioris, quæ quidem seruitus
introducta est primo per peccatum, tanquam pœna pecca
ti. vnde dicit Augusti. li. de natura. Nomen & conditionem
August. seruitutis culpa genuit, non natura. Et prima huius subie-
ctionis causa peccatum est, quia sicut scriptum est. Omnis,
qui facit peccatum, seruus est peccati. vnde Hugo de sancto
Hogo. Victore, solus Deus homini dominabatur, sed iusto Dei iu
dicio demerito peccati homo homini subditus est. Manife
stum est ergo, ꝙ homo subijcitur homini, quia homo ser-
uum se fecit peccati, sicut legimus Gen. 9. Noe maledicens
filio suo Chanaan inquit. seruus seruorum erit fratribus
suis, ꝙ adimpletum fuit, cum terra Chanaam deducta est
sub seruitute filiorum Israel, qui de Sem descendisse dicun
tur, de qua beatus Augusti. libr. 19. de ciuita. Dei, ita dicit.
Nusquam legimus seruum, antequam hoc vocabulo Noe
iustus peccatum filij vendicaret. Nomen quippe istud cul-
12 pa genuit, non natura. † Notandū, quòd multis modis, quis
Primo mō incurrere potest, hoc seruitutis genus videlicet vi aduersæ
potestatis, secūdum illud. 2. Pet. 2. A quo quis superatus est,
seruus eius est, & ab hoc modo origo vocabuli seruitutis
primo deriuata est, vnde Augus. lib. supra nominato dicit.
Augnst. 13 † Origo autē vocabuli seruorum in latina lingua inde cre-
ditur ducta, quòd hi, qui iure belli possent occidi, & à victo
ribus seruabantur, serui fiebant à seruando appellati, hanc
etiam seruitutem peccatum intulit, vnde Augus. vbi supra.
nec etiam ipsum seruitutis vocabulum sine peccati merito
est. Nam &, cum iustum geritur bellum, pro peccato econ
trario dimicatur, & omnis victoria, cum etiam malis pro-
uenit, diuino iudicio victos humiliat, vel emendans pecca
ta, vel puniens. Testis huius est Daniel, qui in eadem capti-
uitate positus peccata sua, & peccata populi confitebatur
Deo, & illam causam esse captiuitatis cum dolore testatur.
Prima ergo seruitutis causa peccatum est, vt homo homini
conditionis vinculo subderetur, quod non fit, nisi Deo iu-
dicante, apud quem non est iniquitas, & nouit diuersas pœ
nas meritis distribuere delinquēti, hæc Augustinus. ¶ Se-
Scdo mō. cundo quandoque quis incurrit conditionem huius serui-
tutis ex electione propriæ volūtatis, sicut cum quis patitur
se venundari ad pretium participandum, de quo institu. de
iure perso. §. serui autem. ¶ Tertio quandoque quis incur-
Tertio mō. rit illam & plenitudine charitatis, sicut legimus de Paulo
nolen. episcopo, qui in seruitutem se tradidit Vãdalis, pro
filio cuiusdam viduæ. ¶ Quarto ex aduersitate malignita-
Quarto modo. tis, sicut Ioseph à fratribus suis venditus factus est seruus
alienigeni scilicet Parut Eunuchi Pharaonis, vt habetur
Quinto modo. Genesi. 39. ¶ Quinto quandoque quis incurrit seruitutem
natiuitate, sicut qui nascuntur filij Ancillæ. ff. de stat. homi.
l. seruorum. §. 1. ¶ Sexto incurrat quis hoc seruitutis genus
Sexto mō. ex humanæ legis authoritate, sicut in iure ciuili Libertus
propter in gratitudinem, scilicet cum manus iniecit in pa-
tronum, aut atrocem iniuriam, seu graue dãnum rerum,
aut vitæ periculū præsumeret, reuocatur in seruitutem vt
habetur in auth. vt liberti de cætero. §. illud. Collos. sexto.
& extra de donatio. cap. fina. & in. cap. octaua discussio. 12.
quæst. 2. inter libertos. ¶ Item iure canonico cautum re-
Septimo modo peritur, vt raptor mulieris seruus efficiatur raptæ. 36. quæ.
prima de raptoribus: ¶ His notatis respondendo ad quæ-
Decidit p sex propositiones. stionem ponuntur sequentes propositiones. ¶ Prima † ꝙ
14 seruitus ad Deum introducta est de lege naturali, & diui-
Prima. na. Quod naturali patet, quoniam vnaquæque res tenetur
[illegible]o modo subesse principio sui esse, & illud deligere. vnde
gl. super illud Eccle. 17. addidit illis disciplinã, dicit sic. s. di
sciplinã naturalē, q̃ dedit omni homini, vt subijceretur suo
creatori, & bonorum operum honorificentiam custodi-
ret. Et ita lex naturalis insinuat, vt Deum toto corde diliga
mus. Quod vero seruitus ista ad Deum lege diuina sit in-
troducta, scriptura diuina ipsa sępenumero testatur, vnde

Ecclesi. 2. accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & ti-
more, & Deut. 6. Mat. 4. Dñm Deū tuū adorabis, & illi soli
seruies, & in psal. scribit. * Seruite dño in timore, &c. ¶ Se
15 cunda propositio. † Seruitus peccati introducta ex corru- Psal. 2. d. Secunda
ptione naturæ humanæ, de qua Genc. 6. corrupta est terra,
gloss. i. homo, & repleta est iniquitate. ¶ Tertia propositio.
16 † Seruitus siue subiectio, qua inferiores minusqꝫ perfecti Tertia.
superioribus, ac perfectioribus subditi esse dicuntur, ortū
habet etiam à naturali lege, vt Aristot. primo politicorum,
& Augusti. in authoritate superius posita manifeste dicūt.
Non dubium, quòd ex dictamine rationis rationalis ordo,
& præsidentia est in genere humano, & quòd prioribus
ætate, & origine inferiores exhibeant honnrem, & reuerē-
tiam vnde Tull. sicut in superioribus dictum est, inter spe-
cies iuris naturalis posuit obseruantiam, per quam, sicut
ipse dicit, homines in dignitate antecedentes cultu quo-
17 dam, & honore dignantur. ¶ Quarta propositio † quòd ser- Quarta.
uitus eorum, qui in bello iusto capiuntur ab hostibus est
de iure gentium, quod ratio naturalis dictat apud omnes
gentes, sed ratio naturalis dictat, vt qui in bello iusto
capiuntur, & iure belli possent occidi, & non occiduntur,
sed integri reseruantur, vt se, & sua debeant reseruanti.
Hinc dicit Apostolus Petrus. Petr. capit. 2. A quo quis supe
ratus est, eius seruus est, vt. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iu.
lege. prima. ibi. Nam apud omnes gentes animaduertere
possumus dominis in seruos vitæ necisque potestatem fuis
18 se. ¶ Quinta ꝓpositio. † Seruitus est quædam pęna inflicta Quinta.
delinquenti, est de iure gentium, quod dicitur naturale, pa
tet. Dicit enim Augusti. 19. de ciuitate Dei. Nullus autem
secundum naturam, in qua prius hominem Deus condidit
seruus est hominis, aut peccati. Verum & pœnalis seruitus
ea lege ordinatur, quæ naturalem ordinem obseruari iu-
bet, perturbari vetat, quia si contra eam legem non esset
aliquod furtum, nihil esset pœnali seruitute coercendum.
19 ¶ Sexta propositio. † Seruitus, vt importat quandam deter Sexta.
minationem pœnæ est de iure ciuili. Vnde Sanctus Thom.
in quarta. distin. 36. dicit, ius naturale dictat, quòd pœna sit
pro culpa infligenda, & quòd nullus sine pœna puniri de-
bet, sed determinare pœnam secundum conditionem per-
sonæ, & culpæ est iuris positiui. Et ideo seruitus quæ est
quædam pœna determinata est de iure positiuo, & à natu-
rali proficiscitur, sicut determinatum ab indeterminato,
hæc sanctus Thom. ¶ Iam dicendum venit ad rationes.
Ad primam dicendum primo, quòd ratio illa procedit de Ad primū arg.
seruitute illa, secundum quam minores maioribus, aut mi-
nus sapientes regendi, & gubernandi veniunt à sapientio-
ribus, de qua in tertia conditione seruitutis loquuti sumus.
Secūdo dicitur, quòd ius naturale, & ius gentium non per
omnia distinguuntur sicut dictum est in superiori articu-
lo. ¶ Ad secundã rationem respondetur negando conse- Ad secūdū.
quētiam, stat enim bene simul, quòd aliquid vnū, & idem
sit de iure diuino, & naturali, ac iure gentium introductum
diuersis respectibus. ¶ Ad tertiam cum dicitur, quòd serui Ad tertiū.
tus non sit de iure naturali, sed contra naturam, responde-
tur, vt sanctus Thom. dicit in 4. distinct. 36. quòd nihil pro
hibet esse aliquid contra naturam, quantum ad secundam
eius intentionem, sicut omnis corruptio, & defectus, & se-
nium est contra naturam, vt dicitur secundo cœli, & mun-
di, quia natura intendit esse, & perfectionem, non tamen
est contra secundam intentionem naturæ, quia ex quo na-
tura non potest producere ad maiorem perfectionem: in-
ducit ad minorem, sicut, quando non potest facere mascu-
lum, facit fœminam, quæ est mas occasionatus, vt dicitur.
15. de animalibus. Similiter etiam dico, quòd seruitus est
contra primam intentionem naturæ, sed non contra secun
dam, quia naturalis ratio ad hoc inclinat, & hoc appetit na
tura vt quilibet sit bonus. Sed ex quo aliquis peccat, natura
etiam inclinat, vt ex peccato pœnam reportet, & sic serui-
tus in pœnam peccati introducta est: hæc sanctus Thom.
Ex quibus patet solutio rationis factæ, quoniam licet serui
tus non sit de iure naturali quantum ad primam intentio-
nem naturæ, quæ est, vt quilibet bonus sit, & liber, est ta-
men de iure naturali quantum ad secundam intentionem
naturæ, quæ est, vt, si quis declinans à via virtutis, peccauu-
rit, puniatur. ¶ Secundo posset responderi, quòd licet serui
tus non sit de iure naturali absolute, veruntamen, quòd ca-
ptus in bello iusto, qui iure belli potuit occidi, & non est
occisus, sed seruatus ad vitam, seruus sit eius, cui seruatus
est, videtur

est, vt esse de rone naturali, & ita per consequens de iure gẽtiũ, vt nũc loquimur. ¶ Ad quartã respõdet negando consequẽtia, alia.n. habitudo causalitatis denotat, cũ dicitur seruitus introducta peccato, & cum dicit introducta iure naturali, siue gentium. Dicitur autem introducta peccato, quia per demeritum peccati, quia sicut dictum est, ex authoritate August. & Hugonis nomen, & conditionem seruitutis culpa genuit, non natura. Dicitur autem introducta iure gẽtium, quia naturali ratione dictante. ¶ Ad quintam dicendum, ꝙ, cum, vt inquit glos. si bellum est iustum, qui capitur, seruus est capientis. vt. 23. q. 5. dicat. & peccat taliter captus, si recedit à domino suo. 17. q. 4. si quis seruum. Ratio autem huius secundum Hugo. est, quia fugiendo, furtum committeret, vt est tex. in l. 1. C. de seruis fugi. Quare, cum ita sit, tenetur reuerti ad dominum, cum non remittatur peccatum, nisi restituatur ablatum, vt 14. q. 6. si res. Si vero bellum est iniustum, licitum est fugere, dum potest. ff. de capt. l. iuris est.

Ad quartũ.

Ad quĩtũ.

20 **Ad quintum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ prohibitio connubiorum cum alienigenis non sit de iure gẽtium. Et primo sic. Hoc videtur esse de iure diuino, non ergo de iure gentium. Consequentia patet, quia ista iura distinguuntur, vt patet ex supra dictis. Antecedens patet, quia vt habetur Deut. 7. Deus dicit, non procurabis cum eis connubia, loquendo de infidelibus, & alienigenis. Legitur etiam primo Esdrę vltimo. ꝙ Esdras separauit viros ab vxoribus alienigenis. ¶ Secundo si. Prohibitio iusta habetur ex iure canonico: ergo nõ à iure gentium, consequentia patet, quoniam cum ius positiuum sub quo includitur ius canonicum, & ius gẽtium, distinguitur, vident eorum præcepta esse distincta. Antecedẽs vero habetur ex ca. sic. n. 28. q. 1. ¶ Tertio sic. Illud, quòd sancti patres fecerunt, non videtur esse prohibitum iure gentium, pater, sed Moyses, & Ioseph, qui fuerunt sancti viri, contraxerunt cum alienigenis. Ioseph contraxit cum Asenech filia Phutipharis sacerdotis, qui erat paganus, & Moyses accepit in vxorem Sephorã filiam Ietro gẽtilis: ergo &c. ¶ In oppositum ex tex. præsentis capituli. Respondeo dicendũ, ꝙ prohibitio connubiorum cum alienigenis est de iure gẽtium. probatur ista conclusio. Id, quòd seruatur communiter apud omnes gentes, videtur pertinere ad ius gentium, vt patet ex litera præsentis capituli, sed prohibitio ista, cũ non solum communis est inter homines fideles, qui iure diuino, & canonico vtuntur, & regulantur, sed etiam inter fideles, ergo &c. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est ad primam, & secundam simul. Respondetur negando consequentiam: stat. n. ꝙ aliquid sit de iure gentium per inuentionem, & tamen approbatiue sit de iure diuino, & canonico. ¶ Ad tertiam respondetur dicendo, quòd fuit simpliciter prohibitum connubium cum alienigenis, vbi periculum immineret fidei propriæ, sicut habetur Deut. 7. hoc autem nõ fuit in Ioseph, & Moyse, vt videtur loqui Bonauentura. Vel dicendum, quòd connubia cum alienigenis fuerunt prohibita, manentibus alienigenis, non autem de conuersis, cuiusmodi fuerũt vxores Ioseph, & Moysi. Nam illorum coniuges conuersæ sunt ad religionem virorum suorum.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit et Respõ.

Ad primũ & scdm ar.

Ad tertiũ.

Bonauent.

21 **Ad sextum.** Sic proceditur. † Et videtur, quòd insufficienter assignentur in litera ea, quæ sunt iuris gentium sic, quia, vt habetur. ff. de iustit. & iure. l. ex hoc iure. plura alia assignantur esse de iure gentium, quàm in hoc ca. vnde ita dicit lex præfata, ex hoc iure gentium introducta bella sunt, & discretæ gentes: regna condita, dominia distincta, agris tituli positi ædificia collata. i. composita ad faciendum vel vicum, vel villam, vel castrum, vel ciuitatem commercia, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes institutæ. ¶ In oppositum ex text. præsentis. cap. qui est Beati Isidori. Respõdeo dicendum, quòd sufficienter in generali in text. nostro exemplificantur species eorum, quæ sunt de iure gentium. Et ad rationem in oppositum respondetur dupliciter. Primo negando consequentiam, quoniam cum beatus Isidorus ponendo extra prædicta eorum, quæ ex iure gentium introducta sunt, non negant alia ex eodem iure posse oriri, non est dicendus diminutus, aut insufficienter exemplificasse. ¶ Secundò dicitur, quòd ea, quæ. ff. loco supra allega. ponũtur, reducuntur ad ea, quæ Isidorus posuit in præsenti tex. vt sub sedium occupatione comprehendantur discretio gentium, conditio regnorum, diuisio dominorum, positio terminorum agris. Manifestum est autem, quòd sediũ hostium occupatio, quæ iure gentium introducta dicitur, oĩa presupponit. Præterea ad federa pacis reducuntur omnes obligationes, venditiones, emptiones, & contractus, qa omnia ista gratia pacis seruandæ inter homines fiũt. Quod autem ex hoc iure pœnæ omnes, cõtractus introducti sint, habetur insti. de iure natu. §. ius autem, ibi, ex hoc iure. Sequitur litera. ¶ Ius gentium, &c. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes gentes per eque custoditur vocaturque ius gentiũ, quia. s. hoc iure oẽs gẽtes vtunt. ff. de iust. & iure. l. oẽs populi. §. ꝙ vero. [Sedium] id est dignitatum hostium. [Occupatio] habita namque victoria de hostibus, quicunque Victor alicuius, regis, vel potestatis occuparet locum, & dignitatem eius, de cætero iure gentium inconcusse tenebat eam. [ædificatio] vel generalius domorum ad habitandum, vel specialiter murorum, aut turrium ad muniẽdũ se contra hostes. [Munitio] contra hostes. [bella] Contra: ergo ius gentium est iniquum, cum mala inducat, cuiusmodi sunt bella. Respondetur, quòd intelligitur text. de bellis iustis, quæ ab eo, qui authoritatem habet in republica, inducuntur pro salute, & pace eiusdem, talia licita sunt. vt 23. quæst. prima per multa capitula ostenditur, & ita bella. s. iusta, introducta sunt iure gentium, vt hic dicit. &. ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure. [Captiuitates] vt. s. capti non interficiantur, sed reseruentur, visum enim est iure gentium melius esse captos seruare, quàm interficere. [Seruitutes] de iure gentium [a] sunt, vt qui capiuntur ab hostibus, serui efficiuntur eorum, vnde serui dicti sunt à seruando. [Postliminia] id est vt qui de captiuitate ad propria redeunt, omnia pristina iura recipiãt.
22 † Postliminium autem est ius, quo qui de captiuitate ad propria redeunt omnia pristina iura, & res recipiunt, & si ab alijs vsucaptæ essent, aut præscriptæ. Vnde postliminium est in sua iura amissorum omnium recuperatio, de quo plenius. 16. q. 3. prima actione. [fœdera pacis, induciæ] id est treugę, quæ etiam hosti seruandæ sunt. 23. q. 1. noli. [legatorum] id est nuntiorum, legationes populi sui ad alios deferentium. Iure enim gentium, receptum est, vt talibus nuntijs nulla volentia, vel molestia inferatur, sed omni securitate potiantur in eundo, & redeundo. Vnde antiquitus legati populi romani quasdam herbas, quæ sanguina vocantur, ferre solebant, ne quis eos violaret, vt est tex. in. l. sanctum. §. 1. ff. de rerum diui. A quibus sanguinibus dictum est sanctum. i. ab iniuria hominum defensum, atque munitum, siue ꝙ nulla temeritate debeat violari. [Connubia inter alienigenas prohibita] . i. inter eos, qui sunt diuersæ fidei disparisue cultus. vt 28. quæsti. prima caue. Iure enim gentium receptum est, vt nationes inter se ritu dissimiles matrimonio non coniungantur, scilicet iudæo gentilis, vel gentili christianus. De istis satis dictum est in quæstionibus.

Primũ ar.

Opponit et Respõ.

Exponit literam.

a ¶ De iure gẽtiũ. Add ꝙ idẽ tenet Bal. i aut. nisi tricennale i ver. itẽ seruitute C. de bonis ma. sed Bar. in l. ex hoc iure i fi ff de iust. & iure, tenet ꝙ sint de iure ciuili.

1 *Ius militare an conuenienter ponatur species iuris ciuilis. Quod sic, nu. 4.*
2 *Prudentia militaris est necessaria in republica.*
3 *Prudentiæ quinque species.*
5 *Honor est premium virtutis.*
6 *Torquens quid dicatur.*



Vs militare. Superius magister Gratianus diuisionem posuit iuris in generali, dicens: Ius autem naturale est, aut ciuile, aut ius gentium. Nunc vero prosequitur tres species iuris ciuilis, per tria sequentia cap. Quorum primum est, ius militare in principio. cap. Secundum est ius publicum. Tertium est, ius quiritum, de quo in tertio cap. ibi, ius quiritum est, &c. de primo ita dicit. [Ius militare] id est ius, quòd militibus, & de militibus institutum est. [belli inferendi solemnitas] id est solemnis dispositio, & ordinatio, scilicet qualiter ordinati debent esse in bello, scilicet qui in primo, qui in medio, & qui in vltimo debeant locari, &c. Pro ampliori intelligentia. capit. Quæritur. † vtrum ius militare conuenienter
2 ponatur species iuris, ciuilis. Et videtur, quod non. Primo sic. Ius militare est ini-

Continuatio.

Primũ ar.

mo sic. Nihil, quod contrariatur præceptis Christi, qui
summus legislator est, debet poni inter species iuris ciui-
lis, quod diuina, humanaque causa, & ad reuerentiam Dei,
& vtilitatem hominum institutum est. vt supra. in cap. ius
ciuile, sed officium militare contrarium videtur præceptis
Christi, dicit enim Mattheus quinto. Ego dico vobis, noli-
te resistere malo. Sed si quis te percusserit in vna maxilla,
præbe ei alteram: ergo videtur, quòd ius militare non sit
Secūdū ar. species iuris ciuilis. ¶ Secundo sic si ius miltare esse, spe-
cies iuris, videretur ius militare pertinere ad prudentiam:
sed hoc non, ergo, &c. Probatur minor. Prudētia contra
artem diuiditur, vt dicit Philosophus. sexto ethicorum.
Sed militaris videtur esse quædam ars in rebus bellicis, si-
cut patet primo ethicorum: ergo videtur, quòd non per-
Tertiū ar. tineat ad prudentiam. ¶ Tertio sic. In rebus bellicis plu-
rimum valet militum fortitudo: ergo militaris pertinet
magis ad fortitudinem, quàm ad prudentiam, & per conse
Opponit & Respōd. dubbus cō clusionib. quens non potest dici, quòd sit species iuris. ¶ In oppo-
situm est text. præsenti. cap. Respondeo dicendum sub dua
2 bus conclusionibus. ¶ Prima conclusio est, †quòd pruden-
tia militaris sit necessaria in republica. Ista conclusio osten
ditur iuxta sanctum Thom. in secunda quæstio. 50. arg. 4.
ea, quæ secundum artem, & rationem aguntur conformia
oportet esse his, quæ sunt secundum naturam, quæ à ratio-
ne diuina sunt instituta. Natura autem ad duo intendit. Pri
mo quidem ad regendam vnamquanque rem in seipsa. Se-
cundo vero ad resistendum extrinsecis repugnantibus, &
corruptiuis, & propter hoc non solum dedit animalibus
vim concupiscibilem, per quam moueantur ad ea, quæ
sunt saluti eorum accommoda, sed etiam vim irascibilem,
per quam animal resistit in pugnantibus. vnde & in his quę
sunt secundum rationem non solum oportet, esse pruden-
tiam politicam, per quam conuenienter disponantur ea,
quæ pertinent ad bonum commune, sed etiam militarem,
per quam hostium insultus repellantur. Circa quod notan
3 Prima species dum. † quòd quantum ad præsens spectat possumus distin-
guere, quinq;. species prudentiæ, videlicet prudentiam sin
Secunda gularem, œconomicam regitiuam, politicam, siue ciui-
lem, & militarem. Dicitur autem aliquis habere singula-
rem, siue particularem prudentiam, quando seipsum scit
bene regere, & gubernare. ¶ Dicitur autem aliquis pru-
dentiam œconomicam habere, vt dicitur sexto ethicorum
quia scit bene consiliari, & ad bonum finem domesticæ
conuersationis actus dirigere. Quia autem vbi reperitur
alia, & alia ratio boni, reperitur alia, & alia ratio pruden-
tiæ, cum bonum domesticum bonum totius familiæ sit
aliud à bono singularis personæ, necesse est dicere pruden-
tiam œconomicam, per quam quis scit regere domum, &
familiam esse aliam à prudentia, qua quis nouit seipsum
Tertia. regere. ¶ Tertia species prudentiæ, dicitur regitiua, vel le-
gum positiua, quæ maxime requiritur in rege, & princi-
pante, cuius est leges ferre, & regnum regere, & guberna-
Vegetius. re. Vnde Vegetius in li. de re militari dicit. Nec quępiam
magis decet vel meliora scire, vel plura, quam principem
cuius doctrina omnibus subiectis prodesse potest. Et Ari-
Quarta. stotel. tertio politicorum. dicit, quod prudentia est pro-
pria virtus principis. ¶ Quarta species prudentiæ dici-
tur ciuilis, siue politica. Nam sicut in principante (vt iam
dictum est) requiritur excellens prudentia. qua sciat alios
dirigere, sic in quolibet ciue requiritur prudentia aliqua-
lis, qua noscat recte adimplere leges, & principum man-
Quinta. datis obtemperare. ¶ Quinta species prudentiæ dicitur
militaris. Nam regimen regni, & ciuitas si sit rectum, &
ordinatum assimilatur his, quæ videmus in vno eodem
homine. Sicut ergo quilibet homo habet duas virtutes,
vnam, per quam sequitur bonum, & refugit malum, &
aliā, per quam aggreditur, & resistit prohibentibus, sic
quælibet ciuitas, & regnum indiget duplici virtute, & du-
plici prudentia, videlicet legum positiua, & militaris, vt
per legem positiuam tota ciuilitas, & regnum prosequa-
tur proficua, & fugiat nocua, per militarem vero resistat
impugnantibus, & prohibentibus, vt habetur in proœmio
institut. in princip. Imperatoriam maiestatem non solum
armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam,
vt vtrunque tempus & bellorum, & pacis recte possit gu-
bernari, & princeps Romanus victor existat, non solum
in hostilibus prælijs, sed etiam per legitimos tramites ca-
lumniantium iniquitates expellat, & fiat tam viris religio-
sissimis, quàm victis hostibus triumphator. Est ergo mili-
taris prudentia vtilis reipublicæ. ¶ Secunda conclusio, Secunda cōclusio.
4 †quòd ius militare, id est, ius quod militibus est institu-
tum, & disponens de militibus (vt puta de ordine tenendo
in bellando, de stipendijs militantium, & de pœna eorum,
qui bella deserunt, & fugiunt, & de huiusmodi) sit species
iuris ciuilis patet, quia non est species iuris naturalis, nec
iuris gentium, cum hęc disciplina militaris non sit eadem
apud omnes, sed varia secundum varietates prouinciarū:
ergo, &c.. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppo
situm. Ad primam respondetur negando minorem, scili- Ad primū arg.
cet quòd militaris prudentia sit contraria præceptis Chri-
sti. Et cum dicitur, quòd Christus præcepit non resistere
malo, respondetur iuxta, Sanctum Thomam in secunda
secundæ, quæstio. quarta, articul. primo, quòd huiusmodi
præcepta, sicut dicit Augustin. libr. de sermone domini in
monte, semper sunt seruanda in præparatione animi, vt sci
licet homo semper sit paratus non resistere, vel non se de-
fendere, si opus fuerit, sed quandoque est aliter agendum,
quoniam bonum commune est illorum, cum quibus pu-
gnatur, cum eis iniquitatis licentia eripitur. Et ita mili-
taris prudentia non contradicit præceptis Christi. ¶ Ad Ad secūdū.
secundam responderur negando minorem: dicimus enim
quòd militaris pertinet ad prudentiam, secundum quòd
ordinatur ad bonum commune, licet secundum quòd ha-
bet quasdam regulas recte vtendi quibusdam exteriori-
bus, puta armis, & equis potest habere rationem artis.
¶ Ad tertiam respondetur, quòd licet executio militaris Tertia op.
pertineat ad fortitudinem, directio tamen, quæ principa-
lis, & in militari pertinet ad prudentiam, secundum, quod
est inductus exercitus. ¶ [Ius militare] id est ius militan- Exponit literam
tium, quod militibus, & de militibus disponit. [Est belli,
& cætera] est notificatio causæ per suos effectus, siue actus
belli inferendi. [solemnitas] id est ordo, vel [solemnitates]
id est ordines, scilicet siue dispositiones qualiter debeant
ordinari in bello, vt videlicet qui primo, vt puta sagittarij,
qui in secundo, vt cuspidarij, qui in vltimo loco, vt mili-
tes debeant collocari. Vnde Canticorum quarto dicitur,
vt castrorum acies ordinata. [fœdus faciendi] id est pacis
componendæ. [nexus] id est pactum, quo alter alteri necti-
tur, id est obligatur. [Signo dato] scilicet tubarum, vel
cornu, vel huiusmodi, aut vexillorum signo. [in hostem
egressio, vel pugnæ commissio.] Item signo dato. [Re-
ceptio] scilicet de bello in castro. [flagitij militaris di-
sciplina] pœnæ militibus hoc iure constituta. [si locus.]
pugnæ tempore belli ab aliquibus deseratur secundum
canones, qui fugit in bello publico infamis est, vt sexta,
quæstio. prima infamis. Secundum vero leges capite puni-
tur, vt. ff. de re milita. omne. §. qui in acie. [Modus stipen-
diorum] id est eodem iure cautum est, quantum stipen-
dij militibus, peditibus, & sagittarijs dari debeat, quoniam
vni magis alteri minus damnum est. [Dignitatum gra-
dus.] Eodem iure habetur, in quo gradu siue dignitatis
officio vnus alium præcedat, vt puta in quo gradu comi-
tem marchio comas, marchionem, dux ducem. Princeps
autem omnes præcellit dignitate, & qualiter distat vnus
comes ab alio comite, dux à duce, & marchio à mar-
chione, & princeps à principe. [Præmiorum honor] id
est eodem iure disponitur, qualiter vnusquisque secun-
dum merita magis, vel minus honore remunerandus
5 veniat. † Honor enim vt dicit Philosophus est præmium
virtutis, quod exponit subdens [veluti cum corona] quæ sci
licet in signum maioris præmij dabatur [vel torques do-
6 natur] quod minus præmium erat. † Torques enim
est quoddam insigne, quod circa collum ponebatur in-
signum victoriæ, vel alicuius excellentis facti. [prædæ
decisio] id est diuisio [& pro personarum qualitatibus,
& laboribus.] iusta diuisio. [Principis portio.] Sed con-
tra videtur, quod habetur, vigesima tertia, quæstione,
quinta, in capitulo dicat. Respondetur, quòd non est
ita intelligendus iste text. vt omnia seruanda sunt princi-
pi, sicut domino omnium, vt omnia sibi retineat, sed
vt omnium distributori seruanda, sunt omnia princi-
pi, vt scilicet secundum merita personarum, & labo-
rum qualitate illa omnibus destribuat, qui in bello labo
rarunt.

1 *Ius priuatum quid dicatur, quid publicum.*
3 *Sacerdotium quare fuerit institutum.*
4 *Iudicium humanum quid dicatur.*
6 *Sacramentum dicitur, quasi sacrum faciens.*
7 *Magistratus vnde dicatur, vnde magister.*

Cōtinuatio



Vs publicum. Postquam habitum est de prima specie iuris ciuilis, hic prosequitur magister Gratianus secundam speciem, quæ dicitur ius publicum per ea de quibus disponit, dicit sic. [Ius publicū est in sacris, & sacerdotibus, & magistratibus] id est ius publicum dicitur, quod institutū est de sacris. s. venerandis, vbi sacrorum nomine intelligenda sunt templa diuino cultui dedicanda, vestes sacerdotales, ornaméta altariū vasa diuinorum ministeriorum, quæ oīa sunt reuerēter pertractanda, vt patet de cōsecratio. dist. prima cap. altaria cap. nemo. & cap. in sancta apostolica. ¶ Ius etiam publicum dicitur, quod disponit de sacerdotibus honorandis, scilicet sub quorum nomine omnis militia ecclesiastici ordinis est intelligenda, de quorum honore dicit apostolus ad Roma. decimo tertio. Cui honorem, &c. id est cui honorem debetis, honorem exhibete. [Et magistratibus] id est maioribus, qui aliis præsunt timendis, & obediendis. sub quorum nomine principes consules, & huiusmodi publicæ personæ in officio terreni principatus militantes veniunt intelligendi, qui timendi, & honorificandi sunt secundum illud primæ Pet. secundo Deum timere, regem honorificāte. † Ius autem aliud priuatum, aliud publicum. Priuatum dicitur quod ad singulorum vtilitatem pertinet. de quo infra distinct. tertia. §. sunt autem. Publicum vero; quod ad communem pertinet vtilitatem, sicut ad statum, seu dignitatem rempubl. romanam principaliter spectat. Et quoniam tam sacra, quam sacerdotium, & magistratus sunt huiusmodi ad vtilitatem, & dignitatē reipublicæ expectantia, ideo ius, quod disponit de immunitate honore, & reuerentia horum, & de punitione eorum, qui aduersus aliquod horum trium mali aliquid attentarent, ius publicum dicitur. Contra hoc ius facit, qui aliquid horum triū lædit. Contra hoc ius facit, quicunque appellantem ad papā, qui summus sacerdos est, vel regem, qui summum magistratum regni possidet, quo quomodo impedierit vel verberando, vel alio modo impediendo, ne appellationem prosequatur. Pro aliqu a maiori intelligentia præsentis capituli quæruntur duo.

2 ¶ Primo, vtrum pro vtilitate reipubli. necessarium fuerit sacerdotium.

5 ¶ Secundo vtrum dicendus est peccare in ius publicum, qui sacerdotes. aut magistratum non honorat.

Ad primū arg. 2 Ad primum. sic proceditur. † Et arguitur, quòd non fuerit necessaria institutio sacerdotii, aut magistratus in republica, primo sic. Sacerdotis officium est præces ad Deum pro populo fundere secundū illud Ioel. secundo Plorabant sacerdotes ministri domini, dicentes. Domine parce populo tuo. & secundo Macha. primo Orationem faciebant sacerdotes, dum consummaretur sacrificium. Sed hoc quilibet homo pro se, & pro aliis facere potest, ergo non fuit necessarium ad statum reipubicæ, vt aliqua specialis distincta dignitas sacerdotalis institueretur. Cōsequētia videt manifesta. ¶ Secūdo sic vt dicit Ioannes Chrisostomus. Omnis homo sanctus est sacerdos, vnde omnibus fidelibus dictum est primo petr. primo. vos estis genus electum, regale sacerdotium, ergo videtur, quòd pro statu reipublicæ non fuit necessarium institui aliquod speciale sacerdotium. ¶ Tertio sic. In statu innocentiæ respublica humani generis fuisset in optima dispositione, si tunc non fuisset nec sacerdotium nec magistratus, ergo videtur, quòd nec nunc in statu præsenti deberent ista institui. ¶ Quarto sic, illud, quod est contra naturam, non videtur pertinere ad vtilitatem reipublicæ, sed hominem habere supra hominem magistratum videtur esse contra naturam. Vnde Augustinus. decimo nono de ciuitate Dei dicit; hominē ad imaginē Dei factum solis irrationabilibus præpositum, ergo institutio magistratus non fuit bona. ¶ Quinto, arguitur sic dicitur Ioan. quinto, Omne iudicium dedit pater filio, & Roma. secundo Iudicium est Dei in eos, qui talia agunt, ergo videtur, quòd vniuersaliter prohibeatur hominem iudicare, & ita videtur, quòd magistratus iudicii contra voluntatem Dei

Secūdū arg. Tertiū ar. Quartū ar. Quintū ar.

sit institutus. ¶ In oppositum est text. præsentis cap. & in le. primo. §. ius publicum. ff. de instit. & iure. Respondeo. Dicimus, quòd pro vtilitate reipublicæ necessaria fuit institutio sacerdotii; & magistratus. Hoc apparet manifestum, primo authoritate Aristote. septimo politicorum. vbi inter sex quæ ad politiam dicit necessaria, ponit tanquam maxime ptinenia sacerdotium, vt puta dignissimum aliorum officiorum ciuitatis, & iudicum magistratum. † Ratio autem institutionis sacerdotii est, quia sine cultu Diuinorum non potest esse fœlix vita, & per consequens nec politia perfecta, cum politia nō sit multitudo quæcunque, sed ad vitam per se sufficiens, videlicet, quòd in nullo ad vitam fœlicē faciēte deficiat, vt ibidem dicit Aristo. Eadem etiam ratione patet necessitas magistratus, quoniam, nisi sit authoritas iudicū, qui iudicare habeant de conferentibus, & in istis adinuicem in casibus, qui tota die emergunt inter ciues, non posset consistere diu respublica, vt patet, & habetur secunda quæstio. prima cap. zelus. De sacerdotio autem dicit Deus ad Moysem. Applica quoque fratrem tuum ad te cum filiis suis, de medio filiorum Israel, vt sacerdotio fungantur mihi. Exod. vigesimo octauo De magistratibus autem dicit Deuter. decimo sexto Iudices, & magistros constitues in omnibus protis, vt iudicent populum meum iusto iudicio. ¶ Ad rationes dicendum est. Ad primam dicendum, negando consequentiam propter duo. Primo, quia licet quilibet orare posset pro se, & aliis, & tota republica, necessarium tamen fuit pro bono reipublicæ, vt aliqui instituerentur, qui huic communi orationi, & diuino cultui specialiter intēderent, & incūberent. Secundo, quia & nedū sacerdotii est pro populo orare sed et alia plura, & magis specialia facere. Sacerdotes enim sacrificia offerunt, sacramenta dispensant, diuino cultui administrant, populum erudiunt; & huiusmodi, quæ non possunt cuilibet competere, vnde solius sacerdotis ministerio, & non alterius corpus Christi consecratur. distinct. vigesimo quinto cap. perlectis. ¶ Ad secundum dicendum, quòd vt dicit sanctus Thom. in quarta distin. decima tertia, quòd omnis bonus homo dicitur sacerdos mysticè, scilicet quia mysticum sacrificium Deo offert seipsum. scilicet hostiam viuentem Deo Rom. duodecimo vnde August. libr. secundo de ciui. Dei. Non solum Episcopi, & presbyteri, qui iam in ecclesia vocantur sacerdotes, sed sicut omnes Christianos propter mysticum chrisma dicimus, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt vnius sacerdotis, de quibus apostolus Petrus, Plebs inquit sancta, regale sacerdotium, & ita apparet proprie, quòd non omnis homo sanctus dicitur sacerdos, quasi habens authoritatem ministerij sacerdotalis, sed per quandam mysticam similitudinem, sicut dictum est, vnde ratio non procedit. ¶ Ad tertium respondetur, negando consequentiam. Licet enim respublica in statu innocentiæ fuisset in optima dispositione, pro integritate tamen sua non indigebat sacramentis, quæ vasa, quædam medicinalia dicuntur contra morbos peccatorum, & ita nec per consequens, nec sacerdotio, cuius est sacramenta dispensare secundum illud Matth. nono. Non est opus sanis medicus. Pro pace etiam summa, qua potiebatur, non expectabatur aliud iudicium inter homines, quare non opus erat magistratu. Sed aliter est nunc, vbi humanum genus vniuersum & morbis, & infirmitatibus subdit multiplicibus, est & dissentionibus perturbatum, quare ratio non procedit, cum alia sit conditio huius status humanæ reipublicæ tempore lapsus naturæ, & alia pro tempore naturæ integræ. ¶ Ad quartam dicendum, negando, quòd hominem supra habere magistratū sit contra naturam. Ad authoritatem Augusti. dicendum, quòd Aug. loquitur de prælatione dominatiua qua quis comparatur ad subditum, sicut dominus ad seruum, non autem de prælatione directiua, quæ ad vtilitatem subditorum ordinatur. Ista. n. secundum naturam est, imo quo ad aliquos vsus fuisset in statu innocentiæ, licet non quo ad omnes, vt dicit S. Th. in. 2. sententiarum. d. vl. Est. n. prælatio ad dirigendum subditos in his, quæ agenda sunt. Item ad supplendum defectus, vt ꝙ populi à regibus defenduntur, ad & iterū corrigendum mores dum mali sunt, puniūtur; & coacte ad actus virtutū iuducūtur, sed quia ante peccatum nihil fuisset; ꝙ hoī nocere posset nec etiam voluntas alicuius bono contradiceret. Ideo quantum ad vltimos vsus prælatio in statu innocētiæ non fuisset, sed solum quātū ad primū; qui. s. est dirigere in agēdis, sm ꝙ vnus alio maiori munere sapientiæ, & maiori lumine naturalis intellectus pditus fuisset. ¶ Ad quintum negatur

Opponit contrariū. Respōdet. Ad primū arg. Ad secūdū Ad tertiū Ad quartū Ad quintū

negatur consequentia, per illas.n. inductas authoritates non prohibetur singulariter, nec vniuersaliter iudiciũ ab hominibus vt dicatur in Psal.*Erudimini, qui iudicatis terram, & Sapien. Diligite lumẽ sapientiæ, qui iudicatis orbem. vnde ad authoritatem Ioan. quinto dici potest, quòd loquitur de iudicio incertorum, & occultorum, de quibus hominem ab homine iudicari temerarium est, cum solius Dei sit iudicare de occultis, qui solus nouit corda hominum secunda quæstio. tertia consuluisti. Ad authoritatem Apostoli dicitur quòd illa verba Apostoli non interdicitur hominibus iudicium, sed ratio apostoli distinguens diuinum iudicium ab humano dicit, quod iudicium Dei est secundum veritatẽ id est æquitatem rei, non secundum personarum acceptationẽ, vnicuique reddens secundum bonum, & malum. vt malus mala, bonus bona recipiat.

*Psal. 2. C. *Sap. 6. D.

4 †Humanum vero iudicium, vt dicit gl. ibidem, multis modis corrumpitur amore, odio, timore sæpe iudicium ab integritate violatur, quod etiam habetur. 11. q. 3. c. quatuor. Sequitur secundum dubium.

Ad secundum. Breuiter sine præludio argumentorum.

5 †Respondetur, quòd sacerdotium & magistratus sunt plurimum honorandi, & ꝙ illos non honorantes contra rempublicam peccant, hæc conclusio patet ex præsenti tex. cum glo. Et huiusmodi conclusionis dari possunt quatuor rationes. Prima. quia sacerdotiũ est omnium officiorum dignissimum in republica, quare Gregori. in captul. sacerdotibus vndecimo quæstio. prima dicit. Qui verum Deum ignorantes Deos ligneos, & lapideos colebant, honorem maximum tribuebant sacerdotibus. Quid ergo mirum, si christianus imperator veri Dei sacerdotes honoret. Christus etiam sacerdotes honorasse legitur, quando ad eos leprosos misit dicens. Ite ostendite vos sacerdotibus. Lucæ decimo septimo prima quæstio. prima nonne, item in cap. dominus. di. nonagesima tertia dicit Cyprianus. Docuit Christus veros sacerdotes legitime, & plene honorari dum contra falsos sacerdotes talis extitit.

Prima rõ.

¶ Secunda ratio est, qui sacerdotium maxime ad vtilitatem reipublicæ pertinet. Sunt enim sacerdotes, vt ait quarta synodus Toletan. in cap. sepe vigesimo quarto quæstio. octaua à Christo ad ministeriũ saluti electis. Sunt enim merito omnium patres, & magistri dist. nonagesima sexta. capi. magistri & cap. quis.

Secũda rõ

¶ Tertia ratio, quia tam sacerdotes, quam magistratus, siue iudices, & prælati tam spirituales, quam temporales gerunt vicem Dei, vnde Deus in ipsis honoratur secundum illud Lucæ decimo quod Christus ait ad discipulos. Qui vos audit, me audit, & q vos recipit, me recipit.

Tertia rõ.

¶ Quarta ratio, quia isti sunt personæ publicæ, & honorantur in eis ipsa res publica, quare contra rempublicã agit, qui hos inhonorat, vnde pęna depositionis puniri iubetur, qui Episcopo suo inobediens fuerit, aut insidias parauerit. in capi. si quis sacerdotum vndecimo q. 1. & Deut. decimo septimo dicitur qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, & decreto iudicij, moriatur homo ille. Sequitur litera.

Quarta rõ.

Exponit literam.

¶ [Ius publicum] quod. s. est, quod principaliter ad vtilitatem reipublicæ respicit [est in sacris]. s. venerandis, sicut templa, vnde sacra secundum Isido. decimo quinto etymologiarum. sunt loca, diuinis cultibus instituta vtpote ea, in quibus altaria litantibus id est sacrificantibus de more pontificibus cõsecrantur. Nota differentiam secundum Gulielmum parisien. in libr. de legi. inter sacra, sacramenta, & sacrificia.

6 †Sacramenta autem sunt ad sanctificationẽ animæ, vnde sacramẽtũ dicitur, quasi sacrum faciens. Est. n. vt ait Magister sententiarum in principio. 4. inuisibilis gratiæ visibilis forma, vt similitudinem gerat, & causa existat. Sacrificia sunt ad propitiationem de peccatis obtinendam. Sacra vero dicuntur, quæ ad Dei honorem, & cultum ordinantur, vnde sacra dicuntur festorum, & ad festa pertinentium. Sunt autem hæc sacra necessaria, quia necesse est, vt ipsum Deum cultu placito iugiter honorificemus [sacerdotibus]. i. honorandis quorum sacrificia Deo offerre. Sacramenta populo dispensare, populum erudire, pro populo præces ad Deum fundere, in diuino cultu ministrare, & ea quæ ad Dei cultum applicantur, benedicere & consecrare. [Magistratibus] s. timendis, & obediendis. i. in illis, qui alijs præsunt in iudicio,

7 †vnde magistratus dicitur à magistro. Magister vero, quasi maior statu, vel statione dicitur.

1 *Ius quiritum an debeat annumerari inter species iuris ciuilis.*
2 *Quirites vnde dicti sint.*
3 *Hæreditas quid dicatur.*
4 *Curator proprie quid dicatur.*
5 *Procurator quis dicatur.*
6 *Tutela quid sit.*
7 *Vsucapio quid sit.*

Ius quiritum. Positis duabus speciebus iuris ciuilis, hic consequẽter magister Gratianus ponit tertiam speciẽ eiusdem, quam ius quiritũ. i. romanorũ vocat, & diuidit in duas partes. Primo. n. describit ius quiritũ. Secũdo ostẽdit, in quibus consistit, siue de quibus disponat. Secũda ibi. In quo agit, &c. Circa prædicta, sic dicit. Ius quiritũ est ꝓpriũ Romanorum, ꝙ nulli tenent, nisi quirites. i. Roma. Circa vero ſm dicit. In quo &c. Circa hanc iuris spẽm occurrit nobis

Continuatio.

Diuisio.

1 quærendum †an cõueniẽter inter species iuris ciuilis spãliter annumerari debuit ius quiritum. i. Romanorũ. Et videtur, ꝙ non; qm̃ ius ciuile dictũ est, ꝙ quisq; populus proprium sibi constituit, vt in c. ius ciuile supra e. d. Sed ius Romanorũ non est proprium ipsis Romanis, sed cõe est omnibus, vnde &. Iudęi vtuntur iure Romano. vt in cle. cũ Iudęi. de test. &. C. de Iudęis. l. cum Iudęi. & oẽs qui viuũt legibus hñt curationes, tutelas, & alia hmõi, in quibus dicit in tex. magister Gratianus. Ius quiritũ consistere.

Primũ ar.

¶ Secundo; quia cũ ex præceden. c. ius ciuile. quilibet populus possit sibi ius propriũ constituere, & multi alii populi sibi multa, & recta iura cõstituerint maxime Athenienses, quorum, vt dicit Valerius. l. 5. Iura æquissima fuerunt, non videtur, quare magis de Romanorum, quam Atheniensiũ iure exemplificatum sit.

Scd̃m arg.

¶ Tertio Bernardus de Romanis loquẽs ad Eugeniũ papã li. 4. de cõsideratione, sic dicit. Romani sunt impii in deũ, temerarii in sanctis, seditiosi inuicem, æmuli in vicinos, inhumani in extraneos, quos neminem amantes, nemo amat. Ex quibus videtur, ꝙ taliũ hoĩum iura magis contemnenda veniant, quã inter spẽs iuris annotãda.

Tertiũ ar.

Nota cõtra Romanos bonũ dictũ.

¶ In oppositum est B. Isidorus, & magister Gratianus in præsenti te. Respõdeo dicendũ, ꝙ rationabiliter iura Romanorũ commendantur, & conuenienter connumerantur inter spẽs iuris ciuilis. Cuius cõclusionis rõ multiplex assignagi põt. Prima, quia romani, vtpote ingenio præstantissimi præcipue intenderunt ad condendum leges scientes; ꝙ sine lege res publica gubernari non posset.

Opponit & Respõd.

Prima rõ.

¶ Secunda rõ quia leges à Romanis datæ iustæ, & sanctæ esse censentur, vt pote quæ sicut dicitur in. c. nemo. 16. q. 3. diuinitus per ora principũ sunt promulgatæ & c. de legi. l. sanctissime.

Secũda rõ.

¶ Tertia ratio, quia Romani floruisse legũtur clarissimis virtutibus, quibus magis, quã armis diuina prouidẽtia operante plurimũ amplificarunt suis tpibus rempublicam, vñ Aug. lib. 5. de ciuitate Dei narrat. Catonẽ sic de eorũ virtutibus loquẽtem. Nolite inquit existimare maiores nostros armis rempublicam ex parua magnam fecisse, si ita esset, multo pulcherrimã eam nos haberemus, quippe sociorum, atq; ciuiũ. Præterea armorũ, atq; equorũ maior copia nobis, q̃ illis est; sed illa fuere, q̃ illos viuos magnos fecerũt, q̃ nobis nulla sunt, domi industria, foris iustũ imperiũ, animus in cõsulẽdo liberi nec delicto, nec libidini obnoxi⁹, hæc ille.

Terta rõ. Nota pro Romanis.

¶ Quarta rõ, quia apud Romanos maxime viguit ad magnificandã, & tuendã rempublicam euigilantia, & solicitudo, vehemẽs dilectio, feruida ęmulatio, ita vt eius salutẽ proprijs commodis, mo & vitæ suæ, & suorũ cognatorũ ante ponerẽt, vt de multis Valerius exẽplificat, q̃ breuitatis cã transimus, cũ rẽ aliam, & materiam grandem expedire habeamus. Sciebant quippe Romani hanc Platonis sñiam esse, vt Tull. narrat lib. 1. de offici. volentes rempublicam præficeret, vtilitatem ciuium sic tueri, vt quæcunque agerent, ad illam referrent suorum propriorum commodorum obliti, ad hoc. 8. quæst. 2. sunt in ecclesia.

Quarta rõ

¶ Quinta ratio, quia iustitia sine qua respublica regi, nec consistere potest maxime vigui apud Romanos. Quanta autem iustitia viguerit apud eos, inter alia testimonia satis patet in paulo Cæsarem appellante, de quo Festus pses ait Regi. Cum essem Hierosolymis aduenerunt ad me Principes sacerdotũ, & seniores iudeorũ postulãtes ad uersus illũ dãnationẽ, ad quos respõdi, quia nõ est cõsuetudo Romanis dãnare aliquẽ hoĩem, priusquã is, q accusat, pñtes habeat accusatores locũq; defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obiiciunt. Ac. 25. ad hoc faciũt capitula toti⁹ q. 8. causæ. 3. maxime. c. nono patet. c. non habetur. c. qui accusare. &. c. absens.

Quinta rõ

¶ His habitis, dicendũ est ad argumenta in oppositum.

Ad primū arg. oppositum. Ad primum respondet gl. quòd sub nomine Romanorum intelligendi veniunt omnes imperio Romano subiecti, siue Christiani, siue Pagani, siue Iudæi. secundo nos diceremus, quòd ius quiritū institutione sua prima propriū fuit Romanis sicut dicit tex. Nihilominus tam propter dilationem imperii Romani, quam propter ipsius iuris sanctimoniam factum est multis aliis commune, & hoc non obuiat rationi iuris ciuilis. ad secūdū. ¶ Ad secūdum dicendum, quòd ratio, propter quam magis de iure Romanorum exemplificatum est quam de iure aliorum quorumcunque populorum, est iam assignata multiplex in corpore quæstionis propter. s. eminentiam singularem virtutum & zelum, quibus Romani claruerunt circa regimen reipublicæ super alios populos. Ad tertiū ¶ Ad tertium respondetur dupliciter, primo, quòd & si tempore beati Bernardi, in quo scisma erat in ecclesia, Romani fuerunt aliqui eorum, quales ab ipso describuntur, pro tempore tamen, quando iura condiderunt, & rempublicam gubernauerunt, dicuntur fuisse, quales iam parum ante diximus. ¶ Secundo dicitur, quòd, dato, quod Romani fuissent mali, tamen potuerunt leges optimas condere, vnde beatus August. lib. primo de lib. ar. capit. nono dicit; quòd bona lex à nō bono fieri potest. Vt Valerius maximus dicit de Atheniensibus, quòd æquissima iura sed iniquissima ingenia habebant.

2 teram: Exponit li [Quiritum.] id est Romanorum, † qui sic dicti sunt à Quirino, hoc est Romulo deriuato nomine à matre sua, quæ Quires nuncupata est, vel vt dicit gl. insti. de iure naturali §. sed ius dictum est à quiris; quòd est hasta, quia magna hasta in bello vtebatur. [De legitimis hæreditatibus.]

3 † Hæreditas est successio in vniuersū ius, quod defunctus habuit tēpore mortis vel quod superest deducto ære alieno. vt. ff. de verbo. significa. leg. nihil. & in leg. hæreditas. ff. de regu. iur. [Curatoribus]

4 qui minoribus, & furiosis dādi sunt † Curator. n. propriè minori, & furioso datur, & quibusdam aliis de quibus institut. de cur. in prin. & in. §. furiosi. Procurator vero ab ipsis dominis constituitur,

5 † is nanque & procurator est; qui aliena negotia mandato domini administrat, vt in leg. prima. ff. de procura. [De contractibus.] s. qualiter debeant celebrari inscriptis, vel non. [De tutelis.]

6 † Tutela est vis, & potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit iure ciuili data, ac permissa, vt instit. de tutelis. §. primo. & in leg. prima. ff. de tutel. hæc autem pupillo datur de hac plenius tractabitur infra decimo sexto quæstio. prima generaliter. [De vsucapionibus]

7 † vsucapio secundum Isidorū est adeptio dominii per continuationem iustæ possessionis vel bienii, aut alicuius temporis. ff. de vsuca. l. 3. vsucapio est adeptio dominii per cōtinuationem temporis lege diffiniti. de quo sufficienter inuenies. 16. q. 3. in prin. [In eos solos] & qui subsunt Romano imperio.

1 *Legum humanarum diuisio an conuenienter ponatur in textu.*
2 *Animal proprie, & per se qualiter diuidatur.*
3 *Aristocratia dicitur optimatum principatus.*
4 *Obligascia quid dicatur.*
5 *Democratia quid dicatur.*

Distinctio secunda.



Cōtinuatio Diuisio. Constat. Hic incipit secunda distin. quæ sic conti nuatur ad præcedentem, in superioribus magister Gratianus aperui, quid sit ius Quiritum, siue Romanorum, in hac secūda distinctione ostēdit, quæ sunt eius partes, siue species. Et diuiditur in duas partes. In prima facit quòd dictum est. In secunda transit ad loquēdum de legibus consularibus; & tribunitiis. & aliis ostendens vnde sic appellantur. secunda ibi: Quædam etiam leges. Itē prima in duas quoniam primo ostendit partes, siue species iuris Romanorum. In secunda incipit singulas partes eius declarare. secunda ibi. Lex est, &c. Constat &c. hoc. c. est B. Isid. 5. etymolo. c. 9. vbi ponit differētias seculariū legū, ex quibus dicit cōstare ius quartū, quæ sunt lex plebiscita, senatus consu. constitutio, vel edictū rñsa prudentū. ¶ Pro pleniori intelligentia hu

1 ius partis quæritur † vtrū cōueniēter ponatur in te. pñti diuisio legum humanarum, siue iuris humani. Et videtur quòd nō, primo sic. Ea, quæ habent eandem vim, non videntur formaliter differre sed solum materialiter, sed leges plebiscita, senatus consulta, & alia huiusmodi, quæ ponit omnia habent eandem vim. ergo videtur quòd non differant, nisi materialiter, sed talis distinctio in arte non est curanda, cum posset esse in infinitum, ergo inconuenienter huiusmodi diuisio, humanarum legum introducitur. Primum ar. ¶ Præterea sicut in ciuitate sunt principes, & sacerdotes, & milites. ita etiam sunt & alia officia, ergo videtur, quòd sicut ponitur quoddam ius militare, & ius publicum, quòd consistit in sacerdotibus, & magistratibus; ita etiam debeant poni alia iura ad alia officia ciuitatum pertinentia Secundū ar. ¶ Præterea ea, quæ sunt per accidens sunt prætermittenda, sed accidit legi, vt ab hoc, vel illo homine feratur, ergo incōuenienter ponitur diuisio humanarum legum ex nominibus legislatorum, vt scilicet quædam dicatur Cornelia, quædam. Iulia, quædam Aquilia, &c. Tertiū ar. ¶ In oppositum est tex. tā Isidori quā Gratiani. Respondeo, dicēdum quòd præfata diuisio est conuenienter posita. Opponit & Respōd. Quæ conclusio sic probatur iuxta sanctum Thom. in prima secunda quęstio. nonagesimo quinto arg. quarto. Vnumquodque potest per se diuidi secundum illud, quod in eius ratione continetur, sicut in ratione animalis continetur anima, quæ est rationalis, vel irrationalis.

2 † Ideo animal proprie, & per se diuiditur secundum rationale, & irrationale. non autem secundum album, & nigrum, quæ est diuisio præter rationem eius. Sunt autem multa de ratione legis humanæ, a secundum quorū quodlibet, lex humana proprie, & per se diuidi potest. Est enim primo de ratione legis humanæ, quòd sit deriuata à lege naturæ, vt ex dictis patet & secundum hoc diuiditur ius positiuum in ius gentium, & ius ciuile secūdum duos modos quibus aliquid deriuatur à lege naturæ, vt supra dictum est. Nam ad ius gentium pertinent ea. quæ deriuantur ex lege naturæ, sicut conclusiones ex principiis, vt iustæ emptiones, vēditiones, & alia hmōi; sine quibus homines adinuicē cōueniri non possent, quod est de lege naturæ, quia homo est naturaliter animal sociale, vt probatur in primo politicæ. quæ vero deriuantur à lege naturæ per modum particularis determinationis pertinent ad ius ciuile, secundum quod quælibet ciuitas aliquid sibi ad commodum determinat.

a ¶ Legis humanæ. an lex humana excuset in foro conscientiæ vide Bal. in. l. cum quis C de iuris & facti igno.

¶ Secūdo est de ratione legis humanæ, quòd ordinetur ad bonum ciuitatis, & secundum hoc lex humana diuidi potest secundum diuersitatem eorum, qui specialiter dāt operam ad bonū commune, sicut sacerdotes pro populo Deum orantes, principes populum gubernantes, & milites pro salute populi pugnantes. Et ideo istis hominibus specialia quædam iura adaptantur. ¶ Tertio est de ratione legis humanæ, vt instituatur à gubernāte communitatem ciuilitatis, sicut supradictum est & ꝯm hoc distinguuntur leges humanæ ꝯm diuersa regimina ciuitatum quorum vnum secundum philosophum in tertia politicæ est regimen, quando. s. ciuitas gubernatur ab

3 vno, & secundum hoc accipiuntur constitutiones principū. † Aliud vero regimen est Aristocratia id est principatus optimorum vel optimatum. Et secundum hoc sumuntur respō

4 sa prudentium, & senatusconsulta. † Aliud regimen est oligarchia id est principatus paucorum diuitum, & potentum, & secundum hoc sumitur ius prætorium, quod etiam hono

5 rarium dicitur. † Aliud autem regimen est populi, quod denominatur democratia, & secundū hoc sumuntur plebiscita aliud autem est tyrannicum, quod est omnino corruptum, vnde ex hoc non sumitur aliqua lex. Est etiam aliquod regimen ex istis commistum, quod est optimum, & secundum hoc sumitur lex; quam maiores natu simul cum plebibus sanxerunt, vt Isidorus dicit. Quarto vero de ratione legis humanę est, quod sit directiua humanorum actuum. Et secundū hoc secundum diuersa; de quibus leges; feruntur, distinguuntur leges, quæ interdum ab authoribus nominantur, sicut distinguitur lex Iulia de adulteriis, lex Cornelia de sica. & sic de aliis, non per authores, sed per partes, de quibus sunt. ¶ Ad rationes autem respondetur. Ad primam negatur quòd ista iura in litera posita non distinguantur formaliter, cum vt dictum est, distinguantur ꝯm diuersa regimina reipublicæ. Ad primū arg. ¶ Ad secundam dicendum, quòd non est simile de istis officiis. s. militari, sacerdotali magistratibus, & de aliis officiis, quoniā ista specialiter dant operam ad bonum commūne, ideo specialiter istis adaptantur quædam iura, & non aliis. Ad secūdū ¶ Ad tertiam, quod licet aliquæ leges ab authoribus nominentur, diuisio tamen earum capitur principaliter penes res, de quibus sunt. Ad tertiū:

2 *Papa potest facere generalem constitutionem in rebus spiritualibus, & ecclesiasticis.*
3 *Legatus in prouincia sibi commissa potest facere constitutionem.*
4 *Synodus prouincialis potest facere constitutionem, &*
5 *Episcopus in sua diocesi, &*
6 *Capitulum sibi.*
7 *Imperator in temporalibus potest facere generalem legem.*
8 *Præfectus prætorio potest facere generalem in legem omnibus in quibus hoc imperator mandat.*
9 *Populus romanus potest legem generalem condere.*
10 *Ciuitas potest sibi legem facere.*
12 *Lex multipliciter describitur.*
13 *Maiores natu dicuntur tripliciter.*
14 *Plebiscitum accipitur dupliciter.*
Vnde habuerit originem. nu. 15.
16 *Edictum tripliciter accipitur.*
17 *Tribuni vnde sint dicti.*
18 *Lex Rhodia de iactu, quæ dicatur.*



Ex est. Sequitur capi. eiusdem partis; vbi scribitur quid sit lex, cum ait. Lex est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. Circa hãc de-
1 scriptionem legis quæruntur duo. ¶ † Vtrum ratio cuiuslibet hominis sit factiua legis, id est vtrum quilibet homo possit facere legem.
11 ¶ Secundo vtrum conuenienter diffiniatur lex in litera præsenti, cum dicitur. lex est &c.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quòd ratio cuiuslibet hominis potest facere legem. Primo sic. Dicit enim Apostolus. Roma. secunda, quòd cum gentes, quæ legem non habent naturaliter, quę legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex, hoc autem communiter de omnibus dicit, ergo quilibet potest sibi facere legem. ¶ Præterea, sicut Philosophus dicit secundo, ethicorum. Intentio legislatorum est, vt inducat hominem ad virtutẽ, sed quilibet homo potest alium inducere ad virtutem, ergo cuiuslibet hominis ratio est factiua legis. ¶ Præterea, sicut princeps ciuitatis est ciuitatis gubernator: ita quilibet paterfa. est gubernator domus suæ, sed princeps ciuitatis potest legem in ciuitate facere, ergo quilibet paterfami. potest in sua domo facere legem. Sed contra est id, quod Isidorus dicit in libro etymolo. & habetur in tex. præsentis. c. Lex est constitutio populi secundum quam maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt, non est ergo cuiuslibet facere legẽ. ¶ Respõ. dicendum, ꝙ non cuiuslibet hominis est leges condere, sed aut principis, aut totius multitudinis. Probatur ista conclusio sic, quòd lex proprie, & principaliter respicit ordinẽ ab bonum commune. Ordinare autem aliquid in bonum cõmune, est vel totius multitudinis, vel alicuius gerentis vicẽ totius multitudinis, ergo condere legem vel pertinet ad totam multitudinem vel ad personam publicã, siue totius multitudinis curam habet, quia & in omnibus aliis ordinare in finem est eius cuius est proprie ille finis. Ad rationes ergo in oppositum dicendum est. Ad primum respondetur, quòd (sicut supra dictum est) lex est in aliquo non solum sicut in regulante, sed etiam participatiue, sicut in regulato, & hoc modo vnusquisque sibi est lex, in quantum participat ordinem alicuius regulantis. Vnde & ibidẽ subdit, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, vnde ex hoc non sequitur. ꝙ quilibet possit facere legem. ¶ Ad secundam dicendum ꝙ persona priuata nõ potest inducere efficaciter ad virtutem, potest tamen solum monere, sed si sua monitio non recipiatur, non habet vim coactiuam, quã debet habere lex, ad hoc quòd efficaciter inducat ad virtutẽ, vt philosophus dicit in quinto ethicorum. Hanc autem virtutem coactiuam hæc multitudo, vel persona publica, ad quam pertinet pœnas infligere, & ideo solius eius est leges facere. ¶ Ad tertiam dicendum, quòd sicut homo est pars domus, ita domus est pars ciuitatis. Ciuitas autem est communitas perfecta, vt dicitur in primo, politicæ. Et ideo sicut bonum vnius hominis non est vltimus finis, sed ordinatur ad bonum vnius ciuitatis, quę est communitas perfecta. Vnde ille, qui gubernat aliquam familiam potest ibidem facere aliqua præcepta, vel statuta, non tamen quæ proprie habeant rationem legis. Sed qui sunt illi, qui ita curam habent, qui possunt legem facere. Respon-

Primum ar. Secundũ ar. Tertiũ ar. Respõdet. Ad primũ arg. Ad secũm arg. Ad tertium arg.

2 deo secundum Host. † generalem constitutionem Papa facere potest in omnibus spiritualibus, & ecclesiasticis. extra eo. ca. fi. † Item legatus in prouincia sibi commissa. extra de offi.
3 lega. c. fi. extra de loca. & conduc. c. ex rescripto. † Item syno-
4 dus prouincialis 17. di. ꝙ dicitis. † Item eps in sua diocœsi po-
5 test constitution facere extra de malo. & obe. c. si quis ex. de loca. & conduc. vestra nobi. † Item capitulum potest sibi con-
6 stitutionem facere. extra eo. c. cum accessissent maxime in leuibus non concernentibus statum ecclesiæ, vt in capi. cum consuetudinis. de consue. similiter & vniuersitas clericorũ, vel magistrorum. extra eo. ex literis. etiam laicorum vt in. le. fi. C. de iuris. omnium iudic. & in c. quæ in ecclesiarum. de cõstit. † Item in temporalibus generalem potest facere impera-
7 tor. C. de legibus. l. 3. sed non tamen in spiritualibus, & eccle-
8 siasticis. † Item pręfectus prætorii, & omnes quibus imperator hoc mandat. † Item populus Romanus, de quo habetur
9 in. l. fi. C. de legi. & in. §. quod principi. ff. de iure naturali. & in multis aliis, omnes isti generalem legem facere possunt. † Itẽ
10 ciuitas, siue populus potest sibi legem facere, hæc omnia habentur instit. de iure natu. §. primo. & secundo, Idem credo de quolibet collegio approbato. extra eo. ca. quæ in ecclesiarum. & cap. ex literis.

11 Ad secundum. In quo quæritur, † vtrum conuenienter diffiniatur lex, in litera. cum dicitur, Lex est constitutio populi, &c. sic proceditur. Et arguitur, quòd non. Primo, quia superius di. 1. c. lex est. diffinitur. Lex est constitutio scripta, modo vnius rei vna est diffinitio, ergo vel prima est bene assignata, & ista male. Vel ecõtrario. ¶ Secundo populus non potest condere legem, quia ista potestas translata est in principem, vt instit. de iure naturali. §. sed quod principi. &. C. de legi. l. digna vox, ergo videtur, quòd lex non debeat dici constit. populi. ¶ In oppositum est tex. præsens qui est beati Isidori, vt dictũ eũ. Respondet dicendum, quòd lex hæc proprie non diffinitur, sed magis describitur. Vnius autem, & eiusdem rei non est inconueniens esse descriptiones, vel diffinitiones minus perfecta plures † Describitur autem lex multipliciter, primo sic describit eã
12 Demosthe. vt in. l. 2. ff. de leg. Lex est inuẽtio hominis, donũ Dei, dogma sapientum, correptio voluntariorum excessuũ, ciuitatis compositio, totius criminis fuga. ¶ Secundo sic Tull. li. de legi. Lex est ratio summa insita in natura. quæ iubet ea quæ sunt facienda, prohibetque contraria. ¶ Tertio idem sic. Philippicarum nona. Lex nihil aliud est quam recta ratio, imperans honesta, prohibens contraria. ¶ Quarto, idẽ sic li. de natura Deorum. Lex est recti præceptio prauique depulsio, ¶ Quinto Isidorus, & Gratianus. Lex est constitutio scripta, quæ est eadem cum ista Tulli dicentis. Lex est ius scriptum assistens honestum. prohibensque contrarium. ¶ Sexto sic diffinitur insti. de iur. natura. §. lex à iustiniano. Lex est, quod populus Romanus, senatorio magistratu interrogante, veluti consule, constituebat, i. constitui consenebat, & asseuerabat. ¶ Septimo, sic describitur. ff. de leg. 1. vbi tex. ita dicit. Lex est commune præceptum prudentium consultatio, delictorum, quæ sponte, vel ignorantia contrahuntur, coercio. i. p. communis impressio. ¶ Octauo, describitur, vt dicitur politarcon à Philosoph. sic. Lex est donũ dei, æquitatis, forma, norma iustitiæ, diuinæ voluntatis imago, salutis custodia, vnio, & consolidatio populorum, regula officiorum, exclusio, & exterminatio vitiorum, violentiæ, & totius iniuriæ pœna. ¶ Nono, Aristo. 9. Ethic. Lex est sermo ab aliqua prudentia, vel intellectu coactiuam habens virtutem. ¶ Decimo, est descriptio assignata ab Isidoro, & Gratiano in præsenti tex. videlicet, ꝙ est cõstitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt, ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respon. dupliciter. Primo, quòd licet vnius rei non sit, nisi vna diffinitio, quæ plene, & totaliter notam faciat essentiam rei ipsius quæ definitur, plures tamen possunt eiusdem esse diffinitiones, minus plene notificantes essentiam diffiniti. Aut dicemus, quòd sunt magis descriptiones, quam diffinitiones, præter illam, quam ponit Aristot. quarto metaphysi. qua dicit, quòd lex est sermo ens, ab aliqua prudentia, vel intellectu coactiuam habens virtutem, hæc diffinitio (vt dicit Albertus in Ethico) est sufficiens valde, ponitur enim ipsa substantia legis, quæ est materialis in ipsa, quæ est genus dicendo. Lex est sermo ens, ponitur etiam forma eius secundum quam habet rationem legis. Est enim lex regula viuendi, dirigens in finẽ vitæ, & tãgitur in hoc, ꝙ dicitur, ab aliqua prudentia,


Hostien. Primũ ar. Secũm ar. Opponit & Respõd. Demosthenes. Tullius. Aristoteles. Ad primũ arg. Albertus.

prudentia,quia prudentiæ est præstituere finem in moribus, & dirigere in ipsum finem vt in 5.ethycorũ dr̃.Ponitur etiã modus perducendi in finem;in quo etiam est expositio nominis.Dicitur.n.lex à ligando in hoc; quòd dicit coactiuam habens potentiam. ¶ Ad secundam dicendum dupliciter. Primo,quòd diffinitio data legis est data pro tempore, quo Romanus populus monarchiam teneret,& ideo ipsius erat legem condere,qua omnes regularentur.¶Secundo,dicitur, quòd & si populus Romanus non possit legem condere vniuersalem propter rationem dictam, aut quia dominium vrbis penes summum pontificem,vt in.c.fundamenta. de cle. lib.sexto:Nihilominus in his in quibus adminstrationem, habet legem particularem condere potest,sicut diximus de capitulo ecclesiæ cathedralis, an possit statuere sine episcopo,de consti.cum omnes.&.c.cum accessissent.Sequitur tex.

Ad secũdũ

13 ¶[Lex est cõstitutio scripta.Maiores natu.] †maiores natu dicuntur tripliciter, nobilitate,dignitate,& antiquitate. Et in prima significatione accipit saltem in proposito, licet in 2.& in 3.congruenter posset etiã accipi.Sed nota, ꝙ superius in prima distin.in cap. lex,est definita,est lex prout extendit se ad quodlibet ius scriptum,hic vero prout species est iuris
14 ciuilis.[Plebiscita.] ꝓut potest colligi ex te. isto, nota† quod dupliciter accipitur plebiscitum. Vno modo scilicet pro eo, quod tantum à plebe est institutum,& hoc modo plebiscita dicuntur,vt dicit tex.quæ plebs tantum constituit. Plebisci-
15 ta id est à plebe scita,id est constituta,†& hæc plebiscita inde originem habuerunt.Plebs enim Romana a maioribus per discordiam descendens,venit ad montem auentinum, ibiq; diu manens sua iura condidit. Denique cum reuocata esset plebs, & aliter discordia sopiri non posset nisi illi maiores ipsa plebis statuta reciperent,suscepta sunt inter cæteras leges, & dicta sunt plebiscita.Et si dicatur,quòd sola plebs constituere non posset sine consensu maiorum natu,vt supra in ꝓximo.cap.Respondet quòd ista,licet prius à sola plebe,siue maioribus natu constituta essent,veruntamen postmodum propter bonum pacis approbata sunt per omnes simul congregatos pro lege condenda,& tunc vim legis incœperunt habere,quam ante non habuerunt.Et hoc patet per legem. Hortensiam;de qua in leg.secunda.§.eisdem temporibus.ff. de origi.iur.& in.§.plebiscitum.instit.de iure naturali. Alio modo dicitur plebiscitum,quod scilicet consensu, aut petitione plebis est constitutum,& hos modos tangit text.dicẽs. Vocantur autem plebiscita eo,quòd ea lex sciat id est statuat, vel quod sciscitatur id est interrogat, & rogat,vt fiant.Diffinitur autem sic institu.de iure naturali.Plebiscitum est,quod plebs plebeio magistratu interrogante,veluti tribuno constituebat,[Senatusconsultum.]instit.de iure naturali,sic diffinitur.Senatusconsultum est,quod senatus iubet, atque constituit vel ferendo,vel afferendo,hoc autem inde originem, habuit,vt habetur in.§.senatus.instit.de iure naturali. Cum enim populus Romanus ita auctus esset intantum,vt difficile esset multitudinem conuocari causa legis sanciendæ,æquũ visum est eligere aliquos,qui leges conderent,aut eorum cõsensu,& examine vice populi conderentur, qui in numero, centum fuerunt.vt in.l.fi.C.de peti.hæredi.vnde sicut totus populus interrogabatur,quando consul legem ferebat ad populũ,& eius cõsensu lex ferebatur,ita & senatores vice populi interrogabãtur,ita & senatores vide populi interrogabantur,quãdo consul legem ferebat,ita eorum consensu senatusconsultum vocatum est. Item not. quòd senatus dicitur, vt dicit Papias,quasi à senectute.vnde senator quasi senex natus,vel natu,quia in illa dignitate eligebantur senes natu. Dicitur etiam senatus locus vbi senatores conueniunt. [Constitutio.rex.]scilicet in regno suo[vel imperator]in orbe,vel eũdem vocat regem, & imperatorem,sed regem antequam sit coronatus. Arguitur contra,quia nõ solum rex,vel imperator facit edictum,sed etiam quilibet iudex, vt vigesimo
16 quarto.quæstio quarta,de illicita†.Respondetur;quòd edictũ tripliciter accipitur.Vnum,quod habet vim legis a, & illud proprie est de quo loquitur tex.præsens,ꝗest principis.s. legem condere.Aliud dicitur edictum prætoris,quo.s.prætor ius ciuile corrigens,vel supplens vel confirmaus in albo posita,vel scripta publice proponebat. Aliud est per similitudinem dictum,sicut sunt edicta iudicum,quæ fiunt,& ponuntur in ualuis ciuitatum, siue ecclesiarum, quæ nõ legis,sed citationis vim habent;de quibus loquitur cap.de illicita.alleg. [Responsa prudentum.]id est sunt eorum, quibus permissum erat iura condere.instit.de iure naturali.§.responsa.[Cõsulentibus.]super aliquo articula, vel super interpretatione alicuius iuris,fuerunt.n.quidam prudentes electi,quorũ sententiæ de re certa; opiniones de & dubia authoritatẽ ipsã habebant, vt non liceret iudici à responsis eorum recedere. [Composita]scilicet ab aliis.[ediderunt,]id est exposuerũt, & interpretati sunt.

a ¶ Vim legis. Et tale edictũ astringit, sicut citatio. Bal. in l. testamenta. C. de test: Pe. de Anc. in in ca. cum in tua. qui ma trim. accu. pos.



Q Vædam etiam. Hic est secunda pars huius distinctionis,in qua ponit quasdam leges nominatas nominibus cõditorũ earũ.[consulares.]à consulibus factæ.Cum enim Romani nõ possent formare superbã dominationem regum, consules fecerunt,& constituta ab eis leges consulares dictæ sunt.[Tribunitiæ.]à tribunis dictæ sunt. Cũ.n.quadam vice Romanus populus à patribus recessisset,præfecit sibi tribunos,& leges ab eis latas vocauit tribunitias.†Tribuni dicti sunt à tribuando iura populo,vel à tribu,id est plebe;cui præerant,vel quia populus diuisus erat tunc in tres partes, & ex qualibet parte tribuni eligebantur,& inde ab illis tribus partibus,ex quibus creabant̃ dicti sunt tribuni eorũ,ergo leges tribunitiæ vocabãtur.[Iuliæ.]a Iulio conditore.[Corneliæ.]à Cornelio conditore.[Suffecti]cõsules subiecti,i. cõstituti dicebantur,qui in locum consulum ad finem sui consulatus defunctorum constituebantur, ijdem etiam dicebantur mortui, quia in loco mortuorum subrogabantur. Ordinarii dicebantur illi consules,qui eligebantur,& intronizabantur tempore congruo ad hoc ordinato.[Pro suscipiendis liberis.]in ea quidem lege cautum erat,quòd si quis tres filios Romæ, & quatuor in Italia,& quinq; in prouincia haberet,excusabatur ab oneribus publicis,& tunc suscipiendis exponitur pro susceptis, id est pro præmio filiorum educandorum.Vnde ea lege cautum erat, vt si quis haberet vxorem prægnantem, cum posset duos,vel plures filios parere,excusaretur ire ad expeditionem;vel aliud ad negotium extra terram, & tunc [suscipiendis.]ad nutriendum,vel cautum erat, vt si quis pueros proiectos,sicut sæpe contingit,alendos susciperet, vel in filios adoptare,de cõmuni ære præmium.vel expensa daretur,& illis maxime, qui sufficienter de suis non haberent, & tunc [suscipiendis]id est susceptis ad nutriendum [legem facit] in antiquis legibus continebatur, vt aliquis decedens totam hæreditatẽ posset legare extraneis, vnde frequenter filii nolebãt à dire hæreditatem,timentes pondus; & nullum expectantes emolumentum.Et ideo Falcidius legem fecit ne quis amplius ex testamento legaret extraneis, id est aliis ab hæredibus,nisi vsque ad quartam partem. Quicunque enim iure instituitur hæres,non potest eum legatis grauare testator,vnde lex ista dicta est falcidia,vel à falce, quia de toto quartam resecauit partem,vel ab inuentore,sicut dicit hic.[Satyra.]hæc lex nunquam inuenitur in iure Romano, nisi forte in titu.de latina liber.tollen.quæ: quasi pro satyra
18 fuit introducta[.Rhodiæ]†Lex rhodia dicitur de iactu, qua cautum est vt si gratia alleuiandæ nauis iactus mercium factus est, omnium contributione sartiatur; quod pro omnibus iactum est, & dicitur Rhodia à Rhodo insula,vbi propter loca periculosa fiebant huiusmodi iactus de nauibus,vel ideo Rhodia dicitur,quia in ea generaliter tractabatur de noualibus commerciis, & contractibus, vel dicitur à Rhodo insula,quia ibi olim erat frequens vsus nauium mercatorum.

1 *Constitutio ecclesiastica an conuenientur nomine canon.*
2 *Regula dupliciter interpretatur.*
Et accipitur multipliciter.num.4.
3 *Virtus secundum Augustinum quid sit.*
5 *Canon proprie quid dicatur.*
Et in.§.porro nu.7.

¶ Distinctio tertia.



O Mnes hæ species. Hic incipit 3.d.in qua, postquã in superioribus magister Gratianus tractauit de speciebus seculariũ legũ iã tractaturus de ecclesiasticis cõstitutionibus, quo noĩe cõstitutio ecclesiastica cẽseat̃.s.canon.Habet aũt hæc d.4.partes.

[Conti]nuatio

Diuisio.

In prima magister Gratianus facit, quòd dictum est, quòd ecclesiastica constitutio appellatur canon. ¶ Secundo pro maiori declarat one ponit quandam diuisionem conciliorū dicens. Quædam esse generalia, quædam particularia, ibi, por ro. ¶ In tertia interserit de priuilegiis, dicendo, quòd quædam leges tam canonicæ, quam seculares sunt priuatæ leges, ibi, sunt autem quædam. ¶ Quarto, ponit generale officium legis tam canonicæ, quam ciuilis ibi. officium vero, &c.

Primū ar. 1 Circa primam. Partem pro eius ampliori intelligētia potest quæri † vtrum conuenienter ecclesiastica constitutio nominetur canon. Et arguitur, quòd non. Sic. Constitutio ecclesiastica est ius, vt patet, sed non omnis regula; quæ est interpretatio canonis, est ius. ff. de reg. iur. le. 1. Regula est; quæ rem, quæ est'. breuiter enarrat non vt ex ea ius fiat, ergo videtur, quòd constitutio ecclesiastica non sit vocanda canon, id est regula. ¶ Secundo

Secūm ar. constitutiones aliquæ ecclesiasticæ videntur esse non rectæ, sed obliquæ, & distortæ, ergo videtur, quòd non est verum, quòd cōstitutio ecclesiastica dicatur canon, id est regula, quæ recte ducat, & quæ aliorsum id est à rectitudine non trahat id est deuiet. Consequentia est manifesta. Antecedens patet de constitutionibus iubentibus puniri aliquem sine culpa, sic trigesimo quarto distinct. c. si cuius, de eo non prouenie- do, cuius vxor fuit adultera, & postea ab eo cognita. Item de interdicto, quo multi sine culpa sua puniuntur decima septi

Tertiū ar. ma, quæstio. 4. c. miror. ¶ Tertio si constitutio ecclesiastica diceretur canon, id est regula, quæ nūquam à rectitudine deuiet, nunquam inter canones esset controuersia, quia sicut verum omni vero consonat, ita rectum non recto, & obliquo contrariatur. Sed inter ecclesiasticas constitutiones, quandoque controuersia inuenitur, vt patet dist. 50. domino sancto. & 33. q. 2. hoc ipsum, ergo videtur, quod constitutio ecclesiastica non conuenienter dicatur ita indistincte canon.

Opponit & Respōd. ¶ In oppositum est tex. præsens, qui est beati Isidori. 6. li. ety mologiarum. c. 8. Respondet dicendum, quòd conuenienter constitutio ecclesiastica nominata est canon. † Pro quo notā-

2 dum, quòd regula, vt innuit tex. præsens, dupliciter interpretatur. Dicitur. n. vno modo regula à rectitudine, quasi recta virga, vel linea, sicut est illa, qua vtuntur scriptores, & lignarii, & cementarii, hoc modo videtur sumi regula, Iosue, 7. vbi dicitur. Regulam auream, &c. & habetur. 1. q. 4. §. item peccato ciuium. ¶ Secundo dicitur regula à regendo, & ita dicitur regula in grammatica, & in alii aliis scientiis, vnde in iure canonico est titulus de regulis iuris. iuxta primū modum cōstitutio canonica merito regula dicitur, quemadmodum per regulam distorta diriguntur, & fiunt plana indirecta & fiunt semitæ rectæ. & per regulam gibbi remouentur, vt patet in cementariis, & lignariis, sic per constitutiones canonicas, vtpote per quas commendatur humilitas, superborū coerceatur audacia, gibbi siue tumores superbiæ complanā tur, & montes, & colles humiliantur, & aspera litium iurgia in planiciem conuertuntur, mansuetudinis, & charitatis, vt di

Ps. 1 92. x. cere possimus illud Psal. Pax multa diligentibus legem tuā. Item per regulam res quadrantur vt lapides, iuxta illud 3. Regum. 6. Opere quadro ad regulam, sic per constitutiones ecclesiasticas, vtpote quibus docetur, quid religioni congruat quid disciplinæ conueniat, quid saluti proficiat, homines fiūt quadrati in virtutibus, vt apptiores sint ædificio cœlesti. Item per regulam habilitantur res diuersæ, vt fiant aptæ coniunctioni in vnum, vt patet in cementariis, sic per constitutiones ecclesiasticas diuisi fiunt vnum in domino vnanimes habitantes in domo Domini. Item per regulæ applicationē relinquuntur in charta papyrea, aut pergamenea diuersæ lineæ rectæ, & multæ, sic per institutiones, ecclesiasticas executioni mandatas efficiuntur diuersæ virtutes in homine, quæ nihil aliud sunt quam quædam lineæ rectæ procedentes à fonte diuini luminis. † Vnde virtus secundum Augu. est

Aug. 3 bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, quam Deus in nobis siue nobis operatur, vnde omnis virtus est quædam rectitudo. Item sicut scriptor, qui de regula non curat, frequenter distorte scribit, si ea non vtatur recte, sic negligentes constitutiones ecclesiasticas distorte viuunt, qui autem secundum eas rectissime operantur. ¶ Secundo etiam modo constitutio ecclesiastica merito regula dicitur. Regula dicitur, videlicet à regēdo, quia sicut regula in scientiis doceat artem sciendi, ita per constitutiones ecclesiasticas docentur homines recte viuere. Item sicut per regulam regit se quis in scientia aliqua, ita per constitutiones ecclesiasticas regit se quis in vita: vnde in c. prima salus. 25. q. 1. dicitur. Prima salus est rectæ fidei regulam custodire, & à constitutionibus patrum nullatenus deuiare. ¶ His habitis, dicen-

Ad primū arg. dum est ad rationes in oppositum. Ad primam dicitur negando, q regula non sit ius in aliqua sui acceptione. Pro quo notandum respondendo ad id, quod inductum est. ff. de regu. iuris. l. 1. † q regula accipitur multipliciter, Vno modo accipitur pro norma sanctæ, & recte viuendi, sic ad Gal. 6. dicitur. Quicunque hāc regulam sequuti fuerint, pax super illos. Itē dist. 54. ca. multos. in fi. ¶ Secundo accipitur regula pro lege diuina, siue iure diuino. dist. 61. c. bene. vbi Gregorius dicit. Per legis sacræ regulam, &c. ¶ Tertio accipitur regula pro iure communi. vt in c. ex antiquo. distinct. quinquagesima quarta & distinct. 55. c. primo & c. regulæ disti. 17. ¶ Quarto accipitur pro regula ecclesiastica. 47. dist. c. quoniam. & 1. q. 3. c. saluator. ¶ Quinto dicitur regula diffinitio compendiosa rerum vniuersitatem complectens sexta, quæstio. prima, quæro. Et ita patet, quòd licet regula in omni sua acceptione non sit dicenda ius secundum tamen aliquam sui acceptionem iuris habet rationem maxime, cum ius dicatur, q iustū est & æquum, vt supra di. 1. c. ius generale. ¶ Ad secundum Ad secūm ar dicendum negando assumptum. Sicut. n. testatur Aug. nō est lex, quæ iusta non fuerit. ita, quæ recta non fuerit. Et ad probationē respondetur, quòd constitutiones ecclesiasticæ punientes aliquos sine culpa propria pœna temporali, & pœna damni, iustæ, & rectæ sunt, cum tum sine causa nō faciūt.

Ad tertiū. ¶ Ad tertium respondetur negando consequentiam. Et ad probationem respondetur, quòd licet canones aliqui inueniantur contrarii cum hoc, nihilominus stat, quòd quilibet eorum sit iuste institutus, & recte ducat pro loco, & tempore causa institutionis suæ. Ex his. n. vt idem sanctus Isidorus dicit, & not. in c. sciendum. & c. regulæ. d. 29. dicta sanctorum patrum consideráda sunt. Stat ergo cum rectitudine alterius canonis, vt alius ei contrarius instituatur, qui pro tempore, & loco, & causa institutionis suæ iustissimus sit, ac rectissimus. ¶ Vt autem videatur; quòd non est per omnia simile de rectitudine regulæ in corporalibus, & rectitudine legis, venit notandum, quod S. Th dicit in 1. 2. q. 97. quòd rectum in rebus corporalibus dicitur absolute. Et ideo semper quantum est de se manet rectum, sed rectitudo legis dicitur in ordine ad vtilitatem communem, cui non semper proportionatur vna, & eadem res, & ideo talis rectitudo variatur. Et hinc est quòd, qđ vno tēpore iubetur, vt fiat alio rectissime iubetur vt non fiat, & vtrunque tamē pro tempore suo fuit rectum.

Exponit literam. Sequitur tex. ¶ [Omnes hæ species.] quæ numeratæ sunt ab illo loco. Ius autem naturale, &c. [forense.] id est seculare, libro. 6. c. 15. [Canon.] Quid sit dogma, mandatum, quid sanctio, & quid de aliis iam dictum est, & notatur. 25. q. 2. si quis

5 dogma. Hic autem docetur, quid sit canon. † Et diuiditur canon proprie, vt dictum est, quod fit in concilio generali præsente summo pōtifice, vel eius legato ad hoc specialiter misso. [Latine regula nuncupatur] sequitur. [regula dicta est &c. Aliorum.] id est à rectitudine. Contra obiicit glos. Si regula nunquam aliorsum trahit. omnis regula est ius, male ergo diffinit lex regulam, cum ait regula est, quæ rem breuiter narrat, non vt ex ea ius fiat, vt. ff. de regulis iur. l. 1. Respondet glo. quòd si appellas regulam in qua aliquid generaliter statuitur, non admissis exceptionibus, secundum hoc ex regula non sumitur ius, nec de ea sic loquitur hic. Sed si appellas regulam id, quod inducit, siue includit secum suas exceptiones, tunc regula nunquam fallit, & per consequens nunquam aliorsum trahit, & sic sumitur hic.

2 *Constitutionis ecclesiasticæ septem sunt species.*
3 *Dogma dicitur constitutio ecclesiastica.*
4 *Mandatum dicitur constitutio ad ecclesiasticam disciplinam pertinens.*
5 *Interdictum quid dicatur.*
6 *Sanctio quid sit.*
8 *Decretum quid dicatur.*
9 *Decretalis epistola quid dicatur.*
10 *Canonis nomen dicitur dupliciter.*
13 *Confirmatio nihil noui solet conferre.*

Cōtinuatio **Porro canonum.** Hic Gratianus ponit diuisionem canonum dicens Alii sunt decreta pontificum. Alii sunt statuta conciliorum;

ciliorum;gratia cuius addit diuiſionem conciliorum dicens Conciliorum vero alia ſunt vniuerſalia,alia prouincialia, &c. Pro declaratione præſentis patris occurrunt tria dubia.

1 ¶Primum eſt,vtrum ſufficienter poſuerit ſpecies canoni.

11 ¶Secundo,vtrum ſufficeret poſuerit concluſionem.

12 ¶Tretio vtrum legatus poſſit concilium prouinciale congregare,& per cōſequēs celebrare ſine ſpeciali mādato papę.

Primũ ar. 1 **Ad primum.** Sic proceditur.† & videtur, quòd nō ſufficienter poſuerit ſpecies canonis dicens.Canonum alii ſunt decreta pōtificum.Alii ſunt ſtatuta conciliorum.Primo ſic Multę ſunt aliæ ſpecies canonum, quæ ſub diuiſione iſta non comprehenduntur, ergo diuiſio iſta eſt ſufficiens. Cōſequentia eſt nota, & antecedens patet Scd̃m ar. vigeſimo quinto,quæſt.ſecunda ſi quis dogmata. ¶Secundò ſic.Concilia prouincialia nō poſſunt facere canones,vt in.ca. nec licuit.d.decima ſeptima. &.c. ſequen.ergo male dicitur, & quòd ſtatuta conciliorum prouincialium canones appellātur.¶Tertio ſic.Canones communiter in dictis ſanctorum Tertiũ ar. patrum videntur tantummodo accipitur pro conſtitutis vniuerſalium conciliorum,iuxta.c.conſtitutiōnis.diſtin.decima vbi dicit ſic tex.Felicis Papæ. Cōſtitutiones contra canones & de certa Romanorum præſulum,&c.ergo non bene dicitur in tex.quòd canonum,&c.¶In oppoſitum eſt tex. præſens. Opponit i contrariũ. ¶Reſpondeo dicendum,ꝙ ſufficienter magiſter Gratianus poſuit ſpecies canonum principales.†Pro quo notan-

2 dum,quòd(vt dicit Hug.)ſeptem videntur eſſe ſpecies conſtitutionis eccleſiaſticæ,videlicet dogma,mandatum, interdictum, Sanctio, canon, Decretum, & epiſtola decretalis. †Dogma dicitur cōſtitutio eccleſiaſtica ad finem pertinens

3 †Mandatum conſtitutio ad eccleſiaſticam diſciplinam perti

4 nens.†Interdictū conſtitutio,quæ ad correctionem præſen-

5 tium,& imminentium malorum ordinatur.†Sanctio eſt cō-

6 ſtitutio,quæ ad cautelam futurorum præficit,& eſt propria conſtitutio pęnalis.De iſtis quatuor habetur in c. ſi quis dogmata vigeſima quinta quæſtio.2. † canon dicitur conſtiutio

7 quæ quæ in concilio vniuerſali,vel prouinciali promulgatur †Decretum eſt conſtitutio,quam Papa cum cardinalibus, &

8 aſſenſum præſtantibus ſuper aliquo negotio conſtituit,& in ſcripto redigit.† Decretalis autem epiſtola dicitur.quam ro-

9 manus pontifex alicui ſuper aliqua cauſa dubitanti,& apoſtolicam ſedem conſulenti ſcripto ei tranſmittit, indifferenter tamen dicitur Canon, decretū,& decretalis epiſtola. ¶Quo Ad primũ arg. habito,dicendum eſt ad rationes in oppoſitum. Ad primam dicendum,quòd aliæ ſpecies canonum,quæ tanguntur in.c. ſi quis,dogmata comprehenduntur ſub dimiſione, quæ hic ponitur,quoniam omnes illæ,vel ſunt decreta ſummorum pontificum,vel ſunt inſtituta,aut diffinitiones conciliorum Ad ſcd̃m ar. ¶Ad ſecundam dicendum,ꝙ concilia prouincialia(vt dicit gl.)licet de magnis rebus facere canones non poſſint,vt.17. d.multis & 24.q.1.quoties.quia in huiuſmodi requirenda eſt authoritas Papæ.Nihilominus de paruis negotiis, & maxime de his,quæ ſpectant ad onus,canones facere poſſunt, vt .ſ.ꝙ abſtinerent à carnibus,ꝙ ieiunarēt certis diebus,vel nō vterent lineis, aut ſi ſuffragia in eccleſia augere vellent,& huiuſmodi.ar.de conſ.d.3.c.1.& di.11.c.catholica.& d.12.c.ille.

Ad tertiũ. 10 ¶Ad tertiam dicendum†ꝙ nomen canonis dicitur dupliciter.Vno modo large,& ſic in hac larga ſignificatione omnis conſtitutio eccleſiaſtica dicitur canon,quoniam ratio regulæ,quæ eſt interpretatio canonis(vt dictum eſt)conuenit oī cōſtitutioni eccleſiaſticæ. Et hoc modo nomen canonis nō diſtinguitur contra alias ſpecies conſtitutionis, ſed eſt commune ad omnes. Alio modo capitur ſtricte pro ſola conſtitutione,quæ addita eſt concilio vniuerſali aut prouinciali. Et ita procedit argumentum.Primo autem modo beatus Iſidorus, & magiſter Gratianus vſi ſunt nomine canonis in loco præſenti.

11 **Ad ſecundum.** In quo dubitatur.†An ſufficienter poſita ſit hæc diſtinctio conciliorum,cum dicitur. Conciliorum alia ſunt vniuerſalia. Alia ſunt prouincialia,ſic proceditur. Et videtur quòd non Primũ ar. quia etiam ſunt epiſcopalia concilia de quibus.in.§.epiſcoporum.diſtin.decima octaua & per tria ſequentia.c. ſed de iſti non facit mentionem:ergo inſufficiens videtur diuiſio conciliorum poſita in litera.¶In oppoſitum eſt magiſter Gra- Opponit i cōtrarium. tianus in litera.Reſpondeo dicendum,quòd cum ratione canonum diuiſio conciliorum fuerit hic introducta ſolum ea conciliorum genera debuit diuiſio comprehendere, in quibus canones fiant, & cum ſolum in concilio vniuerſali, & prouinciali canones inſtituantur, rationabiliter tantum illa duo genera conciliorum pro nunc poſuit. Et ita ſufficienter poſuit diuiſionem conciliorum, in quibus canones fiunt. Et per hoc patent reſponſio. ad argumentum factum in oppoſitum, quoniam., vt in.§. epiſcoporum. dicitur Epiſcoporum concilia inualida ſunt ad diffiniendū, & conſtituendum,&c.De iſta autem materia conciliorum infra circa decimam ſextam,& decimam ſeptimam diſtinerit plenior ſermo.

Circa tertium. Quod eſt † vtrum legatus poſſit concilium prouinciale ſine ſpeciali authoritate Papæ celebrare:contrariæ opi.currunt gloſ. Primũ ar. enim decreti dicit, quòd non;cuius verba ſunt,quæ ſequuntur.Licet enim aliquis ſit generalis legatus, non tamen poteſt facere generale,vel prouinciale concilium, qui ea, quæ ſpecialiter Romano Pontifici conceduntur mandata generali iuriſdictione non transferuntur,vt extra.de offici.leg. ꝙ tranſlationem,& mandata generali iuriſdictione concilium non poteſt exercere is cui mandatur.ff.de offi.eius cui man. eſt iuriſ.l.ſecunda. ¶ Item ad illud eſt Hugu. cuius verba Hugolin ſunt,quæ ſequuntur.Si legatus ad hoc non mittatur credo,ꝙ non poſſit cōcilium facere etiam particulare,niſi ſuper hoc ſpeciale mandatum ſuſceperit.¶In oppoſitum eſt dominus Oppo[...] contrari Arch.ſuper hunc locum decreti dicēs,quod,id quod de prouinciali concilio dicitur,vtrum eſt in his,quæ ad ſolum, papam ſpectant.vt diſtinc. decima ſeptima huic. & hoc videtur innui in verbis proxime ſequen. Nam concedere prouinciale concilium non poteſt ſpecialaiter papa ſolum, imo hoc poteſt. Metropolitanus, cum ſui ſuffraganeis nonageſima ſecunda diſtinct. ſi quis epiſcopus cum ergo eo inferior nō videatur eſſe legatus dicendum eſt,quòd quantum ad prouinciam ſibi decretam legatus poteſt celebrare concilium prouinciale.¶Secundo ad hoc inducit,quia prouinciam ſibi decreta extraordinarius.de offic.leg.legatus.lib.ſexto: ¶Tertio,quia in ea poſt Papam omnibus aliis habet maius imperium.extra.de elect.lib.ſexto ſi abbatem.Sic ergo Metropolitanus poteſt multofortius poteſt & legatus.Sequitur text. ¶[Porro canonum.]accipit nomen canonis in larga ſignifi- Exponit literam. catione,vt extendit ſe tam ad canones ſtrictè ſumptos, quā ad decreta,& epiſtolas decretales. [Conciliorum alia ſunt vniuerſalia,&c.]quia generaliter in vniuerſa eccleſia locum habent;licet non quo ad omnia,quæ in eis continentur. Hu. [Prouincialia.]eadē,& particularia,& localia, quia vire ſuas non extendunt vltra prouincias,in quibus celebrantur,de cōſe.diſtinct.tertia non inuitati,prima quæſtio.ſeptima conuenientibus.Hugo.[Prouincialium legate.] ad hoc ſpecialiter miſſo,quia vt dicit Hug.& Lau.legatus non poteſt conciliū, etiam prouinciale celebrare.quia non eſt hoc eius officium, vt aiunt extra de offic.le.cap.primo niſi ſpecialiter hoc fuerit ſibi commiſſum.Contrarium dicit Archid.ſicut dictum eſt in quæſtione.Super hoc tamen indubitanter verum eſt, quòd poſſet congregare epiſcopos ad conſulendum, vel deliberandum aliqua.[Patriarcharum eiuſdem]id eſt in ſuis prouincijs.Sed an iſti ſine ſpeciali authoritate Papæ poſſunt condere nouos canones prouinciales iam dictum eſt in reſponſione vnius argumenti.Quod de paruis,& de his, quæ ſpectant ad onus ſicut de abſtinentiis,& huiuſmodi poſſunt,de magnis tamen non poſſunt,quia in his exigenda eſt ſpecialis authoritas Papæ. vt decima ſeptima diſt.cap. multis. & cap. concilia. Item nec de his, quæ ſpectant ad honorem. Nemo enim aſſumit ſibi honorem octaua quæſtio.prima in ſcriptis.& cap.qui epiſcopatum. Tales autem canones concilij prouincialium ſunt particulares, & non aſtringunt omnes,& ſi papa eos approbauerit, nonne fiunt generales. Reſpondet Hug.ꝙ non,quia ſic confirmantur,vt eis tantum valeant.†Confirmatio.n.nihil noui ſolet conferre,vt contingit in ſententia, quam Apoſtolicus confirmat.Nec videtur eam confirmare,niſi quatenus data eſſet, ita videtur hic dicē dum.Si tamem Papa vellet eos facere generales, poſſet, ſed hoc non eſt ex propria promulgatione.ſed ex ſecunda à domino papa facta, hæc ille.

1 *Priuilegium an conuenienter deffiniatur in litera.*

2 *Priuilegium poteſt tripliciter conſiderari.*

Priuilegia ſunt. Sequitur tertia pars, vbi magiſter Gratianus interſerit de priuilegiis.. Et dicit duo. Primo; quid ſit priuilegium. Secundo, vnde dicatur, ſecunda ibi Cōtinuatio.

Nam priuilegium.¶ Pro pleniori intelligentia huius capitu.
1 quæritur,†vtrum conuenienter diffiniatur priuilegium in litera cum dicitur;q priuilegia sunt leges priuatorũ,quasi priuatæ leges. Et videtur;q non conuenienter diffiniatur. Primo sic argumento,quod sit in gl. Priuilegia non solum sunt priuatorum, sed etiam hominum in dignitate cõstitutorum sicut episcoporum,vt de priuilegiis per totum,ergo inconueniẽter diffinit priuilegium,quòd sit priuatorum: consequẽtia patet,quia priuati videntur dici homines,qui nullam habent dignitatem. vigesimo quarto,quæst.prima, qui contra. ¶ Secundo sic,quandoque in priuilegio non ponitur,nisi ius commune. Male ergo dicitur;q priuilegia sunt leges priuatę ¶ Tertio,nihil bene diffinitur per suum oppositum, sed lex dicit qd positiuũ,priuatio vero importat negationem. Est.n. negatio in subiecto,vt dicit Philosopus, ergo male ponitur, quòd priuilegia sunt leges priuatorum. ¶ Quarto arguitur contra interpretationem datam priuilegii,cum dicitur,quòd priuilegium inde dictum est, quòd in priuato feratur. Doctrina euangelica dicitur catholica, quia est vniuersalis,eo quòd non in angulis,siue in locis priuatis,sed publicè,& vniuersaliter prædicanda sit,& docenda,vt dicit August. Cum ergo priuilegia,vt in pluribus dentur de his quæ pertinẽt ad ecclesiasticam disciplinam,non videtur cõueniẽs dictum, q inde dicatur priuilegium, q in priuato feratur. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. ¶ Respondeo dicendum, q tam diffinitio priuilegii,quam interpretatio est conueniẽter
2 posita. Pro quo notandum† quòd priuilegium potest tripliciter considerari,vt dicit magister August. de Anchona. Primo ex parte eius,cui conceditur. Secundo ex parte communis iuris,quod relaxatur. Tertio ex parte ordinis iudiciarii, qui in eius obseruatione, seu concessione non seruatur. Quantum ergo ad primam considerationem.s.respectu earum personarum,quibus priuilegia conceduntur,sic priuilegia dicuntur priuatæ leges;quia semper priuilegia aliquibus singulariter conceduntur. Licet enim distinguatur priuilegium. Aliud generale,quod scilicet ecclesiæ,vel collegio,aut corpori alicuius congregationis datur.& speciale,quod personę conceditur. Nihilominus illa loca,aut corpora sic priuilegiata dicũtur priuata,& singularia respectu totius communitatis, quia vt dicit Hierony. Priuilegia singulorum legem communem facere non possunt vigesimo quinto,quæst.prima.§. vltimo. Quantum vero ad secundam considerationem,videlicet respectu iuris communis,quod per priuilegium relaxatur, priuilegia dicuntur quasi priuatæ leges. Non enim est priuilegiũ nisi aliquod indulgeat speciale. Vnde Host. diffiniens priuilegium in summa dicit,quòd est,priuatum, siue singulare ius cõtra commune indultum. Vnde priuilegia dicunt quasi priuata legia,eo quòd priuatam legem singulis generent vigesimo quinto,quæstio.prima.§.vlti.versiculo priuilegia, vbi in commendationem huius inducit Grego.dicens. Si hoc nanque nec consuetudine generali,nec priuilegio vindicatur,restat te vsurpasse,quod fecisti. Quãtum vero ad tertiam considerationem, videlicet respectu ordinis iudicarii,qui in concessione priuilegiorum non obseruatur, dicitur priuilegium inde dictum est,quòd in priuato feratur. Non enim priuilegia dantur nisi ab aliis,qui sunt supra legem,siue ius vniuersaliter,siue particulariter,quos non oportet in concedendo priuilegio ordinem iudiciarium obseruare,vt sedẽtes pro tribunali,siue in loco publico eorum sententia robur habeat,sicut conuenit de iudicibus;qui secundum legem communem tenentur iudicare, & de illis.;qui secundum ordinem iudicarium transeunt. Et ita patet;quòd singula posita in diffinitione priuilegii sunt conuenienter assignata. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur iuxta glo.quòd nomen priuatorũ non capitur in illa significatione.cap.qui contra.superius alleg. sed prout significat quoscunque exẽptos à iure communi,siue sit collegium,siue aliqua specialis persona septimò. q. prima petisti. ¶ Ad secundã respondetur; q semp in priuilegio aliquid speciale indulgetur vel in re vel in modo. Dato enim,quòd in priuilegio nihil exprimatur,nisi ius commune;fauor tamen confertur specialis per priuilegium, & aliquid operatur.quia(vt dicit Ho.in summa)magis consueuit timeri,quod specialiter conceditur,quam, quod generaliter indulgetur, Nam per bullas frequenter magis terrentur homines,licet ius commune contineant,quam per iura,ad hoc vndecima dist. quis nesciat. vigesimo tertio, dist. quanquam. Præterea multi sciunt priuilegia,qui communia iura ignorãt ¶ Ad tertiam respondetur;quòd nomen priuati in diffinitione priuilegii accipitur pro singulari Est enim sensus. Priuilegia.sunt leges priuatorum, quia singularium personarum respectu communitatis totius,aut respectu iuris communis quod non appropriatur plus vni,quam alteri,& ita ratio non procedit. ¶ Ad quartam respondetur,quòd priuilegium nõ dicitur dari in priuato respectu recipientis.cum, postquam datum est, mandatur omnibus publicari,& ab omnibus obseruari. Sed dicitur dari in priuato ex parte dãtis,qui non tenetur in dando priuilegia ordinem iudicarium obseruare,cũ sit supra legem. ¶ [Priuatorum] id est de priuatis, & separatis à iure communi,& sic est neutri generis. Vel [priuatorũ] id est singularium aliquorum intuitu lata, non communiter omnium. Vel [priuatorum] id est exemptorum aliquorum à iure communi in aliquo. Hu. [in priuato].i. absque ordine iudicario collatum,sicut dictum est. Vel sic.[in priuato] .i. de priuato,vel in priuato cõferatur. Priuilegium dicitur, qa aliquid priuat à iure cõmuni.i.exemit,vel quia ius commune priuat officio suo in aliquo. Hu.& Arch.

Margin (left): Primũ ar. — Scd'm arg. — Tertiũ ar. — Quintũ ar. — Opponit & Respõd. — Hostien. — Ad primũ arg. — Ad secundũ. — Ad tertiũ. Margin (right): Ad quartũ. — Exponit literam.

1 *Legum officia,siue actus an sufficienter assignentur in litera, cum dicitur omnis lex,&c.*
2 *Permissio est duplex.*
3 *Matrimonium contrahere cum sacratis virginibus est prohibitum.*

Officium. Sequitur quarta pars in qua magister Gratianus assignat officium legis tam secularis,quam ecclesiasticæ dicens,quòd officiũ legis est præcipere, quæ necesse est fieri, &c. ¶ Circa hanc partem pro
F eius pleniori intelligentia quæritur †vtrum officia legum,siue actus legum sufficienter assignentur in litera,cum dicitur Omnis lex.&c. Et arguitur quod non. Primo sic omnis lex præceptum commune est,vt dicit iuris consultus, sed idem est imperare,quod præcipere,ergo alia quatuor superfluunt. ¶ Secundo effectus legis est,vt inducat ad bonum,vt habetur secundo ethicorum,sed consilium est de meliori bono, quam præceptum,ergo magis pertinet ad legem consulere, quam præcipere. ¶ Tertio,sicut homo aliquis incitatur ad bonum per pœnas,ita etiam per præmia, ergo sicut punire ponitur effectus legis,ita etiam præmiare,sed hoc non ponitur, ergo inconuenienter officia legis assignantur in litera. ¶ Quarto,intentio legislatoris est,vt homines faciat bonos vt habetur secundo, Ethicorum, Sed ille,qui solo metu pœnarum obedit legi,non est bonus. Nã timore seruili, qui est timor pœnarum,etiam si bona aliquis faciat,non tamen bene aliquid facit,vt August.dicit. Non videtur ergo esse proprium legis, quòd puniat. ¶ In oppositum est text. præsens, qui est beati Isidori libro secundo,etymologiarum capitul. nono, & in leg. legis virtus.ff. de legi. ¶ Respondeo dicendum;quòd sufficienter assignantur in litera officia,siue actus legis ecclesiasticæ. Pro quo notandũ iuxta sanctum Thom.in prima secundæ,quòd sicut renuntiatio est dictamen rationis per modum enunciandi,ita etiam & lex per modum præcipiendi. Rationis autem proprium est, vt ex aliquo ad aliquid inducat. Dicit Isaac Philosophus in libr.de diffinitionibus.quòd ratio est virtus animæ intellectualis,currens de causa in effectum,vnde,sicut in demonstratiuis scientiis ratio inducit, vt assentiatur conclusioni per quædam principia. Ita etiam inducit, vt assentiatur præcepto legis per aliquid. Præcepta autem legis sunt de actibus humanis; in quibus lex tanquam eorum regula dirigit. Sunt autem tres differentiæ humanorum actuum. Nam quidam sunt boni ex genere, qui sunt actus virtutum, & respectu horum ponitur legis actus, siue officium præcipere, vel imperare. Præcipit enim lex omnes actus virtutum, vt dicitur quinto, ethicorum. Quidam vero sunt actus mali ex genere, sicut sunt actus vitiosi, & respectu horum lex habet prohibere. Quidam vero ex genere suo sunt actus indifferentes, & respectu horum lex habet permittere; permittit autem vt vir fortis præmium petat, vigesimo tertio quæstio prima. militare. Item permittit minora committi,vt maiora mala vitentur. 13. di. nerui. & de spon.c.2.illud autem,per quod inducit lex ad hoc; quòd sibi obediatur,est timor pœnæ, & quantum ad hoc ponitur legis effectus punire: punit.n.scelera, atque delicta, vt extra de pe.per totum. de istis quatuor dicitur in versu.

Quatuor ex verbis virtutes collige legis.

Permittit,

Margin (right): Primum ar. — Secundũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Opponit cõtrarium. Respõdet — Isaac.

ermittit;punit,imperat,atque vetat.

Versus.

¶ Scđm vero magistrum Alexa.de Halis in.3.pôt sic capi differentia omnium istorum actuum legis tam quatuor,de quibus hic dicitur in litera, quam aliorum sic.Lex respicit actũ rationalis creaturæ. Aut ergo respicit actum, qui factus est: aut qui faciendus est.Si actum,qui factus est.Aut ille fuit bonus aut malus,si bonus,sic retribuit,si malus,sic punit,Si respicit actum,qui faciendus est,aut respicit eum absolute,aut comparate.Si absolutę,aut est actus ille bonus,aut malus. Si bonus;sic præcipit:si malus sic prohibet.Si comparate,aut ille actus est bonus,aut malus. Si bonus tunc respectu eius est consilium;quia cõsilium est respectu melioris boni, si malus sic est permissio,quæ est respectu mali, vel propter hoc; ꝙ non fiat pœnis;aut propter hoc:quod bonum fiat melius.& sic sunt sex differentię effectuum legis.¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum;& sicut cessare à malo habet quandam rationem boni;ita etiam prohibitio habet quãdam rationem precepti. Et secundum hoc large accipiendo præceptum vniuersaliter lex præceptum dicitur.¶ Ad secũdam dicendum;quod consulere non est proprius actus legis: licet quandoque consulat.28.q.1. sic enim; sed potest etiam pertinere ad personam priuatam: cuius non est condere legem; vnde etiam Apostolus.1.ad Corin.7. cum consilium quoddam daret dixit.Ego dico.non dominus,& ideo nõ ponitur inter effectus legis.¶ Ad tertiam dicendum, quod etiã præmiare potest ad quemlibet pertinere, sed punire non pertinet nisi ad ministrum legis, cuius authoritate pœna infertur.Et ideo præmiare non ponitur actus legis, sed solum punire. ¶ Ad quartam dicendum,quod per hoc aliquis incipit assuefacere ad euitandum malum,& faciendum bonum propter metum pœnę,perducitur quandoque ad hoc,quod delectabiliter, & ex propria voluntate hoc faciat; & secundum hoc lex puniendo perducit ad hoc;quod homines sint boni. Sequitur text¶ [Officium præcipere;quæ necesse est fieri.] vt Deum colere.[prohibere;quod malum est fieri.] vt adulterium,homicidium,& alia similia.vt.23.q.2.tex. debet permittere.[vel quædam licita] id est bona vt præmium petere [vel quædam illicita].i.mala.extra de diuor.gaudemus. libellum repudij,vt in veteri testamento,de quo Mat.19.dicitur Moyses mandauit dari libellum repudij.35.di. ab exordio. [Omnis lex.aut permittit aliquid, vt vir fortis, &c.]Hic est notandum[ꝙ,vt accipitur ex isto dicto Gratia.duplex est ꝑmissio.s.licitorum,& illicitorum,ne fiant grauiora, per præuiam permissionem ordinantur actus indifferentes, vt dicit Alexan. de Halis, quia si sic coarctaretur liberum arbitrium, ꝙ omnia ei præciperentur, vel prohibentur, esset ei periculum præuaricationis. Et iõ factũ est, ꝙ quidam actus sunt ei in permissione,sicut quæ licita sunt,& taliũ ꝑmissio ordinatur ad salutem,per secundam permissionem euitatio fit grauiorum, siue maiorum maiorum, sicut per libellum repudij homicidium,per permissionem simplicis fornicationis vitatur adulterium, & sic de multis alijs Gl. autem decreti dicit triplicem permissionem,Vno modo dicitur aliquid permitti,quod nullo iure prohibetur, vt secundas nuptias cõtrahere.vt.31.q.1.hac ratione.¶ Secundo modo quod contra constitutiones humanas indulgetur, vt contrahere in gradu aliquo prohibito,& hæc est vera permissio,& dicitur absoluta ¶ Tertio modo dicitur illicitum permitti, vt magis illicitũ vitetur.vnde permittitur adulterium,ne fiat homicidium,vt 33.q.2.si quod verius.& hæc dicitur comparatiua permissio sed melius dicitur tolerantia,quam permissio. Et secundum hanc permissionem dicit decretalis,ꝙ multa toleramus,quæ si in iudicium deducimus,cassarentur. extra de preben.c. cũ
3 iamdudum. vt sacrarum virginum. † Nota hic prohibitum contrahere matrimonium cum sacratis virginibus,quæ vero pœna talibus imponatur vide tex. & gloss.in glo ss.eos de consanguini.& affi.&.27.quæstione prima, si quis episcopus. [Moderatur]id est regitur, & gubernatur, dum scilicet ab eo benefactores præmiantur, & malefactores puniuntur. illud enim, quod quidam codices habent, diuina autem præcipit, vt diliges dominum Deum tuum. Non est de textu Isidori, sed vitio scriptorum videtur esse appositum,&c.

Alexãder de halis.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

Exponit literam.

1 *Considerandа duo sunt in legibus.*
3 *Promulgationis legum causę septem.*
8 *Potestas operandi ex interiori habitu procedit.*

¶ Distinctio quarta.



Ausa autem. Hic incipit quarta distinctio.Superius magister Gratianus posuit species legum, & earum officium. Nunc consequenter subiungit de institutione earum. Et diuiditur in quinq; partes.In prima ponit causam institutionis legum, cum ait, causam autem.In secunda ponit conditiones qualitatum, quæ requiruntur in legibus ipsis ad hoc,quod bene instituantur.ibi,pręterea.In tertia assignat causam, quare talia in condenda lege veniunt consideranda,ibi,ideo autem.In quarta ostendit qñ leges instituuntur, siue confirmãtur,ibi leges instituuntur. ¶ Quinto ostendit quasdam ecclesiasticas leges esse abrogatas propter contrariam consuetudinem.ibi, sicut enim moribus.¶ Circa primam partem veniunt quærenda quinque.

Contiuuatiu.

Diuisio.

1 ¶ Primo vtrũ fuerit vtile aliquas leges ab hominibus poni.
4 ¶ Secundo vtrum per pœnas possit aliquis fieri virtuosus.
5 ¶ Tertio vtrum omnes indigeant lege.
6 ¶ Quarto vtrum melius sic omnia lege ordinari, quam regi optimo viro siue relinquere omnia iudicis arbitrio.
7 ¶ Quinto,vtrum ad legem humanam pertineat omnia vitia cohibere.

1 Ad primum. Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ non fuit vtile aliquas leges poni hominibus.Primo sic.Intentio cuiuslibet legis est,vt per eam homines fiant boni,sed homines magis inducuntur ad bonum voluntarij, quam coacti per leges, ergo non fuit necessarium leges ponere.¶ Secũdo.Leges non ponuntur nisi,vt homines trahantur ad bonum, intentio cuiuslibet legislatoris est,vt ciues faciat bonos.vt dicitur.2.ethicorum. Nunc autem hoc magis erit per monitiones volũtarias, quam per tractus violentos.Omne enim violentum triste dicitur,secundo rethoricę.Natura autem maxime videtur fugere triste,appetere autem delectabile.vt dicitur.4.ethicorum;ergo, &c. ¶ In oppositum est tex.præsentis capituli, qui est beati Isidori.5.etymologiarum.c.2.factæ sunt leges,vt earum metu humana coerceatur audacia,tutaque sit inter improbos innocentia,&c. ¶ Item Augu.epistola ad Macedo.Non inutiliter metu legũ humana coercetur audacia, vt tuta sit inter improbos innocentia,& in ipsis improbis, dum formidato supplicio frenatur facultas,inuocato Deo,sanetur informitas. Sed hæc maxime sunt necessaria humano generi, ergo necessarium fuit ponere leges aliquas hominibus.¶ Respondeo, necessarium fuit ponere leges aliquas hoĩbus. Pro cuius conclusionis probatione notandum cum sancto Thom.in secũda secundæ,ꝙ homini naturaliter inest aptitudo ad virtutem, sed ipsa virtutis perfectio necesse est, quòd homini adueniat per aliquã disciplinam sicut etiam videmus, quòd per aliquã industriã subuenitur homini in suis necessitatibus,puta in cibo, & vestitu, quorum initia quędam habẽt à natura,scilicet rationẽ, & manus,non autem autem ipsum conplementum, sicut cedat animalia,quibus natura dedit sufficiens tegumentum,& cibum. Ad hanc autem disciplinam non de facili inuenitur homo fieri sufficiens quia perfectio virtutis præcipue consistit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus, ad quas ꝑcipue homines sunt proni, & maxime iuuenes circa quos efficacior est disciplina.Et ideo oportet,ꝙ huiusmodi disciplina[per quam ad virtutem peruenitur]homines ab alio sortiantur.Et quidem quantum ad illos iuuenes qui sunt proni ad virtutem ex bona dispositione naturæ, vel consuetudine,vel magis diuino munere sufficit disciplina paterna quæ est per monitiones.Sed quia inueniũtur quidam proter ui,& ad vitia proni,qui verbis de facili moueri non possunt, necessarium fuit,vt per vim,& metum cohiberentur à malo vt saltem sic malefacere desistentes, & alijs quietam vitam redderent, ꝙ ipsi tandem per huiusmodi assuetudinem ad hoc perducerentur,& voluntarie facerent, quæ prius metu implebant,& sic fierent virtuosi huiusmodi autem disciplina cogens metu pœnæ est disciplina legũ. Vnde necessarium fuit per pacem hominum,& virtutem,vt leges ponerentur, quia sicut Philosophus dicit in primo politicorum, sicut homo, si sit homo perfectus virtute,est optimum animalium, sic si sit separatum à lege,& iustitia,est pessimum omnium, quia homo habet arma rationis ad expellendas concupiscẽtias,& seuitias quę non habent alia animalia. Durandus vero in tractatu suo de legibus hanc necessitatem legum sic breui compendio

Primũ ar.

Secũda ar.

Opponit ĩ contrariũ.

Secũda op

Respõder.

Durãdus

2 compendiò deducit dicens. † quòd in legibus est duo considerare. i. ipsam directionem, & ligationem ipsam, vbi aliquis venit contra legem delinquendo. Nam, quod homines non faciant, quæ facienda sunt, vel faciant, quæ facienda non sunt, potest contingere duplici de causa, vel propter errorem, qui se tenet ex parte rationis: vel principalius propter malam electionem se tenentem ex parte voluntatis. Nũc quantum ad primum vtile fuit legem ponere; vt prætextu ignorantię nullus posset se excusare in delictis. Est enim conueniens, quod illi, qui non ad plenum participauit vsum rationis dirigãtur in actibus suis per leges datas à perfectioribus, & sic vtile fuit dare leges hominibus quantum ad directionem, quam in se continent. ¶ Secũdo sunt necessariæ quantũ ad punitionem, quam ordinant contra delinquentem. quoniam sermones ꝑsuasiui; qualicũq; etiam ratione fulciti, nõ sunt potentes mouere quoscũq; ad bonũ, vnde quidam; vt dicit philosophus. 4. Ethic. Magis obediũt necessitati. i. coactioni, & iacturę pęnę; quam sermoni instruẽnti de bono, vbi etiam considerandum, quod (vt dicit Hosti.) † septem sunt causæ promulgationis legum.

Hostien. 3 Prima est, vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur, vt in proęmio decretalium. Secũda vt humana audacia coerceatur &c. vt in c. præsenti. Tertia; vt oppressus compatiatur. 1. q. 2. quoniam pio. Quarta; vt mota negotia terminentur. in aut. de fa. non. consti. in prin. coll. 5. & de dolo & cõtu. finem litibus. Quinta, vt occurreretur laboribus, & expensis partium, vt ibidem. Sexta vt discordia euitetur, & fraudibus occurratur. extra elect: quia propter, & repetitionis. non nulli. Septima, vt metu pęnæ boni meliores spe præmiorum fiant. ff. de iusti. & iure. l. 1. ¶ Ad rationes in contrarium dicẽdum.

Primũ ar. Ad primam dicitur, quod homines bene dispositi melius inducũtur ad virtutem monitionibus voluntarijs, quam coertione. Sed quidam econtra sunt ita male dispositi, vt non inducãtur ad virtutem, nisi cogantur. Ideo necesse fuit leges imponi, quæ etiam cogerent ad virtutem.

Ad secundũ. Ad secũdam dicendum, quod licet legibus huiusmodi coactiuis, & per pœnas punientibus delinquentes sit graue & triste operari secũdum legem, tamen in processu temporis erit delectabile, & si nolint viuere tandem secundum legem, debent exterminari, ne bonis noceant. & iuxta hoc loquitur Aristo. 4. ethicorũ dicens. Quod inobedientibus oportet pœnas, & punitiones opponere, insanabiles autem totaliter exterminare de ciuitate.

Primũ ar. 4 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur quod per pœnas nullus possit effici virtuosus. Primo, quia pœna nõ cohibet animum, sed manum, sed nullus potest fieri virtuosus, nisi transmutetur secũdum, animam, ergo non videtur, ꝙ per pœnas quis possit effici virtuosus.

Opponit i contrariũ. ¶ In oppositum est primo Aristote. 4. ethicorum. Secundo sic. Dicitur in legibus quod genus seruorũ non nisi peius emendatur. Tertio idem videtur argui. ex text. nostro. quia lex (cuius intentio est, vt per eam homines efficiantur virtuosi) vtitur ad hoc pœnis, vt dictũ est.

Respõdet ¶ Respondeo dicendum iuxta Albertum magnum super ethicam, ꝙ pœnæ faciunt aliquem studiosum, non tamen, ꝙ per se, & immediate transmutetur anima inducendo habitum virtutis: sed quia trahũt malo opere. Patet hoc, qa homo sic per pœnas à consuetudine mali operis retractus, & assuefactus bona facere, complacet tandem sibi hoc ipsum, quod assueuerit, & ex consequenti ex talibus operibus sic complacere incipientibus, virtutis habitus generatur.

Ad primũ argu. Et ex istis patet respõsio ad argumentum oppositum, quoniam licet pœnæ non per se, & immediate transmittunt animum, tamen secundum, quod retrahũt à malo opere; & assuefacere faciunt bonis operibus, ex consequenti operantur ad generationem virtutis.

5 **Ad tertium.** Sic proceditur, † & videtur, ꝙ nõ omnes indigeant lege.

Primũ ar. Primo sic. Legis est ordinare, sed sapientis non est ordinari, sed ordinare primo Metaphysicæ, ergo &c.

Secũdũ ar. ¶ Secũdo. Iustum animatum est per se iustum; sed quod per se est rectum, non indiget aliquo rectificante, ergo, &c.

Tertiũ a. ¶ Tertio. 1. ad Timo. 1. dicit Aposto. iusto non est lex posita, ergo, &c.

Opponit i contrariũ. ¶ In oppositum arguitur sic, Omne, quod non est rectum per essentiam, indiget aliqua regula ad regimen vitæ suæ, sed nullus est homo rectus per essentiam, imo omnis talis de se est deuiabilis, & mutabilis secũdum illud Psal.* Omnis homo mendax, vbi gl. inquit. Et

*Psa. 115. a se ergo omnis homo indiget lege.

Respõdet. ¶ Respondeo dicendum iuxta Albertum super Ethi. ꝙ lex potest dupliciter considerari. Aut secũdum: ꝙ est vinculum obligans, quasi coactiue ad operandum, & sic iusti non indigent lege, sed ille qui est cogendus ad opus virtutis potest etiam considerari, inquantum regulans, & sic omnes indigent lege. * vnde Apostolus dicit de iustis, ꝙ ipsi sunt sibiipsis lex, quis. n. iudices ponãtur loco ꝑ se iustitię, vt mensurent opera nostra iudicio eorũ, sicut faceremus, si iustitia esset separata, quia cũ ipsi sint iusti participatione iustitiæ, oportet ꝙ ad ipsam regulã iustitiæꝗ habent sua, & aliorũ opera mẽsurẽt, & similis est rõ de sapientibus. *Ad ro. 2. c.

Ad primũ argu. ¶ Ad primã rationẽ in oppositũ respondetur, ꝙ licet sapientis non sit ordinari, ab alio, sicut effectiuè regulante, ab ipsa tamen sapientia necesse est ipsum regulari, & ordinari, à quã suscipiat totius suæ ordinationis rationem.

Ad secũdũ ¶ Ad secũdam respondetur, ꝙ iudex, qui dicitur iustum animatum, non est quid rectum per naturam, sed per participationem iustitiæ, & ideo semper indiget lege, inquãtum est regula dirigens in agendis.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertiam patet responsio, ꝙ iusti non indigent lege, vt est vinculum regens per pœnas ad opus virtutis, bene tamen prout est regula, & mensura agendi.

6 **Præterea.** Quarto quærebatur. † Vtrum melius esset omnia lege ordinari, quã regi optimo viro, siue quam dimittere iudicis arbitrio. Et ad partes arguitur.

Primũ ar. Quod melius esset regi arbitrio alicuius boni viri, quã legibus, & arguitur sic. Sicut dicit Philosophus. 5. Eth. ad iudicem concurrũt homines, sicut ad iustum animatum, sed iustitia animata melior est, quam inanimata, quæ legibus continetur, ergo melius fuisset quod executio iustitiæ committeretur arbitrio iudicum, quam ꝙ super hoc lex aliqua conderetur.

Secũdũ ar. ¶ Secũdo sic. Lex omnis dilectiua est actuũ humanorum. Sed cum humani actus consistant in singularibus quæ sunt infinita, non possunt ea, quæ ad directionem humanorũ actuũ pertinent sufficienter considerari, nisi ab aliquo sapiente qui inspiciat singula: ergo melius fuisset arbitrio sapientum dirigi actus humanos, quã aliqua lege posita.

Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. Melius est eo regi ciuitatem, aut rẽ publicam, quod vniuersaliter de omnibus iudicat, talis est vir sapiens, lex autem non; particularia enim lege non determinantur, ergo &c.

Opponit i contrariũ. ¶ In oppositum est tex. præsens, qui necessitatem legum, tã quam medium, atque commodum regimen reipublicæ posuit. ¶ Item ad hoc est Aristot. 1. ethi.

Secũda op Respõ. pluribus rõnibus. ¶ Respondeo, ꝙ melius est omnia ordinari lege, quam ea arbitrio quorũcunque committere. Pro qua conclusione sunt plures rationes.

Prima. Prima est, quia facilius est reperire paucos sapiẽtes, qui sufficiũt ad rectas leges condendas, quam multos, qui requirerentur ad recte iudicandum de singulis in qualibet ciuitate.

Secunda. ¶ Secundo, quia illi, qui leges ponũt ex multo tempore considerant, quid lege ferendum sit; sed iudicia de singularibus factis fiũt ex casibus, subito exortis: facilius autem ex multis consideratis potest homo videre; quid rectum sit, quam solum ex aliquo vno facto.

Tertia. ¶ Tertio; quia legislatores iudicant in vniuersali, & de futuris, sed homines iudicijs præsidẽtes iudicãt de præsentibus, ad quæ afficiũtur odio; vel amore, aut aliqua cupiditate; & sic eorum deprauatur iudiciũ; ergo, &c.

Quarta. ¶ Quarto potest, sic argui. Melius est regi eo, quod est sine passionibus coniũctum, ꝙ eo, quod est passibus coniũctum, passio. enim peruertit iudicium, & per consequens regimen bonũ politiæ, vt dicitur. 6. ethico. Lex autem non habet passiones sibi coniunctas. Iudex autem siue vir etiam optimus adhuc habet passiones sibi coniunctas, quia difficile est, vel quasi impossibile humanam animam separari à passionibus, ergo securius est, ac melius lege cũcta ordinari, quam arbitrio quorumcũq; hominum committere.


Quinta. ¶ Quinto sic. Melius est rẽ publicam eo regi, quod non corrumpitur, quam eo quod corrumpitur, sed lex non corrumpitur, nec potestate, nec precio nec alio, aut quacũq; alia cupiditate, vir autẽ bonus, possibile est, quod corrũpatur. Scribitur enim deut. 16. munera oculos excæcant sapientum, & ecclesiastici. 20. Dona excæcant oculos iudicum.

Sexta. ¶ Sexto sic, non dubium, ꝙ secundum sententiam Aristotelis sexto politicorum quanto iudex minorem inimicitiam incurrit condemnandos reos, tanto iudicia facilius habent executionis finem, & complementũ, sed manifestum est, ꝙ iudex iudicando reos ꝺm legem minorẽ inimicitiam incurrit, quã si iudicaret proprio arbitrio. Timendũ enim esset, ne ex timore inimicitiæ retraheretur ab executione iustitiæ. quare, quantũ possibile est, omnia legibus determinanda sunt, & raro arbitrio iudicũ committenda. Sufficienter enim iudex excusatur cũ ꝺm positas leges aliquid iudicat, quia non videtur ipse iudicare, sed lege compulsus dicitur talem sententiam promulgare; vnde patet clare pro-

Ad primũ argu. re propositum.¶ Respondetur ad rationes in cõtrarium. Ad primam dicendũ, ꝙ quia iustitia animata iudicis non in multis inuenitur. Tum etiam, quia flexibilis est. Ideo necessariũ fuit, vt in quibuscũq; est possibile, lege determinaretur quid indicandũ sit, & paucissima arbitrio iudicum committerentur. Ad secũdũ. Ad secũdam dicendum, ꝙ bene verum est, ꝙ quædam singularia, quæ non possunt lege comprehendi, necesse sit committere iudicibus, vt primo rhetoricæ Aristot. dicit. Puta de eo, quod est factum esse, vel non esse, & de alijs huiusmodi, vnde in his, quæ lex non determinat. s. de singularibus omnino necesse est regi ciuitatem viro bono, & non lege. Cuius ratio assignatur, quia oportet ab illo regi ciuitatem in singularibus casibus, qui iudicare potest de illis, potest autem hoc vir bonus, & non lex, ergo melius est in talibus regi bono viro, quam lege. Ad tertiũ ¶ Ad tertium patet responsio ex dictis. Ex illo enim non habetur, nisi, ꝙ in illis, quæ lege nõ determinantur, nõ sit possibile lege aliquid ordinare, & per consequens, vt dictum est in responsione præcedentis articuli, melius sit regi arbitrio iudicum siue viri optimi; quam nullo ex quo in illo casu, in quo lex non determinat, non sit possibile aliquid lege determinari.

Primũ ar. 7 Quæritur quinto. †Vtrũ ad legem humanam pertineat omnia vitia cohibere. Et arguitur, ꝙ sic. Primo ex præsenti text. in quo sic dicit Isidorus, ꝙ leges factæ sunt, vt earum metu cocerceatur audacia, sed non sufficiẽter coercetur audacia, dicit quælibet mala cohiberẽtur per legem, ergo lex humana dicitur quælibet mala cohibere, ergo. &c. ¶ Secundo, sic. Intentio legislatoris est ciues facere virtuosos, sed nõ potest aliquis esse virtuosus nisi ab omnibus vitijs compescatur; ergo ad legem humanam pertinet omnia vitia compescere. ¶ Tertio, lex humana à lege naturali deriuatur, sed omnia vitia repugnant legi naturæ, ergo lex humana omnia vitia debet cohibere. ¶ In oppositum est supra in. c. præcedenti. beatus Isidorus vbi habetur ꝙ legis officium inter alia est permittere aliqua illicita, ne peiora eueniant, ergo lex humana non omnia vitia cohibet, sed aliqua permittit. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ lex humana non cohibet omnia vitia. Patet conclusio ex illo beati Aug. lib. de li. ar. dicentis, vr̃ mihi legem istam, quæ populo regẽdo traditur, recte ista permittere, & diuinã prouidentiam vindicare, sed diuina prouidentia non vindicat, nisi vitia, ergo lex humana recte permittit aliqua vitia, non cohibendo ipsa. Pro cuius conclusionis pleniori intelligentia est notandum cum sancto Tho. in primo secundæ. q. 96. ꝙ sicut iam dictum est. Lex ponitur, vt quædam regula vel mensura humanorum actuum. Mensura autem debet esse homogenea mensurato, vt dicitur. in. 4. metaphysic. Diuersa enim diuersis mensurantur, vnde oportet, ꝙ etiam leges imponantur hominibus secũdum eorum conditionem, quia vt Isidorus dicit. Lex debet esse possibilis, & secundum naturam, &
8 secũdum consuetudinem patriæ† potestas autem siue facultas operandi ex interiori habitu, seu dispositione procedit. Non enim idem possibile est ei, qui non habet habitum virtutum, & virtuoso. Sicut etiam non est idem possibile prauo, & viro perfecto, & propter hoc non ponitur eadem lex paruulis, quæ ponitur adultis. Multa enim pueris permittuntur, quæ in adultis lege puniuntur, vel etiam vituperantur. Et similiter multa sunt permittenda hominibus non perfectis virtute, quæ non essent toleranda in hominibus virtuosis. Lex autem humana ponitur multitudini hominum, in qua maior pars est hominum imperfectorum virtute. & ideo leges humanas non prohibentur omnia vitia, à quibus virtuosi abstinent, sed solũ grauiora, à quibus possibile est maiorẽ partẽ multitudinis abstinere, & præcipue quæ sunt in nocumentum aliorum, sine quorum prohibitione societas humana conseruari non posset, sicut prohibentur lege humana homicidia. & furta, & similia. ¶ Ad argumenta. Ad primũ arg. Ad primum dicendum, ꝙ audacia pertinere videtur ad inuasionem aliorũ, vnde præcipue pertinet ad illa peccata, quibus iniuria proximis in corpore irrogatur, quæ lege humana prohibentur, vt dictum est. ¶ Ad secũdũ. Ad secũdum dicendũ ꝙ lex humana intendit homines inducere ad virtutem non subito, sed gradatim, & ideo non statim multitudini imperfectorum imponit ea, quæ sunt iam virtuosorum, vt. s. ab omnibus malis abstineant, alioqui imperfecti huiusmodi præcepta ferre non valentes in deteriora mala prorumperẽt, sicut dicitur prouerbiorum. 30. Qui nimis emũgit, elicit sanguinẽ & Matth. 9. dicitur, ꝙ si vinum nouũ. i. præcepta vitę mutantur in vtres veteris. i. homines imperfectos, vtres rumpuntur, & vinum funditur. i. præcepta contemnũtur, & homines ex contemptu ad peiora mala prorumpunt. ¶ Ad tertiũ. Ad tertium dicendum ꝙ lex naturalis est quædam participatio legis ęternæ in nobis, lex autem humana deficit à lege æterna. Hinc Augu. dicit in primo de li. ar. lex ista, quæ regẽdis ciuitatibus fertur, multa concedit, atque impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. Neque enim, quia nõ omnia facit Deo, quæ facit improbanda sunt: vnde etiam lex humana non omnia potest prohibere, quæ prohibet lex naturę. Sequitur tex. ¶ Causa autem. [vt coerceatur] Nam per pœnas nemo cogitur bene facere, sed male facere ꝓhibetur. 23. q. 5. ad fidẽ [factę sunt leges, vt earum metu audacia.] maxime in illis vitijs, quæ rempublicam offenderent, aut humanam societatem conturbarent, sicut sunt homicidia, furta, & similia, sic dicit Apostolus ad Gala. 3. lex propter transgressores posita est, vbi Aug. dicit, data est lex, vt superborum seruis, & facies transgressoris humiliaretur. [tuta, quæ sit]. i. vt boni inter malos quiete viuant. vt. 23. q. 5. non frustra. [Improbos] id est malos. [supplicia] id est pœna nocendi, hoc idem. 16. q. 6. placuit. Exponit literam.

2 *Necessarium dicitur dupliciter.*
3 *Regula superior, quę est mensura legis humanę est duplex.*
4 *Rex dicitur, qui recte agit, & intendit bonum commune.*
5 *Tyrannus quis dicatur.*
6 *Necessarium, & vtilitas referuntur ad diuersa.*
9 *Ciuitas dicitur perfecta communitas.*
12 *Actus aliquis dicitur esse virtutis dupliciter.*
13 *Simplicitas, & non difficultas legibus placet.*

Ræterea. In ipsa constitutione legũ. Sequitur secundum cap. in quo ostendit qualis debet lex constitui, videlicet honesta, iusta, possibilis, &c. Circa primam partem quæruntur quinta. Alias est. a:

1 ¶ Primo vtrum conuenienter qualitas legis condẽdæ describitur hic ab Isidoro, & magistro Gratiano.
7 Secundo, vtrum lex aliqua possit esse mala.
8 ¶ Tertio, vtrum lex ordinetur semper ad bonum commune.
10 ¶ Quarto vtrum legislator instituendo leges, debeat inspicere ad homines, & ad loca, & ad tempora.
11 ¶ Quinto, vtrum lex humana præcipiat omnes actus virtutum.

1 Ad primum. Sic procedit. †Et vr̃, ꝙ nõ sit cõdẽdæ legis qualitas cõuenienter descripta, cum dr̃. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundũ naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco, temporiq; cõueniens, necessaria, vtilis manifesta quoq;, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate ciuium descripta. Primũ ar. Primo sic. Supra enim in tribus conditionibus magister Gratianus qualitatem legis explicauerat dicens, lex erit omne, quod ratione constiterit dũtaxat, quod religioni congruat quod disciplinæ conueniat, quod saluti proficiat, ergo super flue postmodum conditiones legis multiplicat. ¶ Secũdo. Scd̃m ar. Iustitia est pars æquitatis, seu honestatis, vt Tull. dicit primo de officiis; ergo postquam dixerat honesta, superflne additur iusta. ¶ Tertio Lex scripta secũdum Isidorũ diuiditur contra consuetudinẽ, vt. in c. lex est. di. 1. ergo non debuit in diffinitione Tertiũ ar.
2 legis poni, ꝙ esset secundũ consuetudinem patriæ. ¶ † Quarto. Necessarium dupliciter dicitur. s. id quod est necessarium simpliciter, quod impossibile est aliter se habere, & huiusmodi necessarium non subiacet humano iudicio, vnde talis necessitatis ad legem non pertinet. Est etiam aliquid necessariũ propter finem, & talis necessitas idem est, quod vtilitas. Ergo superflue vtrunq; ponitur. s. necessaria, & vtilis. Quartũ ar. ¶ In oppositum est tex. pręsentis. cap. qui est authoritas beati Isidori 5. etymo. Opponit ĩ contrariũ. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ conuenientissime beatus Isidorus in authoritate præfata ponit qualitatem condendæ legis, vbi aduertendum; quod in prędicta qualificatione legis nouæ includi videntur conditiones, siue proprietates, quas lex bona, & licita debet habere. Respõdet. Pro quo sciendum est primo. quod cum lex humana non possit esse regula prima simpliciter, oportet, ꝙ sit regula regulata, & mensurata quadam alia regula superiori. Omnis autem res, quæ ad alia cæpit rectitudinis suæ normam ad hoc, quod actu sit recta, oportet

Tull. 3 oportet formam habere proportionabilem suæ regulæ.† Su
perior autem regula, quæ est mensura legis humanæ, est du
plex.s.lex diuina, & lex naturę, dicēte Tull. in philip. 11. Lex
nihil aliud est quam recta ratio, & à numine deorum tracta,
imperans honesta, & prohibēs contraria. Ad hoc ergo, quod
lex humana sit licita, & sit bona oportet primo, quod sit con
formis, & proportionabilis legi diuinę: & ad hoc refertur
prima conditio posita, cum dicitur honesta.i. conueniens re
ligioni, quę teste Tull. de natura Deorū est. quæ cuidam natu
ræ, quam diuinā vocant, curam cerimoniamq; adfert, & ibi
dem est, per quam reuertenti famulatu cerimoniæ diuini cul
tus exercentur. Secūdo, etiam requiritur, quod non discor-
Augu. det etiam à lege naturali, & huiusmodi gratia additur, quod
sit iusta. Sicut enim dicit Aug. lib. 1. de li. ar. In rebus humanis
dicitur aliquid iustum ex eo, quod est rectū secūdū regulam
rationis, quæ vere dicitur lex. vnde si à naturali lege discor-
dat nō dicitur lex; sed corruptio legis. Et ideo; vt idem dicit
Aug. & ponitur in decreto. 10. di. c. constitutiones. Constitu
tiones ecclesiasticæ, vel seculares, si naturali iuri contrariæ
probantur pœnitus sunt excludendæ. Sed tertio requiritur
ad hoc quod lex sit valida quod emanet ab habente authori
tatem cōdendi eam; alias nullius esset roboris; ac firmitatis;
quoniam nullam vim obligandi ad sui obseruantiam lex ha
bet. nisi ab habente potestatem in re illa, de qua lex consti-
Aristotel. tuitur, & emanat. Ceterumq; teste Aristotele. 10. metaphysi
cæ mēsuram oportet homogeneam esse.i. proportionatam,
& aptatam mensurato. & 4. politicorum. Oportet aptare le
ges politiæ, & non econtra, oportet leges commensurari, &
proportionari his, quibus imponuntur, sicut alia lex ponen-
da est viris, & alia pueris. Ideo additur tertia proprietas legis
.s. ꝙ sit possibilis secundum naturam.i. tam facultati agentis
quam capacitati naturę patientis, vt enim regula iuris habet.
Ad impossibile nemo obligatur: Præterea, quia homo cum
naturaliter sit animal politicum, & ciuile. 1. politicorum, non
potest solus viuere. Ideo oportet, quod lex humana consue-
tudini, & moribus hominum conformetur, cum quibus vi-
uere debet, alias diuersitas studiorum causaret inter eos di-
uersitatem animorū. Ideo recte additur quarta conditio, vi-
delicet, ꝙ sit secundm consuetudinem patriæ. ¶ Amplius cū
lex humana præcipue fundet super expedientiam publicam:
ordinatur enim ad bonum commune, vt infra dicetur. Expe
diūt enim aliqua reipublicæ vno tempore, & vno loco, quæ
non alio, vt ipsa rerum experiētia demonstrat. Ideo requiri-
tur, quòd lex humana sit debitis circūstantijs vestita. Et hu-
iusmodi gratia additur quinta conditio, videlicet, quod sit lo
co, temporiq; conueniens. Demum, quoniam lex humana in
republica habet officium artis medicinalis in corpore ani-
malis, scilicet purgare malos humores, ratione cuius Aristo.
dicit primo rhetoricæ, ꝙ in legibus consistit salus ciuitatis
ad hoc, quòd lex humana sit licita, siue bona requiritur, ꝙ sit
expediens, sit sufficiens ad purgationem malorum de re pu-
blica. Ideo sexta conditio additur scilicet, quod sit expediens.
Consequenter cum finis legum sit vtilitas publica. oportet
hac ratione, quòd lex sit expediens ad consecutionem bo-
norum reipublicæ aliquo modo, & ideo septima additur con
ditio. s. quòd sit vtilis. ¶ Item; cum lex humanæ detur in dire
ctorium, & quasi lucerna secundum illud Prouerbiorum.
6. Mandatum lucerna est, & lex lucis, & via vitæ, necessaria re
quiritur, quod lex sit manifesta, ne aliquis propter eius obscu
ritatem cadat in errorem, & interdum credens facere secūdū
legē faciat cōtra legē. Nulla.n. magis vitādus est error, quā in
a ¶ Tyrā- principijs, siue in his quæ locum regulæ habent. Quoniā; vt
Tyrannus dicitur in primo cœli, & mundi. paruus error in prin. maxi-
vnde dica mus fit in fine. Et huius gratia ponitur. 8. cōditio. s. ꝙ sit ma
tur vide nifesta. ¶ Vltimo. cum lex ordinetur ad bonum commune,
Ber. in tra: non debet ad commodum alicuius priuati sed pro omniū
de tyrāno communi vtilitate conscribi, aliter enim lex non potest esse
in. 1. q. pri. 4 recta, & regalis, sed peruersa, & tyrannica. † quia sicut rex dif
& dicitur fert à tyranno, quia rex dicitur, qui recte agit, & intendit bo-
reperduel 5 num commune. † Tyrannus a vero, qui peruerse principatur,
lioni... l. & intendit proprium, & priuatum commodum, sic lex recta
in. l. decer- & regia dicitur, in qua intenditur bonū commune. Lex vero
nimus. C. tirānica, & peruersa, in qua proprium. & ideo hæc vltima. s.
de sa. san. noua conditio ponitur; quod nullo priuato commodo, sed
ec. & in. l. pro cōmuni vtilitate, &c. ¶ Quibus sic declaratis. dicendum
sacri. C. est ad rationes. Ad primam dicendum, quod ad illas tres con
de diuer. ditiones legis, quas primo posuit, videlicet, quod religioni
rescri. congruat quod disciplinæ conueniat, quod saluti proficiat;
Ad primū
argu.

reducūtur omnes istæ, quas nūc ponit distribuendo qualita
tem condende legis, & ita licet magis hic explicet conditio-
nes legis, non tamen superflue aliquid ponit. Quod enim di
citur honesta, refertur ad hoc, quod religioni cōgruat. Quod
aūt subdit; ꝙ sit possibilis, & iusta ſm naturā, ſm consuetudi
nem patriæ, loco; temporiq; conueniens, additur ad hoc, ꝙ
sit conueniens disciplinę. Quod autem subditur necessaria,
vtilis, refertur ad hoc, ꝙ expediat saluti, vt necessitas refera
tur ad remotionem malorum, vtilitas ad consecutionem bo
norum, manifesta vero ad cauendum nocumētum, quod ex
ipsa lege posset prouenire. Et quia lex ordinatur ad bonum
commune: Ideo hoc episcopum in vltima parte determina-
tionis ostenditur, cum dicitur. Nullo priuato commodo, sed
pro communi vtilitate ciuium conscripta. ¶ Ad secundum Ad secūdū
patet responsio ex iam dictis. hic enim Isidorus capit iustum
in alio respectu. quam honestum, honestum enim refert ad
religionem (vt dictum est) iustum autem, prout congruit di
sciplinæ; humana autem disciplina maxime attenditur quan
tum ad ordinem rationis, & hoc importatur in hoc, quod di-
citur iusta. ¶ Ad tertium dicendū, negando consequentiam Ad tertiū.
licet enim ex hoc, ꝙ distinguantur lex, & consuetudo, non
posset cadere in diffinitione legis in recto. Nihilominus ta
men potest cadere in obliquo. sicut ponitur hic. ¶ Ad quar- Ad quartū
6 tum respondetur, negando consequentiam. † quoniam neces
sarium, & vtilitas referuntur ad diuersa, necessarium enim re
fertur ad remotionem malorum, vtilitas vero ad consecutio
nem bonorum, & ita patet, quod nihil superflue ponitur in
dictis verbis beati Isidori.

7 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur; ꝙ
aliqua lex possit esse mala, & ar- Primū ar.
guitur sic Esai. 5. dicitur, ve qui condunt leges iniquas. ¶ Se-
cūdo sic. de lege veteri dicit dominus Eze. 2. dedi eis præce Secūdū ar.
pta non bona, & iudicia, in quibus non viuant. Sex lex non di
citur bona, nisi propter bonitatem præceptorum, quæ conti
net, ergo lex vetus non fuit bona. ¶ Tertio sic, est lex fomitis
secūdum illud Apostoli. ad Roma. 7. video aliam legem in Tertiū ar.
membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Sed lex fomi
tis est mala, tum, quia non ratione consistat, sed à ratione de-
uiet, tū, quia repugnat legi mentis. ¶ In oppositum arguitur
multipliciter. Primo sic. In diffinitione legis ponitur, ꝙ sit Oppponit contrariū.
honesta iusta. &c. ergo omnis talis est bona. ¶ Secūdo. Tull.
diffiniens legem, dicit; ꝙ est efficiens honestū, & prohibens Secūda op
contrarium, sed omne tale bonum est, ergo; &c. ¶ Tertio om Tertia op.
ne, quod conducit ad bonum finem, est bonum, sed omnis
lex est huiusmodi; quod intentio legislatoris est ciues facere Quarta op
bonos. 2. ethicorū; ergo. &c. ¶ Quarto; nihil est in præcepto
nisi actus virtutis: sed legis officium est præcipere actus vir
tutum. vt in. §. officium. distin. 4. dicitur. ꝙ officium legis est Quinta op.
præcipere; quod necesse est; ergo omnis lex bona est. ¶ Quin
to regula vita non potest esse curua; vt in. c. regula. dictū est;
alias nihil remanet rectum in vita humana; sed lex est quędā Sexta op.
regula viuendi; ergo idem quod prius. ¶ Sexta omne quod
est secūdum prudentiam factum; est bonum. sed lex est ser-
mo ens; ab aliqua prudentia coactiuam habens virtutem; vt
diffinit eum Aristot. 4. ethico. ergo idem quod. prius. ¶ Re Respōdet
spondeo ſm Albertum super ethicis; quòd lex potest dupli
citer considerari: aut. s. materialiter prout est edictū quoddā
& sic possunt esse leges bonæ; & malæ. Aut consideratur for
maliter secundum quod est edictum formatum prudentia &
ad debitum finem dirigens vitam; & sic semper est bona; vt
ostendūt rationes factę pro parte negatiua. ¶ Ad rationes in
oppositum. Ad primam dicendum quòd lex iniqua non est
proprie lex dicenda sicut nec homo mortuus dicendus est Ad primū argu.
simpliciter homo, qa sicut homo mortuus caret anima, quę
erat forma substantialis eius, qua formaliter erat homo: ita
lex iniqua caret rectitudine rationis & prudentia; qua aliqua
constitutio simpliciter censetur nomine legis. ¶ Ad secundā Ad secundū
dicendum: quod lex vetus bona lex fuit. vnde Apostolus ad
Rom. 7. dicit. Itaque lex sancta est: & mandatum sanctum; &
iustum: & bonum. Et ad authoritatem Ezech. respondetur.
ꝙ dominus loquitur ibi de præceptis cerimonialibus. quę ꝓ
tanto dicta sunt non bona: quia gratiam non conferebant; ꝓ
quam homines à peccato mūdarentur. Et dicta sunt, quòd
in eis homo non viueret: quia per ea vitam gratiæ homines
obtinere nō valebant. ¶ Ad tertiam dicendum. quod fomes Ad tertiū.
siue impetus ille sensibilitatis, secūdum quod inclinat ad ma
lum non habet rationem legis: sed per quandam similitudi-
nem dicitur lex; in quantum. s. est pœnalis; & ex lege diuina
consequens

consequens hominem destitutum propria dignitate: sicut diximus; quod sententia iusti iudicis vim habet legis; quemadmodum si diceretur legem esse, ꝙ aliquis nobilis propter suam culpam ad seruilia opera induci permitteretur, vnde Augu. lib. 83. quæstionum quæstione. 66. dicit. Lex peccati dicitur, non quia lex ipsa peccatum est, sed quia peccatoribus imponitur.

8 Ad tertium. In quo quæritur. † vtrum lex semper ordinetur ad bonum commune, sicut ad finē proceditur sic. Et arguitur, ꝙ non, primo sic. Ad legē enim pertinent præcipere, & prohibere, Sed præcepta ordinantur ad quædam singularia bona, non ergo semper finis legis est bonum commune. ¶ Secūdo sic. Lex dirigit hominē ad agendum, sed actus humani sunt in particularibus, ergo & lex ad aliquod particulare bonum ordinatur. ¶ Tertio Isido. dicit in lib. etymologiarū. Si rōne lex constat, lex erit oē ꝙ rōne consistit, sed rōne consistit nō solū, quod ordinatur ad bonū cōe, sed etiā qđ ordinatꝰ ad bonū priuatū: ergo lex non ordinatꝰ solū ad bonū cōe, sed etiā ad bonū priuatum vnius. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. in quo dicit beatus Isidorus, ꝙ lex est nullo priuato commodo, sed pro communi vtilitate hominum conscripta. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ omnis lex ad bonum commune ordinatur, quod duplici ratione ostendit sanctus Tho. in prima secundæ. q. 90. ar. 2. Primo sic. Lex pertinet ad illud. quod est principium humanorum actuum, ex eo, ꝙ est regula, & mensura. Sicut autem ratio est principium humanorum actuum, ita etiam in ipsa ratione est aliquid quod est principium omnium aliorum, vnde ad hoc oportet, quod principaliter, & maximè pertineat lex, primum autem principium in operibus, quorum est ratio practica. est finis vltimus. Est autem vltimus finis humanę vitæ felicitas, vel beatitudo, vnde oportet quod lex maxime respiciat ordinem, qui est in beatitudine. ¶ Secundo sic. Cum omnis pars ordinetur ad totum, sicut imperfectum ad perfectum, vnus autem homo est pars cōmunitatis perfectę, necesse est, ꝙ lex proprie respiciat ordinem ad felicitatem communē, vnde & Philosophus in præmissa diffinitione legalium mentionem facit & de felicitate, & de communione politica. Dicit enim in. 6. ethicorum, ꝙ legalia iusta dicimus factiua, & conseruatiua felicitatis, & par

9 ticularium ipsius politica communicatione. † perfecta enim communitas ciuitas est, vt dicitur in primo politicæ. In quo libet autē genere illud, quod maxime dicitur, est principiū aliorum, & alia dicuntur secūdum ordinem ad ipsum, sicut ignis, qui est maxime calidus, est causa caliditatis in corporibus mistis, qui in tantum dicuntur calida, inquantum participant de igne, vnde oportet, ꝙ cum lex maxime dicatur ſm ordinem ad bonum commune, quodcūque præceptum de particulari opere non habet rationem legis, nisi secundū ordinem ad bonum commune. Et ideo omnis lex ad bonum commune ordinatur. ¶ Ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ præceptum importat applicationem legis ad ea, quæ ex lege regulantur. Ordo autem ad bonum commune, qui pertinet ad legem est applicabilis ad singulares fines. Et secūdum hoc etiam de particularibus quibusdam præcepta dantur. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ operationes quædam sunt in particularibus, sed illa particularia referri possunt ad bonum commune, non quidem cōmunitate generis, vel speciei, sed communitate causæ finalis, secūdum, ꝙ bonum commune dicitur finis communis. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ sicut nihil constat firmiter secundum rationem speculatiuam, nisi ꝑ resolutionem ad prima principia indemonstrabilia, ita nihil firmiter constat per rationem practicam, nisi per ordinationem ad vltimum finem, qui est bonum commune. Quodautem hoc modo ratione constat, legis rationem habet.

Ad primū argu. / Scd͂m ar. / Tertiū ar. / Opponit ī contrariū. / Respōdet. / Prima rō. / Secūda rō. / Ad primū argu. / ad secūdū. / Ad tertiū

Ad quartum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ legislator instituendo leges non debeat inspicere ad hoīes, & ad loca, & tēpora. Et primo sic. Quia legislator debet respicere ad ea, q̄ sunt principia legis, & non ad ea, quæ non sunt huiusmodi. Sed homines loca, & tempora non habent rationem huiusmodi principij, ex quo lex rationem sumat, vt patet: ergo sic. ¶ Secundo sic forma non sumit rationem à materia, sed è conuerso, vt dicitur 1. physicorū, sed homines habent rationem materiæ, de qua, aut cui datur, ergo non veniunt huiusmodi consideranda in constitutione legis. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ legislator in constituendo leges respicere debet & ad homines, & ad loca, & ad tempora, quibus, vel in quibus leges sunt constituendæ. Primo, hæc conclusio patet ex secūdo politi. Aristo. Secundo ex ratione in superiori articulo posita sic. Legislator, qui debet ordinare homines in finem, non debet respicere in legem absolute, sed prout est applicabilis eis, qui sunt ordinandi per legem in vltimum finem, vnde sicut natura non semper ordinat, quod est melius simpliciter, sed quod est melius possibile. sic legislator legem possibilem, & applicabilem bene hominibus. Et q̄a diuersimode lex est applicabilis hominibus diuersarū cōditionum, ideo merito in condenda lege, debet legislator inspicere homines, quibus legem imponit, & diuersas imponere, secundum ꝙ sunt varie dispositi. Item oportet respicere ad regiones, & etiam tempora, quæ secundum diuersitatem eorum homines quandoq; diuersimode disponuntur. ¶ Quibus habitis, dicendum est ad rationes in contrarium. Ad primam dicitur iuxta Albertum magnum in ethicis, ꝙ lex non sumit rationem ex fine absolute, sed ex fine prout est applicabilis hominibus, & ideo argumentum non procedit. Licet enim legislator principaliter debeat respicere ad principia legis, non tamen absolute, sed in quadam proportione ad homines regulandos, & sic necessario venit & conditio hominū. & locorum consideranda. ¶ Ad secundum dicendum, quòd licet à materia absolute forma nō suscipiat rationem, nihilominus tamen ab ea, secundum quod ordinem habet in finē, capit ab ea distinctionem, & diuersitatem, secūdum quod in diuersa materia introducitur alia, & alia forma. Et sic in proposito ex varia conditione hominum, quibus lex est applicabilis, lex ipsa capit diuersitatem.

Primū ar. / Secūdū ar. / Opponit & respō. / Primū ar. / Ad secundum arg.

Ad quintum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ lex humana non præcipiat actus om-

11 nium virtutum. Primo sic. Actibus virtutum opponuntur vitiosi, sed lex humana non prohibet omnia vitia, vt dictū est, ergo etiam non præcipit actus omnium virtutum. ¶ Secundo, lex ordinatur ad bonum commune, vt dictum est, sed quidam actus virtutum non ordinantur ab bonum commune sed bonum priuatum, ergo lex nō præcipit actus omniū virtutum. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli vbi dicitur ꝙ lex debet esse honesta, & iusta: ergo videtur ꝙ legis sit pręcipere actus omnium virtutum. ¶ Secundo dicit Aristo. 6. ethico. quod præcipit lex fortis opera facere, & quæ temperati, & quæ mansueti. Similiter autem secundum alias virtutes, & malicias, hoc quidem iubens; hoc quidem prohibens. ¶ Respondeo dicendum, quòd lex humana præcipit actus omnium virtutum, licet non præcipiat omnes actus omniū virtutum. Quæ conclusio deducitur quo ad ambas partes sic à S. Tho. in prima secūdæ. Species virtutum distinguuntur, ſm obiecta. Omnia autem obiecta virtutū referri possunt vel ad bonū priuatū alicuius ꝑsonæ, vel ad bonū cōe multitudinis, sicut ea quæ sunt fortitudinis, potest aliquis prosequi, vel propter conseruationem ciuitatum: vel ad conseruandū ius amici sui, & simile est in alijs. Lex autem (vt dictum est) ordinatur ad bonum commune, & ideo nulla est virtus de cuius actibus præcipere non possit. Non tamen de omnibus virtutum lex humana præcipit, sed solum de illis, quæ sunt ordinabiles ad bonum commune, vel immediate, sicut cum aliqui directe propter bonum commune fiūt, vel mediate, sicut cum aliqua ordinantur à legislatore pertinentia ad bonam disciplinam, per quam ciues informantur, vt cōmune bonum iustitiæ, & pacis conseruant. ¶ Quo habito, dicendum est ad rationes. Ad primam dicendum quod lex humana non prohibet omnes actus vitiosos. s. obligationem præcepti sicut nec præcipit oēs actus virtuosos, prohibet tamen aliquos actus singulorum vitiorum; sicut & præcipit quosdam actus singularum virtutum. ¶ Ad secundum dicē

12 dū. † quod aliquis actus dicitur esse virtutis dupliciter. Vno modo ex eo; quod homo operatur virtuosa sicut actus iustitiæ est facere iusta; & actus fortitudinis facere fortia, & sic lex præcipit aliquos actus virtutū. Alio modo dicitur actus virtutis; quia aliquis operatur virtuosa, eo modo quo virtuosus operatur: & talis actus semper procedit à virtute, nec cadit sub præcepto legis; sed est finis ad quem legislator deducere intendit. ¶ Ad tertiam dicendum; quod non est aliqua virtus cuius actus non sint ordinales ad bonū cōe; vt dictū est; vel mediate vel immediate. Et ita ratio non procedit. Sequitur tex. ¶ [Erit autem lex.] Licet. s. circa quæstionem de qualitate legis sufficienter sit exposita ista litera; nihilominus pro pleniori eius intelligentia discurramus seā per singulas partes. [Honesta] quia in iure non tantū consideratur iustitia,

Primū ar. / Secūdū ar. / Opponit ī contrariū. / Secūda op. / Respōdet. / Ad primū argu. / Ad scd͂m / Ad tertiā. / Exponit literam.

iustitia, quantum honestas. 35. q. 3. porro. vnde leges, quæ dicunt concubinas posse haberi, non sunt leges, quia sunt inhonestę. vt. C. de concubinis. honestum autem vt dicit Tull. est quod sua vi trahit, & sua dignitate allicit. [Iusta.] Aliter. n. non est lex. vt dicit Aug. in lib. de li. ar. Etiam ius non dicitur, nisi sit iustum. 8. dist. 1. ius generale. [possibilis.] quia si esset lex impossibilis, transgressio eius non esset culpabilis peccatum enim adeo est voluntarium, ꝙ si non est voluntariũ, non est peccatum dicit Aug. 15. q. 1. non est. [iuxta naturã.] tam negotiorum siue rerum, de quibus agitur, quam personarum, quibus imponitur, vel vt nihil præcipiat contra naturalem rationem, quia lex debet conformari rectæ rationi. [Cõsuetudinem.] vt. s. concordet moribus patriæ, quia si est contra consuetudinem inhabitantium, per contrariam cõsuetudinem abrogatur. vt. j. eo. §. leges. & §. statuimus. Item, quia consuetudo est interpres legis, vt ex tra. de ver. sig. abbate. & clarius in. c. cum dilectus de consue. & ff. de legi. l. si de interpretatione. [Loco.] quia in aliquibus locis aliqua statuuntur, quæ alibi non reciperentur, vt de continentia clericorũ orientalium & occidentaliũ. vt di. 31. Vicena. & c. aliter. sicut etiã est illud; quod concessum est Anglicis, vt contraherent in quarto gradu. vt. 35. q. 3. quædam lex. [tempori.] Omnia enim debent conuenire suis temporibus. 23. q. 4. si ecclesiam. [necessaria] i. instante necessitate, regula condenda est. 29. dist. regulæ. cum enim lex sit obligatoria, non debet statui sine causa necessaria. [vtilis.] quia, quæ sunt ad onus, siue vtilitate extirpanda sunt. vt. 68. di. corepiscopi. Item cum lex communi honestate obliget, in qua sunt multi imperiti, lex debet esse manifesta. [manifesta]. i. clara quantum ad verba, & quantum ad sententiam, quia & verba debent esse manifesta, & sententia, ne per obscuritatem ducat homines [in captionem]. i. laqueum erroris, vel ne aliquis [in captionem] & in fraudem possit eam interpretari. vt. 14. q. 3. plerique. & ff. de
3 legi. contra legem. †Simplicitas enim, non difficultas legibus placet. vt insti. de fideicom. hę. §. sed quia. Nihil tam propriũ est legum; quam claritas, vt in aut. de testa. imperfec. §. 1. & extra. de consti. cap. vlti. [Priuato.] quia nunc non esset lex, sed priuilegium. vt supra dici. cap. priuilegia. [vel priuato] scilicet principaliter.

2 *Subditi si nolunt acceptare rationabilem constitutionem, constituens potest eos ad hoc compellere.*

3 *Lex posita à Papa, si non habet qualitates bonæ legis, non est recipienda.*

6 *Iustum aliquid fit dupliciter.*

Continuatio.



Deo. Hic incipit tertia pars distinctionis, in qua videtur assignare rationẽ, quare in condenda lege qualitates præfatę in constitutione legis veniunt considerandæ, quia. s. dum sit lex, disputare licet de ea, post institutionem, & confirmationem non licet. sed omnino est seruanda, & secundum illam iudicandum, inducit autem ad hoc authoritatem beati August. ibi in istis. Pro pleniori intelligentia tam text. quam eorum, quæ gloss. mouet, quæruntur tria.

1 ¶ Primũ est, vtrum in condenda lege, contradicentibus omnibus episcopis in synodo, præualeat sententia papæ sententiæ assistentium episcoporum.

4 Secundo, vtrum Papa præter, vel contra voluntatem suorũ cardinalium possit condere legem.

5 ¶ Tertio, vtrum iudicium semper sit secundum leges scriptas proferendum.

Primũ ar.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur, quòd in casu posito sententia episcoporũ pręferenda sit sententiæ Papæ. Primo ex c. legimus. dist. 93. vbi dicit Hieronymus. Si authoritas quæritur orbis, maior est vrbe. ¶ Secundo, ex gloss. præsentis text. qui dicit ꝙ Papa vult condere canones, episcopi possunt cõtradicere, ergo videtur, ꝙ sententiæ episcoporũ sit magis standum. ¶ Tertio ex gl. in. c. Anastasius. dis. 19. vbi dicitur, ꝙ vbi agitur de fide. Papa debet requirere consilium episcoporum, & tunc synodus est maior Papa. ergo sequitur quod sententiæ synodi magis standum sit, quam Papæ. ¶ In oppositum est illud in capit. veniam. 35. quæs. 9. vbi papa dicit. Cui manum porrigitis, ego porrigo vobiscum. Cui porrigo, mecum porrigite; vbi dicit. Hu. & etiam habetur in glo. quod papa approbat, nõ licet alijs reprobare. 24. q. 1. hæc est fides. ¶ Respondeo dicendum,

Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit contrariũ. Respõdet.

quod si Papa constituat leges aliquas habentes qualitates illas in superiori capitu. Erit autem lex: descriptas, puta, quod sit honesta, iusta, possibilis, & sententia Papæ præferenda est omnium aliorum contradicentiũ sentẽtiæ, & iudicio. Ratio apertissima est; & colligitur ex duobus. Primo ex superioritate authoritatis, qua in ecclesia (vtpote generalis Christi vicarius) pręeminet vniuersis, cuius præcepta omnes seruare tenentur, iuxta. c. non decet. & c. a præceptis. dist. 12. ¶ Secundo ex ipsa legum qualitate, quæ talis esse ponitur, quæ religioni congruat, disciplinæ conueniat, & proficiat saluti. Quare in. c. enim. dist. 19. dicitur. Enimuero; quia in speculum, & exemplum sancta ro. ecclesia, cui nos Christus præesse voluit, posita est omnibus, quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuo irrefragabiliter obseruandum est.
2 † Sed quid si subditi nollent acceptare rationabilem constitutionem. Respond. Hug. & Archi. ꝙ constituens potest ad hoc eos compellere; & sic factum fuit. 24. q. 5. de Liguribus, vt ibi patet in casu, alias eius potestas esset delusoria, hęc Archidiac. (Hugution. Archid.) Si vero contingat, quòd lex posita à domino Papa, siue constitutio non habeat, qualitates prædictas, sed contrarias, recipienda nõ est vt puta. Primo si non sit honesta, vtpote non conueniens religioni, siue fidei Christianæ, vt si constitueret aliquid, aut reformare vellet, quod manifeste contra fidem esset, iudicio & sententiæ episcoporũ magis standum esset iuxta c. Anastasius. di. 19. & c. si Papa. dist. 40. ¶ Item secundo, (Secũdo mõ.) si lex, aut constitutio Papæ esset iniusta, vt puta contra ius naturale, recipienda non esset, vnde distinct. 10. capitu. constitutiones dicitur quod constitutiones ecclesiasticæ, vel seculares, si natura iuri contrariari probantur, pœnitus sunt excludendę ¶ Tertio, (Tertio mõ.) sic constitutio papalis non esset possibilis, & hoc sine respectu potestatis suæ, quia excederet facultatem potestatis suæ, vt puta si vellet dispensare in prohibitis lege diuina, vel tollere sacramenta, aut mandata Dei, quod non potest facere. Tum, quia sunt ecclesiæ fundamenta. Tum quia inferior non potest tollere legem superioris, siue etiam sit impossibilis ex parte subditorum, vt si vellet constituere aliqua, quæ non conuenirent moribus, & consuetudini subditorum, hoc modo intelligenda est gloss. in præsenti. c. quæ dicit, ꝙ cum Papa vult condere canones, episcopi possunt contradicere. & dicere. Canon, iste non conuenit consuetudini regionis nostrę, de quo exemplum habemus in statuto de continentia non recepto ab episcopis orientalis ecclesiæ, vt in. c. Vicena. di. 31. ¶ Quarto, (Quarto mõ.) si lex & cõstitutio papæ non sit necessaria id est expediẽs reipublicæ, vt si vellet tollere illud commune priuilegium omnium clericorum. Si quis suadente. lex non esset recipienda, vt no. dominus Ant. de bu. de cõspe. in. c. quanto. ¶ Quinto (Quĩto mõ.) si lex Papę, siue constitutio non esset vtilis reipublicæ, sed nociua, non esset etiam recipienda, vt si vellet omnes episcopos orbis deponere, vt not. gl. in c. per principalem. 9. q. 3. ¶ Sexto, (Sexto mõ.) si lex, siue constitutio Papę ita pro priuato commodo ferretur, vt status ecclesiæ decoloraretur, vt puta si vellet instituere, ꝙ posset successorem sibi eligere, vt not. gloss. 8. q. 1. §. his omnibus. ¶ Septimo, (Septimo modo.) si lex Papæ non pro communi vtilitate ecclesiæ cõscriberetur, sed magis in euersionem eius, non esset talis lex recipienda, vtputa si contra vniuersalem statum ecclesiæ vellet aliquid instituere, aut destituere ea: quibus vniuersalis status ecclesiasticus firmatur, & stabilitatur iuxta no. de sen. excom. c. nulli. p doc. & iuxta. c. quæ ad perpetuã. 25. q. 1. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. (Ad primũ argu.) Ad primam respondetur, quod Hiero. in authoritate prædicta, vt patet tam ex tex. quã ex gl. non loquitur de authoritate ptãtis suæ iurisdictionis orbis respectu summi pontificis, siue Apostolicæ sedis sed de authoritate cõsuetudinis quæ tãto maioris authoritatis esse dr, quanto gñalior est, siue à pluribus obseruatur, sicut canonicis scripturis, dicit Au. & habetur in. ca. in canonicis. di. 19. secundum ꝙ regulã dubium nõ est, quin cõsuetudo orbis maioris sit authoritatis, ꝙ consuetudo vrbis quam nec Apostolica sedes obseruat, nec obseruari mãdauit. Et ꝙ beatus Hieronymus (Hierony.) hoc modo loquatur in præfato. c. legimus, patet ex ipso tex. in quo ad Euandrum episcopum scribens reprehendit illam vrbis Romæ consuetudinem, qua aliqui diaconi præferebantur presbyteris; sic inquit. Quid mihi profers vnius vrbis consuetudinem, quid paucitatem, de qua ortum est supercilium in leges ecclesiæ vendicas, & c. Et ita authoritas illa nõ est ad propositum, licet argumentatiue illam referat glos. & maxime, quia Papa non modo vrbis est episcopus, sed in toto orbe habet potestatem, & iurisdictionem, vt in præsenti

Ad scdm. senti capitulo in istis, verum de hac authoritate alias erit plenior sermo, quia est vnum de principalibus fundamentis eorum: qui aduersantur principatui romani pontificis. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam, quia ex hoc, quòd episcopi possint contradicere Papę volenti instituere legem aliquam non conuenientem religioni eorum, non sequitur propter hoc; ꝙ ipsi authoritate sint. Papa superiores, aut maiores. Quod enim contradicere possint huiusmodi subditi suo superiori: non est ex maioritate autoritatis, sed ex ipsa mala qualitate legis, quæ cũ regioni, aut moribus subditorũ non conueniat rationabiliter subditi, quantumcunq; inferiores possunt contradicere legislatori dicentes, hæc lex non conuenit regioni nostræ. ¶ Ad tertiam dicendum, ꝙ gl. Ad tertiũ. illa dicens ꝙ cum materia fidei ventilatur synodus maior sit quam Papa, loquitur de maioritate iudicij discretionis. & nõ de maioritate potestatis iurisdictionis. Non dubium autem, ꝙ vbi de fide agitur synodus, siue conuentus patrum adunatorũ maior sit maioritate iudicij discretionis, quam ipse Papa solus. Et ideo vbi papa aliquid contra fidem instituere vellet; synodus ei contradicere posset, & deberet: vnde Paulus resistit in faciem Petri. ad Gal. 2. vnde nobis videtur; ꝙ in dubijs, quæ circa fidem oriuntur, magis standum esset iudicio omnium episcoporum simul in synodo aggregatorum, quã iudicio solius papæ, sed de hoc duce deo, in alio loco plenius dicere intendimus.

Hugo. 4 **Ad secundum.** Dubium, quod mouet Hug. in apparatu suo; sic ipse respondet † Papa non deberet contra, seu præter voluntatem suorum cardinalium aliquid instituere, si eorum consensum posset habere, alias potest; dummodo nõ sit cõtrarium rationi, vel veteri aut nouo testamento, sed quicquid dicatur, si fit aliquid, qđ sit iustum constitutum, ratum erit, & alij tenebuntur obedire, cum Papa habeat plenitudinem potestatis. ad hoc. ar. 9. q. 3. conquestus. cuncta. §. nunc vero. & 2. 6. decreto. & insti. de iure na. §. sed quod principi. hæc ille. Et idem intelligitur de imperatore respectu suorum baronum, siue procerum. Hanc Albericus de rosate. opi. tenuit expresse Albericus de rosate. in rubri. C. de legi. vbi dicit, ꝙ Papa solus potest facere legem sine dominis cardinalibus alle. l. fin. C. de legibus. & no. per. Archi. in. c. quę ad perpetuam, & in. c. sunt quidam. 25. q. 1. & in ca. quamuis. de offi. ord. lib. 6. Et dicit, ꝙ licet papa sępenumero in lege, quã facit, ponat de fratrum nostrorum cõsilio, tamen illud facit, de honestate. Et reprehendit Lauren. dicentem contrarium. Cõtra Laurẽ. & Io. mo. & Io. mo. & dicit, ꝙ communis opi. est contra eos. Et idem etiam tenet idem Alberi. in. l. humanum. C. de legi. & in aut. habita. C. ne filius pro pa. Et istam etiam partem tenet Dominicus Dominic. in. c. super eo. de here. lib. 6. cum Papa sit supra totũ concilium. vt in. c. significasti. de elec. & hoc etiam tenuit ipse in c. 1. de scisma. li. 6. vnde ista est comunis opi. quam etiam sequitur domi. Abbas Abbas. in. c. 2. de cle. resi. qui allegat Arc. in. c. ad Apostolicæ. de re iudi. li. 6. verum Laurentius in dicto. c. sunt quidam, tenuit, quod Papa non potest legem condere super generali statu ecclesiæ sine cõsensu dominorum Cardinaliũ, vnde dicit Io. mo. in dicto. c. super eo. quod cardinales sunt in quasi possessione, vt Papa ardua non disponat sine eorum cõsilio, & pro ista parte allegatur tex. in. l. humanum. C. de legi. cum si. Sequitur autem, & hanc opi. Bal. in. l. cum multa. C. de Baldus. bo. quæ libe. vbi dicit, ꝙ si Papa vult infeudare castra pretiosa benemeritis ecclesiæ, debet interuenire consensus dominorum Cardinalium, quam quidem opi. Io. mo. sequitur etiam Pe. de Anc. in dicto. c. super eo. Sed ista opi. videtur posse cõcordari ad inuicem, ꝙ prima loquatur de necessitate, & secunda de honestate. Clarum quidem est, ꝙ cum Papa habeat plenitudinẽ potestatis, & quicquid authoritatis sit apud dominos Cardinales totum emanat; ab ipsa sede iuxta. c. ita dominus. 19 dist. Papa potest sine Cardinalibus quicquid cum Cardinalibus potest. Honestissimum tamen est, & reipublicæ Christianæ saluberrimum, vt ardua negotia sine eorum concilio non ageret, cum etiam hoc plurimum authoritatis conferret rebus agendis.

No. hic plene de potestate sũmi. pon. Opi. Car.


Primũ ar. 5 **Ad tertium.** Sic proceditur. † & videtur, ꝙ non sit semper secundum leges scriptas iudicandum. Semper enim vitandum est iniustum iudicium, sed quandoq; leges scriptæ iniustitiam continent, secundũ illud Scdm ar. Esaię. 10. ve, qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt, ergo nõ semper est secundum leges scriptas iudicandum. ¶ Secundo sic. Iudicium oportet esse in singularibus euentibus, sed nulla lex scripta potest omnes singulares euentus comprehẽdere, vt patet per philosophum in. 5. ethicorum, & in. l. non possunt. ff. de legi, ergo videtur, quod Tertiũ ar. non sit semper secundum leges iudicandum. ¶ Tertio, lex ad hoc scribitur, vt snĩa legislatoris manifestetur, sed quandoq; contingit, ꝙ si ipse legislator præsens esset aliter iudicaret, ergo non est semper secundum legem scriptam iudicandum. Opponit i contrariũ. ¶ In oppositum est beatus Aug. in hoc præsenti text. In istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent, cum eas instituerint, tamen cum fuerint institutæ, & firmatæ non licebit iudicibus de istis iudicare, sed secundum ipsas. Respondeo dicendum iuxta tex. præsentis. c. ꝙ regulari- Respõdet. ter semper secundum leges scriptas iudicandum est. Pro quo notandum cum S. Tho. in secunda secundæ. q. 60. ar. 5. quod iudicium nihil aliud est, nisi quædam diffinitio, vel determinatio eius, quod iustum est. † Fit autem aliquid iustum dupliciter. Vno modo ex ipsa natura rei, quod dicitur ius naturale. Alio modo ex quodam condito inter homines, quod dicitur ius positiuum. Leges autem scribuntur ad vtriusq; iuris declarationem, aliter tamen, & aliter. Nam legis scriptura ius quidem naturale continet, sed non instituit. Non enim habet robur ex lege, sed ex natura. Ius autem positiuum scriptura, legis & continet, & instituit donans ei authoritatis robur. Et ideo necesse est, ꝙ iudicium fiat secũdum legis scripturã, alioqui iudicium deficeret vel in iusto naturali, vel in iusto positiuo. ¶ Ad rationes. ad primam dicendum, quod lex scri- Ad primũ argu. pta, &c. sicut nõ dat robur iuri naturali, ita nec põt eius robur minuere, vel auferre, quia nec voluntas hominis potest immutare naturam, & ideo si scriptura legis contineat aliquid contra ius naturale, iniusta est, nec habet vim obligandi. Ibi enim ius positiuum locum habet, vt quantum ad ius naturale nihil differt, vtrũ sic vel aliter fiat, sicut supra dictũ est. Et iõ nec tales scriptura dicunt, sed poti⁹ legis corruptiones. Et Ad secundũ ideo secundum eas non est iudicandum. ¶ Ad secundam dicendum, quod sicut leges iniquæ secundum se contrariantur iuri naturali, vel semper, vel vt in pluribus, ita etiã leges, quæ sunt recte positæ, in aliquibus casibus deficiunt, in quibus si Exponit literam. conseruarentur, esset contra ius naturale. Et ideo in talibus secundum literam legis non est iudicandum, sed recurrendũ ad æquitatem, quam intendit legislator, vnde iuris peritus dicit. Nulla ratio iuris, aut æqtas, benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum incommodum producamus ad seueritatem. Et in talibus etiam legislator aliter iudicaret, & si cõsiderasset legem, determinasset. Et per hoc patet etiam solutio ad tertiam. Sequitur text. ¶ [In istis.] con. dendis, & instituendis. [Indicent.] scilicet principes, & subditi an sint instituendæ vel non. [instituuunt]. i. instituere volũt. [institutæ.] à principe, vel Papa. [firmatę.] assensu assistentium, cum promulgatur in consistorio Papæ, vel imperatoris, possunt alij cõtradicere; sicut dicitur in glo. dicentes hanc legem non conformari moribus regionis illorum. Multa. n. consilij moderatione, & maturitate debẽt discuti in consistorio lex ante constitutionem. 35. q. 9. Apostolicæ. Sed postquã communi consilio, & assensu fuerunt receptę, & approbatæ, non possunt nec cardinales in consistorio Papæ, nec episcopi in synodo vniuersali, neque collaterales Principis contradicere, quia cum Cardinales in consistorio Papæ: & episcopi in synodo vniuersali, & proceres in consilio principis videantur totam rempublicam præsentare, videtur ꝙ in eorũ assensu, assensus totius populi intelligatur inuenire, & ita videtur, quòd etiam nullus potest postmodum cõtradicere sic conditæ legi à principe tantorum patrum siue maiorum approbatione receptæ, alias videret, ꝙ nulla lex haberet firmitatem, si cuiuslibet hominis de republica expectandus esset assensus. [de ipsis iudicare.] vtrum valeant; vel non. ar. Quod Hugo. Archid. semel approbatum est, amodo non potest reprobari. vt. 8. q. 2. dilectissimi. & licet. [Sed ſm eas.] eas in sequẽdo. Hu. 3. q. 7. iudicet Dicit autem Archi. ꝙ hæc litera loquatur de inferiori iudice, & nõ de superiori. scilicet Principe, qui legẽ condidit, cui licet, quia eius tãtum est destruere, cuius est condere; vnde etiam Augustinus ita intelligit; qui sic dicit in originali, in istis legibus temporalibus, quãquam de his homines iudicent, cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutę à conditore atque confirmatæ consensu populi, non licebit iudicare de ipsis, sed secundum ipsas.

3 *Firmitas legum, aut authoritatis est duplex.*
5 *Constitutio an liget post duos menses à tẽpore publicationis.*

6 Lex quæ

6 *Lex, quæ præcipit vetera iura, seruari sine additione alicuius pœnæ ilico a tempore suæ publicationis ligat.*
7 *Lex aut rogatur, aut subrogatur, aut derogatur, aut erogatur, aut abrogatur, aut confirmatur, & quid ista significent.*

Alias est. §. Continuatio.



LEges instituuntur. Sequitur quarta pars huius. di. Quia magister Gratianus parum ante dixerat, quod quando leges fuerint, institutæ, & firmatæ, non licebit iudicare de ipsis. Nunc rationabiliter subiungit ostendendo, quando leges instituuntur, & firmantur dicens. Leges instituuntur cũ promulgantur, & firmantur, cum moribus vtentium approbantur. Circa hanc partem quæruntur tria.

1 ¶ Primò, vtrum promulgatio sit de ratione legis.
2 ¶ Secundò, vtrum lex dicatur firmari moribus vtentium.
4 ¶ Tertiò, vtrum lex incipiat ligare à tempore promulgationis suæ.

Primũ ar. 1 Ad primum. Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ promulgatio non sit de ratione legis. Lex.n. naturalis maxime habet legis rationem. Sed lex naturalis maxime habet legis rationem. Sed lex naturalis non indiget promulgatione: ergo non est de ratione legis, ꝙ promulgetur. ¶ Secundo. Ad legem proprie pertinet obligare ad aliquid faciendum, vel non faciendum, sed non soli obligantur ad implendum legem illi, coram quibus promulgatur lex, sed etiã alij, ergo promulgatio nõ est de ratione legis. ¶ Tertio, obligatio legis extenditur etiam in futurum, quia leges futuris negotijs necessitatatem imponunt, vt iura dicunt, & in.c.fi.de consti.& in.l.leges.C.de legi. Sed promulgatio fit ad præsens: ergo promulgatio non est de ratione legis. ¶ In oppositum est tex. præsens. ¶ Respondeo dicendum, quod promulgatio est de ratione legis, quæ conclusio declaratur sic iuxta sanctum Thom.in.1.2.q.90 ar.4. Lex imponitur hominibus per modum regulæ, & mensuræ. Regula autem, & mẽsura imponitur per hoc, ꝙ applicatur his, quæ mensurantur, & regulãtur, vnde ad hoc, ꝙ lex virtutem obligãdi obtineat, quod est proprium legis, oportet, ꝙ applicetur hominibus, qui secundum eam regulari debent. Talis autem applicatio, fit per hoc, quod in notitiam eorum deducitur ex ipsa promulgatione, vnde promulgatio necessaria est ad hoc, quod lex habeat suam virtutem. Et sic ex quatuor prædictis potest colligi plena diffinitio legis, quæ nihil est aliud, quam rationis ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curam communitatis habet promulgata. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur negãdo minorem. Dicimus enim cum S. Thom. vbi supra, quod promulgatio legis naturę est ex hoc ipso, ꝙ Deus eam mentibus hominum inseruit naturaliter cognoscendam. ¶ Ad secundam dicendum, quod illi, coram quibus lex non promulgatur, obligantur ad legem seruandam, in quantum id eorum notitiam deuenit per alios, vel deuenire potest promulgatione facta. Et ideo ratio nõ procedit. ¶ Ad tertiam dicendum, quod promulgatio pręsens in futurum extenditur per firmitatem scripturæ, quæ quodammodo semper eam promulgat, vnde Isidorus dicit in primo etymologiarum, quod lex à legẽdo vocata est quia scripta est, & ita ratio non procedit.

Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit & Respõ. Ad primũ arg. Ad secundũ. Ad tertiũ.

2 Ad secundum. sic ꝓceditur.† Et videtur, quod legum firmitas non dependeat à moribus vtentium subditorum sic. Lex robur suæ firmitatis accipit ab, eo cuius authoritate pẽdet, & emanat. Sed huiusmodi est princeps, cuius est ordinare aliquid in bonum commune, siue totius multitudinis, ergo lex à principe habet robur & authoritatẽ, & firmitatẽ, & nõ à moribus vtẽtiũ. ¶ In oppositũ est te. pñs. ¶ † Respõdeo notãdũ, quod dupliciter 3 possumus de firmitate legũ loq, aut de firmitate authoritatis, aut de firmitate stabilitatis. Si de firmitate authoritatis, istã habet lex ab instituente, à quo robur, & autoritatẽ suscipit. Si vero loquamur de firmitate stabilitatis istam habet lex ex cõuenientia, & aptatione ad mores subditorum. Quia enim (vt dictum est in.c.erit aut lex.) oportet, quod lex sit possibilis secundum naturam, secundum consuetudinem, loco, temporiq; conueniens, dicimus, ꝙ leges firmantur firmitate stabilitatis, & permanentię, cum moribus vtentium approbãtur, siue cum moribus subditorum leges adaptantur. Deficiunt autem tolluntur, & abrogantur, cum vtentium moribus nõ conformantur. Vnde sequitur in tex. [Sicut.n. moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus vtentium leges ipsæ confirmãtur.] Huic autem sententiæ nostræ applaudere videtur expositio. d. Laurentij in apparatu suo, qui (vt dicit Archidiac. super ver. firmatæ.) dicit sic, firmatæ de facto. Nam de iure firmatę sunt ab ipsa institutione. 25.q.2. postea.&.27.q.1. omnes formæ. 8.q.2. dictissimi. Ad rõnẽ in oppositũ patet respõsio ex dictis. Verũ.n. quo ad robur authoritatis lex habet ex principe sed firmitatis, & permanentiæ ex confirmitate ad mores vtentiũ.

Argumẽtũ. Opponit & Respõ. Laurẽ.

4 Ad tertium. Sic proceditus.† Et videtur, quod lex non incipiat arctare, siue ligare à tempore promulgationis suæ, sed post duos menses computandos, à tpe cõfirmationis, sunt publicationis in aut. vt factæ nouæ cõs. in prin. & cõfirmatur extra. ne cle. vel mo. c. vlt. de sen. exc. c. noluit. ¶ In oppositũ sumit ar. ext. de postul. præl. cap. 1. ¶ Respondeo ẽm Host. in summa, & Io. An. in proemio cle. & in c. 2. de consti. videtur respõdẽdum huic quęstioni per distinctionem, quia de lege siue oonstitutione dupliciter loqui possumus. Aut de lege declaratoria veteris iuris, aut de lege promulgatoria noui iuris. Si primo modo, statim, & incontinenti ligat, quia talis etiam trahitur ad præterita extra. de consti. c. fi. per hoc etiam facit extra de ele. ca. cum in cunctis. §. inferiora. Si secundo modo, adhuc dupliciter. Aut loquitur de lege principia, puta Papæ vel Imperatoris, aut de lege inferiorum. Si de lege principis; tunc aut appa ret de voluntate principis, ꝙ post ipsius promulgationem liget, vt quia interponit decretum irritans, quod statim ligat etiam ignorantes extra de præben. c. dudum. &. ca. quodam. li. 6. tunc statim ligat à tempore promnlgationis, saltem quantum ad hoc, vt facta in contrarium non valeant, vt patet in locis iam allegatis, licet quo ad pœnam non ligaret, quia absurdum est, ꝙ morantes ad pœnã obligarẽtur, vt patet per gl. 2. de hæreti. & per Doc. in. d. c. 2. de consti. Aut non apparet hoc fuisse de voluntate principis, & tunc aut in ipsa constitutione additur certum tẽpus, post cuius lapsum habeat ligare, aut nõ si sic, tũc habet ligare post illud tps, & ante nõ. Sic intelligẽdum videtur illud de pę. & re. cum infirmitas. quod non ligat, nisi postquam per prælatos fuerit publicata. de præben. lib. 6. cum singu. §. vtrum quæ constitutio non ligat nisi post mensem à tempore notitiæ. Aut non inseritur certũ tempus, & tunc aut lex in nullus præiudicium procedit, sed æque prodest scienti, & ignoranti, vt quia irrogat priuilegiũ & fauorem, & tunc statim ligat. vt. C. de decurio. l. pe. l. 10. ar. extra de conces. præben. quia cunctis. §. nec obstaret lib. 6. cũ ibi notatis. Aut lex, siue constitutio potest afferre alicui præiudicium, siue pœnam, sicut sunt leges pœnales. Et tunc si quæratur, an infra duos menses computandos à tempore publicationis generaliter factæ in consistorio arctent. Respondetur, quod nõ, licet habeatur ante notitia de ea. vt puta quia audita fuerit promulgari in consistorio, & hoc satis probatur in aut. vt factæ nouæ consti. § sancimus. ibi quando dicit. Quando in hac felicissima &c. quia beneficium iuris nõ est auferendum. dist. in. 8. de his. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis cõdem natus. de reg. iuris. indultum, li. 6. Et hanc opi. sequitur Anto. per tex. in dicta aut. vt factæ nouę consti. licet in. c. 2. de rebus eccle. non aliæ. in 6. glos. teneat contrarium. & Bar. etiam in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure; & quidã alij in. c. 2. de cõst.
5 †¶ Aut quæritur, an liget post duos menses à tempore publicationis, & tunc dicendum est, quod sic indistincte. vt in aut. de factæ nouæ consti. in rubro, & nigro in principio. & vt debetur apertius. Fallit autem hoc in casu, in quo quis dilucide probaret ignorantiam suam, puta, per testes idoneos, & alia legitima documenta à tempore dictę constitutionis semper fuerit furiosus, vel mente captus, vel pupillus nõ doli capax. Aut, quòd per tempus illud fuerit in carcere, aut in eremo, siue in sylua, vbi conuersatio hominũ non erat, qa tunc ignorantia erat probabilis. † de lege autem quæ præcipit vetera 6 iura seruari, sine in additione tamen alicuius pœnæ, ilico à suæ publicationis tpe ligat, vt dicit Io. An. in proe. cle. vt ex. de ęta. & quali. or. c. 1. & de of. or. c. 1. Si autẽ loquamur de lege, aut constitutione inferiorum. vt puta capitulorum, & vniuersitatum, tunc dicitur ẽm hoc, ꝙ incontinenti ligat, facta promulgatione, nisi forte absentes, & ignorantes quibus dicit Hosti. tempus non dabo, nec limitabo, sed iudicis arbitrio relinquo, ar. extra. de eo, qui mit. in poss. c. fi. Hoc etiã voluit Io. And. in data. 6. & Bar. in. l. leges. C. de legi. Hoc autem dicit Henricus Boyc. intelligendum esse, quando in ipsa constitutione, seu lege non additur tempus certum, post cuius lapsum habeat ligare, alias secus, vt dictum est de constitutione

Opponit & Respõ. Pro intellectu c. infirmitas. de pæ. & rem. Anto. Ian. And. Hostien. Barto. Hen. Boy.

stitutione principis. Et hoc est arbitrādū, cōsiderata locorū distātia, vt de ele. cupientes. li. 6. Rō aūt diuersitatis, quare aliud est de cōstitutione principū, & aliud de inferiorum constitutionibus (vt dicit Host. in summa ti. de cōst.) est, quia lex principis generalis est, & omnes ligat, & astringit, vt extra. de consti. c. 1. & c. fi. Et ideo cum diffusa sit sua iurisdictio, & per cōsequens difficilius publicatur, ideo duo menses statuūtur ad tollendum ignorantiam subditorum inferiorum autem lex, quia nec est generalis, nec omnes astringit, sed subditos tm̄, quia extra territorium, &c. ff. de iurisd. om. iud. l. fi. & c. fi. de consti. in. 6. Et quia sententia non iudice, &c. de consuetu. ad nostram. ideo minus tempus datur. Sed quia inferiorū iurisdictio aliquando plus, aliquando minus protenditur, limitari non potuit ipsum tempus. Sequitur tex. ¶ [Leges promulgātur]. i. de nouo creātur. [approbātur]. i. iudicio populi recipiū-

Exponit literam.

7 tur. ff. de legi. de quibus. §. inueterata. [Abrogatæ.] † nota, ꝙ lex aut rogatur, aut subrogatur, aut derogatur, aut erogatur, aut abrogatur, aut confirmatur. Lex quidem rogatur cum ꝓfertur. Subrogatur, cū aliquid additur. Derogatur, cum pro parte ei aliquid detrahitur. Erogatur, cum vna parte detracta alia ei adijcitur. Abrogatur, cum totaliter aufertur. Confirmatur, cum moribus vtentium approbatur.

2 *Statutum episcopi disponens id quod ius diuinum, si addit certam pœnam vltra ius diuinum, in illo addito indicatur, tanquam de iuribus positiuis.*

4 *Consuetudo rationabilis, quæ dicatur.*



Icut enim. moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt. Sequitur. 5. pars huius di. in qua exemplariter ostendit, quosdam ecclesiasticas leges abrogatas esse per contrariam consuetudinem. Circa quam partem duo veniunt quærenda.

1 ¶ Primo, vtrum, consuetudine populi lex possit tolli, vel abrogari.

3 ¶ Secundo, vtrum in tali consuetudine ad hoc, quod legem tollat, requiratur assensus principis expressus, an sufficiat tacitus.

Primū ar.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et probatur, ꝙ per consuetudinem populi lex tolli non possit, quia potestas condendi legē, & tollendi videtur procedere à pari potestate, quia eius est tollere, cuius est condere, vt in. c. inter alia. de sen. excom. & in. §. ex his. 11. q. 1. Sed sic est, ꝙ populus non potest legem condere, ergo nec tollere. Quod non possit condere patet, de populo seculari, quia trāslata fuit potestas totalis in principem, extra. de ele. significasti. & institut. de iure naturali. §. sed quod principi. De populo vero ecclesiastico, siue etiā totius simul christianitatis in Papa manifestum est, quia papa non à populo, sed à Christo Iesu, cuius vicarius est, habet potestatē. 12. di. præceptis. extra. de transla. præla. c. 2. ergo non videtur, ꝙ contradictio, aut dissuetudo popularis, Papæ, seu principis legē tollat. ¶ In oppositū est. §. iste. & c. sequens. ¶ Respondeo colligendo in sententia ea, quę doctores. s. Hostien. Compostel. & Archid. in hoc loco dicunt. Vnde notanduum, ꝙ lex aut est consilij, aut præcepti. Si primo, tunc potest à principio moribus non vtentium reprobari, & ex postfacto contrariis moribus non vtentium tolli, seu contraria consuetudine, dum tamen consuetudo illa sit rationabilis, & legitime præscripta, extra de consue. c. fi. Et hoc ideo, quia eo modo, ꝙ consuetudo est introducta habet generalem consensum principis, qui vult, ꝙ ius non liget, ex quo non est moribus vtentium conueniens vt. s. eo. dist. erit autem lex. Si vero sit lex præceptoria, siue vim præcepti continens, tunc venit distinguendum. Aut superior contradicit rebellibus, seu non recipientibus, tunc nō potest consuetudo legem impedire, nec tollere ipsam, vnde princeps potest tales compellere ad obseruantiam legis, non obstante consuetudine. vt. 23. q. 5. de liguribus. alias eius potestas esset delusoria. Si autem princeps non contradicit expresse rebellibus seu non recipientibus, isto dato casu, dicendum est, quod aut lex illa est consona iuri diuino, & tunc non potest consuetudine aliqua tolli, quia sicut non licet contra ius diuinum statuere illud tollendo, ita nec licet contra illud consuetudinē inducere, vnde diuturnitas in talibus magis generat peccatum, ꝙ minuat. de cōsue. c. fi. Est tamen hic aduertendum, ꝙ si esset aliqua lex, quę vltra ius diuinum aliquid ad-

Opponit & Respō.

deret, puta aliq̄ pœnā certam non obseruantibus, tunc quia iudicandū esset de illa in illa parte, ac si esset lex positiua, ꝑ cōsuetudinem in oppositum, possit tolli, vt est tex. qui est ad

2 hoc notabilis in. c. 2. de consti. li. 6. vbi apparet. † quod statutum episcopi disponens id, quod ius diuinum, si addit certam pœnam vltra ius diuinum, quod in illo addito iudicatur de eo, tanquam de alijs iuribus positiuis, vnde non ligat, quo ad pœnā additam extra territorium existentes. Si vero lex non est consona iuri diuino, tunc videndum est an lex illa à principio vniuersaliter fuit suscepta ab oībus subiectis, aut non, Si non, tunc Papa tolerante, neminem ligat. vt patet hic, &. 28. di. §. ecce. ver. illud autem. Aut lex à principio vniuersaliter suscepta est, sed post processu temporis vniuersaliter non obseruatur, tunc aut talis obseruantia est simplex abstinentia non repugnans per actum contrarium legi. Aut est non obseruantia repugnans per actum cōtrarium legi. Si primo modo, non tollit ius, vt est conclusio Io. An. in. c. Ioānes. de cle. coniuga. Aut non obseruantia recte repugnat legi per actū contrarium, & tunc quātum ad illos, qui cæperant obseruare non tollitur lex, sed illaqueat ad peccatum, quia non obseruantia potius est peccatum, quam tollat. vt de consuetu. cap. fin. Et ipsi, postquam inceperunt non obseruare non obediendo, peccant mortaliter. de maio. & ope. cap. 2. Quantum vero ad istos, qui postea venerunt tales, non illaqueantur, si non seruant, quia bene potest tolli lex consuetudine, vt hic iuncta tolerantia Papæ vt voluit hic glo. Si vero à principio. Ab aliquibus ius suscipitur, & ab aliquibus non, tunc aut tolerantia Papæ est expressa, & ex certa scientia, quo ad istos nō obseruantes, & maxime expressa causa, & hæc obtinet vim dispensationis, quantum ad illos non obseruantes, vt est casus & hoc tenet Doc. in. c. quia circa. de consan. & affi. Nec tales non obseruantes incurrunt peccatum. Aut Papa similiter sustinet, nec aliquid super illo disponit, & tunc talis tolerantia, non excusat peccatum, nec dispensationem inducit vt est casus. de præben. cum iamdudum. Quibus habitis, dicendum est ad rationem in oppositum, quoniam nulla dissuetudine lex abrogatur, siue tollitur, siue expresso vel tacito consensu Papæ.

Ioā. And.

3 Ad secundum. sic ꝓceditur, † & arguitur primo quod requiratur assensus principis expressus sic. Vbi non est assensus principis expressus. videtur quod lex præceptoria principis maneat in vigore præcepti. Sed tunc manifestum est, ꝙ dissuetudo non potest legem tollere, cum talis, qui contra præceptum venit superiorum, peccet mortaliter, vt de maio. & obe. c. 2. & consuetudo inducens aliquem ad peccandum mortaliter, nō valet, quantocunq; obseruetur tempore, vt extra de consue. c. fi. ergo videtur, ꝙ sine expresso consensu principis, vt puta Papæ lex eius nulla consuetudine pōt tolli. ¶ In oppositum est gl. huius præsentis text. ¶ Respondeo notandum, ꝙ circa huius quæstionis decisionem duas legimus inter doctores opiniones. Vna ponit, ꝙ ad hoc quod consuetudo tollat legem requiratur consensus expressus papæ, & ad hoc moti sunt ratione posita in prin. qui fuit Hosti. ¶ Secunda opi. quæ magis videtur rationabilis est, quod sufficiat tacitus consensus principis. Ad quam conclusionem inducitur hæc ratio, quia cum. Papa disponit, quod consuetudo legitima tollat legem positiuā, si sit præscripta, vt in. c. fi. de consue. videtur talibus consuetudinibus præstare assensum, dato ꝙ alias expresse in speciali nō assentiat, & hoc etiā videtur esse de mente glo. in hoc loco. vnde dicit gl. hic difficile esset, quod Papa omnes cōsuetudines particulares sciret, & eis assensum expressum præstaret. Huius etiam opinionis videtur esse dominus Arch. super decre. vnde dicit pro sententia, quā tangit gl. facit. ff. de le. de quibus. in fi. cū idem operetur tacitus consensus, ꝙ expressus, imo plus quandoq;, vt notari solet. 54. di. si seruus. ¶ Ad rationem primæ opi. respondetur primo, ꝙ non est verosimile, quod princeps vellet ligare subditos lege, quæ moribus ipsorum non approbatur, vt patet hic. ¶ Secundo dico, ꝙ huiusmodi dissuetudo saltem habet tacitū consensum principis, qui legem cōdens ipsam subiecit tali conditioni. Ex quo patet, ꝙ non obseruantes huiusmodi legē sic moribus vtentium non approbatam non dicuntur venire contra præceptū superiorum, & per cōsequens non peccant non obseruando. quia hoc intelligendum est de consuetudine rationabili, & præscripta. vt dicit gloss. ¶ Sciendum, quod consuetudo rationabilis dicitur, secundum quod ait Hostien. in summa titu. de consuet. quę à iure approbatur, & quam Romana ecclesia

Primū ar.

Opponit ī & Respō.

Secūda op

Ad argu.

Hostien.

mana ecclesia seruat: & præcipit obseruari, nec est contra fidem; etiam si sit contra concilia prouincialia. 11. dist. nc lite. de cõse. di. 1. basilicas. Archidiaconus vero in hoc loco, postquam super verbo rationabilis. vt dicit, vtrum consuetudo, sit rationabilis, vel non, relinquo iudici, cum nec certa regula possit tradi, in fine, remittit ad Hosti. vbi supra. Sequitur te. ¶ Archiepiscopus, nota quod summus ponti. nominatur quandoque episcopus. vt. 1. q. 2. saluator. in fi. &. ca. ex multis in fi. &. 30. q. 3. in fine. Quandoque Archiepiscopus, vt hic. &. 5. q. 4. ca. 2. in fi. &. C. de sum. tri. & fi. ca. ibi, victor. in prin. Item appellatur Patriarcha. 22. dist. cath. vlti. item aliquando Romanus põtifex, extra de consti. cap. 1. lib. sexto. Item aliquando vocatur summus pontifex, vt in cle. de sen. exco. si summus.

Archid.

Exponit literam.

1 *Statuimus verbum hodie est consilij.*
2 *Quinquagesima quare fuerit Instituta.*



Statuimus. Hic & per duo capitula sequen. ostendit exemplariter, quod dixerat. s. quod dissuetudo tolleret quandoque legem. Sententia plana est. Et quia circa tertiam distinctionem, & quintam de cõsecra. principaliter mentio fit de ieiunio. 40. & aliorum temporum. inde ibidem vbi de his. rebus plura di-
1 sputauimus. [Statuimus] † hoc verbum hodie est consilij. [discreta] i. separata [debet vita] vt. 2. q. 7. laicos. [Has ergo. 7. hebdomadas.] videtur hic, quòd quinquagesima sit ieiunanda. Sed contra de conse. di. tertia sacerdotibus, ibi enim dicitur, vt quadragesima, non quinquagesima iudicatur. Respondetur, ꝙ illud intelligitur de generali ieiunio oĩ, hic specialiter de ieiunio clericorum, vel dicendum, quod nullum est
2 contrarium, quia quod hic dicitur, est consilij, vel est iam ab rogatum. [vocatum est hoc tempus quinquagesima.] † Nota quod instituta fuit quinquagesima. Primo ꝓpter suppletionem, vt videlicet supplerentur dies dominici, qui de ieiunio 40. subtrahuntur, & sic. 40. diebus ieiunaretur. 2. propter significationem, quia significat tempus remissionis, s. annum iubilei, qui erat quinquagesimus. 3. propter repræsentationẽ, quia non solum tempus remissionis significat, verum etiam statum beatitudinis repræsentat. Nam quinquagesimo anno serui efficiebantur liberi, & in quinquagesimo die à die agni immolati lex data est, & in quĩquagesimo die à pascha datus est spiritus sanctus, & ideo hic numerus statum beatitudinis repræsentat. vbi erit adeptio libertatis, & cognitio veritatis, & perfectio charitatis.

Continuatio.

Quod similiter. In isto. §. magister Gratianus dicit, quod similiter hoc, quod in isto. c. sequen. continetur, sit etiam contraria dissuetudine abrogatum non in totum, sed quo ad sui principium, scilicet vbi continetur de ieiunio clericorum à quinquagesima. Hugo. & Archid.

1 *Clerici à dominica, quę vocatur quinquagesima, debent incipere ieiunium.*
2 *A lacticiniis abstinendum est in quinquagesima, sicut à carnibus.*
3 *Iudicio suo aliquis relinquitur tribus de causis.*



Denique sacerdotes Istud. c. diuiditur in tres partes, iuxta tres quæstiones, quas Aug. Anglorum eps petiuit à beato Gregorio sibi declarari. Prima est, quando clerici dicuntur sumere initium ieiunãdi. 2. an laici sint cogendi, vt cessent à consuetudine se ingurgitandi in dominica carnispriuij. 3. an in. 40. sicut abstinẽdum est à carnibus, ita & ab alijs, quæ seminantur ex carne. s. lacte caseo, & ouis. † ¶ Primo respon
1 detur primæ quæstioni in principio, videlicet ꝙ clerici à dominica, quæ vocatur quinquagesima debẽt incipere ieiuniũ. ¶ Secundo, respondetur secundæ, quæstioni ibi, de ipsa vero dominica die in summa dicendo, ꝙ à tali consuetudine laici non sunt cogendi cessare, vbi sine scandalo fieri non potest, quia forte efficerentur deteriores. ¶ Tertio, respondetur. 3.
2 quæstioni ibi, par autem est, † dicendo, ꝙ à lacticinijs abstinẽdum est, sicut à carnibus. Postea subiũgit, ꝙ pisces, & vinum concessa sunt ad solat ium infirmitatis, non ad luxuriam, & ebrietatẽ. Sequit te. ¶ [Deniq;] quo. i. vbi. [appensũ]. i. adiũctũ [adijciat]. s. ad quita ẽ, factæ institutionis. [facit e de gñali, & communi ieiunio. i. ad numer. 40. dierum addantur decẽ & sic erunt quinquaginta. h. [loco]. i. dignitate, ordine, & officio. [ita religione.] s. diutius, & asperius ieiunandi. Hu. [de ipsa.] secũda pars. [medias.] notat eos in duobus peccare. s. quia horam prætereunt, & quia vltra, quam necesse sit sumunt. [nec possunt.] de facili, & sine scandalo. Hu. [cum veniam]. i. cum impunitate facti, siue tolerantiæ. [ingenio]. i. voluntati, & iudicio. Tolerat enim Gregorius hic, vt dicit gl. crimen tale propter periculum scismatis, vel scandali. Quãdoq; enim sustinenda, vel toleranda sunt crimina ratione scandali, vel scismatis quod ex correctione verosimiliter oriũdum putaretur, aut ratione multitudinis, aut habentis sociam multitudinem. vt. 23. q. 4. non potest. & disti. 50. vt constitueretur. &.
3 44. di. commessationes. † Hic no. Hu. & Arc. ꝙ tribus de causis aliquis relinquitur suo iudicio. Primo. s. quando non debet prohiberi, cum indifferenter posset illud facere, vel dimittere sine peccato. 33. q. 4. vir cum. Secundo cum timetur scandalum, sicut cum multitudo est in culpa. siue in causa. vt hic. &. 1. q. 7. quoties. 23. q. 4. non potest. c. ipsa. vel quia differt iudicium. Et hoc dupliciter, vel propter personam, quæ nõ potest iudicari. 17. di. §. hic etiam. &. 21. dist. c. nunc autem. vel propter crimen, ꝙ est occultũ. 33. dis. habuisse. 35. q. 6. si duo 2. q. 5. consuluisti. [existant]. i. fiant [Salomon] prouer. 30. [sementinam.] i. quæ de carne oriũtur, & de carne habent esse, & ideo ista prohibentur. De his dicit Hieronymus. in. 2. lib. contra Iouinianum. Quid loquar de volatilibus, non comedendis, cum ouum quoque pro carnibus, & lac vitauerint antiqui sacerdotes Aegypti quorum primum. s. ouum carnes. liquidas. [alterum]. i. lac esse sanguinem dicebant. [sumptuosiora]. i. quæ exigunt magnum sumptum in emendo, & in præparando, & in coquendo. Et not. ꝙ non prohibetur hic cibus: sed voluptas, quæ sæpe & frequẽter in magnis piscibus & potissime marinis solet esse, inhibetur. Hu. & Lau. [belluarum] de conse. di. 5. quinque modis. &. c. ne tales. Arch. [vinũ ergo] pro sed, quia his diebus carnes prohibentur, & non vinum. Hug. [Ebrietatem.] alioqui, id est si inebriari dixerimus esse permissum, vel licitum, vt pro velle bibamus, & inebriemur [similiter] id est simili ratione, cætera delicta perpetrare nobis erit licitum. [hoc & si legibus.] Concludit, quod intendebat, videlicet quod ex contraria consuetudine leges quandoque abrogentur.

Diuisio.

Exponit literam.

¶ *Distinctio quinta.*

1 *Ius naturale quadrupliciter differt ab aliis iuribus.*
6 *Lex naturalis dupliciter potest intelligi mutari.*
7 *Aliquid esse de iure naturali dicitur dupliciter.*



Nunc autem. Hic sequitur 5. di. in qua post digresioñẽ factã superius de officio causa Institutionis legũ, assignare incipit differẽtiam inter
1 ius naturale, & alia iura. † Ius enim naturale in quatuor differt ab alijs iuribus. s. in origine, dignitate, amplitudine, & sententiæ rigore. [In origine.] quia incepit ab exordio rõnalis creaturæ, alia vero iura post ab inuẽtione. s. hominũ, & artificio. [Dignitate.] differt ab alijs, quia nullam patitur mutationẽ: & si quæ in alio iure inueniuntur naturali iuri contraria, irrita iudicantur. [Amplitudine]. quia iure naturali omnia sunt communia, ꝙ non aliquo alio iure, [Snñiæ etiam rigore] differt ab alijs, quia aduersus naturale nulla admittitur dispensatio, sed aduersus alia iura sæpe. Primam autem differentiã & 2. hic exequitur magister Gratianus. tertiã vero. in. 8. dis. vbi & secundam repetit, & diligentius exequitur. 4. di. 13. &. 14. Distinctio præsens in generali diuiditur in duas partes. In. 1. assignat primam differẽtiam iuris naturalis ad alia iura. In. 2. secũdã. Prima ibi, in prin. ius naturale inter omnia. 2. ibi, nec variatur in tempore, & hæc in duas. Primo facit, ꝙ dictũ est. In 2. arguit contra secundam differentiam probando, ꝙ lex naturalis sit mutabilis, & ad hoc inducit plures authoritates vsque ad. 6. di. 2. ibi, sed ad naturale. Dicit ergo primo, ꝙ ius naturale inter oĩa alia iura primatũ obtinet tempore, & dignitate, & cõitate. Tẽpore qdẽ, cepit. n. ab exordio rõnalis creaturæ. cõmunitate quidẽ, quia est cõis oĩum nationũ. Circa hanc partem pro pleniori intelligentia eius, queruntur duo.
2 Primo, vtrũ iꝰ naturale incepit ab exordio rõnalis creaturæ.
3 ¶ Secundo, vtrum lex naturæ sit vna apud omnes.

Continuatio.

Ius naturale differt quadrupliciter ab aliis iuribus.

Diuisio.

Ad primum.

2 **Ad primum.** *Primũ ar.* Sic proceditur.† Et arguitur ꝙ ius ſiue lex naturalis nõ cepit ab initio rationalis creaturæ ſic. Lex naturalis eſt æterna. ergo non incepit ab exordio rationalis creaturæ. Conſequentia eſt nota, & antecedens probatur. Lex naturalis eſt, ſecundum quam animæ rationales de iſtis inferioribus recte iudicant, ſed lex æterna eſt huiuſmodi: ergo lex naturalis eſt æterna. Minor patet per Aug. in lib. de vera religione. Lex æterna eſt prima veritas, & lex omnium artium omnipotentis artificis. *Opponit & Reſpõ:* ¶ In oppoſitum eſt tex. præſens. Reſpondeo dicendum, ꝙ gloſſator, & alij Canoniſtæ; qui eum ſequuntur in iſto loco dicentes, quod ius naturale quo ad eſſentiam ab æterno fuerit, & ſolũ quo ad intelligentiam, vſum ſiue exercitium fuerit ab initio rationalis creaturæ, male dicunt, nec videntur intelligere, qd ſit ius naturale. Vnde dicendum vt magiſter Gratianus dicit, quod ius naturale quo ad eſſentiam ſuam, non modo quo ad vſum fuit ex tempore. ſ. ab exordio rationalis creaturę, & nõ ab æterno, quod multipliciter probatur. *Prima.* Et primo ſic. Nihil eſt æternum, quod non ſit increatum, ſed lex naturalis, ſiue ius naturale non eſt quid increatum, quia non eſt ipſe Deus, ergo non eſt ab æterno, ergo &c. *Secunda.* ¶ Secundo ſic. Lex naturalis obſcuratur, & obtenebratur per pactum, ſicut habetur in gl. ad Roma. ſecund. Sed nihil, quod eſt æternum, & increatũ poteſt pati huiuſmodi obſcuritatem: ergo ius naturale non poteſt dici æternum eſſe, ſiue ab æterno. *Tertia.* ¶ Tertio ſic. Eccleſiaſti. 17. dicitur Addidit ei diſciplinam, & lege vitæ hęreditauit illos. gl. legem literæ ad correctionem legis naturalis ſcribi voluit. Lex ergo naturalis eſt corrigibilis, ſed nihil, quod ab æterno eſt, eſt corrigibile: ergo ſequitur, ꝙ lex naturalis non fuerit ab æterno. *Quarta.* ¶ Quarto, ſupradictum eſt, quod lex naturalis erat quædam participatio, ſiue impreſsio in anima rationali ab ipſa diuina luce ſecũdum illud pſal.* *Pſal. 4. b* Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. Sed nihil animæ rationali impreſſum poteſt dici ab æterno ſecũdum eſſentiam ſuam, ergo ius naturale non fuit ab æterno. Eſt autem circa hoc notandum ſecũdum magiſtrum *Alexander de Halis.* Alexandrum de Halis, quod lex naturalis vno modo dicitur regula exemplaris prima, & ſic ipſa eſt prima veritas, & ſic lex naturalis idem eſt, ꝙ lex ęterna, & increata, & ſic non loquitur textus hic de lege naturali. Alio modo dicitur lex naturalis regula, quæ eſt exemplata, & indita animæ ad cognoſcendum, quid ſit faciẽdum, & quid non eſt faciendum, & hoc modo in hoc loco loquitur de iure naturali. Ius, ſiue lex naturalis eſt animæ rationali concreata, quare recte dictum eſt ab exordio rationalis creaturę incepiſſe. *Ad rationem.* Ad rationem in oppoſitum factam reſpõdetur, ꝙ ſm̃ legem ęternam dicimur iudicare de iſtis inferioribus, & ſecundum legem etiam naturalem, ſed differenter, quia cum dicitur, ꝙ ſecũdum legem æternã iudicamus, notatur cã formalis exẽplaris. Cũ aũt dr̃, ꝙ ſm̃ naturalẽ legem, notatur cauſa formalis exẽplata. Et ita cũ differenter dicatur de iſtis duabus legibus, & ſecũdum eas de iſtis inferioribus ſumatur iudicium: manifeſte apparet, quod non ſint idem.

3 **Ad ſecundum.** Sic proceditur †Et videtur quod lex naturæ non ſit vna apud omnes, *Primũ arg.* dicitur enim ſupra di. 1. c. 1. quod ius naturale, eſt qd' in lege, & euangelio continetur, ſed hoc non eſt commune omnibus, quia vt dicitur ad Rom. 2. Non omnes obediũt euangelio: ergo lex naturalis non eſt vna apud omnes. *Scd̃m ar.* ¶ Secundo ea, quæ ſunt ſecũdum legem, iuſta eſſe dicuntur, vt dicitur in. 5. ethicorum, ſed in eodem, li. dicitur, ꝙ nihil eſt ita iuſtũ apud omnes, quin apud aliquos diuerſificetur, ergo etiã lex naturalis non eſt apud omnes eadem. *Tertiũ ar.* ¶ Tertio, ad legem naturæ pertinet id, ad quod homo ſecũdum ſuam naturam inclinatur, ſed diuerſi homines naturaliter ad diuerſa inclinantur. Alij quidem ad concupiſcentiam voluptatũ. Alij ad deſideria bonorum. Alij ad alia, ergo non eſt vna lex naturalis apud omnes. *Opponit ĩ contrariũ. Reſpõdet.* ¶ In oppoſitum eſt text. prꝑſentis capituli, qui dicit. ꝙ ius naturale non variatur tempore, ſed ſemper immutabile perſeuerat, ergo ſequitur, ꝙ idem ſit apud omnes. Reſpondeo dicendum, quod lex naturę, ſiue ius naturale quodammodo. ſ. quantum ad prima principia communia eſt idẽ apud omnes. Patet hęc concluſio ex illo Iſidori li. 4. etymologiarum, dicẽtis, quod ius naturale cõmune eſt omnium nationum. Pro quo notandum iuxta ſanctũ Tho. in. 1. 2. q. 104. ar. 4. quòd ad legem naturæ pertinent ea, ad quæ homo inclinatur, inter quæ homini proprium eſt, vt inclinetur ad agendum ſm̃ rõnem, ad rõnẽ aũt pertinet ex cõibus ad ꝓpria procedere, vt ex primo phyſicorũ habetur, aliter tamẽ circa hoc ſe habet rõ ſpeculatiua & aliter rõ practica. Quia n. ratio ſpeculatiua præcipue negotiatur circa neceſſaria, quæ impoſsibile eſt aliter ſe habere, abſq; aliquo defectu inuenitur veritas in concluſionibus propri's ſicut, & in principijs communibus. Sed ratio practica negotiatur circa contingentia, in quibus ſunt operationes humanæ, & ideo ſi in communibus ſit aliqua neceſsitas quanto magis à propria deſcenditur tanto magis inuenitur defectus. Sic igitur in ſpeculatiuis eſt eadem veritas ad oẽs tam principijs; quam in concluſionibus, licet veritas non apud oẽs cognoſcitur in concluſionibus ſed ſolum in principijs, quæ dicuntur communes animæ conceptiones, in operatiuis autem non eſt eadem veritas vel rectitudo practica apud omnes quantum ad propria, ſed ſolum q̃tum ad communia, & apud illos, apud quos eſt rectitudo in proprijs, non eſt æqualiter omnibus nota. Sic igitur patet, quod ad quantum communia principia rationis, ſiue ſpeculatiuæ, ſiue practicæ eſt eadem veritas, ſed rectitudo apud omnes eſt ęqualiter nota. Quantum vero ad proprias concluſiones rationis ſpeculatiuæ, eſt eadem apud omnes, non tamen æqualitater omnibus nota. Apud omnes enim verũ eſt, quod triangulus habet tres angulos ęquales duobus rectis, quamuis hoc non ſit omnibus notum. Sed quantum ad proprias concluſiones rationis practicæ, nec eſt eadem veritas, ſeu rectitudo apud omnes, nec etiã apud quos eſt eadem eſt æqualiter nota. Apud omnes enim hoc certum eſt, & verum, vt ſecundum rationem agatur. Ex hoc autem principio ſequitur communiter propria concluſio, quòd depoſita ſint reddẽda. Et hoc quidem, vt in pluribus verum eſt ſed poteſt in aliquo caſu contingere, quod ſit damnoſum, & ꝓ conſequens irrationabile, ſi depoſita reddantur, puta ſi aliquis putat ad impugnandum patriam, & hoc tanto magis inuenitur deficere, quãto magis ad particularia deſcenditur, puta ſi dicatur, quod depoſita ſint reddenda cum tali cautione, vel tali modo, quanto enim plures conditiones particulares apponũtur, tanto pluribus modis poterit deficere, vt non ſit rectum vel in reddendo, vel in non reddendo. Sic ergo dicendum eſt, ꝙ lex naturæ quãtum ad prima principia cõia eſt eadem apud oẽs; & ſm̃ rectitudinem, & ſm̃ notitiã, ſed quãtũ ad quædam propria, quæ ſunt quaſi concluſiones principiorum communium, nõ eſt eadem apud omnes, vt in pluribus & ſecũdum rectitudinem, & ſecũdum notitiam, ſed vti in paucioribus poteſt deficere, & quantum ad rectitutem propter aliqua particularia impedimenta, ſicut etiam naturæ generabiles, & corruptibiles deficiũt, vt in paucioribus propter impedimenta, & etiam quantum ad notitiam, & hoc ꝓpter hoc, quod aliqui habent deprauatam rationem ex paſsione ſeu ex mala conſuetudine, ſeu ex mala habitudine naturæ, ſicut apud Germanos olim latrocinium non reputabatur iniquum, cum tamen ſit expreſſe contra legem naturę, vt refert Iulius in lib. de bello. gallico. *Ad primũ argu.* ¶ Ad rationes. Ad primam dicẽdum iuxta ſanctum Th. quod verbum illud non eſt ſic intelligendum, quod omnia, quę in lege, & euangelio cõtinentur ſint de lege naturę, cum multa tradantur ibi ſupra naturam. Sed quia ea, quæ ſunt de lege naturę plenarie ibi tradũtur, vnde, cum dixiſſet Gratianus, quod ius naturale eſt, quod in lege, & euangelio continetur: ſtatim exemplificando ſubiũxit, quod quiſque iubetur alij facere, quod ſibi velit fieri. *Ad ſecũdũ.* ¶ Ad ſecũdum dicendum, quod verbum Philoſophi eſt intelligendum de his, quæ ſunt naturaliter iuſta, non ſicut principia communia, ſed ſicut quædam concluſiones ex his deriuatæ, quę vt in pluribus rectitudinem habẽt, & in paucioribus deficiũt. *[illegible] tertiũ* ¶ Ad tertiã dicendum, ꝙ ſicut ratio in homine dñatur, & imperat alijs potentijs, ita oportet, ꝙ omnes inclinationes naturales ad alias potentias pertinentes, ordinẽtur ſecundum rationem, vnde hoc apud omnes communiter rectum vt ſecundum rationem dirigantur omnes hominum inclinationes. Sequitur tex. ¶ [Nec variatur tempore, ſed immutabile ſemper permanet.] *Exponit literam.* Hic ponitur ſecũda differentia iuris naturalis ad alia iura, vbi dignitate dicitur excellere alias leges, ſ. humanas, Circa quã partem quærũtur duo. Primo vtrũ ius, naturale, ſiue lex naturalis poſsit à corde hominis aboleri. Secũdo vtrum tale ius, ſiue lex naturalis quantum ad præcepta ſua ſit mutabilis.

4 **Quantum.** Ad primum ſic proceditur. † Et arguitur, quòd lex naturalis poſsit aboleri, *Primũ ar.* ſiue deleri de corde hominis. Primo ſic, ſuper illo, ad Rom. 2. Cum gentes, quæ legem non habent: dicit gl. ꝙ interiore homine per gratiam innouato lex iuſtitiæ inſcribitur,

quã deleuerat culpa, sed lex iustitiæ est lex naturæ, ergo videtur, quòd lex naturalis debilis sit per culpam. ¶ Præterea, (Secũdũ ar.) lex gratiæ est efficacior, quam lex naturæ, sed lex gratiæ deletur per culpam, ergo multo magis lex naturæ delebilis est per culpam. ¶ Tertio malach. 2. dicitur. Custodite spiritũ (Tertiũ ar.) vestrum, & vxorem adolescentis tuæ noli despicere. gl. vxorem. i. legem naturalem in corde scriptam, & infra, hæc vxor præsidium est spiritus nostri, quia nostro spiritui semper copulatur, quæ si recedit à nobis statim offendimus deum, ipsa ergo recedit, ergo delebilis est ab anima. ¶ In oppositum est (Opponit i contrariũ. Secũda op.) tex. presens dicens, ꝙ ius naturale nec tempore variatur, sed immutabile semper permanet. ¶ Item Augustinus dicit secũdo confessionum. Lex tua scripta est in cordibus hominum, quam nec illa quidem delet iniquitas, sed huiusmodi lex scripta in cordibus hominum est lex naturalis, ergo lex naturalis deleri non potest. ¶ Respondeo dicendum cum magistro (Respõdet) Alexandro de Halis in tertio, ꝙ aliquid deleri potest dupliciter, vel quãtum ad essentiam, vel quantũ ad effectum sicut in eclypsi solis. Lux enim solis ibi non deficit quãtum ad essentiam, sed quantum ad effectum. s. quia non semper ipsam animam illuminat, sicut cum anima auertitur à Deo, & obtenebratur per peccatum, vnde tenebra per peccatum interposita inter animam, & deum prohibet istum effectũ legis, vnde ad Ro. 2. cũ gentes, &c. gl. dicit. Nõ ergo vsq; adeo in anima humana imago dei terrenorum affectum labe derita est, vt nulla iuuamenta remanserint non omnino deletum, est quod ibi per imaginem dei, cum creatur, impressum est. Pro quo notandum cum sancto Thom. in prima secundæ, quod ad legem naturalem pertinent primo quædam præcepta communissima, quæ sunt in omnibus nota: quædam autem sunt secundaria pręcepta magis propria, quæ sunt quasi conclusiones propinquæ principijs, q̃tum vero ad illa principia cõmunia lex naturalis nullo mõ põt à cordibus hoĩum deleri in viuersali, deletur tñ in particulari operabili ſm ꝙ rõ impeditur applicare cõmune principiũ ad particulare operabile ꝑ concupiscentiam, vel aliquãliã passionẽ. Quantum vero ad alia pręcepta secundaria potest lex deleri de cordibus hominum, vel propter malas persuasiones eo modo, quo etiam in speculatiuis errores contingunt circa conclusiones necessarias, vel etiam prauas consuetudines, & habitus corruptos: sicut apud quosdam non reputabãtur latrocinia peccata, vel etiam vitia contra naturam: vt etiam Apostolus dicit ad Ro. 1. ¶ Ad rationes in contrariũ. Ad primam dicendum, ꝙ cul- (Ad primũ arg.) pa delet legem naturæ, non quo ad essentiam, sed quo ad effectum illuminationis. Vel dicendum est, vt dicit sanctus Tho. ꝙ culpa delet legem naturæ in particulari, non autem in vniuersali, nisi forte, quo ad secunda præcepta legis naturæ eo (ad secundũ.) modo, quo dictum est. ¶ Ad secundam dicẽdum, ꝙ licet gratia sit efficacior quam natura, tamen natura est essentialior (Ad tertiũ.) hominum, & ideo magis permanens: vnde non est simile de lege gratiæ. & lege naturæ. ¶ Ad tertiam, patet solutio ex dictis, ꝙ lex dicitur recedere ab anima quantum ad effectum, non autem quantum ad essentiam, sicut dicitur dominus recessisse, quando non habet imperium in domo.

5 Ad secundum. Sic proceditur. † Et arguitur multipliciter, quod lex naturalis sit (Primũ ar.) mutabilis. Primo sic super illud Ecclesia. 17. Addidit eis disciplinam, & legem vitæ, &c. dicit glo. legem literæ quantum ad correctionem legis naturalis scribi voluit, sed illud, quod corrigitur mutatur, ergo lex naturalis, siue ius naturale põt mutari, patet consequentia. ¶ Secũdo sic. Hiere. 3. dicitur. sed (Secũdũ ar.) quomodo se condemnat mulier. glo. videns eam seruire libidini suę, & in se mutatem legem naturæ, per quam quõdam viro suo subiecta fuerat, si ergo mutata est lex naturæ, ergo (Tertiũ ar.) mutabilis est. ¶ Tertio, contra legem naturalem est occisio innocentis, & etiam adulterium, & furtum, sed ista inueniũtur mutata à Deo, puta cũ Deus præcepit Abrahæ, ꝙ occideret filiũ innocẽtẽ. vt habet Gene. 22. Et cum præcepit. Iudęis, vt mutuata Aegyptiorum vasa surriperent, vt habetur Exo. 12. Et cum præcepit oseæ, vt vxorem fornicariam acciperet. vt habetur Oseæ primo, ergo lex naturalis potest mu- (Quartũ ar.) tari. ¶ Quarto Isidorus dicit. 5. etymologiarum. & . §. in. ca. ius autem. di. 1. posuit Gratianus, ꝙ communis possessio, & vna libertas est de iure naturali, sed hæc videmus esse mutata per leges humanas, ergo sequitur, ꝙ lex naturalis sit muta- (Quintũ ar.) bilis. ¶ Quinto, sicut dictum est in cap. 1. primæ distinctionis. Ius naturale est, quod in lege, & euangelio cõtinetur, sed multa iura contenta in lege sunt mutata, ergo ius naturale est mutabile. ¶ In oppositum est tex. noster præsens, qui volẽs (Opponit i contrariũ.) assignare differentiam iuris naturalis ad ius scriptum dicit. Ius naturale inuariabile, & immutabile esse. Et idem insti. de iure natura. §. sed naturalia, ergo, &c. ¶ Item ratione sic probatur. Lex posita ab aliquo manente volũtate positoris, siue latoris, & illo cui imposita est semꝑ dicitur manere; ergo, cum maneat voluntas ponentis legem naturalem, & maneat rationalis creatura, cui imposita est, quando lex naturalis immutabilis est censenda. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ hic est (Respõdet.) multiplex modus respondendi. Quidam vero sicut videtur (Opinio Hugo. de sancto Vict.) esse Hugo. de sancto Vict. dicunt, ꝙ in lege naturali quędam sunt, sicut pręcepta, & prohibitiones, vt fac alij quod tibi vis fieri, & non facias alij, quod tibi non vis fieri. Quædam autẽ sunt demonstrationes, vt omnia esse communia omnibus, & differt demonstratio legis naturalis à præceptis vt demonstratio ibi accipiatur loco consiliorum. Dicunt ergo, quod quantum ad præcepta, & prohibitiones, immutabilis est lex naturalis, sed quantum ad demonstrationes est mutabilis, quia demonstrationes non sunt præcepta, nec prohibitiones; sed demonstrationes, ad quas anima rationalis non tenetur, sicut nec ad consiliũ, nisi tempore necessitatis. ¶ Ale- (Alexander de Halis.) xander vero de Halis dicit, ꝙ aliter dicendum sit secundum beatum Augustinum in li. confess. ꝙ sicut videmus, ꝙ medicina est ars immutabilis, tamen medicus, quoniam mutat pręcepta languentibus, & tamẽ ratio præcepti artis in se est immutabilis, non venit mutatio ista ex parte artis, sed ex parte alia, scilicet eius cui administratur ex arte. Ita lex naturalis immutabilis est quantum ad rationem suorum præceptorum, & sanctionum, sicut medicina. ¶ Tertius modus responden- (S. Thom.) di, qui nobis plenius satisfacere quæstioni videtur est sancti
6 Thomę. in. 1. 2. q. 94. ar. 5. qui notat, † quod lex naturalis dupliciter potest intelligi mutari. Vno modo per hoc: quod aliquid ei addatur, & sic nihil prohibet legem naturalem mutari. Multa enim supra legem naturalem superaddita sunt ad humanam vitam vtilia, tam per legem diuinam, quam leges humanas. Alio modo intelligitur mutatio legis naturalis per modum subtractionis, vt si aliquid desinat esse de lege natu-rali, quod prius fuit secundum legem naturalem. & sic quantum ad prima principalia legis naturalis lex naturæ est omnino immutabilis. Quantum vero ad secunda præcepta, quæ diximus esse quasi quasdã proprias conclusiones propinquas primis principis, sic lex naturalis non immutatur, quando vt in pluribus rectum sit semper, quod lex naturalis habet. potest tamen immutari in aliquo particulari, & in paucioribus propter aliquas causas speciales impedientes obseruãtiam talium præceptorum, sicut supra dictum est. ¶ Ad rationes in (Ad primũ argu.) contrarium. Ad primam dicendum; ꝙ lex scripta dicitur data ad correctionem legis naturalis, non quidem correctione, quantum ad emendationem alicuius vitij quod fuerit in lege ipsa naturę, sed quãtũ ad supplemẽtũ. Sicut. n. dictũ est per legẽ scriptã diuinam, vel humanã suppletũ est, ꝙ legi naturæ deerat. Vel secundo dicitur, quod pro tãto dicitur lex naturæ ꝑ legẽ scriptã corrigi, ꝙ lex naturæ in cordibus aliquorũ ita quãtũ ad ailqua ꝑcepta erat corrupta, vt ęstimarẽt esse bona, q̃ naturaliter sunt mala, & talis corruptio correctione indigebat. ¶ Ad secũdam dicendum, sicut dicit magister Ale. quod (Ad secundũ) glos. illa non dicit legem naturæ simpliciter mutari, sed solũ in vxore illa quantum ad effectum, quem habet in illa, & hoc propter interpositionem culpæ inter animam, & deum, sicut sol dicitur mutari in nobis, vel quo ad nos, quando non efficit lucis effectum in nobis. ¶ Ad tertiam dicendum. cum san- (Ad tertiũ) cto Thom. in primo. 2. vbi supra. quod naturali morte moriũtur oẽs cõmuniter, tam nocentes, quam innocentes, quæ quidem naturalis mors diuina potestate inducitur propter peccatum originale secundum illud primo Regũ. secundo, dominus mortificat, & viuificat, & ideo absque aliqua iniustitia secundum mandatum Dei potest infligi mors cuicunque homini, vel nocẽti vel innocẽti. Similiter etiã adulteriũ est concubitus cũ vxore aliena, quæ quidem est ei coniuncta ſm legem diuinitus traditam, vnde ad quamcunque mulierem aliquis accedat ex mandato diuino non est adulterium, nec fornicatio, & eadem ratio est de furto, quod est acceptio rei alienæ, quicquid enim accepit ex mandato Dei, qui est Dominus vniuersorum, non accipit absque voluntate Domini, quod est furari. Nec solum in rebus humanis, quicquid à Deo mandatur, hoc ipso est debitum, sed etiam in rebus naturalibus quicquid à Deo fit, est quodammodo naturale. ¶ Ad quartam dicendum (Ad quartũ)

secundum

secūdum Alexand. de Halis primo, quod iure naturali omnia essent communia, & vna esset omnium libertas: hoc fuit ante peccatū, post peccatum quædam sunt quibusdā propria, & hæc duo sunt per legem naturalem. Sicut.n.ars medicinæ dictat vinum esse sanum sano, & eadem ars negat vinū ægroto. ita eadem lex naturalis dictat, quod naturæ sanę siue integrę omnia sunt communia, & ꝙ ita debet esse, & tamen eadem dabit naturę egrę proprietatem, nec mutatur propter hoc quantum ad rationem sanctionis. imo eadem ratio, quæ dictat oīa cōia in natura bene instituta, dictat aliqua esse propria in natura destituta per peccatum, & sic solum est mutatio quantum ad obseruantiam sanctionum, & effectuum, & non quantum ad rationes ipsarum. Secūdum vero sanctum

S. Thom.

7 Thom. respondetur præfatæ rationi. † quod aliquid dicitur de iure naturali dupliciter. Vno modo, quia ad hoc natura inclinat, sicut non esse iniuriam alteri faciendam. Alio modo, quia natura non inducit contrarium, sicut possemus dicere, ꝙ hominem esse nudum est de iure naturali, quia natura non dedit ei vestimentum, sed ars adinuenit, & hoc modo communis omniū possessio, & omnium vna libertas dicitur esse de iure naturali, quia.s. distinctio possessionum, & seruitus non sunt inductæ à natura, sed per hominum rationem ad vtilitatem humanæ vitæ; & sic in hoc lex naturæ non est mutata, nisi per additionem. ¶ Ad quintum dicendum, sicut intra in seq. dist. respondet Gratianus, ꝙ in lege quædam sunt moralia, quædam mystica, siue cerimonialia. Moralia quantum ad literam ad ius naturale reducuntur. Quod ergo dicit, ꝙ in lege mutatio facta est, hoc est verum quantum ad cerimonia, & non quantum ad moralia, sicut plenius, & apertius infra dicetur.

Ad quintū

2 *Lex vetus continet præcepta triplicis generis.*

3 *Lex diuina principaliter ad quid instituatur, & ad quid lex humana.*

4 *Cerimonia quid dicatur.*

5 *Status triplex interioris cultus.*

6 *Veritas est duplex promissionis, & exhibitionis.*

8 *Puerum offerre in templo die quadragesimo, quare præceperit deus.*

11 *Circunstantia, quæ non mutat speciem, nunquam facit veniale mortale.*

12 *Coitus coniugalis nunquam exerceri potest sine peccato, saltem veniali.*



Ed cum naturale. Hic incipit secunda pars dist. in qua arguit cōtra id, quod ius naturale sit immutabile ex aliquibus, quæ in lege veteri posita mutata videntur esse iam in noua lege. Circa quam partem quæruntur quatuor.

1 ¶ Primo, vtrum lex vetus fuerit mutabilis, aut cessare debuerit.

7 ¶ Secundo, vtrum mulier post partum sine peccato possit

9 ¶ Tertio, vtrū propter immundiciam aliquam corporalem quis impediatur à perceptione corporis Christi.

10 ¶ Quarto, vtrum tempore menstruorum accedere ad mulierem sit peccatum mortale.

Primū arg.

1 Quantum. Ad primum videlicet. † vtrum lex vetus fuerit immutabilis, aut cessare debuerit, proceditur sic. Et arguitur primo, ꝙ sit immutabilis, & per consequēs, ꝙ semper sit obseruanda. Primo sic baruc. 4. Hic est liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternū, oēs, qui tenent eam inuenient vitam, & loquitur de lege data populo Israel, sed quod manet in æternum debet obseruari sine fine; ergo tempore gratiæ debemus seruare legem veterem, quantum ad oīa legalia. Si dicatur, sicut Gratianus videtur respondere in sequenti diuisione, ꝙ hoc intelligitur de lege veteri quantum ad moralia, ꝙ ipsa manet in æternū, & non quo ad cærimonialia. Contra matth. 5. dicitur. Amen dico vobis, iota vnum, aut vnus apex non preteribit à lege, donec oīa fiāt: iota ibi dicit gl. quæ est decima litera, significat præcepta decalogi, apex vero, quæ non est litera, sed signum literæ significat præcepta significatiua siue figuralia, &c: ergo intelligitur de moralibus, & figuralibus; ergo omnia sunt obseruanda. ¶ Secundo deut. 17. recitatis mandatis, tam moralibus q̄ cerimonialibus, dicitur Custodite omne mandatum, quod præcipio vobis hodie. &. j. Maledictus omnis, qui non per-

Scdm ar..

mansit in oībus quæ scripta sunt in libro legis huius, vt faciat ea: ergo idem, quod prius. ¶ Tertio, lex tam in præceptis moralibus, quā cærimonialibus continet veritatem, vnde in psal. Lex tua veritas. Sed sicut dicitur in alio loco. Veritas domini manet in ęternum, ergo lex quantum ad pręcepta moralia, & cerimonialia ꝑmanet in æternū, & ita est imutabilis. ¶ Quarto, manente causa manet effectus, sed cærimoniæ veteris legis habebant quasdam rationabiles causas, inquantum ordinabantur ad cultum diuinum, etiam præter hoc; ꝙ ordinabantur in figura Christi, ergo cerimoniæ veteris legis cessare non deberent, & ita nec mutari. ¶ In oppositum arguitur primo authoritatibus sanctorum in textu pręsenti positis. ¶ Item ex illo Apostoli. ad Colos. 2. Nemo nos iudicet aut in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatō, quæ sunt vmbra futurorum. ¶ Item ad Hebreo. 8. dicitur dicendo, nouum testamentum inueterauit prius, quod autem antiquatur, & senescit prope interitum est: ergo lex vetus quo ad cerimonialia fienda erat, & terminanda. ¶ Respondeo pro intelligentia huius. Primo videbitur de multitudine præceptorum contentorum in lege veteri. Secūdo de cessatione legis, quo ad ista, & ita respondebitur ad quæstionem. † Circa primum notandum, ꝙ lex vetus continet præcepta triplicis generis, scilicet moralia, cærimonialia; & iudicialia; de quibus deut. 6. hæc sunt præcepta cerimonię, atque iudicia. Ecce tria genera præceptorum scilicet moraliū quæ per præcepta simpliciter dicta, quæ antomaticè dicūtur moralia, designantur, secundum genus est cęrimonialium, cum dicitur cærimoniæ. tertium est iudicialium, cum subiūgitur. Atque iudicia. ¶ Pro cuius intelligentia notandum, ꝙ sicut intentio principalis legis humanæ est, vt constituat principaliter amicitiam hominum ad inuicem, ita intentio legis diuinæ est: vt constituat principaliter amicitiam hominis ad Deum. Cum autem similitudo sit ratio amoris secundum illud Ecclesiasti. 13. Omne animal diligit sibi simile, impossibile est esse amicitiam hominis ad Deum, qui est optimus, nisi homines boni efficiantur. Vnde dicitur Leui. 19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, bonitas autem hominis est virtus, quæ facit bonum hominem esse, & ideo oportuit pręceptum legis veteris etiam de actibus virtutum dari, & hęc sunt moralia legis præcepta de quibus dicitur Exo. 20. Non occides. Non furtum facies, &c. † Præterea notandum, quod

Tertiū ar.

Quartū ar.

Opponit i. contra riū.

Secūda op

Tertia op.

Respōdet..

3 lex diuina principaliter instituitur ad ordinandum homines ad Deum. Lex autem humana principaliter ad ordinandum homines ad inuicem. Et ideo leges humanæ non curarunt aliquid instituere de cultu diuino, nisi in ordine ad bonum commune hominum. Et propter hoc etiam multa confinxerūt circa res diuinas, secundū quod videbatur eis expediens, ad informandos mores hominum, sicut patet in ritu gentilium, sed lex diuina econuerso homines ad inuicem ordinauit, secundum quod conueniebant ordini. qui est in deum, quem principaliter intendebat. Ordinatur autem homo in deum non solum per interiores actus mentis, qui sūnt credere, sperare, & amare, sed etiam per quædam exteriora opera; quibus homo diuinam seruitutem profitetur. Et ista opera

4 dicuntur ad cultum Dei pertinere. † qui quidem cultus cerimonia vocatur. munera, quasi dona Cereris, q̄ dicebatur dea frugū. Et quidam dicūt, eo quod primo ex frugibus deo oblationes offerebantur, sicut maximus Valerius refert nomen cærimoniæ inductum est ad significandū cultum diuinum apud latinos à quodam oppido prope Romam, quod Cære vocabatur, eo quod Roma capta à gallis illuc sacra Romanorum oblata sunt, & reuerentissime habita. Sic ergo illa præcepta, quæ in lege pertinent ad cultum Dei specialiter cærimonialia dicuntur. Cęterum, sicut dictum est, ad legem diuinam pertinet, vt ordinet homines ad inuicem, & ad deum, vtrūq; autem horum in communi pertinet ad dictamen legis naturæ, ad quod referuntur moralia præcepta: sed oportet, quod determinentur vtraque per legem diuinam, vel humanam, quia principia naturaliter nota, sunt communia tam in speculatiuis: quam in actiuis. Sicut ergo determinatio communis præcepti de cultu diuino fit per præcepta cærimonialia, sic etiam determinatio communis præcepti de iustitia obseruanda inter homines, determinatur per præcepta iudicialia. Et ita oportet in lege tria genera præceptorum ponere, videlicet moralia: quæ sunt de dictamine legis naturæ. Cærimonialia, quæ sunt determinationes cultus diuini, & iudicialia, quę sunt determinationes iustitiæ inter homines obser-

Valerius maximus.

uande. Vnde, cum apostolus ad Ro. 7. dixisset, quod lex sancta est, subiungit, mandatum est iustum, & sanctum; & bonũ Iustum quidam quidem quantum ad iudicialia, sanctum quãtum ad cærimonialia. Nam sanctum dicitur, quod est deo dedicatum, & bonum. i. honestum, quãtum ad moralia. Et hęc de primo. ¶ Circa secundum, in quo ad quæstionis determinationem deueniendum est. Est notandum cum S. Thom. in prima secundæ. q. 103. ar. 3. quod præcepta cærimonialia veteris legis ad cultum Dei sunt ordinata. Exterior autem cultus proportionari debet interiori cultui, qui consistit in fide, spe, & caritate. Vnde secundum diuersitatem in-

S. Thom.

5 terioris cultus debuit diuersificari cultus exterior † Potest autem triplex status distingui interioris cultus; vnus quidem secundum quod habetur fides, & spes, & de bonis cœlestibus, & de his, per quæ in cælestia introducuntur, de vtrisque quidem, sicut de quibusdam futuris, & talis fuit status fidei spei in veteri lege. ¶ Alius autem est status interioris cultus, in quo habetur fides, & spes, de cęlestibus bonis, sicut de quibusdam futuris, sed de his, per quæ introducuntur in cælestia sicut de præsentibus, vel de præteritis, & iste est status nouæ legis. ¶ Tertius autem status est in quo vtraque habentur, vt præsentia, & nihil creditur, vt absens, nec speratur, vt futurum. & iste status est Beatorum, in illo ergo statu nihil erit figurabile ad diuinum cultum pertinens, sed solum gratiarum actio, vel laudis. Et ideo dicitur Apoc. 21. de ciuitate Beatorũ. Templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum eius est, & Agnus. Pari igitur ratione cærimonię primi status cessare debuerũt & alię cærimonię indici, quæ conueniunt statui cultus diuini pro statu illo, in quo bona cælestia sunt futura, beneficia aũt Dei, per quæ ad cælestia introducuntur, sunt presentia.

Ad primũ argu.

¶ Ad rationes in contrarium. Ad primam respõdetur, quod lex vetus dicitur esse in æternum secundum moralia quidem simpliciter, & absolute, secundum cærimonialia quantum ad veritatem per ea figuratam. Ad id vero, quod obijcitur, de Matt. 5. respondetur secundum glo. ibidem, quod cum in lege sint præcepta moralia, & præcepta significantia & cęrimonialia, omnia implentur vel in capite Christi, vel in corpore, quod est ecclesia, sed differenter. Nam moralia implentur literaliter, significantia vero spiritualiter: vnde dicit gl. donec omnia fiant, vel in capite, vel in corpore, & quãtum ad moralia imperfecta perficiuntur, & quantum ad cærimonialia significantia spiritualiter implentur. ¶ Ad secundum principale, quod obijcitur, quod sub interminatione maledictionis

Secundũ

præcipiuntur seruari moralia, & cærimonia, dicendũ, quod illa præcepta quantum ad cerimonialia non fuerunt iussa seruari, nisi vsque ad aduẽtum veri prophetæ, hoc est Christi, de quo Deuterono. 18. dicitur. Prophætam de gente tua, sicut me suscitabit tibi Deus, ipsum audies. Et subditur in persona dei. Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Ex quo relinquitur, quod adueniẽte propheta Christo, cedit lex Moysi eius imperio, ipse est autem, qui dicit Matth. 11. Lex, & Prophetę vsq; ad Ioannem. ¶ Ad tertium, quod obijcitur de veritate. Respondetur

Ad tertiũ. 6

secundum magistrum Alexandrum de Halis † quod duplex est veritas promissionis, & veritas exhibitionis, in cęrimonialibus autem seruata est veritas promissionis. & sic est veritas in figura, in gratia vero Christi, quæ per illam figurabatur & promittebatur, est veritas exhibitionis: veritas autem exhibitionis complet, euacuando quodammodo, veritatem promissionis, & hoc est quod dicitur in psal. Sacrificium, & oblationẽ noluisti. gloss. sacrificium, quod de animalibus fiebat, & oblationẽ, quæ erat de alijs rebus, vt de simila: & thure, & oleo. noluisti supple, postquam veritas est exhibita. Vt enim venit res, noluit Deus illa legalia, quæ erant, quasi verba promittẽtia, tandiu enim est promissor, donec det, vt dedit; mutat verbum, non dicit, dabo: sed dedit: ipso ergo veniẽte, noluit illa, quæ erant eius figuræ, vnde in natali Domini cantatur missa de promissione. Lux fulgebit, nec repetitur, postea etiam de promissionis exhibitione. s. Puer natus

Ad quartũ

est nobis, & illa repetitur. Ecce verborum mutatio, ibi enim est de futuro promissio: hic de iam nato gratiarum actio. ¶ Ad quartam respondet sanctus Thomas hic; quod rationes literales quæ assignantur de cærimonialibus referuntur ad diuinum cultum, qui quidem cultus erat in fide futuri, & ideo iam veniente eo, qui venturus erat, & ille cultus cessat, & omnes rationes ad hunc cultũ ordinatę: & ita negatur quod maneat eadem causa semper.

7 Ad secundum. In quo quæritur, vtrum mulier post partum immediate, posset sine peccato ingredi ecclesiam, sic proceditur. Et arguitur primo, ꝙ non, quia præceptum est Leuit. 12. vt dicitur in litera præsentis tex. ꝙ mulier si masculũ pareret. 40. si fœminã 80. diebus à templi cessaret ingressu, sed transgrediens legem peccat, ergo, &c. ¶ Secundo arguitur ex illo Luce. 2. vbi de beata Virgine legitur. Impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi. Si ergo Virgo Maria, postquam veritas venerat, quia nato iam saluatore, adimpleuit legẽ, videtur, ꝙ etiam nunc in tempore gratiæ debet præceptum illud per mulieres adimpleri. ¶ In oppositum sunt multæ authoritates beati Grego. in præsenti tex. ¶ Respondeo dicendum sicut dicitur in tex. ꝙ mulier post partum immediate ingrediens ecclesiam nõ peccat, Vbi pro pleniori intelligentia huius literæ est primo notandũ, ꝙ vt habetur Leuiti. 12. in principio mulier, quæ suscepto semine, peperit masculum, immũda erit septem diebus, iuxta dies separationis menstruę. i. eiusdem immundiciæ iudicabitur, cuius est, cum separatur à mũdis, quando patitur menstruum, de quo. in. c. 15. habetur. Intãtum enim iudicatur immunda, vt quidquid tangit, reddatur immundum, cibus, lectus, vestis, sedis, vnde non licet alicui communicare ei, nec in lecto, nec in cibo. Octauo die circũcidebatur puer post septem dies inquinationis, manebat. 33. diebus in sanguine purificationis suæ, ita vt omnes dies purificationis suæ fierẽt. 40. quia tot diebus dicunt philosophi carnẽ masculi formari in vtero, in purificatione vero. 33. dierũ, licebat ei surgere, in domo deambulare, sed nõ egredi domũ, & operari, & tangendo non polluebat: & licebat eis communicare in cibo, non tamen in lecto. Accedere vero ad tabernaculum non poterat, nisi completis. 40. diebus. Si vero pareret fœminam, duplicatur prius dies inquinationis, & postea dies purificationis, vt postea simul fierent. 80. quibus formabatur fęmina in vtero. Expletis vero diebus purificationis, veniebat in templum, & offerebat pro filio, vel pro filia anniculum in holocaustum, & pullum columbę, vel turturis pro peccato suo, quia in libidine conceperat, & erat sacerdo-

Primũ ar.

Scdm ar.

Opponit & Respõ.

8 tis. † ¶ Assignãtur autem tres rationes, quare præcipit dominus die. 40. offerri puerum in templo. Primo ad notandum, ꝙ sicut die. 40. in materiale templum ducitur, sic in. 40. die à cõceptione sua, vt frequentius anima in corpus, tanquã in suũ templum infunditur, prout Magister historiarum dicit. ¶ Secundo, vt anima, quæ in die. 40. corpori infusa, ab ipso corpore maculatur, in die. 40. templum ingrediẽs per hostias expietur. ¶ Tertio, ad insinuandum, ꝙ illi merentur cæleste templum ingredi, qui decẽ præcepta decalogi cum fide quatuor euangeliorum obseruarunt. ¶ Secundo notandũ, ꝙ vt dicit Alexan. de Halis in tertio. ꝙ in lege puerpera & mulier fluxũ sanguinis patiens immunda iudicabatur, vt horrerent sanguinem filij Israel, in detestationem enim idolatriæ, in cuius ritu humanus sanguis demonis multipliciter offerebatur, voluit Deus eis horrorem sanguinis humani ingerere, in ritu enim idolatriæ humanus sanguis effundebatur, sicut habetur 1. Reg. 18. de prophetis, & sacerdotibus Baal. incidebant se iuxta ritũ suũ culturis, & lãceolis, donec ꝑfunderetur sanguine. Mẽstruata ẽt immũda iudicabatur, & hoc in detestationẽ latriæ. Solebant enim mẽstruatæ mulieres audacius se Lunæ cerimonijs immiscere, quia fluxus menstruorum Lunæ cursui deputatur, ideo reputabant se menstruatæ tempore menstruorum eo ipso sacris lunæ digniores, quia in ipsis Luna eo tempore manifestius operaretur, multa autẽ auiditate, & studio à mulieribus idololatris Luna colebat sicut legitur Hier. 7. Mulieres conspergunt adipem, vt faciant placẽtulas reginæ cœli. Propter hanc ergo causam mẽstruatas lex dei iudicabat immundas. ¶ Alia causa fuit ipse menstruus sanguis de quo multa maleficia faciebãt. ¶ Tertia vero causa fuit honor; & reuerentia tabernaculi, in quo posset mulieribus fluxus contingere, si ad illud eo tempore admitterẽtur. Ab istis autem cærimonijs legalibus in lege noua, quæ lex libertatis est, absoluti sumus per gratiam saluatoris, sicut dictum est in præcedẽti quæstione, & ita, vt dicitur. extra de pu. post par. c. vnico. Si mulieres post prolem emissam, acturæ gratias intrare ecclesiam voluerint, nulla proinde peccati mole grauantur, nec ecclesiarum est illis aditus denegandus, ne pœna illis conuertatur in culpam. Si tamen ex veneratione voluerint aliquandiu abstinere, deuotionem earum non credimus improbandam. Ecce quod tales sine peccat possunt intrare ecclesiam ad orandum, etiam immediate post partum.

Alexander de Halis.

¶ Nunc

Ad primū arg. ¶ Nunc ad rationes in contrarium. Ad primam dicendū, qđ pręceptum illud legis, cum fuerit cerimoniale: non ligat tempore isto gratiæ. Vnde S. Thom. in. 4. dist. 3. dicit, ꝙ multa ad immundicias carnis pertinentia, exigebantur de necessitate præcepti in veteri lege, quæ carnalibus dabātur, quę non exi-
Ad secundū. guntur in noua lege quæ est lex spiritus. ¶ Ad secundam dicendum, ꝙ beata Virgo tunc obseruauit præceptum purificationis, licet non teneretur, quia sola illa mulier præcepto purificationis erat obnoxia, q̄ suscepto semine pareret masculum. Virgo autem Maria non virili semine, sed mystico spiramine concepit, & virgo peperit. Obseruauit tamen tūc legem ad humilitatis, & obedientiæ exemplum demonstrandum, & vt comprobaret legem, atq; à Iudæis tolleret occasionem malignādi contra eam. Est notandum hic, ꝙ huiusmodi cęrimoniæ veteris legis non cessauerunt totaliter ante possessionem Christi. imo simul currebant, & seruabantur cum euangelio Christi. Vnde cum mysterium Redemptionis humani generis completum fuerit in passione Christi, vnde tunc dominus dixit. Consummatum est. Io. 19. tunc totaliter debuerunt cessare legalia, quasi iam eorum veritate consummata, in cuius signum in passione Christi velum templi legitur scissum. Matth. 27. Et ideo ante passionem Christi, Christo prædicante, & miracula faciente, currebat simul lex, & euangelium, quia iam mysterium Christi erat inchoatum sed nondū confirmatum. Et ꝓpter hoc mandauit dominus ante passionem suā leproso, vt legales seruaret cærimoniales.

9 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ propter aliquam immundiciam pure corporalem non impediatur quis à perceptione sacramenti eucharistiæ. ¶ Primo sic dicitur Deut. 23. Habebitis locum extra ca-
Primū ar. stra. Dicit gl. corporalem mundiciam diligit Deus, ergo corporalem immundiciam odit, & ita propter corporalem immundiciam debet homo ab hoc sacramento abstinere. ¶ Se-
Secūdū ar. cundo maior est dignitas huius sacramenti. quam omniū sacramentorum veteris testamenti, sed in veteri lege, & mulieres, & patientes fluxum menstrui, & semiflui immundę repu tabantur respectu sacramentorum veteris testamenti, ergo multo fortius debent abstinere à perceptione huius sacramē ti. ¶ Tertio sacerdoti leproso interdicitur facultas celebrandi
Tertiū ar. vt patet extra. de cle. ægro. vel debilitato. tua nos. ergo eadem ratione propter lepram debet laicus à perceptione huius sacramenti abstinere. ¶ In oppositum est text. præsentis. c. qui est beati Gregorij. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ propter immundiciam pure corporalem nullus prohibetur à perceptio
Opponit. & Respō ne huius sacramenti, dum alias sit mente dispositus. probatur conclusio, quia naturalibus non meremur, neque demeremur, sed omnes tales immundiciæ corporales ex causis naturalibus accidunt, ergo propter eas nō meretur quis à perceptione huius sacramenti impediri. Pro quo plenius notandum, ꝙ cum iste cibus non sit corporis, sed mentis cibus, magis in eius sumptione cōsideranda est dispositio mentis, quā corporis. Et ideo distinguendum est in immundicia corporali tantum, quia aut est perpetua sicut lepra, diuturna, aut est temporalis, & cito purgabilis. Si quidem sit perpetua vel diu turna, tunc nullomodo propter hoc quis abstinere debet, ne propter immundiciam corporis perdatur fructus mentis, sicut accidit in leprosis patientibus fluxum sanguinis, vel semi nis. Si autem sit corporalis, & facile expurgabilis. tunc si aliquis in mente sit bene dispositus, similiter non prohibetur: quamuis etiam possit ad tempus laudabiliter abstinere propter reuerentiam tanti sacramenti. ¶ Ad rationes. Ad primā dicendum, ꝙ Deus diligit corporalem mundiciam, & immū
Ad primū arg. diciam odit secundum quod pertinet ad reuerentiam sacramenti. Et iō si ex deuotione mentis non propter irreuerētiā aliquis cum immundicia corporali accedat, Deus acceptat. ¶ Ad secundam dicendum; quod prohibitio immundorum in lege à sanctis magis erat propter significationem, quam
Ad secūdū propter ipsas res. Et ideo non oportet, ꝙ similiter fiat in nouo testamento, vbi veniente veritate, figurę cessauerūt. ¶ Ad
Ad tertiū. tertiā dicendū, quod interdicitur sacerdoti leproso, ne celebret publice coram populo propter horrorem, tamen secrete bene potest ex deuotione celebrare, nisi sit adeo corruptus, quod ministerium sine periculo explere non possit. Leprosus tamen ad sacerdotium promoueri non debet.

10 **Ad quartum.** Sic proceditur. † Et videtur, quod tempore mēstruorum accedere ad mulierē menstruatā sit peccatū. Primo ex tex. c. præsentis po siti in litera, videlicet Ad eius concubitum. ¶ Secundo sic. Leuiti. 15. Vir, qui ad menstruatam accesserit immundus erit septem diebus. Si dicas, ꝙ est cerimoniale. Contra. Ezechie- Primū ar. Scd'm arg.
lis. 18. dicitur. Vir si iustitiam fecerit, & sequitur, & ad menstruatā non accesserit, vbi dicitur, ꝙ inter moralia computatur. Et gl ibidē dicit, præcipere, vt viri non solum in alienis, sed etiam in proprijs vxoribus modum, & tempora seruent. ¶ Tertio sic. Leuiti. secūdo habetur. ꝙ q coierit cū muliere in fluxu menstruorum, interficientur ambo. ¶ In oppositū Opponit i contrariū. Terciū ar.
arguitur. Maior passio est passio leprę, q̄ mēstrui, sed ad leprosam vxorem non est pc̄m accedere, vt in. c. 1. & 2. extra de coniugio leprosorum, ergo nec ad menstruatam. ¶ Respondeo sicut tangit dominus Bonauentura. in. 4. disti. 32. Hic est Respōdet
multiplex modus dicendi. Quidam dicunt, quod omni tempore siue menstruorum, siue alio debet debitum reddi, sed non debet peti. Et ratio eorum est, quia petere est agere: sed reddere quodammodo pati, & primum libertatis, secundum vero necessitatis. Vnde Dominus non præcepit mulieri non reddere. sed homini non accedere, atque per hoc non eximit mulierem à redditione, sed vir obligatur, vt hoc non possit petere sine transgressione. ¶ Secundus modus dicendi est, ꝙ nō debet reddere, nisi præsumat de viro, ꝙ cadat in fornicationem. Sed si præsumit, debet occurrere maiori periculo. ¶ Tertius modus dicendi est, qui videtur probabilior: vt dicit, quod tempus menstruorum aut est secundum naturam, aut præter naturam. Si secundum naturam semel in mense, quia tunc impossibile est filios generari propter abundantiam, & corruptionem humorum in pessimo statu. Ideo est mortale pc̄m, siue præceptum, vt illo tempore non cognoscatur. Vnde si ignoranter petit, vel violenter reddit, excusatur, sed si scienter, & libenter petit: & reddit contra præceptū facit, & peccat mortaliter. Si autem sit tempus contra naturam, & passio præter naturam: tunc dicitur, quod filij nō generantur, & tunc si diu duret debitum potest peti. & reddi. Petrus autem de palude. in. 4. di. eadem. 1. 32. de hac materia lo- Petrus de palude.
quens, hanc materiam magis enucleans dicit sic. quod de tēpore menstruorum distinguendum est, quia talis fluxus aut est innaturalis, & accidentalis, sicut fluxus, quo mulier dicitur hæmoroissa, & tūc nō interdicitur petitio, vel debiti redditio tamen, quia, quando esset infirmitas perpetua, vel nimis diu turna, periculosum esset coniugatis aliquibus prohibere. Tū secundo, quia tūc mulier concipere non potest secundū quosdam, vnde nō timetur proli. Si autem sit naturalis in mense, Cōtra Bonauentur.
à quo menstruata dicitur, tunc contra Bonauenturam subiūgit, ꝙ adhuc non videtur mortale scienter petere, & reddere. Cuius ratio est. quia non est maior timor de infectione ꝓlis tempore menstruorum, quam tempore lepræ. Tunc aūt petere non est mortale, ergo nec nunc. Nec vt et solutio eorum, inquit, quia lepra est morbus continuus, menstruū momentaneus, quia se exponere periculo generandi leprosum, esset de se mortale, vbicunque esset idem periculū, esset idē catum. ¶ Secundo, quia non est certū, vtrū tūc tpe mēstruorū mulier concipiat, & si cōcipiat vtrū inficiat: vnde dum ille qui petit esset paratus non petere, si sciret; quod illud cōtingeret; sufficit ad excusationem eius. ¶ Tertio non quælibet mulier quolibet conceptu parit: & maxime, si ipsa fuit primo sterilis. Consequenter epilogādo casus; in quibus nō videtur esse peccatum accedendi ad mulierem mēstruatam: dicit sic. Non est mortale peccatum reddere etiam scienter ex parte mulierum, nec per consequens ex parte viri, ex quo certior non vult abstinere. ¶ Secūdo non est peccatū petere ignoran rantem infirmitatem. ¶ Tertio sciens infirmitatem: sed nesciens menstruū solere generari, quia cū non esset facturus; si sciret; non peccat: maxime mortaliter. ¶ Quarto sciens non gnari; vel probabiliter credēs, vt quia sterilis; vel quia tunc nō consueuit concipere; quia viri cognoscunt conditiones vxorum: & econuerso; per experientiam. ¶ Quinto etiam; si credens quod probabiliter concepit. & etiam menstruum; sicut in leprosa: in qua est maius periculum, etiam, menstruata, innaturaliter. † Circunstantia enim, quæ non mutat speciē nunquam facit de veniali mortale. Circunstantia autem temporis nunquam faciat aliam speciem, vnde, cum hoc non sit mortale, nisi propter prolem, & est idem, & non minus periculum in leprosa, quam in menstruata, videtur quod cognoscere mulierem, quæ paritura est menstruum semper, & cognoscere illam, quæ nunc paritura est mēstruum, non differant specie in genere moris, & omnis causa, quæ prohibet ad tempus accedere, quando est temporalis, prohibet in perpetuum, quando est perpetua. Dicit ergo, quod aliud est

vti scienter libidine in præiudicium prolis iam conceptę, vbi pro certo, vel probabiliter timeretur. Aliud ratione dubij, quod raro contingit aliquem prohibere vti iure suo, maxime cum raro contingit, quod mulier concipiat nunc. Nam sæpius non concipit. Consulendum est ergo mulieri, quod aut scit, aut probabiliter credit virum se exosam habiturum, & tunc non tenetur reuelare; sed reddit sine peccato, & ille propter ignorantiam non peccat. Aut nō, sed credit quod non propter hoc dimittet eam cognoscere, & tunc etiam non debet dicere, ne cum grauius peccare faciat, sed adhuc vterque excusatur à mortali, & hæc vxor potest perpendere ex alijs vicibus, quibus renuenti non acquieuit. Aut neutrum, sed credit, quòd adulterabitur, vel peius faciet, & nec tunc debet dicere, sed reddere. Aut nihil horū, sed credit, quod abstineat, & tunc sibi dicat, quòd si audiens nō acquiescat, reddens non peccat, sed petens sic, non tamen moraliter, hæc Petrus. ¶ Ad rationes in contrariam. ¶ Ad primam dicendum esset secundum opin. primam, quam sequitur dominus cardinalis Bonauentura, quod intelligenda est illa authoritas de eo qui sciens mulierem esse in tempore mēstruorum, & probabiliter cognoscit venturum periculū circa prolē, & nihilominus accedit ad eā, attēto, ꝙ illa immunditia tpalis est, & non perpetua. Petrus vero de palude dicit in quarto, ꝙ potest dici ꝙ hoc præceptum de nō accedendo, ad menstruatam fuerit iudiciale, vnde non ligat iam. ¶ Ad secundam, eodem modo respondetur. ¶ Ad tertiam. de Leuitic. 20. capitulo. Respondet dominus Petrus de palude quod intelligitur de coitu fornicario, non coniugali, Vnde inquit si actus coniugalis esset mortalis tempore menstruorum, si cognoscere mulierem in loco sacro, sicut ibidem non licet reddere: quia non est petitio debiti, sic nunq̄ liceret reddere debitū mulieri, q̄ scit se esse mēstruatā, ꝙ tñ nullus dicit, & tñ nō minus tenetur ad bonum prolis mulier, quā vir. Sequitur textus. ¶ Sequitur textus. ¶ [In lege nanque præcipiebatur] scilicet leu. 12. Nota, quod vt dictū est in quæstione minus tempus prohibitionis ingrediendi templum, imponitur mulieri, cum masculum peperit, quam si fœminam, quia vt dicunt periti naturales in minori temporis spatio formatur corpus masculi, quam fœminæ. Hoc autem tempore scilicet, antequam fœtus formatus sit in vtero arcetur fęmina ab ingressu templi, vt dicit. Hug. quia informia non placet Deo, sed formosa, iuxta illud canticorum. 2. vna est columba mea formosa mea. ¶ Sed arguitur, quòd secūdum hoc deberet arceri, quando fætus est informis in vtero, & non post partum, cum iam sit formatus, & natus. ¶ Respondetur, ꝙ ideo ante partū fieri non pōt ꝑ ignorantiā, quia nescit, vtrū sit masculus, vel fęmina, fit aūt post partū ꝙ ordine naturæ ante patrū fieri debuerat. [Cū enixa] quidā libri non habent, ab illo loco similiter, & secūdum hoc vsque ad illum locum est palea. 33. computatis à die circūcisionis quæ fiebat. 8. die ab ortu. additis ergo septem diebus, qui dies inquinationis dicebantur ad. 33. fiunt. 40. Pro fęmina vero. 66. computandis à die, quo nomen ei imponebatur, qui erat. 14. duplicantur. n. dies inquinationis, quando fęminam pareret, quibus additis ad. 66. fiunt. 80. [in ministerio] accipitur enim in figura, & significatione. i. hoc tamen, tanquam præceptum cærimoniale est accipiendum, vnde iam nō ligat. Sequitur. [Nam si mulier, &c. voluptas est in culpa] hoc eo. dicit Hu. quia, vt inquit † coitus coniugalis nunquam exerceri potest sine peccato, saltem veniali. Hoc autem non est verum, quia sicut arguit sanctus Th. in. 4. dis. 26. Nullum peccatum est in præcepto, sed actus matrimonialis est in præcepto. Gene. primo. Crescite, & multiplicamini. &. 1. ad corin. 7. vxori vir debitum reddat, vnde falsum est, ꝙ actus coniugalis nunquam exerceri posset sine peccato, sed de hoc alias erit plenior sermo. [Baptizari] Baptismus autem non est differendus paruulis propter periculum mortis. de conse. dist. 4. ne, quod absit. &. c. si qua. & c. placuit.

Ad primū argu.

Ad secundū & tertiū.

Exponit literam.

1 *Vir non debet accedere ad vxorem duobus temporibus.*
Mulieres omnes an debeant lactare filios suos.

Continuatio.



Ad eius vero. Concubitum. Sequitur. c. vltimum huius partis, in
1 quo duo tempora ponit, in quibus vir non debet accedere ad mulierem, videlicet tempus ablactationis, siue purgationis, qa vt infra pa. c. pro codē accipit tēpus ablactationis, & purgationis & hoc prohibetur de honestate, nisi ad huc, mulier esset infirma, & propter hoc esset ei periculum mortis, vel aggrauationis infirmitatis. Secundum tempus est tempus menstruorum, de quo in articulo quarto satis dictum est. [Contemnant.] Sed quæritur † vtrum omnes mulieres debeant lactare filios suos. Et videtur ꝙ sic ex eo quod hic dicitur. Rñ. quod non. Quod vero dicit hic Gregorius, respicit illas mulieres, quæ causa incontinentiæ filios lactare nolunt.

2 *Homo ad hoc, vt accedat ad sacramentum eucharistiæ tria requiruntur.*
3 *Pollutio nocturna dicitur duplex.*
5 *Suspensus à celebrando, non intelligitur suspensus à diuinis.*
8 *Illusio nocturna nascitur tribus radicibus.*
9 *Opera carnis magis impediunt accessum ad corpus Christi quā alia opera, quæ sunt venialia tantum.*

Distinctio sexta.



Via vero. De naturæ, &c. Hic, incipit sexta distinctio, in qua magister Gratianus, quia superius fecerat mentionem de supfluitate naturę. Nunc à proposito disgrediens, subiungit de nocturna pollutione. Et diuiditur hæc distin. principaliter in quatuor partes, in prima mouet quæstionem. An nocturna pollutio impediat perceptionem corporis Christi, siue celebrationem mysterij altaris. Cui respondet immediate ostendens ex autoritate Gregorij, quibus modis contingat nocturna pollutio, & ex quibus causis, & quando prohibeat à perceptione eucharistię & celebratione mysterij altaris, & quando non. ¶ In secunda p pleniori responsione præcedentē quæstionem declarat, quando nocturna pollutio sit peccatum, & quando non. ¶ In tertia reuertitur ad propositum distinctionis pręcedētis, an scilicet ius naturale sit immutabile. ¶ In quarta ponit vnde ius consuetudinis exordium habuerit. Secunda ibi. Non est peccatum. Tertia ibi. His itaque Quarta ibi. Ius vero consuetudinis. ¶ Circa primam partem in præsenti capitulo, ꝙ est beati Gregorij facit tria, primo enim ponit autoritatē veteris testamenti ad probandum, quod nocturna pollutio impediat perceptionem sacramenti, ibi. Testamentum. Secundo inducit moralem expositionem præfatæ autoritatis, ibi. Quod tamen. Tertio soluit quæstionem ibi. Sed est in eodem. ¶ Pro pleniori intelligen. præsentis. cap. quæruntur quatuor.

Continuatio.

Diuisio distinctionis.

1 ¶ Primo, vtrum nocturna pollutio impediat à perceptione altaris, & à celebratione eiusdem.

4 ¶ Secundo, vtrum pollutio nocturna, quæ impedit à celebratione missæ, impediat à perceptione sacramenti.

6 ¶ Tertio, vtrum possit, qui fuit nocte pollutus, celebrare pro aliquo sacerdote, qui est in peccato mortali, ne talis pecquod taliter.

7 ¶ Quarto, quandiu abstinendum sit à communione post habitam pollutionem.

Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod pollutio nocturna non impediat aliquem à perceptione sacramenti, siue à celebratione tanti mysterij. Et arguitur sic primo. Nullus impeditur à sumptione corporis Christi, nisi propter peccatum. Sed nocturna pollutio, accidit sine peccato, cum ibi non sit vsus rationis, & ita habet Augustinus. 12. super Gene. ad literam. ¶ Secundo sic, dicit Gregorius in epistola. ad Augustinum episcopum anglorum. Si quis sua coniuge, non cupidine voluptatis raptus, sed tantum creandorum liberorum gratia vtitur, ille perfecto, siue de ingressu ecclesiæ, siue de sumendo corporis dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus, quia prohibere à nobis non debet accipere, qui in igne positus, nescit ardere. Ex quo patet, ꝙ carnalis pollutio etiam vigilantis, si sit sine peccato, non prohibet hominē à susceptione corporis Christi, multo ergo minus prohibet nocturna pollutio dormientis. ¶ Tertio, peccatum veniale non impedit hominem à susceptione huius sacramenti, sed nec etiam peccatū mortale post pœnitentiam. Sed dato, ꝙ nocturna pollutio peruenerit ex aliquo pcedēti, siue tēporali, siue turpi cogitatione, plerunq; tale peccatū est veniale, & si aliquando

Primū ar.

Scd̄m ar.

Tertiū ar.

& si aliquando sit mortale, potest contingere, quòd de mane pœnitet, & peccatũ suum confitetur, ergo videtur, quòd non debeat impediri à susceptione huius sacramẽti. ¶ Quarto grauius peccatum est homicidii, quam fornicationis. Sed, si aliquis de nocte somniet homicidium perpetrare, aut furtum, vel quodcunque aliud peccatum, non propter hoc impeditur à perceptione corporis Christi, ergo videtur, quòd multo minus fornicatio somniata, etiam pollutione subsequuta, impediat à perceptione huius sacramenti. ¶ Quinto, immundicia corporis transit, sicut & immunditia spiritus, ergo sicut sublata immunditia spiritus per pœnitentiam, remouetur impedimentum quantum ad hoc: ergo etiam sublata immunditia carnis, ablatum erit impedimẽtum quantum ad hoc: ergo, cum immundicia statim trãseat, sequitur, quòd homo non sit impeditus propter illud à perceptione huius sacramẽti. ¶ In oppositũ est text. præsentis capituli. ¶ Respondet. dicendum, quòd pollutio nocturna non omnis impediat perceptionem huius sacramẽti, impedit tamen ex congruentia. Probatur conclusio autoritate, & ratione. Autoritate Leuit. 15. vir, à quo egreditur semen coitus, immundus erit vsque ad vesperã, sed immundis non patet aditus, ad sacrum, ergo videtur, quòd propter pollutionem nocturnam aliquis impediatur à perceptione huius sacramenti, quòd maximum sacramentorum. ¶ Ratione sic. Contentum sub hoc sacramento, quòd est Christus, est duplicis naturæ. s. spiritualis, & corporalis, propter quod vt videtur debetur sibi duplex reuerẽtia, quia & naturæ spirituali, & corporali. Cum ergo ex pollutione homo efficiatur immundus, quo ad immundiciam corporalem, videtur non congruere, accedere ad sacramentum qui nocturna pollutione pollutus accidit. ¶ Pro cuius conclusionis pleniori notitia est notandum in quarto, cum S. Thom. d. 9. ad hoc, quod hõ vt digne ad sacramentum eucharistiæ accedat, tria requiruntur. Primo mundicia conscientiæ, quæ non nisi per peccatum tollitur. Secundo erectio mentis ad Deum per actualem deuotionem, & hæc per mentis hebetudine vel occupationem, aut euagationem interdum sine peccato admittitur. Tertio etiã mundicia corporis; vnde & celebrantes, vel tractaturi aliqđ sacramentum propter reuerentiam manus lauant; Vnde primo, & principaliter peccatum impedit. Secundo in deuotio siue hebetudo mentis. Tertio corporalis immũdicia. Et hæc tria quandoque concurrunt in pollutione nocturna, quandoque duo ex his, quandoque vnum tantum. Et secundum hoc homo magis, vel minus impeditur, & ideo distinguẽdæ sunt pollutionum maneries. Distinguitur autem duplex pollutio nocturna. Primo quantum ad causam. Eorũ. n. quæ in somnio apparent, triplex est causa, vna extrinseca spiritualis, sicut in his, quæ per spirituales substãtias nobis reuelantur; alia intrinseca spiritualis, sicut, quando fantasmata, quæ apparent dormientibus, sicut reliquiæ præcedentium cogitationum; tertia est corporalis intrinseca, sicut quando phlegma dulce ad linguam decurrit somniat homo comedere dulcia, vnde medici ex somniis corporis dispositionem conijciunt. Pollutio ergo quandoque ex illusione accidit, quãdo fantasmata per causam extrinsecam, spiritualem. s. per demones commouentur. Quandoque ex reliquiis præteritarum cogitationum, quæ est cã spiritualis intrinseca, quandoque ex causa intrinseca naturali, quæ quidem causa, vel tũc fuit voluntati subiecta, sicut cum ex superfluitate cibi, aut potus pcedente, pollutio accidit: vel non fuit voluntati subiecta, siue accidat ex debito naturæ impotentis retinere semen, siue ex eius virtute superflua expellentis, siue quocunq; alio modo in idem redit. ¶ Secũdo distinguitur pollutio quantum ad modum, quia quandoque accidit sine imaginatione, quandoque cum imaginatione, & hoc dupliciter, quia quandoque in ipsa somni imaginatione homo turpitudini consentit quandoq; dissentit, & inde pollutio accidit, quandoque igitur sine imaginatione pollutio accidit signum est, quod pollutio ex causa sit corporali intrinseca, sed quando est cum imaginatione potest sic, vel sic, esse; in omnibus igitur prædictis pollutionibus corporalis immundicia est communis, sed quædam mentis hebetatio non est, nisi in illis pollutionibus, quæ cum imaginatione accidunt, quia in illis quæ sine imaginatione accidunt, anima nihil participare videtur. Nulla aũt dictarum est pctm, vt ex dictis patet, sed põt esse effectus pcti significans pctm præcedens veniale vel mortale. Peccatũ autem mortale ex necessitate præcepti à pceptione eucharistiæ impedit, quia mortaliter peccat qui cum conscientia peccati mortalis accidit, hebetudo autem mentis est immundicia corporalis ex quadam indecentia honestatis, quia indeuotione quadam videtur sic accedere, nisi necessitas vrgeat. Et ideo considerandum est, vtrum in causa pollutionis possit inueniri peccatum præcedens, aut cogitatio turpium, quæ quandoq; est sine peccato, sicut cum in cogitatione tantum manet, vt cum quia disputans de talibus oportet, quòd loquẽs cogitet, aliquando etiam cum peccato veniali, quando affectione cogitatio pertingens, in sola delectatione finitur. Quandoque autem etiam mortale, quando consensus adiungitur; & quia cognitioni tali de propinquo est delectatio, & delectationi consensus; vnde ibi dubium potest verti, vtrum sequens pollutio ex peccato acciderit vel non, aut veniali, aut mortali. Satis tamen probabiliter põt conuinci non præcessisse consensum, quãdo in ipsa somni imaginatione anima dissentit, non tamen oportet. quòd si consentiat, quòd consensus vigilando præcessit; quia hoc potest accidere propter ligamen iudicij rationis, quod quandoque est maius, quandoque minus liberũ in somno, vnde in tali pollutione, si ad causam recurrens dubitet de consensu, omnino abstinere debet. Si autem expresse inueniat consensum non præcessisse, & necessitas vrgeat, aut aliqua causa potior reposcat, potest accedere, aut etiam celebrare non obstante corporis immunditia, aut hebetatione mentis; alias si necessitas non incumbat, videtur non exhibere debitam reuerẽtiam sacramẽto, non tamen si celebrat mortaliter peccat, quando autem ex illusione accidit, si illusionis causa processerit in nobis, puta, cum quis indeuotus ad dormiendum accesserit idem est iudicium & de pollutione, quæ ex cogitatione præceden. causatur. Si autem in nobis causa non præcesserit, imo magis causa contraria, & hoc frequenter accidit & præcipue in diebus quibus quis cõmunicare debet, signum est; quòd Diabolus homini fructũ eucharistiæ percipiendæ auferre conetur, vnde in tali casu cõsultum fuit cuidam monacho, vt in collationibus patrum, legitur, quòd cõmunicaret, & sic Diabolus vidẽs se non posse consequi intentum ab illusione cessauit. Si autem ex cibo præceden. aut puta acciderit; idem est iudicium & de pollune, quæ ex turpi cogitatione præcessit, nisi intantum, quod non ita de facili accidit peccaret mortaliter in sumptione cibi, sicut in cogitatione turpi, & quod aliquando hæc pollutio sine imaginatione accidit illa vero nunquam, illa autem, quæ ex naturæ dispositione accidit non est signum alicuius peccati sed potest hebetationem mentis inducere. Si tamen cũ imaginatione contingat, immundiciam autem corporalem habet. Et ideo si necessitas immineat, vel deuotio exposcat, talis non impeditur, & præcipue quando cũ imaginatione accidit; tamen si propter reuerentiã abstineat laudandus est quãdo infirmitas non est perpetua, & quia non ita de facili potest percipi ex qua causa contingat, ideo tutius est semper abstinere, nisi necessitas incumbat. ¶ Ad rationes, ad primã respondetur; quod ex necessitate non impeditur homo à sumptione huius sacramẽti, nisi propter peccatum mortale, sed ex quadã congruen. potest homo impediri propter alias causas, sicut dictum est. ¶ Ad secundam dicendum, quod coitus coniugalis, si fit siue pctõ; puta si sit causa prolis generandæ, vel causa reddendi debitũ, non alia ratione impedit sumptionem sacramenti, nisi sicut dictum est de pollutione nocturna, quæ accidit sine peccato. s. propter immundiciam corporalem, & mentis distractionem; ratione cuius Hieronymus dicit super Mat. Si panes propositionis ab his, qui vxores tetigerant comedi non poterant, quanto magis panis, qui de cœlo descendit, non potest ab his qui coniugalibus paulo ante hæsere amplexibus, violari atque cõtingi, non quòd nuptias condẽnemus, quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus vacare carnalibus operibus debeamus. Sed, quia hoc secundum congruitatem, & non secundum necessitatẽ intelligẽdum est Gregorius dicit; quod talis est suo iudicio relinquendus. Si vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur (vt ibidem Gregorius subdit) tunc prohiberi debet, ne accedat ad hoc sacramentũ. ¶ Ad tertiam respõdetur, quod licet per contritionem, & compunctionem auferatur reatus culpæ venialis, siue mortalis, non tamen auferẽt corporalis immundicia, & distractio mentis ex pollutione consecuta. Et ideo ratio non procedit, quia non est simile. ¶ Ad quartam dicendum, quod non est simile, quia somniũ homicidij non inducit corporalem immundiciam, nec etiã tantam distractionem mentis, sicut fornicatio propter intentionem delectationis, si tamen somnium homicidii proueniat ex

Margin notes: Quartũ ar. — Quitũ ar. — Opponit contrariũ. Respõdet. — S. Thom. — 2 — 2 ¶ Pollutio nocturna, in dormiẽte, quatuor de causis contingit, aut ex crapula, aut ex superfluitate, aut ex infirmitate, aut ex cogitatione. di. 6. c. sacramẽtum & ibi Ioã. & Gui. in summa illius di. plenius ĩ summa comp. li. 3. ti. 24. de facia. nõ iterã. q. 76. & sequ. — Ad primũ argu. — Ad secũdũ — Ad tertiũ. — Ad quartũ

niat ex causa;quæ est peccatum præsertim mortale, impedit à sumptione huius sacramẽti ratione suæ causæ. ¶ Ad quintũ tam respondetur,negando consequentiam,quoniam & si im mũdicia exterior trãseat nihilominus infectio corruptionis excitata quodammodo ex actu huiusmodi,vnde in hebetatione mentis relinquitur,& pronitas ad immundas cogitationes, & affectiones non transit.Et ideo non ex congruentia accedere prohibet ad sacramentum,nisi specialis causa interueniat.

Ad secundum. In quo quæritur † vtrum pollutio nocturna,quæ impedit à celebratione missæ impediat à perceptione sacramẽti.Sic immediate respondetur;ꝙ non omnis pollutio,quæ impedit ex congruitate celebratione missæ,impedit à perceptione sacramẽti.Ista conclusio est B.Gregorii,qui in textu ait,quòd illusio per crapulam facta,à perceptione sacramenti prohibere non debet;sed ab immolatione sacri mysterii abstinere humiliter debet.Sed qrit quare potius ab hoc q̃ ab illo . Respondet gloss.quòd quia talis illusio est peccatum veniale, sed hæc ratio nulla est,quoniam peccatum veniale,sicut nec impedit à perceptione,de conse.d.2.cum omne in princ.&.c.si nõ sunt tanta.ita nec à celebratione.Hu.vero ad hoc assignat duas rationes, prima,quia,qui conficit ad duo tenetur,facere,& accipere,in perceptione vero est tantum.Secundo , quia dignius est conficere , & accipere , quam accipere tantum cum hoc etiam laicis sit commune, primum aũt solis sacerdotibus,extra de sum.trin.c.1.Et ita per consequens amplior mundicia videtur requiri in celebratione mysterii huius sacrificii,quã in sumptione tantum,ideo non mirum, si aliqua immundicia corporalis non tanta congruentia honestatis impediret à perceptione,sacramẽti,sicut impediret à celebratione, vel executione tanti mysterii.Hic elicitur efficax argumentum
5 inquit dominus Archi. † ꝙ quamuis sit remotus à celebrando,siue suspensus,non propter hoc intelligitur suspensus,vel remotus ab interessendo diuini s. Ad idem 12.q.2.de viro.§. 1.in prin.& alia inducit,sed magis ad propositum videtur, ꝙ leprosus prohibetur publice celebrare, quãdo esset scandalum,& etiam secrete,quando esset periculum,de cle.ægro.c. tua.non tamen prohibetur a perceptione sacramenti.

6 Ad tertium. Dicendum vt S.Thom.dicit in. 4.di. 9. † ꝙ quidã dicũt quod homo debet peccare venialiter, vt aliquem à peccato mortali impediat, sed hoc dictũ contradictionem implicat quia ex hoc ipso,qđ dicitur peccatum ponitur indebitum fieri.vnde,si aliquid sit quod nullo mõ possit nõ esse peccatum non debet fieri, nec est etiam bonum fieri,nec licitum vt alius à mortali peccato liberetur,quamuis ad hoc ex quadam pietate animi etiam multi boni inclinarentur,sed potest hoc contingere,vt aliqd quod alias esset peccatum veniale,ex tali causa factum desineret esse peccatum,sicut diceretur aliquod verbum iocosum, quod non esset otiosum, si diceretur causa piæ vtilitatis , vnde si talis pollutio, quæ in casu necessitatis non impediat, deberet pollutus in casu proposito celebrare, alias non Hæc sanctus Thom.

Ad quartum. Respondet Albertus magnus in 4. dist.9. † Puto dicendum esse , quòd
7 abstinendum sit per horas.24.in quibus reuolutio tota completur.Et huius opi. quidã dant talem rationem, quia in illo tempore fit omnis ortus, & occasus imaginum,& stellarum cœli super corpus ad reordinandum,quia licet cœlum nõ habeat vim super liberum arbitrium habere tamen videtur super corpus ad immutandum, & continendum . Alexander vero de Halis recitans hanc opinionem dicentium hanc inordinationem compleri spatio.24.horarum,dicit,vnde dicunt,quòd tantum debet abstinere à celebratione post pollutionem, vnde si in dormitione meridiana cõtingat pollutio,debet in crastino cessare à celebratione, nisi ad nouã celebretur,vt in tempore ieiunii,quando expletæ sunt 24.horę Sanctus autem Thom.hanc opinio.rememorans in 4.di.9. dicit sic. Debet autem abstinere , vt dicunt, vsque ad 24. horas,quia in tali spatio natura deordinata per corporalem immundiciam,& mentis hebetationem,reordinatur. In tertia vero parte dicit,vbi supra,ꝙ immundicia nocturnæ pollutionis ex quadam congruentia,impedit à susceptione sacramenti per illum diem,quo accidit,vnde & Deut.23. dicitur, si fuerit inter vos homo,qui nocturno pollutus sit somno, egredietur extra castra,& non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua. Textus.¶ [Testamentum inducit] primo authoritatem veteris testamenti, ꝙ illusio,quæ in somnis accidit,impedeat à perceptione sacramenti[testamẽtum veteris legis].s.Leuit.15.vbi dicitur sic,vir, qui patitur fluxum seminis,immundus erit.Item vir de quo egredietur semen coitus,lauabit aqua corpus suum,& immundus erit vsque ad vesperam.item Deut.23.vbi sic dicitur,Homo,qui in nocturno pollutus fuerit somno,egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua,& post solis occasum egredietur in castra.[quod hic.] in quo notaẽ secunda pars huius.c.Gregorius explicat moralem intelligẽtiam præfatæ authoritatis,exponens illam de pollutione nocturna dicens,quod tamen populus spiritualis.i. christianus qui spiritualis populus dicitur,cum quia legem spiritualiter intelligit,non secundum carnalem intellectum tantum illam accipit. Tum secundo,quia ei maxime spiritualia.i. cœlestia bona promissa sunt secundum illud Mat.19.Omnis, qui reliquerit, &c.vitam æternam possidebit,item Mat. 10. centuplum accipiet,& vi.e.possi.Præterea Mat.5.beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorum,&c.Iudæis vero, tã quam carnalibus temporalia bona promissa legũtur dicente domino Esaię 1.Si volueritis,& audieritis me,bona terræ comedetis,& in.c.cum Matth.extra de cele.miss.[veris].i.realibus.[imaginibus] vt cum ex specie mulieris aliquis allicitur ad concupiscentiam, vnde ecclesiastici. 9. Ne circumspicias speciem alienam,propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia, quasi ignis exardescit.[aqua].s.penitentiæ,quæ sordes mundat[vsque ad vesperam.]i. vsq; ad ortum spiritus,siue quousque cesset ignis tẽtationis [sed est in eadem illusione.]hic est tertia pars huius.c.in quo prosequitur solutionem præfatæ quæstionis ad cuius solutionem dicit valere scire, ex qua causa ortum habeat illusio nocturnæ pollutionis.
8 † Ponit autem tres radices; vnde communiter talis illusio nascitur, dicens quòd talis illusio accidit aliquando ex crapula,aliquando ex naturæ superfluitate,vel infirmitate,aliquando ex turpi cogitatione,qua diuisione posita,respondet ad quæstionem dicens,quòd pollutio , quæ ex naturæ superfluitate euenit non est timenda,quæ ex crapula accidit,non prohibet à perceptione sacramenti simpliciter vt puta cum dies festus exigit aliquod exhibere mysterium pro eo quòd sacerdos filius deest ipsa necessitas compellit. Quæ vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur prohibeti. Sed contra hanc determinationem Gregorij arguitur, & videtur,quòd non bene determinet,quoniam , q. ôd pollutio prohibeat à perceptione sacramenti,si oriatur ex tali causa, & non prohibeat, si accidit ex alia causa . Aut ex eo , quod peccatum committitur in pollutione , quando prouenit ex vna causa,& non quando prouenit ex alia.Hoc autem esse nõ potest cum nunq̃ committatur peccatũ in somno , cũ vsum rationis non habeat dormiens.Aut hoc est propter fœditatẽ & immundiciam corporalem,quod non videtur , cum tanta sit fœditas,& immundicia quando prouenit ex vna causa,sicut ex alia . Aut hoc est quia causa illius est peccatũ , & causa alterius non,vel quia maius peccatum est hoc quã illud , sed hoc non videtur cum tantum sit peccatum crapula , quantũ præmeditatio,vel turpis cogitatio,vel maius peccatum. Pollutio,autem proueniens ex crapula non impedit, sicut quæ prouenit ex præmeditatione, secũdũ solutionẽ ipsam Gregorii,ergo non videtur conuenienter solutum . Respondetur ad hoc dicendum est,vt dicit Alexander de Halis in quarto,quòd non sine causa dicit B.Gregorius,quòd quando aliquis pollutus est ex p̃meditatione,nõ debet accederet, & ꝙ si ex quacunque alia causa sit pollutus,potest vel simpliciter vel in casu.Causa huius est,quia illa pollutio,quæ est ex præmeditatione,magis inclinat mentem ad affectiones inordinatas,& cògitationes,& fortiorem relinquit impressionem in mẽte.Præterea pollutio,quæ prouenit ex meditatione est ab illa effectiue.Quæ vero est ex crapula,est ex illa materialiter.Et ideo quæ est ex præmeditatione.quæ est voluntaria plus habet ex parte nostra,quam illa,quæ est ex crapula.quæ frequenter prouenit ex surreptione.vnde & si crapula sit maius peccatum,quam cogitatio huiusmodi tamen pollutio, quæ est ex pręmeditatione magis inficit , & magis imputatur polluto propter causas prædictas quam alia ¶
9 † Sed quæri potest hic quare opera carnis magis impediunt accessum ad corpus Christi,quam alia opera , quæ sunt venialia tantum. Ad hoc respondet idem Alexander de Halis sic, quia veniale alterius generis non est tantæ potestatis , vt sic peruertat ordinem naturalem,nec habet tantam irreuerentiam annexam

Ad quintũ

Gregorius

Hugo

Archid.

S. Thom

Albertus magnus.

Alexander de Halis.

S.Tho.

Exponit literam

Arguit cõtra determinationẽ Grego.

Respõdet.

Respõdet Quæstio.

tiam annexam non coercet, ab immolatione, & sumptione, maxime propter difficultatem cauendi à veniali, quia, vt dicitur eccles. 7. Non est iustus, qui non peccat.

1 *Peccatum omne tribus completur, suggestione, delectatione & consensu.*
2 *Peccatorum origines sunt duæ.*
3 *Peccatum dicitur insensibile.*
4 *Fomes peccati, qui est ex carne, & repugnat menti rectæ dicitur lex.*



Ed pensandum. Licet autem inter paleas computetur, & multi libri illam non habeant; nihilominus exponendo literam aliquid dicemus, Abstinebimus tamen à disputatione diffusa literæ, quia fortassis alibi veniet locus disputandi de cogitatione, quando fit peccatum aut veniale, aut mortale. Et de suggestione Diaboli. Hic magister Gratian⁹, quia superius mentionem fecerat de cogitatione, subdit, quando cogitatio sit peccatum, & quando non, & quando mortale, & quando veniale, dicens, Sed pensandum est, an ipsa cogitatio in suggestione, an in delectatione, vel quod maius est, in cōsensum peccati ceciderit. Et diuiditur hæc pars in quatuor partes, Primo. n. distinguit cogitationē dicens, ꝙ tribus modis impletur omne peccatum. Secundo distinctionem declarat, ibi: Suggestio. Tertio contra distinctionem notat differentiam graduum ibi. Et necessaria est. Quarto distinguendo, quæstionem soluit ibi: Cum. n. malignus. Sequitur text.

Cōtinuatio

Diuisio.

Quītū ar.

Exponit literam.

1 ¶ [Tribus. n. modis] ita dicit Augustinus libr. 1. de sermone domini in monte. c. 12. † Tria sunt quibus completur oē peccatum. Suggestione, delectatione, Et consensu. [Suggestio quidem fit per Diabolum] Non. n. ita hoc accipiendum est,
2 ꝙ omnia peccata sint ex suggestione Diaboli: Nam etiam, vt ait Augustinus. li. 3. de li. ar. † Duæ sunt origines peccatorum. Vna spontanea cogitatione. Alia persuasione alterius, quæ pertinere arbitror, quod dicit ꝓpheta. Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. [delectatio per carnem.] i. sensibilem, siue inferiorem rationē; delectatio. n. importat motum appetitiuæ virtutis, sensibilitas autem (vt dicit Magister sententiarum in 2. d. 24.) est quædam vis animæ inferior, ex qua est motus, qui intenditur in corporis sensus, atque appetitus rerum ad corpus pertinentium. [consensus per spiritum,]. s. per superiorem partem reationis. [quia & primus serpens, &c.] hic ostendit, quod dixerat de progressu peccati per similitudinem præcessisse in peccato primorum parentum, quia (vt ait Magister sententiarum in secundo di. 24.) talis in vnoquoque homine tentationis est ordo, & progressio, qualis tunc in primis præcessit parentibus, etenim tunc serpens mulieri malum suasit ipsa quoque cōsensit, deinde viro suo dedit, sicque consummatum est peccatum, ita & nunc in nobis pro serpente est sensibilis motus animæ, pro muliere inferior portio rationis pro viro superior rationis
3 portio. [Nasci] † vnde dicitur esse peccatum insensibile, sicut incorupta origine, & cum motus ille non habeat perfectam rationem, peccati, eo quòd etiam contra voluntatem sæpe, consurgat in homine, dicit Magister sententiarum, vbi supra ex autoritate B. Augu. quòd si in motu sensuali tantū peccati illecebra teneatur, veniale, atque leuissimū est peccatum [perfici.] etiam vt dicit Augu. si non sequatur factum. [miles]. s. Paulus [dicens.]. s. ad Rom. 7. [video aliam legem.] i. fomitē peccati, qui regnat [in mēbris meis] gl. vt in oculo ad cōcupiscendum, in manu ad operandum, & huiusmodi. [Repugnā
4 tem legi mentis meæ.] i. legi, & rationi meæ coniunctis in vnum. † Nota, quòd vt habetur in glo. ordinaria, fomes peccati, qui est ex carne, & repugnat menti rectæ dicitur lex, quia legitime factū est, vt, qui non obediunt suo superiori, ei, nō seruiat suum inferius. i. caro. Supra te est Dominus tuus, infra te est caro tua, serui meliori, vt seruiat tibi inferior. Contempsisti superiorem, torqueris ab inferiori. [Dico repugnātem.] vel captiuantem me, vel captiuum ducentem me [in legem peccati.] i. in peccatum, quòd dicitur lex, quia dominatur, vt dictum est, quæ. s. lex, [est membris meis.] i. ex carne, Si autem captiuus, non est cōtradictio, quòd sit captiuus, & pugnaret; quia captiuus erat non ex toto, sed parte ex carne, non ex mente, ideo mente repugnabat, & delectabatur legi Dei licet ex parte carnis captiuus ducebatur lege ipsa concupiscentiæ carnalis. [liber ex iustitia]. i. diuina gratia, qua adiu

Magister sentētiarū

uante, malas suggestiones pōt spernere, & cōtraria superare.

2 *Pollutio nocturna dupliciter potest considerari.*



On est. ¶ Hic ponitur secunda pars huius distinctionis, ī qua magister Gratianus declarat, quando nocturna pollutio sit peccatum, vel sequela peccati, & quando non & diuiditur hoc. c. in duas partes, ī prima declarat autoritatem Isidori, quando pollutio, quæ in somnis contingit non sit peccatum, & quando sit sine sequela peccati. In secunda, inducit autoritatem eiusdem Isidori; ꝙ passus nocturnam pollutionem, licet sine memoria turpium cogitationum, semper tamen debet immundiciam illam fletibus tergere, quasi culpæ suæ illam ascribens. Pro cuius partis intellectu pleniori hic quæruntur tria.

Cōtinuatio

Diuisio.

1 ¶ Primo, vtrum pollutio nocturna sit peccatum.
3 ¶ Secundo, vtrum pollutio, quæ incipit in somnis, & terminatur in vigilia, sit peccatum.
4 ¶ Tertio, vtrum pollutio nocturna, quæ placet vigilanti, sit peccatum.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quòd nocturna pollutio sic peccatum primo sic. Meritum, & immeritum, cum sint contraria, habent, fieri circa idem. Sed dormiens potest mereri, sicut patet de Salomone, qui dormiens, à Domino donum sapientiæ impetrauit, vt dicitur. 3. Reg. 3. & secundi paralip. 1. ergo in dormiendo potest quis demereri, & ita videtur, quòd nocturna pollutio sit peccatum. ¶ Secundo, quicunque habet vsum rationis, potest peccare, sed dormiendo aliquis habet vsum rationis, quia frequenter aliquis in somnis ratiocinatur, & præeligit vnum, alteri consentiens, vel dissentiens, ergo in dormiendo potest aliquis peccare, & ita propter somnū nocturna pollutio non impeditur, quin sit peccatum, cum ex genere actus sit peccatum. ¶ Tertio frustra increpatur, & instituitur, qui non potest vti agere, secundum rationem vel contra rationem, sed homo in somnis instituitur, à Deo, & increpatur secūdum illud Iob. 33. per somnum in uisione nocturna, quando sopor solet occupare homines tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instituit disciplina, ergo in somnis potest aliquis agere secundum rationem, vel contra rationē, quòd est bene agere vel peccare. & sic videtur, quòd pollutio nocturna sit peccatum. ¶ Quarto quicunque potest consentire, & dissentire alicui turpi, reus videtur esse, si consentiat, quia talis videtur esse dominus sui actus. Sed dormiens aliquando dissentit turpitudini præsentatæ, aliquando autem consentit, ergo, quando consentit videtur esse reus peccati. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. ¶ Secundo est, ꝙ Augus. dicit super Gen. ad literam, ipsa fantasia, quæ fit in cogitatione sermocinantis, cum expressa fuerit in uisione somniantis, vt inter illam, & veram coniunctionem corporis nō discernatur continue mouetur caro, quæ cum motum sequi solet, cum hoc tam sine peccato fiat, quam sine peccato à vigilantibus dicitur, quòd, vt diceretur, sine dubio cogitatum est. ¶ Respondet dicēdum iuxta sanctum Th. in 2. 2. q. 154. † quòd nocturna pollutio dupliciter potest considerari, Vno modo secundum se, & secundum hoc non habet rationem peccati. Omne. n. peccatum dependet ex iudicio rationis, quia etiam primus motus sensualitatis non habet, quòd sit peccatum nisi inquantum iudicio rationis reprimi potest, & ideo sublato iudicio rōnis, tollitur ratio peccati, in dormiēdo autem ratio non habet liberum iudicium. Nullus. n. est dormiens, qui non intendat aliquibus similibus fantasmatū, velut rebus ipsis. Et ideo id, quod agit homo dormiens, qui non habet liberum iudicium rationis, non imputatur ei ad culpam, sicut nec quod agit furiosus, aut amens. Alio modo potest considerari nocturna pollutio per comparationem ad suam causam, quæ potest esse triplex. Vna quidem corporalis; cum. n. humor seminalis superabundat in corpore animalis, cum facta est humorum resolutio, vel per nimiam calefactionem corporis, vel propter quancunque aliam commotionem, somniat dormiens ea, quæ pertinent ad expulsionem huius humoris abundantis, vel resoluti, sicut etiam accidit, quādo natura grauatur ex aliqua alia superfluitate, ita, ꝙ quandoque formantur in imaginatione fantasmata pertinentia ad emissionem talium superfluitatum. Si igitur superabūdantia talium humorum sit ex causa culpabili; puta cum est ex superfluitate cibi vel potus, tunc nocturna pollutio habet rationem culpæ ex sua causa. Si autem superabundantia, vel resolutio

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Quartū ar.

Opponit ī contrariū. Scđa opp.

Respōdet. Prima consideratio.

Scđa consideratio

resolutio talis humoris non fit ex aliqua causa culpabili, tūc nocturna pollutio non est culpabilis, nec in se, nec in causa sua. Alia vero causa nocturnæ pollutionis potest esse animalis interior, puta cum ex cogitatione præcedenti contingit aliquem dormientem pol ui, cogitatio autem quæ in vigilia præcessit, quandoque est pure speculatiua, puta cum aliquis causa disputationis cogitat de peccatis corporalibus, quandoque autem est, cum aliqua affectione vel concupiscentiæ, vel horroris. Contingit autem pollutio nocturna ex cogitatione magis carnalium vitiorum, quæ sint cum concupiscentia aliarum delectationum, quia ex hac remanet quoddam vestigiū & inclinatio in anima, ita, quòd dormiens facilius inducitur in sua imaginatione ad consentiendum actibus, ex quibus sequitur pollutio; & secūdum hoc Philosophus dicit in primo ethicorum, quod inquantum paulatim pertranseunt quidam motus à vigilantibus ad dormientes, meliora fiunt fantasmata studiosorum, quam quorumlibet. Et Augustinus dicit 12. super Gen. ad literam, quòd propter animæ bonam affectionem quædam eius merita etiam in somniis clarent, Et sic patet, quod nocturna pollutio habet rationem culpæ ex parte suæ causæ. Quandoque tamen contingit ex præcedenti cogitatione carnalium actuum etiam speculatiua, vel si sit cū horrore, sequitur in somnis pollutio, & tunc non habent rationē culpæ nec in se, nec in sua causa. Tertia vero causa est spiritualis extrinseca, puta cum ex operatione Demonis commouētur fantasmata dormientis in ordine ad talem effectum, hoc quidem quandoque est cum peccato præcedentis. s. negligentia præparandi se contra demones, illusiones, vnde & in sero cantatur, Hostemque nostrum comprime, ne polluantur corpora. Quandoque vero est absque omni culpa hominis ex sola nequitia Demonis, sicut in collationibus patrum legitur de quodam, qui semper in diebus festiuis pollutionem nocturnam patiebatur hoc diabolo procurante, vt impediretur à sacra communione. Sic igitur patet, quòd nocturna pollutio nunquam est peccatum, quandoque tamen est sequela peccati præcedentis. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā dicendum, quod Salomon non meruit in dormiendo sapientiam à Deo, sed fuit signum præcedentis desiderii, propter ꝙ dicitur talis petitio placuisse Deo, vt Augustinus dicit 12. super Gen. ¶ Ad secundum dicendū, quod secundum ꝙ vires sive potētiæ interiores magis, vel minus opprimūtur à somno, propter vaporum turpulenta, vel puritatem, secundum hoc vsus rationis magis, vel minus impeditur in dormiendo, tamen semper quantum ad aliquid impeditur, vt non possit omnino liberum iudicium habere, & ideo non imputatur ei ad culpam, quod tunc agit. ¶ Ad tertiam, dicendum, quòd apprehensio rationis non ita impeditur in somno, sicut est iudicium, quod perficitur per conuersionem ad sensualia, q̄ sunt prima principia cogitationis humanæ, & ideo nihil prohibet hominem secundum rationem apprehendere aliquid de nouo in dormiendo, vel ex ipsis reliquiis præcedentium cogitationum, & fantasmatibus ablatis, vel etiam ex reuelatione diuina, aut immissione angeli boni, vel mali. ¶ Ad quartum respondetur; quòd assumptum est verum, cum quis consentit turpitudini, pleno siue libero iudicio rationis, quod nō contingit in somno. Pro quo notandum, vt dicit S. Thom. in. 4. ꝙ s̄m ꝙ sensus magis, vel minus ligant à passione somni, secundum hoc etiam iudicium rationis magis vel minus impeditur: vnde quandoque homo considerat, hæc, quæ apparent somnia esse, sed quia in dormiendo, nunquam sunt sensus soluti, ex toto ideo etiam rationis iudiciū non est ex toto liberū, vnde semper cū aliqua falsitate iudiciū rōnis, est etiam si quantum ad aliquid sit verū, & inde contingit, quod aliquis in somno aliquando consentit turpitudini, aliquando non, quia tamen iudiciū rationis non est omnino liberum, & per cōsequens nec liberi arbitrii, vnde nec talis consensus, vel dissensus potest esse meritorius, vel demeritorius in se.

Ad primū arg.

Ad secūdū

Ad tertiū.

Ad quartū

3 Ad secundum. Articulum sic proceditur. † Et videtur, quòd pollutio, quę incipit in somnis, & terminatur in vigilia sit peccatum. Nam actiones, & motus ex terminis iudicantur, sed nocturna pollutio, frequenter in vigilia finitur, quamuis in somno inchoetur, ergo est iudicanda, ac si in vigilia fieret, & ita est peccatum. Sed contra est quod Aug. dicit 12. super Gen. ad literam. Ipsa phantasia quæ fit in cogitatione sermocinantis, cum expressa fuerit in visione somniantis, vt inter illam, & veram coniunctionem corporum non discernatur, continue mouetur caro. Et sequitur, quod eum motum sequi solet, & cum hoc tā sine peccato fiat. quam sine peccato à vigilantibus dicitur, ꝙ vt diceretur, sine dubio cogitatum est; ergo nocturna pollutio non est peccatum. Respondet. dicendum, quòd talis pollutio non est peccatum. Ad argumentum factum in contrarium dicendum; ꝙ corporales motus non pertinent ad meritum, vel demeritum, nisi secūdum ꝙ à voluntate, quasi à principio causantur. Et ideo nocturna pollutio magis iudicatur quantum ad rationem meriti, vel demeriti secundum principium; quod est in dormiendo, quam secundum terminum, qui est in vigilando; quia ex quo in dormiendo excitatus est motus carnis, non subiacet voluntati vigilantis, vlterius motus ille nec reputatur euigilasse, quousque perfectæ vsum liberi ar. recuperauerit. Potest tamen contingere, quòd in ipsa euigilatione peccatum oriatur, si quidem pollutio propter delectationem placeat, quod quidem erit veniale peccatum, si sit ex subiectione talis placentia. Mortale autem, si sit cum deliberatione, & cōsensu, & præcipue cum appetitu futuri. ista autem placentia non facit præteritam pollutionem peccatum, quia ipsius causa non est, sed ipsa in se peccatum est. Si aut placeat, vt naturæ alleuiatio, vel exoneratio, peccatum non creditur secundum Dominum Bonauenturam.

Opponit in contrariū.

Respōdet. Ad argumētum.

4 Ad tertium. Autem, in quo quæritur, † vtrum pollutio nocturna, quæ placet vigilanti, sit peccatum, patet responsio ex proxime dictis in præcedēti quæstione, quòd non licet ipsa placētia possit esse peccatū. Potest autem placere ipsa pollutio nocturna, vel propter releuationem, & si sic. aut ista delectatio est subita, vel ex subiectione, & tunc talis complacentia est veniale peccatum. Si vero talis placentia sit cum deliberatione, & consensu, & præcipue cum appetitu futuri, talis est peccatum mortale. Si vero pollutio nocturna placeat propter aliam causam, vt puta propter deonerationem naturæ, aut quia propter pollutionem habitam hodie confidit, quod cras, in qua occurret dies festiuus, aut dies in qua ex officio tenetur celebrare non sit habiturus illam, tunc non creditur esse peccatum. ¶ [Non est peccatum] .s. nocturna pollutio, quæ fit in somnis. [quando nolentes imaginibus nocturnis.] q. ū. n. in somno sensus ligati sint, nullum iudicium animæ est liberum, nec rationis, nec sensus cōmunis, & ideo nec motus appetitiuæ virtutis est liber, & per cōsequens in somno non potest esse peccatum, vel meritum. [sed tunc est peccatū.] .i. signum, siue effectus peccati, [quādo cogitationes immūdæ affectibus præuenimur] .i. illa pollutio nocturna videtur esse peccatum siue effectus peccati, eo modo loquendo, quo effectus nominatur nomine suæ causæ, q̄ ex turpi cogitatione vigilātis cū aliqua effectione oritur, & hoc significatur per hoc, quod dicitur. [affectibus prçuenimur.] quia, si cogitatio turpium in sola cognitione maneat, vt cum quis disputans de talibus, oportet ꝙ loquens cogitet, nō est peccatum talis cogitatio, nec per consequens pollutio inde secuta est effectus peccati, sed cum affectionem attingit peccatum est, & si in sola delectatione finitur veniale, si vero consensus adiungitur mortale est. Et ita potest discerni; quando pollutio ex peccato accidit; & quando non, & aut ex veniali, aut mortali. [In veritate.] i. realiter. [innoxiæ.] i. sine aliqua peccato.] s. concupiscendo.] .s. sine delectatione, & consensu occurrunt, vel [innoxiæ] id est non damnabiles, vel mortiferæ. [si concupiscendo] .i. consentiendo delectationi, non currunt, quia tunc solū sunt veniale peccatum, & minimum, vt dicit Aug. alias esset mortale vt dictum est. ¶ Item secunda pars [tribuat.] i. ascribat sibi existimando, quòd forte talis pollutio propter negligentiam, aut indeuotionem, & propter aliquod peccatum suum acciderit, bonarum. n. mentium est, vt ait Gregorius. supra d. proxi. c. ad eius. ibi etiam culpas agnoscere, vbi culpa non est, & c. [fletibus.] saltem cordis.

Exponit literam.

1 *Præceptum vitæ agendę est duplex.*
2 *Diuina non sunt reuelanda hominibus, nisi secundum eorum capacitatem.*
3 *Præceptum de obseruatione sabbati partim est morale, & partim cœremoniale.*
4 *Finis præceptorum cœrimonialium est duplex.*
5 *Cœrimonialia qualiter distinguantur à moralibus.*

His itaque. Hic sequitur tertia pars distinctiones, in qua magister Gratianus reuertitur ad propositum præcedentis distinctonis soluendo obiectionem, quam fecerat in prin. præfatæ quintę distinctionis, arguendo,

Continuatio.

guendo, ꝙ lex naturalis esset mutabilis, attento ꝙ multa, quę in lege scripta erant iam mutata essent in noua, quod nos circa secundam partem distinctionis præfatæ. s. quintæ plenius disputando explorauimus. Stat autem virtus solutionis, quā hic in litera dat magister Gratianus in duobus. Primo dicit, ꝙ licet ius naturale contineatur in lege, & euangelio, vt dictum est distinctione 1. c. ius naturale. non tamen omnia, quę in lege, & euangelio continentur pertinent ad ius naturale. Et ideo si aliqua huiusmodi mutationem suscipiant, non sequitur, quòd ius naturale mutetur. Secundo dicit de contētis in leg. quòd quædam sunt moralia, sicut sunt præcepta decalogi. & quædam mystica id est figuralia, quemadmodum sunt cœremonialia; vnde de istis duobus dicit Augustinus contra Faustum; ꝙ in lege veteri sunt præcepta vitæ significandæ, & præcepta vitæ agendæ, per quæ duo moralia, & cæremonialia præcepta videntur significari. Sed arguitur contra duo, quæ hic ponit Gratianus. Primo cōtra hoc, quòd solum in lege dicit comprehendi moralia, & mystica, siue figuralia, quæ maxime dicuntur cæremonialia; quia sicut in cōclusione habitum est, in lege veteri non solum moralia, & cęrimonialia, sed etiam iudicialia præcepta continenbantur, vnde De. 6. dicitur hæc sunt præcepta, cęrimoniæ, atq; iudicias. Ecce tria. Respondetur, quòd sub mysticis, siue significatiuis magister Gratianus videtur comprehendisse iudicialia, sicut etiam B. Aug. in autoritate præmissa sub præceptis vitæ agēdæ, & moralia, & iudicialia comprehendit, quia vtraque pertinent ad directionem vitæ humanæ. † præceptum. n. vitæ agendæ duplex est, vt dicit Alexa. de Halis in tertio, quia aut est de honesto, aut expediēti. De honesto, & immutabili bono est præceptum morale. de expedienti etiam bono secundum statum concupiscentiæ refrenandæ, sunt præcepta iudicialia. ¶ Secundo, contra hoc arguitur, quòd cærimonialia dicit significatiua, siue figuralia. Et arguitur sic, Pertinet. n. ad officium cuiuslibet Doctoris, vt sic pronuntiet, vt de facili intelligi possit, sicut Aug. dicit in quarto de doc. christiana, & videtur esse maxime necessarium in legislatore, quia præcepta legis populo proponuntur. vnde lex debet esse manifesta vt Isidorus dicit supra d. 4. erit autem. Si igitur præcepta cœrimonialia data sunt in alicuius rei figuram, videtur inconuenienter tradidisse huiusmodi præcepta Moysi non exponens quid figurarēt. † Ad quod respondetur; quòd diuina non sunt reuelanda hominibus, nisi secūdum eorum capacitatem, alioquin daretur eis præcipitii materia, dum contēnerent, quæ capere non possent. Et ideo vtilius fuit, vt sub quodam figurarum velamine diuina mysteria rudi populo traderentur, vt sic saltem ea implicite cognoscerēt, dum illis figuris deseruirent ad honorem Dei. [Nullā mutabilitatem]. Contra præceptum de obseruatione Sabbati continetur inter præcepta decalogi, quæ sunt moralia, & tamen mutatum est. Respondetur, † quod præceptum de obseruatione sabbati partim est morale, & partim cærimoniale. Morale. n. quantum ad hoc, quòd homo tenetur vacare diuinis; ratio. n. naturalis dictat, vt homo aliquo tempore contemplationi vacet. Cærimoniale vero quantum ad taxationem, seu determinationem tēporis in quo vacandum sit diuinis, vnde cū hæc determinatio temporis non sit dedictamine legis naturalis, non est secūdū hoc præceptum morale, sed cærimoniale, requies. n. diei sabbati figurabit requiē Dñi in sepulchro, in quo iacuit per totā diem naturalem sabbati, & quia cœremoniæ legis veteris cessant adueniente veritate, iō in noua lege non obseruatur dies sabbati quantum ad illud quod est cærimoniale. s. quantum ad terminationem temporis, sed loco eius obseruatur dies Dominica, quantum vero ad illud quod de lege naturali continebatur obseruatio sabbati, prout morale præceptum est tempore gratiæ non cessauit, sed immutabile permanet. Dicit autem glossator in glo. quòd cærimonialia dicuntur illa, de quibus ratio reddi non potest, quare ad literam sint mandata, & ponit exemplum in tribus videlicet. Non arabis in boue, & asino. Non feres vestem de lana, & lino contextam. Non feres agrum diuerso semine. Sed istud dictum glossatoris dupliciter peccat. Primo in hoc, quod dicit de cęrimonialibus rationem literalem reddi nō posset quoniam cærimonialis præter causas figurales, & mysticas causas siue rationes, habent etiā literales. Pro quo sciendum vt pulchre deducit S. Th. in 1. 2. q. 102. ar. 2. sic dicens, Ratio eorum, quæ sunt ad finem oportet, quòd à fine sumatur. † finis autem preceptorum cœrimonialium est duplex, Ordinatur. n. ad cultum Dei pro tempore illo, & ad figurandum Christum sicut etiam & verba prophetarum sic respiciebant præsens tempus, quòd etiam in figuram futuri dicebantur, vt Hieronymus dicit super Oseā. Sic igitur rationes præceptorum cæremonialium veteris legis dupliciter accipi possunt, Vno modo ex ratione cultus diuini, qui erat pro tempore obseruandus. Et rationes istæ sunt literales, siue pertineant ad vitandum idololatriæ cultū, siue ad rememorandum aliqua Dei beneficia, siue ad insinuādum excellentiam diuinam, vel etiam ad designandum dispositionem mentis, quę tunc requirebatur in colētibus deū. Alio modo possunt eorum rationes assignari, secundum, ꝙ ordinantur ad figurandum Christum, & sic habent rationes figurales, & mysticas, siue accipiantur ex ipso Christo, & ecclesia, quod pertinet ad allegoriam, siue ad mores populi Christiani, quod pertinet ad moralitatem, siue ad statum futuræ gloriæ, prout in eum introducuntur per Christum, quod pertinet ad anagogiam. ¶ Secundo glossator peccat in hoc, quòd ait, quòd de tribus illis mādatis cerimonialibus ratio ad literam assignari non potest, quoniam doctores theologi non modo mysticas, verum etiam literales rationes assignant, vnde illud mandatum primum, quod scribitur Deut. 21 Non arabis cum boue, & asino. rationem habet literalem duplicem, vna est quam magister Alexander de Halis in tertio. S. Tho. in prima secundę, in detestationem idololatriæ. Istas autem coniunctiones tam diuersorum generum in operibus suis sicut diuersorum animalium & seminum faciebant idololatræ Aegyptii, iuxta coniunctiones planetarū & quasdam alias constellationes, credentes ex hoc opera, eorū prosperari. voluit ergo Deus per hoc remouere falsitatem credulitatis istorum, ne per eam creatore relicto ad stellarū seruitia traherentur. Alia ratio est quam ponit Nico. de lyra super Deu. 3. c. 22. quia cum hoc sit fortior, & habeat maiorem passum asinus nimis grauaretur, si cum eo in oī opere copularetur. Ratio vero mystica huius mādati, vt dicit S. Tho. vbi supra, est. Nō est arandū cum boue, & asino, quia fatuus sapiēti prędicatione non est associandus, quia vnus impedit alium. Præterea aliud mandatum, quo præcipiebatur. Deu 22. Non feres vestimentum ex lana & lino contextum, non solum habet rationes mysticas, siue morales, sed etiam literales. Vna est quam ponit Iosephus vt dicit Nico. de lyra, vbi supra propter reuerentiam sacerdotii, quia in vestibus summi sacerdotis erat talis cōmistio texturæ, & ideo non erat licita aliis, vestis, sic contexta. Alia autem ratio assignatur à magistro Alexan. de Halis in 3. ne. s. populus Dei assimularetur idololatris, qui beneficio stellarum putabant prouenire fecunditatem, & copiam lanę in animalibus, & fertilitatem in agris, vnde propter hoc lanam, & linum simul in vestibus coniungebant, vt ipso habitu confiterentur se ad stellarum cultum, & seruitium obligatos. S. vero Thom. in 1. 2. assignans rationē, huius, ita dicit, Voluit. n. Deus, vt eius populus ab aliis populis distingueretur, non solum signo circuncisionis, sed etiam habitus distinctione. Et ideo prohibitum fuit eis, ne induerentur vestimento ex lana, & lino contexto, & hoc propter duo. Primo quidem ad vitandum idololatriæ cultum, huiusmodi. n. varijs vestibus ex diuersis confectis gētiles in cultu Deorum vtebantur. Alia ratio est ad declinandum luxuriam, Nam per commistiones varias in vestimentis omnis inordinata commistio coitus excluditur. Figuralis autem ratio est, quia in vestimento contexto ex lana, & lino interdicitur coniunctio simplicitatis ignorātiæ, quæ significatur per lanam, & subtilitatis militię, quæ significatur per linū. ¶ Cæterū aliud mandatum quo pręcipiebatur Leu. 19. Agrum non seres diuerso semine, causam etiam habet literalem, & nō tātum figuralem literalis vero causa huius prohibitionis, vt vt dicit S. Thom. vbi supra est, in detestationem idololatrię, quoniam Aegyptij in venerationem diuersas commistione, faciebant, & in seminibus, & in animalib⁹, & in vestibus, vt dictum est, repręsentātes diuersas coniunctiones stellarum, vel omnes huiusmodi coniunctiones variæ prohibentur ad detestationem coitus contra naturam. Causa vero figuralis huiusmodi prohibitiones est, quia ager. i. ecclesia non est seminandus diuerso semine in doctrina catholica, & hęretica, aliena. i. separata. † Cęrimonialia. n. in hoc distinguuntur à moralibus, quia moralia cum secundum se sint de illis, quę ad mores pertineant ad legem naturę, cæremonialia autem nō. Sed contra pręcepta, quæ dicuntur cęremonialia pertinere videntur ad cultum diuinum, sed diuinus cultus est actus virtutis. s. religionis, quę (vt ait Tullius in sua theorica) diuinę naturę curam, ceremoniamque affert. Cum ergo eá, quę sunt de

Primū ar.

Respōdet;

1 Alexander de Halis

Secūdū arḡ

Respōdet. 2

3

Nota contra glossatorem.

4

Alexande de Halis

Nicolaus de lyra.

Iosephus.

Alexan. de Halis.

S.Thom.

S.Tho.

actibus virtutum videantur pertinere, ad legem naturæ, videtur nõ esse verum, quod dicit Gratianus, ꝙ cœrimonialia sint aliena à iure sine lege naturali. Respondetur, quòd cęrimonialia dicuntur pertinere ad cultum diuinum, non sicut præcepta cultus diuini, sed sicut determinationes cultus diuini, vnde colere Deum actus virtutis est, & est præceptũ morale, sed determinatio huiusmodi præcepti, s. colatur talibus hostijs. & talibus muneribus, hoc pertinet ad præcepta cære monialia, vnde sicut determinationes legis naturæ, quæ fiũt per legem humanam non dicuntur esse de iure naturę, sed de iure positiuo, vt quòd tali, vel tali pęna puniatur, ita hæ determinationes præceptorum moralium non pertinẽt ad legem naturæ, sicut ipsa præcepta moralia. ¶ [Quantum ad moralem intelligentiam inueniuntur annexa]. i. conuenientia legi si iuri naturali, quia mores boni dicuntur quia rationes conueniunt. Omne autem humanæ rationis iudicium aliqualiter à ratione naturali deriuatur [immutabilitatem nescire probatur.] quia secundum moralem intelligentiam significant aut vitia, quæ semper vitanda sunt, aut ea, quę ad cultum interiorem diuinum pertinẽt, qui maxime fide, spe, & caritate perficitur, vt dicit Aug. in Enchiridio, quæ semp habẽda, & possidenda à fidelibus Dei cultoribus sunt. Verum quia de materia ista in præcedenti distinctione satis dictum est, in quæstionibus, sufficiant hæc pauca hoc in loco.

Exponit literam:

1 *Ius cosuetudinis an dicatur ortum à tempore, quo Cayn dicitur ciuitatem ædificasse.*

Et quando dicatur reparatum. nu. 2.



IVs vero. Hic est quarta pars huius distinctionis, in qua postquam ostendit magister Gratianus, à quo cepit ius naturale, incipit ostendere à quo tempoe cœperit ius consuetudinis. Et dicit quòd tempore Cayn Pro cuius pleniori intelligentia. † Quæritur, vtrum sit conuenienter dictum, ꝙ à tempore, quo Cayn legitur ciuitatem ædificasse, ius consuetudinis dicatur ortum. Et arguitur quod non, Primo sic, Ante hoc tempus erant multi homines, licet. n. scriptura non exprimat, multi iã homines erant; quorum auxilio Cayn ædificauit ciuitatem. quia vt dicit Aug. Cum homines diu viuerent, multos poterãt generare, non est vero simile, quod illi aliquo iure consuetudinis nõ viuerent, ergo, & c. ¶ Secundo non videtur cõueniens, quòd à Cayn, qui in iustissimus fuit, ius illud dicatur habuisse ortum. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. ¶ Responde. dicendum, ꝙ conuenienter videtur dictum, quod ius cõsuetudinis credatur ortum à tẽpore supradicto. Cuius ratio est, quia cum ius consuetudinis sit, quod in communi est vsu vtẽtium, vt supra, dictinctio. prima consuetudo, ius consuetudinis præsupponit populum, siue communitatem adunatam & simul iuris consensu conuenientem, à qua introducatur consuetudo, quæ tunc introduci dicitur cum populus aliqd obseruare incipit ea mente, vt decætero sit consuetudo, vel vt alii dicunt, cum expresse placet populo aliqud obseruari pro consuetudine in futurum. Cum ergo antequam Cayn, ædificasset ciuitatem, non legatur aliqua multitudo hominũ iuris consensu sociata, recte creditur, siue æstimatur, quòd ab illo tempore ius consuetudinis ortum susceperit. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, ꝙ licet credãtur plures fuisse ante ędificationem turris, nihilominus nõdum erat aliquis populus, quia populus non dicitur solum multitudo hominum, sed multitudo hominum iuris consensu adunata. ¶ Ad secũdam respondetur, quòd ratio illa non facit ad propositũ. quoniam non dicitur in litera, quòd à Cayn ius cõsuetudinis cæperat, sed à tempore, quo ciuitatem construxit, quia tunc videntur homines simul conuenire ad conueniendũ in vnũ. ¶ [Ciuitatem.] Legitur. n. Ge. 4. quòd Cayn ædificauit ciuitatem, & vocauit nomen eius ex nomen filii sui Enoch. vt .n. ait Iosephus, Cayn rapinis, in violẽtia opes cõgregãs suos ad latrocinia inuitabat, & timens, quos lædebat ob securitatẽ suos vrbibus collegit, & tandem [cum ius consuetudinis in diluuio propter raritatem hominum videtur, quasi extinctũ † postea à tempore Nebroth reparatum æstimatur] de quo dicitur gen. decimo ipse cæpit esse potens in terra scilicet post diluuium. [Et erat robustus, & venator]. i. hominum oppressor, & extinctor, quos allexit ad ędificandum turrim Babyloniæ. [Coram domino] id est non ignorante domino, quia nihil latet eius aspectu. [Vel coram domino] id est amore, & cupiditate dominandi, vnde etiã, vt dicit glo. inter lib. coge-

Continuatio·

2 Primũ ar.

Secũdũ ar. opponit i respodet.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ

Exponit literam.

bat homines, ignem adorare. Sequitur in te. Gen. 10. fuit autem regni eius principium Babilon. [quos ad turrin] legitur Gen. 11. quòd homines post diluuium timentes illud venire iterum dixerunt alter ad alterum, faciamus turrim, cuius cacumen cœlos pertingat. Et vt dicit Magister historiarũ hoc maxime factum est, consilio Nembroth, volentis regnare.

¶ *Distinctio Septima.*

2 *Præceptorum iudicialium ratio consistit in duobus.*

3 *Iustificationes in sacra scriptura, quid significent.*

5 *Legem necesse fuit à Deo dari hominibus, etiam de his, ad quę ratio naturalis inclinaret.*

Legem diuinam redigi hominibus in scriptis fuit necessarium.

8 *Lex qualibet duobus generibus hominum imponitur.*

10 *Lex data est populo Iudæorũ, & non alteri duplici de causa.*

11 *Moyses Hæbreis leges dedit.*

13 *Phoroneus Arguis.*

14 *Mercurius trismegistus Aegyptijs.*

15 *Licurgus Lacedæmonijs.*



IVs autem. Constitutionis. Hic incipit septima distincti. Postquam magister Gratianus superius quinta distin. osten. quando incipit ius naturale, & supra dist. 6. quando incepit ius consuetudinis. Nunc in hac distinctione ostẽdit, quando incepit ius constitutionis scriptæ, diuinæ, vel humanæ siue ecclesiasticæ, & ciuilis. Dicens, quòd diuinæ siue ecclesiasticæ à tẽpore Moysi, quando dominus legem tradidit populo Israel. Humanæ vero, siue ciuiles cõstutiones ab aliis actoribus, quos in litera sequẽtis capituli nominibus propriis explicat, inceperunt. Prima .n. diuiditur in duas in prima. facit, quod dictũ est, in secũda probat probat illud aut. Bea. Isidori quinto etymologiarum. c. sequen. ¶ Circa primam partem pro ampliori intelligen. literæ, quia fit mentio de lege diuina veteris testamenti data tempore Moysi, à qua dicitur incepisse ius constitutionis ecclesiasticæ quæruntur. 5.

Córinuatio

Diuisio

1 ¶ Primo, vtrum ius constitutionis cæperit à iustificationibus Moysi.

4 ¶ Secundo, vtrum fuerit necessarium legem diuinam hominibus literis explicari.

7 ¶ Tertio, vtrum congruenter lex vetus incæperit à tempore Moysi.

6 ¶ Quarto, vtrum lex vetus soli populo Iudæorum data fuerit.

11 ¶ Quinto, vtrum omnes homines obligabãtur ad obseruandam veterem legem, vel solus populus iudiacus tantum teneretur, & c.

1 Ad primum. Sic proceditur, & arguitur, † ꝙ ius constitutionis non incęperit à iustificationibus Moysi. Primo sic. Ius constitutionis, siue ius positiuum habet ortum à iure naturali secundum illud. ꝙ Tull. dicit in sua rethorica, quòd res à natura profectas, & à cõsuetudine probatas legum metus, & religio sanxit, ergo non videtur, quòd cæperit à iustificationibus Moysi. ¶ Secũdo sic, ante tempora Moysi leguntur esse data multa præcepta hominibus, vt Adæ de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas inquit dominus Gen. 2. dictũ est etiam Noæ, & filij eius. carnem cum sanguine non comedetis Gen. 9. Item Habrahæ datum est præceptum de circuncisione. Gen. 17. ergo sequitur. ius cõstitutionis nõ iceperit iustificationibus Moysi. ¶ Tertio sic. Ante tempora Moysi fuerunt regna, & reges plures, Non dubium, quòd reges illi aliquo iure constitutionis viuerent, ergo videtur, ꝙ non tempore Moysi incepit ius constitutionis. ¶ Quarto, per iustificationes videntur intelligi præcepta cęrimonialia, vnde ait glo. super illud. Doce me iustificationes tuas. i. secundum spiritualem intellectum figuratiuas obseruationes fac aduertere; sed ius cõstitutionis non à cœremonialibus, sed potius à iudicialibus videt incepisse, ergo male dicitur, ꝙ cœperit à iustificationibus. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. ¶ Respondet dicendum, quòd ius constitutionis ecclesiasticæ, de quo iure hoc in loco magister Gratianus loquitur, recte dicitur exordium suscepisse quo ad explicationem in scriptura, & quo ad similitudinem quandã formæ iudicialis in multis à iustificationibus Moysi id est præceptis

Primũ ar

Sextũ ar

Tertiũ ar

Quartũ ar

Opponit et Respód.

.i. præceptis iudicialibus ab eo scrptis. Patet hęc conclusio, qm̃, vt in litera habet̃ Moyses primus fuit, qui fideli populo, in quo Dei ecclesia tũc erat, hmõi cõstitutionis ius, siue iudicialia præcepta; quæ ad ordinationem ad inuicem pertinent, primo legitur literis explicasse. Pro quo notandum, ꝙ præceptorum cuiuscunq; legis quædã habent vim obligandi ex ipso dictamine rationis, quia ipsa naturalis ratio dictat hoc esse debitum fieri, vel vitari, & hmõi dicuntur præcepta moralia eo, ꝙ rõne dicuntur mores humani. Alia vero ꝑcepta sunt, quæ non habẽt vim obligãdi ex ipso dictamine rationis, quia in se cõsiderata, nõ habẽt absolute rõnẽ debiti, vel indebiti, sed habẽt vim obligandi ex aliqua institutione diuina, vel humana, & hmõi sunt determinationes moraliũ præceptorũ. Si ergo determinentur moralia præcepta per institutionem diuinã in his, per quæ ordinatur hõ ad deũ, talia dicũtur præcepta cerimonialia. Si autem in his, quæ pertinent ad ordina-
2 tionẽ hoĩum ad inuicẽ talia dicuntur iudicialia præcepta † in duobus ergo cõsistit ratio iudicialium præceptorũ. s. ꝙ pertineant ad ordinationem hominũ ad inuicẽ, & vt nõ habeant vim obligandi ex sola rõne, sed ex institutione. Cũ aũt ius cõstitutionis, prout distinguitur contra ius naturale sit hmõi recte à iudicialibus ꝑceptis dicitur incæpisse, licet, si de iure constitutionis large loquamur, vt cõprehẽdit tã ea; quæ sunt ad honestatem vitæ, & ad sacra ecclesiæ & diuinũ cultũ, quã ea quæ ad causam, & lites terminandas faciunt ius constitutionis, diceretur incepisse à iustificationibus datis Moysi, ꝑ ut ꝑ iustificationes intelligitur tota ipsa lex Moysi, in qua est illud iã assignatũ triplex genus ꝑceptorũ. s. Moraliũ. cerimonialiũ, & iudicialiũ. vñ gl. super illud. psal. In æternũ nõ obliuiscar iustificationes tuas. dicit. i. legẽ. ¶ Ad rationes. Ad primã respondetur, ꝙ magister Gratianus loquitur hic de principio tꝑis; quo explicari per scripturã cæperit ius cõstitutionis, nõ aũt de principio deriuationis, de quo argumentũ currit, & auctoritas Tull. Sicut aũt superius dictũ est circa di. i. Oẽ ius tm̃ habet de iure iuris, quantum à iure naturali deriuatur. ¶ Ad secundã rñdetur, ꝙ bene ante Moysen tꝑe Habrahæ fuerũt aliqua singularia præcepta, & quasi domestica Dei ad hoĩes. Sed lex quæ est ius cõe, nõ ẽ data nisi tꝑe Moysi, in quo popul⁹ Dei erat in vnitate fidei, & distinctus signo circuncisionis ab oĩ alio populo. ¶ Ad tertiam respõdetur, ꝙ magister Gratianus, cum, ait quòd ius cõstitutionis cœpit à iustificationibus, quas dñs Moysi tradidit, nõ loquitur de iure constitutionis cõiter sumpto, sed loquitur de iure constitutionis ecclesiasticæ, quod dr̃ ius datũ populo in vnitate vnius veri Dei viuentis adunata, ex quo solo vnitas ecclesiastica cõsurgit. Ecclesia. n. collatio fideliũ est. de cons. d. 2. c. ecclesia, hmõi aũt populus fidelis, in quo erat dei ecclesia fuit populus Iudæorũ, & nõ populus gentiliũ, ius vero constitutionis ciuilis ab aliis, quam à Moyse in sequenti capitulo dicit exordiũ habuisse. ¶ Ad quartã dicendũ, † ꝙ per iustificationes in
3 sacra scriptura aliqñ accipiuntur præcepta moralia legis. vñ gl. super illud psal. Vt custodiã iustificationes tuas, dicit iustificationes sunt, vbi est euidens, & absoluta præceptio, vt diliges Deũ, & proximũ. Aliqñ capiũtur per iustificationes ꝑcepta cærimonialia, vt inductũ est in argumẽto, aliqñ per iustificationes intelligũtur ꝑcepta iudicialia. vñ gl. sup illud ps. Vtinã dirigãtur viæ meę ad custodiẽdas iustificationes tres: dicit iustificationes ꝑstitę populo fuerũt, vt famulus sex annis seruiret, & pater reuerẽter haberet̃, & filius disciplinaretur, q̃ oĩa videntur ad iudicialia pertinere, hoc ẽt modo in p̃nti textu iustificationes videntur accipi, vñ magister Gratianus exẽplicãdo de eis subdit. Si emeris seruũ Hebræum, &c. Recte ergo à præceptis iudicialibus ius constitutionis dicitur incæpisse.

Primũ ar. · Ad secũdũ · Ad tertiũ. · Ad quartũ

4 **Ad secundum.** Circa illud, quod dr̃ in principio c. quòd † Moyses gentis Hæbreæ primus oĩum diuinas leges sacris literis explicauit, sic proceditur. Et arguitur, quòd nõ fuerit necessarium diuinam legẽ nec quo ad præcepta moralia, nec quo ad cærimonialia, aut iudicialia aliqua explicari scriptura. Et primo arguitur de præceptis moralib⁹ sic. Ea. n. quæ sunt naturaliter scripta in intellectu speculatiuo, nulla sciẽtia in scripturã colligit. Sed vtiĩ eis quãtum iudicet vnaquaq;. Sed decem præcepta sunt naturaliter scripta in intellectu practico vniuscuiusq;, ergo non fuit necesse ea in scripturã redigere. ¶ Secundo, scriptura inuenta videtur esse ad succurrendũ labilitati memoriæ, sed alia præcepta legis q̃ nõ sunt ita scripta in corde hoĩs, sicut sunt iudicialia, & cerimonialia facilius poterãt tradi obliuioni, ergo ea magis debuerunt in tabulis lapideis scribi, sed non fuerunt ergo nec alia scribi debuerunt. ¶ Tertio, ea; quæ scripto traduntur, ad plebem per sapientes perueniunt, sed hæc decem mãdata ipsa plebs immediate audiuit à Deo, vt patet ex. 20. ergo non debuerunt in scripto redigi. ¶ Quarto, legislator, qui intẽdit sibi subiectos bonos facere, nõ debet aliquid pro lege ferre, ex quo vitia augeãtur, eo præuidẽte. sed ex hoc, ꝙ ista mãdata obligatoria populo sunt tradita, præuaricatio creuit. 1. ad Corin. 15. virtus peccati lex. gl. lex prohibendo auget peccati cupiditatẽ, ergo nõ deberũt hmõi ꝑcepta legis à Deo dari, qui õia præuidet. ¶ Quinto seruitia coacta sunt minus accepta Deo, sed per legẽ fit coactio quædã, inquantum obligat. ergo videtur, ꝙ hmõi obligatoriã legem edere nõ debuerit. ¶ In oppositũ est textus p̃ntis capituli, vbi dr̃: ꝙ Moyses sacras leges literis explicauit, & hoc mãdato dñi, ergo conuenienter factũ est. ¶ Rñ. dicendum est ad hanc quæstionẽ sub-
5 duabus cõclusionibus. Prima. † Necesse fuit hoĩbus à Deo dari legem ẽt de his, ad q̃ rõ naturalis inclinaret: Probatur ista ergo tripliciter, primo sic. Non minor est cura Deo de rebus humanis, quam de rebus naturalibus, quas ꝑꝑ hoĩem fecit, sed rebus naturalibus certas leges posuit, ergo ẽt rebus humanis aliquas leges ponere debuit. ¶ Secundo, in quolibet regimine oportet, quòd voluntas rectoris innotescat, sed Dei voluntas nobis per præcepta legis innotescit, inquantũ est signũ diuinæ voluntatis, ergo oportuit, ꝙ ab ipso, qui orbem regit precepta mundo ederentur. ¶ Tertio in 5. metaph. dicit Philosophus, quòd rex ꝑ imperium suum mouet eos, qui in regno sunt sed Deus oĩa mouet, ergo oportuit, quòd ad hoĩes eius imperium deueniret; quo in Deum mouerentur. ¶ Se-
6 cunda conclusio, † Necessarium fuit ẽt legem diuinã redigi hoĩbus in scriptis. Hãc conclusionẽ probat S. Th. in 3. sententiarum d. 37. ex quatuor rationibus. Primo, quia per contrariam consuetudinẽ, qua multi in peccato pręcipitantur, iã apud multos ratio naturalis, in qua scripta erant, obtenebrata erat. ¶ Secundo, quia & si in aliquibus vigebat ratio, tñ amor boni in eis deficiebat. vnde per quandam coactionẽ legis obligatorię ad bonum inducendi erant. ¶ Tertio vt ad opera veritatis non solum natura inclinaretur, sed etiã reuerentia diuini imperij. ¶ Quarto, vt magis memoriæ tenerẽtur, & frequentius in cogitatione versarentur, vñ ad rationes dicendũ est. ¶ Ad primam respondetur, quòd passiones aĩæ non corrumpunt æstimationem speculatiuã, sed practicã. Et ideo magis oportuit pręcepta legis naturæ in scriptura redigi, quam principia speculatiua. ¶ Ad secundã dicendũ negando consequentiã. Et rõ est, qa pręcepta iudicialia, & criminalia erant mutabilia ꝭm diuersas conditiones, & status hoĩum, sed pręcepta ista legis naturę immobiliter permansura erant, in cuius signũ in tabulis lapideis Deus ea scribi voluit, & ideo non est simile de istis, & de illis. ¶ Ad tertiã dicendum, ꝙ ista pręcepta oĩbus indita erant in naturali cogitatione, & ideo in huius signum Deus toti populo per se ea edidit, sed ꝑꝑ multos, qui ꝭm passiones viuunt, in quibus iudiciũ rationis obtenebratur, voluit, vt per sapientiores, in quibus rationis iudiciũ viget, in aliis cognitio horum pręceptorum conseruaretur, & ideo scribi voluit. ¶ Ad quartam dicendum, quòd lex quã tum erat in se nullo modo nec occasio, nec causa erat augendę cupiditatis, sed ꝑꝑ corruptionem fomitis hoc contingebat, occasione accepta ex lege ab ipsis peccantibus, non data ipsis à lege, vñ ratio non procedit. ¶ Ad qintã dicendum, ꝙ boni qui habent voluntatẽ benefaciendi, non operantur quasi coacti à lege, sed ipsi sunt lex, vnde non propter eos lex est posita, sed propter transgressores, vt dicitur ad Gal. 3. in quibus melius est, vt coacti à malo desistant, quam vt mala libere exequantur, & ita ratio non militat.

Primũ ar. · Secũdũ ar. · Tertiũ ar. · Quartũ ar. · Quintũ ar. · Opponit in contrariũ. · Respõdet. · S. Tho. · Ad primã arg. · Ad secũ. · Ad tertiũ · Ad quartũ · Ad quintũ

7 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, quòd lex vetus non conuenienter data fuerit tẽpore Moysi, sed quòd ante, vel etiam post dari debuit. Quod vero ante arguitur sic. Summus medicus dat medicinam nõ solum curatiuam, sed etiam pręseruatiuã. Si ergo lex est medicina ad peccatum. debuit eam dare summus medicus, qui est Deus ante pc̃m, vt pręseruaret à peccato, ergo, &c. ¶ Secundo sic, quandiu est morbus, tempus est medicinę, sicut dicit Hugo in sententiis, sed statim post peccatũ fuit morbus, ergo statim adhiberi debuit medicina, sed lex est medicina peccati, ergo, &c. ¶ Tertio, lex vetus disponebat ad salutem, quę erat futura per Christũ; sed statim homo post peccatum indiguit hmõi salutis remedio; ergo statim post peccatum lex vetus debuit dari. ¶ Quarto sic, lex vetus data est propter sanctificationem eorum; ex quibus Christus erat nasciturus,

Primũ ar. · Secũdũ ar. · Tertiũ ar. · Quartũ ar.

sciturus, sed Habrahæ cœpit fieri promissio de semine, qđ est Christus, vt habetur Ge. 12. ergo statim tpe Habrahę debuit dari lex. *Quintū ar.* ¶ Quinto, & probatur, ꝙ post Moysen debuit dari sic. Sicut Christus non fuit natus ex aliis descendentibus ex Noæ nisi ex Habraham, cui facta est promissio, ita ēt non est natus ex aliis filiis Habrahæ, nisi ex Dauid, cui est ꝓmissio renouata, ꝑm illud 2. reg. 23. dicit vir; cui cōstitutum est de Christo Dei Iacob: ergo lex vetus debuit dari post Dauid, sicut data est post Habraham. *Opponit in contrariū.* ¶ In oppositum est te. præsentis capituli. Secundo, est illud; quod Apostolus dicit ad Gal. 3. ꝙ lex ꝑꝑ transgreſsionem posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata ꝑ angelos, manu in Mediatoris. i. ordinabiliter data, vt dicit gl. ergo congruū fuit, vt lex vetus illo tēporis ordine traderetur. *Respodet.* ¶ Respon. ꝙ lex vetus conuenientissime data est tpe Moysi. 8 Cuius conclusionis ratio pōt accipi ex duobus, ꝑm ꝗ ꝙ quælibet lex duobus generibus hoīum imponitur, vt dicit S. Tho in 1. 2. q. 98. arti. 6. imponitur. n. quibusdam duris & superbis qui per legem compescūtur & domantur, imponitur etiam bonis, qui per legem instructi adiuuantur ad implendum, quod intendunt. Conueniens ergo fuit legem veterem tali tempore dari ad superbiam hoīm cōuincendā. De duobus. n. hō superbiebat. s. de scīa, & de potentia. De scientia quidem, quasi ratio naturalis ei posset sufficere ad salutem, & ideo, vt de hac eius superbia cōuinceretur, permissus est hō regimen suæ rationis absq; adminiculo legis scriptæ, & experimento hō discere potuit, quòd patiebatur rationis defectū per hoc, quòd hoīes vsq; ad idololatriā, & turpissima vitia circa tpa Habrahæ sunt prolapsi, & ideo post hæc tpa fuit necessarium legem scriptā dari in remediū humanæ ignorātiæ, quia ꝑ legem est cognitio peccati, vt dr̄ ad Ro. 5. Sed postquā hō est instructus per legem, conuicta est eius superbia de infirmitate, dum implere non poterat, quod cognoscebat. Et ideo sicut Apostolus concludit ad Ro. 8. qđ impossibile erat legi in qua infirmabatur ꝑ carnē, misit deus filium suum, vt institutio legis impleretur in nobis. Ex parte vero bonorum lex data est in auxilium, quia tunc permaxime necessarium fuit, qñ lex naturalis obscurari incipiebat ꝑꝑ exuberantiā peccatorum. Oportebat aut hmōi auxilium quodam ordine dari, vt per imperfecta ad perfectionem manu duceretur, & ideo inter legem naturæ, & legem gratiæ oportuit legem veterem dari. ¶ Ad rationes in oppositum est iam respondendum. *In primū argu.* Ad primā respondendū, quòd añ peccatum lex dari non debuit, tū primo quia nulla necessitas cū moribus non esset, tū ēt nulla vtilitas erat, quia tunc nulla figura erat necessaria ad significandum; cū esset hō in illo statu spirituali mente præditus, nec prohibitio ad coercendū concupiscentiā, quia inordinata nō erat. Quod vero dr̄ de præseruatione dicendū, quòd sufficiebat ad hoc lex naturalis menti hoīs impressa; vñ Aug. in q. noui & vete. test. primum lex formata in literis dari nō debuit, quia in natura ipsa inserta quodammodo est ipsa creatoris notitia. Nā quis nesciat, quid bonæ vitæ conueniat, aut ignorat, quia quod sibi fieri non vult alii non debeat facere. *Ad secūdū* ¶ Ad secundā dicendum; quòd semꝑ quādiu fuit morbus, fuit aliqua medicina, vt dicit Hug. licet non sufficiens aut cōis, sed quælibet data est suo tempore, vñ, vt dicit S. Th. in 3. d. 1. aliter est in morbo spirituali, quā corporali, ad sanationem. n. corporalis morbi non exigitur, vt infirmus vim medicinæ, & periculum morbi cognoscat, quod tñ maxime necessarium est in sanatione morbi spiritualis, qui per humilitatē, & cōtritionem spiritus sanatur, & ideo quis medicina corporalis nō differatur, medicina tñ spūalis differri pōt. *Ad tertiū* ¶ Ad tertiā respōdetur, quòd statim post pct̄m primi hoīs non oportebat legem veterem dari, tum quia nondum hō recognoscebat se ea indigere, de sua rōne confisus. Tum, quia adhuc dictamen rationis naturæ nondū erat obtenebratum ꝑ consuetudinem pct̄i. *Ad quartū* ¶ Ad quartā dicendum, quòd lex dari non debet nisi populo, est. n. præceptū cōe, & ratio, licet tpe Habrahæ, vt dictum est in primo articulo data sint quædā familaria præcepta, & quasi domestica Dei ad hoīes, non tñ lex, quæ dr̄ constitutio populi, quia adhuc pauci erāt, & dispersi, & vt plurimū captiuitati, addicti. Sed postmodū multiplicatis eius posteris, in tm̄, quòd populus esset, & liberatis eis à seruitute, lex cōueniēter potuit dari. Nā serui non sunt pars populi, vel ciuitatis, cui legem dari cōpetit, vt Phūs dicit in 3. Politicorum. *Ad quītū.* ¶ Ad quintam dicendum, quòd per legem oportebat alicui populo dari, & ideo nō solū illi, ex quibus Christus natus est legem acceperunt, sed totus populus consignatus signaculo circūcisionis, qua fuit signum promissionis Habrahæ factæ, & Habrahæ creditæ. vt dicit Apostolus ad Ro. 4. ideo etiam ante Dauid oportuit legem dari tali populo iam collecto.

Ad quartū. Circa illud, quod dicitur in tex. qđ gēti Hebrææ prim⁹ diuinas leges, &c. sic 9 proceditur, & videtur quòd lex vetus nō debuit dari soli populo Iudæo, primo sic. Lex. n. vetus disponebat ad salutem, quæ futura erat per Christum, sed salus illa non erat futura solis Iudæis, sed in oībus gentibus ꝑm illud. §. 2. 49. *Primū ar.* Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ, ergo lex vetus debuit dari oībus gētibus, & non soli populo Iudæorum. *Secūdū ar.* ¶ Secundo sic, dicitur Act. 4. Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, quæ timet Deum, & facit iustitiā, acceptus est illi. Non ergo magis vni populo, ꝙ̄ aliis vera salus debuit aperiri. *Tertiū ar.* ¶ Tertio sic, lex data ꝑ angelos, sicut habetur ad Gal. 3. sed ministeria angelorum nō solū Iudæis, sed oībus Gentibus semꝑ exhibuit. Dicitur. n. Ecclesi. 17. in vnamquanq; gentem præposuit rectorē, ergo lex etiam aliis gentibus, & non solū Hebrææ debuit dari. *Quartū ar.* ¶ Quarto dicitur Matt. 5. Solem suū facit oriri super bonos, & malos, magis est autem Deo cura aīarum, quam corporum, ergo si lucem corporalem solis ministrat æqualiter omnibus, ergo & lucem spiritualem debet ministrare æqualiter oībus, quæ est lux aīarum, hæc aūt est lex, vnde Prouerbiorū. 6. mandata lucerna est, &c. *Quintū ar.* ¶ Quinto, idē. pōt argui ex communitate temporalium bonorum, bona. n. temporalia oībus gentibus largiuntur, quæ minus sunt curæ Deo, quam bona spiritualia, ergo etiam legem omnibus populis dare debuit. *Opponit in contrariū.* ¶ In oppositū est tex. presens, in quo ait Isidorus, quia Moyses gētis Hebrææ primus omnium diuinas leges sacris literis explicauit. *Scda opp.* ¶ Secundo est illud, ꝙ dr̄ ad Ro. 3. quod ergo amplius est Iudæo. multum, quidem per omnē modum. primum quidem, quia credita sunt illis eloquia dei, & in psalmis dr̄. Non fecit taliter oī nationi, iudicia sua non manifestauit eis. *Respōdet.* ¶ Respond. iuxta Alexandrum de Halis, ꝙ sicut habetur in gl. ad Ro. 5. duplici de causa data est lex 10 soli populo Iudæorum, non & alteri. Vna est, quia ille populus vnum Deum colens, dignus erat cui eloquia Dei traderētur, cæteris idola colentibus, vñ solus ille populus præparabat se ad susceptionem legis, & hoc erat dignitas in eo ad hoc ꝑm, quòd dr̄ Mat. 7. nolite sanctum dare canibus, & Margaritas ꝓiicere ante porcos, per sanctum intelligitur legis eloquium, per Margaritas vero scīa prophetarum. Alia, ratio est, vt discerneretur ille populus, de quo erat filius dei nasciturus. Vñ *Hug. de S. Victore.* Hugo de S. Victore in sententiis. Circuncisionis sacramentū sanctum Habrahæ sanctificādo, & significando pariter datū est sanctificādo sanctificaretur, significādo, vt à cæteris Gentibus discerneretur, quatenus singularis, & discreta generatio maneret, de qua Christus nasceretur, quis ergo essent in aliis populis aliquæ ꝑsonæ Deo acceptæ sicut Iob, tamē nullus populus ꝑter istum erat Deo acceptus Lex aūt nō datur ꝑsonæ, sed populo cōgregato, & vnito viuenti sub vna consuetudine, vñ ēt hæc est ratio, quare nec Habrahæ, nec Isaac, nec Iacob data est lex, imo solū postquā multiplicati sunt, & gñaliter data est illi populo, & nō alteri, quia nō erat alius qui Deū coleret. *S. Thom.* S. vero Th. in 1. 2. q. 118. respondens huic quæstioni, & non ascribens hæc meritis illius populi, cum post legē ad idololatriā declinauerit, sed finaliter hoc attribuens gratuitæ diuinæ volūtati, quæ elegit illum populum, ex quo nasci voluit potius, quā alium. Dicit, quòd Deus legem dedit populo Iudæorum, sicut & alia beneficia spiritualia ꝑꝑ promissionem eorum patribus factam ꝑm illud Deu 9. Scito, ꝙ non ꝑꝑ iustitias tuas Dominus Deus dedit tibi terram hanc in possessionem, cum durissimæ ceruicis sis. Sed ratio ibi permittitur, vt cōpleret verbum suū dñs, ꝙ sub iuramēto pollicitus est patribus tuis Habraham, Isaac, & Iacob. Quæ autem promissio eis sit facta ostēdit Apostolus ad Ga. 3. dicēs, Abrahæ dictæ sunt ꝓmissiones, & semini eius, nō dicit seminib⁹, quasi multis, sed quasi in vno & semini tuo, ꝙ est Christus. Deus ergo legē, & alia bñficia spiritualia illi populo exhibuit ꝑꝑ promissionem eorū patribus factā, vt ex eis Christus nasceretur. Decebat. n. vt ille populus ex quo Christus nasciturus erat quadam spirituali sanctificatione polleret secundum illud Leuit. 19. Sancti estote; quoniam ego sum sanctus. Nec etiam fuit propter meritum ipsius Abrahę, vt talis promissio ei fieret, vt. s. Christus ex eius semine nasceretur, sed ex gratuita electione, & vocatione; vnde dicitur Esaiæ. 41.

Qui suscitauit

Qui suscitauit iustum ab oriente, vocauit eū, vt sequitur. Sic ergo patet, ꝙ ex sola gratuita electione patres promissionem acceperunt:& populus ex eis progenitus legem accepit secundum illud Deu.4. Audisti verba illius de medio ignis:quia dilexit patres,& elegit semē illorum post illos Si autem rursus quæratur, quare hunc populum elegit: vt ex eo Christus nasceretur:notetur responsio Augustini quam facit super Ioan.quare hunc trahat:& illum non trahat:noli velle dijudicare,si non vis errare.¶Iam ergo dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primā arg. Ad primam respondetur, ꝙ quamuis salus futura per Christum esset omnibus Gētibus præparata,tamen oportebat ex vno populo Christum nasci:qui propter hoc præ alijs prærogatiuas habuit secundum illud Ro.9.quorum.s.Iudæorum est adoptio filiorum Dei,& testamentum,& legislatio: quorum patres sunt,ex quibus Christus est secundum carnem.

Ad secūdū ¶Ad secundam dicendum, ꝙ acceptio personarum locum habet in his:quæ ex debito dātur, in his vero,quæ ex gratuita volūtate conferuntur acceptio personarum locum non habet Nō.n.est personarum acceptor,qui ex liberalitate de suo dat vni,& non alteri,sed si esset dispensator bonorum cōmunium,& non distribueret æqualiter ꝑm merita personarum,esset personarum acceptio.Salutaria autem beneficia Deus humano generi confert ex sua gratia : vnde non est personarum acceptio,si quibusdam præ alijs conferat: vnde dicit Aug.li.de prædestinatione sanctorum.Omnes, quos Deus docet misericordia docet,quos non docet,iudicio nō docet, hoc.n.venit ex damnatione humani generis ex peccato primi parentis.

Ad tertiū. ¶Ad tertiam respondetur, ꝙ non est simile de exhibitione ministeriorum angelorum, & delatione legis, quia vnum videtur pertinere ad gratiā .s.latio legis,& aliud ad naturam , beneficia autem gratiæ subtrahuntur homini propter culpam,beneficia autem naturalia non inter quæ sunt ministeria angelorum,quæ ipse naturarum ordo requirit,vt.s.per media gubernarentur infima.Licet ergo ministeria communia sint cunctis populis:non tamen ijdē effectus conferuntur omnibus populis per illos angelos:quoniam sæpe ex culpa reddunt se indispositos,& minus dignos,ac vt ita non capaces aliquorū

Dionysius beneficiorum Dei:vnde dicit B.Dionysius dicit in cœlesti Hierarchia. Quod non fuit culpa angelorum, ꝙ gentes,quibus dominabantur angeli legem nō acceperint,sed fuit culpa ipsorum populorum,qui non præparauerunt se ad susceptionem legis:nec volebant se præparare, & quia non datur, nisi volentibus eam,non fuit data eis.

Ad quartū ¶Ad quartam dicendum, ꝙ sicut lux corporalis,licet diffundatur oībus,non tamen lucet oculo nisi disposito. Dispositus est autem homo ad ipsam per volūtatem,vt vellet homo sub lege viuere.Vnde indispositioni hominis ascribendum est si lumen diuinæ gratiæ non suscipiat:Vel respondendum, ꝙ dominus etiam lucē spiritualem ministrauit omnibus gentibus.s.legis naturalis secūdum illud psal.Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Non autem oportet, ꝙ legē Moysi dederit omnibus populis,rationibus iam dictis.

Ad quintū ¶Ad quintam responsio patet per responsionem ad tertiam rationem,non est simile de beneficijs spiritualib. & naturalibus , quæ etiam Deus iumentis administrat:secundū illud Psal. Homines , iumenta saluabis domine,& secūdum illud,qui dat escam omni carni:vnde licet beneficia corporalia largiatur omnipotens omnibus gentibus, non tamē spiritualia : nisi bene dispositis,sicut dictum est.

11 Ad quintum. Sic proceditur:& videtur, † quod omnes obligabantur ad obseruantiam legis veteris testamenti.

Primū ar. Primo sic.Quicunque.n. subditur regi oportet,quod subdatur legi ipsius,sed lex vetus est data ab eo,qui est rex omnis terræ,vt in psal.dicitur ergo omnes habitantes terram tenebantur ad obseruātiam legis.

Secūdū ar. ¶Secundo Iudæi saluari non poterant,nisi legem veterem obseruarent:dr̄.n.Deut.27.Maledictus,qui non permanet in sermonibꝰ legis hmōi:nec eos opere perficit. Si igitur alij hoīes sine obseruātia veteris legis potuissent saluari:peior esset conditio Iudæorum,quam aliorum oīum

Tertiū ar. ¶Tertio,Gentiles ad ritum iudaicum,& obseruantiam legis admittebantur:dr̄.n.Exo.12.Si quis peregrinorum ad vestram voluerit transire Coloniam,& facere phase domini,circuncidetur prius omne masculinum eius,& tunc rite celebrabit,eritque simul,sicut indigena terræ. Frustra, aūt ad obseruantias legales fuissent extranei admissi ex ordinatione diuina:si absque legalibus obseruantijs saluari potuissent:ergo nullus saluari poterat,nisi legem obseruaret.

Opponit ī contrariū. ¶In oppositū est te.præsentis.c. in quo innuit, ꝙ lex illa genti hebrææ tantū fuit data per Moysen. ergo sola gēs Hebræorum tenebatur ad obseruantiam illius legis, sicut etiam dictum est in quæstione præcedenti.

Respōdet. Respondeo dicendum, ꝙ nō oēs hoīes obligabanť ad obseruantiā totius legis veteris:hæc conclusio patet, qm̄ absque obseruantia veteris legis multi hoīes saluati sunt. Dicit.n. Dionysius.9. c.celestis Hierarchiæ, ꝙ multi Gentiliū per angelos reducti sunt in Deū.Sed cōstat, ꝙ Gentiles legē veterē non obseruabant:ergo absque obseruantia illius legis poterant seruari.¶Pro cuius conclusionis pleniori intelligentia est notandū, ꝙ lex vetus manifestabat præcepta legis naturæ & superaddebet quædā propria præcepta quantū igitur ad illa,q̄ lex vetus continebat de lege naturæ, nō oēs tenebantur ad obseruantiā vel le-gis:non quia erant de veteri lege,sed quia erāt de lege naturæ.Sed quantū ad illa,quę lex vetus sup addebat, non tenebanť aliqui ad obseruātiā veteris legis,nisi solus populus Iudęorū Cuius rō est,quia lex vetus(sicut dictum est) data est populo Iudeorum,vt quandam prærogatiuā sanctitatis obtineret ꝑp reuerentiā Christi,qui ex isto populo nasciturus erat.Quæ autem statuuntur ad specialē aliquorū sanctificationem,nō obligāt nisi illos,sicut ad quædā obligantur clerici,qui mancipanť diuino ministerio , ad quæ laici non obligantur . Similiter etiam religiosi ad quædam perfectionis opera obligantur ex sua professione,ad q̄ seculares non obliganť, & similiter ad q̄dā spūalia obligabať populus ille:ad quæ alij non obligabantur:vñ dicitur Deut.18.perfectus eris,& sine macula cum dn̄o Deo tuo,& ꝑp hoc etiam quadam professione vtebantur,vt patet Deut.26.Profiteor hodie coram domino Deo tuo,&c.

Ad primū arg. ¶Ad rationes.Ad primam respondetur ꝙ quicunque subdunť regi obliganť ad legē eius obseruandam,quæ oībus communiter proponitur,sed instituat aliqua obseruāda à suis familiaribus ministris,ad hoc cæteri non obligantur.

Ad secūm ¶Ad secundam dicendum, ꝙ homo quanto Deo magis coniungitur,tanto efficitur melioris conditionis. Et ideo , quia populus Iudæorum erat astrictus magis ad diuinum cultum,dignior erat aliis populis , vñ dr̄ Deut.4.quæ est alia gens,sic inclyta,vt habeat cærimonia,instruatque iudicia,& vniuersam legē,& similiter etiā q̄tū ad hoc sunt melioris conditionis clerici,q̄ laici,& religiosi,quā seculares.

Ad tertiū. ¶Ad tertiam dicēdum, ꝙ gentiles perfectius,& securius salutem consequebantur sub obseruantijs legis,quam sub sola lege naturali.Et ideo ad eas admittebantur:sicut & nunc laici transeunt ad clericatum,& seculares ad religionem:quamuis absque hoc possint saluari

Exponit literam. Sequitur.¶[A iustificationibus].i. ꝑceptis iudicialib. quę vt iam dictum est pertinent ad ordinationem hoīum adinuicē.[tradidit].s.Exo.21.dicens.hęc sunt iudicia,quę prepones eis.Si emeris seruum Hebręum sex annis seruiet tibi,in septimo,qui.s.erat annus remissionis, egredietur liber gratis,&c.Ratio aūt huius fuit,quia Deus redemit filios Israel de seruitute Aegypti, vt essent eius serui:& ideo noluit, ꝙ venderentur simpliciter,sed solum ad tempus:& ideo non erāt proprie serui,sed quasi mercenarij locati ad tempus.[leges diuinas] videť maledicere, qm̄ lex diuina, quam dicitur literis Moyses explicasse vna est, & non plures.Respondetur, ꝙ lex vna est in se,sed beatus Isidorus de ea pluraliter locutus est ꝑp plura præcepta in ea contenta.

Arguit contra tex. [literis explicauit.]Exod.24.†Scripsit autem Moyses vniuersos sermones domini.Contra dicitur eo.c.24.dixit dominus ad Moysen.Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legē atque mandata,quæ scripsi, vt doceas filios Israel, ergo videtur, ꝙ Deus,& non Moyses legem Dei literis explicauit.

Respōdet. Respondetur, ꝙ non est ibi aliqua contradictio: verū.n.est, ꝙ decem præcepta,quæ principalia erāt in lege,deus scripsit in tabulis duabus:sicut dicitur in prædicto capitulo,& in 9.ca.Deu.dicit Moyses,dedit mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei Iudicialia vero præcepta,quæ Moyses ab ipso domino audierat ipse Moyses dr̄ literis explicasse,sicut dicitur Exod.24.Scripsit autē Moyses vniuersos sermones Domini.Dicit Nicol.de lyra in expositione,id est.præcepta iudicialia prædicta,quæ retulerat populo[Phoroneꝰ]apud Argos , siue Argiuos secūdus regnauit sexaginta annis.Hic primus leges Græcis dedit, & sub iudice cās agitari instituit locūq: iudicis destinatū

à nomine suo forum appellauit: vt est tex. in. c. forus. extra
14 de verb. signifi. [Mercurius] †dicit ita literis claruisse: quas homines docuit, vt post mortem eius Deũ cũ esse voluissent, vt dicit Brito, dictus est Trismegistus, quia inter philosophos plenius locutus est de tribus personis: a vnde in libro, quem fecit de verbo perfecto, vt testatur Vicentius historialis li. 5. c. 10. ita dicit dñs, & omnium factor Deorum secũdum fecit Deum, qm̃ hunc fecit primus solum, & verum: bonus. n. visus est, & plenissimus omnium bonorũ, & lætatus est: hic est filius benedicti Dei, atque bonæ volũtatis, cuius nomen humano ore non potest enarrari, sequitur infra. Hunc Deus dilexit vnigenitũ suum hæc ibi. Hęc verba Mercurij videntur ex parte consonare fidei nostræ: de patre, & filios, sed in hoc dissonant, ꝙ dicunt Deum fecisse Deum deberet. n. dicere genuisse. ¶ Preterea filius nõ potest dici secundus à Patre, quasi posterior sit tpe, vel maiestatis dignitate. Immensus. n. est Pater, immensus Filius, immensus, Spiritus sanctus, Vel dictus Trismegistus, quia triplici dignitate fuit insignitus, fuit nempe magnus scientia, eloquentia, & virtute. [Solon] Solon fuit vnus de septẽ sapientibus: fuit Athenien sis, de quibus si quis plus voluerit legat Aug. de ciuitate Dei lib. 8. & Valerium lib. 4. [Licurgus] ex Apollinis autoritate confixit, vt narrat Iustinus
15 li. 3. †Hic licurgus iura, & leges Lacedæmonijs composuit quas, vt reuerentius acciperent, eorum, autorem Appollinem Delphicũ finxit, & inde eas detulisse. Deinde, vt ęternitatem suis legibus daret, iureiurando obligat ciuitatem nihil eos de eius legibus immutaturos: priusquam reuerteretur, simulans se ad orandum Delphicum proficiscit cõsulturum, quid agendum: vel mutandum legibus videretur, profectus est in Cretam, vbi voluntarium exilium perpetuo egit moriensque ossa sua in mare iussit proijci, ne forte Lacędemoniam referret, & sic se putarent Lacedæmonij iureiurando solutos. De mirabilibus legibus huius insignis viri scribit Vincentius historialis parte prima. lib. 3. c. 90. Numa pompilius. Hic, vt dicit Vicentius lib. 3. hist. c. 4. fuit temporibus Manassæ Romanorum secundus rex. Hic nullum bellum cũ finitimis gessit, duos menses anno addidit. s. Ianuarũ & Febrarium, cum ante hoc decem tm̃ apud Romanos fuissent, vt est glo. not. in cle. si dominum. de reli. & vene. sanct. in ver. certam diem. Hic capitolium à fundamentis ædificauit. [Primus leges Romanis] primitus quidem Romulus quasdã leges tulit sed iste postea cõfirmauit, & alias plures addidit: & ideo primus dicit hoc fecisse. Hu. in initio. n. Romanæ ciuitatis populus sine certa lege, & iure omnia agere instituit regibus omnia manu tenentibus, vel gubernantibus, postea ad aliquẽ modum vrbe aucta Romulus in 30. partes populum Romanũ diuisit quas partes curias vocauit: eo ꝙ per earum sententias reipublicæ curam expediebat, & ita leges quasdam, quas appellabant curiatas ad populũ tulit: & sequentes reges alius lege tulerũt: quæ oẽs conscriptæ sunt in libro Sexti Papyrij, ꝗ primus eas in vnũ collegit: qui liber appellat̃ Ius Ciuile Papyrianum. Regibus aũt abiectis, eo ꝙ superbi Tarquinij filius Lucretiam neptem Bruti oppressisset: omnes leges in dissuetudinem abierunt: & sic populus Romanus fere. 20. annis incerto iure, & cõsuetudine vsus est Sed ne hoc diutius fieret autoritate publica decem constituti sunt viri, qui a Grecis ciuitatibus leges peterẽt, & ciuitas fundaretur legibus: quas in decem tabulis eburneis cõscriptas pro rostris posuerũt, vt leges apertius percipi possent. Datumque eis eo anno ius summum in ciuitate, vt leges corrigerent, & si opus esset interpretarẽtur, nec prouocatio, siue appellatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus fieret: qui aliquid primis. 10. tabulis deesse aduertẽtes, alias duas sequenti anno adiecerunt, & ita ex accidente appellatæ sunt leges duodecim tabularũ. [fuerunt] hic non debet esse principium alicuius capituli, quia hoc totum sub vno c. comprehendit B. Isidorus, vt patet in 1. c. 5. libri etymologiarum. [Appius Claudius] eiusdũ personę sunt duo nomina, fuit. n. iste Binomius. [legum conscribendarum,]. i. ad leges conscribendas, & transferendas in latinum. Hic animaduertenda venit diligentia antiquorum, qui nec nomina prudentium virorum tacere voluerunt. sic. ff. de origi. iur. l. 2. §. iuris ciuilis. cum. §. sequenti. [aboleuere,]. i. ab vsu recesserunt. [Et si nullus est iam vsus]. s. ad probandum & arguendum, aliquid secundum eas obseruandũ, seu fiendum fore. [notitia tamen vetur necessaria] id est vtilis. Habetur. n. ex earum notitia, quare reprobatæ sint, vel abrogatæ, aut repudiatæ, quòd non parum vtilitatis affert, vt in c. legimus. di. 37. de libris Gentilium Ambrosius loquitur [Theodosius] post cuius tempora Iustinianus constitutiones principũ, quæ in tribus codicibus cõtinebantur. s. Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano, & alio volumine. s. nouellarum in vno codice suo felici nomine decorato, composuit, reiectis contrarietatibus, superfluitatibus, similibusque non necessarijs, additis, vel detractis vel mutatis quibusdam, vbi rei commoditas exigebat.

Margin notes: a ¶ De trib. psonis. Tu dic Trismegist⁹. i. ter maximus. — Hugo. — Ambros.

¶ Distinctio Octaua.

2 *Res exterior potest dupliciter considerari.*
4 *Hæretici, quod nihil possideant nomine ecclesiæ, quare fuerit institutum.*
5 *Recipiens aliqud pro se, contra se recipere debet.*



Differt autem ius. Hic incipit distin. octaua, quę sic ad superiores cõtinuatur. Superius quidem d. 5. magister Gratianus assignauit differentiã duplicẽ iuris naturalis ad alia iura: videlicet in origine, & dignitate quo ad immutabilitatem. s. Nunc vero prosequitur alias duas differentias eiusdem iuris ad alia iura. Primo in amplitudine, qa iure naturali oĩa dicit esse communia, quod non alio iure. Secundo etiam dignitate quo ad hoc. s. quod si alia iura inueniantur ei cõtraria, vana, & irrita iudicantur. In his. n. duobus attẽditur dignitas iuris naturalis, videlicet quòd immutabile est de quo tractauit superius, & quòd omnia iura: quæ illi repериuntur contraria, nulla sententia irrita discernũtur: & hoc exequitur in hac dist. Primam autem differentiam ponit in principio dist. Secundam vero in ver. dignitate vero. Primam autem differentiam assignando dicit: quòd differt ius à consuetudine, & constitutione, quia iure naturæ omnia sunt communia omnibus, &c. Superius circa diuisionẽ primam habitum est, qualiter communitas rerũ, siue possessio sit de iure naturali. Nunc autem pro ampliori intelligentia eorum, quæ tractantur in prima parte huius distin. duo quæruntur. Cõtinuatio

1 ¶ Primo an sit naturalis homini possessio rerũ exteriorũ.
2 ¶ Secũdo, an verum sit, ꝙ solum iure humano sint proprietates rerum, & distincta dominia possessionum.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ non sit naturalis homini possessio exteriorum rerum. Nullus. n. debet sibi attribuere, quod Dei est, sed dominium omnium creaturarum est proprium Dei, secundum illud Psal. *Domini est terra, &c. ergo non est naturalis homini rerum possessio. ¶ Secundo Basilius exponens verbum diuitis dicentis Luc. 12. Cõgregabo omnia, quæ nata sunt mihi: & bona mea, Dicit mihi, quæ tua sunt. Nonne ea sumens in vitam tulisti, sed illa, quæ homo possidet naturaliter, potest conuenienter dicere aliquãdo esse sua: ergo non possidet naturaliter exteriora. ¶ Tertio sicut Ambrosius dicit in li. de trinita. Dominus est nomen potestatis, sed homo non habet potestatem super res exteriores, nihil. n. potest circa earum naturam immutare: ergo possessio rerum exteriorum non est homini naturalis. ¶ In oppositum est illud quod dicitur in psal. Omnia subiecisti sub pedibus eius. s. hominis. Respõdeo dicendum, †ꝙ
2 res exterior potest dupliciter cõsiderari. Vno modo quantum ad eius naturam, quæ non subiacet humanæ potestati, sed solum diuinæ, cui omnia ad nutum obediunt. Alio modo, quantum ad vsum ipsius rei, & sic homo habet natural e dominium exteriorum rerum, quod multiplici ratione ostenditur. Primo, quidem ex necessitate vitæ. Secũdo, ex necessitate hominis. Tertio, ex actione naturæ. Ex necessitate quidẽ vitæ sic ꝓbatur. Societas politica est quodãmodo homini naturalis: ergo oportet dicere aliquo modo naturalia esse, quæ sunt necessaria in vita politica, sed secundum Philosophum primo politicorũ. Necessaria est rerũ possessio in gubernatione domus, si quis debet politicè viuere: ergo rerum possessio, quæ deseruit necessitati vitæ ẽ quodãmodo hoĩ naturalis. ¶ Scdo, ex ipsa dignitate hoĩs hoc idẽ ondĩt. Hõ. n. ex eo ꝙ ẽ ad imaginẽ dei hẽt naturale dominium

Margin notes: Ad primũ arg. — *Psal. 27. — Secũdũ ar. — Tertiũ a. — Opponit contrarii. — Respõdet

dominium super cæteras creaturas,secundum quòd patet Gen.1.Faciamus hominem ad imaginem,& similitudinẽ nostram,& præsit piscibus maris,&c.ergo naturale est homini,ꝙ dominetur rebus sensi bilibus,& vtatur eis ad suã vtilitatem.¶Tertio,ex actione naturæ sic. Natura.n. videt propter hoĩem cũcta fecisse,semper.n.imperfectiora sunt propter perfectiora,vnde & secundo Physicorũ dicit Aristoteles.Sumus,& nos quodammodo finis omniũ, potest ergo homo per rationem,& voluntatem vti rebus exterioribus ad suam vtilitatem,quasi propter se factis. Quare sicut ex eadem ratione probat Ari.1.Politicorum possessio. rerum exteriorum est homini naturalis. ¶Ad rationes in oppositum.

Ad primũ arg. Ad primam dicitur,ꝙ licet Deus habeat principale dominiũ omnium rerum ipse tamen secundum suã prouidentiam ordinauit res quasdam ad corporalem hominis sustentationem,& propter hoc homo habet naturale rerum dominium,quantum ad potestatem vtendi ipsis. vnde ratio non procedit.

Ad secũdũ ¶Ad secundam dicendum,quod diues ille reprehẽditur, ex hoc, ꝙ putabat exteriora bona,quasi non accepisset ea ab alio.s.à Deo:quare cum non dicamus,ꝙ hoĩ sit possessio rerum exteriorum hoc modo naturalis:ꝙ Deus nõ habeat principale dominiũ,sicut à quo cuncta bona procedũt, ratio facta nõ est ad propositum.

Ad tertiũ ¶Ad tertiam dicendum,ꝙ ratio illa procedit de dominio exteriorũ rerum,quantum ad naturas ipsarum, qđ quidem dominium soli Deo conuenit,vt dictum est.

3 Ad secundum Sic proceditur.†Et videtur ꝙ appropriatio,siue distinctio bonorum exteriorum nõ sit introducta iure humano.

Primũ ar. Et primo sic.Omne illud,ꝙ dicitur introductum ex iniquitate hoĩm,non est introductũ aliquo iure,sed proprietas rerũ ex iniquitate hoĩm videtur introducta.Ait.n.B.Clemens, vt habetur in c.dilectissimus.12.q.1.ꝙ per iniquitatẽ alius dicit,hoc esse suum,alius istud.ergo,&c.

Secũdũ ar. ¶Secundo,sic,antequam esset Imperiũ, aut Reges in orbe, erat distinctio, & proprietas rerum exteriorum,vt qua diceret,hæc villa mea est,illa tua. Non ergo iure Regum aut Imperatorum introducta est proprietas rerum exteriorum.

Tertiũ ar. ¶Tertio sic Dominus legitur per manus Iosue diuisisse filiis Israel terram Chanaam,& appropriasse vnicuique tribui determinatam possessionem iuxta cognationes suas,vt patet Iosue 13.& 14.&c.ergo sequitur,ꝙ rerum,proprietas sit dominio iure introducta.

Opponit ĩ contrariũ. ¶In oppositum arguitur ex præsenti tex.Gratiani,& autoritate B. Au. super Io. quæ ponit in litera.

Respõdet. Respondeo dicendum,notandum, ꝙ iuxta sententiã B.Thomæ in 2.secundæ.q.66.ar.2.communitas rerũ attribuit iuri naturali,non quia ius naturale dictas omnia possidẽda esse communiter,& nihil esse proprie possidendũ, quoniã vt plenius circa distinctionem primam diximus, ius naturale in statu naturæ corruptæ dictat aliqua tanquã propria possidẽda esse.Præterea in iure diuino sic attribuitur communitas rerum,vt ius diuinum omnia dictet possidenda esse communiter,& nihil proprium possidendum cum in multis locis sacre scripturæ sæpe legitur Dominus dedisse aliquibus aliqua tanquam propria possidẽda,sicut pluribus antiqs.vnde Abrahæ dicit dominus Ge.12.semini tuo dabo terrã hanc.Item 15.Semini tuo dabo terrã hãc à fluuio Aegypti vsque ad fluuiũ magnũ Eufratrẽ. Itẽ Ge. 35.dicit dominus Iacob. Ego Deus omnipotẽs terrã, quã dedi Abraã, & Isaac dabo tibi, & semini tuo post te. Hoc etiam maxime patet ex Leui. 25.vbi de proprietate,venditione,& redemptione possessionum filiorum Israel ponuntur.Itẽ.2.Para.31.dicitur.pars autem regis erat, vt propria eius substantia offerretur holocaustum mane semper.& vespere. Sed pro tanto iuri naturali,& diuino attribuitur communitas rerum,quia ẜm ius naturale, & diuinũ non est facta distinctio possessionum,& rerum exteriorum determinata,sicut nunc est,sed magis ẜm humanum condictum,quod pertinet ad ius positiuũ, vñ Gen.10. habet,qũo à filijs Noæ post diluuiũ diuisæ sunt insulæ gentiũ in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam, & familias suas in nationibus suis, & ibidẽ.c.13.ẽt de Abraã & Loth dr.Erat qppe substãtia eorũ multa, & nequibãt habitare cõiter,vñ facta est rixa inter pastores gregũ Abraã & Loth. Dixit ergo Abraã ad Loth. Ne quæso sit iurgium inter me,& te.& inter pastores tuos,& pastores meos:fratres.n.sum᷑. Ecce.n.vniuersa terra corã te est.Recede à me obsecro.Si ad sinistrã ieris: ego dexterã tenebo.Si tu dextrã elegeris: ego ad sinistrã pergã,diuisique sunt alterutrũ à fratre suo.¶His habitis,dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primũ arg. Ad primã dicẽdũ,ꝙ diuisio rerũ fuit introducta per iniquitatẽ, quia ex peccato primorũ parentum per,ꝙ natura humana statu innocentiæ,& integritatis suæ cecidit:in quo oĩa fuissent cõia:secuta est pro pace,& trãquillitate humanæ societatis diuisio:& ꝓprietas rerũ ex ẽdicto humano.Et ita non est incõueniens,ꝙ aliquid iure humano sit introductũ,ad ꝙ iniquitas præstitit actionẽ.

Ad secũdũ ¶Ad secundã dicẽdũ,ꝙ oĩa iura humana,quæ ab antiquis iurisperitis,seu à quibusdã principib.aut populis introducta sunt iura Regũ,siue Imperatorum dicunt, & si nõ inuentione, aut promulgatione,approbatione,tñ & additione authoritatis eorũ esse dicũtur.Vel secundo.Ideo dicunt iura principũ: quia illi de his,q̃ iure humano stabilita sunt maxime & amplissime tractauerunt.s.de contractibus,& possessionibus acquirendis,detinendis,& distrahendis,siue amittẽdis.Vel dicendũ ꝙ Aug.loquebatur de proprietatibus rerũ exteriorum tpe suo,in quo sicut principatus erat apud Imperatores,& Reges,ita legũ,& iuriũ sanctio,quibus distinctio,diuisio,appropriatio,acquisitio,& distractio possessionum fiebat.

Ad tertiũ. ¶Ad tertiã patet respõsio ex dictis.Ratio.n. non procedit:quia(vt dictũ est)nõ ita tribuitur iuri diuino cõitas rerum,ꝙ iure diuino nil fuerit proprie possidẽdũ. Nam contrariũ patet ex inductis superius exemplis,& locis sacræ scripturæ,& colligitur ẽt expresse ex.c. quicũque &.c.seq.23.q.7.quæ sunt verba Aug.sed ideo iuri diuino, cõitas rerum ascribitur, quia diuisio, & distinctio ac forma,& modus acquirendi proprietatẽ in rebus maxime introducta est iure humano.inst.de rerũ diui.per totũ.Text.

Exponit literam. sequitur.¶[Iure naturæ oĩa sunt cõia]qũo,& quo iure explanatũ est supra d.1.c.ius naturale est.legitur Act.4. [Affectus proprios.]tunc recte ordinatissimam dicit populo ciuitatem futuram,si circa oĩa esset cõis omnium affectionis beneuolentia:ita vt omnium eadem cura esset dilectionis,& solicitudinis circa, ea q̃ essent aliorũ, sicut circa propria,de qua cõitate infra circa.c dilectissimus.12.q.1.plenius erit tractandum, Deo duce.[constitutionis]ciuilis, siue gentium,vel ecclesiastice,siue secularis.Hu.[quo iure.]

4 Nota,†ꝙ pp persecutionem hæreticorũ,quã ecclesiæ inferebant,cõstituerunt catholici Imperatores in fauorẽ fidei & ecclesiæ,ꝙ heretici nihil possiderent nomine ecclesiæ, q̃ instituta, siue leges nolebant heretici recipere,asserẽtes eos nihil posse constituere de rebus ecclesiasticis contra eos:contra quos inuehit Augu.probando,ꝙ heretici nihil

Augu. possidere debent nomine ecclesiæ:quia nec iure diuino, cum eo oĩa videatur esse cõia.Domini n.est terra, &c.nec humano, cũ eo prohibeãtur heretici aliqua nomine ecclesiæ possidere.[Iura Imperatorum]iura Imperatorum nõ vocantur hic tñ constitutiones,quæ ab Imperatoribus ꝓmulgatæ sunt,sed omne ius cõstitutionis,vel cõsuetudinis in scriptis redactũ cuius quidẽ plena authoritas Imperatori collata est,iura ergo imperatorum omnia iura scripta dicuntur non inuentione,vel promulgatione, sed robore, atque autoritate videatur possidere.23.q.4. nimium. & q. 5.de Liguribus:[Regem reueremini.]prima Petri.2. Deũ timete,Regẽ honorificate, quid ergo tibi, & possessioni. Isti heretici volebant possidere, & in hoc recipiebãt iura Imperatorum.Nolebãt autem recipere ea iura,quę priuabant hereticos possessionibus.vnde Aug.argumẽtatur cõtra eos,vt vtrunque recipiant,aut vtrique renuntiẽt: & est

5 argumẽtum.†Quod quis recipit pro se,& contra se debeat recipere.arg.di.19.cap.1.&.4.q.3.si quis testibus.

1 *Demonstratio accipitur pro consilio.*

3 *Dictamen iuris naturalis ordinat aliqua prohibendo.*

6 *Fideles tenentur obedire suis principibus secularibus siue ecclesiasticis iusta præcipientibus.*

9 *Peregrini & scolares debent viuere & iudicari secũdum consuetudinem ciuitatis in qua inueniuntur.*

Dignitate. Hic ponitur secunda pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus ponit secundam differẽtiam iuris naturalis ad alia iura,qualiter præualeat,& præferat consuetudini,& constitutioni,ita,ꝙ vbi cõsuetudo aliqua,seu cõstitutio reperiatur cõtrariari iuri naturali,talis cõsuetudo,aut cõstitutio tanq̃ irrita, & nulla habenda est. Et in hac parte distinctionis exequitur per octo capitula, Continuatio.

qualiter ius naturale præferendum sit consuetudini. In sequenti distinctione exequitur, qualiter constitutioni præferatur. Et diuiditur primum capitulum in duas partes, in prima facit quod dictum est, videlicet ꝙ ius naturale, siue diuinum præferendom sit consuetudini, dicens: ꝙ & si ea, quæ sunt contra consuetudines, & mores hominum, sint tanquam flagitia vitanda: tamen si Deus cõtra morem, aut consuetudinem aliquem aliquid præciperet, aut ordinaret mandatum Dei præferendũ esset omni consuetudini, quæ illi contrariaret. In secunda probat hoc ibi. Si.n. & primo probat à simili. Secundo à minori ibi: Generale. Pro declaratione præsentis partis quæruntur quatuor.

1 ¶Primo, vtrum ius naturale ita præferatur consuetudini, & iuri humano, vt consuetudo, & ius humanum, quæ iuri naturali opponuntur, irrita habeantur.

4 ¶Secundo, vtrum sit verum, ꝙ turpis sit pars, quæ suo vniuerso non conuenit.

5 ¶Tertio, Regibus, siue Principibus Christiani obedire teneantur.

7 ¶Quarto, vtrum Deo sit vniuersaliter in omnibus obediendum.

Primũ ar. 1 **Ad primum.** Sic proceditur. †Et probatur, quod ius naturale non præualeat iuri, & consuetudini. Primo sic, de iure naturali, & diuino est cõmunitas rerum, vt in superiori parte huius distinctionis habitum est, & de consuetudine, & iure humano est proprietas rerum, sed apud hoĩes nõ seruatur rerum communitas, sed rerum proprietas, & hoc sine peccato, ergo magis consuetudo, & ius humanum videtur præferri naturali ꝗ è conuerso. Secũdũ ar. ¶Secundo eodem modo arguitur de seruitute: quia vt habetur in c. ius naturale. d. 1. libertas est de iure naturali: & de iure gentium, quod est ius humanum, est seruitus, vt in c. ius gentium. eadem d. & tamen approbatur: ergo, &c. Tertiũ ar. ¶Tertio sic. Occupatio sedium, seu bonorũ hostium est de iure gentium, vt in c. præcedenti, & tñ hoc cũ sit occupatio rei alienæ, vr iuri naturali õtradicere dicẽti: ꝙ tibi non vis fieri alij ne feceris: ergo, &c. Quartũ ar. ¶Quarto, ius naturale corrigitur per ius positiuum: ergo ius positiuũ prçualet iuri naturali. Consequentia patet: antecedẽs probatur, cum de cõi omnium possessione, & libertate, quæ sunt iuris naturalis, & tñ correctum est iure positiuo. Item transire p agrũ alienum fas est, i. naturale ius est, positiuum autem ius non est: vt supra d. 1. leges: ergo naturale ius transeundi per alienum agrum per ius positiuũ corrigitur. Et ita põt argui de depositæ rei restitutione, quæ est iuris naturalis, & tamen in casu non fit. Quintũ ar. ¶Quinto, de pscriptione põt argui, quæ videtur cõtradicere præcepto iuris naturalis in quo dicitur. Non furtum facies, & tñ præscriptiones non reprobantur, sed in consuetudine approbatæ sunt, & iure humano, tam canonico, quam ciuili, vt patet extra de præscri. per totum. &. C. de præscr. longi tẽp.

& Respõ. ¶In oppositum est tex. præsens. Respondeo dicendum, ꝙ oĩno ius naturale, vel diuinum præferendum est, oĩ cõsuetudini, & iuri humano, quæ conclusio sic probatur. Lex.n. naturalis, & diuina à rõnali Dei voluntate procedunt. Ius vero humanum, & humanæ consuetudines procedũt à voluntate humana, sed diuina voluntas, vtpote prima regula, quæ nunquam põt esse nisi rectissima præfertur humanæ voluntati, quæ sæpenumero peruersa est, & si quid rectitudinis habet, hoc ex dono possidet diuinæ gratiæ, ergo lex naturalis, & diuina præferenda est oĩ iuri, & consuetudini humanæ quę illi cõtrariatur. Ad primã arg. ¶Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendũ dupliciter vno modo, ꝙ, vt dictum est, parũ ante ex sententia S. Thomæ, nõ attribuitur iuri naturali cõitas rerũ, ꝙ ius naturale dictet nihil esse tã ꝗ proprium possidendũ, Sed quia distinctio rerum, & diuisio non est facta iure naturali, sicut humano: & ita hoc modo ius humanum dictans, & instituens aliquid esse proprium: non est contrarium iuris naturali, sed habet se per additionẽ ad illud, & ita de libertate, & seruitute dicẽdum est. Secũdario, respondet sic, ꝙ cõitas rerum est de iure naturali in casu extremæ necessitatis, vñ quæcũque consuetudo, aut ius humanũ institueret cõtrariũ, abolenda esset. Alexander de Halis. Tertio, rñdetur iuxta magistrũ Alexandrũ de Halis, ꝙ ius naturale aliqua dictat, vt debita, aliqua, vt vtilia, & quędã, vt expedientia. Vt debita vero dictat, sicut illud, quod tibi vis fieri, alteri feceris, & ꝙ tibi non vis fieri, &c. Et in his includũtur oĩa pręcepta, & oẽs prohibitiones iuris naturalis: Vt vtilia dictat, quę conferunt ad finem: & hoc modo in statu naturę integrę dictat omnia esse communia, & libertatem, hęc.n. in natura bene constituta conferunt ad finem. Vt expedientia vero dictat sicut post peccatũ aliqd esse proprium, quia aliter acciderit incõmodum propter concupiscentiam hoĩum in societate humana, & similiter dictat seruitutem, & subiectionem, quia aliter irruerẽt homines: nisi haberẽt, qui coercerent eos. Et secundum ista dicendum est, ꝙ ius humanum, & consuetudo hominũ possidendo aliquid proprium, & introducẽdo seruitutem in aliquibus hominibus non contrariãtur iuri naturali, imo hoc dictat ius naturale expedire pro statu naturę lapsę. Alij vero respondentes dicunt, ꝙ in iure naturali sunt quędam, vt præcepta, & prohibitiones: vt fac alij, quod tibi vis fieri, quędam sicut demonstrationes. †Et differt demõstratio iuris naturalis à præceptis: sicut concilium à pręcepto: itaque demonstratio accipitur ibi loco consilij: tunc dicũt ꝙ humanum ius, aut consuetudo humana non prçferuntur iuri naturali, quo ad præcepta, & prohibitiones. Secus quo ad demonstrationes. Hugo. Nam de iure ciuili, & de iure gẽtium, vt dicit Hug. in apparatu præsentis capituli, quędam emanauerunt contraria iuri naturali, nec tñ irrita habentur, vt est seruitus, rerum appropriatio, & hmõi. Iuri.n. naturali, quod consistit in demonstratione, in multis additũ est, & in multis detractũ per cõstitutiones, & mores, hęc Hu. Sed hęc non videntur nobis vera esse, quia ius naturale non dictat per modum demonstrationis, siue consilij, ꝙ in omni statu naturæ cõitas rerum, sit & omnium libertas quia, si sic verum diceret Hu. sed ius naturale, quod dictat pro statu naturæ integrę, expedite, vtpote rerum communitatem, & oĩm libertatem dictat pro statu naturę corruptę non expedire, sed rerum proprietatem, & hoĩum subiectionem, nec ista contradicunt, sicut nec, ꝙ medicus concedat vinum homini sano, & prohibeat ęgrotãti. Ad secũdũ. ¶Ad secundam patet solutio ex dictis. Ad tertiũ. ¶Ad tertiam dicendum, ꝙ in iusto bello occupatio bonorum, quę pertinebant hostibus, est licita, & à iure permissa, & quibus hoc velle sibi fieri, si est hostis. vt d. 1. c. ius gentiũ. & 23. q. 4. c. qui peccat &. q. 7. c. si de rebus. Ad quartũ. ¶Ad quartam respõdetur negando antecedens, qm cum omne quod est corrigibile & dirigibile per aliud, aliquando potest esse iniustum, & obliquum ꝙ non conuenit iuri naturali. Pro responsione ad probationem iuxta dicta Alexandri de Halis, & Geraldi Odonis super ethicis est notandum†, ꝙ dictamen iuris naturalis 3 ordinat aliqua prohibendo, prohibet.n. mala scienter fieri, vt furtum, homicidium. Aliqua ordinat pręcipiendo, sicut omnia debita, sicut quę vultis, vt faciant vobis homines, hęc eadem facite illis. Mat. 7. Item aliqua consulit, sicut honesta, vt puta, ꝙ vna sit vnius. Itẽ aliqua concedit, vt vtilia, vtputa in statu innocentię omnia esse cõia. Item aliqua pmittit, vt expedientia, quę aliquando accidũt in malis, vel propter mala, vt, ꝙ tempore isto pp malitiam hominum bona sint propria. Geraldus odonis. His pręmissis dicit Geraldus Odonis, ꝙ ius naturale in rebus prohibitis, & pręceptis nullam recipit mutabilitatem, vel directionem. In consultis vero, & suasis honestati, in concessis vtilitati, in permissis expedientie, ac necessitati recipit mutationem, correctionem, & directionem. Sed iuxta superius dicta non videtur nobis congrue dictum, ꝙ ius naturale in aliquo veniat corrigendũ vel dirigendum per ius positiuum, nec potest stare, cum te. pręsentis capituli, quoniam idem ius naturale, quod p vno tempore dictat aliquid expedire, dictat pro alio non expedire. Et ita quodcunque fiat iuxta congruentiã temporum ex dictamine eius fit, & per consequens non videtur modus ille loquendi rationabilis. Ad quintũ. ¶Ad quintam dicendũ, ꝙ pręscriptio, quę ex omni parte habet bonam fidem iusta est, & à iure permissa, ne tũc est vsurpatio rei alienę sed bñ rei, ꝗ fuit aliena, vnde iã facta est sua bñficio iuris.

4 **Ad secundum.** Sic pceditur. †Et videtur, ꝙ nõ sit verum quod turpis sit pars: quę suo vniuerso nõ cõgruit. Primũ ar. ¶Primo sic arguendo de religiosis, qui moribus, & vita, & vestibus à maiori parte vniuersitatis separãtur. Secundũ ar. ¶Scdo arguitur de eo, qui ieiunando vel abstinendo à carnibus, vel vino non congruit eis, cũ ꝗbus viuit. Tertiũ ar. ¶Tertio arguitur de eo, qui cõsilijs, & pactis alicuius vniuersitatis in malo conuenienter discordat, qui tamen non turpes, sed magis pro singularitate sanctimonię & religionis dicendi sunt speciosi, vñ psal. 1. dicitur. Beatus vir,

O ponit & Respó. tus vir, qui non abijt in consilio impiorum,&c.¶In opposi tum est t.præsentis capituli,& idem habetur extra de spó. du.tuas.Respondeo dicendum,ꝙ cum in vno, & eodem corpore,siue collegio dissonantia, & diuersitas turpis sit. ar.12.q.2.cognouimus,& præsumendum sit verosimiliter communiter pro toto,videtur optime dictũ, ꝙ turpis sit pars,que,&c.hoc tamen intelligẽdum est sanè.Primo qui dem in his,quæ spectant ad mores, rationi obuiantes, & sic tollitur argumentum,quod fiebat de eo qui non con-

Qualiter intelligatur text. gruebat moribus multitudinis impiorũ.¶Secundo intelli gẽdus est tex.iste,exceptis illis, qui ducunť lege priuata,si ue speciali, vt puta ordinis,aut ꝓfessionis religionis, tales .n.congruere debent regulis religionis suæ,& nõ moribus eorum,cum quibus viuunt:& ita soluitur argumentum de religiosis.¶Tertio intelligitur autoritas ista, nisi occurrit rationalis causa, propter quam non posset quis,aut debeat alijs congruere,vt extra de his,quæ fi.à maio.par. ca. cum incunctis.Et ex hoc soluitur argumentum de eo,qui ex vo to,aut ex pœnitẽtia obligatur i eiunare,aut abstinere à car nibus,cuius ratione non congruebat,vt alijs talibus vincu lis non astrictus in comedendo se conformaret. Et ita patet solutio oĩum aliorum argumentorũ,q̃ fieri possent.

5 Ad tertium. Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ Regibus siue Principibus secularibus

Primũ ar. parcendum,siue obtemperandum à Christianis non fit. Primo sic super illud Matt.17.ergo liberi sunt filij.dicit gl. Si in quolibet regno filij illius regis,qui regno illi præfertur sunt liberi:tunc filij regis in omnia regna subduntur, in quolibet regno liberi esse debent,sed Christiani per fidem Christi facti sunt filij Dei secundum illud Io.1. dedit eis potestatem filios Dei fieri his,qui credunt in nomine eius:ergo non tenentur potestatibus regalibus obedire.

Secũdũ ar. ¶Secundo sic.ad Rom.7.dicitur mortificati estis legi per corpus Christi,loquitur de lege diuina testamẽti veteris, sed minor est lex humana,par quam homines secularibus potestatibus subduntur,quam lex diuina veteris testamẽ ti,ergo multo magis homines per hoc,quod sunt facti mẽ bra corporis Christi liberantur à lege subiectionis,qua se

Tertiũ ar. cularibus principibus astringebantur.¶Tertio latronibus qui per violentiam opprimunt homines, obedire non te nẽtur.Sed Aug.dicit.4.de ciuitate Dei:Remota iustitia,qd sunt regna,nisi magna latrocinia.Cum igitur dominia secularium principium plerunque cum iniustitia exerceantur,vel ex aliqua iniusta vsurpatione principium sumpserint,videtur,ꝙ non sit principibus secularibus obediendũ

Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. à Christianis.¶In oppositũ est te. præsentis.c. vbi dicit Au. lib.confessionum,ꝙ generale est pactum societatis humanæ obtemperare regibus.¶Respondeo dicendum ꝙ, vt S. Th.dicit super Apostolum ad Titũ. Hæresis incepit apud Iudæos esse, ꝙ serui Dei non seruirent hominibus: & ex hoc etiam in populo Christiano quidam dixeruut, ꝙ per Christum filij Dei facti nõ deberent esse serui hominum: Contra quem errorem sit ista conclusio.†Quod fideles te nentur obedire suis principibus,siue superioribus, siue se cularibus,siue ecclesiasticis iusta præcipientibus,quæ con clusio probatur primo per illud Apostoli.ad Tit.3. Admo ne illos principibus,& potestatibus subditos esse.Secundo patet per illud Apostoli.prima Petri.2.Subditi estote om ni humana creaturæ propter Deũ, siue regi quasi præcellẽ ti,siue ducibus tanquam ab eo missis.Ratione vero sic declaratur præfata conclusio.Fides Christi est iustitiæ principium, secundum illud Romano. tertio,Iustitia Dei per fidem Iesu Christi: & ideo per fidem Christi non tollitur ordo iustitiæ, sed magis firmatur.Ordo autem iustitiæ requirit,vt inferiores suis superioribus obediant. Aliter .n. nõ posset humanarum rerum status obseruari,& ideo per fidem Christi non excusantur fideles, quum principibus

Ad primũ arg. secularibus obedire teneantur.¶His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ.Ad primam respondetur, ꝙ serui tus,qua hõ homini subditur,ad corpus pertinet, non ad aĩam,quæ libera manet,nunc autem in statu huius vitæ ꝑ gratiã Christi liberamur à defectibus aĩæ,non aũt à defe ctibus corporis,vt patet ꝑ Apostolũ ad Ro.7.qui dicit de se ipso,ꝙ mẽte seruit legi dei, carnẽ aũt legi pcti. Et ideo illi q̃ sunt filij Dei per gratiã, liberi sunt à spũali seruitute pcti,non aũt à seruitute corporali, qua tpalibus, tenẽtur dñis astricti,vt dicit gl.super illud.1.ad Tim.6.quicunque

Ad secũdũ sunt sub iugo serui, &c.¶ Ad secũdã respõdeť, ꝙ lex vetus fuit figura noui testamenti,& ideo debuit cessare,veritate ve niente non autem est simile de lege humana,per quam homo subijcitur homini, & tamen etiã ex lege diuina homo tenetur homini obedire.¶ Ad tertiam dicendum,ꝙ

Ad tertiũ principibus secularibus intantum homo obedire tenetur, inquantum ordo iustitiæ requirit, & ideo si non habet iustum principatũ, sed vsurpatum, vel si iniusta præcipiant, non tenentur eis subditi obedire, nisi forte per accidens propter vitandum scandalum,vel periculum.

7 Ad quartum. Sic proceditur.† Et videť, ꝙ Deo non sit vniuersaliter obtemperãdum in omnibus.Primo sic dř.Matt.9.ꝙ dñs duobus cęcis

Primũ ar. curatis,præcepit dicens,videte ne quis sciat.Illi autem exeuntes diffamauerũt eum per totam terrã illam, nec tamẽ inculpantur:ergo videtur,ꝙ non teneamur in omnib. obe

Secũdũ ar. dire Deo.¶Secundo sic.nullus tenetur aliquid facere contra virtutem,sed inueniuntur quædam præcepta Dei contra virtutem,sicut,ꝙ præcepit Abrahæ,ꝙ occideret filium innocentem,vt habetur Gen.12. & iudæis vt furarẽtur res Aegyptiorum,vt habetur Exo.22. quæ sunt cõtra iustitiã, & Oseæ,ꝙ acciperet mulierem adulteram,ꝙ est contra ca

Tertiũ ar. stitatem:ergo non in oĩbus obediẽdum est Deo.¶ Tertio, quicunque obedit Deo conformat voluntatem suã voluntati diuinæ,ẽt in volito,sed quantũ ad oĩa non tenemur cõ formare voluntatem nostrã voluntati diuinæ in volito: er

Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. go non in oĩb.tenemur Deo obedire.¶In oppositũ est tex. præsentis capituli.Resp ondeo dicendũ,ꝙ Deo in oĩb.obtemperãdũ est,probatur ergo primo autoritate,dř.n.Exo. 24.Oĩa,quæ loquutus est dñs faciemus, & erimus obedien tes.¶Secundo rõne sic.Ille, qui obedit mouetur per imperium eius,cui obedit, sicut res naturales mouẽtur per suos motores.Sicut aũt Deus est primus motor omniũ, quæ na turaliter mouentur, ita etiã est primus motor oĩum volun tatũ:ergo sicut naturali necessitate oĩa naturalia subdũtur diuinę motioni.ita etiã quadã necessitate iustitiæ oẽs volũ

Ad primũ arg. tates tenẽtur obedire diuino imperio:ergo &c.¶Ad rõnes in oppositum,ad primã dicendũ, ꝙ dñs cæcis dixit, vt miraculum occultarent, non ꝙ intendẽs eos,per virtutẽ diui ni præcepti obligare,sicut Greg.dicit.19. moralium seruis suis sequẽtib.exemplum dedit,vt ipsi quidem virtutes suas occultare desiderẽt, & tñ, vt alij eorum exemplo proficiãt

Ad secũ prodãtur inuiti. ¶Ad secundã dicendum, quòd sicut Deus nihil operatur contra naturam,quia hæc est natura vniuscuiusq; rei,ꝙ in ea Deus operatur,vt habeť in gl.ad Ro.11. operatur tñ aliquid contra solitum cursum naturæ,ita etiã Deus nihil põt præcipere contra virtutẽ,quia in hoc principaliter consistit virtus,& rectitudo voluntatis humanæ, ꝙ Dei voluntati cõformetur, & eius sequatur imperiũ,q̃uis sit cõtra consuetum virtutis modũ,ſm hoc ergo pręce ptum Abrahæ factum, ꝙ filium suũ innocẽtem occideret, non fuit contra iustitiã,quia Deus est autor vitę,& mortis, nec fuit cõtra iustitiã, ꝙ mãdauit Deus Iudæis,vt res Aegy ptiorũ acciperent,quia eius sunt oĩa,& cui voluerit,dat illa.Nec etiã fuit castitatis ꝑceptũ ad Oseæ factũ, vt mulierẽ adulterã acciperet, quia ipse Deus est humanæ gñationis ordinator,& ille est debitus modus mulierib.vtendi, quẽ Deus instituit,vnde patet,ꝙ ꝑdicti nec obediẽdo Deo,nec

Ad tertiũ obedire volendo peccauerunt.¶Ad tertiã dicendũ, ꝙ & si nõ semper teneatur hõ velle quod Deus vult eũ velle,& cũ hoc homini præcipue innotescat per præceptũ diuinũ,te-

Exponit literam. nẽtur homo in oĩb.diuinis ꝑceptis obedire Deo. Sequitur tex.¶[More].i.honestas consuetudines,vel leges particula res.Hu.[hoĩm]cum quilibet viuitur. [flagitia].i.quasi flagia.i.peccata sunt vitanda,etiã ꝙ si in se non essent flagitia, siue peccata,dum tñ essent cõtraria morib.eorũ, cum quibus viuitur.Intellige tñ,ꝙ non sint necessaria ad salutẽ.[ꝓ diuersitate].i.aduersitate.i.quia aduersantur morib.& con tradicunt.[pro diuersitate morum]dicit, quia quædã sunt in vno loco flagitia,quæ alibi non essent.[vitandi]præsertim inter eos,cum quibus viuitur.[vt pactũ gentis,&c.libi dine].i.volũtate.[ciuis]secus si Deus,vel Papa, vel Rex mã

8 eet contrariũ.Hu.[Peregrinis.]ar.†ꝙ peregrini, & scholares debent viuere,& iudicari secundum cõsuetudinem ciuitatis,in qaa inueniuntur,quod, vt dicit Hu. verum est,si volunt habitare,vel timeretur scandalum,ar. di.12.illa,& di.41.c.1.dicit autem hic Arch.ꝙ cum delinquens efficiatur de foro eius, in cuius iurisdictione delinquit, vt ex- rchidi tra de sent.exc.nuper in prin.cum similibus.§. primo pere

grinus siue, viator ligaret sententia, & statuto loci, vbi pertransit, & delinquit. [turpis, non congruens] in his, quibus debet, & potest congruere, talis. n. non congruens turpis reputatur, nisi habeat iustam causam, vel iustum impedimentum. quare sic non congruat. ar. di. 12. illa, & di. 11. quis. [iubet]. s. vel per inspirationē, vel apertam reuelationem, vel per aliquem hominem, vel per scripturam noui, vel veteris testamenti. [Si. n. regi] arguit per locum à minori affirmatiue, ꝙ Deo sit obediendum iubenti contra mores, aut pacta hominum, aut ea, quę tunc, & non ante iura fuerunt, si Regi obedire in his, quæ nunquam ante ipsum quisquā iussit, nec ipse vnquam iusserat, non sit contra societatem ciuitatis, illi obedire, imo contra societatem esset, si non obtemperatur illi, cum generale pactum sit societatis humanæ Regibus suis obtemperare. s. eo. di. 3. c. quo iure. Hoc. n. exigit necessario humana societas, vt Regi, siue rectori, aut principi (qui motor est illius, & gubernator) obtēperetur: vnde ad Ro. 13. omnis aīa subdita sit potestatibus sublimioribus. [Sicut. n.] generalis regula est. Sed contra hoc arguit: quia ꝯm hoc, cum maior sit episcopus, quàm Abbas, & Metropolitanus, quàm Episcopus, videtur ꝙ monachus potius debeat obedire episcopo, quam Abbati, & clericus potius Metropolitano, quam episcopo. Sed de hoc dicetur, j. 11. q. 3. qui resistit.

1 *Consuetudo mala est abijcienda propter multa.*

Cōtinuatio.



MAla consuetudo. Sequitur ꝯm capitulum eiusdē partis, in quo magister Gratianus inducit ex autoritate Nicolai papę, ꝙ mala, siue perniciosa consuetudo sit radicitus euertenda. Et diuiditur in duas partes. In 1. facit, quod dictū est. In 2. assignat rationem eius. 2. ibi. Quæ nisi. Hic nihil occurrit disputandum, sed tantum litera exponenda. [Mala con-
Diuisio.
Exponit literam
1 suetudo.] Notandum † ꝙ mala consuetudo est abijcienda propter multa. Primo, quia est quasi quædam corruptela perniciosa anima. Sicut enim morbus corrumpit corpus, ita consuetudo mala, vt puta quæ est contra legem naturalem, vel diuinam, cum sit peccatum mortale, corruptio est animæ ꝯm illud, quod de peccatoribus in psal. dicitur. *Corrupti sunt, & abbominabiles facti sunt. ¶ Secundo, quia mala consuetudo, quanto plus durat, plus grauat animam, quia vitia tanto sunt grauiora, quanto diuturniora. extra de consuet. c. fi. ¶ Tertio, quia radicata difficultatem facit bene operandi. Et ideo in principio extirpanda est, & principijs obstandum. 24. q. 3. resecandæ. Dicit autē Hieronymus in quadam epistola. Non est alia causa, quæ nobis difficultatem bene agendi præstet, quam longa consuetudo vitiorum. ¶ Quarto, quia ponit, quasi necessitatē faciendi, cum consuetudo sit quasi altera natura, vt dicit Aristoteles, vnde August. in li. confessionum. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi cathenam fecerat, & constrinxerat me, quippe ex voluntate mea peruersa facta est libido, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Et ideo dr̄ hic in text. præsentis capituli, ꝙ ab impijs incipiunt consuetudines. ¶ Quinto extirpanda est mala consuetudo, qm̄ quasi facit impossibilitatē resurgendi à peccato, cum iam quasi sit effecta naturalis. Vnde Isidorus lib. de summo bono ait. Peccatum cōmittere est in puteum cadere. Consuetudinem vero peccandi facere, est os putei angustare, ne is, qui cecidit, valeat exire. Prouerbi. 22. Adolescēs iuxta viam suam, cum senuerit non recedet ab ea, &c.
*Psa. 13. 2.
Hyeronimus
Isidorus.

1 *Consuetudo debet cedere veritati iuris, maxime naturalis, vel diuini.*

Continuatio.



VEritate manifesta. Sequitur. c. 3. eiusdē partis, & nō diuidit̄. Vna simplex cōclusio est huius
1 c. videlicet. † ꝙ veritati iuris & maximè iuris naturalis, vel diuini, de quo loquit̄ cōsuetudo cedere debet. Et ad hanc conclusionē tendunt oīa capitula sequen. vsque ad sequentem distinctionem, videlicet ꝙ consuetudo quamuis vetusta si veritati. i. diuino iuri siue naturali contraria abolenda est. De ista materia disputatū est circa primum. ca. huius di. & circa. 11. di. etiam erit sermo, Text. ¶ [Veritate]. i. iuris naturalis, aut diuini, quia alij veritati sæpe derogatur per particularem consuetudinem ꝯm Hu. [Manifesta] siue per reuelationem, siue per doctrinam. siue quocunque alio modo [rationi]. i. ei, ꝙ dictat rō naturalis, & veritati, s. scriptæ in nouo, vel veteri testamēto.
Exponit literam

1 *Perplexitas temporis neminem excusat.*
2 *Prohibita à iure non debent obseruari, quamuis longa consuetudine confirmata.*

Continuatio.



SI consuetudinem. Sequitur. 4. ca. eiusdē partis, vbi ad confirmationē conclusionis præcedentis. c. introducit̄ duplex autoritas, vna Christi & altera Cypriani. 2. ibi, Et certe. Plana sunt omnia ex superiorib. [Si consuetudinem] extra pōt poni per. c. cum inter extra de consue. Arc. [Opponas] ꝯ veritatē. Hu. [Dn̄s dicit.] Io. 14. [Ego sū. Et certe.] psa.
Exponit literam.
1 2. [vetusta.] ar. † ꝙ pp prolixitatē tpis, quo quis moratur in crimine, puta in scismate, in simonia, vel adulterio, vel separatus ab vxore, nō excusat̄. vt est tex. in c. fi. de consue. & est ar. 24. q. 1. scisma. & 1. q. 1. reperiūtur. & q. 3. c. vlt. & 34. q. 5.
2 quod Deo. Hu. † Item argumentū cōtra præscriptiones malę fidei, & contra leges vsuras permittentes, & contra vulgares purgationes, & monachiā quę de iure non fiunt quāuis ex longa consuetudine obseruentur. ar. 34. q. 2. si virgo & 2. q. 5. Mennam. Consuluisti. Monachiam. [& vsus abolēdus] si siue scandalo fieri potest. di. 4. denique.


1 *Veritati resistentes peccant, & quare.*

Continuatio.



VI contempta. Sequitur. 5. c. eiusdē partis, vbi ad cōfirmādū cōclusionē ꝑcedētiū capitulorū introducit̄ autoritas beati Au. in qua primo reprēhēdit, tanquā grauiter errantes eos, qui consuetudinem præferebant veritati, inuidos, & ingratos tales esse dicens. Secundo inducit authoritatē Christi. Tertio exemplum Petri. Quarto concludit principalē conclusionem. 2. ibi. Si quidem circa fratres. 3. ibi. Nā dn̄s in euange-
Diuisio.
1 lio. 4. ibi. Reuelatione ergo. Vbi nota, † ꝙ qui resistunt veritati, peccant. Primo, quia virtutem contemnunt, & impugnāt, qđ est peccare in spm̄ sctm̄. Ideo maledicti erūt. Thobię. 13. maledicti erunt, qui contemnunt te. Secūdo peccāt in spiritum sanctum, quia inuident fraternæ charitati, volētes auertere proximos à veritate, & inducere falsitatem. Tertio peccant, quia sunt ingrati Deo, qui eis reuelauit veritatem, q̄ abscondunt suo mendacio. ¶ [Inuidus] qui contempta veritate, vult consuetudinem seruare, vtique est ꝯ fratres inuidus, & malignus, quos detinere vult in seruitute pc̄ti ligando, & obligādo eos ad obseruātiā contra Deū, & veritatem. [Inuidus] quia nō vult sequi veritatē ad illos, vel ꝑ illos reuelatā, siue manifestatā. [veritate] manifestata sibi per reuelationē, vel per alios, quib. reuelata est, vel nota per doctrinā. [presumit] vitiū notat. [inuidus] qa nō vult sequi veritatē per illos reuelatā, siue manifestatā. [ingrat⁹] quia non vult parere veritati sibi à Deo reuelatæ. Hu. cuius inspiratione ecclesia instruit̄. Io. 26. Cū aūt venerit ille spūs veritatis, docebit vos oēm veritatē, in euag. Io. 14. quia & Petrus circuncidebat iuxta consuetudinē, & discernebat cibos [cessit Paulo.] ad Gal. 2. de quo plenius. 20. q. 7. Paul.
Exponit literam.

1 *Spiritus sanctus tanquam dux, & author veritatis sequendus est.*
2 *Consuetudo, quæ non innititur rationi, est abolenda.*



FRustra. Sequitur. c. 6. eiusdē partis, & est Au. de baptismo contra Donatistas, & est ad idem per totum. Et facit duo. Primo quidem repetit, ꝙ veritas, & rō præponēda sint consuetudini contrariæ. In 2. ꝙ consuetudo, quæ veritate fulcitur, non est abolenda, sed firmiter sequenda. 2. ibi. Sed si. Quia iam de hoc disputatum est in prin. huius di. & disputabitur in prin. 11. iō amplius nō prosequimur. ¶ [Frustra] verbum est Gratiani, vt ait Hu. & construitur cum titulo sic. [Idem]. s. Aug. [inquit in spirituatibus]. i. in sacramētis, vel officijs, vel moralibus præceptis. In spiritualibus. i. nō solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus insequendum est, quia melius à spiritu sancto reuelatum est, quia spiritus sanctus omnē non solum spiritualiū, sed etiam tpalium docet veritatē. Io. 16.
Diuisio.
Exponit literam.
1 † & ideo, spūs sanctus, tanq̄ dux, & author veritatis sequēdus est, vt non oberit, qui dat, spiritum consilij in agendis, expressit

expreſsit tamen Aug.in ſpiritualibus propter tria. Primo, quia magis occulta,& ſupra rationem ſunt ſpiritualia,quā temporalia, & ideo ſpiritualibus magis neceſſaria eſt reuelatio,& directio ſpiritus ſancti, qui dicit ſpiritualia manifeſtare.¶ Secundo quia ſpiritualia ſunt effectus immediati Spiritus ſancti,à quo immediatius ſunt, quam temporalia. ¶ Tertio,quia ſpiritualia magis ordinantur ad conſequendum dona Spiritus ſancti, per quæ ſanctificamur, & efficimur templum Spiritus ſancti. [reuelatum]per euangelium,vel alio modo.Hu.[Sed ſi]2.pars.[Suffragatur]tūc .n.& ſi deficit lex,vel canon, conſuetudo talis pro lege ſuſcipitur.vt.di.1.conſuetudo. Et datur intelligi à contrario
2 †ꝙ ſi conſuetudo non innititur rationi,aboleda eſt.Hu.[firmius.]Non eſt vis facienda in comparatione.i. firmiter eſt obſeruanda talis conſuetudo Hu.

1 *Ignorantia excuſat in parte,non in toto.*

Continuatio.

Diuiſio.



Onſuetudo. Sequitur cap. ſeptimum eiuſdem partis,vbi ex autoritate Cypriani ad confirmationem concluſionis repetitæ per omnia capitula huius diſtinctionis, videlicet, ꝙ veritas,& ratio præponenda ſint conſuetudini: arguit ex tribus. Primo ex conditione cōſuetudinis, cui veritas opponitur, quia talis eſt vitioſa,talis.n.non eſt, niſi vetuſtas erroris,& non dubium,quando ſit magis culpabilis,ſecundo autoritate.ſ.Eſdræ.3.ex grauitate pœnæ,quæ debetur ei,qui,veritate reuelata,preſumit ſequi conſuetudinem.Prima ibi.Nā cōſuetu do.2.ibi,ſcientes.3.ibi Idem cognoſci pōteſt.¶[Irrepſerat]notat conſuetudinem vitioſam.Hu.[vetuſtas erroris,error vetus].i.reddes hominem corruptum, & vitioſum ſecundum illud Colo.3.Expoliantes vos veterem hominem.[Scientes.]2.pars.[Apud Eſdram.]3. pars.[ſimpliciter].i.ſine fraude,& certa ſcientia.[erranti]ſicut.j. ad Ti. 1.blaſphemus contra perſonam Chriſti, perſecutor in factis.[iniurioſus,ſiue contumelioſus]in verbis,ſiue perſecutor iniurioſus contra membra eius.ſ. Chriſti[ſed veniā merui]ſiue obtinui.ſ.remiſsionem peccatorum.Sic de conſec. di.2.quia corpus.circa finem,quia,vt ait Aug.miſericordię nullum eſt meritum.[quia ignorans feci.]non.n. ignorantia eſt cauſa miſericordię,ſed tñ,quod ignoranter committitur,facilius ignoſcitur,quā illud,ꝙ ex certa malitia perpe-
1 tratur:†ergo ignorantia excuſat,quod verū eſt in parte:nō in toto.vt de conſe.di.2.ſcriptura.24.q.1.ſi quis dederit[reuelationem].i.poſtquam nouerit veritatem.[ſciens].i.ſciēter non peccat[in venia ignorantiæ].i. nō peccat ex ignorātia,q̄ facilius ſequit veniā[ſed obſtinatione]i.obduratione.

Exponit literam.

1 *Cultus diuinus qualiter dicatur fruſtra exhiberi.*

Continuatio.

Diuiſio.


I ſolus Chriſtus. Sequitur.c.8. eiuſdem partis in quo ad propoſitum inducitur autoritas Augu.dicentis,ꝙ Dei veritatem,non hominum conſuetudines Chriſti doctrinæ contrarias ſequi debeamus, Et diuiditur hoc.c.in duas partes. In 1.dicit,quod dictum eſt.In 2.aſsignando rationem,quare mandata, ſiue conſuetudines hominum non ſint præferenda mandatis Dei, inducit reprehenſionem quorūdam Iudæorum,qui talia faciebant.2.ibi.Cum per Eſaiam. Plana ſunt omnia.¶[Solus]non excludit Papam,vel prelatos, vel alios doctores,aut predicatores bonos,ſed tantum antichriſtos.i.contrarios Chriſto,qui contraria predicant.Et eſt ſenſus, ſi ſolus Chriſtus.i. ſi nullus ei contrarius eſt audiendus.Simile habetur.8.q.1.ſciēdum.vbi dr: ſola eſt obedientia,quæ fidei meritum ſeruat,per hoc non excluderentur aliæ virtutes.[audiēdus]vtpote,qui doctor,& magiſter ſupremus,cuius omnia mandata veritas,& verba vita ſunt. vnde Ioan. 6. Verba quæ ego loquor ſpiritus & vita ſunt. & Petrus ait ibidem,verba vitę habes,& qui dicit Io.8.Qui ſequitur me,non ambulat in tenebris.ſ.erroris, & peccati, ſed habebit lumen vitæ.[Non debemus]quod hic dr locū habet, vbi certum eſt, ꝙ à ſummo doctore Chriſto ſtatutum,aut dictū ſit,in his autem,quæ expreſſe non reperiuntur dicta,aut ſancita ab ipſo,ſequenda eſt autoritas ſanctorum Patrum.ar.37.diſt.qui de menſa.9.q.2. Lugdunenſis. [Conſuetudinem]quæ.ſ.ſit contraria veritati Chriſti.Hug. cum per Eſaiam.Secunda pars.Eſa.29.& Matt.15.[ſine cauſa].i.fruſtra.[colunt me].i.ſine fructu vitæ æternæ,quæ de-
1 betur veris cultoribus.† Dicitur.n.medicina alicui fruſtra

Exponit literam.

exhiberi,cui non confert ſanitatem,ſic cultus diuinus,qui non ducit ad veram fœlicitatem.Sequitur[mandata,& doctrinas docentes hominum]contemptis diuinis. Nota,ꝙ ait[mandata] reſpectu.ſ. opinionis[& doctrinas]reſpectu cognitionis,in iſtis duobus errabant.Ro.10. Iuſtitiam ſuā volentes ſtatuere Deo non ſunt ſubiecti.Sed contra hoc arguit gl.ex eodem Aug.j.di.12.c.omnia.vbi inquit,videtur ꝙ Iudæi tantum Dei,& non hominum conſtitutionib. regebantur. Arguit, ꝙ olim regebantur conſtitutionibus humanis.ſ.Scribarum,& Phariſeorum.vt hic dicit, ſed hodie non.Sed videtur nobis,ꝙ glo. male arguat,& peius ſoluat. Male quidem arguit,quia in c.predicto,omnia,non dr ibi, ꝙ Iudæi tantum diuinis conſtitutionibus regebantur,ſed dr,ꝙ legalibus tantum ſacramentis,non humanis præſumptionibus ſubijciuntur,quod Aug.inducit,vt dicit S.Th.in 1.2.in reprehenſionē quorundam,qui additione ſuperflua ſtatutorum quorūdam,& cerimoniarum,religionem, &c. Chriſtianā reddiderunt oneroſam, dicens qđ ipſā regionē per hoc autem,ꝙ Iudæi ſacramentis legalibus contenti, & cerimonijs tantum in lege ſtatutis vterentur,non habetur, ꝙ vniuerſaliter in omnibus tantum diuinis conſtitutionibus regerent.Male etiam ſoluit.Tum,quia nedum olim ipſi Iudæi,ſed etiam nunc(vt dicit Nicolaus de lyra)traditionibus Phariſeorum,& ſcribarum, quæ dicūtur eſſe in Thalmult,multi eorum maxime reguntur. Tum, quia videtur gl.illa ſanctificare Iudæos præſentis temporis, dicēdo eos mō non hominum,ſed Dei inſtitutionibus regi.Et ideo dicendum videtur, ꝙ non ſit dicendum vniuerſaliter de omnibus Iudæis,quia ſemper fuerunt aliqui boni illo tempore, quo eccleſia erat in eis, ſed de quibus Phariſeis,qui pp auaritiam dicebant tranſgredi pręceptum Dei,propter traditionem ſuam,dicendo falſam expoſitionem diuinorum præceptorū, ſicut de præcepto venerationis parentum habetur Mat.5.vbi Chriſtus ita illis loquitur.Deus dicit, honora patrem tuum,& matrem tuam,& qui maledixerit patri,aut matri,morte moriatur.Vos autem dicitis quicunq; dixerit patri,vel matri munus quodcunq; eſt ex me.ſ.Deo conſeruatum,ſiue oblatum,tibi proderit, magis ſupple, q̄ ſi expenderis in neceſsitate ſuas.Talis inquit implet præceptum diuinum,& dignus eſt vita æterna, quod eſt falſum, quia ſecundum veritatem talis tranſgreſſor eſt pręcepti de veneratione parentum, cum talia magis erāt miniſtranda parentibes indigentibus,quàm offerenda Deo, cum in tali caſu bona illa parentibus erant debita,& hoc eſt quod ſubditur,& non honorificauit patrem ſuum, aut matrem ſuā, & irritum feciſtis mandatum Dei.ſ.de ſuſtentandis parentibus, propter traditionem veſtram, quæ veſtræ deſeruit auaritię,hypocritę bene prophetauit de vobis Eſa.prophe ta dicens.Populus hic labijs me orat,cor autem eorum longe eſt à me.Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas,& mandata hominum.Hæc ibi, & ita patet verus intellectus præfatæ autoritatis.

Arguit in cōt[illegible] ex glo[illegible]

Nicol. de lyra

Pulchra expoſitio ſuper Mat.

¶ *Diſtinctio nona.*


Vod autem. Hic incipit diſtinctio 9.Vbi poſtquā magiſter Gratianus oſtendit multis autoritatibus,ꝙ ius naturale præualet con ſuetudini, in hac diſtin.oſtendit multiplici ratione & autoritate, ꝙ ius naturale,quod conſiſtit in præceptis,& prohibitionibus,præualet tam conſtitutioni eccleſiaſticæ,quam ſeculari,vbi nota,ꝙ nomine conſtitutionis in hoc.§.comprehenduntur conſtitutiones ſeculares,& eccleſiaſticæ, & opuſcula,ſiue expoſitiones ſanctorum Patrum, ſicut patet ex capitulis ſequē.q̄ inducit Gratianus ad propoſitum ſuū. Quicquid ergo in tali,vel tali conſtitutione inuenitur contrarium,iuri naturali in præceptis, & prohibitionib.vanū & irritum habendum eſt ſm Hu.Diuiditur aūt hæc diſtinctio principaliter in duas partes.In 1.oſtendit, ꝙ conſtitutiones ſeculares non valent cōtra Deū,& per conñs nō piudicāt iuri naturali,In 2.oſtēdit p.9.c.ꝙ dicta, ſiue opuſcula ſctōrum patrū nō piudicāt ſcripturæ canonicæ,q̄ eſſe dicit, quæ in veteri,aut nouo teſtamento.2.ibi,noli meis,&c.

Continuatio.

Diuiſio.

1 *Leges principum naturali iuri non pręualent.*
2 *Arguendi modi diuerſi in iure.*
3 *Princeps legibus ſuis debet obtemperare.*



Vicunque. Incipit primum.c.huius di
stinctionis.Quod.n.præce
dit ab illo loco Imperatores,& quod sequitur
ab illo loco. Nã à temporibus,&c.vsque in fi-
nem palea est ẜm Hug.Breue est hoc.c.& non
diuiditur.Et est pro tãto ad propositum, quia
si quis contemnit leges Imperatoris, quæ contra Dei vo
luntatem feruntur, acquirit grande præmium, quod non
esset,si non cederent iuri diuino,siue naturali,sequitur ma
1 nifeste, † ꝙ leges principum naturali iuri non præualent.
Plana sunt omnia.Vtrum autem ius naturale,siue diuinum
ita præferatur constitutioni humanæ,vt constitutio iuri na
turali contraria irrita sit,& vana.disputatũ est.s. circa prin
cipium distinctionis proximæ præcedentis, sequitur text.

Exponit literam.

¶[Quicunque non vult.].s.bonis legibus obtemperare[ac
quirit,].i.meretur supplicium.[quicunque non vult].i. con
temnit.Hug.vt.j.dist.10.quis autem.[acquirit grande præ-
mium.]vnde de Apostolis cantat ecclesia, qui contemnen
tes iussa prtncipium,meruerunt prēmia æterna,vnde sicut
2 gl.arguit à contrarijs.†vnde notandum,ꝙ diuesirmodi ar-
guendi in iure reperiuntur. Quandoque.n.argumentatur à

De multiplici modo arguẽdi in iure.

cõtrarijs,vt hic.& 13.q.2.c.qui diuina.&.1.q.1.gratia. Qñ-
que à sensu cõtrario legis.vt.25.di.c.qualis.&.24. q.2.sane.
& hoc argumentum est validissimum in iure.vt.ff.de offic.
eius,cui man.est iurisdictio.l.1.§.huius rei. Quandoque à
simili.vt.2.q.1.c.multi.Quandoque ab exemplis sanctorũ.
vt 32.di.mutat.& 7.q.1.omnis,& sunt ista argumenta vali-
dissima in iure.[Nam & hoc temporibus.] Hoc demõstrat
exemplis culpatur.n. Salomon, quia Deos alienos adora-
bat.3.Reg.11.Culpatur Ieroboam,qui fecit vitulos aureos,
vt eos populus adoraret.3.Re.12. Laudatur Asser,rex,quia
purgauit vniuersam sordem idolorum, quæ fecerunt pa-
tres eius.3.Reg.15.Laudatur Ezechias, quia dissipauit ex-
celsa,& contriuit statuas, & succidit lucos, confregit quę
serpentem æneum, quem fecerat Moyses, quia filij Israel
eum adolebant in censum vsque ad illud tempus.4.Re. 18.
Laudatur ex consimilibus Iosias.4.Reg.24.Nabuchodono
sor statuit legem,vt statua aurea adoraretur.Dan.5. Cuius
constitutioni sacrilegæ filij Dei Ananias,Azarias,& Misael
obedire noluerunt. Qualiter autem Nabucodonosor con-
uersus fuit ad dominum, & legem dedit vt verus Deus co-
leretur,& contra blasphemantes Deum pœnã adiecit. Da.

Isidorus.

3 4.Item est ex verbis Isidori.†Iustum est principem legibus
obtemperare suis.Primo quia ad eorũ exemplum subditi
mutantur in legum obseruantia, vel trangressione. Secũ-
do,quia minoris autoritatis videntur leges,& minus effica
ces, ac vtiles reipublicæ, si ab authore in non obser-
uantia contemni cernantur. Tertio, quia non minus
debet bonus princeps velle,& agere vtilitatem reipublicę,
quàm quicunque subdit,imo magis,ad quod satisfacit tex.
in aut.vt diuinæ iussio,& in aut.vt iudices sine quoquo suf.
pro quanto ab bonum regimen suę reipublicæ fortius obli
gatur.Bona autem lex ponitur ad bonum reipublicæ. vt di
cit Philosophus.2.ethic.ergo princeps de honestate ad suæ
legis obseruantiam tenetur, vt quod vult alios obseruare,
ipse obseruet.

1 *Doctoribus ecclesiæ an sit magis credendum, quam canonicæ scripturæ.*
2 *Scriptura sacra est multo maioris authoritatis, quam doctrina quorumcunque sanctorum.*
3 *Ecclesiam dare autoritatem euangelio, siue sacræ scripturæ potest intelligi dupliciter.*
4 *Canonicum ius quid dicatur, & qui libri in canone contineantur.*

Cõtinuatio



Oli meis. Sequitur secunda pars huius
dist.in qua per nouem capitu-
la probat,ꝙ dicta sanctorum, vel opuscula nõ
præiudicant iuri naturali,siue diuino, hoc.ca.
breue est non diuiditur, in quo beatus Augu.
assignans differentiam inter canonicas scri-
ptura s.s.noui,& veteris testamenti,& scripturas,vel literas
suas,& aliorum doctorum dicit, ꝙ quæcunque in scriptu-
ris canonicis sunt, dum tamen sciantur ibi cõtineri sine du
bitatione aliqua absque rationis inuestigatione credenda
sunt firmiter, etiã si non intelligantur,aut ratione attinga-
tur,eorum veritas:In aliorum vero doctorum literis.s. Au
gustini non est huiusmodi autoritas, qm̃ illis non datur fi-
des certa,nisi primo intelligantur esse vera, & tantum ha-
bent de credulitate,quantum de certitudine rationis, ꝙ ve
ra sint.¶ Pro pleniori intelligentia huius c.& sequentiũ,ve
1 nit hic disputandum†,vtrum doctoribus ecclesiæ,siue ipsę
ecclesiæ sit magis credendum, quàm canonicæ scripturæ.
Et videtur,ꝙ sic.Primo Scriptura canonica,vt puta in euan
gelio contenta,videtur accipere autoritatem ab ecclesia:er Primũ ar.
go videtur,ꝙ ecclesiæ sit magis credendum. Consequẽtia
patet,antecedens probatur.Dicit.n.Aug. contra epistolam
fundamenti. Ego euangelio non crederem,nisi me eccle-
siæ catholicæ commoueret authoritas.¶ Secundo sic,di- Secũdũ ar.
cit Augusti.primo de trinitate:ꝙ per scientiam gignitur in
nobis fides,nutritur,defenditur, & roboratur,sed ea per q̃
fides gignitur, nutrit̃,defenditur,& roboratur,vidẽtur es-
se altioris authoritatis: ergo scientiæ, siue doctrinæ san-
ctorum doctorum, per quas fides nutriri dicitur, ma-
gis credendum est. ¶ Tertio sic,fides est ex auditu,vt ha Tertiũ ar.
betur Rom. 10. ergo fides pendet ex prædicatione, & do-
ctrina doctorum,& prædicantium:ergo idem,quod prius.
¶In oppositum est tex.præsentis capituli. Respondeo di- Opponit et Respõ.
2 cendum.†ꝙ scriptura sacra,quæ in præsenti loco dicitur ca
nonica,est multo maioris autoritatis,quam doctrina quo-
rumcunque doctorum sanctorum, & ita magis creden-
dum est canonicæ scripturæ, quam doctrinæ quorumcun-
que doctorum.Quod ex multiplici capite ostendimus, Pri Prima pro batio.
mo sic,illi doctrinæ,est magis credendum, quæ est maio-
ris authoritatis,sed scriptura canonica est huiusmodi: er-
go,&c.maipr est manifesta, minor habetur in præsenti ca.
vbi,vt dictum est,Aug.dicit,ꝙ,quæ in canonicis scripturis
continentur, immediate credenda veniunt, cum sciuntur
in ea contineri. Hoc autem non habent scripturæ aliorum
doctorum,sed opus est,vt examinentur si sint vera.¶ Secũ Secũda pro batio.
do sic,illi scripturæ est magis credendum,quam impossibi
le est non esse veram,quam illi,quam possibile est esse fal-
sam. Sed canonica scriptura est huiusmodi, respectu scri-
pturarum aliorum doctorum:ergo,&c. Maior est manife- Tertia.
sta,minor etiam patet ex tribus.c.sequentibus.¶Tertio sic,
semper regulæ, est præferendum magis, quam regulatis,
cum regula potior sit regulatis 10. Metaphysicæ, sed scri-
ptura sacra est lumen,& regula,ad quam,& secundum quã
omnes doctrinæ doctorum ecclesiæ veniunt dirigendæ, *Psa.118.
& examinandæ, secundum illud psalm.* Lucerna pedibus
meis verbum tuum,& lumen semitis meis:ergo sacra scri-
ptura est potior autoritate,& anteferenda omnibus doctri
nis quorumcunque.¶Quarto sic, propter quod vnũquod- Quarta.
que tale,& illud magis,iuxta maximam Aristotel.& in aut.
multo magis.C.de sacr.san.ecc.Sed nulli doctori creditur,
nisi quatenus dictum eorum, aut scripturæ sanctæ authori
tas,aut manifesta ratio roborat,dicit.n.Hieronymus,& Ri
chardus ait.suspecta debet haberi omnis veritas,quam nõ Quinta
confirmat sacrę scripturæ autoritas.¶Quinto sic Apostolus
loquens de autoritate sui euangelij ad Gal.1.dicit,sed licet
aut angelus de cœlo euangelizet vobis,præterquam, quod
euangelizauimus vòbis,anathema sit,vbi dicit gl. Nota,ꝙ
non ideo ait nos,vel Angelus,qui bonus potest intelligi,ꝙ
hoc contingat vnquam,sed quia adeo certus est de veritate
euangelij sui, ꝙ si etiam Angelus aliud nuntiaret,non cre-
deret,sed anathematizaret.Si ergo euangelium Pauli præ-
ferendum est Angelis bonis,imo toti ecclesiæ triumphan-
ti,si possibile esset illam docere contrarium, multo magis
scripturæ omnium doctorum,qui sunt militantis ecclesiæ
si inter se aduersa reperirentur.¶ Ad rationes.Ad primam Ad primũ arg.
3 dicendum.† ꝙ ecclesiam dare authoritatem euangelio, si-
ue sacræ scripturæ potest intelligi dupliciter. Vno modo
sic,ꝙ scriptura habeat authoritatem ab ecclesia, & sic non
est verum, quia authoritatem habet a Deo immediate, à
quo edita est, & hoc modo negatur assumptum argumen-
ti. Aiio modo potest iutelligi ecclesiam dare autoritatem,
sacræ scripturæ declaratiue, quia videlicet declarat fideli-
bus hanc esse scripturam sacram, & sic potest dici ecclesiã
dare scripturæ sacræ autoritatem declaratiuè diffiniendo
hoc,libros pertinere ad sacram scripturam.s.quatuor euan
gelia,& non euangelia nazareorum,vel Nicodemi, sicut si
aliquis ignoraret vtrum iste lapis sit saphyrus,non propter
hoc diceretur sibi dare virtutem,quam habet saphyrus.ita
recte licet declaret ecclesia,ꝙ isti libri sunt de canone,non
tamen propter hoc sequitur,ꝙ isti habent autoritatem ab
ecclesia.

Quomodo intelligatur autoritas Aug

ecclesia. Et ideo, quod Augustinus dicit. Non crederē euangelio, nisi, &c. sane est intelligendum, quòd in veritate ecclesia sequitur euangelium, non euangelium ecclesiam: vnde potior est autoritas euangelij, q̄ ecclesiæ per se, & directè. s. cum scitur dictum in euangelio contineri, sed distinguere, & eligere verum euangelium à non vero, hoc ecclesia facit spiritus sancto edocta. Et quantum ad hanc euangelij sinceram electionem loquitur Augustinus. Non ergo dicit illud Augustinus, eo ꝙ euangelium habeat autoritatē ab ecclesia, sed, quia sibi ignotum esset, vtrum istud euangelium pertineret ad sacram scripturam, vel non, nisi ecclesia instinctu, spiritus sancti hoc declarasset. ¶ Ad secūdam respondetur, ꝙ sacra scriptura non gignitur, & roboratur principaliter per scientiam, aut doctrinam alicuius doctoris, sed ab ipso Deo, à quo est ædita, sed tantū per modum cuiusdam exterioris persuasionis, sicut quandoque scientia naturalis persuadet, & etiam ostendit esse vera aliqua, quæ in sacra scriptura continentur, sed nō propter hoc sequitur, ꝙ in autoritate dependeant ab illa, nec ꝙ magis propter hoc credendum sit scientiæ naturali, quam sacræ scripturæ. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam. Licet. n. quātum ad assensum hominis in ea, quæ sunt fidei, tanquam causa exterius inducens adminiculetur miraculum visum, vel persuasio hominis inducentis ad fidē, quia tamen neutrum horum est sufficiens, quoniam vidētium vnum, & idem miraculum, & audientium eandem prædicationem quidam credunt, & quidam non credunt, necesse est ponere aliam causam supernaturalem. s. ipsum Deum interius mentem monentem per gratiam. Et ita licet persuasio hominis aliquando iuuet ad assentiendum sacræ scripturæ, & ipsa facta, siue miracula: nō t̄n propter hoc sequitur, ꝙ plus credendum sit ecclesiæ, vel alicui doctori, quam sacræ scripturæ. Ex dictis videtur nobis non bene dicere Henricus de Gandauo in summa sua, vbi hāc quæstionem mouet circa proemium dicens, ꝙ loquendo de habitu fidei quantum ad eius generationem, accedens ad fidem magis debet credere autoritati ecclesiæ, quam scripturæ, quàm apud eam inuenit. Nec motiua eius procedūt. Tum quia, vt inquit Apostolus ad Ephe. 2. Fides donū Dei est, & per consequens eius generatio principaliter à Deo est, à quo menti infunditur. Tum, quia, & si quandoque ꝑꝑ miracula, aut propter probitatem, & excellentiam alicuius prædicantis quis accedēs ad fidem prius credat, & obediat prædicanti, & præsuadenti, quàm euangelio, sicut videtur dicere Aug. de seipso contra epistolā fundamenti, euangelio non crederem, nisi me cathelicæ ecclesiæ commoueret autoritas, quibus obtemperaui dicentibus. Crede euangelio, non habetur propter hoc, ꝙ ideo magis credendum sit prædicantibus euangelium, quàm euangelio, postquam cognitum est, ꝙ sit euangelium, siue sacra scriptura. Differt quidem dicere prius, & magis. Cæterū etiam licet per prędicationem magis explicite cognoscantur credibilia multa, quàm per inspectionem sacræ scripturæ, non propter hoc sequitur, ꝙ magis credendum sit ecclesiæ, quàm sacræ scripuræ: alias dicēdum esset, ꝙ vni magistro in thologia legenti sacram scripturam, & exponenti illam, magis esset credendum, quam ipsi sacræ scripturæ, quod nullo modo dicendū est. Sequitur tex. ¶ [Canonicas.]. i. quæ continent in canone noui, vel veteris testamēti, canonicas scripturas vocat scripturas noui, & veteris testamenti. Alij dicūt, ꝙ in his capitulis canonicæ dicuntur scripturæ omnes generaliter ab ecclesia receptæ, & approbatę, quod ego non credo.

Ad secūdū

Ad tertiū.

Cōtra Henricū de Gā.

Exponit literam

Notā hic plene quid sit ius canonicū, & qui libri in sacro canone continea ntur.

4 †Canonicam ergo scripturam vocat libros noui, & veteris testamenti, quos ipse Augustinus enumerat. 2. de doctrina christiana. c. 3. dicens. Totus autem canon scripturarum, in quo istam considerationem versandam dicimus libris his cōtinetur. Moysi. i. Genesi, Exodo, Leuitico, Numero. Deuteronomij, & vno libro Iesu naue, vno Iudicum, vno libello, qui appellatur Ruth, qui magis ad regnorū principia pertinent. Deinde quatuor regnorum, & duobus Paralipomenon, non causantibus, sed quasi à latere adiunctis similiter pergentibus, hæc est historia. quæ sibimet annexa tempora continet, atque ordinem rerum. Sunt alij tanquam ex diuerso ordine, qui neque huic ordini, neque inter se connectuntur libri duo Neemię, & Esdrę duo, qui magis vidētur subsequi ornatam illam historiam vsque ad reg. vel Paralipome. terminatam. Deinde prophetæ, in quibus Dauid vnus liber psalmorū, & Salomonis tres. Prouerbia, Canticorum, & Ecclesiastes, Nam illi duo libri vnus, qui sapientia, alius, qui ecclesiasticus inscribitur quadam similitudine Salomonis esse dicūtur. Nam Iesus filius Syrach eos scripsisse constantissime perhibetur, qui tamen, quoniam in autoritate recipi meruerunt inter propheticos numerandi sunt. Reliqui sunt eorū libri, qui proprie prophetæ appellabātur. 12. prophetarum libri singuli sibimet, q̄m nunquam seiuncti sunt pro vno habentur, quorum prophetarum nomina sunt hac Oseę, Ioel, Amos, Abdias, & Ionas, Micheas, Naum, Abachuc, Sophonias, Ageus, Zacharias, Malachias. Deinde quatuor prophetæ sunt maiorū nominum. Esaias, Hieremias, Daniel Ezechiel. His. 44. libris vete. testamēti terminatur autoritas. Noui autem quatuor libris euangelij, ſm Mattheum, secundum Marcum, ſm Lucam, secundum Ioannem. 14. Pauli epistolis, ad Romanos, ad Corinthios: duab. ad Galathas, ad Ephesios, ad Philipp. ad Thessalo. duabus ad Colocen. ad Timo. duabus ad Titum, ad Philemon, ad Hebreos. Petri duabus. tribus Ioānis, vna Iudę, & vna Iacobi, actibus apostolorum li. vno. In his omnibus libris timentes Deum pietate mansueti quærunt voluntatem Dei. [inseruire,]. i. assentire, vel fidem habere, siue obedire [in illis] scilicet canonicis scripturis. [Cōstanter]. i. sine mora, vel sine dubitatione, quia non licet dubitare de his, an iusta, & vera sint. vt. j. eo. quis nesciat. [Certum habebas]. i. credebas, vel habere videbaris quātum ad opinionem tuam. Alioqui repugnat, quod sequitur Hug. [Intellexeris] aliunde, vel per alia scripta, vel rationes, vel doctrinam aliorum. [tenere] subaudi ob hoc solum, quod ego scripserim. Dicit hic gl. ꝙ hoc videtur intelligendum secundum tempora illa, cum adhuc scripta Augustini, & aliorum sanctorum patrum non erant authentica, sed hodie iubentur omnia teneri vsque ad vltimum iota. vt. j. di. 15. c. vlt. Sed hoc non videtur nobis verum. Tum, quia etiam nunc vt dicit Hu.) posset aliquid in scripturis taliū doctorum inueniri dignū reprehendi, & non credi, si quid inueniatur, quod non innitatur autoritati veteris, vel noui testamenti, siue probabili, siue canonica ratione, sicut sunt multa, in qui bus ad inuicem sibi doctores sancti contradicere videtur, sicut Hyeronimus, & August. Tum secundo, quia ipsemet August. in. c. sequenti confitetur in opusculis suis, & aliorum maiorum multa contineri, quæ iusto iudicio sine temeritate aliqua culpari possent. Præte rea falsum est, quod inquit, ꝙ scripta Augusti. & aliorum sanctorum patrum pręcipiantur custodiri vsque ad vltimum iota, nec hoc habetur in præfato. c. 15. di. nec alibi, bene tamen dicit in præfato canone de opusculis leonis papæ destinatis concilio Calcedonen. de materia diuinæ incarnationis contra Euticen, Anestorium ad Flauianum constantinopolitanū Episcopum, ꝙ si quis ea vsque ad vnum iota disputauerit, & non ea in omnibus venerabiliter receperit Anathema sit. Cæterum quomodo est possibile, ꝙ dicta Augu. & Hieronymi iubeantur teneri vsque ad vltimum iota, cum in multis contraria dixerint. Approbata ergo sunt dicta eorū, non tamen vniuersaliter, sed ea, quæ de fide catholica, & condemnatione hæreticorum scripserunt, vnde quinta synodus in approbatione illorum ita habet. Sequimur per omnia sanctos patres, & doctores ecclesiæ Athanasiū, Hylarius, Augustinum, Theophilum, Ioannem constantinopolitanum, Cyrillum, Prodū, & suscipimus omnia que de recta fide, & condemnatione hæreticorum exposuerunt. hæc ibi. Ex quibus patet, quòd etiam secundum tempora moderna congrue ista capitula intelliguntur, quod etiam dicit Hug.

Contra gl.



Egare non possum. Sequitur tertiū ca. eiusdem partis & est eiusdem August. Breue est, & non diuiditur, quod multum facit ad propositum magistri Gratiani, videlicet ad ostendendum literas canonicas præstantioris authoritatis esse literis quorumcunque aliorum doctorum, quantumcunque sanctorum, & per consequens præferendas esse omnibus alijs quia si in opusculis Augustini, & maiorum, vt ipse testatur, sint multa, quæ iusto iudicio, & nulla temeritate possunt culpari, & hoc impossibile sit inueniri in literis canonicis, quia in illis nihil nisi verum, nihil culpabile continetur. vt. j. eo. c. quis nesciat. Manifestissime apparet excellētia authoritatis canonicarum scripturarum super omnes alias literas. ¶ [Negare.] Humiliter loquitur

Exponit literam. loquitur & credendum est, ꝙ vere, Vnde fecit librum retractationum, in quo multa retractauit. vt 23.q.6.vides.& 24.q.4.quodam loco,& 12.q.1.certe.[in maioribus] .i.in opusculis maiorum, qui eum præcesserunt.

2 *Christus qua hora fuit crucifixus.*
4 *Doctores loquuti sunt quinque modis.*
5 *Ecclesia approbans dicta aliquorum doctorum, qualiter dicatur approbare.& num 6.*



Diuisio. EGo solis. Sequitur quartum, & eiusdem partis,& est eiusdem Augustini.Et diuiditur in duas partes.In prima dicit, ꝙ solis scriptoribus canonicis hæc reuerētia datur ꝙ eis indubitanter credatur, cum nullo modo in scribendo errasse credendi sunt. In secunda dicit, quod alijs scriptoribus non creditur,nisi quatenus ratione,aut authoritate probant,quæ dicunt.Secunda ibi.Alijs autem. Pro pleniori intelligentia huius ca. quæruntur duo.

1 ¶Primum est vtrum talis reuerentia scriptoribus canonis exhibenda est,vt nullus eorum in scribendo errasse credendus sit.

3 ¶Secundum vtrum talis etiam reuerentia debeatur, sanctis doctoribus.

1 Ad primum. sic proceditur.† Et videtur, ꝙ scriptores sacri aliquando in scribendo errauerint. Primũ ar. Primo sic.Moyses scripsit Gen.27.ꝙ Iacob erat primogenitus Isaac,& tamen hoc erat falsum: ergò errauit in scribendo: consequentia videtur nota,&c.¶ Secũdũ ar. Secũdo sic. Esaias pronuntiauit regi Ezechiæ.Dispone domui tuæ,quia cras morieris tu, & non viues, & tamen hoc fuit falsum, quia additi fuerunt vitæ eius.15.anni,vt habetur 4.reg.20. & Isaiæ. 38. ¶ Tertiũ ar. Tertio scriptores sancti euangelij videntur errasse in scribendo, quia verba Christi,& etiam aliorũ frequenter vnus aliter retulit, & aliter alius,vnde Marcus inquit.Erat autem hora tertia,& crucifixerunt eum. Marci. 15.Ioannes vero dicit.Erat autem hora quasi sexta.Ioã.19. vnde videtur, ꝙ alter eorum dixerit falsum,&c.¶ Opponit & Respõd. In oppositum est tex.præsentis.c.¶ Respondeo dicendum, ꝙ verũ est, ꝙ ista sit prærogatiua scriptorum sacri canonis.s.noui, vel veteris testamenti, ꝙ nullus eorum in scribendo errauerit.Hæc conclusio satis manifestè patet. Primo,quia scriptores canonis in scribendo non sunt loquuti à se, sed à spiritu Sancto,qui magister veritatis est, & errare non potest secundum illud psal.44. Lingua mea calamus scribę velociter scribentis.s. Spiritus sancti.Sicut.n. calamus non scribit quod vult sed quod scribens vult,ita & isti scripserũt quod Spiritur sanctus, eis inspirauit, & scripsit in mentibus eorum,secundæ Petri primo.Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines, quare impossibile est, ꝙ homines tales scribendo errauerint. Secundo idem patet ex eo, quia,si scriptores sacri canonis in aliquo errassent: periret tota fidei certitudo,quæ authoritati sacrę scripturæ innititur, sicut argumentatur beatus Augustinus in epistola ad Hieronymum,& habetur.ꝫ.in.c.si ad scripturas.¶ Ad rationes in oppositum. Ad primũ arg. Ad primam respondetur dupliciter. Primo, ꝙ Moyses non scripsit asserendo, ꝙ Iacob fuit primogenitus Isaac,sed scripsit recitando,quod Iacob dixit se esse primogenitum,& hoc fuit verum , & ita ratio non procedit.Secundo respondetur, ꝙ etiã dictum illud Iacob fuit verum mystice loquendo,sicut credendus est dixisse.Dicit .n.Augustinus.li.contra mendacium. Credendum est illos homines, qui propheticis temporibus digni authoritate fuisse commemorantur,quę scripta sunt de illis prophetice gessisse,atque dixisse.Et ita Iacob,vt dicit S.Tho.in 2.2. mistice se dicit esse Esau primogenitum Isaac,quia etiã primogenitura illius ei de iure debebàtur,vsus est autem hoc modo loquendi per spiritum prophetiæ ad designandum mysterium,videlicet, ꝙ iunior populus.s.Gentilium substituendus erat in locum primogeniti.s.in locum Iudæorum. ¶ Ad secũdũ. Ad secundam respondetur negando, quod Esaias falsum dixerit,imo dixit verum,Prophetauit.n.ei,qui iuxta dispositionem inferiorum causarum erat futurum ei,nisi aliter superior causa.s.Deus ordinaret, & ita, nisi qui est supra naturã ordinasset, certitudinaliter mortuus fuisset, vnde secundum hoc sic intelligitur verbum Isaiæ,morieris tu:& non viues.i. dispositio corporis tui ad mortem ordinatur, nihilominus omnipotens Deus est misericors, & addidit illi.15.annos vitæ.¶ Ad tertiam.respondetur negando consequentiam.Et ad probationem dicẽdum,quod ex hoc,quod gesta,& verba aliquorum diuersimode recitantur,non est error,nec falsitas aliqua iudicanda,cum tamen eadem seruetur sententia,sicut ait beatus Augustinus li.de consensu euangelistarum,sicut non debemus arbitrari mentiri, quamquam si pluribus reminiscentibus rem, quam audierunt,vel viderunt,non eodem modo, atq; eisdem verbis eadem res fuerit recitata. Ad tertiũ.

2 †Quod vero de hora crucifixionis dicitur. Respondetur quod non est error aliquis,nec contrarietas,qm̃ sicut dicit Augustinus. in lib. de consensu euangelistarum hora erat, quasi sexta, cum traditus erat dominus crucifigendus à Pilato, vt Ioannes dicit,non erat plena sexta,sed quasi sexta.i. peracta quinta,& aliquid de sexta esse cæperat, donec completa quinta Christo pendente in cruce tenebræ fierent, intelligitur autem fuisse hora tertia, cum clamarent Iudæi, quod dominus crucifigeretur, & ita linguis eorum intelligitur illa hora crucifixus.

3 Ad secundum. Sic ꝓceditur.† Et videtur,quod etiam alijs sanctis doctorib. debeatur hæc reuerentia,vt in scribendo errasse non credantur. Primũ ar. Sic scripta sanctorum doctorum sunt approbata per ecclesiam.vt.ꝫ.di.15.c.vltimo: ergo approbatione ipsa ecclesiæ datur intelligi,quod illi in scribendo non errauerũt, alias ecclesia errasset,quod non est dicendum,consequentia tamen patet, quia approbare falsum pro vero propriũ est erroris,vt idem ait August.& habetur di.38.c.quamuis. ¶In oppositum est te.præsentis.c.¶ Respondeo dicendum, Opponit et Respõ. quod nullus scriptorum præter scriptores sacri canonis, hanc reuerentiæ prærogatiuam habẽt,vt eorũ dicta putentur esse vera,quia ipsi ita dixerunt, sicut in præsenti.c.dicit Augustinus.Dicit.n.Apostolus.ad Rom.3.Est autem Deus verax.Omnis autem homo mendax. gl.ex se.s. Nulli ergo hominum credendum est,quod dicat verum,quia ipse dicit,hoc.n.proprium est Dei,qui veritas est.Io.9.participatiue autem hoc conuenit sanctis,in quibus certũ est, quod ipse loquutus est,siue quod ipso spirãti loquuti sunt,quemadmodum scriptores sacri canonis loquutos fuisse credimus,& ideo nulli alteri quantalibet sanctitate,vel authoritate polleat credendũ est,quia ipse ita locutus est. Sed quia aut rationi,aut diuinę authoritati consonum dixerit,ũnde vt dicit S.Tho.in prima parte.q.1.ar.2. fides nostra innititur reuelationi factę apostolis,& prophetis,qui canonicos libros scripserunt, non autem reuelationi, si qua fuit alijs doctoribus facta,& inducit ad hoc præsens.c.Augusti.vnde sacra dostrina philosophorum authoribus vtitur, quasi extraneis argumentis probabilibus.Authoritatibus autem canonicæ scripturæ proprie ex necessitate arguendo : Authoritatibus autem aliorum doctorum ecclesiæ, non quasi arguendo ex proprijs, sed probabilibus Est tamen hic aduertendum pro clariori intelligentia huius materiæ. S. Thom.

4 †Primo,quod quintuplex modus loquendi reperitur,quibus sanctos doctores fuisse loquutos experimur. Vnus est inquisitiuus.s.disputando.Secundus est reprobatiuus,s.opiniones aliorum reprobando. Tertius recitatiuus,opiniones aliorũ recitando.Quartus est retractatiuus,vt Augu.in li.retractationũ.Quintus est assertiuus,vt cum eliquid diffinite asserunt,vel affirmant aliquid. ¶ Secundo notandũ,

5 † quod ecclesia approbãs dicta aliquorum doctorum,non approbat omnia contenta in libris eorum,nisi scripta,quæ de fide catholica,aut condemnatione hæreticorum scripserunt, sicut patet in approbatione eorum facta in quinta synodo,de qua.s.c.noli.e.di. Non autem scripta,quæ circa disciplinarum naturaliũ, siue mundialiũ materias scripserunt,patet,quia in talibus reperiuntur contrarij, secũdum ꝙ secuti sunt opiniones varias Philosophorum, sicut dicit S. Tho.& Albertus magnus quandoque respondendo dictis sancti August.& aliorum, ꝙ locuti sunt secundum opi- S. Tho. Albertus.

6 ni.Pla.¶ Tertio, notandum,† ꝙ ecclesia non probat dicta præfatorum sanctorum doctorum,vt Augu.Hierony,&c. nisi quatenus vt illa sunt cõsona scripturæ canonicę,aut rationi. Ex primo notabili habemus, ꝙ non omnia,quæ in scripturis sanctorum doctorum habentur, sunt eis attribuenda,sicut authoribus proprie,sed tantum proprie,quę ab eis assertiue,& diffinite scripta sunt,vnde S. Tho.sæpenumero hoc modo respondet ad aliqua dicta præfatorum doctorũ dicendo, ꝙ talia non asserendo,sed aut opinando, aut opinio-

aut opiniones aliorum recitando dixerint.¶ Ex secundo notabili habemus, ꝙ nõ oĩa assertiue scripta ab eis, sint ab ecclesia approbata, sed ea tm̃, quę fidei sunt, & ea quæ ad cõdemnationem hæreticorum scripserunt.¶ Ex tertio infertur, ꝙ scripta illorum sanctorum doctorum, quæ ab ecclesia recepta sunt, approbata non sunt, quia ab eis dicta sunt, aut quia ipsi ita senserunt, quia sic oĩa eorum scripta essent approbata, vbi.n. est eadem causa, siue ratio, ibidem est idẽ ius, & effectus, vt in l. illud. ff. ad. l. aquil. cum ipsi in multis contradicant sibi inuicem, multa contraria simul approbata essent, quod est inconueniens, sed approbata sunt, quatenus rationi, aut canonicis literis consona dixerint. Ex quibus patet responsio ad rõnem in principio factam in oppositum. Textus. ¶[Scriptorum].i. scriptorib. intrãsitiue. [canonici].i. quorum scripta in canone noui vel veteris testamenti continentur. [timorem].i. humilitatem, captiuando illius intellectum ſm illud. 2. Corin. 4. in captiuitatẽ redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. gl. Ambrosij. vt fidei Christi humiliter obediant. [honorem].i. reuerentiam [errasse] nephas.n. est dicere, qđ scriptura mentiatur, vt. 23. q. 5. quid ergo. Sed quicquid ibi continetur, debemus credere, & vsq; ad sanguinem defendere. vt 25. q. 1. sunt quidem. [Non ambigã].i. non dubitẽ dicere. s. vel ꝙ codex sit mendosus, vel interpres non fuerit assecutus sensum literę, vel ꝙ ego (inquit Aug.) minime intelligam, quod ibi lego, alios scriptores, vel expositores, non ideo, quia ipsi argumentum, quod non est considerandum, quis dicat, sed, quid dicatur di. 19. ſm [Sed quia per alios authores.] inducendo authoritates maiorum, vt scriptorum. s. canonis aut per rationes canonicas, i. in canone fundatas, vel probabiles, quæ sæpe inducuntur ad assertionem etiam scripturæ sanctæ. vt di. 37. relatum, vel quia quod ratione probatur, pro lege habetur. vt. s. dis. 1. ca. consuetudo.

Exponit literam.

1 *Latini codices, si reperiantur mendosi, an veniant examinandi per exemplaria hebræa, siue græca.*

Continuatio.



T veterum. Sequitur quintum capitulum eiusdem partis, & est eiusdẽ Aug. quod ideo introducit hic magister Gratianus, quia in præcedenti capitulo dictum erat libros sacræ scripturæ quandoq; esse mendosos. Et ideo vt ostendat, quid faciẽdum sit, cum dubitatur de aliquo libro noui, vel veteris testamenti, an sit mendax, introducit regulam beati Augu. in hoc c. dicẽtis, ꝙ si aliqui codices diuinæ scripturæ inueniãtur continere aliquod falsum, recurrendũ est ad antiquiora volumina, siue exemplaria. Sed dicit gl. ꝙ si libri fuerint ve. te. recurrendum est ad volumina hebræa, si noui, ad grę ca. Sed pro pleniori intelligentia huius. c. venit quærendũ.

Primũ ar. 1 ¶†Vtrum, si latini codices mendosi reperiantur, examinãdi veniant ꝑ examplaria hebræa siue græca, Et arguitur qđ non, qm̃ nõ videtur bonum consilium, quod pro examine librorum recurrãt ad exemplaria minus correcta, & emendata. Sed vt dicit Hieronymus in 2. proemio bibliæ, emendatiora sunt exemplaria latina, q̃ gręca, & gręca, q̃ hebræa: ergo videtur, ꝙ quod hic dr̃, non sit bene consultũ.¶ In oppositum est tex. Augustini, cuius est authoritas præsentis. c. in epistola quadam ad Hieronymum.¶ Respondeo dicendum, quod duo dicit hic gl. in hac materia, quæ nobis videtur minus bene dicta. Primum est, quod sententia Augu. in præsenti litera sit, quod libri veteris testamenti latinis literis scripti si mendosi reperiantur, certitudo veritatis examinanda est ex libris hebræis. Si vero libri noui testamenti sint ex libris græcis. Secundo, dicit glo. ad argumentum factum ex dicto Hieronymi, quod Aug. dictum respicit primitiuã ecclesiã, qñ exemplaria græca, & hebræa non erant corrupta, dictum vero Hieron. ad sequens tempus, in quo augmentato populo Christiano, & hæreses multæ exortæ essent Iudæi, & Græci sua exemplaria corruperunt. Sed videtur nobis, ꝙ gl. in hac parte, nec bene intelligit, nec bene respondeat ad argumentum factum. Primum patet, quia cum euangeliũ Matthęi, & epistola Pauli ad Hebræos scripta fuerint in hebræo, licet ad nouum pertineãt testamentum, examen tñ eorum, si codices reperirentur mẽdosi, ex libris Hebręis, & non Græcis accipiendum esset. Vnde vera intelligentia dicti Aug. in præsenti cap. esse videtur, qđ, si de aliquibus codicibus canonis scriptis in lingua latina, siue sint veteris, vel noui testamenti dubiũ oriretur, an cõtinerent veritatem, cũ non videretur posse haberi perfecta certitudo ex latinis, quia qua ratione dubitatur de istis, dubitaretur de alijs, ad codices antiquarum linguarum (vnde latini codices originem habuerunt) recurrendum est, tali tñ ordine, vt si codices latini, de quibus dubitatur, essent veteres, & antiqui, vt verosimiliter præcessissent translationẽ in linguam græcã, tunc ex voluminib. hebræis esset certitudo eorum accipiẽda. Si vero libri latini essent noui: ex græcis voluminib. esset eorum certitudo sumẽda, à quibus immediate videntur traxisse originẽ, de fonte.n. semper quærenda est veritas, vt 76. di. ieiunium. Ceterum non bene respondet obiectioni factæ. Tum, quia cum isti doctores fuerint eodem tpe, non videntur loqui nisi de codicibus pro vno, & eodẽ tpe, vera ergo responsio est, ꝙ falsum est, qđ sententia Hiero. illa fuerit, quod exemplaria latina emendatiora sint, quam gręca, & græca q̃ hebræa. Nam illud, qđ dicit in secundo prologo bibliæ, non dicit, quasi sua sit sententia illa, imo contraria est sentẽtia sua, sed refert illa verba, tanquam genus excusationis, vel argumẽtum defensionis eorum, qui interpretationẽ, 70. magis dicebant esse approbandam, vnde principium tex. est istud. Aliud est. s. genus excusationis, si cõtra se postea ab apostolis vsurpata testimonia probauerint, & emendatiora sunt exemplaria latina, q̃ græca, & græca q̃ hebræa. s. dixerint. q. d. Hoc nõ est verum, imo ecõtra veriora sunt græca, q̃ latina, & hebræa, q̃ græca. vnde Hugo de sancto victore in tractatu suo de sacra scriptura exponendo præfatum prologum beati Hieronymi dicit sic. Postremo, si dixeris idcirco magis approbãdam esse translationem. 70. q̃ hebraicam veritatem, qđ veriora sint exemplaria græca, q̃ hebræa, latina, quàm gręca, nihil proficis. cum econtrario veriora sint græca, quam latina, & hebræa, quã græca. hæc ille. sequitur tex. ¶[Fides] .i. certitudo [hebræis] tanquam originali, siue fonte, vnde primo ortum habuerunt, totus.n. canon scriptus fuit in hebræa lingua. Sacra.n. eloquia hebræis fuerunt per Moysen tradita, nec non per patriarchas & Prophetas, ac legis diuinæ scriptores vsque ad nos peruenerũt. Primo [nouorum] .i. librorum qui post translationem græcam scripti erant. [græci.] vnde proxime originem acceperunt.

Opponit ĩ contrariũ.

Respõdet.

Contra gl.

Pro intellectu verborũ Aug.

Pro intellectu verborũ Hier.

Hugo de sancto victore.


Exponit literam.

1 *Falsitas aliqua, an possit subesse, vel admisceri in sacra scriptura.*

2 *Falsitas, an possit subesse spei, & charitati.*

3 *Vtile per inutile vitiatur.*

4 *Instrumentum si pro parte reperiatur falsum, an in toto reprobetur.*



I ad scripturas. Sequitur. c. 6. eiusdẽ partis, & est eiusdẽ Augu. in epistola ad Hieronymus, breue est. Summa est, ꝙ nihil authoritatis, aut ponderis remanebit in sacra scriptura, si aliqua ibi admissa fuerint mendacia, etiam officiosa. Quia .n. in superiori c. dictum est recurrendum esse ad græca, & hebræa volumina, si quod mendacium videatur esse in libris sacræ scripturæ. Sed, ne quis æstimaret saltẽ vtilia mendacia in sacra scriptura posse irreprehensibiliter contineri, ideo subdit authoritatem Aug. dicentis, quod nihil authoritatis in sacra scriptura remanebit, si ibi admittantur saltẽ officiosa mendacia. Hu. in quo maxime cõfirmat magister Gratianus propositũ suum principale videlicet, quod omnib. alijs literis ꝑponitur scriptura sancta, & ius naturale, cum tanta sit authoritas illius, vt in ea mendacium, siue falsitas inueniri non possit. Pro pleniori intelligentia huius. c. quæritur † vtrũ in sacra scriptura aliqua falsitas possit subesse, vel ei admisceri. Arguitur, ꝙ sic primo. Fidei põt subesse falsum, vel ei admisceri: ergo & sacræ scripturæ, consequentia patet, antecedens probatur sic. Fides condiuiditur spei & charitati, & præsupponitur ab eis, sicut fundamentum, sed spei potest subesse falsum, multi.n. sperant se habituros vitam æternam, qui non habebunt, similiter etiã charitati subesse potest falsum, qm̃ multi diligunt tanquam boni, qui tamen boni non sunt: ergo etiam fidei potest subesse falsum.¶ Secundo sic. Omne contingens verum potest esse falsum, sed multa sunt in sacra scriptura futura contingentia, sicut patet de multis: ergo. ¶ Tertio in sacra scriptura attribuitur Deo trina dimensio, & tamen falsum est, quod in eo sit dimẽsio aliqua, cum sit spiritualis naturæ ſm Io. 4. spiritus

Continuatio.


Primũ ar. 1

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

spiritus est Deus: ergo,&c. Antecedēs patet ex illo Iob.11. Excelsior est cœlo,& quid facies profundior inferno,& vñ agnosces,longior est terra mensura eius, & latior mari: ergo videtur, ꝙ sacra scriptura aliqua falsa contineat.¶ Quarto. Euangelistę videntur falsa dixisse,cum verba Christi,& aliorum frequenter aliter vnus,& aliter retulit alius, vnde videtur,quod alter eorũ dixerit falsum.¶ Quinto sic.Iudicum.9. dicitur, ꝙ arbores,& ligna loquebantur ad inuicē, sed hoc est in veritate falsum,cum loquela non competat, nisi animali:ergo,&c.¶ In oppositum est tex.præsentis.c. qui est Aug.Itē est illud psal.oĩa mandata tua veritas.¶ Respond. dicendum, ꝙ in sacra scriptura nihil falsitatis continetur,aut contineri potest. Quæ conclusio ex quatuor deducitur. Primo ex fontanali principio emanationis,siue originis suæ. Sacra.n. scriptura habetur ex reuelatione diuina.Spiritu.n. sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.2.Pet.1.& Iob.32.dr̃ spiratio omnipotentis Dei est, & Eccl. 1. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis.vnde sanctis prophetis,& Apostolis,per quos nobis sancta scriptura data dicitur,in psal.Alluminans tu mirabiliter à montibus æternis.i.per Apostolos inquit glos.quare ex parte suæ originis sacra scriptura necessario,arguitur pura, & syncera,ac incommutabilis veritatis,quare dr̃ sapientiæ.7.ꝙ inextinguibile est lumen illius. ¶ Secundo patet cõclusio ex parte principiorum,quibus innititur,quæ sunt articuli fidei,cui falsum subesse impossibile est, cũ certior sit scientia,cui subesse falsum non potest, cum nõ sit nisi verorum. ¶ Tertio,quia si sacra scriptura admitteret aliquam falsitatem,iam, vt arguit Aug.in litera,periret certitudo ad probandum,& docendum ea, quæ necessaria sunt ad salutem, cũ tota certitudo conclusionũ, pendeat ex principijs,& sic sacra scriptura non esset vtilis ad huiusmodi, quod est contra illud Apostoli.2.ad Timo.3. Omnis doctrina diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum:ad corrigiendum, ad eruditēdum,ad iustitiam. ¶ Quarto patet conclusio rõne,quam etiam ponit Aug.in litera, quia dato,qđ sacra scriptura contineret falsa,non haberet virtutem, nec potius authoritatem ad repellendum, & comprimendum falsitates,& errores surgentes, & tñ sacra scriptura est,tanquã turris fortissima, quæ ædificata est cum propugnaculis,& à qua pendet oĩs armatura fortium.s.excellentissimorum doctorum ad debellandum errores, & hæreses,quare Apostolus ad ti.1.inquit.Oportet episcopum amplectentē eum,qui ẜm doctrinam est, fidelem sermonem,vt potens sit exhortari in doctrina sana,& eos,qui cõtradicũt arguere.¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando antecedens, & ad probationem respondetur dupliciter.Primo iuxta S. Th. in 2.2.q.1. ar.3.quod non est similis ratio de fide,& de spe,& charitate,quia verum est bonum intellectus, non autem est bonũ appetitiuæ virtutis: ideo oēs virtutes quæ perficiunt intellectum excludũt totaliter falsum,quia de rõne virtutis est, ꝙ se habeat solum ad bonum,virtutes aũt solum perficientes partem appetitiuam,nõ excludunt totaliter falsum.Potest.n.aliquis ẜm iustitiam, aut temperantiã agere ẜm aliquam falsam opinionem hominis de eo circa quod agit,& ita cum fides perficiat intellectum, spes autem, & charitas
2 affectuum,non est similis ratio.¶† Secũdo respondetur negando, quod spei, & charitati subsit falsum,cum.n.spes sit certitudo proueniens ex gratia & meritis, nullus sperat se habiturum vitam æternam,nisi cum præsuppositione meritorum,alias,non esset spes,sed præsumptio,& quia efficacia meriti includit finalem perseuerantiam,hinc est, quod in actu spei includitur conditio perseuerantiæ finalis. Oĩs .n.qui recte sperat,sic vitam æternam expectat, si vsque in finem perseuerauerit in gratia, & hoc quidem verum est, & hoc fides nostra dictat,quod aliquis deficientib.meritis non perueniat ad beatitudinem,non est pp hoc,quod virtuti spei subsit falsum, quia ille stultam habet opinionem, quod sine meritis consequatur beatitudinem. Et similiter dicendum est de charitate,ꝙ ei non subsit falsum.Ad charitatem aũt pertinet diligere Deum,in quocunque fuerit, vnde non refert ad charitatem vtrum in isto sit Deus, qui pp Deum diligitur,vnde,si aliquis diligat eum,qui non est bonus,quem credebat bonum esse,hoc non arguit falsitatē in charitate,sed in æstimatione diligentis.¶ Ad secundã rationem iuxta S.Th.in tertia, dicendum, ꝙ contingens non potest esse obiectum fidei,siue sacræ scripturæ, nisi ẜm qđ stat sub diuina præscientia,& ẜm hoc habet necessitatē infallibilitatis,& sic cadit sub fide.vel sacra scriptura,vnde sicut nec præscientia pōt falli,ita nec scriptura sacra.¶ Ad tertiam respondetur iuxta S.Th. in 1.parisum.quod sacra scriptura non attribuat Deo dimensiones, nisi ẜm similitudinem,vnde scriptura sancta tradens nobis diuina sub similitudinibus corporalibus,quia,vt inquit Dionysius,impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium, q̃ sacris velaminibus circumuelatum,trinam, dimensionem Deo attribuit sub similitudine corporea, quantitatem virtualem ipsius designant,vtpote per profunditatem, virtutem ad cognoscendum occulta,per altitudinem excellentiam virtutis super omnia, per longitudinem durationem sui esse,p altitudinem effectum dilectionis ad oĩa,vel vt dicit Dionysius. 10.c.de di.no.per profunditatem Dei intelligitur incõprehensibilitas essentię ipsius,per longitudinem processus virtutis ipsius omnia penetrantis per latitudinem vero super extensio eius ad omnia, inquantum videlicet sub protectione eius omnia continentur, vbi est aduertendum, ꝙ vt inquit.S.Tho.in vltimo articulo, & responsione vltimi argumenti primæ quæstionis primæ partis, in huiusmodi locutionibus metaphoricis sensus literalis nõ est ipsa figura,sed id, ꝙ est figuratũ.Nõ.n.cũ scriptura nominat Dei brachiũ,est literalis sensus,ꝙ in Deo sit mēbrũ hmõi corporale,sed id ꝙ p hoc mēbrũ significat̃.s.virtus operatiua, & sic de similib. vnde in sensu literali sacrę scripturæ nunq̃ pōt subesse falsum.¶ Ad quartã respondet̃ iuxta eũdē S.Th.in 2. 2.qđ in hoc,ꝙ in euãgelio,& in alijs scripturis sacris verba aliquorum diuersimode recitantur, non est mendaciũ,nec falsitas aliqua,prout ex dictis Augustini,visum est in respõsione.ad tertium argumentum factum in quęstione prima super.c.ego solis.s.e.di.¶ Ad quintum respondetur primo, ꝙ illud Iudicum. 9. accipiēdum est ẜm mysticum sensum secundum quem verum est,quod dicitur.Est.n. regula beati Aug,de expositione sacræ scripturæ li.de doc.christiana, ꝙ quandocunque litera verum sensum historicum habere non poterit,ad mysticum recurrendum est.¶ Secundo respondetur,intelligendo de sensu literali iuxta dominũ Hēricũ de Gandano in tertio quolibeto, ꝙ sensus literalis aliquando ponitur proprie,& sub significationib.vocum.Aliquando vero improprie,& sub significationibus rerum, & ẜm hoc, si sensus literalis ibi requirendus est in locutione arborum,& lignorum Iudicum.9.ille requirēdus est ex significatione rerum.s. ꝙ per arbores, homines intelligãtur ẜm aliquas earum proprietates, secundum ꝙ exponit Isidorus in gl.Ait.n. ligna syluæ.i. homines infructuosi æterno incendio præparati,& sic licet secundum literalem sensum vocum non habeat veritatē, secundum sensum tamen literalem rerum dictum illud habet veritatē, Sed hoc melius videtur solui per id,quod notatum est ex S.Tho.in responsione ad tertium videlicet, ꝙ sensus literalis non sit figura,sed figuratum per eam.Tex.¶[Si ad scripturas.]alius tex.habet.[si in scripturis,officiosa].i,vtilia alicui, & nulli nociua.illud.n.est officiosum mendacium,quod alicui prodest,& nulli obest,mendacia,quia contraria sunt veritas & mendaciũ,sicut lux,& tenebræ. de pe.di.2.c.si.n.iuxta principium,[quid authoritatis.] ad aliquid improbãdũ,vel approbandum contra aduersarios, medicum.n. fermentum
3 totam massam corrumpit,& est arg.† ꝙ vtile per inutile vi
4 tiatur.ar.di.16.Canones & 3.q.9.Pura.est etiam argu.†ꝙ si instrumentũ pro parte reperiatur falsum, in toto reprobatur,& ei non creditur.vt.ff.de fi.instru.l.2.in fi.& hoc tenet hic Barth.brixien.in gl.& Inno.in c.fraternitatis.de hæret. & Host.ibi.Sed gl.Io.theutonici.in isto.c. distinguit, an instrumentum habeat in se capitula separata, & diuersa,tunc dicit ꝙ falsitas in vno capitulo non nocet in alio,& hoc probatur in l.si ex falsis.C.de transactio.vbi est.gl. Si vero non sint capitula distincta,& separata,tunc totum caret robore firmitatis.[pondere].i.authoritate,siue virtute.[obtereretur].i.comprimeretur,vel repelleretur, &c.

1 *Disputare an sit licitum de sacra scriptura, & nu. 2.3.4. & 5.*


Q

Vis nesciat. Sequitur septimum c.eiusdem partis,& est eiusdem Augustini.li.de vnico baptismo, quod magister optime introducit ad suum propositũ.s. ad ostendēdum, ꝙ sacra scriptura, siue ius naturale in ea contentum, præferatur omnibus scripturis

Quartũ ar.
Quintũ ar.
Opponit ĩ contrariũ.
Respõdet.
*Psa.75.a.
Ad primũ arg.
Ad secũdũ.
Ad tertiũ.
S. Thom.
Ad quartũ.
Ad quintũ.
Henricus de gandauo.
Exponit literam
Cõtinuatio.

scripturis aliorum Doctorũ, & episcoporũ. Ratio sua est, quia de scriptura sacra non licet dubitare, aut disputare, vtrum verum, vel rectum sit, quidquid in ea constiterit esse scriptum. De episcoporum autem siue doctorum literis dubitare licebit, & eas reprehendere, si quid in eis à verita te deuiatum esse repertum fuerit, breue est. Nõ diuiditur.

Primũ ar. ¶ Pro pleniori intelligentia huius præsentis articuli quæri
1 tur, † vtrum de sacra scriptura licitum sit disputare. Et videtur, ꝙ non. Primo ex tex. præsentis. c. vbi dicit Augu. ꝙ de scriptura sancta, nec disputari, nec disceptari posit. ¶ Se-
Secũdũ ar. cũdo, lex Martiani Augustini in l. nemo. C. de summa tri. q per canones est confirmata. 24. q. 1. c. Maiores, habet, ꝙ iniuriam facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata, ac recte disposita reuoluere, & publice disputare cõ temnerit, sed oĩa, quæ ad fidem pertinent sunt per sacra solemnia concilia determinata: ergo grauiter peccat, qui de fide, siue sacra scriptura disputare præsumit. ¶ Tertio sic.
Tertiũ ar. Disputatio argumentis aliquibus agitur, sed argumẽtum, vt dicit Boethius, est ratio rei dubiæ faciens fidem, ea aũt, quæ sunt sacræ scripturæ, cum sint certissima, non sunt ducenda in disputatione, vt Augustinus dicit in præsenti, c. ergo de eis, quæ sunt fidei, siue de sacra scriptura, non est disputadũ. ¶ Quarto sic, sacra scriptura fidei innititur, fides
Quartũ ar. autem. s. rationem est, omnis autem disputatio, cum argumentatiue agatur, est de eis, quæ sub ratione sunt: ergo de sacra scriptura disputare non licet ¶. In oppositum arguitur ex cõi vsu doctorum theologorum, qui disputant de scriptura sancta multa, vtrum. s. Deus sit, vtrum sit vnus, vtrum
Opponit 1 contrariũ. in personis trinus, & sic de oĩbus articulis fidei. ¶ Item ex illo quod actuum. 9. habetur, ꝙ Paulus conualescebat, & cõ
Secũda op. fundebat Iudæos, & ꝙ loquebatur Gentibus, & disputabat
Respõdet. cum Græcis. ¶ Respondeo iuxta sententiam S. Tho. & Alberti magni in 1. parte summæ per aliquas conclusiones.
Prima cõclusio. 2 Prima conclusio. † Non licet de sacra scriptura disputare, siue de fide, tanquam de ea dubitando, patet conclusio ex rationib. factis in principio quæstionis. Et hoc modo intelligitur dictum beati Augu. in præsenti c. dicentis ꝙ de sacra
Quarta cõclusio. scriptura non posit. s. licet disputari. ¶ Secunda conclusio
3 † ꝙ hoc modo de sacra scriptura disputans, tanquam. s. dubitans de ea, grauiter peccat, patet quia cum talis veritate sacræ scripturæ non præsupponat certissimam, non dubiũ, quin Deum, qui illius est doctor, & magister, qui illam nobis reuelauit grauiter offendit, vnde dubius in fide hæreticus est, extra de hære. c. 1. ¶ Tertia conclusio † disputare li-
Tertia cõclusio. 4 cet de sacra scriptura, & de fide ad confutandum errores, & defendendum eam contra hæreticos, vnde de episcopo dr̃ ti. 1. amplectentem eum, qui ẽm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana & eos qui contradicunt arguere, sicut fecerunt Aug. Hier. & alij sancti patres plures, qui fuerunt fortissimi defensores con
Quarta cõclusio. 5 tra hæreticos. ¶ Quarta conclusio, † disputare de sacra scriptura ad exercitium gratia illucidationis maioris veritatis eorum, quæ in sacra scriptura continentur assignando de ea rationes, & similitudines ad fidei confirmationem laudabile est, & meritorum. Dicit. n. ipsa sapiẽtia eccl. 24. Qui elucidant me. s. fideliter, & vtiliter exponendo, vitam æternam habebunt, & Dan. 12. qui docti sunt, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellę in perpetuas ęternitates, & ideo primæ Pe. 3. dr̃ parati omni poscenti vos, rationem dare de ea, quæ in vobis est, fide. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primã iam re-
Ad primũ arg. sponsum est, ꝙ Augu. loquitur, ꝙ de sacra scriptura non li
Ad secũdũ. ceat disputare, tanquam de ea dubitando. ¶ Ad secundã simili modo respondetur, ꝙ lex illa imperatoris intelligitur de disputatione procedente ex dubitatione fidei, non autẽ
Ad tertiũ. de illa quæ est ad confirmationẽ eius. ¶ Ad tertiã respõdetur, ꝙ nõ licet disputare de scriptura sancta, siue de his, q sunt fidei, quasi de eis dubitando, sed bñ pp veritatẽ manifestandam, & errores confutandos. Oportet. n. ad fidei confirmationem aliquando cum infidelibus disputare, quandoque quidem defendendo fidem qñque etiam ad conuincendos errores, vt dictum est. Vel respondendum ẽm Albertum magnum in principio primæ partis summę suę, ꝙ licet de dicto sacræ scripturæ non liceat dubitare, tñ de ratione dubitare licet, & ad illam conuenit quærere argumẽ
Ad quartũ. ta, & maxime vt contradicens reuincatur. ¶ Ad quartã respondetur ẽm dñm Albertum, quod licet sacra scriptura fidei innitatur, vt principio, tñ & ipsa fides ex posteriorib.

crediti quærit intellectum, & rationem, sicut in libris prostologiorum, & cur Deus homo, dicit Anselmus. Sequitur tex. ¶ [Terminis]. i. libris, certũ. n. est, quibus libris scriptu- Exponit literam.
ra boni, & veteris testamenti continetur, quia vetus testamentum continetur. 22. libris ẽm antiquam computationem, vt dicit Nicolaus de lira. Secundum vero nouam continetur. 24. libris, quia tunc lamentationes Hieremiæ ponuntur pro duobus libris, & Iudicum, & Iosuæ. De istis libris. 5. dicuntur legales. s. quinque libri Moysi. Alij dicuntur ꝓphetales. s. Iosuæ, Iudicũ, & Samuel. i. primus. & . 2. Re. Malach. primus, tertius, & quartus reg. Esaias, Hieremias, Eze. li. 12. prophetarum. Alij dicuntur Agiographi. i. scripturæ sanctæ, vel sanctorum, & sunt isti libri Psalmorum, Parabolæ Salomonis Ecclesiastes. Cantica. Ruth. Lamentationes Hiere. Hester. [Episcoporum]. i. doctorum, vel expositorum, qui in magna parte episcopi fuerunt. Hu. [literis]. i. scripturis disceptari non posset, ita vt in dubium reuocentur, quæ in ea continẽtur, videlicet an eius dicta sunt vera, & ea, quæ ibi statuta sunt, recta sint. Desputare vero de ea, vel ad maiorem intelligentiam, vel ad defensionem fidei, & ad exercitationem nostram in studio sacrę scripturæ licitum est, vt dictum est. [Episcoporum aũt literes, quę post canonem] scilicet, vtriusque testamenti [confirmatum.] id est de ecclesia receptum confirmatum] Literæ reprehendi, si quid, &c.] reprehendi dico [p sermonem, &c.] Hugo Archid.
Dicit hic Hug. & repetit dñs Archidia. quòd idem contingit de isto ope, quod ab ecclesia est receptum, & approbatum, quo ad authoritates, quas Gratianus inducit, non aũt quo ad solutiones Gratiani. vnde quædã rationabiliter possunt reprehendi ab illis, quib. veritas magis illuxit, sed licet quo ad dicta Gratiani nobis appareat bene dictum. Hoc tñ quo ad omnes authoritates, quas Gratianus inducit, liber iste sit ab ecclesia receptus, & approbatus non cõstat nobis, nec credimus. Tũ, quia multæ authoritates sunt in hoc volumine conciliorum, & sanctorum patrum quibus derogatum est iam. ¶ Præ erea, quia multæ authoritates quorundam contrariantur authoritatibus aliorũ doctorum, aut conciliorum. ¶ Item contra hoc videtur esse regula posita in. c. domino sancto. disti. 56. quando discors sententia cõciliorum inuenitur, & ita præsupponit cõtrarietatem in aliquibus etiam canonibus, & per consequens non videtur dicẽdum, ꝙ absolute omnes authoritates introductæ per Gratianum sint approbatæ, quia simul duo contraria approbari non possunt.

1 *Argumenta ex dictis Episcoporum, siue doctorum non licet assumere contra sacram scripturam.*

2 *Authoritas sacræ scripturæ maior est, quam omnis humani ingenij perspicacitas.*



Oli frater. Sequitur. c. 8. eiusdẽ partis, & est Aug. in epistola ad Vincentium, in quo in fauorem princi- Continuatio.
1 palis præpositi dicit Aug. † ꝙ non licet colligere calumniam, siue argumenta contra sacram scripturam ex dictis Episcoporum, siue doctorum, cum dicta illorum inferiora multo sint authoritate libris sacræ scripturæ. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit Diuisio.
quod dictũ est. 2. in assignat rationem, qm̃ talium doctorũ authoritas distincta est ab authoritate canonis, 2. ibi. Pri- Exponit literam.
mo quia hæc. Plana sunt oĩa. tex. ¶ [Contra differentias]. s. vtriusque testamenti [præclara, & in dubitata testimonia.] quia. n. sacra scripturã emanatio quædam claritatis diuinæ sincera est, præclara, & indubitata dicuntur eius testimonia, sapientiæ vni luci comparata inuenitur prior. Luci. n. succedit nox, sapientiam autem non vincit malicia [nostrorum]. s. catholicorum latinorum, sicut [Hylarij antequam pars Dominati separetur]. s. ab ecclesia [in partem Donati] . i. antequã illi, qui Donatum sequuti sunt in errore suo, separentur ab eccle sia, quod ideo dicit, quia Cyprianus, & Agripinus adheserunt errori Donati dicentis, ꝙ extra ecclesiam nõ erat baptismus. Dicta ergo istorum, antequam adhererent Donato erant authoritatis, postmodũ vero, qñ adheserunt hæresi nullius sunt momenti, vt extra de hæreti. c. Fraternitatis. [primo.] secunda pars. [hoc genus literarum]. s. aliorum doctorum, & expositorum. [ab authoritate canonis distinguendum est.] qm multo minoris authori Hugo. Archid.
tatis est. † Maior quidem est sacræ scripturæ authoritas, inquit Augusti. super Gen. ad literam, quam omnis humani ingenij

ni ingenij perspicacitas. Notat hic Hu.& post eum Archi. ꝙ canon quandoque dicitur scriptura conciliorum, quandoque quælibet scriptura diuina,& ecclesiastica, quandoque solum scriptura noui,& veteris testaméti,vt hic.¶[Nō .n.].ecce distinctionem authoritatis inter illas scripturas, & scripturam sanctam[qm̄ non sit, leguntur.] in eo quippe hic cōfirmare videtur,quæ dixit exemplo humilitatis suæ, [Si vos aliter sapitis].s.quam sapiendum sit,vt paruuli sensu. hoc reuelauit vobis Deus].i.ꝓ bona vita vos ab hm̄oi erroribus liberabit,& hoc,inquit,faciet, vt dicitur in gl. si humiliter sapietis,& de uobis sentietis. vnde Augus. super psal.130.& inducitur in gl.qui.n. in pace catholica permanet,si quid aliter sapit,quam oportet, Deus humili reuelabit.Si aūt aliquid superbus defendit,& pertinaciter astruit esse pacem ecclesiæ Deus abijcit, quia superbis Deus resistit,humilibus autem dat gratiam.

1 *Expositiones doctorum,in qua authoritate sunt habendæ.*
2 *Dicta sanctorum,salua eorum reuerentia,possunt improbari, si appareant contra veritatem.*

Continuatio.




Eque quorumcunque. Sequitur.c. 10 eiusdē partis,& est etiam Augustini in epistola ad fortunatum. Breue est,cuius summa in hoc consistit confirmando principale propositum, 1 † ꝙ non sunt habendæ in ea authoritate expositiones etiam catholicorum doctorum.in qua habendæ sunt scripturæ canonicæ, cui non licet contradi-
2 cere,†dicta vero sanctorum,salua eorum reuerentia, possunt improbari,si appareant contra veritatem,vt ex supra dictis.c.patet.tex.¶[Disputationes].i.expositiones.[Canonicas].i.noui,vel vete.testamenti.salua honorificentia,quę illis debetur,aut ratione sanctitatis, aut authoritatis in ecclesia, aut qm̄ in multis bene, & laudabiliter scripserunt [diuino adiutorio]Deus.n.pater est luminis,& doctor veritatis, eius.n.adiutorio, siue gr̄a veritas inuenitur dubiorū. s.proxi.c.& Phil.3.[Tales.]ar.quod quisque iuris in alterū statuerit,&.c.2.q.6.qui se scit.& 22.q.5.de forma.

Exponit literam.

1 *Ratio recta,& sana præponenda est exemplis, quæ præponuntur ex factis hominum.*
2 *Pietas proprie dicitur dei cultus.*

Cōtinuatio.



Ana quippe. Sequitur decimum ca. eiusdē partis,& est beati Aug.li.de ciuitate Dei.ca. 22. quod inducit magister Gratianus ad ostendendum, quod ius naturale, siue sacra scriptura non solum constitutionib.secularibus,siue ecclesiasticis, & expositionibus,siue scripturis sanctorum patrum præponenda est,sed etiam exemplis.Capitulum hoc pōt diuidi in duas partes.In 1.dicit, quod dictum est.In 2.dicit, ꝙ inter exempla, quæ rationi concordauerunt, illa sunt digniora imitatione,quanto excellētiora sunt pietate.2. ibi, sed illa.

Diuisio.

1 ¶†Certe proponenda est recta & sana ratio exemplis,quę proponuntur ex factis hominū.Cuius ratio patet.Nā exempla,quæ exorbitant à sana,ratione,ex indebitis actibus consurgunt,cum actus contra rationem sit illicitus, vnde talia exempla non sunt sequenda: vnde bona ait Aug. ꝙ nullius exempla debet seipsum quis interficere,exempla vero christi, & sanctorum, qui egerunt conformiter rectæ rationi, sunt sequenda.Io. 13. Saluator ait. Exēplum dedi vobis,vt quemadmodum ego feci,&c.tex.¶[Ratio].i.ius naturale scriptum.Hug.[& exemplis].i.nedum constitutionibus,& scriptis sanctorū patrū[ante]cum illa sint ei cōtraria[cui] .s.iuri naturali[exempla].s. quædam concordant: per talia .n.possumus iudicare maxime, cum per ea recte factū aliquid intuemur. ff. de manumis.an.l.manumittere. [pietate.Io.in glo.& alij expositores glossant.i. misericordia, & non videtur nobis,quòd iste sit sensus dicti beati Augusti. sed pietas in hoc loco capitur pro Dei cultu,siue religione.
2 vnde Augus. 10.de ciuitate Dei.dicit†,quòd pietas proprie Dei cultus intelligi solet, quam Græci eusebiam vocant,& tunc est sensus, ꝙ inter exempla rationi consona illa sunt digniora imitatione,quæ excellentiora sunt[pietate].i.religione,& sanctimonia,& secundum hoc capitur pietas in c.non licet.di.sequen.

Exponit literam.

1 *Iure naturali dicta, & constituta quorumcunque doctorum sunt postponenda,*



Vm ergo. Istud est vltimum.c.huius distinctionis.in quo ostēdit ex superioribus inductis intentum suū esse pro- — Continuatio.
1 batum,videlicet† ꝙ iuri naturali omnia constituta, & dicta quorumcunque doctorū sunt postponenda. Et arguitur sic,licet litera sit intricata, quæcunque diuinæ scripturæ reperiuntur aduersa, — Argumētū.
aduersantur etiam diuinis legib.Patet,quia diuinę leges cōtinent inter alia in ipsa sacra scripura, in qua vt notauimus etiam in c.quis nesciat.sunt libri in triplici differentia.Sunt .n.legales Prophetales,& Agiographi,quæcunq; aūt aduersantur diuinis legib.aduersantur etiam iuri naturali. Patet, quia iure naturali nil aliud ꝑcipitur, ꝗ quod Deus vult fieri.nihilque aliud vetatur,quam quod Deus prohibet fieri, vnde etiam leges natura constant, sicut ius naturale, sicut expositum est.s.di.1.c.omnes leges, Et quibus apertisime habetur veritas principalis conclusionis huius distinctionis,videlicet ꝙ quæcunque diuinæ scripturæ,aut diuinæ legi postponenda censentur,omnibus illis,ius naturale præferendum est,& sic patet tota litera.


¶ Distinctio Decima.

1 *Constitutio secularis si inueniatur contraria ecclesiasticæ omnino postponitur.*



Onstitutiones. Hic iacipit. 10. di.quæ sic cōuenienter ad præcedentem continuatur.In superiori quidem magister Gratianus ostendit multiplici authoritate,& rōne, ꝙ constitutio tam secularis, quam ecclesiastica cedit iuri naturali. Modo consequenter ostendit,que constitutio debeat alteri præferri,an ecclesiastica, an ciuilis, siue seculars.Et dicit,ꝙ constitutiones principum secularium ecclesiasticis non præemi- — Continuatio.
1 nent,sed obsequūtur.Summa ergo totius dist.est. † ꝙ si secularis constitutio inueniatur contraria ecclesiasticæ,oīno secularis postponitur.Si vero ei consonet omni reuerentia habenda est & in adiutorium ecclesiæ assumenda. Diuiditur autem hæc distinctio in duas partes.In 1.per sex capitula probat,ꝙ leges,siue constitutiones seculares, siue mundanorum principum non ꝑemineāt ecclesiasticis,sed econuersa.In 2.ostendit per 7.capitula, ꝙ qn̄ leges principum nō aduersantur ecclesiasticis, sed eis consonant in reuerentia habendæ sunt,& in adiutorium ecclesiæ assumendæ.2. ibi, In.§.Ecce,ꝙ constitutio. — Diuisio.

1 *Constitutiones ecclesiasticæ an pręemineant, & præferendæ sint legibus ciuilibus,siue constitutionibus Principum secularium,quod sic,nu. 2.& nu.5.*
3 *Lex ciuilis si contraria reperitur constitutioni ecclesiasticæ postponenda est.*
4 *Legibus ecclesiasticis non præiudicatur per leges ciuiles.*
6 *Legibus Imperatorum quare non sit vtendum in omnibus causis ecclesiasticis,ratio duplex.*
7 *Papa potest diuidere,& vnire Episcopatus,& non alius.*



Ege Imperatorum. Hic incipit primum c. primæ partis huius di.& est Nicolai Papæ secundi, qđ inducit magister Gratianus ad probandum intentum suum. Et diuiditur hoc.c. in 4.partes.In 1.ostēdit,ꝙ in ecclesiasticis causis non semper vtendū est legib.secularib.præsertim cū inueniantur quandoque constitutioni ecclesiasticæ, aut canonicæ contrariari.Secundo ostendit, ꝙ ecclesiastica iura nō possunt dissolui per iura secularia,& hoc probat authoritate Innocentij,& authoritate Gregorij.In 3.concludit ex inductis.In 4.declarando mentem suam remouet obstaculū 2.ibi.Imperiali iudicio.3.ibi,Quemadmodum.4.ibi,non ꝙ Imperatorum leges.Pro pleniori intelligentia huius. ca .& aliorū primæ partis huius distinctionis quæritur sic.¶Quę- — Continuatio. Diuisio.
1 ritur† vtrum ecclesiasticæ constitutiones præemineant, & præferendæ sint legib.ciuilib.siue constitutionib. Principū seculariū.Et videtur ꝙ nō. Primo ex illo prouerb.8.vbi dr̄, per me reges regnant,& legum conditores iusta ddcernūt, vbi dr̄,huod leges Principū secularium deriuanter à iustitia diuina, — Primū ar

tia diuina,ergo videtur, qđ ciuiles non subsint quibuscũq; legib.alijs humanis, & ita nec ecclesiasticis per cõsequens.

Secũdũ ar. ¶Secundo ex illo,quod habetur in c.Nemo.16.q.3.quod leges ciuiles sunt diuinitus per ora Principum promulgatæ.ergo vr̃,quod præferre eis aliquas leges humanas est p̄iudicare Deo,à quo emanarunt.

Tertiũ ar. ¶ Tertio sic.Imperium in humanis,p̄sidet,sacerdotiũ in diuinis. vt in aut.qũo oportet Ep.in prin.col.2.ergo saltem in humanis,siue in temporalib.leges imperiales,siue ciuiles præeminent ecclesiasticis,consequentia vr̃ nota.

Opponit et Respõ. ¶ In oppositum est tex.præsentis.ca.¶ Respondeo dicendũ sub tribus conclusionib.1.est.

Prima cõclusio. 2 †quod constitutio ecclesiastica præeminet cõstitutioni ciuili ista conclusio declaratur ex.4. Primo ex maioritate authoritatis instituentis. Constitutio vero ecclesia est constituta ab authoritate sacerdotali, lex vero ciuilis à dignitate regali,siue seculari.Sed vt inquit Ambrosius,& habetur in c.duo.di.96.Aurum non tam pretiosius est plumbo,quam regia ptãte altior ordo sacerdotalis:ergo constitutio ecclesiastica,quæ à sacerdotib.vel à summo sacerdote.s.Papa instituta est, omni constitutioni seculari regiæ,siue imperiali præeminet.¶Secundo,hæc cõclusio ostẽditur vera, quia constitutio ecclesiastica ab ampliori claritate deriuata est, legitur.n.Gen.3. fecit Deus in cęlo duo luminaria magna, sed ſm allegoricum sensum per cœlũ intelligitur ipsa vl̃is ecclesia,per solem,& lunam duę principales authoritates, quibus regitur tota ecclesia.s.Papalis, & regalis,vt deducit

Innocent. etiã Inno.3. extra de maio.& obe.c.solite.Per solẽ intelligitur Papalis,sicut per lunã regalis,sed id,quod procedit à sole maiori claritate splendet,q̃ id quod procedit à luna.Patet,cum sol maior sit nobilitate, virtute, & claritate:ergo sequitur, quod etiam ex hac parte constitutiones ecclesiasticæ præeminent ciuilib.Et hinc est,quod vt habetur.2.q.3.§.hinc colligitur.leges seculi non dedignantur sacros canones imitari,& extra.de iud.clerici.Leges imperiales nõ dedignantur sacros canones imitari.¶ Tertio prefata conclusio patet ex parte fundamenti,eo quod constitutiones ecclesiasticæ maxime fundantur in sacra scriptura, cui om

August. nino est obsequẽdũ.Vnde Aug. ꝯ Faustum,qui non credit scripturæ sacræ,nec christianus est,nec sanus esse põt,quia vt idem dicit 4.de trinitate ꝯ rõnem nemo sobrius,ꝯ ecclesiam catholicã nemo pacificus, ꝯ scripturã sacrã nemo vnquam catholicus senserit.¶Quarto ex parte finis, quia constitutiones ecclesiasticę in meliorem finem ordinant,& disponunt immediatius,quod christiani bene viuant non solũ ſm virtutes morales,sed etiã ſm theologicas,& vt futuri conciues angelorum.

Secũda cõclusio. 3 ¶Secunda concl.†ꝙ lex ciuilis si cõtraria reperitur constitutioni ecclesiasticæ,oĩno postponẽda est,& constitutio ecclesiastica suscipienda,& prosequenda,patet conclusio.primo ex tex.pręsentis.c.& duorum se. Tũ ex declaratione prioris cõclusionis.Primo,quia ecclesiastica à superiori , & maiori authoritate promulgata est: ergo, vbi Imperator cõstituit aliquid, & papa contrarium, constitutioni Papali magis est parendum , sicut superiori, ait.n. Aug.li.confessi. & habetur.s.in.c.quæ cõtra.di.8.maior potestas minori ad obediẽdũ pręponitur,secũdo,quia vt dictum est, maiori lumine cõstitutio ecclesiastica,videtur condita,siue regulata,& ideo v r̃habere plus authoritatis,hæc est argumẽtatio,quæ.j.e.di.in c.suscipitis.ponitur. Ait.n.nunquid.n.iustum vobis videtur , sic cedat spũs carni.Si à terrenis cęlestia superentur, si diuinis præferanẽ humana.q.d.non, sed ẽ conuerso iustũ est,vbi per carnẽ, & terrena,& humana constitutionem intelligit ciuilem.per spiritum,cęlestia, & diuinam constitutionem ecclesiasticam.

Tertia cõclusio. 4 ¶ Tertia concl.†Per ciuiles leges non præiudicatur ecclesiasticis.patet concl. ex præsenti.c. vbi authoritatib.duorũ summorũ pontificũ probatur,ꝙ iudicio cõstitutionis ciuilis dissolui non põt ecclesiastica.Patet etiã ista concl.ex dictis,quia constitutio ab inferiori, siue minori authoritate edita non præiudicat constitutionibus à superiorib.editis.

Ad primã arg. ¶ Ad rõnes in oppositum.Ad primã Respondeo. quod ex illa authoritate non habetur,ꝙ oẽs leges ciuiles sint iustæ, aut æquæ,& bonę cum in pręsenti.c.præsupponatur,quod aliqñ obuiare ecclesiasticæ , ac canonicę sanctiones inueniantur.& Esaiæ.10.dr̃. Ve qui condunt iniquas leges,sed hoc habetur ex illa authoritate,ꝙ oẽs leges,quæ iustę sunt participatione, & consonantia diuinæ æquitati iustæ sunt, & tales leges cum reueren.suscipiantur,& obseruentur.nõ quidem,tñ rõne authoritatis instituentis Imperatoris, vel Principis secularis, quia illa nullã iurisdictionẽ habet in ecclesia,sed rõne iustitiæ, & æquitatis contentæ in ipsa lege, qñ bona est, et vtilis,siue quia in decretis sunt canonizatæ.

A secũdũ. ¶ Ad secundã pariter respondetur,qđ illud est verũ de bonis legib.Sicut.n.oẽ verum,à quocunq; dicatur, à Spũ sancto est,inquit Ambrosius,ita oĩs lex iusta à lege æterna, sine summo legislatore Deo est deriuata.Dicit.n.Augu.li.de li.arb.in tpali lege nihil est iustũ,atq; legitimũ,quod nõ ex æterna lege hoĩes sibi deriuauerint.Sed ex hoc non sequit, ꝙ constitutio ecclesiastica non præemineat lege ciuili rõnib.dictis.

Ad tertiũ. ¶Ad tertiã respondetur primo, ꝙ Imperator nõ præsidet humanis vl̃iter,cum Papa in multis etiã humanis præsideat, in quibus Imperator nullã habet iurisdictionẽ.

5 ¶Secundo dico,†ꝙ in alijs quibus præsidet si constitutio ciuilis sic opponeretur ecclesiasticæ,ꝙ verteretur in periculum aĩæ præponẽda esset ecclesiastica ciuili, imo in tali casu,vt dicit Io.An.papa põt tollere constitutionẽ Imperialẽ vt extra de iudi.nouit,& de præscrip.c. fi.& de secundis nuptijs.c.pen.& vlti.Textus sequitur.

Exponit literam. ¶[Nõ in oĩb.].i.nõ semper est ea vtendũ[& præsertim,cum inueniatur,&c.]

6 †Duplex.n.rõ põt esse, quare lege Imperatorum non est vtendum in oĩb.controuersijs ecclesiasticis.Vna ne videatur cõstringi ecclesia,aut regi humanis leuib.Secũda, quæ est potior,quia in multis leges Imperatorum reperiuntur obuiare legi canonicæ, siue sanctioni ecclesiasticæ, vt in vsuris, quæ prohibentur lege Dei,& permittunẽ lege ciuili, & de alijs.j.videbitur.[.s.legem Dei].i.ecclesiæ.Arc.[subtus.]& rõne cõstituentis,& rõne cõstituti vt.j.e.scriptis, & di.63. valẽtius.& 30.q. 5.susceptos.& 11.q.3.qui resistit[iudicio] 2.pars.i.dispositione, vel constitutione. Hu.ad quod inducit authoritatẽ duplicẽ Innocẽtij.s. & Gregorij,quia in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum.Deut.19.& Matt.18.Sed vr̃, ꝙ inconuenienter introducantur isti duo testes,qui videntur esse domestici,& in propria cã.¶Rñdetur,ꝙ congrue introducit eos,tum, quia de eorum sanctitate non dubitatur,nec debet dubitari.ar.40.di.nõ vos.11. q.3.absit. Tum, quia clerici in propria cã ecclesiastica admittuntur testes.14.q.2.super hoc.Hu.[mobilitatem.]sensus non visus est nobis.s.rõnabile,& æquum, vt ad mobilitatem,vel mutabilitatem, aut varietatem necessitatũ mundanarum,quas Imperator,pro suis causis duxerit faciẽdas, Dei ecclesia in honoribus suis patiatur variationẽ, & mutabilitatẽ,& per consequẽs pręiudicium,& ponitur exemptum earum, diuisione facta per Imperatorem vnius prouinciæ in duas sequatur consequenter duos esse Metropolitanos,siue nominari,aut duas esse Metropoles. Et dr̃,qđ non,vt hic,& di.101.peruenit.†Papę.n.est diuidere,& vnire episcopatus,& non alterius.extra.de excess. præla. sicut vnire,& 16.q.1.præcipimus. [humana lex.]in aut. de nuptijs.quæ distrahuntur.dr̃, quod alter coniugum sine consensu alterius põt diuertere ab altero, quod lex diuina p̄hibet.Post carnalem coniunctionem Mat.5.quos Deus cõiunxit,&c.vt.27.q.2.sunt, qui dicũt.Agathosa.si quis cõiugatus, sed ante carnalem commistionem hoc etiã iure canonum.vt 27.q.2.desponsatam.Sed mirum est quod Iustinianus Imperator tam catholicus hoc statuit contra legẽ dñi,vbi aperte continetur Matt.19. quod coniux non põt coniugem sine eius consensu dimittere, nisi causa fornicationis.vt 32.q.1.dicit dñs.Ad hoc respondet.Hug.& etiam

Hugo habetur in gl.dupliciter.Primo , quod forte non aduertit, siue quod ignoranter hoc fecit,vnde veniam meruit, vt.s. proxi.di.consuetudo.Secundo, quod hoc fecit causa vitandi scandali,quia frequens erat hoc inter hoĩes , nec subito poterat illud extirpare sine magno scãdalo,sed postea quã cito potuit,hoc retractauit,vt in aut.vt liceat matri,& auię .§.quia vero.col.8.vbi dr̃, ꝙ cõsensus vxoris est necessari᷒. [Ecce.]3.pars , verba sunt Nicolai papæ argumentantis ex inductis authoritatib. intentum principale huius.c. & totius di,videlicet, ꝙ Imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui.[Non.]4.pars.Dat intellectum,qũo intelligendum est,quod cõstitutio ecclesiastica præemineat seculari,non sic quidem,quod ecclesia omnino leges ciuiles dicat penitus renuendas,qm̃ sæpe vtitur illis, & contra hæreticos.scismaticos,& prauos homines.vt.j.e.di.c.si in adiutorium,sed quod leges illæ,quæ contradicunt enumeratis apostolicis,& canonicis decretis in nullo, p̄iudicãt illis.

1 *Leges principum contrariæ legi Dei, aut canonibus sacris , seu* libertati

*libertati ecclesiasticæ sunt inualidæ. Et tales condentes pec-
cant mortaliter. nu. 2. tenentur damnificatis. nu. 5. Et etiam
inducentes Principes. nu. 6. 7. & 8.*
3 *Hæredes manutenentes tales leges, peccant mortaliter.*
4 *Principes condentes leges contra ecclesiam, si moniti non desi-
stunt, sunt ipso iure excommunicati.*



On licet. Sequitur ꝯm.ca.huius partis,
& est dictũ, Symmachi Papæ
in 6.synodo, breue est, & non diuiditur. Con
clusio huius.c.clarissima est, videlicet, ꝙ non
liceat Imperatori, nec per consequēs cuiquã
potestati seculari aliquid agere, aut statuere,
quod obuiet diuinis, aut apostolicis ꝑceptis canonib. aut
summo. Põtificum decretis. Pro cuius.c.pleniori intelligẽ
tia. ¶ Quæritur de hmõi Principib. præsumentib. leges cõ
dere contra diuina, aut apostolica mandata, quæ sit pœna
eorum. Ad quod respondetur sub certis conclusionibus.
1 Prima est, † quod talium Principum leges contra legẽ dei (Prima cõclusio.)
aut canones sacros seu libertatem ecclesiasticam sunt inua
lidæ. Non.n.sunt hmõi leges alicuius roboris, aut momẽ
ti, quia nulla lex potest valere contra Deum.d.8.quæ con-
tra.32.q.7.flagitia extra de consti.quæ in ecclesiarum.Mi-
nor.n.non habet imperium in maiorem.22.disti. inferior.
2 ¶ Scda cõclusi.† Tã cõdentes ꝑdictas leges, ꝗ consentientes (Secũda cõclusio.)
peccant mortaliter. Patet cõclusio, ex illo Ambrosij. Pecca
tum est dictum, vel factum contra legem Dei. ¶ Tertia cõ
3 clusio† Hæredes, siue successores manutenentes illas leges (Tertia.)
mortaliter peccant, nisi illas destruant, nulla consuetudine
obstan. extra de simo. cum in ecclesiæ corpore, &.c. non sa
4 tis. ¶ Quarta conclusio, † tales Principes nisi admoniti pre (Quarta.)
fatas leges dimiserint, ipso iure sunt excommunicati, vt ex
tra de sen. ex c. nouerit. verum tamen est, quod in præfata
decre. non fit mentio de admonitione. Quinta conclusio.
5 † Si aliqui damnificati sunt occasione taliũ legum, seu statu (Quinta)
torum, tenentur conditores talium legum, & hæredes eo
rũ ad restitutionem omnium damnorum. ¶ Sexta conclu-
6 sio, † Tenetur etiã insolidum ad restitutionem omnes, qui (Sexta.)
induxerunt principem ad condendum tales leges. ¶ Septi-
7 ma conclusio, † Omnes obseruantes tales leges., peccant (Septima.)
mortaliter, & tenentur ad restitutionem omnium eorũ, ꝗ
8 talium occasione lucrati sunt. ¶ Octaua conclusio. † Taliũ (Octaua.)
legũ conditores finaliter incurrunt maledictionem eterne
damnationis. Esai. 10. Ve qui condunt leges iniquas, & scri
bentes iniustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio
pauperes, & vim facerent causę humilium populi mei. Tex (Exponit li teram.)
tus ¶ [Non licet Imperatori pietatem].i.religionem chri-
stianam [custodienti diuina mandata] ar. contra leges, quę
vsuras permittunt exigi. Cum.n.sint contra Deum, & ita
contra ius, non debent dici leges, nec iura, cum dicatur eo
ius, quod iustũ est, & lex, quia legitime agere doceat. s. dis.
1. ius generale. Authoritate ergo canonica, & diuina sunt
omnes tales leges abrogatæ. vnde merito radi deberent
de membranis. vt distin. 19. q. 5. conuenior, & 26. q. 1. Nulli
violatores. Hug.

1 *Reges an subdantur sacerdotibus lege diuina.*
2 *Potestas sacerdotalis maior est dignitate, potestate regali, si-
ue seculari*
3 *Potestas regalis in causis Dei debet obedire potestati sacer-
dotali.*
4 *Imperator est filius ecclesiæ non præsul.*
5 *Constitutiones violans authori facit iniuriam.*



Ertum est. Sequitur tertium.c.eiusdẽ
partis, & est Felicis papæ,
quod in duas partes diuiditur. In 1. dr̃, quali (Diuisio.)
ter regia voluntas in causis diuinis debeat sa
cerdotib. non se præferre, sed subesse, nõ ꝑ
cipere, sed obedire. In 2. assignat rationẽ. 2.
ibidẽ, nedum. Pro pleniori intelligentia huius.c. ¶ Quærit
1 † vtrum diuina lege reges sacerdotib. subdãtur, & ar. quod (Primũ ar.)
non. Primo ex gl. super illud psal. Tibi soli peccaui, quæ sic
dicit, quia rex oĩb. est superior, & ideo tm̃ alio ꝗ est maior
est puniendus si quis de populo peccauerit. Deo peccauit,
& regi. Rex vero non habet hominem, qui eius facta diiu- (Secũdũ ar.)
dicet, ¶ Secundo sic. Potestas secularis, & ecclesiastica ex di
uerso diuiduntur, sicut diuidunt vita terrena, & vita spũa-
lis, sed terrena vita sub spũali: ergo non regia potestas sub
spirituali cuiusmodi est sacerdotalis. ¶ Tertio sic 1. Macha. (Tertiũ ar.)
4. legitur, ꝙ iudas machabeus, qui fuit cui populi Iudæorũ
elegit sacerdotes, sine macula, vt mundarent sancta, & ita
sacerdotes, cum ex institutione principis constituantur, di
cendi sunt magis subesse principib. ꝗ præesse. ¶ In opposi- (Opponit et Respõ. Prima cõclusio.)
tum est tex. præsentis. c. ¶ Respondetur dicendum sub dua
bus conclusionibu. Prima pars † potestas sacerdotalis ma-
2 ior est dignitate potestate regali, siue seculari. Quæ cõclu-
sio probatur multipliciter. Primo ex illo Ambrosij, quod
habetur in.c.duo.di.97. vbi dicit, ꝙ aurum nõ tam pretio-
sius est plumbo, ꝗ regia potestate altior est ordo sacerdota
lis. ¶ Secundo probatur sic. Quemadmodum se habet cor-
pus ad animam, ita se habet potestas spiritualis ad secula-
rem, sed oĩa præsidet corpori, non econuerso: ergo spũalis
potestas est super terrenam, & ecclesiastica super secularẽ.
¶ Tertio sic. A Deo sacerdotium est primo institutum, & ꝑ
sacerdotium, iubente dño, regalis potestas est ordinata, si
cut habetur. 1. Reg. 10. de Saule inuncto à Samuele, & con-
stituto rege: ergo videtur, ꝙ sacerdotalis potestas sit supe-
rior regali. ¶ Quarto sic. Sacerdotalis dignitas benedicit
regalem, sed maior est, qui benedicit, quam qui benedici-
tur: ergo regalis potestas subest sacerdotali potestati. ¶ Se- (Secunda cõclusio.)
cõda conclusio. † Regalis potestas in causis Dei debet obe
dire potestati sacerdotali, vt dr̃ in præsenti c. Patet conclu
sio. Tum ex dictis. Tum ex illo Gregorij, & habetur in c.
quis di. 96. quis dubitet, Sacerdotes Christi regum, & prin
cipum omniumque fidelium patres, & magistros censeri,
sed filius patris, & discipulus magistro tenetur obedire po
testati sacerdotali. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primã
respondetur, ꝙ, vt dicit Alexander de Halis in 3. facienda (Ad primũ arg.)
est vis in hoc, ꝙ dicit non habet hominem, &c. Spiritualis
.n. potestas non iudicat ꝯm hominem, vel ꝯm humanam
legem, sed inquãtum præsidet vice Dei ꝯm illud, quod dr̃
Apostolis Matth. 10. qui vos audit, me audit, & sicut dicit
Apostolus. 2. ad Corin. 5. pro Christo legatione fungitur.
Vel dicẽdũ, ꝙ cum dicit gl. ꝙ rex tm̃ à Deo est puniendus,
exponendum est materiali. s. pœna. Et iterum, cum dicit.
Non habet hominẽ, qui eius facta diiudicet, supple ad cor-
poralem pęnam inferendam, vel dicendum ꝙ aliud est de
sacerdotib. veteris testamenti, & de sacerdotio no. te. quod
est amplioris potestatis, & iurisdictionis, quàm fuerit ve-
tus, vnde Petro summo sacerdoti, & in eo successorib. eius
dictum est Matt. 16. quodcunque ligaueris, &c. & ita ratio
non procedit de Dauid, qui fuit tempore veteris sacerdo-
tij. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ non sunt istæ duæ pote (Ad secũdũ.)
states ab inuicem ita diuersæ, quin vna habeat ordinem ad
aliã, sicut licet corpus, & aĩa distinguantur substantijs, cor-
pus tamen materialiter ordinatur ad animã, & illius subdi
tur regimini, ita in proposito de seculari potestate respe-
ctu sacerdotalis, vnde sicut dicit S. Tho. in 2. 2. q. 60. pote-
stas secularis subditur spirituali, sicut corpus aĩæ. ¶ Ad ter- (Ad tertiũ.)
tiam respondetur negando consequentiam. Licet.n. Iudas
machabeus elegerit personas illas ad sacerdotiũ, quas ex
fama populi potiores æstimauerit in vitæ puritate, & san-
ctimonia, non tñ sequitur, ꝙ ipse sacerdotium instituerit,
quod ante ipsum fuerat. Tex. ¶ [Certum.] loquitur princi (Exponit li teram.)
pi. [Causis Dei].i. ecclesiasticis, siue spũalib. [ipsius]. s. Dei,
cuius vice funguntur ipsius ecclesiæ prælati, ꝯm illud Mat.
10. qui vos audit, me audit. [non præferre] cum insaniæ mi
serabilis sit, si filius patrem, si discipulus magistrũ sibi sub-
iugare conetur, vt ait Gre. in. c. quis. di. 96. [sacrosancta].i.
ecclesiastica sacramenta statuta. Hu. [præsules].i. prælatos,
vel ministros. [discere] potius electiue. i. ita. discere, quod
non docere. dist. 96. si Imperator, quia docere presumptio-
nis est. [sequi.] studeatis. [non huic]. s. ecclesiæ. [humani-
tus].i. more, quo soletis facere vobis in humanis. i. secula-
ribus causis subiectis. [iura præfigere eius.]. s. ecclesiæ. [cu-
4 ius]. s. ecclesiæ. [submittere.] † Imperator est filius ecclesiæ
non præsul. vt. di. 96. si Imperator, & se inclinare debet epi
scopis. vt. di. 63. Valentinianus. & 96. di. duo & 11. q. 1. sacer
dotibus [Nedum] 2. pars. [mensura dispositionum].i. limita
tio dispositionis tibi cõmissæ exceditur, ꝙ non est faciẽdũ.
Vnde Apostolus Paulus. 2. ad. Cori. inquit non in immen-
sum gloriabimur, sed ꝯm mensuram regulæ, qua men-
sus est nobis Deus. vbi gl. ait. 1. tanta potestate vtimur, quã
ta cõcessa est ab actore, nec mensuram, & modum egredi
mur, & non gloriabimur in immensum, potestatem exce-
dẽdo, quod illi faciunt, qui vsurpãdo glorantur vltra mẽ-
suram,

ſuram:hæc gl.[eatur in contumeliam diſponentis].i.,Dei, per quem reges regnant Sapientiæ 8.quaſi.d.ne ſis contumelioſus Deo:dum excedis menſuram,& terminos poteſtatis tibi datæ,ar.†ꝙ qui conſtitutionem violat,authori facit iniuriã,vnde qui canones violat: blaſphemare dicitur. ſpiritum ſanctum.c.violatores.25.q.1.

1 *Conſtitutiones ſecularium principum regum, ſiue Imperatorum contra mores canonum, vel decreta ſummorum Pontificum nullius ſunt momenti.*

2 *Legibus an ſemper derogetur per canones & nu. 3. & 4.*

6 *Papa non poteſt mutare legem, quæ conſona eſt canonibus ipſi permanentibus, poteſt tamen tollere contrarias. nu. 7.*

Et quid ſi contraria, non in concernentibus cultum christianæ religionis nu. 8.

9 *Caſus plures ſunt illiciti, qui permittuntur à ſecularibus legibus*

10 *Conſtitutio contra canones fit duobus modis.*



Onſtitutiones. Sequitur.4.cap. eiuſdem partis quod eſt eiuſdem Felicis Papæ. Cuius concluſio vna eſt,& breuis.†Quod conſtitutiones ſeculariũ Principum, regum, ſiue Imperatorum contra mores canonum,alias decreta ſummorũ pontificum nullius ſunt momenti.Pro pleniori intelligentia præſentis c.quæruntur duo.

2 ¶Primum eſt vtrum ſemper legibus derogetur per canones.

5 ¶Secundum vtrum papa poſſit tollere leges ciuiles ſiue imperatorum.

Ad primũ arg. 2 Ad primum. Sic proceditur† & videtur, ꝙ non ſemper per canones legibus derogetur.Primo ſic.Ius ciuile eſt diuinitus per ora principum promulgatum.16.q.3.nemo,&.C.de præſcrip.lon.tempo. l.vltima:ergo ſequitur,quod per nullam aliam legem põt derogari legi ciuili:ſicut nec legi diuinæ:patet conſequentia.¶Secundo ſic.Per Imperatorem,& reges dicitur Deus diſtribuiſſe iura hominibus,vt habetur d.8.c.quo iure, ergo videtur, ꝙ per ſanctionem canonicam non præiudicetur ciuili,conſequentia videtur valere. ¶ Tertio ſic. dicit Leo Papa.25.q.1.c.10 quæ in legibus ſtatuta ſunt,excedere non debemus:ergo legibus ciuilibus per canones non derogatur.¶In oppoſitum videtur eſſe tex.præſentis.c.¶Reſpondeo.de lege ciuili in reſpectu ad ſanctionem canonicam loqui poſſumus tripliciter.Et ſecundum hoc ponuntur tres concluſiones.Aut.n.primo lex ciuilis eſt conſona canoni,aut contraria.Si conſona tunc ſit iſta concluſio prima.

Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit et Reſpõd. Prima cõcluſio.

3 †Quod per canones non poteſt derogari tali legi. Probatur,quia ſicut verum vero conſonat,ita iuſtum iuſto,vñ tales leges ciuiles ſimul veniunt obſeruandæ cum canonibus in foro eccleſiaſtico,& ciuili.vt ſupra.e.d.c.lege. & infra.e.d.ſi in adiutorium Si vero lex ciuilis contrariatur canoni,aut in pertinentibus ad religionem Chriſtianam,ſicut in pertinentibus ad fidem, ad ſacramenta, ad diuina officia,& generaliter ad ſpirituales cauſas.Aut in aliis,quę nec fidem,nec cultum religionis chriſtianæ,nec ſalutẽ reſpiciunt animarum,Si primo.ſit iſta cõcl.2.

Scđa concluſio. 4 †Tali legi hoc modo canoni contrariæ derogatͬ ſemꝑ per canones. Patet concluſio authoritate præſentis.c.patet etiam extra de pſcrip.c.fi. Facit etiã ad hoc.c. inter hæc.33.q.2.& ca.nemo. 32.q.4. Si vero lex ciuilis contrarietͬ canoni non in concernentibus aut religionem Chriſtianam,aut ſalutem animo ſed in alijs cauſis temporalibus, quibus obſeruatio talis legis poteſt eſſe ſine peccato,ſit iſta tertia concluſio.

Tertia cõcluſio. Tali legi hoc modo contrariæ canonibus nõ derogatur per canones in foro ciuili,patet concluſio ex.c.cum eſſes.&.c.relatum extra de teſta.&.c.lege ſupra ea.d. & infra ex.c.Imperium.e.d.

Ad argumẽta. ¶Ad rationes in oppoſitum dicendũ eſt ad quas vnica reſponſio eſt,quod rationes illæ, procedant de legibus,quæ nec legi diuinæ, aut canonibus ſanctorum patrũ & bonis moribus contradicunt,talibus.n.legibus minime derogatur per canones.

Primũ ar. 5 Ad ſecundum. Sic proceditur.Et videtur, quod Papa non poſsit tollere legem ciuilẽ.Primo ſic.Lex ciuilis,ſiue Imperialis à lege diuina deriuatur, Dicit.n.Aug. libr.de li.ar.in temporali legę nihil eſt iuſtum,atque legitimum, ꝙ non ex æterna lege homines ſibi deriuauerint,ſed papa non põt euellere aut mutare diuinam legem:ergo nec humanam,quæ ab illa deriuatur.conſequentia videtur not.¶Secũdo ſic. Legis inuitatio videtur ad ſolem conditorem ſpectare cuius eſt legem interpretari.extra de ſent.ex.inter alia.C.de legi.l.1.& vltima.& in.§.ex his.11.q.1.Sed Imperator eſt conditor legũ ciuiliũ:& non Papa:ergo papa non poteſt mutare leges ciuiles.cõſequẽtia patet.¶Tertio ſic,ptãtes iſtæ duæ.ſ.ſpũalis & ſecularis diſtinctæ ſunt, & eorũ officia.vt infra in.c. quoniam.e.d.ergo videtur, qđ ſicut Imperator nõ poteſt tollere canones,ita nec Papa leges, conſequentia videtur nota. ¶ In oppoſitum videtur eſſe tex.præſentis ca.in quo cum Fœlix Papa.dicit conſtitutiones principũ contra canones,& decreta præſulum romanorum nullius eſſe momenti,aperte abrogat,& euellit huiuſmodi leges ciuiles.

Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit i contrariũ.

Reſpondet. ¶ Reſpondeo huius quæſtionis declaratio pẽdere videtur ex reſponſione data ad quæſtionem præcedentem,quoniã aut lex ciuilis eſt conſona canonibus,aut contraria:ſi cõſona tunc ſit iſta conclusio.

6 †Quod papa non poſſit illam mutare aut abrogare permanentibus canonibus,quibus illa cõſonare videtur:patet concluſio. Si vero lex ciuilis ſit contraria in pertinentibus ad religionẽ Chriſtianã,ſiue ad ſalutem animę,ſit iſta concluſio.

7 †Papa poteſt tollere omnes huiuſmodi leges,imo punire tam conditores,quam obſeruatores earũ,vt notatum eſt ſupra.e.d.c.non licet.Si vero lex ciuilis contraria ſit canonibus: non tamen in concernẽtibus cultum chriſtianæ religionis: aut aĩarum ſalutẽ, ſed in alijs,quorum obſeruatio poteſt eſſe ſine detrimento ſalute aĩæ,ſit iſta cõcluſio.

8 †Papa,& ſi quo ad forum eccleſiaſticum poſſit talem legem tollere: non tamen quo ad forũ ſeculare,ſiue ciuile.Patet concluſio,quia alias Papa perturbaret iuriſdictionem Imperatorum,& regum, quod eſſe non vult,vt ſcribit Innocentius tertius.extra de iudi.nouit

Ad primũ arg. ¶ Ad rationes in oppoſitum.Ad primam negatur conſequentia:quoniam licet lex temporalis à diuina lege deriuetur,nihilominus tamen iuſte mutari poteſt pro varietate temporum,& negotiorum humanorum:vnde Au.in li.de arb.ait, ꝙ lex temporalis,quamuis iuſta ſit, tamẽ ꝑ tempora mutari poteſt,ſicut etiam habetur in.c.non debet extra de conſan.& affi.

Ad ſecũdũ ¶ Ad ſecundam reſpondetur. Primo negando antecedens pro maiori parte.Non.n.ſolum ad conditorem ſpectat ſententiam mutare,aut corrigere.ſed etiã ad ſuperiorem:vnde licet Papa leges ciuiles non condat: ꝑtinet tamen ad ipſum ratione ſuperioritatis tollere,& corrigere quaſcunq; leges ciuiles:ſi diuinę legi, aut ſanctorũ patrum regulis inueniantur aduerſę.

Ad tertiũ. ¶Ad tertiam reſpondetur,quod poteſtas ſpiritualis,& temporalis non ſunt ita ab inuicem diſtinctę, quando vna.ſ. ciuilis ordinetur ad aliã.ſ.ſpiritualem, ſicut ſupradiximus circa.c.certum.e.d. Et ideo leges,poteſtatis ſecularis veniunt corrigẽdę & mutandę per canones,qui ſunt leges ſummorum Pontificorũ maxime in concernentibus ſalutem animę,ſicut dictũ eſt.

9 †Circa quod notandũ, ꝙ plures caſus ſunt illiciti,qui permittuntur à ſecularibus legibus,ſed quia prohibentur iure diuino,vel canonico in omnibus illis caſibus leges illę ſunt abrogatę:nec debent ſeruari,& peccarent,qui eas ſeruarent.

Primus caſus. Et primo in matrimonijs. Nam ſecundum legem filius germani vnius poteſt copulare matrimonium cum filia alterius germani,vt inſt.de nuptijs.§.duorum.&.C.de nuptijs, le. in copulandis:ſed ſecundum Deum tales debẽt penitus ſeparari.extra de conſanguini.& affin. non debet. & trigeſimo quinto,quæſt.tertia,progeniem.

Secundus. ¶Secundo, quia ſecũdum leges puella rapta non poteſt cõtrahere matrimonium cum ſuo raptore.C.de raptu virginum leg.vnica.Et idem erat olim ſecundum antiquos canones:ſed hodie poteſt extra de rapto.capitul.fin.

Tertius. ¶ Tertio,quia ſecundum leges licitum eſt homini ſoluto tenere mulierem ſolutam in cõcubinam,vt in aut.qui.mo.na.effi.ſui.§.ſi quis ſed ſecundum Deum non eſt licitum, ſed fornicatio ſimplex mortale peccatum eſt:& etiam excludit à regno Dei vt dicit Apoſtolus.1.ad Corinth.6.& habetur in ca. inter opera.extra de ſponſa.

Quartus. ¶Quarto,quia ſecundum leges licitum eſt vero occidere adulterum vxoris deprehenſum in adulterio,ſi eſt perſona vilis, & cui non debet reuerentiã. ff.de adulte.l.marito.&.C.de adul.h.l.gracchus.Et ſemꝑ licet patri, qui habet filiam in poteſtate occidere adulterum filię in domo ſua, & generi, & occidere filiam.ff.de adulteri.lege.patri.& lege.nec iura.& leg.quod ait. Similiter ad latronem, ſiue depopulatorem agrorum . Sed

secundum Deum nihil horum licet,& prohibetur,cũ præcipitur Exo.20.Non occides:& habetur per Abbatem in c.veniens.de sponsa.¶ Quinto,quia secundum leges damnatur,qui comprehensam in adulterio tenet vxorem. C. de adulte.l.crimen.& l.castitati.sed secundum Deum,& iura canonica potest tenere sine vlla pœna dummodo velit ipsa ab adulterio recedere 31.q.1.§.obijcitur. ¶ Sexto qa secundum leges in multis casibus licitum est vxorem repudiare:& matrimonium, rite contractum dissoluere, & maxime in casu,qui notatur d.4.lege.& 27.q.2.sunt qui dicunt sed hæc lex diuina prohibet,vt in eiusdem capitulis dicitur. ¶ Septimo,quia secundum leges mulier,quæ mortuo viro nubit infra tempus luctus.s.vnius anni infamis fit:& incurrit multas pœnas.C.de secundis nuptijs.l.1. & 2.Sed secundum Deum,vt Apostolus dicit nubat mulier, cui vult,extra de secũdis nuptijs.c.fi.& vt ibi notat In no.& alij remittuntur ei omnes illæ pœnæ:quæ sunt tantũ ad pœnam ipsius,secus si inde proueniat ad alios. ¶ Octauo,quia secundum leges filius spurius,non est alendus , vt in aut.ex complexu.C.de incestis nuptijs. Sed secundum Deum,& canones contra.¶Nono,quia secũdum leges hæres,si non fecerit inuẽtarium,tenetur ad omnia debita de functi.Secus ſm Deum,vt per Hosti. extra de test. in summa.§.pen.ver.quid si bona. ¶ Decimo,quia in certis casibus hæres non tenetur de maleficio defuncti.Secus secundum Deum vt in ca.cum haberet,extra de eo,qui duxit in matri,quam pol.per adul.& in c.fi.de specul,& c.literis.de rapto.¶ Vndecimo,quia secundum leges illud quod relinquitur,non debetur,nisi habeat 7.vel.5.testes. C. de testa. si vnus.&.l.fi.Sed secundum Deum in relictis ad pias causas sufficiunt tres,aut etiam duo testes extra de testa. cum esses.c.relatum.¶ Duodecimo,quia secundum leges, si ꝓmitto aliquid nudo pacto, non teneor:dico, quia oritur inde actio.ff.de pactis.l.iuregentium.§.quinimo.Econtra est secundum Deum & canones, quia mortaliter peccat recedens à pacto,extra de pactis.c.1.cum si.quæ ibi not.Et idem si promitto vni recipienti pro alio, quia secundum Deum teneor,vt in ca.quotiens.1.q.7.¶ Decimo tertio,qa inter ementes,& vendentes concedunt leges deceptionẽ, vt in.leg.in causæ.§.Pomponius.ff.de mino.sed secundum Deum est secus,vt probatur in c.1.de emp.& ven.& habetur.10.q.2.hoc iure.¶ Decimo quarto,quia secundum leges non licet emere,seu vendere iura,& actiones,quę quis habet cõtra alium pro minori pretio,quã sit principale debitum:alias non valet emptio,nec peti poterit, nisi vsque ad illud,quod solutum est:nec etiam possunt talia iura pro parte vendi,& pro parte donari.C. mandati. lege propter diuersas,&.l.ab Anastasio:sed secundum animam nihil ꝓhibet me emere iura contra aliquem pro minori prætio, quam sint ipsa iura:dum tamen non faciam hoc in fraudẽ vsuræ.sed propter interesse meum,aut laborẽ, qui forsan erit in re habenda seu quia dubito ne debitor fugiat aut ad paupertatem deueniat.¶ Decimo quinto, quia secundum leges in lõgissimo tempore,etiam possessor malefidei præscribit,vt in leg.omnes.C.de præscrip.30.an.secus secundũ Deum & iura canonica,extra de regulis iuris.c.malefidei lib.6.& in.c.fi.de præscrip.¶ Decimo sexto,quia secũdum leges maleficia cogitationis regulariter non puniũtur. ff. de pœnis l.cogitationis,sed tamen omnis cogitatio mala vel à Deo vel per pœnitentiam punienda est 33.q. 2. omnes.&c.¶ Decimo septimo,quia secũdum leges licet magi, & venefici puniantur, tamen qui hoc faciunt contra imbres,ventos,& grandines puniantur.C.de malefi.l. eorũ,sed secũdum Deum etiam talia sic facere grauissimum peccatum est,vt clare probat.S.Th.in.2.2.q.95. ¶ Decimo octauo, quia ſm leges licitum est in causa sanguinis corrumpere accusatorem.ff.de pe.l.fin.sed secundum Deum non licet,vt patet in S.Th.2.2.q.69.¶ Decimo nono, quia secundum leges permittuntur aliquę vsuræ moderatæ, vt in leg.eos.C.de vsuris. Sed secundum canones quælibet vsura prohibetur.14.q.4.pertinet,& extra de vsuris,per totum.¶ [Constitutiones contra canones.] Notandum, ꝙ vt ioait Hu.† Duobus modis contingit fieri constitutionem cõtra canones,s.rõne constituti,& rõne constituẽti Rõne vero cõstituti,tũc fit,q̃n id cõstituit,qđ cõstitui nõ debet,cuiusmodi est lex illa,q̃ vsuras permittit, & separationem cõiugum sine mutuo consensu,causa religionis,vt supra.e.d. lege.& 27.quæst.sunt,qui dicunt.Ratione vero constituentis sit aliquid contra canones,cum constituitur aliquid ab eo,qui non habet authoritatem,siue potestatem condendi.sicut cũ Principes seculares leges condunt in ecclesijs,siue spiritualibus, quæ non subsunt eis.vt in auten.quomodo oportet episcopos.in prin. coll.1.96.dist.duo sunt:&.c. si Imperator.[Bonos mores.]plane leges contrariæ bonis siue religiosis moribus nullius momẽti habendæ sunt, cũ earum obseruatio sine peccato esse non possit.

Quintus · *Sextus* · *Septimus* · *Octauus* · *Nonus* · *decimus* · *Vndecim⁹* · *Duodecimus* · *Terti⁹ decimus* · *Quartus decimus* · *Quintus decimus* · *Sextus decimus* · *Septimus decimus* · *Octauus decimus* · *Nonus decimus* · *Exponit literam.*

1 *Imperator non debet vsurpare ea quæ sacerdotum sunt.*
2 *Imperator aut princeps intromittendo se de his, quæ pertinet ad potestatem spiritualem sacerdotum, an peccet.*



Mperinm vestrum. Sequitur.5.ca.eiusdem partis,quod est Nicolai Papæ.Breue est. Vnica est eius conclusio videlicet† quòd Imperator non debet vsurpare, ea quæ sacerdotum sunt.Pro cuius.ca.pleniori intelligentia.Quæritur sic videlicet.¶ † Vtrũ peccet Imperator, aut princeps secularis intromittendo se de his,quæ pertinent ad potestatem spiritualem siue sacerdotum.Ad quod sic proceditur.Et videtur, ꝙ non.Primo sic.Potestas spiritualis distinguitur à temporali,sicut satis aperte innuitur Mat. 22. vbi dicitur .Reddite,quæ sunt Cęsaris Cæsari:& quæ sunt Dei Deo:& colligitur ex cap.quoniam infra.e.distinct.Sed quãdoque prælati habentes spiritualem potestatem intromittunt se de his,quæ pertinent ad potestatem secularem, & non peccãt in hoc:ergo pariter Princeps secularis intromittendo se de pertinentibus ad potestatem spiritualem non peccauit.Consequentia videtur nota à simili.¶ Secundo sic Princeps potest conferre beneficia ecclesiastica, & multi conferunt,qui tamen conferendo non dicuntur peccare,sicut de Rege Angliæ,& Rege Franciæ,disputat Ioan. And. in cap.2.de præben,lib.6.¶ In oppositum arguitur ex text. præsentis ca.¶ Respondeo dicendum . Quod Imperator, aut quicunque princeps secularis grauiter peccat vsurpando ea,quæ solis sacerdotibus siue potestati spirituali conueniunt.Quæ conclusio manifeste colligitur ex multis sacræ scripturæ locis,& exemplis.Primo quia Ozias rex : qa vsurpauerat sibi officium sacerdotum adolendo incensum domino:reprehensus est à sacerdotibus,& lepra percussus est à domino.Secundo Paralipo.26. vbi Azarias sacerdos videns regem Oziam vsurpare officium sacerdotum ita illi dixisse legitur.Non est tui officij Ozia,vt adoleas incensum Domino : sed sacerdotum domini : hoc est filiorum Aaron,qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium . Egredere de sanctuario,ne contempseris,quia non reputabitur tibi ad gloriam à domino Deo meo.¶ Secundum exẽplum habetur de Hieroboam,qui ascendit super altare,vt adoleret incensum,Dicitur peccasse domus eius:& euersa est,& deleta de superficie terræ.3.Re 13.¶ Tertium exemplum est de Oza,de quo legitur.2.Re.6.& habetur 2. q. 7. §.item cum Balaam,quia arcã domini tetigit percussus à à domino interijt.¶ Itẽ vt refert Eusebi⁹ in 10.l.sue historię Imperator Constantinus in Nicæna synodo super quærimonia sibi oblata per episcopos sese accusantes respondit, quòd iudicare de episcopis ad ipsum non pertinebat, qui ab eis ipse debebit iudicari,cum eos dominus constituerit iudices super omnes fideles . ¶ Ad rationes in oppositum dicendum.Ad primam respondetur iuxta S.Thom. in secunda secunde.q.60. ar. vlt. ꝙ non est simile de potestate spirituali & temporali,quia licet spiritualis potestas distinguatur à temporali,temporalis tñ subditur spirituali sicut corpus aĩæ.Et ideo non est vsurpatum iudiciũ,si spũalis ꝑlatus se intromittat de temporalibus,quãtũ ad ea, in q̃bus ei subditur secularis potestas,vel qui ei à potestate seculari relinquuntur. Alexander vero de Halis in 2.libr.super sententias consimiliter respondet dicens. Concedendum est, ꝙ distinctæ sunt potestates quãtũ ad exercitia,quãtũ & ad imperia,nihilominus tamen non est consimilis comparatio potestatis secularis ad ecclesiasticam,sicut ecclesiasticę ad secularem.Ecclesiastica.n.in nullo subesse debet seculari,sed secularis in aliquo subesse debet ecclesiasticę: vnde licet ad ecclesiasticam potestatẽ pertineat autoritas constituendi eos,ꝑ quos fiant iudicia secularia,& exerceatur gladius materialis,nõ tñ ad ptãtem secularem pertinet cõstituere,eos,qui vtuntur gladio spũali, inquantũ hmõi, vel vsum demãdare.Et ideo ex vna parte põt esse vsurpatio aliquo modo,non autẽ ex alia:hæc ille. ¶ Ad scđam rñdetur quòd Rex

Primũ ar. · *Secũdũ ar.* · *Opponit in contrariũ.* · *Ad primũ arg.* · *Alexan. de Halis.*

quòd Rex Angliæ nec quicunque alius Princeps secularis habet potestatem, siue ius aliquod conferendi beneficia ecclesiastica:vnde male conferret,vt 16.q.6.si quis deinceps. & per laicos.&.c. Nec nullus valet quod a quibusdā dictū est in excusationem illius, quòd cū Patronus esset iure patronatus,conferre potuit.vt colligitur ex c.præterea extra de iure pa.verum,quòd Papa sustinuit pro vitando scandalo Regis iuxta.c.hæc quippe.3.q.6.Dicendum ergo iuxta notata per Arch.in c.piæ mentis.16.q.7.quòd Patroni aliqua beneficia conferant,ex gratia,eis data à prælatis ecclesiæ hoc habent:& non iure aliquo proprio aut propria authoritate. vt. 16.q.7.si quis Imperatorum . & extra de iure pa.præterea .& ita ratio non militat.¶[Imperium vestrū] hoc cosonat ei,qđ habet. 16.d. Imperator. & exponit finē superioris.c.scilicet certum est.Hu.

Exponit literam.

1 *Principatus papæ est circa spiritualia Imperatoris circa temporalia.*

2 *Sacerdotes perimunt corpora per supplicia, & animas ligant per excommunicationem.*



SVscipitis Sequitur. 6. capitul. eiusdem partis in quo Grego. Nazianzenus inuehit in principes constantinopolitanos,qui volebant se clericis,& constitutiones suas præferri ecclesiasticis.Et diuiditur in duas partes:secundum,ꝙ ex duobus persuadet,ꝙ authoritas pōtificalis præferatur authoritati Imperiali.Primo quidem authoritate diuinæ legis Secundo ex ratione.Secunda ibi:An inquit,vobis iustum videtur. Hic nihil disputandum occurrit,quoniam in superioribus plura dicta sunt.text.¶[Suscipitis ne.]i.o vos Imperatores,an suscipitis.[libertatem verbi].i.verbum prædicationis.s.verbum euangelij:quo vobis libere pronuntiauimus.q.d.si patienter,& libenter suscipitis,quæ vobis de euangelio , aut Christi doctrina libere prædicauimus.[libēter].i. gaudenter[accipietis.]i.intelligetis,ꝙ lex Christi, sacerdotali vos subijcit[potestati,atque istis tribunalibus]subdit[lex Christi].s.Io. 1.vbi inquit Christus Petro tu vocaberis Cephas, quod est interpretatum caput,& Mat.16. inquit tu es Petrus,& super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Super quo verbo inquit Chrisostomus.Filius quidem patris est,& ipsius filij potestatem Petro vbique terrarum concessit,& homini mortali omnium,quæ in cœlo sunt,dedit authoritatem:dando ei claues ad hoc,vt ecclesiam vbique amplificet.Item Io.vlt.dictum est Petro. Pasce oues meas, super quo vers.Chrisostomus super Act.apostolorum, ita dicit.Petrus à filio super omne,quod est filij potestatem accipit,nō vt Moyses in gēte vna:sed in vniuerso orbe,dicente domino.Pasce oues meas,pasce agnos meos.Inter oues istas,& illas non distinguens,sed vniuersas oues suas eius, curæ commendat.Inquit etiam Christus Mat.18.Apostolis,& in eorum personis ad istos ecclesiæ prælatos quæcūque ligaueritis super terrā erunt ligata & in celis, &c.Ecce ꝙ lex sacerdotalibus tribunalibus Imperatores,atque Reges vniuersos subdit.[dedit.n.& nobis]non tantum vobis.

Diuisio.

Exponit literam;

1 [perfectiorem].i. digniorem.†Quia principatus vester videtur consistere,circa temporalia:noster vero circa spiritualia.[vel perfectiorem].i.maiorem , & excellentiorem, quia vester est à nostro,& non econuerso.d.96.duo . Hug. Præterea Principes nihil possunt animab. nocere,& si corpus perimere possint.vnde Christus ait. Nolite timere eos qui occidunt corpus.In animam autem potestatem nō habent,quid facere.vt.11.q.2.nolite.†Sacerdotes vero,& cor pora perimunt per supplicia:& animas ligant per excommunicationem.vt 24.q.3.si habes.Hu.[Aut inquit iustum vobis videtur,si cedat spiritus carni].q.d.absit,quia hoc esset irrationabile,& contra naturam: imo ecōtra debet esse,vt anima præponatur corpori 38.d.sedulo 12.q.1.præcipimus.Et per consequens constitutio ecclesiastica præferēda est seculari,& clericis secularib.& diuina mūdanis.Hu.

2 (margin, at "bent,quid facere")

ECce. Sequitur.§.in quo concludit primam partem huius distinctionis.

VBi autem. Sequitur.§.in quo incipit secunda ps huius distinctionis, in qua probat p septem ca p.ꝙ quando leges non contradicunt canonibus amplectendæ sunt.

1 *Leges Imperatorum in adiutoruim ecclesiæ assumi licet. & num.4.*

2 *Papæ an liceat vti legibus ciuilibus, siue imperialibus.*

3 *Vti legibus Imperialibus in ecclesiasticis negotijs potest intelligi dupliciter.*

5 *Ecclesia potest se tueri legibus, & auxilio principum.*

6 *Lex semper admittitur , nisi in casu, vbi obuiat canoni.*

7 *Paulus qualiter dixerit verum,dicendo se ciuem Romanum.*

8 *Leges quòd sint admitendæ quomodo probetur exemplo Pauli.*



SI in adiutorium. Sequitur primū.c.secundæ partis præcedentis decima d.quod est B.Aug.contra Petilianum.Cuius conclusio est, ꝙ†leges Imperatorum in adiutorium ecclesiæ assumi licet.Diuiditur autē in duas partes.In prima facit,quod dictum est.In secunda confirmat per exempla Apostoli Pauli.Secunda ibi:nam fecit hoc Paulus . Pro niori intelligētia huius.c.¶Quærit,†vtrū liceat Papę vti legibus ciuilib.siue imperali.Et vr̄ primo , ꝙ non:& hoc sic. Non est licitū Prælatis ecclesiæ legere libros Gentiliū,& literas seculares.vt habet d.37.per plura.c. vnde in c.nonne videtur,ibi,dicitur,ꝙ in uanitate,& obscuritate sensus ambulant,qui secularibus disciplinis occupantur,vnde Hieronymus in.c.legimus.37. dist.legitur ab angelo verberatus quia Ciceronis libros legebat:ergo videtur,ꝙ nō liceat in ecclesia vti legib. ciuilibus,siue disciplinis secularibus, ¶Secundo sic.leges non videntur esse necessariæ, nisi in iudicijs:sed iudicia interdicūtur Papæ,& alijs ecclesiasticis personis:iuxta illud Mat.5.si quis voluerit tecum contendere in iudicio:& tollere tunicam tuam:dimitte ei & pallium, ergo videtur,ꝙ non liceat ecclesiasticis personis vti legib. ¶Tertio sic.Homo legibus vtitur ad repellendum iniuriā & fraudem.Causa.n.cōstitutionis legum,vt habetur supra d.4.c.1.est,vt humana arceatur audacia,& nocendi facultas reprimatur.sed repellere iniuriam non est licitum Papæ,vel personis ecclesiasticis cū eis dicatur primæ ad Cor. 6.quare non magis iniuriam accipitis,& fraudem patimini,ergo nec licitum est vti legibus:¶In oppositum est text. præsentis.c.¶Respondeo dicendum, ꝙ licitum est vti legibus in ecclesiasticis negotiis,quando adiuuant,& non offendunt.vt dicit Ho.vbi notandum,est ꝙ eodē modo vtendum videtur legibus Imperatorum in negotijs ecclesiasticis, quo modo,licet vti doctrinis Philosophorū in studio diuinorum. Nam & ipsi,qui leges tradiderunt Philosophi fuerunt:de vsu autem doctrinæ philosophorum dicit August.2.de doctrina Christiana,ꝙ Philosophi , si qua forte vera & fidei nostræ accōmoda dixerunt formidanda non sunt sed ab eis, tanquam iniustis possessoribus in vsum nostrū vendicāda.sicut Aegyptij non solū idola habebant,& onera grauia,quæ populus detestabatur sed habebāt vasa, & ornamenta de auro,& argento, quæ populus ille exiens de Aegypto sibi potius ad vsum meliorem clanculo vendicauit.Sic eodē modo,cum in legibus ciuilibus aliquid consonum iuri diuino aut naturali,aut sanctorum patrum inuenitur, licitū est vti eis in vtroque foro,tam ecclesiastico quam ciuili.†Sed notādum, ꝙ vti legibus Imperialibus in ecclesiasticis negotijs potest intelligi dupliciter, vno modo.s. qtum ad coactionis,dominium,secundo modo quātum ad veritatis obsequium.Primo modo non licet, quia sicut indignum est,vt verba celestis oraculi sub regulis Prisciani coerceantur,vt dicit Grego.in prologo morali. Sic indignum est sanctorum patrū canones , aut ecclesiastica negotia legibus secularibus aliqua coactione constringi. Vnde nulli laico,vel Imperatori,vel Regi licet aliqua statuta ponere in ecclesia præter autoritatem Romani pontificis,nec in negotijs ecclesiasticis aliquam autoritatem exercere,Manet enim in eis obsequendi necessitas,non autem autoritas imperandi.vt scribitur.96.d.c.bene.Sed secundo modo.s.in veritatis,& defensionis obsequiū licet bene vti legibus in ecclesiastis negotijs,sicut dr̄ hic.vnde Au.super Io.dicit.Ad hoc.n.sunt Reges,vt matrem suam ecclesiam pacatissimam teneāt.¶Ad rationes in oppositum dicendū Ad primam respondetur, ꝙ vt habetur in eadē dist.s.37.in §.cur igitur.literæ seculares legi ꝓhibent ecclesiasticis scilicet ad voluptatē , sicut quidam legunt poetarum figmentis,& verborum ornatu delectati,bene autem conceduntur legi ad eruditionem,vt errores Gentilium legendo,detestentur,& vtilia quæ in eis inuenirent ad vsum sacræ eruditionis cōuertāt,tales.n.laudabiliter literas seculares addiscūt , sicut patet ex multis.c.disti.37.Dicitur ergo,quòd

Diuisio.

Ad primā arg.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Opponit et Respō.

Augnst.

Ad primū arg.

(Margin numbers in right column: 1 at "tra Petilianum", 2 at "gibus ciuilib.", 3 at "quam ciuili.")

ſicut licitum eſt ſacræ ſcripturæ doctoribus ſcientias Phy-
ſicas ſcire,vel diſcere:& eas interdum pertractare, non vt
in eis ſiſtat finalis eorum intentio,ſed vt de ſacra ſcriptura
per eas habeatur clarior notitia:ſi clericis licitum eſt legi-
bus Imperialibus,ſiue ciuilibus vti:per eas quandoque ca
nones clarius intelligantur in cauſis:in quibus canones nō
reperiuntur plene ordinaſſe:in talibus.n.ſicut dicit Lucius
papa extra de noui op.nun.c.1.ſicut leges non dedignātur
ſacros canones imitari.Ita & ſacrorū ſtatuta canonū prin-
Ad ſecūdū — cipum conſtitutionibus adiuuari. ¶ Ad ſecūdam reſpon
detur,ꝙ verba illa Mat.5.ſunt intelligenda in præparatio-
nem animi,vt ait Aug.in ſermone de puero Centurionis:
& habetur 23.q.1.paratus.non ꝙ clericis prohibitum ſit
in iudicio repetere,quæ eis iuſte debentur cum charitatis
Ad tertiū — amore:non autem cum litis,& diſcordiæ rancore. ¶ Ad
tertiam reſpondetur,ꝙ Apoſtolus loquitur de illis,q alijs
iniuriam faciebant:& fraudem,dum iudices corrumpebāt
eorum iuſtitiam peruertendo,contra quos dicit,ꝙ magis
debebant ipſi iniuriam pati,& fraudem recipere, quā alijs
Exponit li — irrogare.Et ita ratio non procedit.¶ Si in adiutorium le
teram. — 4 ges aſſumendas.Iar.† ꝙ leges poſſunt allegari in cauſis ec-
cleſiaſticis.d.54.ex antiquis.in fine.11.q.3.ſummo opere.
5 & 30.q.9.dignum. ¶ Item arg.† ꝙ eccleſia poteſt ſe tueri le
gibus,& iudicio principum, nec tñ ſubnectur eis, nec mirū,
cum Principes teneantur benefacere eccleſiæ & non male
6 facere.vt 23.q.5.c.principes.Hu. ¶ Item ar.† ꝙ ſemper lex
admittitur,niſi in caſu,vbi obuiat canoni,vnde ſolet dici
hoc dicit lex & canon, nō cōtradicit,ergo faciendū eſt s.e.
d.lege.¶ Nam fecit hoc Paulus ſecunda pars.ar. ꝙ ab exē
plis argumentari poſſit.37.d.quidem[fecit].ſ.cum prædica
ret in Hieruſalē,& ad inſtantiam Iudæorum tribunus iuſ-
ſiſſet eum verberibus cedi.act.22.Ait.n.Paulus aſtanti Cē
turioni,Licet vobis flagellare Romanum ciuem indemna
Primū quæſitum. — 7 tum.i. de nullo reatu ordine iudiciario conuictum. † ſed
quæruntur hic duo.Primo quomodo Paulus dicit verum
Secundum — 8 dicendo ſe eſſe ciuem Romanum.†Secundo quomodo ꝑ
Ad primū — exemplum Pauli probatur,ꝙ leges admittēdæ ſunt in cau
ſis eccleſiaſticis. ¶ Ad primum reſpondetur,ꝙ vt tangitur
in gl.ord.ſuper ſecundam epiſtolam ad Tim.c.4.Romam
hanc habuerunt conſuetudinem,quando Monarchiam to
tius orbis ſibi acquirebāt, vt quæcunque gens cū paces, &
cereis eis occurriſſent, darent eis libertatem in tantum,vt
fratres illorum dicerentur:ciueſque Romani appellaren-
tur,dabatque poteſtatem ędificādi curiam,& habendi cō
ſules ſicut,& ipſi habebāt.Pater ergo Pauli de Gliſcolo op
pido Indę,vbi natus erat trāſlatus in Tharſim Ciliciȩ,quo
dam tempore venientibus Romanis per Ciliciam occur-
rit eis ipſe cum alijs Tharſenſibus, vtpote nobilis ac-
cepit eos cum pace,& reuerentia:tunc Romani conceſſe-
runt eis prędicta,ibique pater Pauli penulam accepit in ſi
gnum libertatis,& amicitiæ:quæ erat veſtis cōſularis, qua
induebantur Conſules Romani ingredientes curiam poſt
cuius mortem ob recordationē eius hanc veſtem ſibi Pau
lus retinuit,de qua idem Apoſtolus facit mentionem epi-
ſtola,& capitulo ſupradictis.Dicit ergo verum Paulus,di-
cendo ſe eſſe romanum ciuem, quia libertatis priuilegiū
patri ſuo conceſſum ad ipſum,tanquam ad hęredem tran
Ad ſecūdū — ſierat.¶ Ad ſecundam quæſtionem reſpondetur vt dicit
Hu.quòd ideo quia forte lex prohibeat romanum ciuem
indemnatum torqueri,&c.

1 *Papæ an ſit licitum aliquid iudicare ſecundum leges Imperiales.*

2 *Iudicia domini Papæ, vt Papa eſt ferri debent, & regulari ſecundum leges canonicas, & non ciuiles.*



Voniam. Sequitur ſecundum.c. eiuſdē
partis,& intitulatur hic nomi
ne Cypriani, ſed nomine Nicolai intitulatur
96.d.in c.cum ad verum,vtrunque verum eſt
quia Cyprianus dicit prius,qm̄ mediator, &
poſtea Nicolaus verba Cypriani aſſumpſit,&
induxit,verum alia,& alia ratione introducitur hic,& ibi.
Hic.n.introducitur ad oſtendendū,ꝙ eccleſia in neceſſita
te cum vult:poteſt vti ſeculari lege,& principum defenſio
ne.Ibi vero inducitur ad oſtendendum, quod Imperator
non poteſt diſponere,vel iudicare de rebus eccleſiaſticis.
Hugo & ibi aliquid pręmittitur,ad quod cōtinuatur iſtud
c.quoniam:quod hic ponitur in principio:vnde congruē-
tius venit exponendum ibi,quam hic.Et de materia origi
nis iſtarum poteſtatum ſpiritualis:& ſecularis.i.diſtinctio
ne earum,& de ordine ad inuicem,de quibus hic in glo.fit
mentio conuenientius diſputabitur circa.c. cū ad verum,
diſt.96.Prout autem ſpectat ad præſens.c.iſtud diuidit in
Diuiſio. — duas partes.In prima dicit,quòd Chriſtus has duas pote-
ſtates.ſ.ſacerdotium,& Imperium ſic actibus proprijs, &
dignitatibus diſtinxit,& officia poteſtatis vtriuſque diſcer
nit, vt inuicem ſe iuuarent. In 2. aſſignat cauſam diſtin-
ctionis ibi.Quatenus.¶ Pro pleniori intelligentia huius.c.
quantum ad hanc partem,vbi dicitur,vt pontifices Impe-
1 rialibus legibus vterentur.¶ Quæritur† vtrum licitum ſit
Primū ar. — Papæ aliquid iudicare ſecūdum leges Imperiales.Et videt
quòd ſic.Primo quilibet iudex recte iudicare poteſt ſecun
dum leges approbatas per eum.Sed leges Imperiales vidē
tur eſſe approbatæ ꝑ ſummū pontificem, cum earum con
ditor.ſ.Imperator à papa eſt cōfirmatus: ergo licetè Papa
poteſt iudicare ſecundum leges Imperiales, ſiue ciuiles.
¶ Secūdo,ſic arguitur ex cap.præſenti in quo dicitur,quòd
Secūdū ar. — ſummi Pontifices licite legibus imperialibus vtuntur, ſed
vſus legis,cum ſit regula iudicij,eſt vt per eam iudicetur:
ergo ſequitur,quòd licetè Papa poteſt iudicare ſecundum
leges ciuiles.¶ Tertio arguitur ad idem ex cap.1.extra de
Tertiū ar. — nou.ope.nun.¶ In oppoſitum arguitur ſic. Iudex ſuperior
Opponit in contrariū. — non iudicat ſecundum leges inferioris iudicis, quia ſupe
rior dat legem inferiori,& non e conuerſo.Sed Papa eſt ſu
premꝰ iudex,vt patet per multa capitula.9.q.3. Imperator
vero eſt inferior:ergo,ſequitur,quòd non ſit licitum Papę
iudicium proferre ſecundum leges ciuiles.¶ Pro huiꝰ quæ
ſtionis intelligentia eſt notādum primo iuxta Philoſophū
12.meta.quia entia cum ſint multa,& nolunt male diſpo
ni:& multitudo entium melius diſponatur per vnum prin
cipium,quam per multa:oportet totius vniuerſi vnum eſ
ſe principem:ex cuius vnitate mundus dicitur eſſe vnus
principatus ſub vno principe gubernatus.Entia.n.non poſ
ſunt eſſe connexa ad vnum principem:quin ſint connexa
ad iudicem,ſicut,cum multitudo hominum non velit ma
le diſponi:& melius habet diſponi per vnum principem:
q̄ per multos principes:primos & multitudo cauſarum ꝑ
vnam cauſam primam,quæ alijs in regulando, & dirigen
do præfertur, eſt autem in genere entiū vnus princeps, cu
ius lege omnia entia regulantur.ſ.Deus.In genere hominū
eſt vnus homo,qui omnibus alijs principatur,& cuius lege
omnes homines regulātur:& cuius iudicio omnes iudican
a tur:& iſte eſt Chriſtus: a qui conſtitutus eſt à Deo patre iu
a ¶ Chriſtus eſt.n.caput eccleſiæ gl. & Car. in cle.1.de iureiurā. eſt & eccleſię ſponſus d 56. Sponſus.& 97.d.c.1.24.q 1.loquitur item eſt caput viri.vt in.ca.1.de ſacra vnctione.33 q.5.cū caput & habuit naturam,dei et hoīes de ſum. trin. in c.1.ver. hæc ſanct. de hæreti. c.cū chriſtus.15.di. canones. ver.4.ſynodus. et in aut.vt deter.fit nūc. cle.§.ſanci mus.
dex viuorum,& mortuorum, Cui tradita eſt omnis pote
ſtas in cœlo,& in terra.Et quia Chriſtus corporaliter non
eſt in eccleſia militante, ſicut in triumphante: propterea
vicarium habet in terra,cui poteſtatem tradidit iudicādi:
& quo ad iudiciū dicuſſionis: & ad iudicium diffinitioni-
ſcilicet ligando,& ſoluēdo non ſolum in cauſa,quę agitur
inter Deum,& hominem ſed etiam in cauſa quę agitur in
ter hominem,& hominem.Et quia cauſa, & quęſtio, quę
vertitur inter Deum,& hominem ſpiritualis eſt. Ideo de
omni tali quęſtione habet iudicare.Quia vero quæſtio, q̄
vertitur inter hominem,& hominem poteſt eſſe, & ſecula
ris & ſpiritualis,cum temporalia ad ſpiritualia reducātur
& eis debeant ſubiacere.Idcirco licet primo,per ſe, princi
paliter ſua poteſtas iudicandi ad ſpirituales cauſas ſe exten
dit.Tamen ſecundario,& ex conſequenti etiam ſuum iudi
cium,vt videtur,ſe extēdit ad quęſtiones ſeculares: & hoc
vel in omnibus caſibus, vel ſaltem in aliquibus ſibi à iure
reſeruatis.Nihilominus tam,quamuis ita habeat poteſta
tem plenariam iudicandi ſuper ſpiritualia, & temporalia,
pro quanto temporalia ſpiritualibut ſupponantur, &
ad ipſa reducantur: tamen quia nemo militans Deo im-
miſcet ſe negotijs ſecularibus, ne à ſpiritualibus per ſe-
cularia retrahatur. Idcirco & ſi vtriuſque iuriſdictioni-
habeat modo, quo diximus plenitudinem poteſtatis, &
authoritatis, executionem tamen ſuper ſpiritualia ſibi re
tinuit, & iuriſdictionis temporalis iudicibus ſecularibu-
dimiſit: in quibus etiam iudicibus ſecularibus vnus de
bet eſſe ſupremus, & primus, quantum ad negotia ſecu
laria peragenda: & ſicut cauſa prima, qua regulat cau-
ſas omnes ſecundas ad productionem effectuum parti-
cularium,eas non excludit,quādo ſuas actiones peragant
imo eis

de quo Ioan. ait Apocalip. vidi angelum ascendentem ab ortu solis habentem signũ Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terrę, & mari dicens: Nolite nocere terrę, mari, neq; arboribus, quo adusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Signamus autem nos in pectore, in fronte, & ore, significantes crucis ministerium & corde credendum, & ore confitendum, teste Apostolo ad Ro. 10. dicente. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. ¶ Secũda, quia est armatura fortis ad pro fugandum Demones, vnde B. Chrysostomus ait, vbi crux
Chrysost. Christi est, nullus stare potest immundorum demonum, videns ensem in quo plagam accepit, videns gladium in quo pestiferum vulnus accepit. ¶ Item Aug. in quodam sermone
August. signum crucis à nobis expellit exterminatorem, si tamen cor nostrum Christum habeat habitatorem. ¶ Tertia virtus eius est contra vitiorum tentamẽta. Tanta quidem est virtus crucis (vt ait origines) vt si mẽte fideli habeatur nulla libido, nul
Origines. la peccati preualere posset inuidia; sed continuo ad memorationem eius totius peccati, & mortis fugit exercitus. ¶ Quarta virtus est, ꝙ operatur, vt diuinæ benedictionis dexteram homo consequatur, sicut Effraym consecutus est. cancellatis manibus Iacob in modum crucis super eum propter quod dicit B. Hierony. Ad omnem actum, ad omne incessum manus pingit crucem. ¶ Circa tertium notandum; quòd vt po-
Hugo. Guili. tuimus colligere tam ex apparatu Hug. quam ex Guil. in ra-
4 tionabili tres sunt differentię in signando. Quidam. n. signãt se à fronte in dexteram, & inde in sinistram propter tres personas, quę in ipsa signatione crucis nominantur. Et ita isti signum crucis in forma quadam triangulari perficiunt, sicut erat signum Thau. Alii vero in figura quadrãgulari signant se à fronte deorsum facientes signum crucis, ad designandum descensum filii ad terrã ꝟm illud, inclinauit cœlos, & descendit. Deinde trãseunt in dextrã, & de dextera trãseunt in sinistram terminando ibi signum crucis. Tum ad signandum, ꝙ ęterna, quę per dexteram, temporalibus, quæ per sinistram significantur, anteponenda sunt. Tum ad designandum, quòd Christus de Iudeis transiuit ad gentes. Alii vero signando se signum crucis de sinistra producunt ad dexteram fulti authoritate illa. Egressus eius à patre, excursus eius vsq; ad inferos, recursus ad sedem Dei. Incipiunt. n. se signare à patre superiori, quę patrẽ signat. Deinde descendunt ad inferiorem, quę mundum designat, deinde ad sinistrã, quę infernum significat perducunt. Deinde in dexteram, quę cœlum significat, & ibi signum terminant. Nam Christus descendit de cœlo in mundum, de mundo in infernũ, de inferno ascendit in cœlum, vbi ascendit ad dextram patris. ¶ Circa hoc autem, quid nobis videatur, duximus duabus conclusionibus declaran-
5 dũm. Prima conclusio est, † quòd signum crucis, quo signamur debet fieri in figura quadrangulari, contra eos, qui in figura triangulari faciunt, quę conclusio patet multipliciter. Tũ primo, quia crux (in qua Christus depẽdit, cuius signũ est crux, qua nos signamus) quatuor cornua creditur habuisse, vt satis aperte ex euangelicis colligitur. Tum secundo in signum, quòd à quatuor mũdi partibus homines ad vnitatẽ fidei, & ecclesię, per crucem congregantur, secundum illud.
Ioan. 12. c. Io.* Ego si exaltatus fuero omnia traham ad me. Tum tertio in signum quòd quatuor mundi partes sensibiles per eã renouantur, vnde hanc figuram Christus voluit in reparatione mũndi assumere, quia nõ est aliqua figura, quę vniuersitati rerum conueniat reparandorum. Tum quarto quia
Bernardus. vt dicit Bernardus in quodam sermone, Christus in cruce patientiam, exibet, humilitatem commodat, obedientiam implet, perficit charitatem, his nempe virtutum gemmis quatuor cornua crucis ornantur, superior est eminẽtior charitas, à dextris obedientia, à sinistris patientia, radix omnium virtutum humilitas in profundo. Hęc Bernardus. Tũ quinto, quia sicut plus concordat ministerio trinitatis, & diuinę incarnationis, quę sunt principalia fidei nostræ fundamenta: Per frontem. n. pater designatur, qui est principium nõ de principio, principiũ totius diuinitatis, vt dicit B. Au. Per descensum inferius designatur filius Dei, qui propter salutem nostram descendit de cęlis, & venit inferius in mundum carnem assũmere, secundũ illud Ioan. Exiui à patre, & veni in mundum. Quia vero spiritus sanctus procedit à patre, & filio per modum voluntatis. Est. n. amor, & nexus patris, & filii, ideo proceditur à sinistra in dextram, vel e conuerso cũ nominatur persona Spiritus sancti. Et patet, qđ cõuenientius designatur figura signi crucis in figura quadrangulari, quam aliqua alia. ¶ Secũda cõclusio est, † conuenientius terminatur designatio crucis in dextram, quam in sinistram, hęc conclusio deducitur ex duobus. Primo ex ipso nomine Spiritũs sancti, quod, vt dicunt doc. theologię, & ponit S. Th. in prima parte. q. 36. ar. 1. captum in vi vnius dictionis est accommodatum ad significandum tertiam personã
S. Thom. in diuinis procedentem per modum amoris, secundum illud primę. Io. vlt. Tres sunt, qui testimonium dãt in cælo, pater, verbum, & Spiritus sanctus. Est autem proprium amoris, vt moueat, & impellat voluntatem amantis in amatum. Sanctitas vero illis rebus attribuitur, quę in Deum ordinantur. Conuenientius ergo est, quòd signatio, in qua exprimitur persona Spiritus Sancti terminetur in dexteram, per quã res diuina, & sanctimonia designatur, ad quas impellit, & mouet nos Spiritus sanctus, quam per sinistram; per quam res terrenę accipiuntur. ¶ Secunda conclusio ipsa colligitur ex effectibus qui etiã cruci à sanctis attribuũtur. Dicit. n. Chrysostomus. Crux nobis totius beatitudinis causa est, hęc nos à cęcitate liberauit erroris, hęc ex tenebris reddidit luci, hęc debellatos quieti sociauit, hęc alienatos Deo coniunxit, hęc peregrinos ciues ostendit hæc Chrysostomus. Sed cum hęc omnia, ad quæ per crucis virtutem redditi sumus, cõuenientius exprimuntur per dextram partem, quam per sini- Chrysostomus.
stram, vt notissimum est, ergo conuenientius signatio crucis terminatur in dexteram, quam in sinistram. Quo habito dicendum est ad rationem in oppositum. Respondet ergo negando consequẽtiam, quia dato; quòd dextra manus Christi fuerit primo cruci affixa, non sequitur propter hoc, quòd Ad argumẽtum.
ibi primo incipienda sit signatio crucis, quę super nos fit, quia non est in talibus obseruãdus ordo supplicii, sed conditio assecuti commodi, siue fructus per crucem, siue conditio nẽ personæ diuinę, sub cuius nomine fit signatio; quę, cum conuenientius designetur per dextram, vt dictum est, conuenientius in dextram crucis signaculum terminatur.

7 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur ꝙ non sit conueniens consuetudo illa orandi ad oriẽte sic. Vnus, & idem Deus est, qui in veteri, & in nouo testamento adoratur. Sed in veteri testamento fiebat adoratio ad occidentem. Nam hostium tabernacu Primũ ar.
li respiciebat ad orientem, vt habetur Exo. 38. ergo eadem ratione etiam nos debemus orare ad occidentem. ergo ad consuetudo in contrarium non videtur conueniens. ¶ Secundo sic Ezech. 8. inter alias abominationes computatur adorare Secũdũ ar.
ad orientem, ergo non est conueniens consuetudo orãdi ad orientem. ¶ Tertio arguitur. Et videtur, quod consuetudo, orandi, ad orientẽ scripto nobis tradita sit, cuius oppositum dicitur in litera, quoniam Sap. 16. dicitur oportet solem pręuenire benedictionem, & te adorare ad lucis ortum. ¶ In op- Tertiũ ar.
positum est tex. c. pręsentis. ¶ Respondet dicẽdum; quòd consuetudo orandi ad orientem est conuenientissima. Cuius ra- Opponit et
tiones, licet plures assignentur à Io. Damasce. quas hic Arc. ponit, nos ponemus aliquas iuxta sanctum Tho. in secunda secunda. Prima est propter diuinę maiestatis iudicium, quod nobis manifestatur in motu cęli, qui est ab oriente. ¶ Secundo, secũdum eundem propter paradisum in oriente constitutum, vt legitur Gen. 1, secundum literam. 70. q. quęramus ad paradisum redire. ¶ Tertio, secũdum eundem propter Christũ, qui est lux mundi, & oriens nominatur Zac. 6. ¶ Quarto secundum eundem, quia etiam ab oriente expectatur venturus, secundum illud Mat. 24. Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsq; in occidentem, ita erit filius hominis. ¶ Quinta ratio est, quam dat Hugutio, quia in oriente natus est nobis Saluator noster. ¶ Sexto quia ibi habuit initium euangelium, & per consequens salus nostra. Conuenienter ergo versus orientem oramus. ¶ Quibus habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando cõsequentiam, & ratio duplex assignari potest ex sancto Tho. Ad primũ arg.
in prima secunda. q. 102. ar. 4. Prima quia adoratio ad occidentem fuit introducta in lege veteri ad excludendum idololatriam. Nam omnes gentiles in reuerentiam solis adorabãt ad orientem, vnde dicitur Ezech. 8. quòd quidam habebant dorsum contra templum domini, & facies ad orientem. vnde ad hoc excludendum tabernaculum habebat sancta sanctorum ad occidentem, vt versus occidẽtem adoraret. ¶ Secunda ratio esse potest, quia totus status prioris tabernaculi ordinabatur ad figurandum mortem Christi, quæ significatur ꝑ occasum, secundum illud psa.* Qui ascendit super occasum, dominus nomen illi, iste autem duæ rationes cum iã sufficiant, patet,

ciãt patet, ꝙ consequentia illa non valet, qua arguebatur, tunc orabant ad occidentem: ergo nunc ita faciendum est. ¶ Ad ₰m respondetur, qm non annumerabatur inter abominationes, quas nominat prophœta Ezechiel adorare ad orientem simpliciter, sed hoc faciebant in reuerentiã solis quem, contempto vero Deo, adorabãt, & ita dicit S. Th. & magister Nicolaus de lyra, & etiam Hu. ¶ Ad tertiã respondent Hu. & Arc. ꝙ cum Aug. dicit, ꝙ talis consuetudo adorandi ad orientem non sit nobis aliqua scriptura mandata, intelligat de scriptura autenthica. Liber autem sapientiæ inter apocropha continetur, sed ista respõsio parum valet, & procedit ex mala intelligentia authoritatis inductæ. Et ideo respõdetur aliter, ꝙ in illa authoritate non fit sermo de adoratione ad orientem. Et ideo nihil facit contra textum præsentem, sed loquitur de manna, & de tempore collectionis eius, vt aperte colligitur ex tex. vnde magister Nicolaus sic exponit tex. illũ. Oportet præuenire solem. i. feruorem sol. ad benedictionem. i. ad colligendum manna, quæ benedictio dei dicebatur, quia gratis ab eo dabatur, quia cum incaluisset sol, liquefiebat. Et ad ortum lucis. i. solis te adorare. i. in principio collationis diuini bñficij. [Et ita patet, ꝙ autoritas illa non facit ad propositum. ¶ Ecclesiasticarum,] Ponit tria genera constitutionum, siue consuetudinum, Primum ibi [quasdam scriptis] ₰m ibi [traditione, siue scripto. in ministerio]. i. officio diuino. Hu. [Tertium approbauit vsus] quorum actor ignoratur, & sic est differentia inter ₰m, & tertium membrum. [Par ritus]. i. similis ritus, & obseruantia, nõ autem æqualis omnino, quia q̃dã sunt districtius obseruãdæ, q̃aliæ [idẽ affectus]. i. similis dilectio, & reuerẽtia. [vtriusque pietates]. i. vtriusq; religionis. s. interioris, & exterioris, interioris quidẽ per reuerẽtiã, & deuotionem, exterioris per obseruãtiam, & adimpletionem. †Consuetudines ᵃautem istę generales, licet nõ sint scriptæ, obseruande sunt pp tria. Primo quia licet non sint in canone scriptæ, sunt tamen à Christo, vel Apostolis traditæ. vt dicit Augu. Secundo propter reuerentiam autoritatis ecclesiæ, quæ eas vniuersaliter obseruat. Tertio propter vtilitatem, quam obtinent, vnde fideles se muniunt cruce ad sui tuitionem. [vtriusque pietatis]. i. vtriusque piegentis ab vtraque gente pia. s. tam à clericis, q̃ à laicis. [vñ]. i. de quo ritu. i. de qua obseruãtia [vel etiam hæsitauerit.] quasi nullus, [si. n. attenderimus]. i. attendendũ dixerimus [nihil existimari]. i. nullius estimationis, & ponderis, & authoritatis esse. [religio latura.] passiuũ. [Quæ. n. scriptura.] 3. pars, vbi exẽplificat. Primo de signo crucis. d. quæ. n. scriptura. s. ve. vel noui testa. q. d. nullibi inuenitur, licet in canone ita bene inueniatur, vt de consec. di. 4. Postea signatur, & di. 5. c. nũquid, vel quę scriptura cõmendauit. i. tradidit. Exemplũ ponit de multis ritibus, qui obseruantur in missa [verba triparia digesta]. i. sub triplici silẽtio distĩcta, sub triplici. n. silentio eucharistia consecratur, quorum primũ est vsque ad sanctus, ₰m vsque ad orationem dominicam, tertium vsque ad, agnus Dei. Hug. Nos referemus istud ad triplicem linguam, sub qua verba in missa proferuntur, q̃dam. n. in lingua latina sicut introitus. Quædam in lingua græca, sicut kyrie el. & c. quædam in hebraica, sicut alleluya, & sabaoth, quod gl. dicit, ꝙ triparia dicuntur verba illa, quæ eadem tertio repetuntur in secretis. s. hostiam purã, hostiam sacram, hostiam immaculatam, non est verum. vt dicit Hu. & Arch. quia ista non dicunt, nisi semel, hic ordo nec in veteri testamẽto, nec in nouo est expressus, vel præfixus, sed à sanctis patribus vsualiter est traditus, & à Romana ecclesia corroboratus, quod est insertũ secretis [ab Apostolo,]. s. Iacobo, qui missę celebrationem. i. ordinem celebrandi missam instituit, vt de conse. di. 1. Iacobus. [Alia plura.] vt nomina sanctorum, & forte quædam alia. Hu. [commendantia]. i. tradentia [ministerijs]. i. sacramentis [forma literarũ]. i. ve. & no. te. hoc expresse docet. Ponit aliud exẽplum de orando ad orientem [benedicimus.] Ponit aliud, exemplum de vnctione, quæ fit baptizatis à sacerdotibus, quæ sunt tres, duę ante baptismum, & tertia post. Primo q̃dem in pectore, in quo est locus cordis baptizandus oleo inungitur, vt per Spiritus sancti donum abijciat errorem, & ignorantiam, & suscipiat fidem rectam, quia iustus ex fide viuit. Oseæ. 2. & corde creditur ad iustitiam. ad Ro. 4. ¶ Secundo inungitur inter scapulas, vt per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & exerceat bonam operationem, quia fides sine operibus mortua est.

Ad secũdũ. Ad tertiũ. Exponit literam. 8 a ¶ Cõsuetudines Cõsuetudo generalis nõ derogat iuri particulari priuatorum, nec priuilegio. [...] canc. [...]ib. & ibi gl. C. de silenti. li 12. Io. And. in nouel. de consti. c. 1. li. 6. Pe. de an. & do in c. 1. de resc. [...] And. & doc. [...] de capel. mo. gl. 1 c. qm. 18. di. Contra gl. Hebr. 10 G

¶ Tertio in vertice iam baptizatus, chrismate à sacerdote inungitur, vt sit paratus omni poscenti de fide reddere rationem, quæ vnctiones non fuerunt traditæ aliqua scriptura vete. vel no. te. licet postea in canonica sit expressum de eis. de conse. di. 4. per multa. c. [vnde hæc, & alia tacita mystica]. i. occulta, quasi sub silentio sine scriptis [in ministerijs]. i. in officijs ecclesiasticis. [obseruato magis silentio]. i. vsu, quam aliqua constitutione publicè promulgata.

1 *Consuetudo aliqua, quę sit contra fidem, an sit valida.*



Consuetudinem. Sequitur secundũ cap. eiusdẽ partis, & est eiusdem Augustini, in epistola ad Cassulanum, in quo dicitur ꝙ consuetudo, quæ fidei contraria est, nullius est momenti, aut roboris. Breue est & nõ diuiditur. Pro pleniori intelligentia huius. c. & eorum, quæ glossator ponit. ¶ Quęritur. †vtrum aliqua cõsuetudo, quę contra fidem sit, sit valida. Et videtur, ꝙ sic ex autoritate glossatorũ, qui pro eo, ꝙ credit aliqua contra fidem facta esse valida. iuxta. c. si nõ sanctificatur. de consec. di. 4. vbi dicit de necessitate exponendum esse, quod hic dicitur contra fidem. i. bonos mores, inde dicit valere baptismum sub hac forma. ¶ In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & diaboli, & ita ꝙ aliqua contra fidem valeat. In oppositũ est tex. præsentis. c. ¶ Respondet dicendum, ꝙ verissimum est, quod hic dicitur, & patet di. 8. per totum, quod vero dicit Io. in gl. falsum est, vnde non videtur bene intelligere hoc ca. sicut nec illud, non sanctificati. de conse. di. 4. Omnibus. n. grauibus patrib. in schola theologorum notum est, ꝙ additio, quæ corrumperet debitum sensum verborum sacramenti, tollit sacramentum, sicut si diceremus. Ego te baptizo in nomine patris maioris, & filij minoris, & spiritus sancti. Cum autem virtus baptizandi sit solum penes trinitatem non autem penes creaturam, & maxime damnatam, quæ etiam per modum intercessionis interuenire non potest, clarum est, quod si nomẽ dicit virtutem, ita ꝙ per ly, & in nomine diaboli repetatur virtus baptizãdi, sicut videtur repeti, quod additio illa tn nomine diaboli corrumpat fidem ecclesiæ, in qua dãtur sacramẽta & p sensum verborũ sacramenti, & ita euacuatur sacramentum, nec baptismus est dicendus, sicut plenius ostendimus super. capitul. non sanctificatur. de consecr. di. 4. ¶ [Consuetudinem.] Contra fidem catholicam, vel supple contra bonos mores. infrà, distinc. 10. nihil. [vsurpasse.] Dum tamen non sit onerosa. extra de consue. cap. 1.

Primũ ar. Opponit & Respõ. Exponit literam

1 *Consuetudo bona an sit semper, tanquam lex obseruanda.*
2 *Consuetudo triplex distinguitur, mala, bona, & dubia.*
3 *Consuetudo mala omnino est abijcienda.*
4 *Consuetudo si est generalis, est ab omnibus obseruanda, si particularis in illo loco seruari debet.*
5 *Consuetudo dubia non est obseruanda antequam examinetur, vtrum sit obseruanda.*
6 *Consuetudo bona plures dicitur habere virtutes.*
7 *Consuetudo parificatur legi in multis.*



In his autem. Sequitur tertiũ. ca. eiusdẽ partis, & est beati Augustini, in quo Augus. ponit duo. Primo quidem, ꝙ cõsuetudines, quæ non obuiant iuri diuino, aut naturali, validæ sunt. Secundo, ꝙ trãsgressores earum, ita puniendi sunt, sicut, præuaricatores diuinarum regum. 2. ibi, & sicut. Pro pleniori intelligentia huius. c. cum iam circa principium distinctionis. 9. disputatum sit, an consuetudo habeat vim legis, & legem mutare posset, restat disputare, †vtrum consuetudo bona sit semper, tanquam lex obseruanda. Quod sic arguitur ex litera præsentis. c. Quod vero non posset argui ex eo, ꝙ cum consuetudo non videatur posse parificari legi, non videtur, ꝙ sit æque obseruanda, sicut lex. Respondet. pro huius quæstionis pleniori intellectu tres articuli veniunt declarandi. In primo facta distinctione de consuetudine triplici, videtur de obseruatione bonę cõsuetudinis. In secundo de virtutibus, quæ adaptantur consuetudini. In tertio de aliquibus similitudinibus, quæ currunt inter legem, & consuetudinem. ¶ Circa primum notandum. †ꝙ triplex potest distingui consuetudo. s. mala, bona, & dubia, Consuetudo mala dicitur omnis, quæ

1 2

to magis velle seruari. Et videtur esse ar. à minori sicut dicit Hu. & gl. [circa reuerentiam sancti Petri]. i. eius ecclesiæ in causis ecclesiasticis, hoc verum est in his, quæ ad reuerētiam & fauorem ecclesiæ, pertinent, & quæ consonant, canonibus. vt 15. q. 3. §. cum autem. In aliis secus, vt in appellatione. 2. q. 6 non ita, & in separatione coniugum causa religionis. supra. ea. dist. lege.

1 *An omnes teneantur ad obseruantiam legum ciuilium siue imperatorum.*

2 *Potestati quòd aliquis non subdatur, potest contingere dupliciter.*



VEstram. Sequitur. 7. cap. eius partis, & est Leonis Papæ quarti, breue est, & non diuiditur. Sententia est, quòd Leo Papa videns, quòd in quibusdam locis non obseruabantur leges romanæ, vt licentius possent offendere. hortatur, Papa Imperatorem, ne hoc permittat fieri, sed vbiq; ab omnibus faciatur illas obseruari. pro

Primū ar. 1 pleniori intelligentia præsentis. c. ¶ Quæritur, vtrum † omnes teneātur ad obseruantiam legum ciuilium, siue imperatorum. Et videtur ꝙ non, primo sic. Illi. n. soli subiiciuntur legi quibus lex ponitur. Sed apostolus dicit. 1. ad Tim. 1. quòd

Secūdū ar. iusto non est lex posita, & est tex. in c. licet. de regu. ergo iusti non subiiciuntur legi humanæ. ¶ Secundo sic. Vrbanus Papa dicit, & habet 19. q. 1. c. duæ sunt. qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit. vt publica constringatur. Lege autem priuata, spiritus sancti ducuntur omnes viri spirituales, qui sunt filii Dei secundum illud Rom. 8. qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt, ergo non oēs hoīes legi humanæ subiiciuntur.

Tertiū ar. ¶ Tertio sic. Iurisperitus dicit in l. princeps. ff. de legi. ꝙ princeps legibus solutus sit, qui autē est solutus à lege nō subdit[9] legi, ergo nō oēs sunt subiecti legi. ¶ In oppositū aū: primo

Opponit i contrariū. Apostolus, qui ait ad Ro. 13. Omnis omnia potestatibus sublimioribus subdita sit, sed non videtur esse subditus potestati; qui non subiicitur legi, quam facit potestas, ergo omnes homines debent esse legi humanæ subditi. ¶ Secundo est te.

Respōdet. præsentis capituli. ¶ Respondeo pro huius quæstionis declaratione notandum cum S. Th. in 1. 2. q. 96. ar. 2. ꝙ lex de sui ratione duo habet. Primo quidem, quòd est regula humanorum actuum. Est. n. lex directiua regula, siue quædam lux, se-

*Psa. 118. cundum illud psal. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis: vnde intentio legislatoris 2. Eth. ad hoc tendit, vt per leges, quas condit actus hominum dirigantur ad virtutem, & ad bonum faciendum. secundo habet lex, ꝙ habet vim coactiuam. Ad hoc. n. factæ sunt leges (ait Isidorus, & habetur supra d. 4. c. 1.) vt earum metu humana coerceat audacia, tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. Secundum hæc ergo duo importata in ratione legis potest aliquis esse sobiectus legi dupliciter. Vno modo sicut regulatum regulæ. & hoc modo omnes illi qui sub-

2 duntur potestati, subduntur legi, quam facit potestas. † Qđ autem aliquis potestati non subdatur potest contingere dupliciter. Vno modo; quia sunt simpliciter absoluti ab eius subiectione, vnde illi, qui sunt sub vna ciuitate, vel regno nō subdūtur legibus principis alterius ciuitatis, vel regni, sicut nec eius dominio. Alio modo secundum, ꝙ regitur superiori lege. Puta si aliquis sit subiectus procōsuli, regulari debet eius mandato, non tamen in his, quæ dispensantur ei ab imperatore. Quantum. n. ad illa non astringitur, secundum quæ regitur superiori lege. Alio vero modo dicit aliquis subdi legi, sicut cogenti, & hoc modo homines virtuosi, & iusti non subduntur legi, sed soli mali. Quod. n. est coactum, & violentum est contrarium voluntati, voluntas autem bonorum consonat legi, à qua voluntas malorum discordat, & ideo secundū hoc boni non sunt sub lege, sed solum mali. ¶ Ad rationes in

Ad primū argu. oppositum. Ad primam respondetur; ꝙ ratio illa procedit de subiectione, quæ est per modum coactionis, sic. n. iustis non est lex posita, quia ipsi sibi sunt lex, dum ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis, sicut Apostolus ad Ro. 2. dicit,

Ad secūdū vnde in eis non habet vim coactiuam sicut habet in iniusto. ¶ Ad secundam respondetur quòd lex spiritus sancti est superior omni lege humanitus posita. Et ideo viri spirituales secundū hoc, quòd lege spiritus sancti ducuntur, non subdūtur legi quantum ad ea, quæ repugnant ductioni Spiritus sancti, sed tamen hoc ipsum, est de ductu, Spiritus sancti, quòd homines spirituales legibus subdātur humanis secundum illud primæ Petr. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ, propter Deum. ¶ Ad tertiam respondetur, quòd princeps Ad tertiū dicitur solutus esse, quantum ad vim coactiuam legis, nullus enim proprie cogitur, à se ipso. Lex autem non habet virtutem coactiuam, nisi ex principis potestate, Sic ergo princeps dicitur esse solutus à lege, quia nullus in ipso potest iudiciū, condemnationis ferre, si contra legem agat, vnde super illud psal. Tibi soli peccaui, dicit glo. quòd rex non habet hominē qui sua facta diiudicet, sed quantum ad vim directiuam legis *Psal. 50. b princeps subditur legi propria voluntate, secundum quòd dicitur de constit. c. omnes. Quod quisque iuris in alterum statuit, ipse eodem iure vti debet. Et sapientis dicit authoritas. Patere legem quam ipse tuleris. Propter quod improbabuntur etiam à domino hi, qui dicunt, & non faciunt, & qui aliis omnia grauia imponunt, & ipsemet nolunt ea digito mouere, vt habetur Matt. 23. vnde quantum ad Dei iudicium Princeps non est solutus à lege quantum ad vim directiuam eius sed debet voluntarius, non coactus legem implere. Est. n. princeps supra legem, inquantum si expediens fuerit, potest legē mutare, & in ea dispēsare pro loco, & tēpore. Litera. ¶ [Pro cellis.]. i. impedimentis [vt ꝙ pro nullius persona.] lex. n. pro Exponit literam. cōmuni vtilitate statuitur. vt supra d. 4. erit autem. Ideo pro nullius priuatæ personæ vtilitate est violanda, vt 61. di. miramur. vt extra de testa. requisisti.

¶ *Distinctio Vndecima.*

1 *Consuetudo an debeat semper cedere legi, & an possit aliquando tollere legem.*

2 *Consuetudo duplex est vniuersalis, & specialis, & quæ sit vnaquæque.*

3 *Consuetudo nulla derogare potest iuri naturali. Nec diuino numero. 4.*

5 *Consuetudo rationabilis, & præscripta derogat quandoque legi humanæ, tam canonicæ, quam ciuili.*



QVod vero. Hic incipit distin. 11. quæ sic continuatur ad præcedentem. Superius magister Gratianus pluribus authoritatibus ostendit leges principum secularium constitutionibus canonicis cedere si eis contradicere inueniantur. Si vero non contradicunt, Continuatio. sed consonæ sint illis honorari, & Obseruari. Nunc in hac distinctione ostendit, quòd consuetudo cedat legi tam seculari quam ecclesiasticæ, si ei contraria inueniatur. Si vero non sit contraria, sed consona honoranda est, & seruāda. Et diuiditur Primū ar. in duas parts. In prima ostendit, quòd consuetudo cedat legi tam canonicæ, quam ciuili. In secunda ostendit, quanta sit virtus bonæ consuetudinis, quæ. s. rationabilis est, & pręscripta, Diuisio. secunda ibi. In. §. cū vero. in 4. c. Et hæc subdiuiditur in duas. in prima ostēdit hoc de cōsuetudine in genere Secūdo ostendit illud in specie. s. de cōsuetudine, q in romana ecclesia obseruatur, & pcipitur obseruari. ¶ Secūda ibi, quis nesciat. pro Secūdū ar.

1 pleniori intelligentia huius. c. ¶ Quæritur, vtrum † consuetudo semper legi cedere debeat. An aliquando consuetudo legem tollere possit. Quod vero consuetudo semper legi cedere debeat arguitur primo ex litera præsentis. c. Secūdo ad idē sunt tria capitula sequentia. ¶ Tertio ad idē arguitur extra de Tertiū arg. consuetudi. in. c. ad nostram, vbi dicitur, quòd consuetudo, quæ canonum obuiat institutis nullius debet esse momenti. ¶ Quarto arguitur ratione sic. Lex humana deriuatur à lege naturæ, & à lege diuina, sed consuetudo hominum nō potest mutare legem naturæ, neque diuinam, ergo consuetudo Quartū ar. non poterit etiam mutare legem humanam. ¶ Quinto sic, ex multis malis nō potest fieri vnum bonū. Sed ille, qui incipit Quintū ar. primo contra legē agere male facit ergo multiplicatis similibus actibus, non efficietur aliquod bonum, lex autem est quoddam bonum, cum sit regula humanorum actuum: ergo per consuetudinem non potest remoueri lex ipsa, vt ipsa cōsuetudo vim legis obtineat. ¶ Sexto sic, facere legem pertinet Sextū ar. ad publicas personas, ad quas pertinet regere communitatē, vnde priuatæ personæ legē facere nō possunt, sed cōsuetudo inualescit p actus priuatarū psonarū, ergo consuetudo nō potest obti-

est obtinere vim legis, per quam lex remoueatur. ¶ In oppositum est.c.ecclesiasticarum infra.e.d.de generali consuetudine, &.c.catholica.eadem distin.vbi de particulari consuetudine habetur, quod præiudicat legi, item.c. vlti.de consuetu.

Opponit i contrariũ.

Respõdet.

¶ Respondet pro huius quæstionis declaratione faciemus duo. Primo notabũtur aliqua. Scđo ponẽtur aliquæ cõclusiones, ex quibus pẽdet intelligentia totius præsentis distinctionis. Est ergo circa primũ notandũ iuxta gl. † quod cõsuetudo du-

1 plex est. Quædã.n. est vniuersalis, siue generalis vt infra ea d. & 12.d.illa. Generalis siue vniuersalis est, q̃ gñali cõsensu oĩm est approbata, & omnes vniuersaliter astringit. Hæc tãquam canon, vel tanquam lex obseruanda est. vt infra e.d. ecclesiasticarum, &.c.quis nesciat. &.12.di.illa. Specialis, siue particularis est illa, quæ non omnes vniuersaliter astringit, sed homines alicuius loci, vel ecclesiæ tantum. Et ideo in aliquo loco certo tantum seruatur, & similiter obseruanda est & legis habet vigorem. vt infra.e.dist.catholica.& extra de cog.spirituali.super eo. ¶ Circa secundum sit ista prima conclusio.

Prima cõclusio.

3 † Nulla cõsuetudo derogare potest iuri naturali, patet conclusio, quia ius naturale est immutabille. instit. de iure na.§. sed naturalia.& supra dist.5.in princ.§.naturale ius: ergo nulla consuetudine mutari potest. ¶ Secundo patet ex c.flagitia. 32.q.7. vnde tales male adinuentæ consuetudines nullo tempore firmẽtur, vt ĩ aut. vt nulli.iud.§.1.coll.9. quia in hoc casu, quanto consuetudo diuturnior, tanto pernitiosior, & periculosior: vt extra de simo.non satis.& extra de consue.c.vlt.&. 24.q.1.sc sma.

Secunda.

4 ¶ Secunda conclusio. † Nulla consuetudo derogare potest iuri diuino, patet conclusio ista.dist.8.per totũ & ex c.consuetudine infra.eo.distinctio. ¶ Tertia conclusio.

Tertia.

5 † Consuetudo rationabilis, & præscripta derogat quandoque legi humanæ, tam canonicæ, quam ciuili. Quæ conclusio probatur multipliciter. Primo, quia consuetudo rationabilis, & præscripta vim habet legis. Nam vt dicit Aug.in quadam epistola ad Casullanũ, & habetur infra.e.di.in c.in his.mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenẽda sunt, sicut priuaricatores legum diuinarum arcendi sunt, ita contemptores consuetudinum sunt coercendi. Cum ergo lex posterior efficaciã habeat destruendi priorũ legẽ. Si ergo consuetudo vim legis habet, & fuerit rationabilis, & pscripta si legi contrariatur, poterit præualere legi & ipsam abrogare. ¶ Secundo sic, secũdum Philosophũ secundo politicorum, lex ex consuetudine maximam habet virtutem. Si ergo lex ex consuetudine maximam habeat virtutem, cum vna consuetudo tollat aliam.ff.de sepul.vio.l.3.§.Diuus.& extra de cogna. spirituali c.1. ergo consuetudo contraria tollit legis virtutem, sed carẽs virtute, caret obligatione, ergo cõsuetudo rationabilis, & præscripta tollit legem contrariam ei. ¶ Tertio sic iuxta sanctũ Thom.in 1.secundæ.q.67.ar.3. Omnis lex proficiscitur à ratione, & voluntate legislatoris. Lex quidem diuina, & naturalis à rationabili Dei voluntate. Lex autẽ humana à voluntate hominis, ratione regulata. Sicut autem ratio, & voluntas hominis manifestantur verbo in rebus agendis, ita etiam manifestatur facto: hoc.n. vnusquisq; eligere videtur, vt bonum quod opere implet. Manifestum est autem, quòd verbo humano potest mutari, lex, & exponi, inquantum manifestat interiorem motum, & conceptum rationis humanæ, vnde etiã & per actus maxime multiplatos; qui cõsuetudinem efficiũt mutari potest, lex, & exponi, & etiam aliquid causari, quod legis virtutem obtinet, inquãtum.s.per exteriores actus multiplicatos interior voluntatis motus, & rationis conceptus, efficacissime declaratur. Cũ.n. aliquid multoties fit videtur ex deliberato rationis iudicio prouenire, & secundum hoc consuetudo habet vim legis, & legem abolet, & est legũ interpretatrix. His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ.

S.Tho.

Ad primã arg.

Et ad primas tres dicendum est simul; quòd vt dicit gloss. authoritas, quam inducit Gratianus in sequenti.c.& aliæ similes loquuntur de mala consuetudine, aut de consuetudine, quæ non sit rationabilis, & præscripta, vtrunq; autem ponimus, quia tunc non derogatur legi per quancunque consuetudinem contrariam, quantumcunque præscriptam, nisi sit rationabilis, nec per rationalem, nisi sit legitime præscripta, vt dicit Hostien.in summa in ti.de consuetu. Quæ autem sit mala consuetudo dicemus super.c.sequen. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam, quoniam licet lex humana deriuetur à lege naturali, & diuina, non tamen in omnibus sequitur perfectionem earum. Lex.n.naturalis, & diuina procedit à voluntate diuina, vnde nõ potest mutari per conceptionem procedentem à voluntate hominis sed solum per authoritatem diuinam mutari potest. Et inde est, quòd nulla consuetudo vim obtinere potest contra legem diuinam, vel legem naturalem, dicit enim Isidorus in synonimis, vsus authoritati cedat. Prauum vsum lex, & ratio vincat.

Ad quartũ

Ad quintũ

¶ Ad quintam dicẽdum iuxta sanctũ Th. vbi supra quod leges humanæ in aliquibus casibus deficiunt, vnde possibile est, quandoque egere in casu præter legẽ, scilicet in quo deficit lex, & tamen actus non erit malus, & cum tales casus multiplicantur propter aliquam mutationem hominum, tunc manifestatur per consuetudinem, quod lex vlterius vtilis non est sicut manifestaretur, si lex contraria verbo promulgaretur. Si autem adhuc maneat eadem ratio propter quam prima lex vtilis erat non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit, nisi forte propter hoc solum inutilis lex videretur. quia non est possibilis secundum consuetudinem patriæ, quæ erat vna de conditionibus legis, quarta, distinct.erit autem. Difficile est enim consuetudinem multitudinis remouere, & ita ratio non procedit, quia in proposito actu, ex quibus consurgit, prædicta consuetudo non sunt mali. ¶ Ad sextam respondetur, quòd multitudo, in qua consuetudo introducitur, dupliplicis consuetudinis esse potest. Si enim sit libera multitudo, quæ potest sibi legem facere, plus est consensus totius multitudinis ad aliquid, obseruandum, quam consuetudo manifestat, quam authoritas Principis, qui non habet potestatẽ edendi legem, nisi inquantum gerit personam multitudinis. vnde licet singulæ personæ non possint condere legem, tamẽ totus populus legem condere potest. Si vero multitudo non habeat liberam potestatem condendi sibi legem vel legem à superiori potestate positam remouendi, nihilominus tamen ipsa consuetudo in tali multitudine præualens obtinet vim legis inquantum toleratur per eos ad quos pertinet multitudini legem imponere. Ex hoc enim ipso, quòd silent, nec reprehendunt, nec arguunt, cum adhuc teneãtur, videntur approbare, quòd consuetudo introduxit. Hæc sanctus Tho. litera patet.

Ad sextũ.

1 *Consuetudo mala quid dicatur.*
2 *Ratio obtinet vim legis.*



Sus authoritatis. Sequitur secundũ cap. huius partis, in quo inducit magister Gratianus primam authoritatem, quæ est beati Isidori in lib. secundo de synonimis ad probandum, quòd legibus cedat consuetudo, breue est, & non diuiditur. Pro intelligentia pleniori huius c.2.& quasi totius huius ma-

1 teriæ. ¶ Quæritur † quid in proposito dicatur consuetudo mala, Ad quod respondemus quod ad præsens mala sit irrasi.siue inualida consuetudo potest dici decem modis. Primo, tionabilis. Cum enim.lex ratione constet. vt in capitu. consuetudo.d.1. non potest dici bona consuetudo, sed mala, quæ irrationabilis est, & ideo omnis talis extirpanda est; vt 68.di. coepiscopi. ¶ Secundo dicitur consuetudo mala, quæ obuiat iuri naturali aut diuino, de qua supra distinct.8.mala consuetudo.& cap.nemo. ¶ Tertio dicitur mala consuetudo, quæ à iure reprobatur, sicut est illa.de qua extra de consue.cũ venerabilis. ¶ Quarto dicitur mala consuetudo illa, quæ canonicis obuiat institutis sicut est illa de qua extra de dona. cæterum. Nam talis consuetudo nullius est momenti.extra de consuetud.ad nostram.& extra de iudic.clerici.& extra de iura. calum.cæterum. ¶ Quinto dicitur mala consuetudo, quæ est contra bonos mores de qua supra distinct.octaua, quæ contra. ¶ Sexto dicitur mala consuetudo, qua seruata periclitatur salus animæ. omnis enim talis cessat. vt extra de consuetudi.cap.fina.& etiam omnis constitutio.extra de præscrip. quoniam omne. ¶ Septimo dicitur mala consuetudo, quæ est ecclesiis onerosa, & infert eis grauamina, de qua infra distinct. duodecima nos consuetudinem. & extra de consuet.cap.primo. ¶ Octauo dicitur mala consuetudo, quæ parit occasionem malignãdi, vt est illa, per quam pœnitentes de parte Donati in primates promouerẽtur. Olim enim Donatistæ de facili recipiebantur, & de consuetudine ad primatiam promouebantur, quod abolitum est, quia inde, hæretica, prauitas minus cauebatur. ¶ Nono potest dici mala consuetudo, id est inualida, quia quodammodo temeraria, & vaga est, nullo principis consensu expresso, vel tacito per tollerantiam firmata. ¶ Decimo dicetur mala consuetudo, quæ contradiceret iuri publico, cui non potest quis renuntiare,

Primus.

Secundus

Tertius.

Quartus.

Quintus.

Sextus.

Septimus.

Octauus.

Nonus.

Decimus.

quis renūciare, sicut clericos non potest renuntiare foro suo sine consensu episcopi. extra de foro compe. significasti. &. 11. q. 1. clericum. Nec valet consuetudo, qua quis renuntiare se diceret priuilegio, quod habetur. 17. q. 4. si quis suadente. Istis modis accipiendo consuetudinem malam, de quolibet eorum potest intelligi textus præsentis. c. ¶ [Vsus] maxime mal⁹. [Authoritati]. s. scriptæ. [cedat] veritate manifestata, vt dist. 8. cap. qui contempta. [prauum vsum lex]. s. scripta. [&
Exponit literam: ratio.] non scripta. Hug. Argumentum, quòd ratio obtinet vim legis vt distin. 1. consuetudo. & l. cum ratio. ff. de bo. dā. & de elect. ca. 1. in cle. & c. Et hæc de præsenti. c. quo ad præsens dicta sufficiant.

1 *Consuetudo nulla potest derogare, aut contrariare statutis Apostolicis, quæ generaliter omnibus obseruanda proponentur.*

2 *Dispensatio an possit fieri in constitutionibus, siue in legibus humanis.*

3 *Authoritas Papæ quare dicatur plena.*



Onsequens est. Sequitur tertium c. eiusdem partis, & est Nicolai Papæ. Breue est, non diuiditur. Cuius
1 summa est, † q statutis Apostolicis, quæ generaliter omnibus obseruanda proponuntur, nulla consuetudo contrariare, aut derogare potest. Pro pleniori intelligentia præsentis ca. ¶ Quæritur † vtrum
2 in constitutionibus, siue in legibus humanis possit fieri dispensatio. Arguitur, q nō multipliciter. Primo ex capitulo p̄senti, vbi dicit Nicolaus Papa, quod statuta apostolica à veritate sancita ita nullius cōsuetudinis occasione remoueantur, sed firmiter, & inconcussæ teneantur. Inconcussa ergo indispensabiliter. ¶ Secūdo arguitur sic. Lex instituta est pro cōmuni vtilitate. vt. 4. di. erit autem. sed bonum commune nō debet intermitti pro bono priuato alicuius personæ, quia dicit Philosophus in primo ethico. bonum gentis diuinius est quam bonum vnius hominis, ad hoc etiam facit, quia communis vtilitas pręfertur priuatæ. 7. q. 1. scias. ergo videtur, q non debeat dispensari cum aliquo, vt contra legem communem agatur. ¶ Tertio illis, qui super alios constituuntur præcipitur Deut. primo. Ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquā personā, quia Dei iudicium est, ad hoc est extra. de iudi. c. nouit. Sed concedere alicui aliquid, quod cōmuniter omnibus denegatur, videtur esse acceptio personarum, ergo huiusmodi dispensationes facere rectores multitudinis non possunt, cum hoc sit contra præceptum legis ¶ Quarto lex humana, si sit recta, oportet quod consonet legi naturali, & legi diuinæ, aliter enim non congrueret religioni, nec cōueniret disciplinæ, quod requiritur, vt dicit Isidorus distinct. primo. consuetudo, sed in lege naturali, & diuina nullus rector multitudinis, vt papa nec alius potest dispensare: ergo nec in lege humana, consequentia videtur nota. ¶ In oppositum est illud Apostoli. primo ad Corinth. 9. Dispensatio mihi credita est: ergo, & alijs prælatis, & rectoribus est dispensatio credita, & non in lege diuina, aut in naturali: ergo in humana. ¶ Respondeo dicendū sub vna conclusione, videlicet, quod Papa, & quicunq; alius rector alicuius multitudinis habet potestatem dispēsandi in legibus humanis, quæ suæ authoritati innituntur. Quę conclusio patet ex. ca. requiritis. 1. q. 7. Pro cuius conclusionis abundantiori declaratione notandum est iuxta S. Thom. in prima secundę. q. 97. art. 4. quod dispensatio Papæ importat cōmensurationem alicuius communis ad singula, vnde & gubernator familiæ dispensator dicitur, in quantum vnicuiq; de familia cum pondere, & mensura distribuit & operationes, & necessaria vitæ. Sic ergo in quacūque multitudine ex eo dicitur aliquis dispensare, q ordinat, qualiter aliquod commune præceptū sit in singulis ad implendum. Cōtingit autem quandoq; q aliquod præceptum, quod est accommodum multitudini, vt in pluribus non est huic personæ conueniens, vel in hoc casu, quia vel per hoc impeditur aliquid melius, vel etiam inducetur aliquod malum. Periculosum autem esset, vt hoc iudicio cuiuslibet committeretur, nisi forte propter euidens, & subitum periculum. & ideo ille, qui habet regere multitudinem, habet potestatem dispensandi in lege humana, quæ suæ authoritati innititur, vt s. in personis, vel casibus, in quibus lex defecit, tribuat licentiam, vt præceptum legis non seruetur. Si autem absq; ratione hac pro sola voluntate licentiam tribuat, non erit fidelis in dispensatione, aut erit imprudens; Infidelis quidem si non habeat intentionem ad bonum commune. Imprudens autem si rationem dispensandi ignoret, propter quod Dominus dicit Lucæ. 12. Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Deus super familiā suam. His habitis, dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur, q ratio procederet, si cum aliquo dispensatur, vt legem communem non obseruet, fieret in præiudicium boni communis. Hoc autem non debet fieri, cum fit dispensatio, sed ea intentione, vt ad bonum cōmune proficiat. ¶ Ad secūdam respondetur, negando minorem. Dicimus enim, q non est acceptio personarum si non seruantur æqualia in p sonis inæqualibus. Nam quando conditio alicuius personæ requirit, vt rationabiliter in eo aliquid specialiter obseruetur nō est acceptio personarum, si sibi aliqua specialis gratia fiat. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quia lex humana non habet ita immutabilem rectitudinem, sicut lex naturæ, & diuina. Lex etiam naturalis, in quantum continet præcepta communia, quæ nunquam fallunt, dispensationem, recipere non potest. In alijs vero præceptis, quæ sunt quasi conclusiones præceptorum communiū, quandoque per hominem dispensatur, puta, q mutuum non detur, siue reddatur proditori patrię, vel aliquid huiusmodi. Ad legem autem diuinā ita se habet hō, sicut persona priuata ad legē publicā, cui subijcitur, vnde sicut in lege humana publica nō pōt dispēsare, nisi ille, à quo lex authoritatē habet, vel is, cui ipse commiserit. Ita in præceptis iuris diuini quę sunt à Deo nullus potest dispensare, nisi deus, vel cui ipse specialiter committeret. ¶ Consequens]. i. conueniens. [plena authoritate.]
3 † Authoritas Papæ dicitur plena, dicit Hu. quia plenitudinem habet potestatis. Aliorum vero prælatorum dicitur semiplena, quia vocati sunt in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, vt secūda. q. 5. Decret. & c. qui se scit. Latius ergo se extendit authoritas Papæ, quam aliorum. Continet enim præceptum, generalitatem, & obseruandi necessitatem. Authoritas vero aliorum prælatorum, cum sit minor continet præceptum, & obseruantiæ necessitatem, sed non generalitatem, quia non in plenitudinem potestatis vocati sunt. Authoritas vero sanctorum patrum, vel magistrorum vel expositorum nullius iurisdictionem habentium continet tantum vnum illorum. s. generalitatem, non autem præceptum, nec obseruantię necessitatem. [nullius consuetudinis.] hoc est de generalibus statutis, quæ ab omnibus præcipit obseruari. Hug. [proprias sequendo voluntates.] no. q. d. quòd vbi est iusta causa, hoc non dicimus, quia dispensatio potest habere locum in eis.

Ad primū arg. — Ad secūdū — Ad tertiū. — Exponit literam.

1 *Ecclesiæ inferiores an teneantur obseruare de necessitate consuetudines ecclesiæ romanæ & nu. 2.*



Olite. Sequitur 4. ca. eiusdem partis, in quo Iulius Papa natione romanus redarguit quosdam, qui spretis canonibus, & cōsuetudinibus romanæ ecclesiæ per aliūde iura & consuetudines scriptas iudicabant. Exhortās illos, vt non declinent à statutis, & cōsuetudinibus ecclesiæ romanæ, sed illas inconcusse teneant, & obseruent. Et diuiditur in duas partes. In prima facit, quod dictū est. In secūda assignat rationem ad hoc. secūda ibi: satis enim. Pro pleniori intelligentia pręsentis. c. ¶ Queritur. † vtrū con-
2 suetudines ecclesiæ romanæ de necessitate aliæ inferiores ecclesiæ teneantur obseruare. Arguitur q non. Primo romana ecclesia seruat continentiam in ministris in se, & in occidentali ecclesia, & tamen in orientali non seruatur, vt di. 31. quoniam aliter. Et tamen dicendum non est orientalem ecclesiam in hoc peccare, ergo & c. ¶ Secūdo de multis consuedinibus, quas obseruat ecclesia romana, quæ pertinent ad prærogatiuam suorum priuilegiorum, quas obseruare non est licitū alijs inferioribus ecclesijs, sicut est, q ordinet ad sacros ordines qualibet die dominica, quæ consuetudo ab alijs non est seruanda, vt extra de tempo. ordi. ca. 1. ¶ Tertio arguitur de consuetudine trinæ immersionis paruulorum, de qua in c. de trina. de conse. dist. 4. ¶ In oppositum videtur esse tex. præsentis. c. Respondeo, dicendum sub duabus conclusionibus. Prima, q non omnem consuetudinem, quam ecclesia romana seruat, tenentur aliæ ecclesiæ seruare. Patet ista con-
2 clusio ex authoritatibus inductis. ¶ Secūda conclusio. † Omnem consuetudinem, quam romana ecclesia seruat, & ab alijs iubet seruari omnes ecclesiæ inferiores, obseruare tenentur. Ista conclusio probatur duabus rationibus, quas Iulius Papa ponit

Primū arg. — Scdm ar. — Tertiū ar. — Quartū ar. — Opponit contrariū. Respōdet; — Diuisio. — Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit contrariū. Respōdet.

ponit in præsenti.c. Prima est, quoniam indignũ est, vt quisque inferiorum ordinum obseruare recusat ea, quæ apostolica sedes, quæ mater est, & magistra aliorum omnium. vt in.capitul. in memoria. distinctio. 19. & cuiusmodi sanctiones sic accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuina voce Petri firmatæ, vt in.c.sic ibidẽ obseruat, & obseruãda docet. vnde merito tales de temeritate corripiendi veniunt, vt in.ca. si decreta.dist.20.habetur. ¶ Secũda ratio sumitur ex ratione capitis, & principalitate, quam habet ecclesia romana respectu omniũ aliarum ecclesiarum. Rationabile enim est, vt inde quis recipiat consuetudines, & regulas, vnde habuit originem. vt dist.12.præceptis. Et istam rationẽ inducit Iulius Papa in tex.cum ait. Multum enim conuenit, vt totum corpus ecclesiæ, &c. & tangitur etiam.j.di.12.non debet. & de cõse. dist.1. Basilicas. His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad quarum solutionem vna responsio sufficit, ꝙ illæ consuetudines ecclesiæ romanæ de quibus argutum est, non sunt consuetudines, quas ecclesia romana doceat, siue iubeat obseruari, & de talibus non intelligitur tex præsentis.c. vt patet ex dictis, vnde rationes non procedunt. [Nolite errare]. habetur in epistola ad Hebræ.c.13. à veritate, sine consuetudine romanæ ecclesiæ doctrinis varijs, quæ variæ sunt à nostris [diuersæ] siue quæ nostris non conseruant [abduci] .i. à veritate separari. [&].i. [si instituta Apostolorum habeatis] seruando ea. [persistere.] nota vtilitatem obseruantiæ, statutorum, est enim turris fortitudinis à facie inimici. [Satis] secunda pars. [refutare].i. recusare. [Sequi] in se. & docet ab omnibus obseruandam de conse.di.1. basilicas congrue subdit. [& docet]. Nam quædam seruat, quæ non docet seruanda ab alijs. [Conuenit] secunda pars secundę partis. Et certe conueniens est, ac multum vtile, & vnitati ecclesiæ, expediens, & vt scisma tollatur, ne dicatur ego sum Apollo, secũdũ ꝙ Paulus vetat. 1. ad ad Corin.3. sed in vnitate fidei tota ecclesia doctrinæ sedis Apostolicæ inhæreat, cum sedes Petri nulla hæresi, aut macula possit sordidari, vt scribit Hieronymus ad Damasum Papam, vnde, quod generaliter statuit ab oĩbus est obseruandum, & contraria consuetudo est extirpanda. [Cõuenit] primo valde necesse est: ne corpus Christi, quod est ecclesia, velut tunica inconsutilis scindatur. Ioan.19. [Posuit] Mat.16. sicut dictum est in quæstione. [principatum.] in Petro, & per Petrum. vt dist.21.in nouo. & cap. quamuis. ipse enim primus posuit in nationibus fundamẽtum ecclesiæ vt 50. fideiussor.

Ad árgu.

Exponit literam.

2 *Consuetudo longæua an præsumatur iusta.*



Consuetudinis. Sequitur.5.ca.eiusdẽ partis, & est lex, quę habetur.8.li.codicis.titu.2.in qua dicitur,† ꝙ si consue udo, siue vsus longæuus nõ vilis.i. par uæ authoritatis sit, quia non faciliter est præsumendum, quod tãtõ tempore princeps, aut populus illam consuetudinem obseruasset, nisi esset rationabilis, ac vtilis reipublicæ. Tum quia cõsuetudo talis habet vim legis.s.di.i.c.consuetudo. Nihilominus, quia non est impossibile, ꝙ talis longæua cõsuetudo sit obuia rectę rationi, sicut apparet in multis, & varijs partibus orbis, dicitur, ꝙ non est tantæ virtutis, vt vincat, siue aduersetur rationi, siue præualeat contra ius naturale aliquo casu, nec contra ius constitutionis, quantumcunque sit bona, nisi sit rationabilis, & præscripta vt circa.c.1.huius di. dictum est, breue est, & non diuiditur, cum omnia pateant ex dictis, nihil occurrit disputãdũ. ¶ [Nõ vilis authoritatis.] quia tenet vim legis, vt prima dis.consuetudo. Arc. [momento.] i. firmitate, & robore. Hu. [rationem].i. ius naturale. Hug. hoc semper est verum.8.dist. frustra. [legem].i. ius ciuile scriptum. Hug. quæ, non derogat iuri positiuo quantumcunque bona sit, nisi sit rationabilis, & præscripta talis enim scilicet rationabilis verę, & præscripta bene derogat, vt habetur extra.de consue.c.fin. & in princi. huius di. declarauimus.

Exponit literam.

1 *Crucis signatio an debeat terminari in sinistram.nu.6.*

2 *Crux christi qua iter fuerit signata in signo thau Et habet quatuor virtutes propter, quas religiosa, & venerabilis est cõsuetudo apud fideles, vt signent se signaculo sanctæ crucis. nume.3.*

4 *Differentiæ tres in signando.*

5 *Signum crucis, quo signamur debet fieri in figura quadrangulari.*

8 *Consuetudines genera'es licet nõ sint scriptę obseruandæ sunt propter tria.*



Ecclesiasticarum. Sequitur secũdum Archi.primum. ca. secũdæ partis huius distinctionis, in qua fit sermo de bona consuetudine, & probat per.7.ca. quod talis amplectenda est, & dicitur esse beati Aug. ad inquisitiones Ianuarij. Diuiditur autem in tres partes. In prima distinguit tria genera consuetudinum ecclesiasticarum. Aliæ.n. sunt in scriptis redactæ, alię traditę ab Apostolis, & per eorum successores confirmatę. Alię solo vsu approbatę. Secũdo ostendit, quod omnes sunt obseruandę, & venerandę tam à clericis, quam à laicis. ¶ Tertio exemplificat de illis quę sola consuetudine & additione patrum siue scriptura approbantur, & obseruantur in ecclesia, & maxime in his quę in officijs & sacramentis ecclesiasticis communiter obseruantur. Secũda ibi, quibus par ritus Apostolica traditione. Tertia ibi, quę enim. ¶ Circa primum notandum, ꝙ necessitas, propter quam introducta est hęc distinctio ab Augustino, fuit, quia dicebãt aliqui nihil faciendum esse in ecclesia, nisi quod in nouo, vel in veteri testamento reperiretur. Contra istos dicit Augu. imo & distinguit triplicem consuetudinem. Vnam in scriptis redactam. aliam ab Apostolis traditam. Tertiam, cuius author ignoratur, & solo vsu est roborata, & assignat rationem, quia nisi multa seruarentur, quę nõ inueniuntur in nouo, vel veteri testamento, multa exsufflarentur, quę authoritatem maximam habent in ecclesia, sicut est de signo crucis, & similibus. ¶ Pro pleniori vero intelligentia huius.c. quęrũtur duo super ea, quę tanguntur in glo. ¶ Primo circa consuetudinem signandi nos signaculo sanctę crucis. vtrum signaculum crucis terminai debeat in dexteram, vel sinistrum.

Diuisio.

7 ¶ Secundo, circa consuetudinem orãdi ad orientem vtrum hęc consuetudo sit conueniens.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ signatio crucis debeat in sinistrã terminari sic. Primo fuit dextra man' Christi crucifixa. Secũdo sinistra, ergo cũ signũ crucis sit figura crucifixionis Christi, vr̃ ꝙ debeat terminari in sinistrã, consequentia vr̃ nota, antecedens habetur in glo. super illud ad Ephe.6. vt. possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quę sit latitudo, longitudo, &c. vbi sic dicitur. Crux Christi in latum tensa est à dextra in sinistram, quod dictum est secundũ cõpensationem humani corporis, prius enim crucifixerunt dextram, quam sinistram. ¶ In oppositum arguitur sic. Per sinistram designantur tẽporalia. Per dextrã spũalia: sed spũalia pręferenda sunt tpalibus, vt notum est: ergo terminari debet signaculũ crucis in dexteram, & non sinistrã. ¶ Respondeo, hic dicenda veniunt tria. Primo de figuris, quibus in veteri testamẽto crux Christi figurata fuit. Secũda de vtilitate signaculi sanctę crucis. Tertio de quęsito, quo.s. modo debeat fieri. ¶ Circa primum notandum, † quod inter multa alia crux Christi fuit figurata in signo thau. de quo dicitur Exo.12. quod cum Angelus primogenita Aegypti deberet occidere, præceptum est filijs Israel vt de sanguine agni vtrunque postem linirent in modũ thau literę, quę facta est in modum crucis. ¶ Item secũdo in Ezechiele.9.c. vbi propheta legitur audiuisse Dominum dicẽtẽ ad virum vestitum lineis habentem atramentarium scriptoris ad renes. transi per mediam ciuitatem, & signa thau in frõtibus eorum viuorum dolẽtium, & gementium. Post hęc dixit septem viris. Transite per mediam ciuitatem, & percutite omnem super quem non videbitis thau: nemini parcent oculi vestri. ¶ Tertio figuratur in cãcellatione manus Iacob. super Effraym, & Manasses. Legitur enim Gene.48. ꝙ cum Ioseph applicuisset, Manassem, & Effraym ad Iacob. statuẽs maiorem ad dexteram, & minorem ad sinistram, vt eis secundum ordinem benediceret. Iacob manus commutans in modum crucis cãcellans dexteram posuit super caput Effraym minoris, & sinistram super caput Manasses maioris. Et ita benedixit illis, & hæc de primo. ¶ Circa secundum notandum, 3 ꝙ inter alias optimas virtutes crucis † crux Christi habet quatuor pp quas religiosa, & venerabilis est apud fideles consuetudo, vt signent se signaculo sanctæ crucis. ¶ Prima quidem quod est signum distinctiuum seruorum dei Iesu Christi, vnde Damascenus. hoc nobis signum datum est super frõtem. Per ipsam enim fideles ab infidelibus distamus, & cognoscimur, hoc certe est signum Dei viui, quo signantur serui Dei, de quo

Primũ ar.

Opponit in contrariũ.

Respodet

Damascenus.

imò eis influit propter suam bonitatem, sic iudex principalis non debet iudices secũdarios excludere: nec à suis actionibus excludere, sed eos regulare, & eis influere autoritatem ad sua iudicia peragẽda, quoniam ex multitudine tali decoratur, & declarat Dei bonitas & sapientia. Quæ autẽ sunt declaratiua bonitatis, & sapientia Dei in ecclesia, non sunt ab ea excludẽda, nisi forte ex causa, sicut etiam Deus effectus causarum secundarum ex causa mirabiliter operatur, quia illa superiora per interiora regulari non debẽt, nec ligari, cum potestas iudicaria spiritualis sit supra iudiciariam potestatem temporalem, & lex spiritualis Iudicis supra legem Iudicis secularis: cum vnumquodque reguletur,

2 & mensuretur mensura homogenea: idcirco Iudicia domini Papæ, vt Papa est, ferri debent, & regulari secundũ leges canonicas, & nõ ciuiles. Et ratio huius potest esse, qa cum Papa omnes alios inferiores habeat regulare: & leges suæ etiam sunt aliarum regulatiuæ. Vnde leges Imperiales non dedignantur sacros canones imitari. Idcirco regulatũ cum non debeat vice versa regulam regulare: quia idem esset regula suiipsius, non enim propter suos actus iudicarios debet aliquid nisi secundm rectammensuram ab eo regulatiue procedere. Idcirco concedo, quod Papa non debet iudicare secundum leges Imperiales: sed secundum proprias: veruntamen Papa est homo, & non Deus, sicut Christus. Ideo cum alijs conuenit cum natura humana, q̃ communem habet cum alijs hominibus. Similiter & vnũ Deum communem cum alijs: vnde & Seruus seruorũ Dei est. Idcirco & leges cõmunes habet cũ alijs quibus astringitur, & regulatur: super quas nõ habet potestatem infringendi sed per illas se, & suas leges debet regulare, & istæ sunt leges naturales, & leges diuinæ nobis à Christo traditæ, & declaratæ, quibus, si suæ leges contrariantur, irritæ sunt, & cassæ: & ideo si non debet iudicare secũdum leges iudicum inferiorum: debet, tñ & tenetur iudicare ꝯm leges naturæ. & leges diuinas, & vltra hoc, si sibi placet secundũ suas. Nã ad suas non astringitur. Sicut ergo in speculabilibus videmus: quòd principia inferiorum scientiarum nõ assumuntur à superiori scientia ad iudicandum de suis cõclusionibus: sed ecõuerso, sic etiam regulæ inferiorum Iudicum non assumuntur ad discutiendũ, & diffiniendũ quæstionem pertinentem ad superiorem iudicem: & impertinentem ad inferiorem, verum est tamen, ꝙ sicut scientiæ speciales habẽt aliqua principia communia quibus sua specialia declarantur, & confirmantur, & sic esse potest, & est, quòd leges superiores, & inferiores, & similiter Iudices habent aliquas regulas generales currentes per omnia iura, quibus communiter tam isti, quam illi vtuntur, & secundũ tales possunt iudicare, sed propter hoc superior, si secundũ tales iudicat, non dicetur secundũ leges inferiores iudicare. Similiter sicut modus iudicandi speculatiuè est communis omnibus speculantibus. s. modus resolutorius, qui est modus syllogizandi ex duabus præmissis, quãuis principia sint diuersa in diuersis conclusionibus: sic modus iudicandi secundum allegata, & probata est communis in omni iudicio discussiuo, & diffinitiuo: quãuis ea, quæ allegãtur, & probationes inductæ sint aliæ, & aliæ. ¶ Ad rationes autem in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ verũ est sicut etiam notat Arch. in c. bene distinct. 96. super verbo concepto, ꝙ omnes lege, quæ canonibus non obuiant, intelliguntur esse firmatæ à Papa, & corroboratæ: & ideo si contingit quandoque, quòd super rebus, aut personis ecclesiasticis Papa iudicet secundum leges ciuiles, non iudicat per eas, quia sunt latæ à Principe: sed quia sunt ab ipso Papa confirmatæ secundum Hug. Et ad hoc facit de nou. oper. nun. c. 1. in fi. & de senten. excommuni. in audientia. 15. q. 3. §. cum autem. vnde Papa leges suas dicit. 6. questio. 4. si inter. ¶ Ad secundam potest responderi, sicut ad primã Vel dicitur, quòd quis potest vti legibus alerius, ad tuitionem sui: & non ad ferẽdum iudicium, sicut fecit Paulus in c. præcedenti: cum allegauit se esse ciuem Romanum: erat autem lex, vt nullus ciuis Romanus indemnatus torqueretur. Sic autem Papa vtitur ciuilibus legibus in tuitionem ecclesiæ contra tyrannos, & hæreticos, vt dicitur in præsenti. c. & 23. q. 5. principes. ¶ Ad tertiam patet responsio ex responsione data ad primam: ꝙ Papa vsus est lege illa, non vt erat lata à principe seculari; sed vt approbata ab eo erat, &c. Litera exponitur circa c. cum ad verum. 96. di. vbi plenior continetur.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ

Ad tertiũ

1 *Papa an teneatur seruare leges imperiales aut illis sit solutus.*

2 *Papam solutum esse quacunque lege iusta, & iuste posita potest dupliciter intelligi.*



DE capitulis. Sequitur tertium. c. eiusdem partis partis, & est Leonis Papæ, quarti. Et diuiditur in duas partes. In prima profitetur Papa se seruare: & seruaturu esse, q̃diu vixerit certa capitula imperialia. In secunda facit protestationẽ, ꝙ si quis contrarium dixerit, mentitur. Secunda ibi. Et si fortassis. — Diuisio.

1 Pro pleniori intelligentia huius. cap. ¶ Quæritur †, vtrum Papa teneatur seruare leges Imperiales aut illis sit solutus. Et videtur primo, quòd non teneatur: sed sit illis solutus. Nullus enim tenet̃ seruare leges: nisi eius cuius ꝑtati subiectus est: sed Papa non est subiectus potestati Imperatoris: cum illo sit superior supra cap. certum quarta distin. & inferior non habet potestatem in superiorem. distinct. vigesimo primo, inferior: ergo Papa nullo modo tenetur seruare leges imperiales, sed solutus est illis. ¶ Secundo sic princeps dicitur esse solutus legibus, vt dicit iuris peritus. ff. de legi. leg. princeps. sed Papa est superior quocunque principe seculari: ergo multo amplius videtur, quòd Papa sit solutus legibus secularibus principum. ¶ Tertio sic. Papa est vicarius Christi: sed Christus probabit se liberum esse à lege imperiali de soluendo tributum Matt. decimo septimo ergo & Papa eius vicarius solutus est legibꝰ Imperialibus. ¶ In oppositum videtur argui ex tex. præsentis. capi. in quo Leo Papa profitetur se obseruaturum præcepta Imperialia tum ipsius Lotharij Imperatoris: cui scribit, quam prædecessorum Imperatorum. ¶ Respondeo dicendum: † quòd

2 Papam solutum esse quacunque lege iusta, & iuste posita potest dupliciter intelligi. Vno modo quantum ad vim coactiuam: seu quantum ad condemnationis iudiciũ, cui obnoxij sunt legum transgressores, & tunc sit ista conclusio: quòd Papa omni lege humana posita, siue à se, siue ab alio ecclesiastico, vel seculari est solutus. Patet quia à nulla lege humana potest iudicari iudicio condemnationis. vt in cap. si Papa. distinct. 40. sed à sola lege æterna, secundum quam dicit Apostolus oportet nos omnes præsentari ante tribunal Christi. ¶ Secundo potest intelligi quantũ ad operationis exemplum, vel de honestate, & hoc modo loquendo sit ista conclusio. Papa tenetur seruare leges humanas, quæ iustę sunt, & tanto verius ligatus est omni lege iusta, quanto, verius vicem illius gerit, qui exemplo impleuit, quod docuit. Cępit enim Iesus facere, & docere. act. primo. Vnde dicit Isidorus lib. de summo non. Quod iustũ est principem legibus suis obtemperare: quia tunc iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse reuerẽtiam exhibet. & in cap. iustitiæ. 25 quęstio. prima dicit Be. Grego. Iustitiæ, ac rationis ordo suadet: vt qui à successoribus suis mandata seruari desyderant, prædecessoris sui ꝓculdubio voluntatem, & statuta custodiant. ¶ Ad rationes: Ad primam respondetur, quòd ratio bene probat: quòd Papa non tenetur leges obseruare ciuiles, eo quòd ab Imperatore, seu Principibus quibuscunque secularibus constitutæ sunt, sed quia iustæ sunt quarum obseruantiam qui libet tenetur, vt dicetur in capi. quis autem quarta distinct. ex lege diuina, à qua deriuantur. vel quia ab ipso Papa sunt approbatæ, & confirmatæ, vtpote canonicę equitati consonę, vt dictum est in præcedenti quæstione. ¶ Ad secundam respondetur concedendo, quòd Papa est solutus legibus, sicut & princeps, & multo amplius, est autem princeps solutus legibus, quantum ad vim coactiuam, siue condemnationis iudicium legis transgressoribus debitæ: quia nullus in Episcopum tale iudiciũ põt ferre, si legẽ nõ obseruet, Hoc aũt mõ multo plus summus pontifex est solutus legibus talibus: sicut superius dictũ est. ¶ Ad tertiã rñdet̃, ꝙ non obstante, ꝙ Christus liber fuit à tribunali lege, soluit tamen tributum ad vitandum scandalum inferiorum, sic ipse Papa vicarius eius legem per eum positam, cuiusmodi est canonica, vel confirmatam, cuiusmodi, est ciuilis, seruare tenet̃: ne alij exemplo eius scandalizentur. ¶ [De capitulis.] Dictũ erat Lothario Imperatori, ꝙ Leo quartus non obseruabat q̃dã capitula statuta à se, & ꝑdecessorib. suis. Dicit ergo Leo hoc falsũ eẽ: qa & olim seruauit, & ĩ futuro seruabit,

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit contrariũ.

Resi põdet.

Isidorus.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ

Ad tertiũ

Exponit literam.

uabit, q̃ diu vixerit. [Prædecessorum pontificum.] Loquitur secundum antiqua tempora, quando reges, & principes dicebantur pontifices. vt 21. d. cleros. [In æternum]. i. quandiu vixerimus. [conseruaturos.] ex nimia vtilitate, loquitur hic Papa, non ex necessitate, quia non tenebatur subesse legibus Imperatorum. Similem humilitatem obseruat alibi idem Papa supponens se iudicio Imperatoris. vt in c. nos. 2. q. 7. hæc autem Papæ professio intelligẽda est de capitulis, quæ honesta erant, & canonicæ consonabant æquitati, vt dicit Hug.

1 *Quod contra leges accipitur per leges dissolui meretur.*
2 *Dissoluitur aliquid multipliciter.*


Ides fili. Sequitur. cap. 4. eiusdem partis, breue est, & nõ diuiditur. in quo Io. Papa octauus scribens Ludouico Imperatori ponit hanc regulam, quòd † quod contra
1 leges accipit, per leges dissolui meretur. Pro pleniori intelligentia huius cap. ¶ Quæritur, vtrum hæc regula sit vera. Et arguitur multipliciter, quòd non. Primo sic. Contra legem. n. fit, quòd contrahatur matrimonium post simplex votũ, & tamẽ cõtractum tenet. vt 27. d. si. vir. & c. quidã. ¶ Secundo arguitur de consecratione facta ecclesiæ per episcopum in aliena Diocæsi quę facta tenet quamuis cõtra canonẽ sit facta 7. q. 1. episcopus. ¶ Tertio arguitur de consecratione vasis alieni. quæ fit contra rationem, & tamen facta non dissoluitur. vt 4. q. 6. comperimus ¶ Quarto arguitur de ordinatione clerici inuiti, quæ fit contra canonem, & tamen si facta fuerit valet 74. di. c. vbi. ¶ In oppositum est te. præsentis. c. ¶ Respõdeo hic est multiplex responsio. Prima est, quod text. non dicit dissoluitur, sed meretur dissolui, & ita multa facta tenent licet, quia contra legẽ facta sunt merentur dissolui, si solutio haberet locum. ¶ Secũda, quòd illud meretur dissolui intelligatur sic, nisi tunc dispẽsatio interueniat, vel nisi alia cõstitutio aliter cõstituat. vt 7. q. 1. episcopus in diocæ. & 14. q. 6. comperimus, & sic de aliis.
1 ¶ Tertia responsio est †, quòd dissoluitur aliud multipliciter. Aliquid. n. dissoluitur per pœnę impositionem, vt omne peccatum. Aliquando per repetitionẽ, sicut in vsuris. Aliquãdo per exceptionem 15. q. 6. c. authoritatem. Et ita dicunt, q̃ omne, quod contra legem fit aliquo istorum modorum, meretur dissolui. ¶ Quarta responsio, quæ est Hu. & magis placet Arch. est, quòd hæc regula intelligitur de illis, quæ à iure tantum effectum sortiri debent, sicut est matrimonium, consecratio, emptio, donatio, venditio, & huiusmodi. Et intelligitur tãtum in hoc casu, vbi. s. est perpetua causa prohibitionis, vt, ne filius contrahat cum matre, vel sorore. Et sic tollũtur omnia iura contraria, quæ inducta sunt in oppositum huius regulæ, quia & si non debeant fieri, facta tamen tenent, & conualescunt, quia non habent perpetuam prohibitionẽ. ¶ Quinta potest esse responsio, quæ iudicio melior est, q̃ regula prædicta intelligenda est, de his quæ efficaciam habent ex institutione humanæ legis, non autem in illis, quæ pendent ex actione sacramentali, quæ originem habet ex institutione diuina, de quibus argutum est in contrarium regulæ, & ita rationes illæ non procedunt. Litera patet ex dictis.

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Opponit & Respõ. Prima responsio. Secunda — Tertia — Quarta — Quinta

1 *Leges principum, & patrum regulæ non sunt contemnendæ.*
2 *Leges principum, siue humanæ an imponant homini necessitatem in foro conscientiæ.*
3 *Leges qualiter dicantur iustæ.*
4 *Contemnens leges iustas, & præceptorias peccat.*


Vis autem. Sequitur quintum. c. eiusdem partis, & est Gelasii Papæ, cuius breuis conclusio est absque aliqua diuisione, † quòd leges Principum, & Pa-
1 trum regulæ contemnendæ non sunt. Pro cu-
2 ius pleniori intelligentia. ¶ Quæritur, vtrum † leges principum, siue humanæ imponat homini necessitatem in foro conscientiæ. Et arguitur, quòd non. Primo sic inferior potestas non potest ponere legem in iudicio superioris, potestatis, sed potestas hominis, quæ facit legem humanam est infra potestatem diuinam, ergo lex humana non potest ponere legem, quantum ad iudicium diuinum quod est iudiciũ conscientiæ. ¶ Secundo, Iudicium conscientiæ maxime pendet ex diuinis mandatis, sed quandoque diuinis mandata euacuantur per leges humanas secundum illud Mat. 15. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras, ergo lex humana non imponit necessitatem homini quantum ad conscientiam. ¶ Tertio, leges humanæ frequenter ingerunt calũniam, & iniuriam hominibus secundum illud Esa. 10. Vę qui condunt leges iniquas, & scribentes in iustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent animę humilium populi mei. Sed licitum est vnicuiq; oppressionem, & violentiam euitare, ergo leges humanæ nõ imponunt homini necessitatem quantum ad cõscientiam. ¶ In oppositum est, quod dicitur. 1. Petri. 2. hæc est. n. gratia, si propter conscientiam sustineat quis tristitias patiens iniuste: secundo videtur esse te. c. præsentis. cum gl. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Th. in 1. secundę. q. 96. ar. 4. q̃ leges positę humanitus, vel sunt iustæ, vel iniustæ. Si quidem iustæ sunt, & detur sub forma præcepti habet vim obligandi in foro cõscientiæ à lege æterna, à qua deriuantur secundum illud prouer. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. † Dicun-
3 tur autem leges iustæ, & ex fine, quando. s. ordinantur ad bonum commune, & authorem, quando. s. ex lata non excedit potestatem ferentes, & ex forma, quando secundũ æqualitatẽ proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonũ commune. Cum. n. vnus homo sit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipsum, quòd est, & quod habet est multitudinis. sicut, & quælibet pars id, quod est, totius, vnde & natura aliquod detrimentum infert parti, vt saluet totum, & secundum hoc leges hmõi onera proportionabiliter inferentes iustæ sunt, & obligantes in foro conscientiæ, & sunt leges legales, iniustę autem sunt leges dupliciter. Vno modo per contrarietatem ad bonum humanum, e contrario prædictis, vel ex fine, sicut cum aliquis præsidens leges imponit onerosas subditis, non pertinentes ad vtilitatem communem, sed magis ad propriam cupiditatem, vel etiam ex authore, sicut cum aliquis legem fert vltra sibi commissam potestatem, vel etiam ex forma, puta cum inæqualiter onera multitudini dispensantur, etiam si ordinentur ad bonum cõe, & huiusmodi magis sunt violentiæ, quam leges, quia sicut Aug. dicit in li. de li. ar. lex esse non videtur, quę iusta non fuerit, vnde tales leges non obligant in foro cõscientię, nisi forte propter vitãdum scãdalum, vel turbationem, propter quod etiam homo debet iuri suo cedere secundum illud Mat. 5. Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo alia duo, & qui abstulit tibi tunicam da ei, & pallium. Alio modo leges possunt esse iniustę per contrarietatem ad bonum diuinum, sicut leges tyrannorum inducentes ad idololatriam, vel ad quodcunq; aliud, qđ sit contra legem diuinam, & tales leges nullo modo licet obseruare, quia sicut dicitur Act. 4. Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. ¶ Ad rationes in oppositũ dicendum. Ad primam respondetur, quòd sicut apostolus dicit ad Roma. 13. Omnis potestas humana est à Deo. Et ideo qui potestati resistit in his, quæ ad ordinem potestatis pertinent, Dei ordinationi resistit, quia secundem hoc efficitur reus quantũ ad conscientiam. ¶ Ad secundam dicendum. quòd ratio illa procedit de legibus humanis, quę ordinãtur contra Dei mãdata, & ad hoc ordo potestatis non se extendit, vnde in talibus legi humanæ non est parendum. ¶ Ad tertiam dicendũ quòd ratio illa procedit de lege, quę infert grauamen iniustũ subditis, ad quod etiam ordo potestatis diuinitus concessus, non se extendit, vnde nec in talibus homo obligatur, vt obediat legi, si sine scãdalo vel maiori detrimẽto resistere possit vt dicit S. Th. ¶ [Quis autem] Hoc capitulum habetur infra d. 54. quis autem. [regulas]. i. constitutiones, quę de fidei articulis, & ecclesiasticis dispositionibus loquuntur. [Admonitiones paternas]. i. patrum antiquorum quę de moribus in-
4 struũt. [qui cõtemni putat] ar. † quòd qui contemnit leges iustas, & pręceptorias, peccat. Non tamen omnes peccant, qui non parent legibus, vbi de consilio loquuntur. 14. q. 1. quisquis: differentia. n. est inter non parere, & contemnere. secundum est grauius primo, pro quo vide notata. 2. q. 7. Metropolitanum. in glo. ex contemptu.

Primũ ar. — Secundũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit contrariũ. Respõdet. — Ad primã arg. — Ad secũdũ — Ad tertiũ. — Exponit literam.


Ertum est. Sequitur. 6. c. eiusdem partis & est eiusdem Gelasij Papæ ad Theodoricum Imperatorem. Breue est, non diuiditur. Sententia talis est quòd dignetur Imperator, vt leges suas in laicorũ negotijs diffiniẽdis obseruari pręcepit, in negotiis etiã clericorũ vbi reperiuntur canonibus non dissonare, & in fauorem esse ecclesię velit obseruari, hoc ĩ augmẽtũ glorię suę de hac legũ obseruãtia satis disputatũ est in supioribus. c. & aliqđ disputabitur in sequẽti. ¶ [Certorũ hoĩm] secularium, siue laicorũ multo magis

Exponit literam.

nis,quæ eſt contra legem diuinam,vel naturalem, & actus ex illa procedens neque minuit peccatum,nec excuſat,ſed auget,vt dicitur.24.q.1.ſchiſma. vnde ext.de conſue,c.vlt. dicitur,tanto ſunt grauiora peccata, quanto animam infœlicem diutius detinent alligatam,& de tali cōſuetudine ſit
5 iſta concluſio. Conſuetudo talis mala eſt omnino abijciēda,quæ concluſio expreſſe habetur in ca.mala.§.diſt.8.vbi multipliciter probauimus prefatam concluſionem.Cōſuetudo bona dicitur, quæ non eſt contra legem diuinam,vel naturalem,aut humanam, ſed habet in ſe aliquam rationē boni, & ita de tali conſuetudine ponitur talis concluſio.
4 Quod ſi conſuetudo ſit generalis eſt generaliter ab omnibus obſeruanda,ſi vero particularis.ſ.in aliquo loco in illo ſeruari debet.Patet ex c.præſenti, & quaſi ex omnibus.ca. præſentis diſtinctionis,vnde & mater domini voluit ſeruare laudabilem conſuetudinem Iudæorum, quæ erat,ꝙ in feſtis eorum irent ad templum Hieruſalem etiam mulieres,lex quidem per hoc mandabat maſculis, dicens Exod. 12.Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum in cōſpectu meo, ſed etiam mulieres ibant non ex lege, ſed de more,vnde dr Luce.2.Cum factus eſſet Chriſtus annorū. 12.aſcendentibus parentibus eius in Hieruſalem ſecundū conſuetudinem diei feſti, &c. Et eſt peccatum agere contra huiuſmodi conſuetudines, ſicut contra leges ſcriptas, ſicut patet in præſenti c.vnde Augu.in libr.de baptiſmo,& habetur in.c.fruſtra.§.diſt.8.Plane verum eſt,quia ratio,& veritas conſuetudini præferenda eſt,ꝙ ſi conſuetudini ratio ſuffragatur.nihil oportet firmius retinere. Tertia conſuetudo,quæ dicitur dubia,an ſit obſeruanda.quod præcipue habet locum,quando eſt contraria alicui humano iu-

Auguſt.

5 ri.De hac conſuetudine ponitur talis concluſio.†Conſuetudo dubia non eſt obſeruanda,antequā examinetur, vtrū ſit obſeruanda,quoniam,vt habetur in.c. conſuetudinis.§. e.di.licet conſuetudines, vſuſque longæui non ſit vilis autoritas,verumtamen non vſque adeo ſui momento valitura,vt aut rationem vincat,aut legem ſcriptam. Ad hoc nō valeret videre,qñ conſuetudo tollat legē & qñ nō. Pro quo notat ſummatim.hic Hen.Boyc.ſuper.c.vl.de conſuetudo qa aut cōſuetudo præcedit legem,vt lex ſequit.i.conſtituitur poſt ipſam.Aut contra lex præcedit conſuetudinem & conſuetudo ſequitur. Si igitur conſuetudo præcedat legē, tunc aut conſuetudo eſt generalis,quæ.ſ.per totum orbem ſeruatur,aut eſt localis,& particularis,quæ ſeruatur in vna ciuitate, vel regno,& non in alio. ſi conſuetudo generalis eſt, tunc lex noua ſuperueniens ſibi contraria, præiudicat,& eā abrogat, ſeu derogat,licet de ipſa non faciat mentionem.ar.de conſti.licet.li.6. ibi.ſ.locorum,& perſonarū ſingularium,&c.à contrario ſenſu hæc ibi notat Ioan. An. quia illud,quod communiter tenetur, princeps non præſumitur ignorare.vt.ff.de teſta.mili.l.cōmuni. Et quia alias talis lex generalis nihil operaretur,quod non eſt dicendū, ar.19.di.ſi romanorum.Si vero conſuetudo eſt localis, ſiue particularis,tunc aut lex ſuperueniens habet clauſulam derogatiuam conſuetudini, videlicet vel expreſſe improbando conſuetudinem inducendam, vel ſimpliciter contrariam conſuetudinem tollendo,quia tunc intelligitur de inducta, & inducenda in futurum, & tunc lex tollit ipſam conſuetudinem, vt de vſu.quamquam.li.6.Et ita intelligit Bar.illa m.l.de ſep.vio.l.3.§.diuus.de fide inſtru.paſtoralis. Et Arc.& Io.And.de conſti.c.1.li.6. Aut non habet clauſulam derogatiuam contra conſuetudinem inductam,& tūc non tollit eam vt notat Inno.& eſt hodie expreſſum.de cōſti.c.1.li.6. fallit vbi conſuetudo localis eſſet ſecundum ius commune contrarium ſecundo iuri,vt notant Ioan.And.e. de conſtit.c.1.& Arc.de fi.preſ.c.1.lib.6.Si vero lex pręcedit conſuetudinem, & conſuetudo ſequitur, tunc aut lex præcedens habet clauſulam derogatiuam conſuetudini,vt quia prohibet in futurum contrariam conſuetudinem introduci, vel tollit ſimpliciter contrariam conſuetudinem, vt dictum eſt, & tunc præiudicat conſuetudini ſequenti, ita,ꝙ conſuetudo ſequens non valet vt. C.de vſuris. l. eos. de conſuet.c. non putauimus,li.6. ſecundum Io.Anr. Sed Petrus de Ancha.dicit,ꝙ licet tollat conſuetudinem inductam,tamen ſi conſuetudo contra legem duret,ita vt ſit pſcripta,& non irrationabilis adhuc tollet talem legem,Ioānes de imola, in cle. dicit in aliquibus habere locum dictū Ioan. And.in aliquibus alijs dictum Petri.Si autem prædicta lex non habet clauſulam derogatiuam conſuetudini,

Henricus Boyc.

Bartolus.

Petrus de ancharan.
Io.de Imo.

tunc aut eſt rationabilis,aut irrationabilis, Si irrationabilis,tunc non tollit legem.Et dicitur irrationabilis,vel quia eſt cōtra ius,per quod læditur ordo iudiciarius,vt eo.tit. ad noſtram, vel quod dirumpitur eccleſiaſtica diſciplina, vt eo.tit.cum inter,vel quia eſt onerosa eccleſijs eo.tit.c.1. vel quia eſt contra publicam vtilitatem communem,& talis conſuetudo non derogat canoni,vel legi.vt.§.di.8.mala conſuetudo,& eſt ratio,quia ſicut iuramentū non eſt vinculum iniquitatis,nec debet admittere peccata, alias non valet,vt 20.q.4.inter cætera, ita nec priuilegium,nec conſuetudo,nec conſtitutio,nec præſcriptio, nec etiam appellatio ſecundum Hoſt. Ad hoc concor. quod nota Hoſt.& Ioan.An.de elec.venerabilem.dicentes,ꝙ conſuetudo, vel ſtatutum,ꝙ committēs furtum,vel homicidium, vel ſimile crimen,in pecunia tantum puniatur,ſint irrationabilia, nihil aliud eſt,quam homines venalitati exponere,vel incitare homines ad committenda peccata, tales.n.non timent pœnam pecuniariam, qui timerent ſuſpendium. vel aliam mortem.Illa ergo non ſunt tenenda,neque ſeruāda. de offi.ordi.dilectus.& c.ſi.dicit etiam Hoſti.in ſumma de pe.& re.§.quibus,& qualiter,ꝙ contra peccati correptionem non currit præſcriptio,vel conſuetudo, vel diſſuetudo.Si autem conſuetudo ſit rationabilis, tunc aut eſt præſcripta,aut non præſcripta. Si præſcripta tunc derogat iuri poſitiuo,& etiam iurigentium,vt de conſue.c.vlti.Et cū generalis eſt cōſuetudo tunc generaliter vbique derogat, vt.ff.de legi.l.de quibus.§.inueterata.Si vero ſit particularis conſuetudo,vel localis,tunc in illo loco tantum conſuetudo tollit legem,ſic loquitur lex.ff.communia præ.l. venditor,&.§.ea.di.conſuetudinis. Si autem non eſt præſcripta conſuetudo,tunc non derogat legi,vt in.c.Cumana.de elec. Et hoc etiam expreſſe dicitur de conſuet.c. vlt.dicit etiam Hoſ.ꝙ quæ ſit conſuetudo rationabilis, vel non relinquitur conſilio iudicis,& idem in gl.in ca.1. de conſtit. Idem etiam dicit, ꝙ cōſuetudo,quæ eſt contra votum,vel religionem non valet,nec tollit legem de ſtat.mo. cum ad monaſterium.Idem dicit,ꝙ lex, vel canon continens præceptum ,vel prohibitionem non poteſt tolli per conſuetudinem.Quod tamen non videtur verum ſimpliciter. Sed de his,quæ comprehendunt præceptum, vel prohibitionē legis diuinæ non autem in pure poſitiuis. Nam rogationes, quo ad ieiunium, & quo ad feriandum ponuntur in præcepto de conſec.diſt.3.rogationes. Et tamen ab omnibus dicitur præceptum illud eſſe abrogatum per contrariā conſuetudinem.Item ſicut legem,& ſi non generalem, tamen ſpecialem poteſt ſibi facere vnuſquiſque populus. Et in hoc dicitur Princeps conſentire, licet etiam poſsit illam ignorare. Eadem ratione poteſt ſibi conſuetudinem facere particularem, & rationabilem,quia Princeps nunquam vult facta rationabilia impedire,ſed potius approbare.Et quantum ad conſuetudinem generalem,vel particularem introducendam credit Henricus prædictus,ꝙ ſcientia præſumpta, & tolerantia principis ſufficiat inducens gl.Bart.Brixien.diſti.4.§.leges,ꝙ conſuetudo rationabilis præſcribi poteſt ſine ſcientia principis, licet Ioan. & Inno. & Hoſt.& Archid.contrarium videantur ſentire,ſed male dicit Henr.& prima opi.magis approbat.¶Circa ſecūdum
6 notandum,†ꝙ conſuetudo[a] bona plures habere dicitur virtutes,quarum.5.aſsignantur ab Hoſt.in ſumma. Vna eſt,ꝙ eſt inductiua iuris ſiue ſuppletiua , vbi lex, ſiue ius ſcriptū deficit,vt in c.conſuetudo.di.1.& hic,& extra de conſue.c. olim.cum ibi notatis.Secundo habet virtutem interpretādi legem,ſiue ius dubium.extra de conſue.cum dilectus.ff. eo.ſi de interpretatione. Tertio habet virtutem roborandi ius.extra de elec.cum eccleſia. Quarto habet vim obligandi,ſi ſit longeua.c.conſuetudinis, & in.c.in his.§.ea.di. Quinto habet virtutem abrogandi, & derogandi, iſta.n. differunt.ff.de verb.ſignifi.derogatur.Nam abrogatur ius, quando prorſus tollitur, ſed ipſi derogatur, quando pro parte tollitur,vn de conſuetudo aliquando abrogat,aliquādo derogat, ſecundum ꝙ conſuetudo eſt vniuerſalis, vel particularis.ff.communia prædi.l.venditor.§.cōſtat.&.ff. de legibus.l. ſi idem.Sexto habet virtutem præſumptionē inducendi in dubijs,cui ſtatur, niſi forte contrarium probaretur. extra de præſump.ex ſtudijs,&.c.mandata.¶ Circa tertium articulum notādum,ꝙ vt Arc.ponit in præſen-
7 ti.c.†conſuetudo,parificatur, ſiue aſsimilatur legi in multis,de quibus hic aliqua memorabuntur. Primo quidem

in nouo

Hoſtienſis
Ioā. And.

Henricus Boyc.

a ¶ Cōſuetudo. Cōſuetudo ēt recēs tollet priorem l. mel.§. 1.ff. de alim. & ciba. legatis. Bal.1.c. ſi de his q ſeu. dare pᵹ ſ.& qualiter intelligatur vide ibi per eum.

in nouo iure constituendo in his,in quibus ius statutũ non est,& consuetudo introducta est.ff.de iusti.& iure.l. oẽs populi.instit. de iur.natural.gent.& ciuili.§.ex non scripto.ff.
8 de legi.l.diuturna.¶ † Secundo assimilatur in interpretatione,quia sicut vna lex interpretatur aliam, ita consuetudo interpretatur legem, vt. ff.de legi.l. si de interpretatione,& lege minime.extra de consue.cum dilectus filius extra de sepul.certificari. ¶ Tertio assimilatur,quia sicut in iure scripto proceditur de similib.ad similia,ita, & in iure consuetudinario.ff.de legi.l.de quibus.extra,de consuetu. super eo.¶ Quarto,in hoc,ꝙ sicut lex dat certis personis potestatem eligendi,ita & consuetudo.extra,de postu.bonæ me. de obe. venerabilem.&.c.cumana.&.c. quærelam. ¶ Quinto in hoc,ꝙ sicut ius canonicum,& ciuile attenditur in electionib.ita & consuetudo.extra,de cõcef.preben. ex parte astensis.¶ Sexto,ꝙ sicut datur immunitas à lege, ita & à consuetudine alicuius officij, vel collationis.ff.de iure immu.l.semper.§.leges.¶ Septimo in hoc,ꝙ sicut lex, derogat consuetudini,ita consuetudo legi.ff.de sepul. vio. l.3.§.diuus.ff.de legi.l.de quibus.§.vlt.in fi.¶ Octauo sicut lex derogat legi , ita consuetudo posterior derogat priori in eodem municipio,tamen secus in diuersis,vt di.12. scit sancta.¶ His habitis,dicendum est ad rationes factas in oppositum primi articuli.¶ Ad primam respondetur,negando consequentiam,quoniam lex naturalis,& diuina procedunt à voluntate diuina. Cõsuetudo à voluntate humana, & ideo non potest mutari per consuetudinem procedentem à voluntate hominis , sed solum per autoritatem diuinam mutari potest . Et inde est , ꝙ nulla consuetudo vim obtinere potest contra legem diuinam,vel naturalem, dicit.n.Isidorus,& habetur.s.cod.dist.c.1.vsus authoritati cedat,& vsum prauum lex, & ratio vincat . ¶ Ad secundam respondetur negando minorem,dicimus.n.vt dicit S. Th. ꝙ leges humanæ in aliquibus deficiunt , vnde possibile est quandoque præter legem agere in casu,in quo deficit lex, & tamen actus non erit malus, & cum tales actus multiplicantur propter aliquam mutationem hominum,tunc manifestatur per consuetudinem, ꝙ lex vlterius vtilis nõ est, sicut etiam manifestaretur, si lex contraria verbo promulgaretur.Si autem adhuc maneat ratio eadem, propter quã prima lex vtilis erat,non consuetudo legem , sed lex consuetudinem vincit,nisi forte propter hoc solum inutilis videatur , quia non est possibile secundum consuetudinem patriæ, quę erat vna de conditionibus legis,difficile.n.est consuetudinem multitudinis remouere.¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam . Pro quo notandum iuxta.S.Thom.vbi supra,ꝙ multitudo, in qua consuetudo introducitur duplicis conditionis esse potest.Si.n. sit libera multitudo,quæ possit sibi legem facere, plus est consensus totius multitudinis,quem consuetudo manifestat,quã autoritas principis,qui non habet potestatem condendi legem, nisi inquantum personam multitudinis gerit , vnde licet singulæ personæ non possint condere legem,tamẽ totus populus legẽ condere potest.Si vero multitudo non habeat liberam potestatem condendi sibi legem à superiori potestate positam remouendi , tamen nihilominus ipsa consuetudo in tali multitudine præualens,obtinet vim legis,inquantum per eos toleratur, ad quos pertinet multitudinem legis imponere.Ex hoc.n.ipso videntur approbare,quod consuetudo induxit.Sequitur tex.¶ [In his diuina scriptura].s.veteris,& no.test.[mos].s.di.1.mos. [Instituta.] siue sint scripta,siue non.[pro lege.]dum modo ratione vtantur,vt dist.1.consuetudo,& dist.8.frustra, vnde dominus ait apostolis pro ecclesia. Qui vos audit,me audit, qui vos spernit,me spernit.Lu.10. Qui.n.contemnunt consuetudiues ecclesiæ,delinquunt in lege matris suæ,quæ est ecclesia, & contemnunt Christum in ea.Et hoc Apostolus reprehendit.1.ad Cor.10.dicens. Aut ecclesiam Dei contemnitis.[Consuetudinum.]secunda pars ecclesiarum vniuersalium , siue particularium præsertim de celebratione diuinorum officiorum. Hug.illis.n.temporibus non erat scriptura compræhensum,qualiter diuina officia essent celebranda.Hu.& est ar..ꝙ non licet alicui venire contra cõsuetudinem bonam,sicut,nec cõtra ius commune,& ꝙ ita puniendus est transgressor consuetudinis , sicut trãgressor legis communis.ar.1.q.7.si quis omnem &c.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ

Ad tertiũ

Exponit literam.

1 *Ecclesia catholica tribus regitur.*

2 *Autoritas tam scripturę sanctę, quam canonum vniuersalium conciliorum,& decreta summorum pontificum ad totam ecclesiam se extendunt.*



Catholica. Sequitur.4.ca.eiusdem partis , & est beati Augustini in
1 lib. de fide christiana.Summa eius est,†ꝙ ecclesia catholica tribus regitur, videlicet aut authoritate diuinarum scripturarum,aut traditione vniuersali.s. sanctorum patrum regulis,videlicet sacrorum conciliorum canonibus,siue decretis summorum pontificum, aut traditionibus particularibus,videlicet consuetudinibus,aut legibus particularibus. Breue est non diuiditur. Non occurrit hic aliquid discutiẽdum pertinens directe ad materiam istam.Tex.¶[Existere],i.gubernari,siue regi,scripturarum vete.vel nou.testa. [traditio vniuersalis].s.sacrorum cõciliorum, vel patrum. [instructio].i. cuiussis ecclesiæ cõsuetudo.Hu.[Sed autho
2 ritatem.]†quia authoritas tam scripturæ sanctæ,quam canonum vniuersalium conciliorum,& decreta summorum pontificum ad totam ecclesiam se extendunt. [priuatis].i. particularibus,quibus pro locorum varietate particulares ecclesiæ reguntur & gubernantur.

Exponit literam.

1 *Autoritas ecclesię quinque notatur firma,& maxima.*



Palam autem. Sequitur.5.capi. eiusdem partis,& est eiusdem Augustini , in libro contra Manichæos, quia.n. magister Gratianus in superioribus tamen c.ecclesiasticarũ, quam in c.immediate præcedenti fecerat mentionem de autoritate consuetudinis vniuersalis ecclesiæ , hic prosequitur de eadem dicens,ꝙ eius autoritas plurimum valet ad certitudinem in rebus dubijs. Et potest diuidi in duas partes. In prima facit,quod dictum est. In secunda quasi assignãs rationem,quare tantum valeat in dubijs dissoluendis,ponit aliqua,quibus firmatur,siue ostenditur autoritas ecclesiæ magnæ virtutis esse.Secunda ibi . Quæ ab ipsis.¶ Pro pleniori intelligentia huius.c. quia Iuristæ glossatores non respicientes dicta sanctorum in originalibus,ad alium sensum sepe exponunt illa,quam ip si sancti habuerint in illis. est notandum,ꝙ authoritas ecclesiæ vniuersalis tantæ virtutis,aut firmitatis est,vt merito omnes illi caput inclinẽt, & eius vinculis teneantur astricti , ex multis quorum aliqua ponuntur in præsenti. c. quæ cum quibusdam alijs idẽ Augustinus ponit in li.contra epistolam Fundamenti , ita dicens, vt ergo omittam sapientiam quam in catholica ecclesia vos hæretici non creditis , multa sunt alia , quæ in eius gremio me iustissime tenent,tenet,nanque consensio populorum, atque gentium,tenet authoritas miraculis inchoata,spe nutrita,charitate aucta,vetustate firmata,tenet ab ipsa sede Petri,cui pascendas oues suas post resurrectionem commendauit, & vsque ad præsentem Episcopatum successio sacerdotum . Tenet postremo ipsum catholicæ nomen , quod non sine causa inter tam multas hæreses sic
1 ista ecclesia sola obtinuit,hæc Augustinus.¶†In quibus bene intellectis,quinque notantur,quæ autoritatem ecclesię catholicæ firmant , & maximam eam esse probant.Primũ enim est consensus multorum populorum,vt enim dicit idem Augustinus libr.de doc.christiana , & habetur infra, distin.19.ca.in canonicis, Idem,quòd ab omnibus recipitur ecclesijs præponendum est scripturis,quas quidam recipiunt.¶Secundum est magnitudo,& excellentia diuinorum miraculorum factorum in ecclesia,iuxta illud Marci vlti.Sermonem confirmante, sequentib. signis.¶ Tertium est antiquitas eius,longęuę enim cõsuetudinis,inquit Augustinus supra in ca.consuetudinis.eap.distinctio, non est vilis autoritas , sed[supple magna .¶ Quartum est continuatio successionis summorum pontificum in sede apostolica,cuius plena est autoritas,vt supra.ead.dist.cap. consequens,& in qua etiam semper immaculata mansit religio christiana.24.quæst.prima in sede. ¶ Quintum est singularitas nominis,quia inter omnes hominum congregationes nomen ecclesiæ catholicæ ipsa fidelium ecclesiam merito obtinuit.Texr.¶ [Ad fidem.]scilicet astruendam, vel ad fidem,id est probationem , & certitudinem faciendam .[catholicæ.]id est vniuersalis,vel catholicæ,id est, ratione ecclesiæ , quæ etiam vniuersalis dicitur, vniuersalitate præsidentiæ,

Continuatio.

Diuisio.

Aug.

Exponit literam.

te præsidentiæ, & autoritatis, qua cunctis ecclesijs magistra est, vt in c. quamuis, & in c. denique. distin. 11. Ad cuius autoritatem recurrendum est in dubijs, vt distincti. 20. de libellis, & de quibus, & capit. quoties. & cap. hæc est fides. 24. quæst. 1. [Quæ] scilicet autoritas, secunda pars. [firmatur.] scilicet [tum ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum] id est à tempore Apostolorum, qui fuerunt fundamenta ecclesiæ. Hug. ad hoc. extra, de elec. fundamenta. li. 6. Tum etiam feriẽ succedentium Episcoporum. s. in sede apostolica. Tum etiam consensu tot populorum, de istis dictum est supra.

1 *Recedere non licet ab institutis, siue regulis Apostolicis, siue constitutionibus romanæ ecclesiæ.*

2 *Statuta Apostolicorum sunt seruanda, vt statuta Petri.*



Oc autem. Sequitur. 6. capi. eiusdem partis, & est Leonis papę, Summa est, † quòd non liceat ab institutis, siue regulis apostolicis, siue consuetudinibus Rom. ecclesi. recedere. Et diuiditur in duas partes. In prima exortatur ad id, quod dictum est. In secunda minatur pœnam transgressoribus. Secunda ibi. Quia multum esse. Nihil hic disputandum occurrit præter iam superius posita. [vlterius]. Ex iteratione enim delicti grauius delictum esse censetur. [negligendas] id est contemnendas, † sic enim statuta Apostolicorum sunt seruanda, vt statuta Petri. vnde nulli liceat ea contemnere, vel contra ea agere distin. 19. sic, & ca. enim. & c. nulli Hugo. &c.

Diuisio. Exponit literam;

1 *Petrus solus, siue eius successores, quòd fundauerint ecclesias, docuerunt populos in Italia Hispania, &c. an sit verum.*

2 *Paulus an prædicauit in Italia, & Hispania.*



Vis nesciat. Sequitur septimum. cap. huius partis, & est Innocentij papæ, in quo Innocentius Papa rescribens Arentimo episcopo, qui consuluerat eum super quibusdam capitulis de celebratione diuinorum officiorum, & ritu sacramentorum, dicit, quòd in talibus generalis consuetudo ecclesiæ Rom. est tenenda ab eo, & potest diuidi hoc. capi. in tres partes. In 1. ponit, quod ab omnibus seruari debeat quod Romana ecclesia seruat in talibus. Secundo assignat rationem huiusmodi. Tertio condescendit ad petitionem præfati episcopi in mittendo ei consuetudines ecclesię Roma. licet ipse episcopus prius nouerat illas: secundum ibi. Præsertim cum sic. Tertium ibi. Cum sæpe. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. cap. circa rationem, quam inducit Innocen. quòd consuetudo ecclesiæ Roma. ab omnibus debeat obseruari, quia videlicet solus Petrus prædicauit in
1 Itatia, Hispania, &c. ideo. ¶ Quæritur, † vtrum hoc sit verum, scilicet, quòd solus Petrus, siue successores eius constituerint sacerdotes, fundauerint eeclesias, docuerint populos in Italia Hispania, &c. arguitur quòd non, Primo sic. Paulus videtur prædicasse in Hispania, vt videtur colligi ex epistola sua ad Rom. vbi ait. Cum in Hispaniam proficisci cæpero, & tamen fuit alius Apostolus à Petro, nec fuit successor eius. ergo falsum est, quod hic dicitur. ¶ Secundo arguitur ex actibus Apostolorum, vbi. capi. vlti. legitur Paulum biennio Romæ, quæ est in Italia fuisse, & disputasse, & docuisse ibidem. ¶ Tertio idem videtur de Barnaba, qui etiam gentibus prædicauit, sicut colligitur, ad Gal. secundo. ¶ In oppositum est text. præsentis. cap. ¶ Respondet dicendum iuxta magistrum Nicolaum de lyra, qui mouet hanc quæstionem super epistolam ad Roman. circa finem. 15. capi. quòd verum est, quod dicit Innocen. in hoc decreto, sic intelligendo illud, quòd videlicet nullus prædicauit, vel ecclesias fundauit in dictis Prouincijs, nisi Petrus, vel alij ordinatione, & permissione ipsius, & hoc modo Paulus in Hispania, & Italia prædicauit, & ita de Barnaba dicendum est, quòd ex ordinatione Petri factum est, vnde ad Gal. secundo. dicit Paulus, quòd Iacobus Cephas, & Ioannes, qui videbantur esse columnę dederunt mihi, & Barnabæ dexteram societatis. gloss. prima consenserunt in societatem mihi, & Barnabæ, vnde sicut omnes fideles obediebant Petro in circuncisione, id est in ecclesia Iudæorum, ita omnes gentes, quæ conuersæ fuerint ad Christum obediãt

Diuisio Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit & Respõd.

Barnabæ, & Paulo. Item hoc idem Leo Papa scribens Dyoscoro Alexandrino episcopo testatur in cap. quod die dist. 75. vbi dicit, quòd Apostoli, inter quos maior erat Petrus ex Spiritus sancti præcepto Paulum, & Barnabam ad euangelizandum gentibus miserunt prædicandum, recipiens hoc ex illo Actuum. 13. vbi dicitur, dixit illis spiritus sanctus. Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Sequitur, ieiunantes, & orantes imponentes eius manus, dimiserunt illos. Ex quibus etiam patet responsio ad argumenta. Litera. ¶ [Superinduci.] aliquid, quod sit contrarium vniuersali consuetudini Rom. ecclesiæ, vel quod sit contra principatum, & priuilegium
2 Roman. eccl. Hug. [Petrus.] secunda pars, † vel aliquis ab eo missus, quod dicitur propter Paulum, de quo dictum est in quæstione de licentia Petri, prædicauit in Italia, & Hispania, si ibi prædicauit, quia de hoc sunt opin. licet in cap. beatus Paulus. 22. quæst. secunda, videatur Pelagius papa dicere, quod non fuerit in Hispania. [Peregrinis] id est, extraneis, non canonicis, non authenticis, non à Roma. eccl. approbatis. [Sæpe] tertia pars. [teneat] scilicet Rom. eccle. ad informationem, scilicet, quo ad ea, quæ ibi. nunquã instituta fuerunt, sed prætermissa erant, vnde sequitur [si prædecessores.] & [dico certum satis haberẽ, nisi dixisses] id est vtile iudicasses. [Nos, &c. idcirco.] sad maiori non scilicet, quòd tu primo non scires, aut tua autoritate non posses, sed vt maiori autoritate, & vigore, & audacius possit illud facere, & vt scandalum vitet, & securius agat, quia speciale, cum generali magis cogit, quam solum generale, & solet plus timeri, vt distinctione. 23. quamquam, vel si non potes eos cogere, vel non vis propter scandalum [non differas iudicare] denuntiando nobis, non accusando, quia non fit per scriptum accusatio. 2. quæstio. vlt. per scripta, &c. sequitur dist. 12.

Exponit literam

1 *Nouitates aut consuetudinem aliam inducere, quam ecclesia Romana obseruat sine rationabili causa non conuenit.*

¶ Distinctio Duodecima.



Vod absque. Sequitur distinc. 12. in qua magister Gratianus adhuc prosequitur, quæ inceperat tractare in præcedenti distinctione per alias adhuc autoritates ostendens consuetudinem esse seruandam, quę non iuri naturali, vel constitutioni aduersa: & diuidi potest hæc distinctio in quatuor partes. In prima quia dixerat in superiori capi. quòd non licebit recedere à consuetudine ecclesiæ Romanæ, ne hoc absolute intelligeretur, hic declarat quomodo sit accipiendum, & dicit quòd hoc verum est absque discretione, sed cum discretione aliquando secus fit. Et ad hoc probandum inducit duo. cap. sequentia. In secunda parte reuertitur Gratianus ad propositum suum, ostendens, quòd consuetudo, quæ non obuiat iuri naturali, vel constitutioni est seruanda. In tertia parte ostendit, quòd consuetudo onerosa sit reprobanda. In quarta, quòd in celebrandis officijs consuetudo est seruanda, quæ in Metropolitana ecclesia seruatur. Secunda ibi, scit sancta. Tertia ibi. Hoc autem de consuetudine. Quarta ibi. In cap. de his. Hoc cap. breue est.
1 Conclusio eius est. † Nouitates, aut consuetudinem aliam inducere, quam Roma. eccle. obseruat sine discretione, id est sine causa rationabili non conuenit. Nam si discretio iustitiæ hoc dictet, tunc licet, quia consuetudo Romana, seu alia non intendit obligare ad sui obseruantiam contra discretionem iustitiæ, quia hoc esset contra rectam rationẽ, in qua discretio iustitiæ fundatur. Contra autem rationem nemo sobrius sentit vt dicit Augustinus quarto de trinitate.

Diuisio.

2 *Summum pontifex est caput totius ecclesiæ catholicæ.*

3 *Conditiones tres reperiuntur in capite natura i respectu aliorum membrorum singulariter*

4 *Ecclesia Romana est caput omnium aliarum ecclesiarum.*



On decet. Sequitur primum capit. huius partis, & est beati Calixti Papæ, in quo talis est conclusio. Nullus absque discretione iustitiæ disciplinam in præceptum Romanæ

Romanæ ecclesiæ audeat contrauenire. Et potest diuidi in tres partes secundum tres propositiones argumentationis suæ. In prima ponit maiorem. In secunda minorem. In tertia conclusionem. Secunda ibi, nulli dubium. Tertia ibi, Quid: ergo. Pro pleniori intelligentia præsentis capitul. quæruntur tria.

1 ¶ Primo vtrum Romana ecclesia caput sit aliarum ecclesiarum.

5 ¶ Secundo, vtrum ecclesia Romana dicenda sit mater aliarum ecclesiarum.

6 ¶ Tertio vtrum contra præceptum Apostolicæ sedis liceat alicui contrauenire.

1 Primũ ar. Ad primum. Sic proceditur† Et videtur, quòd ecclesia Roma. non sit dicenda caput omnium aliarum ecclesiarum. Primo sic. A capite spiritus animalis in membra diffunditur, sed Spiritus sanctus non diffunditur à Romana ecclesia in alias ecclesias, nec à papa in alios fideles, vt de se patet, cum hoc sit solius dei, vt dicit Augustinus. 15. de trinitate: ergo Romana ecclesia non est caput aliarum ecclesiarum, consequentia patet. Secũdũ ar. ¶ Secundo sic, Christus est caput totius ecclesiæ: ergo non Papa, nec ecclesia Rom. omnium aliarum ecclesiarum, cõsequentia patet, quia vnius corporis vnum est caput, ante cedens est Apostoli dicentis. ad Ephe. 1. ipsum Christũ dedit. s. Deus pater caput super omnem ecclesiam. Tertiũ ar. ¶ Tertio ecclesiæ Romana, siue ipsius Papæ iuxta apostolum Colos. secundo, Christus est caput, & caput est omnis principatus, & potestatis: ergo Papa non est caput, consequentia patet, quia capitis non est aliud caput. Quartũ ar. ¶ Quarto sic. Caput vnũ refertur ad vnum corpus. Sed omnes ecclesiæ particulares non conueniunt in aliquo vno secundum numerum, ergo, &c. Opponit & Respõ. ¶ In oppositum est text. præsentis cap. ¶ Respondet. dicendum sub duabus conclusionibus. Prima est.

2 Prima cõclusio. †Summus pontifex est caput totius ecclesiæ catholicæ. Probatur hæc conclusio. Primo ex primo Ioan. tu vocaberis Cephas inquit Iesus Christus, Cephas autem græcè caput dicitur latinè. Pro cuius pleniori declaratione est notandum, quòd Papa dicitur caput ecclesię quodam modo, per similitudinem capitis naturalis,

3 †inueniuntur autem in capite naturali tres conditiones respectu aliorum membrorum singulariter. Prima est, quòd excellit ea dignitate in tribus, scilicet in altitudine situs, in nobilitate propriæ virtutis, scilicet, quia nobiliores virtutes, vt imaginatio, memoria, & huiusmodi locum habent in capite, & in perfectione, quia in capite congregantur omnes sensus, cum in alijs membris sit solus tactus. ¶ Secunda est, à capite sunt omnes vires animales in alijs membris, & sic dicitur esse aliorum membrorum principium, Dans illis sensum, & motum. ¶ Tertia est, quòd dirigit alia membra in suis actibus propter imaginationem, & sensus, qui in ea fontaliter abundant. Ratione primæ proprietatis, scilicet perfectionis, omne, quod est perfectissimum in quacunque natura, dicitur caput, sicut Leo in animalibus: Ratione autem secundo proprietatis omne principium dicitur caput, sicut caput fluminum fons, & sicut dicitur caput viæ, & libri. Ratione vero tertiæ proprietatis dicitur omnis rector caput, sicut rex, vel dux, vel pontifex. Quantum igitur ad istas tres proprietates capitis Papa potest dici caput ecclesię. Primo quidem, quia in eo solo plenitudo potestatis residet, in alijs vero tantum est participatio quædam illius, iuxta Cyrillus. illud Cyrilli in lib. thesaurum. ita dicentis. Sicut Christus cœpit à patre ducatum, & susceptrum gloriæ gentium ex

4 †Israel egrediens super omnem principatum, & potestatem, & super omne quodcunque, vt ei genua cuncta curuentur, plenissimam potestatem, sic & Petro, & eius successoribus commisit, ita & nulli alteri dedit, quàm Petro, quod suum est plenum, sed ipse sibi soli dedit, hæc ille. Ad hoc etiam est Beatus Gregorius in capi. decreto. & Iulius papa in cap. qui se scit. secunda, quæs. sexta. Præterea etiam ratione secundæ proprietatis Papa dicitur caput ecclesiæ, quoniam ab ipso est defluxus potestatis in reliquos ecclesiæ prælatos de quo Beatus Leo papa in capi. ita dominus. distinst. 19. dicit huiusmodi muneris sacramentum, ita dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro omnium summo principaliter collocaret, vt ab ipso, quasi quodam capite, velut in corpus omne diffunderet. Cæterum ratione etiam tertiæ proprietatis Papa dicitur caput ecclesiæ. Est enim pastor, & rector totius ecclesiæ, secundum illud Ioan. vlt. pasce oues meas, vbi gubernatione Petri, ac successorum suorum curæ vniuersitas fidelium gubernanda cõmittitur, vnde Beatus Gregor. scribens Imperatori Mauritio, ait cunctis sciẽtibus euangelium liquet, quòd voce dominica sanctorum omnium apostolorum principi Petro totius ecclesiæ cura commissa est, ipsi quidem dicitur. Petre amas me. Pasce

4 oues meas. ¶ Secunda conclusio.† Ecclesia Rom. caput est omnium ecclesiarum. Secunda cõclusio. Patet conclusio ex præcedenti conclusione, quoniam dignitas præsidentis, & honor ita in ecclesiam suam redundat, vt scilicet eadem habitudo sit ecclesiæ suæ ad alias, quæ est ipsius ad prælatos aliarum, vnde Iulius papa scribens orientalibus. ita dicit. Sicut Beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum, ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata, domino instituente, prima sit, & caput cæterarum. in capitul. dudum. tertia, quæst. sexta. Quare Anacletus martyr, & papa ita inquit in capitul. sacrosancta. distinctio. 22. hæc vero apostolica sedes caput, & cardo à domino constituta est, sicut cardine ostium regitur, sic huiusmodi sedes apostolicæ autoritate omnes ecclesiæ domino disponente, reguntur. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes. ¶ Ad primam respondetur negando consequentiam, quia licet à Papa in alios non diffundatur Spiritus vitalis, nec gratia, sed à Deo solo. Nihilominus diffundit̃ ab eo potestas iurisdictionis in alios, siue motus directionis, & gubernationis ecclesiæ, in prælatos, & rectores, & hoc sufficit ad rationem capitis, vnde dictum est regi Sauli primo Reg. 15. Cum esses paruulus in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es. Ad primũ arg. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam. Et ad probationem dicimus, quòd cum Papa sit caput ecclesiæ, inquantum vicem gerit Christi, cum sit eius vicarius, Christus, & papa non duo capita sunt, sed vnum caput, vt dicit Sanctus Thom. & Ioan. 22. in extrauag. vnam sanctam. Ad scd̃m. ¶ Ad tertiã respondetur, negandum consequentiam. Et ad probationem dicimus, quòd licet in corpore naturali capitis non sit aliud caput, in corpore tñ similitudinarię dicto, quia aliqua pars multitudinis ordinata est pars alterius multitudinis, sicut domestica est pas multitudinis ciuilis, bñ vnius capitis est aliud caput, sicut patrisfamilias, q̃ est caput domus habet supra se caput rectorem ciuitatis, & quòd hoc sit verum, aperte testatur Apostolus primo, ad Corint. 11. qui ait. Caput mulieris vir, caput viri Christus. Caput Christi Deus. Ad ter tiũ. ¶ Ad quartam respondetur, negando minorem. Dicimus enim, quòd omnes ecclesiæ particulares conueniũt in vnitate fidei, in vnitate vnius spiritus totam ecclesiam viuificantis secundum illud Apostoli ad Roma. 12. multi vnum corpus sumus in Christo, propter quod Pelagius Papa in c. quamuis. dist. 21. inquit, vniuersæ per orbem catholicæ ecclesiæ vnius thalamus sint Christi, quibus Romana ecclesia prælata est. Ad quartũ

5 Ad secundum. Sic proceditur.† Et videtur q̃ Romana ecclesia non possit dici mater omnium ecclesiarum. Primo sic. Romana ecclesia tempore non præcedit omnes alias ecclesias: ergo non potest dici mater illarum, consequentia patet, & antecedens est notum, quando Antiochena præcessit in qua beatus Petrus dicitur septem annis sedisse. Primũ ar. ¶ Secundo sic, ecclesia Romana non genuit omnes alias ecclesias: ergo non dicenda mater omnium ecclesiarum, patet consequentia, antecedens etiã notum est, cum ipsa fuerit posterior multis, & etiam Apostoli alij à Petro multas alias fundauerunt ecclesias in fide Christi, sicut notum est. Secũdũ ar. ¶ Tertio sic, beatus Petrus non fuit pater apostolorum: ergo nec Romana ecclesia dicenda est mater aliarum ecclesiarum, consequẽtia videtur nota. Antecedens videtur notum, quia ipse non fuit pater, sed frater Apostolorum cum de ipso dicatur Actuum primo. Exurgens Petrus in medio fratrum dixit. Tertiũ ar ¶ In oppositum est text. præsentis. ca. Respondet. dicendũ, quòd Romana ecclesia veraciter est dicenda mater aliarũ ecclesiarum. Opponit et Respõ. Quæ conclusio ex multis deducitur. Primo ex parte præsidẽtis in ea sic. Papa prout ex ipsa interpretatione nominis colligitur, dicitur pater patrum, quia pater cõmunis omnium, seu vniuersorum fidelium: ergo ecclesia nomine suo consecrata mater est omnium aliarum ecclesiarum, consequentia est manifesta, quia dignitas præsidentis transit in dignitatem ecclesiæ. ¶ Secundo sic ecclesia Romana est prima ecclesiarum: ergo dicenda est mater ecclesiarum,

ecclesiarum. consequentia est bona. antecedens patet, quoniam Romana ecclesia senior est caput omnium sedium. vt infra distinctione vigesimasecunda cap. sacrosancta, inquit Anacletus. Prima sedes est cœlesti beneficio Romana ecclesia. ¶ Tertio probatur ex ratione institutionis sic Romana ecclesia instituit, & propagauit omnes alias ecclesias, ergo recte mater earum dicenda est. Consequentia est manifesta, antecedens patet ex. cap. omnes distinctione vigesimosecundo vbi Nicolaus papa ita scribit. Omnes siue patriarchæ, cuiuslibet apicem, siue Metropoleon primatus, aut episcopatum, cathedras vel ecclesiarum, siue cuiuscunque ordinis dignitatem instituit Romana ecclesia. ¶ Quarto ratione prælationis sic probatur conclusio. Ecclesia Romana est prælata omnibus ecclesijs, ergo omnium illarum est mater: consequentia patet, antecedens habetur in. c. quamuis distinctione vndecima. ¶ Nunc dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primū arg. Ad primam respondetur dupliciter. Primo, quod text. loquitur de ecclesia Rom. pro tempore, quo de Antiochia translata fuit sedes Petri in Romam, in qua translatione dignitas Antiochenæ ecclesię cum principe totius transiuit in Romanam ecclesiam, & ita argumentum nō facit cōtra propositū. ¶ Secundo potest dici, quòd licet Romana ecclesia, quantum ad id, quod materaliter dicit scilicet congregationem fideliū gentis Romanæ posterior sit Anthiochena tempore. caput tamen eius, & pastor quod est in ea, principaliter importatur, vnde in ipsam dignitas maternitatis deriuatur, non est posterior, sed præcessit Anthiochiam quam ipse Petrus verbo, & exēplo christo generauit. Antiquitas ergo, aut Hierosolymitanæ, aut Antiochenæ non arguit dignitas principatuum, nec rationem maternitatis in eis, nisi in ipsarum aliqua, principalis, & pastor æcclesiæ finaliter remsisset.

Ad secūdū ¶ Ad secūdā respondetur simili modo, quod sedes Apostolica, quæ est, quod principaliter importatur in ecclesia romana, instituit, & in fide christi generauit omnes alias ecclesias, iuxta. cap. omnes supra, alle. distinctione. vigesimesecunda. Ecclesiæ vero, quas alij Apostoli fundarunt cum autoritate, & ordinatione apostolicæ sedis fundauerunt. iuxta cap. quis nesciat. supra distinctione: vndecima ipse Petrus dicitur omnes fundasse, quas successores eius fundauerunt.

Ad tertiū ¶ Ad tertiam respondetur, negando antecedens. Dico enim, quod Petrus cū factus fuerit Princeps Apostolorum factus est quodammodo pater eorum spiritualis. Et ad probationem dicitur, quod nō valet. Nam ex hoc, quod Petrus vocauerit fratres alios Apostolos, & Christi discipulos, nō sequitur, quod non fuerit pater eorum spiritualis. Et ad probationem dicitur, quod non valet. Nam ex hoc, quod Petrus vocauerit fratres alios Apostolos, & Christi discipulos. non sequitur, quod non fuerit pater eorum, sicut nec ex eo, quod Christus apostolos vocauit fratres. Ioan. 20. Sequitur quod ipse Christus illis superior aut pater non fuerit.

Primū ar. 6 Ad tertium. Sic proceditur. † Et videtur, quod liceat contra disciplinam, & præcepta Apostolicæ sedis venire. Primo sic ex textu cap. superioris, & præsentis, in quibus dicitur, quod absque discretione iustitiæ nulli agere liceat contrarium, ergo videtur, quod cum discretione iustitiæ licebit. consequentia patet per locum à contrario sensu, quod est validissimum argumentum in iure vt in cap. cum Apostolica. de his quæ fin. à prælat. sine consensu capi. vbi etiam gloss. notat de hoc.

Secundū ar. ¶ Secundo ex text. sequentis cap. arguitur sic vbi dicit Grego. Pręceptis Apostolicis non dura superbia resistatur, ergo uidetur quod cum humilitate quis possit resistere illis, consequentia videtur patere à contrario sensu.

Tertiū ar. ¶ Tertio sic, licet cum discretione, & ex rationabili causa venire contra consuetudinem ecclesiæ. Rom. et patet ex. cap. nouit infra eod. distin. ergo etiam licebit contra disciplinam, siue pręcepta Apostolicę sedis, consequentia patet, quia cum consuetudo æquipolleat legi, idem iudicium videtur assumendum de consuetudine, & de lege.

Opponit & Respō. ¶ In oppositum est tex. præsentis capitu. ¶ Respon. dicendum, quod ab omnibus fidelibus obediendum est, & nullo modo resistendum Apostolicis præceptis, vbi nihil contrarium iuri diuino, aut naturali præciperet, patet cōclusio ex illo ad Heb. vlt. obedite præpositis vestris, & subijcite vos illis sed apostolicus est præpositus omnium fidelium, cum sit caput omnium, ergo illi maxime obediendum est. ¶ Secundo patet conclusio ex illo Apostoli. col. tertio. Filij obedite parētibus per omnia, quod non tantum de carnalibus, sed spiritualibus est accipiendum, sed Papa est pater omnium fidelium, sicut ex ipsa nominis interpretatione patet, ergo conclusio vera. Ad rationes in oppositum dicēdum.

Ad primū arg. Ad primam respondetur negando consequentiam, & ad probationem respondet gloss. quod hic vacat argumentum à contrario sensu, vnde gloss. quærit super illo verbo discretione Nunquid ergo, cum discretione licitum est agere contra illam. Certe non, inquit. decimaseptima, quæstione quarta. §. qui autem, vnde vacat hic ar. à contrario sensu, hæc gloss. idem dicit Hugo. & Archidia.

Ad secūdū ¶ Ad secundam respondetur eodem modo negando consequentiam. Et ad probationem dicitur, vt dicit Archidi. quod hic etiam vacat arg. à contrario, sensu, quia non esset humilitas, sed superbia, non esset discretio, sed indiscretio, si ei resistatur, vnde nec cum discretione, nec siue discretione agere licet contra disciplinam apostolicæ sedis.

Ad tertiū. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequētiam: quoniam vt dicit Hugon. & post eum Dominus Archid. quamuis liceat fieri aliter, quam fiat in Romana ecclesia, nō tamen licet fieri contra disciplinam eius, ipsa enim vult, quod ita fiat infra. eodem. nouit, licet ergo cum discretione aliter agere, quam Romana ecclesia teneat, non tamē sic, nec sic licet agere contra disciplinam eius. Et quando dicebatur, quod idem iudicium assumendum sit de consuetudine, & de lege, Respondetur, quod verum est de consuetudine, quæ pręcepta est custodiri. iuxta capi. quis nesciat, supar distinctione vndecima. Aliud est de consuetudine, quæ non præcipitur ab alijs custodiri.

Exponit literam. ¶ [Non decet.] vt infra de consecr. distinctione. tertio, celebritatem, & in aut. de eccle. titu. in princ. [mater sit] scilicet ratione principij, institutionis, & prælationis. distinctione vigesimaprima, quamuis vigesimasecunda distinctione capitulo primo & secundo [omnium ecclesiarum.] ergo Græcorum arg. distinctione vigesimasecnnda. de Constantinopolitana. & vigesimoquarto. quæstione prima rogamus. Hugon. [filius venit] Ioan. nono. [cuius caput.] ar. contra quosdam Basilienses, qui & si Romanum pontificem dicerent caput ecclesiarum particularium. negabant tamen eum esse vniuersalis ecclesiæ caput, hic autem sanctus Calixtus papa, & martyr vtrunq; ponit [quicquid] ergo istud non facit ad propositum magistri. vt dictum est. in quæstione, vacat hic argumentum à contrario sensu, nec vnquam licet facere contra disciplinam Rom. ecclesi. licet quandoque contingat agere contra ea, quæ fiunt in ea. Sensus ergo literæ videtur iste, quicquid ergo contra ecclesiæ Rom. disciplinam actum fuerit, cum omne tale indiscrete, & iniuste factum esse semper credendum sit ratum habere nulla ratio permittit. verum si disciplina in hoc loco vocetur consuetudo ecclesię Rom. bene potest stare intentio magistri, quia à tali, vt dictum est bene potest recedi. vt infra eod. distin. cap. illa.

1 *Christus an fundauerit ecclesiam vniuersalem super Petrum.*

2 *Inferior potest resistere superiori erranti in veritate doctrinę catholicæ.*

PRæceptis. Apostolicis. Sequitur secundum capitul. eiusdem partis in quo magister Gratianus inducit hoc capit. beati Gregor. ad id quod præcedens. Et potest diuidi in quatuor partes. In prima dicit præceptis Apostolicis nullo modo resistendum est. In secunda confirmat ratione. In tertia elicit conclusionem. In quarta assignat pœnam contra inobedientes. Secunda ibi. Non nouum. Tertia ibi. econtra autoritatis. Quarta ibi, si quis. Quia de principali quæstio est habita in præcedenti capit. nunc quærendum venit pro pleniori huius capitu. intelligentia.

Primū ar. 1 ¶ Vtrum verum sit, † quod super Petrum Christus vniuersalem fundauit ecclesiam. Arguitur, quod non. Primo sic. Ecclesia vniuersalis præcessit Petrum: ergo non est fundata super Petrum. Consequentia videtur nota, antecedens etiam.

Secūdū ar. ¶ Secundo sic. Solus Christus est fundamentum ecclesiæ, ergo non Petrus, consequentia patet. Antecedens est Apostoli. dicentis primo ad Corint. tertio: fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.

Tertiū ar. ¶ Tertio ex illo eiusdem Apostoli. 1. ad Corint. primo, vbi reprehendit eos; vt dicit Augusti, qui homines volebant

volebāt ędificare super homines sic.d. Significatum est mihi fratres mei, quia contentiones sunt inter vos, hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego vero Cephæ. ego autem Christi. diuisus est Christus. vbi dicit gloss. vehementer isti errabant: quia ostia, præter christum, sibi constituebant, & fundamenta diuersa ponere præsumebant, cum vnum sit fundamentū ecclesiæ, quod nemo potest mutare.s. Iesus christus, ipse.n. solus est Petra: supra quam fundata est ecclesia, hæc gl. ¶ In oppositum est tex. præsentis.c. qui est beati Gregorij. ¶ Respon. dicendum, quod verum est, quod beatus Gregorius inquit, quod Christus super Petram vniuersalem fundauit ecclesiam. Pro cuius conclusionis pleniori intellectu notandū quod quatuor modis verificatur prædicta conclusio. Vno modo rōne professionis fidei, qua præ cæteris Petrus Christum confessus est dicens, tu es filius dei viui, vt sit sensus, super Petram.i. confessionem Petri, qua dixit christo Tu es filius dei viui, &c. fundauit ecclesiam vniuersalem, & hoc modo beatus Au. in sermo. de verbis domini, exponit illud Ma. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. ò. Tu es Petrus dictus à Petra, quam confessus es, quā cognouisti.d. Tu es Christus filius dei viui, & super hanc Petrā.i. super me ipsum filiū, Dei non super te ædificabo ecclesiam meam. ¶ Secundo potest viuificari prædicta conclusio .s. quod in Petro fuerit fundata ecclesia rōne primitatis confessionis fidei, quia.s. ipse fuit primus, qui in nationibus fidei fundamenta posuit. Et hanc rationem assignat beatus Ambrosius, & habetur in c. fidelior. dis. 50. vbi sic ait. petra enim dicitur.s. Petrus eo, quod primus in natioibus fidei fundamenta posuit. ¶ Tertio verificatur illa conclusio, videlicet quod in Petro est vniuersalis ecclesia fundata ratione.s. magisterij doctrinæ veritatis indeclinabilitatis autoritatis, de qua Christus ait Petro Lucæ. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Concessit enim hanc prerogatiuam Christus Petro, & in Petro Apostolicæ sedi, vt ipsa tanquam saxum immobile totius corporis christiani compagem, molemque contineat, vt inquit Ambrosius, At inquit Ambrosiu vnde Gregorius in registro suo ait. Quis nesciat sanctam ecclesiam in Apostolorum principis soliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit ex nomine, vt Petrus à petra vocaretur. cui veritatis voce dicitur. tibi dabo claues regni cœlorum, cui rursum dicitur. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. ¶ Quarto modo potest verificari præfata conclusio, videlicet quod super Petrum Christus vniuersalem ecclesiam fundauit, ratione.s. originis sacerdotalis pontificatus, qui ab ipso Petro in nouo testamento videtur habuisse originem, iuxta illud in.c. in nouo. di. 21. Anacleti dicentis in nouo testamento post Christum sacerdotalis ordo à Petro cæpit, ipsi enim primo datus est, pontificatus in ecclesia Christi, hic ergo ligandi, atque soluendi potestatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute suæ predicationis adducit. ¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositū. Ad primam respondetur negando consequentiam. Pro quo notādum, quod inter alias differentias, quæ sunt inter corpus naturale hominis, & ecclesiæ corpus mysticum hæc est vna, quod membra corporis naturalis sunt omnia simul, corpus ecclesiæ mysticum constituitur ex hominibus, qui fuerunt à principio mundi vsque ad finem ipsius, & ita continue ędificari dicitur Ecclesi. cum aliqui de nouo per fidem christi incorporantur corpori ecclesiæ, secundum illud ad Ephes. 4. dedit quosdam apostolos, &c. sequitur in ædificatione corporis Christi gloss.i. vt ædificent eos in corpus Christi, qui adhuc alienati sunt. & .j. in eo. c. subiungit Apostolus augmentum corporis facit in ædificationem sui gloss. quia illos, qui non sunt corpus ædificat in suam societatem, & super Petrū vniuersalem ecclesiam Christus dicitur ædificasse, quo ad illos, qui credituri erant in Christū, ecclesia enim hoc modo dicitur continue ædificari, vt dictum est. ¶ Ad secundam respondetur, quod solus christus dicitur fundamentum ecclesiæ, sicut primarium, & maximum fundamentum, sicut à quo salus dependet totius ædificij. Petrus vero sicut secundarium. Vel dicendum iuxta sanctum Thom. in expositione epistolæ ad Corin. quod duplex est fundamentum, vnum quidē ꝙ per se habet soliditatē, sicut rupis aliqua, supra quam ędificium constituitur, & huic fundamento Christus comparatur, ipse enim est petra, de qua dicitur Mat. 7. fundata enim erat super firmam petram, & de hoc dicit Apostolus in autoritate præfata, ꝙ fundamentum aliud nemo potest ponere, &c. Aliud autem est fundamentum quod habet soliditatem non ex se, sed ex alio solido subiecto, sicut lapides, qui primo superponuntur petræ solidæ. Et hoc modo Apostoli dicuntur esse fundamentum ecclesiæ, quia ipsi primo superædificati sunt iuxta Christum per fidem, & charitatem, & super eorum doctrinam alij ædificantur, secundum illud ad Ephe. superedificati super fundamētum apostolorū &c. inter quos beatus Petrus quanto singularius præ cęteris Christum confessus est, & regni celestis clauibus dotatus est, tanto excellētius pre cæteris Petri, & fundamenti nomen, & honorē sortitus est. ¶ Ad tertiam respōdetur. quod autoritas illa Apostoli non facit contra conclusiouem nostram, quoniā Apostolus solum reprehendit in illo loco eos, qui aliud fundamentum ecclesiæ ponebant, quam Christū, sicut id à, quo daretur gratia, & in quo spes salutis poneretur, vnde dicit gloss. ibi, quod adeo illi errabant, vt putarent gratiam dari ab homine non modo, quasi ministro, sed autore, & hoc verum est, ꝙ ponere aliud fundamentum ecclesiæ, siue hominum, quam christum, per quem nobis gratia, & veritas data est Io. 1. error est Cum autem dicimus Petrum fundamētum ecclesiæ non ea ratione ponimus. quasi dator sit gratiæ, hoc enim modo dignitas fundamēti soli Christo cōuenit, sed eis rōnibus, q̄ supra assignatæ sunt à sanctus doctoribus, & ita autoritas inducta Apostoli non procedit, tex. ¶ [Non dura superbia] ille dicitur dura superbia resistere, qui licitis summi pontificis contemnit obtemperare mandatis. Nec est præsumendum, quod summus Pontifex illicita præcipiat, qui sedem Petri tenet, & fidem, vnde sedis Apostolicæ præceptis resistens duræ ceruicis, & superbiæ culpandus est, sic Apostolus culpat eos, qui sibi contra veritatem resistebant. secundo Tim. 3. quemadmodum Ioannes Mambres resisterant Moysi, sic isti resistunt veritati. vacat. hic ar. à contrario sensu, vt dicit Hugon. quia non esset humilitas, sed superbia, non esset discretio, sed indiscretio, si ei resistatur, & sic non facit ad propositum magistri. Hugon. Sed nunquid Paulus Gall. secundo resistit Petro in faciem summo Pontifici. Respon. quod sic, quia vt dicit, reprehensibilis erat, quia non ambulabat ad veritatem evangelij. tvnde in tali casu inferior potest resistere superiori erranti in veritate doctrinæ catholicæ. a vt. 2. q. septimo. oues, iussa sunt, etiam si sint grauia, & intolerabilia, vt distinctione. decima nona in memoriam [salutiferæ.] vt.s. merito riè ad vitam æternam consequendam impleantur [firmamus.] sic. vigesimaquinta quęstione, secundo non tam nouū. [Non nouum.] secunda pars. [indulta] id est statuta pontificalis causatio, quæ in tribus consistit scilicet in depositione, quæ ad solum Papam pertinet. vt, tertia quęstione quam uis & dudum, & immutatio episcopatuum, quę similiter ad ipsum solum pertinet, vt .8. q. prima, mutationes, & in renuntiatione. vt extra de renun. literas. [religionis] id est fidei. quia quęstio fidei ad Papam referēda est. vigesimoquarta. quęstione prima quoties. [cuius autoritatis.] tertia pars. [A Petro] id est à solida fide Petri, super quam fundata est ecclesia. di. 50. fidelior. Hugo. [Si quis] quarta pars [honoris] sui Hug. [hostis] id est destructor, quia facit id per quod honore priuabitur.

Margin notes: Opponit & Respō. — Ad primū arg. — Ad secūdū — Ad tertiū. — Exponit literam. — a ¶ Doctrinæ catholicæ, & et in eoquod aggrauat eū contre iura. Pet. de Anch. in.c sane. de excess. ptælato, num. 2.

1 *Consuetudines diuersarum ecclesiarum absque offensa ecclesiæ Romanæ seruandæ sunt.*



Cit sancta. Sequitur capitulū primū secundæ, partis, & est Nicolai Pape secundi. in quo magister Gratianus reuertitur ad propositm suum, scilicet ad ostendendum per alias autoritates, quod consuetudo, quę non est obuia iuri naturali, vel constitutioni est obseruanda. Cuius summā est† ꝙ diuersarum ecclesiarum pro loco, & tpe, diuersę cōsuetudines absque offensa ecclesiæ Romanæ seruantur, quę non obsunt fidelium saluti nec autoritati euangelicę, nec Apostolicę aduersantur, vt etiam dicit Augustin. ad inquisitionem Ianuarij. Plana sunt omnia. ¶ [Diuersa per loca.] de consec. distinctioue quarta postquam. & capitulo de trina. [tempore] trigesimaquarta distinctinctione fraternitatis. Non obstat. arg. à contrario sensu, quod si obstat, debet derogari. Hugo. [resistere] alias resistit, & tunc expone illud nihil, quod præcedit.i. non ꝑm. Hugon. Ad idem. j. 25. q. 2. ecclesiasticę. in conclusione: ergo dicit,

ergo dicit, vt dictum est, quod bene possunt diuersæ consuetudines pro locis, & temporibus obseruari, dummodo illis canonica autoritas non obsistat, nec obsit saluti credentium, &c.

1 *Consuetudo vnius loci, alterius loci, consuetudine debet subuerti.*



Illud te. Sequitur.c.2.eiusdem partis, in quo magister inducit autoritaté Hieronymi, ad ostendendum, quod consuetudines, & traditiones maiorum, quorum multa est sapientia, & veritas quæ rectæ fidei consonant, & diuinis mandatis non obsistunt, seruandæ, sunt. De talibus maioribus dicitur Deut.22. in terroga maiores, tuos, & dicent tibi in suis scilicet traditionibus veritatis. Et diuiditur in duas partes. In prima facit, ꝙ dictum est.in.2.dicit. Diuisio.

1 †ꝙ vnius loci consuetudo alterius loci consuetudine debeat subuerti.2.ibi.Nec aliorum.Plana sunt vt non sit opus alia dicere.[Presertim].i.tátum.[quæ fidei non officiunt].i.fidem. vel bonos mores non offendunt[contrario]id est diuerso. Exponit literam.

1 *Antiquitas autorizat traditiones.*



Ridiculum. Sequitur tertium.ca.eiusdem partis, in quo magister Gratianus continuando propositum suum inducit dictum Nicolai papæ secundi, ꝙ patrum traditiones, quæ apostolicis aut diuinis non obsunt obsunt præceptis, maxime antiqua seruáda sunt

1 †Antiquitas enim traditiones autorizat. Non enim faciliter præsumitur statutum antiquo tempore durasse, si patenter obsisteret rationi, aut inutile foret Here.6.Interroga de semitis antiquis, quia in antiquis est sapientia. Breue est, non diuiditur. ¶[Traditiones]id est consuetudines gñales Arc.[antiquitus].s.proxi.dist.ecclesiarum.&.c.catholica, [patiamur nisi ex causa.vt.1.q.7.exigunt, nota, quod reputatur ad dedecus iurisdictionem habentis in loco, si rationabiles consuetudines non obseruentur. Exponit literam.



Diuturni. Sequitur.c.quartum eiusdẽ partis.quod ex libro institutionum ex tit.de iure natura.§.diuturni.magister.Gratianus ad confirmationem propositi sui inducit, dicés, quod diuturni mores, &c.dicitenim Philosophus secundo politicorum, ꝙ antiquæ leges non sunt mutandæ propter nouas, etiam si antiquæ sint rudiores, quia vt dicit legum mutatio reddit leges contemptibiles, & inducit subditos ad rebellandum principi. Litera plana est, in quibus autem consuetudo legem imitetur, vide supra proxi.di. circa.cap.in his.

1 *Consuetudo longa quæ rationi innititur tenenda est.*



Consuetudo. Sequitur.5.c.eiusdé partis, quod Gratianus inducit ad propositum suum, quod diuiditur in duas partes, in prima ponit† quod longa cósuetudo, quæ rationi innititur, tenéda sit quicquid contra illam actum fuerit, præcipit reuocari. secunda ibi. Et quidquid. Planum est. ¶[Consuetudo]. Pone exemplum de con.distinc.5. quia dies. vbi de abstinentia sabbati, & hoc lex ponit.C. quæ sit lon.consue.l.1.[Et ratio] pone exemplum de conse.distinct.4. in sabbato. Nota quod loquitur de cósuetudine, quæ rationi innititur, quæ pro lege firmiter tenenda est, vt distinct.prima consuetudo. & distinct.8. frustra.[idẽ] .i.per solicitudinem suam [reuocabit] id est corriget. Quæ autem sit longa consue.& quanto tempore firmetur, de quibus tam gl.quam Archid.loquuntur, supra notauimus.di.1. c.mos est.&.c.cousuetudo.ibi vide. Diuisio. Exponit literam.

1 *Apostatę à fide quare non promouentur.*
2 *Pręferendi sunt in ecclesia, qui melius, & diutius seruierunt.*



Nos consuetudinem. Sequitur 6. c. eiusdem partis: quod est beati Gregorij, quod in tres partes potest diuidi. In prima quidem dicit, quod consuetudo, quæ contra fidem non est, siue de primatibus constituendis, siue de alijs capitulis seruanda est. In secunda ab illo membro de primatibus constituendis excepit consuetudinem illarũ regionũ in quibus episcopi redeuntes ab hæresi donatistarum, promouebátur in primates, contemptis his, qui semper boni fideles permanserunt, dicens satis debere his esse, si in ordinibus suis sustineantur. In tertia assignat rationem huiusmodi. Secunda ibi, exceptis his. Tertia ibi, ratio autem. Plana sunt omnia. ¶[Nos consuetudinem.]s.distinct.11.consuetudinem.[cótra fidem.] vel bonos mores, vel ius naturale, siue constitutione. Hugo. nisi per principem mutetur ex causa vtilitatem reipublicæ cócernente, vt patet.s.distincti.8.[de nouo.] per nouam electionem peruenerint in episcopatum ante habitũ, quia vtrunq; permittit, siue ꝙ promoueatur in Episcopatũ, siue ꝙ remaneat in ordinibꝰ, ante habitis. 23.q.4.ipsa pietas. [quos prohibemus modis omnibus prouehi ad dignitatem primatus, etiã si ordo]id est canonica electio idest quamuis eligant eum canonicè, vel quamuis ordo.i.morum disciplina vel prohibitas[differat].i. permittat, vel quáuis ordo.s.ipsorum id est licet sint in tali ordine, à quo bene possent promoueri in primates, nisi hæresis primo impediret. Puta, qa sunt Diaconi, vel Presbyteri, vel episcopi, merebatur enim bene detestabilis illa hæresis donatistarum ad primatum non promoueri, sed promotos deijcit, vt qui potenter contra ecclesiam insurgunt, per superbiam de sede dignitatis ecclesiasticæ deponantur. Lucæ.1.&.14. Qui se humiliat exaltabitur & qui se exaltat, &c.[sufficiat]id est satis est talibus, si ꝓmoueantur, aut tolerentur in ordine Episcopali. Hu.[ratio autem]tertia pars.†ratio enim præfatæ prohibitionis est, quia non est rationabile, vt tales, qui à fide apostatarunt, præcedát in culmine primatus eos, qui semper in fide stabiles perman

2 serunt.ar.†quod illi sunt ante mittendi pręcipue, & pręferendi, qui in ecclesia melius, & diutius seruierunt. vt.61.dist. ca. quid proderit.c.constituimus, & ca.nec emeritis.secundum. Hugo. Exponit literam.

1 *Consuetudo licita siue rationabilis seruanda est.*



Quemadmodum. Sequitur.7. capi. eiusdem partis, quod est beati Gregorij in registro, in quo nihil aliud dicitur. † quam quod consuetudo licita, siue rationabilis seruanda sit, breue est, non diuiditur. ¶[Non patimur.] supple: quin ea prohibeamus, & vindicemus.12.q.2. cum deuotissimam.23.q. 8.cap scire.35.q.9.loci.32.q.10.nemo.Hu.[Consuetudinis.] honestæ scilicet, quæ nec rationi, nec constitutioni est contraria. Hugo.

1 *Deo quod magis placet, semper faciendnm est.*
2 *Consuetudines non sunt amandæ, vel assumendæ propterea tantum, quod sunt in loco magno, & nobili, vel repellendę, quia sunt in loco vili, & ignobili.*



Nouit. Sequitur.8.capitu.eiusdem partis, & est beati Gregorij ad Augustinũ episcopum Anglorum, & est in secunda responsione. Quærit enim Augustinus præfatus in hæc verba. Cum vna sit fides, cur sunt ecclesiarum diuersæ consuetudines, vt altera consuetudo missarum in ecclesia sancta romana, atque altera in Gallia teneatur. Et respondet beatus Gregorius. Et potest diuidi hoc. ca.in tres partes. In prima beatus Gregorius præfato Anglorum episcopo concedit, quod ad gubernationem ecclesiæ Anglicanę quæ nouiter erat conuersa ad fidem, & quam gubernandã susceperat, eas consuetudines assumere, quas magis Deo gratas, existimaret, vndecunque assumantur, quia indifferens est vndecunque assumantur dum tamen sunt religiosæ. In secunda assignat rationem. In tertia concludit ex præmissis ꝓpositum. secunda ibi: Non enim pro locis. tertia ibi, ex singulis ergo. ¶[Omnipotenti deo]arg.†quod semper faciendum est, quod magis placet deo, cum deo nostram voluntatem conformare debeamus, cum nollet nisi bonum, vnde sapiens orat deum, vt det sibi sapientiam, per quam sciat, quid acceptum sit coram Deo omni tempore. Sapien. decimonono. Orare quoque nos docuit Christus, Matth.sexto, fiat voluntas tua, sicut, &c.[Non enim pro locis]secunda pars † subaudi tantum, non enim consuetudines sunt amandæ vel assumendæ, ideo tantum, quia sunt in loco magno, & nobili, vel repellendæ, quia sint in loco vili, vel ignobili. Diuisio. Exponit literam.

ignobili. Hug. Contingit enim, quod in meliori loco, reperiatur deterior cõsuetudo. [Ex singulis.] tertia pars, siue magnis siue paruis, siue nobilibus siue ignobilibus. Hu. & hæc de præsenti sufficiunt.

1 *Obseruatur quando aliquid vniuersaliter licet non inueniatur scriptum à quo emerserit, præsumendum est ab apostolis vel sanctis patribus introductum esse.*

2 *Ieiunare vel non ieiunare sabbato liberum est.*

3 *Clericus orientalis si venerit ad occidentalem ecclesiam tenetur seruare morem ipsius.*



Lla autem. Sequ. tur. 9. ca. eiusdem partis. & est Augustini ad Ianuarium, quod diuidi potest in tres partes. In prima ponit genus quoddam consuetudinum, quæ vbique terrarum obseruantur, quæ vel ab Apostolis vel à concilijs generalibus, quorum saluberrima autoritas est in ecclesia commendatę, siue traditæ, esse creduntur. i. secunda ponit aliud genus consuetudinũ particularium, quæ per regiones variantur, sicut est ieiunare die sabbati, & huiusmodi & tales dicit libetas habere obseruationes apud. s. extraneos. Cuius rationem assignans dicit quia quod nec contra fidem, nec contra bonos mores est, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos viuitur societate seruandum in tertia ponit exemplum de secundo genere consuetudinum. s. localium, vel particularium. secunda ibi, alia vero, quæ per loca. tertia ibi, mater mea. Plana sunt omnia ex superioribus. ¶ Ordina sic literam [datur intelligi illa quæ non scripta, sed tradita custodimus, vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs concilijs commendata, atque statuta retineri.] ar. † quod quando aliquid vniuersaliter obseruatur, licet non inueniatur scriptũ, à quo emerserit, præsumẽdum est ab Epistolis, vel sanctis patribus introductum esse, hoc tamen intelligendum est de bonis consuetudinibus, & iustis, & nõ onerosis. Hu. [saluberrima authoritas] prouerb. 21. vbi multa consilia, ibi salus. [Passio, & resurrectio.] Sed nunquid talia iam scriptis comprehensa sunt dicendum, quod loquebatur pro tempore suo Augustinus, vel dicendum, quod licet, sint scripturis iam comprehensa. vt. d. 3. c. placuit, non tamen per scripturam ex toto est expressum à quo quod licet istorũ fuerit institutum, vel dicendum, quod loquimur de scriptura ve. vel nou. test. [Alia vero] secunda pars [ieiunãt sabbata.] ar. 2 † quod liberum est sabbata ieiunare. a vel nõ ieiunare. Contra est. e. sabbato. de conse. d. 3. respon. ꝙ Inn. ibi loquitur de consilio. [liberas.] quantum ad extraneos apud enim istos habet liberam obseruantiam. siue alibi, siue illuc veniant nisi veniãt moraturi, vel nisi non obseruando generaretur scandalum. Hu. [indifferẽter]. i. pro indifferenti, vt. s. libere possit obseruari, vel nõ obseruari, [societate.] alias aut superstitiosus, aut suspectus erit, vt dicit glo. di. 40. quisquis [mater.] tertia pars. [morem serua.] nisi votum, vel preceptum prælati, siue superioris tui secus obseruare cõpellat secundum Hug. Ar. † ꝙ clericus orientalis si venerit ad occidẽtalem ecclesiam, tenetur seruare morem ipsius. s. di. 8. quæ contra. Non tamen ecõtra, si occidentalis clericus transit ad orientalem, non poterit vti matrimonio, & hoc ideo quia tenetur ad hoc ratione voti, [Scandalum] scandalum enim proximi vitandum est, quod rationabiliter ostendit, dicente Saluatore, Matth. 18. qui scandalizat vnum, &c. Paulus etiam ait se nunquam comedere carnes, si fratrem scandalizaret. 1. Corin. 8. & hæc de præsenti dicta sufficiaut.

Diuisio.

Exponit literam.

a ¶ Ieiunare ieiuniũ qd sit vide late. Pet. de Anc super continuatione rub. de obser.

1 *Irritari quod debeat illud cuius causa ignoratur, quomodo intelligatur.*

Hoc autem de consuetudine. Sequitur secunda pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus docet, ꝙ consuetudo, licet non sit contra fidem, si tamen grauat resecanda est, si potest fieri sine scandalo, dicit ergo in hoc. §. magister Gratianus, ꝙ capitula prædicta de obseruanda consuetudine intelligenda sunt de ea, quam vniuersalis vsus ecclesiæ, habuit, vel prolixitas temporis roborauit. Consuetudines vero particulares, quæ pro varietate temporum, & animorum introductæ sunt, si sint onerosæ inuenta opportunitate, resecandæ sunt potius, quam obseruandæ. Plana sunt omnia. ¶ [Prolixitate temporis] ita quod de principio talis facti non extet memoria alicuius, vel secundum alios. 10. vel 20. annorum, vt no. s. di. 1. mos est, vbi de hoc disputauimus

1 [resecanda est] ar. † irritari debere illud, cuius originis causa ignoratur, quod intelligo, si onerosum est, vel superstitionẽ inducat. arg. distinctione. 68. corepiscopi. & de conse. distin. primo placuit.



Mnia talia. Sequitur primum. c. quod ad probationem propositi sui inducit magister Gratianus, & est beati Augustini ad inquisitiones Ianuarij. Et potest diuidi in duas partes. In prima vult, ꝙ consuetudines, quæ nec in scripturis sanctis continẽtur nec à sanctis patribus traditæ sunt, nec vsu vniuersalis ecclesiæ sunt roboratæ, resecandæ potius sunt, quam obseruandæ, vbi potest fieri sine scandalo, cuiusmodi sunt quędã vanæ, & præsumptuosæ adinuente, obseruantiæ hominum, quas August. hic reprobat, quæ maturitate autoritatis carent, & numerositate grauant, sicut contingit in traditionibus Iudæorum. de quibus Saluator inquit Matth. 23. Imponunt grauia & importabilia, cum tamen ipse dicat. Iugum enim meum, &c. Matth. 10. In secunda assignat rationem huiusmodi, secũda ibi, quamuis. Plana sunt omnia. ¶ [Innumerabiliter.] Nota ꝙ non redarguit varietatem consuetudinum, sed immoderationem, & excessum, qui magis superstitionem facere videtur, quam facere ad decorem religionis, vnde sanctus Tho. in secunda secundę. q. 147. ar. tertio dicit, quod August. loquitur hic de his, quæ nec in sacrarum scripturarum autoritatibus continentur, nec in concilijs episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis ecclesiæ roborata sunt [vbi facultas tribuitur.] i. vbi sine scandalo fieri potest. s. e. ca. illa religionem christianam, quam paucissimis sacramentis secundum illud Matthe. 11. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. [Seruilibus oneribus.] i. cerimonijs consuetudinibus diuersis, & immoderatissimis [tolerabilior sit conditio Iudęorum.] licet Apostolus Petrus dicat de onere veteris testamenti, quod nec nos, nec Patres nostri portare potuimus. Act. 16. [Tempus libertatis.] id est tempus gratiæ Apostolus ad Galat. quarto. Libertate, qua christus nos liberauit [christus sacamentris olim quia modo non sunt sacramenta. Nullius enim figura sunt, vel vmbra, cum veritas iam sit reuelata, vt. 22. quæstione secunda si quis per vetus. de consecrat. distinct. 1. c. 1. & distinctio. 3. sextam, &c. [Non humanis præsumptionibus.] videtur autem beatus Augu. in hoc commendare iudæos ꝙ subijciebantur tantum sacramentis legalibus iuxta traditionem diuinæ legis. non autẽ iuxta præsumptiones humanas.

Diuisio.


Exponit literam.

1 *Monachi debent celebrare officia secundum eorum regulam.*

2 *Monachorum regimen pertinet ad Episcopum.*

3 *Prælati minores debent seruare consuetudinem ecclesię, cathedralis,*

4 *Metropolitanus potest excommunicare, & suspendere suos suffraganeos.*



E his qui. Incipit. 3. pars huius distinct. vbi magister Gratianus docet autoritatibus sanctorum patrum, quod in diuinis officijs dicendis omnes particulares ecclesiæ sequi debeant consuetudinem ecclesiæ metropolitanæ. Et diuiditur hoc. c. in. 5. partes. In prima ponit generale institutum. In secunda assignat rationẽ In tertia ponit exceptionem de monasterijs, in quibus officia diuina celebrantur, iuxta regulas suas, puta sancti Benedicti, aut Basilij. In quarta ponit pœnam transgressoribus. In quinta pro obseruantia præfati instituti pleniori pręcipit episcopis, vt sacerdotes suos compellant id obseruare. Secunda ibi, sic enim iustum, tertia ibi. abbatibus. Quarta ibi, quisquis, quinta ibi, sub ista. Plana sunt omnia. ¶ [Contra Apostoli voluntatem] ad Ephe. 4. dicit Apostolus. vt iam non simus paruuli fluctuantes. & non circumferamur vento doctrinæ. s. vt dicit gloss. praua doctrina, quæ est quasi ventus, & tempestas, quia per eã inquietatur, & agitatur mens à quiete deuotionis. [coacti.] id est coerciti. [ciues] id est clerici ciuitatenses, vel forte dicit de laicis, qui debent seruare talem modum in officijs. saltem quo ad audiendum: [rectoresque] sub quo nomine comprehenduntur omnes habentes officia in ciuitate, etiam si sint forenses. [Sic enim] secunda pars assignat rationem, quia iustum est, vt inde, &c. [Abbatibus] 1 tertia pars. Sensus est ₰m Hu. † ꝙ monachi debent celebrare officia ₰m regulam eorum, clerici vero seculares, ₰m ꝙ celebrant in Metropolitana ecclesia. [Officiis] monachalibus. Hug. [regu-

Diuisio.

Exponit literam.

Hugo.[regulariter.]id est prout dictat regula eorum.[secundum voluntatem episcopi sui]ar.† ꝙ regimen monachorum pertinet ad episcopũ.ar.9.q.3 per singulas.16 q.1.qui vere & hoc verum, nisi sint exempti secundum voluntatem. Hic est sensus, quia etiã eps hoc velle debet, non ꝙ formã huius rei dare debeat.ar.16.q.1.Agapitus Hug.[Non liceat ipsis] clericis vel loquitur de monachis habentibus populum, qui officia monachalia debent facere secundum suam regulã, sed officia publica, in quibus populus debet interesse, debent celebrare ſm morem metropolitanæ ecclesiæ, & ſm hoc dicitur non liceat ipsis abbatibus, & monachis. Sed Hu. istam expositionem non approbat, quia vsus est in contrarium. Continue enim monachi coram populo celebrant officia monachalia. Sed iste modus dicendi Hu. non videtur nobis conueniens, quia aliud est celebrare coram populo, & aliud est celebrare coram populo sibi subiecto. vnde primam expositionẽ approbat gl. in c.3.ĩ.16.q.1.& in cle.2.de cele.missarũ[Quisquis.]quarta pars.[sex mensibus]eadem pœna imponitur.2.q.1.in primis. Hug.[Sub ista]quinta pars]. vult dicere
3 † quod oẽs minores prælati debent seruare consuetudinem ecclesiæ cathedralis.[astringãt].i.compellant prædictam regulam ob
4 seruare.ar,† ꝙ metropolitanus potest excommunicare, & suspendere suos suffraganeos, ar.10.q.3. qa cognouimus.&.11.q.3. si quis episcopus.&.18. distinct. placuit. &.34.distinct. quorundam.

Diuisio.



Placuit. Sequitur ſm.c.eiusdẽ partis, & sumitur ex concilio Bracare. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit, ꝙ in diuinis officijs consuetudo metropolitanæ ecclesiæ obseruanda sit. In secunda excipit monasteria, quæ seruare habent traditiones patrum religionum suarũ, secunda ibi, nec monasteriorũ. ¶[Placuit]merito placuit, & placere debet vt vnitas officij in ecclesijs obseruetur. Primo vt ex vnitate in diuino officio crescat vnitas charitatis & pacis in aĩo. vnde apostolus Petrus. 1. Petr.3.ait. vnanimes estote in oratione. Secundo quia dum ministri ecclesiæ vnum habent sibi notum officium, promptiores sunt & cum maiori deuotione conueniunt ad sibi notum officium concorditer prosequendum. [diuerse ac priuate]aduerbia sunt, dicit ergo vt quælibet eorum non sequatur suam priuatam consuetudinem & diuersam ab alijs pro voluntate sua, sed seruent vnitatem iuxta morem metropolitanę ecclesiæ. dicit aũt Hu. ꝙ hoc quod hic in duobus.c. dicitur de consuetudine celebrandi diuina officia quæ est in metropol. ecclesia ob omnibus seruanda quæ non seruatur nũc in multis locis, & sic alia consuetudine contraria derogatum est istis.c. nec monasteriorum, secunda pars patet.

Exponit literam.

¶ *Distinctio Decimatertia.*

1 *Dispensationem an recipiant ea, quæ sunt de iure naturali.*
2 *Iuri naturali pertinent aliqua in duplici differentia.*
3 *Iustum naturale est duplex.*
4 *Ius naturale potest recipere dispensationem à deo in opere, licet non in fine.*

Continuatio.



Item aduersus. [Incipit. 13. di. Supra magister Gratianus assignauit differentiã iuris naturalis ad alia iura in origine, dignitate, & amplitudine. Nunc autem assignat differentiam eiusdem iuris ad alia iura in sententiæ rigore, quia est indispensabile. Et potest diuidi in duas partes. In prima assignat differentiam inter ius naturale, & alia iura in hoc, quod in alijs iuribus admittitur dispensatio. Contra ius vero naturale in præceptis.s. & prohibitionibus nulla admittitur dispensatio. In secunda videtur excipere vnum casum, licet male de perplexitate, videlicet cum duo mala ita vigeant, vt necesse sit alterum eligere.2.ibi nisi forte. Pro pleniori intelligentia huius.c. quo ad primam partem, quia de secunda habebitur in c. sequentibus

Diuisio.

Primũ ar.

1 ¶ Quæritur† vtrum ea, quæ sunt de iure naturali recipiãt dispensationem, an non. Et videtur, ꝙ sic ſm Philosophum. 5.ethicorũ. In humanis actibus propter eorum varietatem non potest vna regula reperiri, quam non oporteat in aliquibus casibus deficere. Sed ea, quæ sunt præcepta iuris naturalis sunt mensura humanorum actuum, vt.s̃.in.c.humanũ genus.dist.1. Cum ergo omne præceptum, quod in aliquo casu intermittendum est, dispensabile sit, videtur, quod aduersus ea, quæ sunt iuris naturalis possit esse dispensatio. ¶ Secundo sic, dicit Philosophus quinto ethicorum, quod iustum naturale non est idem apud omnes, sicut nec alia, quæ naturam hominis consequuntur, eadem in oĩbus inueniũtur, vt quod dextera sit fortior sinistra, cum contingat aliquos ambidextros esse, sed omnia præcepta, quæ non sunt ab omnibus obseruãda, sunt dispensabilia, ergo præcepta iuris naturalis sunt dispensabilia. ¶ Tertio sic. Reperimus, quod Deus dispensauit cõtra ius naturale, ergo in iure naturali cadit dispensatio: consequentia patet, quia dispensatio à Deo facta non potest esse nisi iusta, & recta, antecedens probatur in tribus præceptis decalogi. Primo quidem, quando præcepit spoliari Egyptios, præcipiẽdo, quod mulier acciperet mutuo à vicina sua vasa aurea, & argentea, & vestes, & spoliarent Aegyptũ, sicut habetur Exo.12. Hoc autem directe est contra illud, quod dicit Isidorus esse iuris naturalis.s. accomodatæ, vel depositæ rei restitutio.s̃.di.1.cap.ius autem. Similiter in Abraham, cũ præcepit, vt immolaret filiũ, licet autem Abraham ad actũ non processerit, tamen voluntatem completam habuit interficiendi, & voluntas completa pro facto reputatur, de pœni distinct.§.1. Similiter tertio, quando præcepit. Oseæ, vt duceret mulierem fornicariam, & faceret filios fornicationum. Oseæ primo. Occisio enim directe est contra id, quod iuri naturali præcipue, ascribitur, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.s̃.distinct.1.c.humanum genus, fornicaria autem cõiunctio fuit contra illud quod Isidorus ponit esse iuris naturalis.s. viri, mulierisque coniunctio.s̃. distinct.1.in.capitu.ius autem, ergo videtur, quod ea, quæ sunt iuris naturalis recipiant dispensationem. ¶ In oppositum est tex. præsentis.cap.
2 Respondeo dicẽdum,† quod ad ius naturale pertinent aliqua in duplici differẽtia, vt tam Albertus magnus super ethi. quã sanctus Thom. in prima secundæ dicit. Quædam enim sunt sicut principia prima, aut communia præcepta, quæ absolute natura considerata iusta sunt, vt pote quæ formam iustitiæ continent & virtutis, quæ (vt inquit Aristotele.5.ethicorũ.) semper & vbique habent eandem potentiam.i. vigorem iustitiæ, sicut est medium tenere, rectitudinem seruare. Et illa duo præcepta generalia, quæ posita sunt.s̃.distinct.1.in. cap. humanum genus, videlicet alij facere, quod sibi vult fieri, & alij non facere, quod sibi nollet fieri. De talibus est ergo conclusio, quod in istis, quæ absolute iusta sunt, non cadit dispensatio, probatur conclusio sic. Primo per illud, quod dicit Augustinus.libr.confessi.ca.4. Ius naturale idem sempermanet, & per consequens est immobile, & inuariabile. Secundo ratione sic. In quolibet genere est vna mensura, quam oportet esse certissimam, & infallibilem, vt patet.10.metaphysicæ. sed prima mensura omnium actuum humanorum est lex naturalis, siue ius naturale, ergo in nullo casu licet ab ea descedere, & per consequens indispensabilis est. ¶ Secũdo sic, illud quod semper est verum, & vbique est verum, ergo quod est per se iustum, semper, & vbique obseruandum est, sed ius naturale, quantũ ad illa cõia præcepta, est semp iustũ, ergo semper obseruandũ, ergo nulla dispẽsatione relaxandum. ¶ Tertio, sic natura non respicit per se, nisi quod bonum est per se, & malum per se, & vnum dicit per se imitandum, alterum autem per se fugiendum, sed per se bonum non potest imitandum non esse: & per se malum non potest non esse fugiendum, ergo nulla dispensatio potest esse contra illud. ¶ Quarto sic. Id super quod cadit dispensatio, per dispensationem de illicito fit licitum: sed contra ius naturale potest esse aliquid licitum, vt furari, & mœchari, quæ sunt contra ius naturale, non possunt licite fieri, ergo. &c. ¶ Quinto sic, ſm Bernard. in libro. de dispensatione, & præcepto, in licita dispensatione requiritur dispensatoris authoritas. Sed contra ius naturale nulla est autoritas, non Dei: quia Deus non præbet authoritatem contra suam autoritatem, cui innititur ius naturale, nec præbet alij autoritatem, vt contra suam aliquid fiat maiestatem, contra quam nulla potest esse autoritas, ergo ius naturale est omnino indispensabile. ¶ Sexto sic. Augustinus super Gene. ad literam dicit, quod Deus contra rationes, quas naturæ indidit in prima creatione nunquã aliquid operatur, ergo cum etiam indidit rationes iuris naturalis cordi humano, videtur, quod contra illas nihil operetur, & per consequens nulla dispensatio esse possit. Secundo aliqua pertinent ad ius naturale, vt conclusiones elicitæ à prædictis communibus principijs, & de talibus ponitur talis con-

Scdm ar.

Tertiũ ar.

Opponit & Respõd.

Bernar.

Augu.

talis conclusio, ꝙ in pertinentibus ad ius naturale hoc modo .s. vt conclusiones deriuantur à principijs, cadit rationabiliter quandoque dispensatio, patet conclusio. Redditio enim depositæ rei est de iure naturali, & tamen in casu licite dispẽsatur, ꝙ non fiat, vt pote si sit reipublicæ inimicus. ¶ Pro euidentiori autem huius conclusionis notitia est notandum cũ S. Thom. in prima secundæ, & fuit inductum supra circa dis. 7. ꝙ in processu, quo ratio procedit à cõmunibus ad propria, siue specialia, aliter circa hoc se habet ratio speculatiua, & aliter ratio practica, quia enim ratio speculatiua præcipue negociatur circa necessaria, quæ impossibile est aliter se habere, absque aliquo defectu inuenitur veritas in conclusionibus proprijs, sicut & in principijs cõmunibus, sed ratio practica negotiatur circa contingentia, in quibus sunt operationes humanæ, & ideo si in communibus inuenitur aliqua necessitas, tamen quando magis ad propria descenditur, tanto magis inuenitur defectus, sic ergo in spectulatiuis est eadem veritas, apud omnes tam in principijs, quam in conclusionibus, licet veritas non apud omnes cognoscatur in conclusionibus, sed solum in principijs, quæ dicuntur communes animi conceptiones, in operatiuis, autem non est eadem veritas, vel rectitudo practica apud omnes, quantum ad propria, sed solum quantum ad communia. Ex apud illos, quibus est in proprijs nota, non est æqualiter nota. Apud omnes enim hoc rectum & verum est, vt secundum rationem agatur. Et hoc autẽ principio, sequitur quasi conclusio propria, quod deposita sunt reddenda, & hoc quidem in pluribus verum est. Sed potest cõtingere in aliquo casu, quod sit damnosum, & per cõsequens irrationabile, si deposita reddantur, puta si aliquis putat ad inpugnandum patriam, & hoc tanto magis inuenitur deficere, quanto magis ad particularia descenditur. Puta, si dicatur, ꝙ deposita sunt reddenda cum tali conditione, vel tali modo, q̃to .n. plures cõditiones particulares apponant̃, tãto pluribꝰ modis poterit deficere, vt non sit rectũ, vel in reddẽdo, vel in reddẽdo. Sic ergo dicẽdum est, ꝙ quantum ad communia præcepta ius naturale, sicut non patitur mutationem ita nec dispensationem, sed quantum ad aliqua propria, siue specialia, quæ sunt quasi conclusiones principiorum communium in aliquibus, non tamen vt in pluribus, sed vt in paucioribus propter aliqua impedimenta, sicut mutari possunt, ita & dispẽsationẽ recipere. Diximus aũt in aliquibus cõclusionibus, quia non in oĩbus, quia quædã sunt cõclusiones ita propinq̃ principijs iuris naturalis, ꝙ fere vltra se offerũt intellectui, sicut ipsa principia, vt Deum venerandũ esse, parẽtes colẽdos esse, & cætera præcepta decalogi, sed de cõclusionibus remotis, iuris naturalis, in quibus (vt dictũ est) quãuis vniformiter se habeant, tamen secundum diuersitatem temporum locorum, & negotiorum, ad casus diuersos diuersimode applicãtur, & hoc propter naturam rerum agibilium, quæ variabilis est, & tale iustum vocat Albertus super ethico. li. 5. iustũ naturale, quod respicit naturam non absolute, sed cum aliqua dispositione. Et variatur secundum aliquas hominum dispositiones diuersas, huiusmodi præcepta sunt quædam determinata ad speciales quosdam modos, sicut ꝙ vna vnius sit, & ꝙ aliquis determinatus honor detur parẽtibus, & huiusmodi, & in talibus quandoq; inquit, dispensatur, vt euitetur maius inconueniens, vnde etiam in aliquo tempore, licuit habere plures vxores, quando paucitas erat credentium, vt simul cum natura multiplicaretur cultus religionis, hæc Albertus.

Ad primũ arg. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur iuxta sanctum Thom. in 3. dis. 37. quod Aristoteles in præfato loco loquit̃ de præceptis legis positiuæ, & sic nõ est hic ad propositum.

Ad secũdũ ¶ Ad secundam respondetur iuxta eũdẽ

3 quod iustũ naturale est duplex, vt iam prædiximus .s. quoddam quod semper, & vbique est iustum, & in quo consistit forma iustitiæ, & virtutis in generali, sicut rectitudinem tenere, aut secundũ rationem viuere, & alia huiusmodi. Quoddam vero ex hoc profectum secundum Tullium. & hoc in pluribus ita contingit, sed potest deficere in paucioribus, vt dictũ est, de primo iusto est prima conclusio, qđ .s. in eo non cadit aliqua dispensatio, de secũdo iusto: est secunda conclusio, ꝙ cadit.

Ad tertiũ ¶ Ad tertiam respondetur negãdo assumptum. Dicimus enim iuxta sanctum Th. vbi .s. ꝙ in præceptis decalogi, secundum ꝙ ad decalogum pertinent, deus nunquam aliquid fieri præcipit contra, prohibitio enim furti ad decalogum pertinet, inquantum res furtiua aliena est à suscipiente, Reiecta ergo hac conditione, si res illa fiat ipsius accipientis; iam non erit contra decalogdm, nec contra ius naturale, & ita fuit cum deus præcepit filijs Israel spoliare ægyptios. Ipse enim est dominus omnium, qui poterat illorum bona trãsferre in filios Israel. Et ideo filij israel (vt dicit Augu. li. quæstionum Exo. & habetur in. c. dicit dominus. 15. q. 5.) non cõmiserunt furtum, sed iubente deo ministerium præbuerunt. Et ita factum etiam fuit cum præceptũ fuit Abrahæ, vt occideret filium suũ, ꝙ inducebatur secũdo loco, non enim fuit factum contra iustitiam, quia deus est actor vitæ, & mortis. Et sic sine iniuria potest subtrahere vitam innocentis ministerio naturæ, sicut fit omni die, quia naturali morte moriũtur omnes tam nocentes, quam innocentes, ad hoc posset vti ministerio hominis, cuiusmodi vellet ,ppter aliquid melius, vt dicit dominus. Vlrichus in summa sua. Et ita etiam patet responsio ad tertium exemplum de Oseę, quia non præcepit Osee committere adulterium, aut contra decalogum facere prohibitio enim accedendi ad fornicariam pertinet ad decalogum. inquantum accessus est ad non suam. Potest aũt Deus auferre hanc conditionem non suam, sine hoc, ꝙ vxor plenarie fiat, vt sic accedere ad eam non sit contra decalogum. Ad idem etiam Albertus magnus in. q. de virtutibus, qui tra- Vlrichus.

4 ctans hãc quæstionẽ dicit, ꝙ ius naturale põt recipere dispẽsationem à Deo in opere, licet non sic in fine, siue intẽtione finis. n. operis est honestũ, & bonũ, & contra hũc finẽ nõ põt aliquis dispensare, quia si deus dispẽsaret, vt aliquid fieret nõ bona intẽtione, nec pp bonũ, nec propter se, ipse dispensaret contra seipsum & esset suum opus contrarium operi, suo ꝙ esse non potest, vnde non dispensat, ꝙ aliquis furetur, quia furtum dicit actum contractionis rei alienæ inuito domino ex auaritiæ libidine, quod est turpissimũ, sed dispensat Deus de actu separato à fine malo, & per consequens à specie furti coniungendo illum fini bono, vnde proprie non dispensauit de furto, secundum ꝙ est furtum, & ideo factum Hæbræorum non directe fuit spolium, nec directe contra mãdatum illius iuris naturalis, quod est, non furtum facies. Eodem modo dicit de præcepto obedientiæ Abrahæ de occidẽdo filium. ꝙ illud præceptum non habuit dispẽsationem ex parte finis, vnde habeat speciem peccati. vt .s. ex libidine iræ, vel vindictæ aliquis innocens, nedũ filius occideretur, sed dispensauit actum cum coniunctione ad alium finem, qui est probatio obedientiæ, vt posteris daretur exemplum, & in figura immolationis, qua summus parer obtulit filium suum, in salutem mũdi, similiter dicit de matrimoniali cõnubitu in Oseæ ꝙ actũ cõiunctionis, cum fine malo impossibille erat dispensari, sed actum separari à fine primo fuit necessarium, & postea dispensare, concubire enim in libidine semper fuit, & est peccatum mortale. Concubire autem cum non sua nõ vt libido quæreretur, sed vt mysterium de abiectione Iudæorum, & vocatione gentium significaretur, poterat fieri per dispensationem diuinam secundum ista respondetur ad omnia exempla posita in 3. articulo, ꝙ licet hęc, quę nominibus furti homicidij, & fornicationis implicantur, nunquam possent bene fieri, & per consequens aduersus ea nũquam cadat dispensatio, quia tamen actus eorum separabiles sunt à talibus finibus per quos illa peccata diffiniũtur, & coniũgibiles bonis finibus, ideo in talibus poterit cadere dispensatio, & hæc est causa: quare, vt dicunt docto. tam S. Th. quam Albertus. Vlrichus, & dominus Bonauẽtura, quod in præceptis decalogi, in quibus potest fieri huiusmodi separatio, cuiusmodi sunt pręcepta secundę tabulæ quę dicunt ordinem immediate ad proximum dispensatio ad minus diuina cadere potest. In præceptis vero primę tabulæ cum talis separatio fieri non potest, cum dicant immediate ordinem ad deum, dispẽsatio non est possibilis, &c. ¶ [Aduersus naturale ius nulla dispensatio admittitur.] dicit glo. & Hug. & Archid. hoc intelligendum esse in præceptis, & prohibitionibus. Sed hoc non est sufficienter dictum, quia, vt habitum est in quęstione, in pręceptis, siue affirmatiuis, siue negatiuis, quę vt cõclusiones deriuantur à præceptis cõmunibus iuris naturalis, quandoq; bñ cadit dispensatio, sicut & mutatio, sed debet exponi de principijs, siue præceptis communibus ipsius, naturalis, & in quibusdam propinquis conclusionibus, quę deriuãtur ex illis, cuiusmodi sunt præcepta decalogi: in quibus vt talibus dispensatio nunquam cadit. Sunt enim immutabilia vt .s. dis. 5. in prin. [Nisi forte] secũda pars, hic male loquitur Gratianus. Absit, quòd aliqua necessitate possit homo vrgeri ad faciendum contra ius naturale, ꝙ videtur hic Gratianus pręsupponere. Ante enim omnia debet pati homo, quam ire contra ius naturale, & diuina pręcepta, & in hoc non debet timere mortem

Marginalia: S. Tho. — Albertus magnus. — Exponit literam.

re mortem, dicente domino. Nolite timere eos, qui, &c. De hoc etiam magis. j. dicetur. c. sequen. &c.

1 *De duobus malis an leuius siue minus sit eligendum.*
2 *Malum dicitur quia nocet.*



DVo mala. Sequitur primum. c. eiusdem partis, quod est Concilij Toletani, quod inducit magister Gratianus ad probandum casum, quem posuit, in quo aduersus ius naturale posset fieri dispensatio. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit ex authoritate præfati Cōcilij, ꝙ inter duo mala instantia sic, ꝙ alterū necesse sit fieri minus debet eligi, & maius vitari. In secunda ostendit exemplo, qualiter possit cognosci, quid sit maius, vel minus. Secunda ibi. Quod autē leuius. Pro pleniori intel- Diuisio.
1 ligentia huius. c. ¶ Quæritur † vtrum de duobus malis leuius siue minus sit eligendum. Et videtur ꝙ non semper minus malum inter mala sit eligendum in casu, quo necessitas impulerit faciendum. Primo sic, vt colligitur ex præsenti. c. Si talis casus esset possibilis, vt quis aut periurium, aut homicidium necesse esset committere, debet eligere magis periurare, quam hominem occidere, sed periurium grauius est peccatum. Tum quia est peccatum contra præceptum primæ tabulæ. Tum quia periurium est peccatum in Deum immediate, homicidium in proximum, ergo videtur, ꝙ non est minus malum semper eligendum. ¶ Secūdo sic: vt Augus. recitat primo lib. de ciuitate, quædam mulieres se interfecisse leguntur tempore persecutionis, vt non ab alijs corrumperentur, & ita maius malum elegerunt, s. se interficientes, quā fuisset consensisse libidini, & tamen non creduntur male egisse, cū earum memoria celebretur in ecclesia, ergo videtur, ꝙ non semper minus malum sit eligendum. ¶ In oppositum est te. præsentis. c. Respondeo dicendum, quod possibili existente tali casu, vt alterum malorum quis necessario compelleretur committere, minus malum esset eligendum. Patet conclusio ex præsenti. ca. Patet etiam ex illo Gregorij. 3. moral. & in seq. c. dicentis. Cum mens inter minora, & maxima peccata constringitur: vt omnino nullus sine peccato euadendi aditus patebit minora semper eligūtur. Hoc etiam patet ex illo eiusdem Gregorij in sequen. c. vbi ait. Cū dubijs constringimur, vtiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. Veritas etiam conclusionis huius inde aperte colligitur, quia minus malum in comparatione maioris mali videtur habere quodammodo rationem boni, & desinere esse peccatum iuxta illud, quod Augus. dicit de mendacio, Illa desinunt esse peccata, quæ propter grauiora vitanda suscipiūtur. Sicut enim in rebus vtilibus nō vocatur damnum, quod propter maius lucrum admittitur, sic & in rebus sanctis non vocatur peccatum, quod admittitur, ne grauius admittatur. Qua conclusione sic probata, respondendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur primo, ꝙ tex. præsens non videtur affirmare simpliciter, quod in tali casu venire contra iuramentum factum de occidendo, proximum esset periurium. Secundo, quod dato, ꝙ ita esse ad opinionem eorum, qui dicūt perplexitatem talē absolute esset possibilē
2 dicitur, quod periurare in tali casu, si periurare sit dicendū, sit minus malum in aliquo modo, quam homicidium. † Malum enim (vt dicit Augu.) dicitur, quia nocet: plura autem nocumenta, vt dicitur in litera proueniūt ex homicidio, quam absolute ex periurio, licet periurium ex specie peccati simpliciter grauius sit. vt arguebatur, & bene, licet de hoc Deo duce prolixior sermo erit in. c. ille. 22. q. 5. ¶ Ad secūdam respondetur, quod præfatæ fœminæ fecisse creduntur illud inspiratione spiritus sancti, sicut de Sanson, qui interfecit se, vt habetur Iudicū. 16. vt dicit Aug. primo de ciuitate Dei. Et ita per consequens, cum non peccauerunt ratio non procedit. ¶ [Duo mala], s. culpæ. [cautissime sunt præcauendo.] Ecclesiasti. 11. quasi à facie colubri fuge peccata. [Si periculi.] vtrū autem talis perplexitas sit danda in sequenti. c. declarabitur. Præsupponitur tamen hic, quod posito aliquo. s. errore in conscientia, talis sit possibilis, vbi ostenso, quod talis perplexitas non sit danda, videbitur aperte, quod hoc. c. si intelligatur de malo culpæ mortali nō dicit verum [resoluere] id est facere [qd minori nexu] id est, ad quod minus obligatur. ¶ [Quid autem leuius, &c.] secūda pars. [periurare compellimur] mirandum de hoc concilio Toletano, quod tam sapientes viri dixerint, aliquem posse ad periurium compelli, cum ante debeat pati homo mortem; quam periurare contra præceptum Dei. Leuiti. 19: Non periurabis. [Compellimur] dico iuxta arbitriū, erroneę conscientiæ. [Creatorem offēdimus] hoc est in omni mortali peccato, cum in eo fiat auersio ab immutabili bono, & conuersio ad commutabile. Sed nos tātūmodo maculamus, & non proximū, sicut fit in homicidio, & hoc est ꝙ sequitur. [Cū vero promissa noxa] crudeliori, s. ꝗ proximū, quia se in anima, proximum in corpore lædit. Hu. [illic] id est in periurio [duplici culparum.] Sed nunquid periurium est duo peccata, & homicidium tria. Dicendum, quod non, sed dicitur sic ad exaggerationem peccati habita consideratione ad illos, qui inde offenduntur, quos in tali casu occidendo offendit tres, periurando vero duos. Hu.

Primū arg. — Secūm ar. — Opponit & Respō. — Ad primū argu. — Ad secūdū — Exponit literam.

1 *Perplexitas an sit possibilis.*
Et quod sit triplex. nu 2.
3 *Perplexitas ineuitabilis peccandi non potest dari.*
4 *Renuntians seculo, & obligans se voto, & professione debet sequi voluntatem sui superioris per obedientiam in omnibus.*
5 *Promotus ad dignitatem simoniace, si est perplexus, qualiter ei consulatur.*
6 *Simoniacus an debeat dimittere beneficium sine licentia superioris.*
7 *Intrusus in beneficio propria authoritate, potest dimittere beficium absque superioris licentia.*
8 *Necessitas est duplex.*
9 *Actus coniugalis quandoque est meritorius, absque omni culpa mortali, & coniugali.*
10 *Venia comprehenditur nomine, vitij.*



NErui testiculorum. Sequitur ſm capit ulū eiusdem distin. cuius summa est eadem cum præcedenti. c. videlicet quod inter duo mala minus malum est eligendnm. Et diuiditur in tres partes. In prima assignat originē vnde proueniat huiusmodi perplexitas, qui ex suggestione Diaboli. In secunda ponit aliqua exempla præfatę, perplexitatis. In tertia dat cōsilium, quo vtendum est in huiusmodi perplexitate. Secūda ibi; qđ melius, tertia ibi, est tamen, quod. Item secūda in tres, ſm tria exempla, quæ ponit. Secūda ibi. Alius cum ita. tertia ibi. Alius pensare. Item principalis in duas. In prima dat consilium. In secūda cōfirmat illud exemplis. Secunda ibi. Hinc Paulus. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæritur
1 sic. ¶ Vtrū † perplexitas sit possibilis, ita vt aliquis necessario compellatur alterum malorum perpetrare. Et videtur, quod sic. Primo ex. ca. psenti, in quo beatus Gregorius aperte hoc innuere videtur, cum ait. Nerui testiculorum Leuiatam perplexi sunt, &c. ¶ Secūdo arguitur ad idem ex illo Psal. * Salua sti de necessitatibus animam meam, ergo Deus saluat à necessitatibus miseriæ, sed nulla videtur maior necessitas miseriæ, quam perplexitas peccandi, ergo ab illa saluat, ergo quandoque est. ¶ Tertio ad idem sic. Dicit August. de natura, & gratia, quod ex vitio naturæ, non ex conditione sit peccandi necessitas. Audiat homo, atque vt eadem necessitas, non sit, dicat Deo, de necessitatibus meis erue me, ergo si homo instanter oret, eruet eum Deus à perplexitate. ¶ In oppositum arguitur sic. Nullus peccat in eo, quod vitare non potest ait. Aug. ergo nullus potest esse simpliciter perplexus, ita vt vitare non possit, quando alterum peccatorum committat. Respondeo. hic dicenda occurrūt tria. Primo de modis perplexitatis. Secūdo de perplexitate conscientiæ si sic. Tertio de casibus positis in litera, in quibus dicitur perplexitas, quid consulēdum sit, si similes occurrerint. Quantum ad primum notandum est iuxta magistrum Alexandrum de Halis super.
2 2. sententiarum. † quod triplex est perplexitas. Est enim perplexitas. intelligentiæ verborum sacræ scripturæ, quæ videntur sibi repugnare. ¶ Secunda est perplexitas a cognitionis faciendorum, vtraque istarum potest esse in bonis hominibus, sicut manifestum est. ¶ Tertia est ineuitabilitas peccandi. Prima soluitur per considerationem causarum dicendi in diuersis locis scripturæ. Intelligentia enim dictorum ex causis assumenda est dicendi, vt Hyla. dicit, & habetur in c. intelligentia. extra verbo. signi. Secūda tollitur vnctione spiritus sancti, quæ docet de omnibus. Tertio vero depositionem erroneę cōscientię, de qua pręsens est sermo. Et hæc de primo. Circa secūdum sit illa conclusio simpliciter, & absolute. † Non potest dari perplexitas, quæ dicitur in-

Diuisio. — Primū ar. — Secūdū ar. *Psa: 30. b — Tertiū ar — Oppositi contrariū. — Respōdet. — a ¶ Perplexitas Perplexitas in iudicijs est vitāda. Petrus de An ch. in c. interposita. nu. 6 appella.

euitabilitas peccādi, licet ꝯm quid .s. posito aliquo .s. errore in conscientia, possit dari. Hæc conclusio est tam Alexandri de Halis, quam sancti Thomæ in 2. dist. 31. vbi S. Thom. ita dicit. Simpliciter nullus perplexus est absolute loquendo, sed quodam posito, non est inconueniens, illo stante, aliquē perplexum fore, hæc S. Thom. Præfata conclusio, quo ad primā partem videlicet, quod nullus possit esse perplexus simpliciter inter duo mala culpæ, ita quod ex necessitate teneantur alterum cōmittere, probatur primo sic. Peccatum est voluntarium, & si non est volūtarium non est peccatum, vt inquit Augu. 1. libr. retract. & habetur in c. quod autem. 3. q. 1. ergo sequitur, quod impossibile sit aliquem simpliciter perplexū esse, ita vt necessario peccet. Item idem Augusti. libr. contra Faustū. Pc̄m̄ non necessitatis, sed voluntatis est. ¶ Secūdo sic, si aliqđ pc̄m̄ ex necessitate fecerit, cū prohiberetur esse prohibitio impossibilis, cū oē præceptū, & oīs prohibitio, & oīs lex debeat esse possibilis, vt di. 4. erit aūt. Tertio sic, si aliquis esset simpliciter perplexus, ita vt necesse esset alterū peccatorū committere, sequitur, quod iniuste pœna illi peccato redderetur, vt. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & 15. q. 1. Illa caueuda sunt. Sed hoc est falsum, ergo illud ex quo sequitur. Quarto dicitur Zachariæ primo. Cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos dicit dominus: & Ezech. 18. Si impius conuerteret se, &c. Ex quibus locis habetur, quod nullus potest esse in tali statu, quin possit pænitere, & obtinere gratiam ad repellendam omnem perplexitatem, ergo pars illius conclusionis est vera. Secunda pars conclusionis, in qua dicitur, quod stante errore conscientia, potest quis esse perplexus, patet ex. capi. præsenti. & in tali casu perplexitatis, dicit Greg. quod minus malum eligitur, vt maiora vitentur, & hæc de secundo. ¶ Circa tertium notandum, ꝙ in litera ponūtur tres casus. Primus est de eo, qui iurauit alteri, quod secreta eius omni silentio tegeret, & contigit postea, ꝙ ille, cui iurauit, perpetrat adulterium, & procurat homicidiū mariti ipsius adulteræ, & hoc scit, qui iurauit videtur, ꝙ sit perplexus, quia si tacet non præmuniens aliquo modo, cū sit conscius illius, videtur esse particeps homicidij. Si vero reuelat, videtur reus periurij, sic ergo est perplexus. Ad hoc dicendum videtur, vt dicit Hug. & concordat magister Alexander de Halis in secūdo, quod nō est perplexus in veritate. Consulitur autem sibi hoc modo; quod illum moneat correctione fraterna, prout dicitur Mat. 18. & 2. q. 1. si peccauerit. Si vero ille non audit istum taceat. vt. 2. q. 7. plerique. & 6. q. 2. si tantum vel potest dicere in generali illi cuius procuratur homicidium, dicendo aliquis vult te interficere. Ita tñ ꝙ nō deprehēdatur ex aliqua circūstātia, quis ille sit, sicut habetur extra de of. or. si sacerdos, vel si periculū est dicere illi personæ, dicēdū est alicui, qui pōt prodesse, & non obesse in generali, vt sacerdoti, qui præmunit illū dici August. in q. super leuitic. Mihi videtur inquit Alexander de Halis, ꝙ ab hoc pc̄ī vinculo se absoluat, si indicet talibus qui magis prodesse, quam obesse possunt, hoc saluo, quod per circunstantiam non iudicetur persona, nec est ille reus periurij, quia non indicat secretum illius: vnde in Ecclesia. dicitur. Denudare mysteria amici, desperatio est animæ infidelis. Dicit autem a Hu. quod postquam admonuit illum, & desistere non vult, si probare potest, tenetur denuntiare ecclesiæ secundum præceptum euangelicum. Si peccauerit, &c. Nec dicetur reus periurij, vel transgressor iuramenti. Nam iuramentum de solis licitis intelligitur. vt. 22. q. 4. inter cætera.

Alexan. de Halis.

*Eccl. 27. c

4 ¶ Secundus casus in litera positus est † de illo, qui renuntians seculo obligat se voto, & professione, quod sequetur voluntatem sui superioris per obedientiam in omnibus. Superior aūt suus præcipit ei agere ea, quæ mundi sunt. Subditus autē pensans, quæ sit culpa inobedientiæ, & quod sit contagiū vitæ secularis, & obedire trepidat, & non obedire formidat, & sic videtur esse perplexus. Ad hoc dicitur, quod iste non est perplexus in veritate. Habet quippe salubre consilium hoc videlicet, quod secure non obediat prælato in his, quæ sunt contra deum, nec peccat, non obediendo in talibus, quia magis oportet obedire Deo, quam hominibus. Act. 4. & 11. q. 3. non .n. semper & c. si deus. Si vero præcipiatur aliquid, quod non sit directe contra præceptum dei, sit tamen contra illud quod nouit ex professione regulæ, non est etiam superiori in hoc obediendum. Non enim regulę prælatus, sed regula præest ei, sicut dicit Bernar. Si vero quod præcipitur non sit contra deum, nec contra regulam salua vtrobique veritate itæ est ei obediendum.

Bernardus.

5 ¶ Tertius casus perplexitatis positus in litera est † de illo, qui promotus est ad dignitatem simoniace, perplexus enim est, vtrum retineat, de quo dicit Greg. in litera esse sine reatu criminis ex neutra parte video. Si autem susceptus simul grex, relinquatur, aut rursus sacra actio seculariter empta teneatur. Ad hoc respondetur quod iste non est absolute perplexus, habet quippe salubre consilium, si voluerit accipere, debet enim talis illam partem eligere, vt .s. deserat dignitatem, siue honorem simoniace habitum, vt. 1. q. 1. si quis neque. & q. 7. requiritis, nec peccat dimittendo Est enim beneficium furtiuum, vnde non potest agere pœnitentiam, nisi restituat quod male accepit. vt. 14. q. 6. si res aliena & ext. de resti. spol. grauis. Sed hic surgit quæst. † An talis

6 simoniacus debeat dimittere beneficium sine licentia superioris. Et de hoc tanguntur duæ opi. hic in glos. quasi contrariæ. Sed videtur respondendum, quod dupliciter loqui possumus de beneficio, aut de simoniace habito, quia aut de vsu rerum quæ habentur ex beneficio, aut de possessione ipsius beneficij seu dignitatis. Si primo modo, ilico debet abstinere à fructibus beneficii, vt extra de renun. capitul. post translationem. §. rursus. Aut loquimur secundo modo, & tunc videtur distinguendum iuxta Ioan. And. in. ca. nisi cum pridem de renuntia. Quod aut talis habet coloratam beneficij possessionem, aut non, si non tunc potest sine licentia superioris beneficium dimittere, vt sicut de facto occupauit, de facto dimittat. Et ita procedit opin. Ioann. hic posita. Si vero habet coloratam beneficij possessionem, tunc non potest dimittere sine licentia superioris, & ita procedit opi. alia hic in gloss.

7 posiata. Ex quo infertur † quod intrusus in beneficio propria autoritate, potest dimittere beneficium absque superioris licentia, quia non habet coloratam possessionem. Simoniacus vero licet habeat titulum vitiosum, quia tamen habet colorem tenendi à superiore. Ideo videtur, quod non possit dimittere sine superioris licentia, vt notant Innocen. & Hosti. in. c. de regularibus, extra de simo. Sed quid si superior prælatus non vult admittere renuntiationem. Respondetur quod nihilominus tenetur ipse simoniacus dimittere beneficium, vt tangit glo in dicto. c. de regula, quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. si res. Quia furtiuum est beneficium. 1. q. 1. c. ordinationes & semper est in mora sicut fur. ff. de condi. fur. l. in re furtiua. §. 1. & l. vlti. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes factas in principio. Ad primam respondetur, quod beatus Gregorius in præsenti te. dicit aliquem posse esse perplexum non simpliciter, & absolute, sed expositione alicuius .s. erroris existentis in cōsciā, & hoc mō bene est possibile aliquā perplexum esse, vt dicit tam Alex. de Halis q̄ S. Tho. vt. s̄. declarauimus. ¶ Ad secundam respōdetur iuxta Alexādrum. de Halis. † quod est duplex necessitas.

Ad primā arg.

8 Vno enim modo dicitur necessitas idem, quod pronitas, & hoc modo sumitur in* Psa. cū dicitur. Saluasti de necessitatibus animam meam. Liberat enim deus à pronitate peccandi aliquem, ita quod non deducitur ad effectum. Alio modo dicitur necessitas ineuitabilitas ad peccandum, & talis absolute non est, nec de tali loquitur Propheta, de qua nunc est sermo. ¶ Ad tertiam respondetur sicut dictum est, quod do minus liberat hominem à necessitate. quæ dicitur pronitas ad peccandum, & à necessitate etiam perplexitatis, quæ dicta est, quæ .s. ex aliqua suppositione contingit in conscientia alicuius, certæ, si homo instanter peteret, ꝓut deberet, dominus liberaret eum, ne caderet in hmōi perplexitatis necessitatem, vnde ex dictis Aug. nihil habet cōtra conclusionē habitam. Textu. ¶ [Nerui] Iob. 4. [Leuiatā] i. diaboli. Diabolus vectis dicitur, & interpretatur quia malleus est vniuersæ terræ. Et interpretatur serpēs in aquis, quia in re huiusmodi seculi volubili versatur astutis, interpretatur additamētum eorum, scilicet hominum, quibus semel in paradiso culpam prę uaricationis intulit, & adhuc vsque persuadens mortē quotidie adiungit, vel quia addit numero primorum parentum quos peccatores fecit, alios peccatores constituendo. Hugo. [testiculorū.] Testiculi Leuiatam suggestiones diaboli sunt, quia sicut testiculi humanæ generationis sunt instrumenta, & in se continent omne incentiuum libidinis, ita suggestiones diabolicæ instrumenta sunt, quibus diabolus in hominibus generat vitia, & ad illicita incendit. [nerui testiculorum] sunt calliditates suggestionum. Hugo. nerui perplexi dicuntur, quia his vtitur diabolus, vt homines peccatis alligentur. Dicuntur ergo perplexi per effectum, quia oreddunt homines perplexos, vnde sequitur [quia per suggestionem illius argumenta alligantur] .s. homines. [in ventris] implicatis .s. hominibus in delictorum perplexitatē inuolutis,

Ad secūdū.

Psal. 30. b

Ad tertiā.

Exponit literam.

inuolutis, vel alligantur hominibus, eos illaqueantes, vel [in uentis] id est inuentionibus implicatis, id est implicantibus. Hu. [vt plerosque non euadant] intellige errore, vel malo pro posito manente in conscientia, sicut exposuimus in quæstione. [Quod vt melius] secunda pars. [alligationis] id est perplexitatis. [Ecce quidam.] Ponit primum casum, qui superius est iam positus. [meruit] non est metuendum, quia nõ est peccatum contra tale iuramentum venire, vt. 22. q. 4. si aliquid. Hu. [Alius] hic ponitur secũdum exemplum inobedientiæ, est enim scelus idolatriæ, vt. 8. q. 1. sciendum. & 81. distin. si quis presbyteri. Hu. [alius] tertium exemplum. [põdus] .s. q̃ difficile sit recte honorem ecclesiarum gubernare, quo nihil difficilius. 40. dist. ante omnia. Hu. [Omne quod hic eminet] id est omnis prælatio, vel superioritas. [Plus mæroribus afficitur.] ar. contra ambitiosos. [cum culpa] .s. graui, sed si cum leui pœna esset imponenda, & honor seruandus, vt dist. 68. c. 1. Hug. [fractus] ex ipso, quia quãto gradus altior, tanto casus eius grauior ar. 40. distinct. homo christianus, 11. q. 3. præcipue. Hu. [Est tñ]. 3. pars in qua consulit quid in prædictis p̱plexitatibus faciẽdum sit. [Bebemoth.] Bebemoth enim hebraice, latine animal sonat, & notat diabolũ, qui pro merito suo de cęlo in aerem hunc caliginosum descendẽs, vt animal brutum effectus est inter minora. [& maxima.] Loquitur pręsupposita stulta opinione perplexorũ credẽtiũ vtrunq; illorũ esse pctm̃, qua posita, cõsulit, vt minus malũ sit eligendũ, maioritas aũt, & minoritas attẽdẽda erit tũc aut ex parte maiorum nocumẽtorũ, sicut accipitur in exemplo primo, aut ex parte personarum, quæ offendũtur, & sic accipitur in exẽplo secundo. Aut absolute, secũdum genus, vel speciem peccati, sicut accipitur in tertio exemplo. [Quia, & qui] ostendit quod dicit à simili [vbi breuior] ita quod speret, siue præsumat euadere, quoniam si se præcipitaret etiam per breuiorẽ locũ, non sperans euadere, volens propria morte perire, q̃ occidi ab illo, sicut fecit, Saul reus esset mortis suæ. Potius enim deberet ferientis dictum expectare, quia forte parceret ei, vel alio modo contingeret, eum euadere, vnde nullo modo debet sibi mortem ingerere. vt. 23. q. 5. non est vestrũ. Si vero nimis sit depressus, ita ꝙ speret euadere, quamuis aliter cõtingat, non est reus suæ mortis. Casus enim veniam meruit. distin. 55. qui partem. Hu. [Hinc Paulus] primæ Corinthio. 7. Inducit Apostolum ad probandum; ꝙ minora sunt eligenda q. d. hoc fecit Paulus, ergo sic est faciendum. [Concessit minima.] non est intelligendum hoc de matrimonio, quia, vt postea sequitur, quod permittitur, & indulgetur, non est sine vitio. In matrimonio autem non est vitium, sed semper bonum fuit, sed accipiendum est de actu coniugali, secundum ꝙ habet annexam culpam venialem, dicens propter fornicationem vitandam vnusquisq; suam vxorem habeat sibi determinatam, vt tollantur vagi, & incerti concubitus, quod p̱tinet ad fornicationem, vt exponit sanctus Thom. vel suam vt excludantur per hoc omnes, qui non possunt habere vxorem propter votum, vel aliquod tale. Hu. [quia tunc solũ con iuges, &c. miscentur] vel supple pro reddendo debito. Vbi notandum quod, vt dicit S. Thom. in expositione huius verbi Apostoli. 1. ad Corin. 7. † Actus coniugalis quandoq; est meritorius, & absq; omni culpa mortali & veniali, puta, cum ordinatur ad bonum prolis procreandæ & educandæ ad cultum dei, sic enim est actus religionis, vel cum fit causa reddẽdi debiti, sic est actus iustitiæ. Omnis enim actus virtutis est meritorius, si fit cum charitate. Quandoque vero est cum culpa, veniali. s. cũ quis ad actũ matrimonialẽ ex concupiscẽtia excitatur, quæ tamen intra limites matrimonij sistit, vt. s. vxore sua sit contentus. Quandoque vero est culpa mortalis, puta cum concupiscentia fertur extra limites matrimonij. s. cum aliquis accedit ad vxorem æque libenter, vel libentius ad aliam accessurus. Primo ergo modo actus matrimonij nõ requirit indulgentiam. Secundo modo indulgentiam in quantum aliquis consentiens concupiscentiæ in vxore non fit reus peccati mortalis. Tertiò modo omnino indulgentiam non habet. [vt hæc etiam] id est ita hæc caute intelligo, vt hoc quod scilicet, quisque suam habeat vxorem propter fornicationem, Apostolus concesserat non sine culpa [quamuis minima] hoc est veniali, esse monstraret: ilico adiũxit [hoc dico autem secundum indulgentiam] id est sic dicendo, quædam indulgeo, & permitto. s. coitum coniugalem causa incontinentiæ vitandæ, indulgentiam dico, dicit gloss. ordi. & ideo nõ peccat, qui aliter agit: id est, qui cõtinet, imo peccat, qui sic agit, quia aliqua culpa est ibi, sed leuis, propter

Nota ad verba Pauli.

S. Thom. 9

hmõi peccata oportet nos continue, crebroq; orare, & dicere, dimitte nobis debita nostra, &c. Non ergo illud præcepit Apostolus, sed permisit, vnde sequitur. [Non sẽm imperium] quia illum non præcedit Apostolus, sed permisit. [Vitio] notat nomine vitij veniã cõprehẽdi. Hu. [sine venia]. i. quæ nõ sunt facilir veniæ, quia sine venia nullus est, si eã petat. vt. 1. q. 7. si quis omnem, & Ezech. 18. In quacunq; die ingemuerit peccator, &c. [Per minora] commissa. Ly per, non causam, sed occasionẽ notat, quomodo omnia dicũtur cooperari bonis etiam peccata vt de peniten. distin. 2. Sæpe enim, qui peccando cecidit, post gratiam fortior resurget. dist. 50. fidelior de pœni. di. 3. §. dicendum. Hug.

¶ Distinctio Decimaquarta.




Verum hæc in vna eademque. Hic incipit dist. 14. quæ sic continuatur ad præcedentem. Dictum est in pręcedenti distinct. quod quando duo mala instant circa vnam, & eandem personã quod minus malum est eligendum. Nunc vero quia posset aliquis dubitare, vtrum etiam hoc obseruãdum sit in diuersis personis, vt quis debeat committere minus malum ne alius committat maius, siue grauius. Respon. quod non. Et hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima facit, quod dictum est. scilicet quod nullus debeat peccare ne alius non peccet. In secunda ponit, quando rigor est relexandus, secunda ibi, consuetudinis. Litera patet ex his, quæ no. sunt.

Cõtinuatio

Diuisio.

2 *Loth indiscrete, & illicite egit.*
3 *Separari à christo potest intelligi dupliciter.*



Quod ait. In hoc. c. descẽdit ad responsionẽ præfatę cõclusionis. Et diuiditur in duas partes. In prima inducit exemplũ Loth. quasi argumentum de ea parte, quod quis debeat minora peccata committere, ne alius maiora committat. In secunda ponit, quod in hoc non est Loth imitandus, quia minus prudenter egit. Secunda ibi, si autem. Pro pleniori intelligentia huius capituli quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum quis debeat minus peccatum mortale committere, vt alius euitet maius.

4 ¶ Secundum est, vtrum quis debeat committere veniale, vt alius non committat mortale, &c.

1 Ad primum. Sic proceditur, & videtur quod aliqs debeat committere minus peccatũ mortale, vt alius euitet maius. Primo sic. Loth vt habetur Gen. 19. & recitatur in p̃senti. c. obtulit filias suas luxuriosis viris, vt eis abuterentur, ne flagitio cõtra naturã abuterẽtur, hospitibus suis, sed in hoc nõ vr̃ peccasse, quia de iure naturali est cõseruare hospites suos, & Loth credebat hospites suos esse hoĩes, vnde ab Ambrosio cõmẽdatur. vt. 32. q. 7. offerebat. ¶ Secundo sic. De duobus malis minus est eligendum, sed maius malum est vitium contra naturam, quam defloratio virginum per stuprum, ergo, &c. ¶ Tertio sic. Licite permittuntur meretrices in ciuitatibus, ne cuncta turbentur libidinibus secundum August. ergo similiter hic. ¶ Quarto sic. Apostolus inquit ad Roma. 9. Optabam anathema esse à Christo pro fratribus meis, sed à Christo non poterat separari, nisi per peccatum mortale, ergo desiderabat peccare pro fratribus suis. ¶ In oppositum est August. in. c. præsenti. Respondeo dicendum, quod nullo modo quis debet peccare peccato quocunque minimo, vt alius euitet maius. Probatur hæc conclusio sic. Quilibet tenetur Deum diligere super omnia. Omnia enim odio sunt habenda propter eum. Luc. decimoquarto ergo pro nullo alio Deus est offendẽdus, siue per charitatem ab eo separandus, quod fit per peccatũ mortale. ¶ Secundo sic. Homo secundum ordinem charitatis tenetur diligere salutem animæ, suæ magis, quam salutem proximi sui, vt satis aperte colligitur ex illo Mathæi. 22. Dilige proximum tuum, sicut teipsum, ergo nullus debet detrimentum salutis animæ suæ pati, quod fit per peccatum p̱p salutem proximi sui: ergo. ¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes. Ad primã respondetur quod Loth indiscrete,

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit & Respõ.

Ad primã argu.

discrete, & illicite egit, vt etiam Aug. dicit in præsenti litera. Et ad probationem cum dicitur, quod de iure naturali sit, &c. Respondetur quod quilibet tenetur hospites tueri, inquantum potest per modum licitum, non tamen debet peccare ad eorum tuitionem pp ordinem charitatis, vt dictum est. Quod vero dicitur commendatus ab Ambrosio, dicendum, quod commendatur in pietate, quam habuit ad hospites, sed redarguitur ab Augustino de indiscretione. ¶ Ad secūdam respondetur, vel quod illud intelligendum sit in corporalibus, vel vt dicit tex. noster intelligendum sit circa vnam, & eandem personam, sed non in diuersis. ¶ Ad tertiam respondetur, quod ratio non procedit, quoniam lex humana, licet permittat meretrices, inquātum non punit talem fornicationem, quia nō potest omnia punire, sed aliqua rationabiliter dimittit puniēda diuino iudicio. Non tamē licet legislatori ad meretricium vel fornicationem inducere etiam pro maior malo vitando. ¶ Ad quartam respondent Hu. & Archid. vt tex. Apostoli referatur ad tempus ante conuersionem, vt sit sensus: Olim ante conuersionem, meam optabam anathema esse à Christo. i. desideranter faciebā ea, per quæ separabat à Christo, & hoc pro fratribus meis. s. Iudæis defendendis in lege sua, sed ista expositio non multum conuenit, quia vt dicit in expositione S. Thom. secundum hoc nihil magnum dicit Apostolus, quia tūc etiam semper se volebat esse separatum à Christo. Exponenda ergo videtur pro tempore post conuersionem, 3 & tūc est notandum † quod separatio à Christo, vt idem S. Tho. dicit, potest intelligi dupliciter. Vno modo per culpam, per quam aliquis à charitate Christi separatur. preceptum nō seruans. Io. 14. Si diligitis me mandata mea seruate. Et sic Apostolus non poterat optare anathema esse à Christo pro quacūque causa rationibus supra dictis in conclusione. Alio modo potest intelligi illa separatio à Christo per dilationem gloriæ. i. à fruitione Christi quæ habetur in gloria, & sic separari à Christo per dilationem glorię optabat Apostolus pro salute gentilium, nedum pro conuersione Iudæorum, secūdum illud Philip. 2. Desiderium habens dissolui, & esse cum christo, permanere in carne necessarium est propter vos, & hoc modo dicebat. Optabam, si fieri posset, anathema. i. separatus esse à gloria ad tempus propter honorem Christi, & ita dictum Apostoli non implicat contra conclusionem.

Ad scdm. Ad tertiū. Ad intelligendū ver ba Apost.


4 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, quod qs debeat peccare venialiter, vt proximus suus non peccet mortaliter. Primo sic ex illo prouer. 12. qui negligit damnum propter amicum, iustus est: ergo homo ex charitate debet aliquod detrimentū pati propter amicum vt. s. ipse maius euitet: ergo, &c. ¶ Secūdo sic. Homo tenetur animam suam ponere pro proximo suo, ergo debet subire pœnam temporalem, ne proximus incurrat æternam, sed veniali debetur tantum temporalis, mortali vero æterna, ergo debet venialiter peccare, vt proximus vitet æternam, ne ipse mortaliter peccet. ¶ Tertio sic. Minus malum est eligendum, vt vitetur maius malum, vt in distinctione præcedēti. c. duo, sicut medicus præscindit membrum, ne corrumpatur totū corpus, sed minus nocumētū est; quod aliquis peccet venialiter, q̄ aliquis alius peccet mortaliter. ¶ In oppositū est illud apostoli. Non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Respondeo dicēdū, quod nullus debet etiam venialiter peccare vt alius non committat mortale. Ista conclusio primo patet per Augustinum li. de mendacio & habetur in. c. faciat. 22. q. 2. Ratione vero sic, patet ex superioribus. Dictū est. n. quod secūdum ordinem charitatis homo debet ita se diligere, vt pro nullo alio patiatur aliquod detrimentum spirituale, suæ propriæ profectionis. Sed peccatū veniale cum importet defectum debiti ordinis, dicit quandam imperfectionem spiritualem, ergo videtur, quod nullus debet id committere pro quocūq; cōmodo proximi sui. ¶ Secūdo sic. Nullus debet cōmittere pctm mortale pro quocūq; cōmodo proximi sui: ergo nec etiā veniale. Patet cōsequētia, qa veniale disponit ad mortale, dr. n. Ecclesiastic. 18. Qui spernit minima paulatim defluit. Dicit etiam Augustinus li. de pœnitentia, quod peccata venialia, si multiplicentur, decorem nostrorum ita extermināt vt a cælestis sponsi amplexibus non separent. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. Ad primam respōdetur, quod verum est de detrimentis corporalibus, quod talia debet homo sustinere propter amicum, sed in spiritualibus non debet homo pati detrimentum peccando, vt proximum liberet à peccato, vt dicit S. Thom. in secūda secūdæ. q. 25. art. 4. ¶ Ad secūdam respondetur simili modo, quod licet homo teneatur pro salute animæ proximi sui etiam vitam temporalem exponere & detrimenta corporalia pati, non tamen detrimentum aliquod spirituale debet pati peccando pro proximo. Et cum dicitur, quod quis debet pati pœnam temporalem, ne proximus incurrat æternam. Dicimus verum esse dum tamē possit eam pati sine peccato, alias non. Vnde Tulli. dicit. Nulla excusatio est, si causa amici peccaueris. ¶ Ad tertiam respondetur, sicut responsum est ad secūdam rationē præcedentis conclusionis. ¶ [Quod ait.] Legitur ista historia Genesis. 19. [iniquū. i. pctm sodomiticū, quod est cōtra omnem æquitatem naturæ. [vt viri] non quod viri essent, sed angeli, sed quia similitudinem hominum habebant [tale] id est tam turpe. [verum.] Ecce quid quæritur. [Non consilio] Consilium sane est. vt faciant quis leuius ne alius committat grauius. [Nimirum.] Respondet. & soluit. & declinat in hanc partem, quod nullus debet committere leuius, ne alius committat grauius. Hug. [Periculosissime] ergo non est admittenda recompensatio malorum, ar. 24. q. 5. forte. & 32. q. 4. sicut non sunt. & 2. q. 8. non solum. [si] pro quia, autem turbationi, quia non ductus consilio, aut deliberatione, sed turbatione, hoc dicit. Ecce in hoc facto redarguitur Loth ab Augustin. vnde sequitur [nullo modo mutanda.] Quis enim sano consilio vsus vellet peccare tā turpiter filias prostituendo, vt alios à maiori flagitio reuocaret. Absit hęc charitas, vt quis nequam sibimet sit, vt alteri bonus efficiatur.

Primū ar. Scdm ar. Tertiū ar. Opponit i contrariū. Respodet. Ad primū. Ad secūdū. Ad tertiū. Exponit literam.

Consuetudinis. Sequitur secūda pars huius dist. in qua magister Gratianus dicit quod constitutionum, siue consuetudinum rigor quandoq; relaxandus est. Et continuatur sic ad præcedentia. Superius enim in distinctione præcedenti in principio dictum est, quod aduersus ius naturale non admitteretur dispensatio. Nūc vero dicit, quod in iure constitutionis, siue consuetudinario sæpe dispensatio admittitur, & adducit ad hoc. c. sequens.

Cōtinuatio

1 *Papa an possit semper dispensare in omnibus constitutionibus Apostolicis.*
2 *Dispensatio est iuris communis, siue rigoris relaxatio. Et in quibus cadat. nu. 4.*
3 *Dispensabile omne dicitur illicitum illi cum quo dispensatur.*
4 *Speculabilia quinque modis se habent ad verum, & falsum.*
5 *Dispensatio non potest cadere in his, quæ sunt semper & in omni casu bona. Nec in his, quæ semper, & in omni casu sunt mala, nu. 6.*


Sicut quædam. Hoc. c. quod est Leonis Papæ inducit magister Gratianus ad probandum intentum suum sicut dictum est. Et diuidi potest in duas partes. In prima ponit, quod tunc in aliquibus cōstitutionibus, vt puta pure positiuis potest fieri dispensatio, & ita rigor relaxari. In secūda moderatur. Secūda ibi. Illa semper cōditione seruata. Pro pleniori intelligē- Diuisio.
1 tia huius capituli. ¶ Quæritur † vtrum in omnibus constitutionibus Apostolicis ipse Apostolicus, siue summus Pōtifex posset dispensare. At arguitur primo quod in illis dispensare possit. Primo sic autoritate Zozimi Papę in. c. contra statuta. 25. q. 1. vbi ita dicit. Contra statuta patrum cōcedere aliquid, nec mutare, nec hmōi quidē sedis pōt authoritas. Apud nos .n. in cōuulsis radicibus viuit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reuerentiā. ¶ Secūdo arguit, quod papa pōt in oibus dispensare: sic papa pōt in aliquib. dispēsare, ergo & in oībus antecedens est psentis. c. Consequentia vero videtur manifesta quia omnes constitutiones Apostolice videntur eiusdem conditionis apud institutorem, & vbi est eadem causa, ibi est idem ius. ¶ In oppositum est tex. præsentis cap. Respondeo dicendum ad videndum, in quibus papa dispensare potest, &
2 in quibus nō. In primis notandum est † quod dispensatio est iuris communis, siue rigoris relaxatio. 1. q. 7. §. nisi rigor disciplinæ. in glo. Hostie. dicit, quod dispensatio est rigoris iuris per eum, ad quē spectat misericors canonice facta relaxatio, vnde dispensatio videtur esse actus quidam potestatis alicui à iure concessus, quo alium licentiare potest ad aliqua facienda, quę illi alteri autoritate propria, iure communi obstante, facere
3 non licuit. Ex quo sequitur, † quod omne dispensabile est illicitum illi, cum quo dispensatur ante dispensationem. factibile tamen licitum alicuius superioris autoritate. Ex istis satis aperte potest iam videri, in quibus potest esse dispensatio & in quibus non. Circa quod sciendum, quod sicut speculabilia sunt in multiplici differentia in comparatione ad verū, & falsum,

Primū ar. Secūdū ar. Opponit & Respō.

& falsum, ita agibilia in comparatione ab bonum, & malum
4 moris. † Reperiuntur autem speculabilia quinque modis se
habere ad verum, & falsum. Quædam enim sunt semper, &
vniuersaliter vera, ita quod non possunt aliter se habere, vt
principia vniuersalia, & conclusiones vniuersales deductæ ex
his. Quædam autem vniuersaliter, & semper falsa, ita ꝙ im-
posibile est ea in toto, vel in parte habere veritatē, sicut con
traria primorum principiorum vniuersalium. Quædam au-
tem medio modo se habent circa hoc. Et hoc contingit tri-
pliciter. Sunt enim quædam, quæ ex natura rei nec determi-
nant sibi veritatem, nec falsitatem, sed habent se differenter
ad hoc, & illud, sicut sunt contingentia ad vtrūlibet. Alia sunt
quę licet non determinent sibi vniuersaliter nec vnam partē
nec aliam, tamen ex natura rei, vt in pluribus sunt vera, sicut
hominē canescere in senectute, & ęstū esse sub cane. Quędā
vero sunt, quæ ex natura sua in pluribus sunt falsa, vt ꝙ hō
canescat in iuuentute, & ꝙ frigus sit sub cane, hæc ex primo
priorum. Sic accidit circa agibilia, quædam enim sunt sem-
per, & vniuersaliter in omni casu bona, sicut diligere deum,
& credere articulos fidei, quędam autem sunt semper, & vni
uersaliter in omni casu mala, sicut odium Dei, adulterium, &
huiusmodi. Quædam autē sunt media inter hęc, & hoc con-
tingit tripliciter. Quædam enim ex se, & natura rei nec sunt
bona in genere moris, nec mala sicut leuare festucam. Quæ-
dam ex natura rei vt in pluribus bona sunt, & tamen in casu
aliquando instantiam capiunt, verbi gratia, ꝙ deposita reddā
tur eis, qui deposuerunt, cum petierint, est bonum, & ex na-
turali æquitate faciendum, vt in pluribus, & tamen in casu ali
quo possit esse non bonum, verbi gratia. Posito, quod aliquis
cum existeret compos mentis suæ apud aliquem deponeret
gladium, postea deueniens furiosus repetat illum. Quædam
vero ex natura rei communiter mala sunt, & tamen in casu
sunt expediētia, & bona, sicut accidit in homicidio, quod cō
muniter malum est, & tamen in casu expediens est, & iustū,
vt ꝙ latrones authoritate publica exterminētur. Quibus no
Prima conclusio. 5 tatis, ponūtur aliquæ conclusiones. Prima † ꝙ in his, quæ sunt
semper, & in omni casu bona non potest cadere dispensatio,
patet conclusio. Dispensatio vt dictum, est quædam actus po
testatis alicui concessus à iure, quo alteri aliquid licitum fa-
cit, quod prius erat sibi illicitum, sed illa, quæ semper, & in oī
casu bona sunt, non possunt fieri de illicitis licita, imo ta-
lia, vt dicit Bernar. in epistola ad Adam monachum, & si pro
hiberentur, non sunt omittēda, in talibus enim non debetur
cuique obedientia, cū semper, & in omni casu sint bona, quo-
niam propter se, siue præcipiantur, siue prohibeantur, vnifor
miter nihilominus fiant, vnde de talibus dicit Leo papa in
tex. præsentis capituli. Quod sunt quædam, quæ nulla ratio-
ne possunt conuelli. glo. exemplificat de præceptis diuinæ le-
Secūda cōclusio. 6 gis, & articulis fidei. ¶ Secunda conclusio. † in his, quæ sem-
per, & in omni casu sunt mala non cadit dispensatio. Patet cō
clusio, quia cum talia ex natura sua semper: & in omni casu
sint mala, nullius autoritate possunt fieri licita, & per conse-
quens non possunt suscipere dispensationem: vt fiant. vnde
talia nec propter dispensationem pręsumptam ab aliquo, nec
propter iussionem sunt aliquo modo facienda. non solum se
cundum fidem, & veritatem; sed etiam secūdum doctrinam
Philosophi. 3. ethicorum, dicentis quædam esse: ad quæ ho-
mo non debet cogi: sed magis moriendum patiendo durissi
Tertia conclusio. 7 ma. ¶ Tertia conclusio. † in omnibus alijs mediis, quæ. s. vel
ex natura sua sunt indifferentia ab bonum, & ad malum mo-
ris, vel quæ cōmuniter bona sunt, & in casu possunt esse ma-
la, vel quæ communiter mala sunt, & in casu possunt esse ex-
pedientia, potest cadere dispensatio. Patet ista conclusio sic.
In omnibus istis potest de autoritate hominis de illicito con
tra ius commune, vel saltem cōtra rigorem iuris fieri licitū:
ergo in omnibus illis dispensatio potest habere locum. Con
sequentia patet. Assumptum probatur per singula. In primis
s. in his, quæ ex natura rei nec determinantur ad bonum mo
ris, nec ad malum, autoritate eius cuius est leges condere, si
prohibeantur fieri, sunt iam licita, & eiusdem autoritate per
dispensationem possunt fieri licita. Idem patet de secundis.
quoniam in illis, quæ ex natura rei communiter mala sunt, &
& ideo in iure prohibita: quia in aliquo casu non sunt mala:
sed forte expedientia, & ideo in illis est locus dispensationis
in casibus ab eo cuius autoritate talia prohibita communi-
ter in genere erāt. Similiter hoc patet in alijs. s. quæ sunt com
muniter bona. licet in aliquo casu sit expediens, vt non fiant;
quoniam talia communiter bona, & ita in iure præcepta, vt
fiant cum in aliquo casu non sit malum, quod non fiant, sed
forte expediens, dispensabilia sunt in casibus ab eo, cuius au
toritate præcepta erant, vt non fiant. Est tamen hic aduertē
dum quod non est eadem ratio dispēsabilitatis in primo isto-
rum membrorum, & in duobus secundis. In primo enim mē
bro. s. in his, quæ ex natura rei nec sunt bona in genere moris,
nec mala, talia non sunt illicita alicui facere, nisi pro quanto
prohibita sunt à legislatore potestatem habente condendi le
ges super eos, quibus illa facere est illicitū, verbi gratia. Esus
ligni in medio paradisi fuit Adę illicitus non ex natura rei, sed
solum, quia prohibitus, qui esus fuit licitus, & bonus in gene
re moris, dato, quod fuisset præceptus. Ius autem per quod
tale aliquid sit licitum, vel illicitum est ius mere, & solum po
sitiuum, de quo dicitur, quod Principi placuit; legis habet vi
gorem. Nam licet legislator in talibus ex aliquibus congruen
tijs motus sic statuat, hęc prohibendo, illa pręcipiendo vni-
uersaliter fieri, tamen nec hæc prohibita sunt ex natura rei in
uoluta malitia, nec illa, quæ pręcipiuntur; expedientia, & bo-
na; sicut patet de esu ligni: & in talibus dispensatio nihil aliud
est; nisi admonitio inhibitionis; & præcepti; per quam res re
dijt ad propriam naturam; & sic licitum; quod per solam pro
hibitionem; vel præceptum prius erat illicitum. ¶ In alijs au
tem duobus membris dicuntur: & sunt aliqua illicita non
a solum, quia prohibita à lege, sed sunt illicita, [a] & pro
hibita à iure; quia ex natura rei communiter mala sunt; licet
in aliquo casu nō sunt mala; sed forsan expedientia: in quo ca
su legislator dispensare potest. Et similiter sunt aliqua pręce
pta in iure; quæ non solum; quia præcepta communiter sunt
facienda; sed & si non essent præcepta communiter sunt fa-
cienda; quia communiter ex natura rei bona sunt; ideo facien
da; licet tamen in aliquo casu; ea non fieri non sit malum; sed
forsan expediens. Exemplum de voto peregrinationis; & ie-
iuuij, & huiusmodi: quod non solū est bonum reddere; quia
præceptum; sed est ex natura rei bonum communiter, & iu-
stum; quia tamen in aliquo casu difficile esset nimis alicui vo
tum suum reddere ex malis circunstantijs occurentibus; nec
forte expediret, in tali casu poterit superior aliquis dispensa-
re cum eo: in istis autem dispensatio non est sola admoni-
tio; vel relaxatio prohibitionis; vel præcepti; sicut in primo
membro; sed vel est commutatio; sicut accidit in votis; vel
est interpretatio iuris per Epyckciæ quæ est directiua iusti-
tiæ legalis vt ait Philosophus. 5. ethicorum. Ista enim virtus
in casibus particularibus; in quibus lex vniuersalis capit instā
tiam propter mutabilitatem materiæ agibilium dirigit ad sic
faciendum; sicut in illo casu legislator faceret; si præsens
esset. In istis nō potest fieri dispensatio, nisi in certis casibus,
qui ex natura rei sunt liciti absque peccato. Sed in alijs casi-
bus tam dispensans; quam cui dispensatur peccat, vt mani-
festum est. Nō enim esse videtur illud, quod ex natura rei est
illicitum, quia malum nullo facto, vel authoritate hominis
potest fieri licitum. De istis dispensationibus tam prima, quā
secūda. ꝙ vera sint, quæ dicta sunt, testatur Innocentius, ex-
tra de statu monachorum. in capitulo cum ad monasterium.
in glossa quæ incipit, nisi ex causa, vbi dicit, ꝙ quanquam cō
tra votum dispenset. s. tacitum, vel expressum, vel euangeliū;
nisi hoc si iusta peccat, & dispēlans, & cum quo dispensatur.
Et forte idem est intelligendum contra statutum generale.
ecclesiæ. Tum in his, quæ fiunt contra ius positiuum tantum
sufficit sola voluntas dispensatoris, qui de certa scientia, siue
causa dispensare potest. Quod probatur per hoc, ꝙ sola volū
taria constitutio eius erat causa; quare prohibebatur. Cum er
go eius sit destruere. cuius est condere. Non enim tenetur
Princeps lege sua ligatus; ergo; &c. Bene tamen facit si legem
suam seruat; dicit tamen; quod alius cui concessum dispen-
sare non potest; hoc facere siue causæ coguitione; & si dispē
set; non valet dispensatio, sed reuocatur; & ipse peccat & pu
nitur. ¶ His habitis facile est respondere ad rationes in op- Ad primū argu.
positum. Ad primam de. c. contra statuta. 25. q. 1. respōdetur,
ꝙ capi. illud. intelligitur de constitutis pertinentibus primo
ad genus bonorū, quę ita bona sunt, ꝙ in nullo casu possunt
esse mala cuiusmodi sunt constituta, siue præcepta affirmati
ua diuinæ legis, & pertinentia ad articulos fidei, siue ad sacra
mentorum institutionem, sicut habetur in gloss. capi. præsen
tis sunt quædam. Secūdo intelligitur etiam illud. c. de consti
tutis pertinentibus ad prohibitionem eorum malorū, quæ
ita mala sunt, vt in nullo casu bona, aut expedientia esse pos
sunt, cuiusmodi sunt præcepta negatiua diuinæ legis; vnde
gloss. decreti super ver. constituta. dicit: i. de articulis fidei vt
dictum

a ¶ Illicita. Illicita si deducuntur in aliqua conductione illis iuris in reliquo compositio salua manet, vide. Per. de anch in. c. significatū nu. 3. de præben.

A d secūdā. dictū est s.c.proxi. Hugutio, vero dicit sic intelligendum est hoc.c.de his quæ spectant ad salutem, siue de Apostolis, siue de Prophetis, siue de exhortationibus sacræ scripturæ. ¶ Ad secundam rationem respondetur, negando consequentiam. Et ad probationem negatur assumptum quoniam sicut supra diximus, aliqua sunt licita, siue illicita ex sola legis positione. Aliqua vero & ex natura rei, vt expositum est iam & non est verum, quod omnia constituta sint eiusdem conditionis. Litera. ¶ [Sunt quædam] probat, quod dixerat superius.s.ꝙ consuetudini, & constitutioni derogatur quandoq;. [Nulla possunt] vt mandata decalogi & euangelij, & generaliter, quæ spectant ad articulos fidei, & ad generalem statum ecclesiæ, & sine quibus homo saluari non potest à quibuscunque, sint statuta. vt.ȷ̇.di.proxi.c.sicut sancti.&.1.q.7.& si illa &.25.q.1.sunt quædam.&.c. contra.ea.causa.&.q. In alijs vero sępe rigor temperatur, à quibuscunque, sint statuta, verbi gratia in Niceno cōcilio statutum est, ne bigamus promoueatur, vt dist.24.lector. Similiter Apostoli statuerunt, ꝙ presbyter propter fornicationem deponeretur, sed postea immutatum est per Syluestrum, & Gangrense concilium vt distincti.81.presbyter. Hug. [Temporum] vt di.55.priscis.& di.77.monachis.& di.34.fraternitatis.&.1.q.7.qđ pro remedio. [Aetatū.] vt di.86.tanta nequitia.&.33.q.2.in adolescentia.& di.50.penitentes.&.26.q.7.tempora.[illa] secunda pars, [dubia] ratione facti aut ratione iuris. Hu. [id nouerimus, & decretis sanctorum] maxime quatuor conciliorum. Si vero neutra pars dubietatis ab euāgelio, vel sanctorum patrum decretis, vel mandatis dissentit, id quod certius est tenere debemus, &c.

Exponit literam.

¶ Distinctio Decimaquinta.

Cōtinuatio

QVoniam de iure naturali. Hic incipit.15.disti. Vbi postquam magister Gratianus tractauit de iure naturali eius diuisiones, & differentias ad cetera iura multiplices assignauit, vt competētius ad tractādum de iure canonico descenderet. Nunc incipit tractare de iure canonico. Assignat igitur in primis in hac diuisione originem, & autoritatem iuris canonici. Consequenter ostendit, quę opuscula doctorum recipiātur ab ecclesia, & quæ non, vnde sequitur.

2 *Synodi quatuor leguntur ab Apostolis celebratæ.*
3 *Concilium vniuersale dicitur dupliciter.*
4 *Synodi tres congregatæ fuerunt tempore victoris Papæ super quæstione qua die paschalis solennitas celebrāda foret.*
5 *Concilia duo celebrata fuerunt tempore Cornelij Papæ contra Nouatum presbyterum.*
Et duo tempore Dionysii Papę contra Paulum Semōsetanum. num.6
7 *Synodus solemnis congregata est Romę tempore Marcellini Papę.*
9 *Celebratio vniuersaliorum conciliorum est vtilis, siue necessaria ad sex.*
11 *Symboli nomen à quatuor collectionibus importatur.*
Et sunt tres. numero.12.
Et quare condita fuerint. numero.17.
13 *Symbolum apostolorum quare constitutum fuerit.*
Quare Nicænum numero.14.
Quare Athanasij. numero 15.
16 *Symbolum apostolorum monstratur sufficiens duplici ratione*

CAnones. Hoc.c.est beati Isidori lib.7.etymologiarum, quod primo inducit Gratianus in fauorem propositi, in quo in generali Isidorus tria facit. Primo ostendit quo tempore, & à quibus fuerunt constituti canones, & per consequens quo tempore cæperunt concilia generalia. Secundo præponit alijs concilijs quatuor concilia quæ omnibus alijs principaliora, atque venerabiliora esse ostendit. Tertio ponit quasdam etymologias horum vocabulorum conciliorum, cetus, & conuentus: secunda ibi. inter cætera autem. tertia ibi. Synodus autem ex græco. ¶ Circa primam partem insistendo, pro pleniori intelligentia contentorum in ea veniunt tria quærenda.

1 ¶ Primum est, vtrum verum sit, quod canones, & vniuersalia concilia incæperunt à temporibus Constantini Imperatoris.

8 ¶ Secundum est, vtrum celebratio conciliorum vniuersaliū sit necessaria in ecclesia dei.

10 ¶ Tertiū vtrum post symbolum apostolorum licitum fuit à patribus in generali concilio aliud fidei symbolum ordinare, &c.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod vniuersalia concilia non inceperunt à tēpore Constantini Imperatoris. Primo sic. Celebratio conciliorum cępit ab Apostolorum tempore. † Nam vt ait gl. Act. 21. quatuor leguntur synodi ab Apostolis celebratæ. Prima, quæ fuit pro electione Matthiæ loco Iudæ. Secunda super electione septem diaconorum. Tertia de circuncisione non imponenda illis, qui credebant ex Iudæis, vel gentibus. Quarta de non prohibendis Iudæis illo tp̄e legalibus cerimonijs initiari, vbi necessitas exigeret, ergo sequitur, ꝙ concilia generalia non incæperunt tempore Constantini. ¶ Secundo sic. canones sunt editi ab Apostolis. vt.ȷ̇.capi.canones.&.c.60.dist. 16. Sic ergo videtur, ꝙ nec canones, nec per consequens generalia concilia incæperunt à tempore Constantini. ¶ Tertio sic, à Clemente Papa vsque ad beatum. Syluestrum, sub quo celebratum est Nicenum concilium tempore Constantini celebrata fuerunt aliqua concilia, vt innuitur infra distinctio. 16. in. capitul. clementis. ergo sequitur: quod non sit verum, quod à tempore Constantini generalia concilia incæperunt. ¶ In oppositum est litera præsentis.c. Respondeo dicēdum † quod vniuersale concilium vno modo dicitur vniuersale ab vniuersitate orbis, ꝙ.s. papa cum episcopis de toto orbe christiano celebrat, ꝙ plenarium concilium iuxta beatum Augusti. appellamus. Alio modo dictum est concilium vniuersale ab vniuersitate authoritatis, quia scilicet tantę autoritatis est vt de vniuersalibus rebus tractet & omnes fideles ad legum suarum obseruantiam astringat. Et hoc est, quod Papa celebrat cum prælatis alicuius prouinciæ aut prouinciarū, & si non de toto vniuerso Christiano euocentur. Qua diuisione memorata dicendum videtur, quòd si fiat sermo de concilijs vniuersalibus primo modo.i. quæ plenaria dicuntur, quo tempore incæperunt, tunc dicendum est, quod taliū conciliorum celebratio ꝓprie à tempore Constantini Imperatoris inceperit. Nullo quippe tēpore ante aliquod conciliū celebratum legitur, ad quod omnes episcopi orbis conuenirent, aut conuocati sunt. licet aliqua similitudo præcesserit in aliquibus synodis celebratis per Apostolos. vnde beatus Isidorus lib.6. etymolo.c.17. Et habetur in.c.canones.di.15. de hoc loquens, ita dicit. Canones conciliorum à tempore Constantini imperatoris cæperunt, in præcedentibus namque annis persecutione feruente docendarum plebium minime dabat facultas. vnde Christianitas in diuersas hęreses scissa est, quia non erat episcopis licentia conueniendi in vnum, nisi tēpore supra dicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatē christianis libere congregari, hæc ille. Si vero fiat sermo de concilijs vniuersalibus. Secundo modo dictis, tunc dicendum est, ꝙ non à tempore Constantini Imperatoris incæperunt, sed multo tempore ante celebrari cæperunt, vt in primo argumēto. Post tēpora etiam Apostolorum ante tempus Constantini Imperatoris plura concilia celebtata fuisse antiquæ historiæ nos docent. † Vnde tempore Victoris Papæ super quæstione, qua.s. die paschalis solemnitas celebranda foret, vt ex historia ecclesiastica colligitur libr.5. tres synodos legimus celebratas. Vna in alemania, in qua iussu eiusdē Papæ nimia multitudo episcoporum congregata est, vt Policrates ephesi episcopus per epistolam suam ad Victorem papam insinuat, dicens. Nos intemeratum paschæ colimus diem, nec addentes, nec auferentes aliquid, & infra, poteram etiam episcoporum præsentium facere mentionem, quos ipse petistis, vt vocarem, sicut & feci, quorum nomina si scribam nimia multitudo est, qui omnes scientes paruitatem meam sensu suo confirmant, quę scripsimus. ¶ Secunda synodus tēpore eiusdem Pontificis etiam ipso præsidente celebrata est Romæ super eadem materia, de qua synodo scriptum est illud.c. in decreto. de conse.dis.3. ¶ Tertia synodus celebrata dicitur fuisse in Cęsarea Palestinæ, vt in eodem.c. ecclesiasticæ historiæ habetur. Cui frater Martinus in historia sua summorum pontificum dicit eundem Papam Victorē interfuisse. ¶ † Cæterum tempore Cornelij Papæ, qui præcessit tempore præfati Constantini Imperatoris leguntur duo concilia celebrata contra Nouatum presbyterum, qui negabat lapsos per pœnitentiam

Primū arg
Secundū ar
Tertiū ar
3 Opponit & Respō.
4 Victor Papa.
5 Cornelius Papa.



nitentiam posse salutem consequi, quorum vnum celebratū est Romæ, quod dicitur fuisse celeberrimum, vt refert Cæsariensis lib. 6. ecclesiasticæ historię, in quo præfatus Nouatus damnatus est, & diffinitum est inter alia eos, qui lapsi sunt, per pœnitentiæ sacramentum posse consequi medelam salutarem. ¶ Secundum concilium super eadem materia celebratum est authoritate eiusdem Cornelij papæ, de quo florentissimæ memoriæ Dionysius Alexandrinus commemorat in epistola ad præfatum Papam Cornelium vt idē Eusebius refert lib. supradicto, vt dicat se ad illud inuitatum à multis episcopis eo, quod vbi Nouati dogma quidā asserere conarētur.

Dionysius Papa. 6 ¶ † Præterea tempore Dionysij papæ duo leguntur celebrata prǽclara concilia contra Paulum Semosetanum asserentem Christum tantum hominem esse. primum celebratum est anthiochiæ, in quo apostolicæ sedis legatus fuit Episcopus Hostiensis, vt ex sexto lib. ecclesiasticæ historiæ habetur. ¶ Secundum etiam celebratum est Anthiochiæ in quo præfatus Paulus arguitur, manifesteq; conuincitur.

Marcellin' Papa. 7 ¶ † Itē tēpore Marcelli Papæ, qui iussu Diocletiani, & Maximiani Imperatorū compulsus deorum templum ingressus, metuque pœnarum idolis thura obtulit. Congregata est Romæ solēnis synodus, de qua in c. nunc autem. dis. 21. Ista sufficiant ad ostendēdū, quæ concilia generalia, & quę non, a tempore Cōstantini imperatoris incepisse dicantur. Per quæ etiam patet responsio ad rationes factas in principio quæstionis.

Ad primū arg. 8 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, quod celebratio conciliorū nō sit necessaria, siue vtilis sic. Quicquid per generale concilium est fiendum, hoc per Apostolicam sedem fieri potest sine concilio, ergo celebratio conciliorum non est necessaria, consequentia patet, antecedens probatur ex eo, quoniam cum concilia generalia constituantur, & robur accipiant ab apostolica sede, vt in cap. significasti extra. de elec. nihil videtur posse fieri per concilia, quod non possit fieri per Apostolicam sedem, à qua ipsa concilia dependent. sicut nihil potest fieri per inferiorem virtutem, quod non possit fieri per superiorem virtutem.

Oppositū contrariū. ¶ In oppositum est litera præsentis tex. vbi dicit Isidorus, quod inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est, quia non erat Episcopis licentia conueniendi in vnum, nisi tempore supradicti Imperatoris, &c. ¶ Respon. dicendum, quod celebratio conciliorum est necessaria, siue vtilis. Patet primo hęc conclusio, quia vt dicitur prouerbiorum. 11. ibi salus, vbi multa concilia. Præterea dicit Augu. ad Ianuarium, vt habetur supra di. 12. in c. illa. Quod plenariorum conciliorum est in ecclesia saluberrima authoritas, vbi notādum, quod vt plenius. lib. 3. summæ nostræ de ecclesia diximus. c. 10.

Prima vtilitas cōciliornm. 9 † Ad sex inter multa alia celebratio vniuersalium conciliorū est vtilis, siue necessaria. Primo quidem valet celebratio vniuersalium conciliorum ad conseruandam christianam religionem in vnitate fidei, quæ primum vinculum est societatis christianę, vt dicit beatus Chrysostomus. Hanc vtilitatem conciliorū vniuersalium assignat beatus Isidorus in præsenti c. canones ita dicens. Canones generalium conciliorum à Constantini Imperatoris temporibus cæperunt, in prǽcedentibus nanque annis persecutione feruente, docendarum plebium minime dabatur facultas, vnde Christianitas in diuersas hæreses scissa est, quia non erat Episcopis licentia conueniendi in vnum, nisi tempore supradicti Imperatoris: ipse enim dedit facultatem christianis libere congregari.

Secūda vtilitas. ¶ Secundo valet ad faciliorem, & firmiorem illucidationem veritatis in dubijs, faciliorem quidem, quia quod à pluribus sapientibus quæritur, facilius inuenitur, vt ait Innocentius in. c. de quibus. de baptis. firmiorem etiam dicimus, quia tanto firmius, siue grauius est iudicium, quanto plurimum sententijs confirmatur. Plane, cū congregatio tantorum patrum, & approbatur consensu, vnde in. c. extra conscientiam. dist. 64. dicit Innocen. integrū iudicium est, quod plurimorum sententijs confirmatur. Plane cum congregatio tantorum patrum ecclesiæ. quibus ait dominus in euangelio Mat. 5. vos estis lux mundi nil aliud esse videatur, quàm multorum luminarium congregatio, bene facit ad illuminationē populi Christiani, & decorem, vniuersalis ecclesiæ synodalis patrum sanctorum congregatio, vnde bene conuenit proposito illud ecclesiastici. 43. Species cæli. i. ornatus ecclesiæ, gloria stellarum. i. doctorum mundi illuminās. vbi glo. ordinaria, ita dicit. Species cœli. i. ornatus ecclesię sanctorum plenitudo, quos deus excelsus ordinauit, vt prædicatione euangelij mundum illustrarent.

Tertia vtilitas. ¶ Tertio conciliorum vniuersalium celebratio vtilis est ad culturam agri dominici, vt canon concilij Constantiensis dicit frequens. Sunt quidem patres in concilijs cōgregati ministri, operarij. agriculæ illius, de quo dominus ait Ioan. 15 Pater meus agricola est: quorū ministrorum officium est, errores, vepres de agro, dominico euellere, plantare fidem, & euulsis vitiorum radicibus virtutes inserere, atque sanctimoniam. Dominus Hieremiæ dicit in figura Romani pontificis, qui congregator, & director conciliorum vniuersalium est illud Hiere. primo. Ecce constitui te super gentes, & regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes: & ędifices, & plantes, vt testatur papa Innocentius in. c. solitæ. extra de maio. & obe.

¶ Quarto, celebratio conciliorum vniuersalum vtilis est ad tyrannorum, & infidelium superbiam humiliandam plurimum profecto vt intelleximus à fide dignis in orientalibus partibus, infideles. s. turci, terrentur audientes apud Christianos vniuersalia concilia congregari, & ita faciunt hæretici, vbicunque latitēt, & hoc rationabiliter, quoniam ecclesia dei, vt dicitur cantic. 6. terribilis est, vt castrorum acies ordinata. Castra sunt doctores, patres ecclesię congregati, quibus, tanquam militibus christi, & propugnatoribus munitur, protegitur, & defensatur ecclesia, de quibus dicitur Zachariæ nono. Circūdabo domum meam. i. ecclesiam ex his quæ militant mihi, videlicet prælatis, doctoribus, & principibus fidelibus, qui eam defendendo Christo militare perhibētur, vnde Paulus Apostolus scribens Timotheo ait, labora sicut bonus miles. glo. in prædicādo euangelio contra hostes. secūdæ ad Timo. 2. Quarta vtilitas.

*2. Tim. 2.

¶ Quinto celebratio conciliorum vniuersalium est vtilis ad refrenādum exorbitantiam quorundam Pontificum, quia pontificatum suum, aut spretis sanctorum patrum regulis pro volūtate exercent, aut simoniaca prauitate dehonestant, aut seculi vanitate, & vita scādalosa confundunt. Huiusmodi causa congregatum legitur episcoporum Italiæ Romæ per Imperatorem contra papam Ioannem. 12. qui venator, & lubricus publicus, & incorrigibilis erat, vt enim ait Horsmida in epistola decretali ad episcopos per Hispaniam constitutos, difficile est vt cuiusquam cor sic prauis cogitationibus induret, vt à se patiatur culpanda fieri, si nouerit se iudiciū subeundū esse concilij. Quinta vtilitas.

¶ Sexto valet vniuersalium conciliorum celebratio ad omnium quasi scandalorum, quæ suscitantur in ecclesia extinctionem. Istud plane, vt priora exempla nos docent vltimum refugium est ecclesiæ in omnibus magnis angustijs suis, sicut exempla, & experientia nos docent, & nos exempl ariter ostendimus in multis locis in libro nostro de ecclesia. Sexta vtilitas.

Ad argumētum. ¶ His habitis dicendum est ad rationem in oppositum. Ad quam respondemus, negando consequentiam. Dicimus enim, quod licet quicquam authoritatiue posset fieri, per generale concilium. valeat perfici per Apostolicam sedem, in qua dominus totius ecclesiæ principatum posuit, vt in c. nolite errare. dist. 11. & à qua generalia concilia robur accipunt. 17. dist. per totum. Nihilominus tamen nō inæquali concordia, & authoritate reputationis, quia quod fit per Romanū pontificē in concilio generali, iam vniuersali totius ecclesiæ consensu est approbatum.

Primū ar. **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, quod post symbolum apostolorum licitum non fuerit patribus in generali concilio aliud symbolum fidei ordinare. Primo sic. Sacra enim scriptura est regula fidei, cui nec addere, nec subtrahere licet, dicitur enim Deuter. 4. Nō addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ab eo, ergo illicitum fuit aliquod symbolum fidei constituere, quasi regulam fidei post sacram scripturam editam.

Secūdū ar. ¶ Secundo sic. Sicut apostolus dicit ad ephe. 3. vna est fides, sed symbolum est professio fidei, ergo incōuenienter post symbolum Apostolorum aliud constituitur.

Tertiū ar. ¶ Tertio sic. Simbolum proponitur, vt regula fidei, cuius actus est assentire, sed sicut dicit Augu. in epistola ad Hierony. solis Apostolis, & propheris, est hic honor exhibendus, vt quæcunque dixerint hæc ipsa vera esse dicantur, & credantur, ergo post symbolum Apostolorum non debuit à quibuscunque patribus aliud symbolum constitui.

Opponit' contrariū. ¶ In oppositum est litera præsentis tex. in qua habetur, quod patres in cōcilio Niceno post Apostolos symbolum tradiderunt, presupponitur autem, quod tam sancti patres non præsumpserant, quod eis non conueniebat, pro qua litera arguitur sic. Ecclesia vniuersalis non potest errare, quia spiritu sancto gubernatur, qui est, spiritus veritatis. Hoc enim promisit dominus discipulis suis. Ioan. 16. d. Cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnē veritatem, sed symbolum post Apostolos synodus vniuersalem vniuersalia ecclesiam

Respõdet.

clesiã repsentans edidit, ergo conuenienter hoc factum est. ¶ Rñdeo dicendũ. Circa hãc quæstionẽ tria veniunt declarãda, primum est, quid nomine symboli importetur. secundo de multiplicitate symbolorũ. Et tertio de differẽtia eorum, & causa institutionis. Circa primum sciendum est vt dicit beatus Thom. in. 3. sententiarum. di. 25. & concordat Alexãder de Halis. nomen symboli similitudinem, & collectionẽ. importat, vnde à quatuor collectionibus nomen symboli importatur. Primo à collectione multorum hominum in vnam fidem. Secundo à collatione prædicantium fidem, quia omnes Apostoli collecti hanc regulam fidei ediderunt, vnusquisque partem suam apponens. indictum symbolum à syn. quod est cum. & bole quod est sententia, quasi multorum simul sententia. ¶ Tertio à conuenientia scripturarũ ex quarum aggregatione compositũ est symbolum, vt ea, quæ credenda sunt in promptu habeantur, vnde Augu. in libr. de symbolo. Ista verba per diuinas scripturas sparsa sunt sed tamen collecta & ad vnum redacta, ne tardorum hominum laboret memoria. ¶ Quarto, quia omnia beneficia nobis diuinitus collata ibi colliguntur, vnde Diony. 4. ecclesiasticæ hierar. dicit, ꝙ religionis symbolum incongruentius potest appellari hierarchia eucharistia, quasi bona gratia, & hoc de primo.

12 ¶ Circa secundum est sciendum † ꝙ tria symbola esse dicuntur symbolum Apostolorum, & quod patres Nicena synodo congregati composuerunt de quo loquitur. c. præsens quod cantatur in missa. & tertium est symbolum Athanasij, quod incipit. Quicunque vult saluus esse, quod cantatur in prima. Præterea notandum quod sicut tria symbola dicuntur,

13 ita triplex ratio assignatur institutionis eorum. † Causa autẽ constitutionis symboli Apostolorum est instructio veritatis fidei, vt. s. in vna fide credẽdorũ necessariorum saluti fideles erudirentur, hac ratione sanctus Thom. vtitur in secunda secundæ. q. 1. ar. 9. sic dicens. Sicut dicit Apostolus ad Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Credere autem non potest aliquis, nisi ei veritas, quã credat, proponatur. Et ideo necesse fuit veritatem fidei in vnum colligi. vt facilius possit ab omnibus proponi, ne aliquis per ignorantiam à fidei veritate deficeret, vnde ab huiusmodi collectione sententiarũ fidei nomen symboli est acceptum. Magister vero Ale. de Halis in tertio huius symboli Apostolorum causam institutionis à necessitate conueniendi omnes fideles in vnitatem fidei sapienter assignans sic dicit. Cum enim vna sit veritas, in qua beatificanda est humana natura. vna intelligentia, vna confessio, vna religio esse debet intendendo ad ipsam veritatem. Ideo cum tot essent varietates, hominum natione, moribus, lingua, cognatione, & alijs modis multis, spiritu sancto illuminante excogitauerunt sancti Apostoli colligere singula credenda, & conferenda de ipsa diuinitate in vnam confessionis coordinationem, vt omnium credẽtium esset cor vnum, & confessio vna, fides, & religio. sicut dicitur act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et sicut dicit Au. de symbolo multæ animæ erant, fides eas vnam fecerit. Potest etiam assignari ratio ordinationis symboli, tum ad vitandum tædium & prolixum laborem, qui esset in inquirendo, quæ fidei sunt in sacra scriptura, quo modo faciliter inueniuntur in breui recollectione symboli. Tum ad prouidendum his, qui sacram scripturã nesciunt, vt illi saltem fidem, quam tenentur scire, haberent, & noscerẽt. Tum ad maiorem memoriam habendam, quia fortius memoriæ imprimuntur, quę breuius traduntur, quam quæ pro

Alexander de Halis.

August.

14 lixius. ¶ † Causa autem institutionis symboli patrum in Niceno concilio fuit veritatis explanatio circa dubitationes

15 emergentes. ¶ † Causa vero constitutionis symboli Athanasij fuit erroris exclusio propter hæreses multiplices pullulantes, licet enim, vt inquit sanctus Thom. in secunda secundæ in omnibus symbolis eadem fidei veritas doceatur, oportet tamen ibi primum diligentius instrui de veritate, vbi errores insurgunt, ne fides simplicium per hæreticos corrũpatur, & hæc fuit causa, quare præter symbolum Apostolorũ ista alia duo sunt instituta, quæ in nullo alio differunt, nisi ꝙ in vno plenius explicãtur, quę in alio continentur implicite. addita ergo sunt alia symbola symbolo Apostolorum, non quia numerus plene, minusve sufficienter fides catholica contineretur in symbolo apostolorum, sed quoniam (vt diximus) aut gratia maioris explanationis catholicæ veritatis aut gratia manifestioris exclusionis erroris. ¶ † Sufficientia autẽ

Bonauentura.

16 iuxta domi. Bonauenturam ipsius symboli Apostolorũ potest ex duplici parte monstrari iuxta eundem in tertio sententiarum, videlicet ex parte ipsorum actorum componẽtium, & ex parte articulorum constituentium. Et parte actorũ cõponentium, quia vniuersitas ibi Apostolorum conuenit, quã non est dubium aliquid non potuisse latere, de his, quæ pertinent ad fidei complementum, & vt maiorem haberet firmitatem, singuli ibi posuerunt suas partes, & omnes in illis singulos approbauerunt, & vna ecclesia, quæ super Apostolos fundari debebat, vnam fidei credulitatem, & confessionem haberet, quę quidem diceretur fides catholica, hoc est fides vniuersalis, vniuersalis inquam, quia vniuersaliter data est ab vniuersis Apostolis, qui erant fundamentum vniuersalis ecclesiæ constituta. Petrus primus apostolorum primum composuit articulum scilicet. Credo in deum patrem omnipotentem creatorem cæli, & terræ. Ioannes apposuit secundum. s. Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominũ nostrũ. Iacobus Zebedei apposuit tertium. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex maria virgine. Andreas quartum. s. Passus sub pontio pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Philippus apposuit quintum. s. Descendit ad inferna. Thomas apposuit sextũ. s. Tertia die resurrexit à mortuis. Bartholomæus septimum. Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Matthæus octauum. Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. Iacobus Alphæi nonum. s. Credo in spiritum sanctum. Simon decimum. Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem. Iudas Iacobi vndecimũ. Remissionem peccatorum. Matthias, vel sicut dicũt quidã, iterato Thomas apposuit duodecimũ. s. Carnis resurrectionem & vitam æternam. amen. ¶ Ista distinctio fuit signata Iosue. 4. vbi dixit dominus ad Iosue. Elige tibi vrios singulos per singulas tribus, & præcipe eis, vt tollãt de medio Iordanis alueo, vbi steterũt pedes sacerdotum. 12. durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum, vbi fixeritis in hac nocte tentoria, verba ista sunt Dei patris ad filiũ Iesum qui eligit. 12. viros, quos & Apostolos nominauit, duodedim durissimi lapides sunt. 12. articuli fidei. Tolluntur autem de medio Iordanis alueo. i. media profunditate scripturæ, vbi steterunt pedes sacerdotum. i. affectiones sanctorum Patrũ Patriarcharum. Ponuntur autem in loco castrorum, id est sancta ecclesia, quæ est, vt castrorum acies ordinata. Canticorũ. 6. In qua in nocte præsentis vitæ, quæ est speculum in enigmate sunt tentoria omnes fideles, vt Diabolo resistant fortes in fide. 1. petri. 5. Hoc etiam signatum est Apoca. 21. vbi assignantur. 12. lapides in fundamento muri ciuitatis Hierusalem, fundamentum enim maxime muri ciuitatis omni lapide precioso ornatam. &c. Hoc idem signatum est in ministerio. 12. stellarum, quæ erant in corona mulieris, sicut dicitur Apoca. 12. Mulier enim est ecclesia. Corona fides. 22. stellæ. duodecimarculi fidei. Ex his, quæ dicta sunt patet, quod male approprietArchidiaconus in hoc libro secundum articulũ symboli beato Paulo. quoniam in symbolo Apostolorum nihil ponitur, quod Paulo approprietur, sicut nec Barnabæ. Et ratio est iuxta dominum Bonauenturam in tertio, quia Paulus, & Barnabas electi fuerunt post diuisionem Apostolorũ ad prædicandum, sicut patet in actibus Apostolorum, & quoniam symbolum debuit constitui ab omnibus insimul congregatis, vt sic singula essent à singulis per expressionem, & totum à quolibet per approbationem. Hinc est, quod nihil ibi apponitur, quod Paulo, & Barnabæ approprietur, nec tamen ex hoc arguitur insufficiẽtia, quia alij fuerunt in numero completo, & perfecto inquantũ Deus elegerat suos Apo-

a stolos. ¶ Cæterum capitur sufficientia symbolia Apostolorum ex parte articulorum constituentiũ. Cum. n. oẽs articuli de deo, aut ẽm quod est in natura propria, ẽm quod est vnitus humanæ naturæ: necesse est quosdam articulos esse spectantes ad diuinitatem, quosdã ad humanitatem. Illi autem, qui spectant ad diuinitatem, aut respiciunt diuinam essentiã in se, aut respiciũt diuinæ essentiæ psonas, & hypostases, aut respiciunt eius operationes. Si respiciunt ipsam diuinam essentiam in se, sic est vnus articulus, secundum ꝙ vnica, & simplex est diuina essentia, & hoc insinua cum dicitur. Credo in deũ. Si aũt respiciãt diuinæ essentiæ, psonas, siue hypostases, secundum quod tres sunt personę, tres sunt articuli, quorum vnus est, Credo in Deum, & c. Alius vero notatur cum dicitur, & in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Alius cum dicitur. Credo in spiritum sanctum. Si autẽ respiciant diuinæ essentię operationes, hoc potest esse tripliciter, secundum quod triplex est eius operatio. Quarum vna est in collatione naturæ, & hic est creatio. Altera in collatione gloriæ,

Symbolũ apostolorũ.

Contra Archid.

a¶ Symboli. Hunc debet curati docere parrochianos de pæn. & remis. cap. deus, qui & ibi Pe. de Ancha.

gloriæ & hic est gloriosa resuscitatio. ¦ Et secundum hoc tūc sunt tres articuli, quorum vnus notatur cum dicitur. Credo enim creatorem cœli, & terræ. Aliter notatur cū dicitur. sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Alius vero, cum dicitur. Carnis resurrectionem. Et vitam eternam. amen. Et sic septem articuli sunt circa diuinitatē, respicientes diuinam essentiam in se, & in personis, & in operibus suis: & patet eorum sufficietia, quia non habet ipsa pluribus modis considerari. Similiter circa humanitatem non est reperiri nisi septem articulos principales, secundum septem actus Christi redemptoris, qui ordinantur ad nostram reparationem, quorū primus est incarnari. Et de hoc vnus articulus, qui conceptus est de spiritu sancto. secundus est nasci, & de hoc est alius articulus. Natus ex Maria virgine. Tertius est pretium pro est nobis soluere, & de hoc est alius articulus. Passus sub pontio pilato, crucifixus mortuus, & sepultus. Quartus infernum spoliare. & de hoc est alius articulus. Descendit ad inferos. Quintus est de morte triumphare, & de hoc est alius articulus. Tertia die resurrexit à mortuis. Sextus est cœlestia trāscendere. Et de hoc est alius articulus. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Septimus est ad iudicium venire, & de hoc est alius articulus. Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sic patet, quod sunt septem articuli spectantes ad diuinitatem, & septem spectantes ad humanitatem, in quibus vniuersitas fidei continetur, secundum quod signatur in primo Apoca. vbi dicit Ioannes se vidisse. 7. candelabra, & in medio. 7. candelaborum similem filio hominis. Et ille habebat ad dexteram septem stellas luminosas, quæ sunt de natura cælesti intelliguntur. 7. articuli respiciens diuinitatem. Per. 7. autem candelabra aurea, quæ sunt de terrena materia, verumtamen optima, & depurata, intelliguntur. 7. articuli respicientes humanitatem. Et ideo dicit, ꝙ in medio illorum vidit similem filio hominis, quoniam igitur isti. 14. articuli continentur in symbolo apostolico. Hinc est, quod ipsa fides continetur in illo symbolo sufficienter plenariè, quantum ad illa, quæ principaliter sunt credenda, & tantum dictum de secūdo.

17 ¶ † De tertio articulo, vbi videndum est de distinctione horum symbolorum pro magna parte in his, quæ dicta sunt patet responsio. Nam symbolum apostolorum pauciora continet, quam aliud, quia est ad precisam articulorum expresssionem. Alia duo vero symbola sunt ad hereticorum confutanem: vnde & si in alijs aliquid addatur, quantum ad expressionem quorundam articulorum, non tamen articuli exprimūtur magis plene imo etiā in symbolo Niceno concilij omittitur articulus de descensu ad inferos, siue quia circa hæc pauci, vel nulli errauerunt, siue quod ex ipsa confessione descensus Christi ad inferos possit oriri error. Ideo maluerunt subticere illum, & implicite intellgere illum in resurrectione. Et inde est, ꝙ symbolum Apostolorum dicitur esse maius non quantum ad continentiam verborum, sed quantum ad continentiā articulorū, q̄tū ad authoritatem componentiū Maioris .n. authoritatis est illud symbolū, quam alia duo. Hinc est etiam, quod quia symbolum Apostolorum continet ipsum fidei fundamentum quotidie recitatur in ecclesia & frequentatur. Alia vero duo, quæ sunt ad hæresum confutationem non recitantur: nisi in diebus solemnibus, quando ad ecclesiam conuenit populus. Hinc est etiam, quod symbolum Apostolorum dicitur submisse, quia est ad proprie conscientiæ securitetem. Alia vero dicuntur alte, quia sunt ad cōpescendum hereticorum garrulitatem; hinc est etiam, quod symbolum apostolorum dicitur bis in die, mane videlicet & sero, quia fides est bonorum operationum principium, & scutum ad victoriam tentationum, & operationes, bonæ potissimæ fiunt in die, & tentationes insurgunt de nocte. Alia vero duo symbola dicuntur de die solū, & præmittitur symbolum Athanasij, & dicitur hora prima, symbolum sanctorum patrum dicitur in missa, pro eo quod ibi plures hæreses eliduntur, & maioris fuit authoritatis. Compositum enim fuit a. 300 & decimooctauo patribus, & dicitur in litera præsentis te. qui pfigurati fuerunt per. 318. vernaculos Abrahæ, quos numerauit, quando prostrauit. 5. reges, qui loth eū substantia eius captiuauerant. Ideo autem magis dicitur in missa, quam in alia hora, quia tunc populus magis conuenit, & dicitur post euangelium, vt ostendatur esse contractū de euangelij veritate. Dicitur autem ante communicationem, vt per ipsam fidem preparentur corda fidelium, qui volunt corpus domini suscipere, vt possint digne manducare sacramentaliter, vel saltem manducent spiritualiter, & sic patet qualiter symbola diuersificatur in frequentia, & cōtinentia, quę tamen concordant in sufficientia. ¶ His habitis dicendum est in oppositū. Ad primam respondetur negando consequentiā quia licet, vt dicit S. Thom. in 2. 2. sacra scriptura sit regula fidei, nihilominus veritas fidei, sacra scriptura diffuse continetur, & varijs modis, & in quibusdā obscure, ita quod ad eliciendum fidei veritatem ex sacra scriptura requiritur longū studium, & exercitium, ad quod non possunt peruenire omnes illi, quibus necessarium est cognoscere fidei veritatem, quorum plerique alijs negotijs occupati, studio vacare non possunt. Et ideo fuit necessarium, vt ex sententijs sacræ scripturæ aliquid manifestum summarie colligeret, quod proponeretur omnibus credenddum, quod quidem non est additum sacræ scripturæ, sed potius ex ipsa assumptum. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam, & ratio est iuxta sanctum Tho. quia licet in omnibus symbolis veritas fidei doceatur, nihilominus ibi oportet populum diligentius instrui de fidei veritate, vbi errores insurgunt, ne fides simplicium per hæreticos corrumpatur. Et hæc fuit causa, ¦ quare necesse fuit plura symbola, quæ in nullo alio differunt, nisi quod in vno plenius explicantur, quein alio continentur implicite, secundum quod exigebat hæreticorum instantia. ¶ Ad tertiam respondetur, quod ratio non procedit, quia præsupponit, quod patres in symbolo eorum alia doceant, quam Apostoli in suo simbolo, quod non est verum, patres enim, qui alia symbola post Apostolos ediderunt, vt dicit sanctus Tho. in tertio nihil de suo posuerūt, sed ex sacris scripturis ea, quæ addiderunt, exceperunt. Et quia quædam difficilia sunt in illo Apostolorum symbolo. Ideo ad eius explanationem editum est symbolum Nicænū, quod diffusius fidem, quātum ad aliquos articulos prosequitur. Et quia quædam implicite continebant in illis symbolis, quæ oportet propter insurgentes hæreses explicari. Ideo additum est symbolum Athanasij, qui specialiter contra hæreticos se opposuit, quibus finitis, Legatur litera huius primæ partis. ¶ [Canones.] Licet, vt in articulo primo disputato dictum est, ante tempora Constantini tam per Apostolos, quam per alios sanctus patres eorum successores plura concilia celebrata legantur, & canones conditi, non tamen fuerunt ita generalia, & plena concilia, sicut à tempore Constantini esse cæperunt. Et ratio assignatur in litera, quia præcedentibus annis existentibus Imperatoribus paganis, & hostibus fidei, & ecclesiæ, persecutio feruebat contra Christianos. vnde docendarum plebium minime dabatur facultas patribus ecclesiæ. Sed præfato Imperatore Constantino fidem Christi suscipiente, ecclesia liberam voluntatem habuit conueniēdi de toto orbe terrarum. & docendi Christianum populum de pertinentibus ad fidem, & iura condendi, & canones: vnde in concilio Nicæno dicūtur patres de toto orbe terrarum conuenisse: vnde Christianitas in diuersas hæreses argu. maximum necessitatis conciliorum vniuersalium. s. concilia vniuersalia, de quorum necessitate dicimus in secundo articul. Præterea est argumētū, quod ad ea maxime pertinet fidei determinatio, & confutatio hæresum, & errorum quoruncumque in fide catholica, sub hoc. s. Imperatore. Secundum post Apostolos, non quia in symbolo Apostolorum de principalibus pertinentibus ad fidem, vt sunt articuli fidei, aliquid deesset, cum in eo, vt in tertio arg. ostendimus, sufficienter fides catholica contineatur. Sed ideo sancti patres secundum symbolum tradiderunt vt aliquibus additis, ad maiorē fidei expressionem facilius hæreses confutarentur, vnde ad elidendam hæresim Manichæi non tantum dicitur credo in deum vnum, nec tantum creatorem cœli, & terrę, sed etiam visibilium, & inuisibilium. Ad confutationem vero hæresis Arrianæ, non tantum dicitur. Credo In Iesum Christum dominum nostrum, sed etiam additur. Et in vnum dominum Iesum Christum filium dei vnigenitum, vsque ibi: perquem omnia facta sunt. Ad cōfutationē vero hæresis, Euthicis & Nestorij, qui dixerant spiritum sanctum esse seruum patris, & filij non tantum dicitur. Credo in spiritum sanctum. Sed additur dominum, & viuificantem, qui ex patre, filioque procedit, & latini addiderunt filioque procedit, propter errorē grecorum. Qui cum patre, & filio simul adoratur, &c. Et additur. qui loquutus ex per prophetas. Ad destructionem erroris quorundam, qui dixerunt, quod Prophetæ locuti sunt sicut phanatici. Et sic patet, quod ista symbola non superflūt nec tamen symbolum Apostolorum fuit diminutum, quia quamuis

Ad primū argumeu

Ad secūdū

Ad tertiū

Exponit literam.

quamuis in illo fides sufficienter contineretur, quantum ad propriam, & simplicem fidei confessionem, optimum tamẽ fuit aliquid addi ad explanationem propter confutandam hẹreticam prauitatem, vt superius diximus.

3 *Synodus Nicena sanctissime, & iustissime condemnauit Arriũ pessimum hereticum, & eius sequaces.*

4 *Christus non participatione alicuius similitudinis, sed natura est Dei filius secundum diuinitatem.*

Nec est creatura, vt dicit Arrius sed verus deus. num. 5.

Et est æqualis patri æternitate. num. 6.

Et secundum magnitudinem. num. 7.

9 *Spiritus sanctus verus deus est, & consubstantialis patri, & filio.*

10 *Synodus Nicena quinque asserit de spiritu sancto.*

12 *Hipostasis significat substantiam particularem, non quocunque modo sed prout est in suo complemento.*

14 *Natura à nascendo nomen accepit, & quid significet.*

15 *Natura an sit vna tantum in christo,*

16 *Macedonij error qualis fuerit.*

Inter cætera. Sequitur secunda pars capituli, in quo continentur duo in generali. Primo quidem dicitur, quod inter cætera concilia quatuor sunt magis notabiliora, & principaliora. Secũdo describitur, quod vna quæque .4. synodorũ circa fidem diffinierit. Et quos errores illustratione veritatis de medio depulerit, eorum authoritates iustissime condemnando. Secunda ibi, Horum prior Nicæna. ¶ Pro pleniori intelligentia huius literẹ veniunt hic quærenda. 5.

1 ¶ Primum est, vtrum hæc quatuor concilia in hoc. c. descripta, scilicet Nicænum Constantinopolitanum, primum, Ephesium, & Prima Calcedonensis sint cæteris principaliora.

2 ¶ Secundum est, vtrum Nicena synodus iuste condemnauerit Arrium ẹqualitatem in diuersis personis negantem.

8 ¶ Tertium est, vtrum synodus Constatinopolitana iuste condemnauerit Macedonium negantem spiritum sanctum consubstantialem patri, & filio.

11 ¶ Quartum est, vtrum synodus Ephesina prima iuste condemnauerit Nestorium asserentem duas personas in Christo

13 ¶ Quintum est, vtrum synodus Calcedonensis iuste condẽnauerit Euticem, & Dyoscorum eius defensorem, asserẽtes vnam tantum naturam in christo.

Primũ ar. 1 Ad primum. Sic pceditur. † Et videtur, quod prædicta quatuor concilia non sint alijs principaliora. Primo ex parte authoritatis, à qua vniuersalia concilia congregantur, & robur accipiunt sic. Vna, & eadem authoritas est, qua vniuersa generalia congregantur, & roborantur, ergo videtur, quod vnum non sit altero principalius. Secũdũ ar. ¶ Secundo ex parte, spiritus sancti, qui vtpote magister veritatis est inspirator mentium patrum in concilia congregatorum, ac illustrator, & doctor secundum illud act. 12. visum est Spiritui sancto, & nobis. Sic vno, & eodem spiritu sancto canones vniuersalium conciliorum conditi sunt, vt in c. violatores. 26. q. 1. Ergo nobis videtur, quod rationabiliter vnũ concilium non sit altero principalius dicendum. Tertiũ ar. ¶ Tertio sic Aut sunt præstantiora ratione multitudinis patrum, & hoc non, quia sic Calcedonense concilium, in quo fuerunt. 630. patres fuisset principalius cæteris, & Nicæno, & Cõstantino, & Ephesino, quod non est verum, maxime cum. Leo papa dicat de concilio Nicæno in epistola ad Anatholium episcopũ, nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, vt trecentis illis. 18. episcopis, quãtumlibet copiosior numerus saceerdotum, vel comparare se audeat, vel præferre cum tanto diuinitus priuilegio Nicena sit synodus consecrata, siue per pauciores, siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus authoritate sit vacuum, quod absit, ab illorum fuerit constitutione diuersum. Aut ratione sanctitatis, & hoc non, cum non nobis ita sit differentia sanctitatis inter patres diuersorum conciliorũ. Non ratione materiæ, quia vna, & eadã est fides, quæ in omnibus diffinita est, ergo non videtur maior ratio, quare illa quatuor præstantiora alijs dicantur. ¶ In oppositum est litera prẹsentis. c. quod est beati Isidori. Opponit & Respõ. ¶ Respondeo dicendum, quod rationabiliter ista quatuor generalia concilia cæteris dicuntur principaliora, tũ ratione materiæ in eis diffinitæ. Fides enim, quæ Christianæ religionis est fundamentum in principalioribus eius articulis, in eis plenissime diffinita, & declarata est, vt enim ait Philosophus primo de anima. Vna scientia est dignior alia, vel propter dignitatem materiæ, quia. s. mirabiliorum est, atq; honorabiliorum est, vel propter demonstrationis certitudinem maiorem, & quantum ad vtrunque hæc concilia digniora, & principaliora sunt cæteris. Excedunt. n. in materia, quia ista concilia, sicut iam diximus, principaliter sunt de maioribus, mirabilioribus, atque honorabilioribus fidei nostræ principijs, & religionis nostræ fundamentis puta de articulis pertinentibus ad trinitatem personarum in vna, eademque natura diuinitatis, & de articulis ad diuinæ personæ filij dei pertinentibus incarnationem, in quibus totam fidem nostram complectuntur. Et hæc est ratio beati Isidori in litera prẹsenti, cum ait. Inter cætera autem cõcilia quatuor sunt venerabiles synodi, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quantum etiam ad certitudinem maiorem præcellere videntur ista quatuor concilia omnibus alijs, quia eorum fidei diffinitiones manifestæ sunt sancti euangelij conclusiones, hinc beatus Greg. ĭ. e. d. in c. sicut. dicit, q; sicut sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor cõcilia suscipere, & venerari me fateor. ¶ Secunda ratio principalitatis eorũ, est & esse potest, quia in istis concilijs quatuor principaliores fidei hostes, & perniciosiores conuicti, ac extincti sunt, eorũque impia dogmata condemnata. sicut Arrius. Sabellius fotinus, Euomius Macedonius. Nestorius, Eutiches, & Dioscorus. ¶ Tertia ratio est, quoniam ista concilia quatuor fuerũt omnibus sequentibus concilijs lumina quẹdam, & fundamẽta ad illustrandum fidem, vniuersam doctrinam, sanctius irrigandam ecclesiam. Hinc Isidorus in litera præsentis text. ea quatuor fluminibus comparat paradisi. Ad argumẽta. ¶ Ad rationes in oppositum simul patet responsio ex dictis. Dicimus enim eas non procedere, quia aliunde principalitas istorum quatuor conciliorum accipitur, quam ex parte authoritatis Apostolicæ sedis, quæ vna, & eadem est, qua omnia generalia concilia congregantur, & roborãtur ex parte, spiritus sancti, qui vnus & idem est omnis veritatis magister, nec ex parte multitudinis, sicut argutum est, sed ex parte materię, quæ licet vna, & eadem sit in illis, tamen principaliter, pleniusque diffinita, & defensata est, vt prædiximus.

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, quod Nicæna synodus non cõdemnat iuste Arrium negantem æqualitatem in diuinis personis, non est æqualitas nec in æternitate, nec in magnitudine, nec in potentia, vt Arrius dicit, ergo Arrius hęc dicens non debuit cõdemnari, consequentia patet. Antecedens pro prima parte videlicet, quod non sit ęqualitas, in æternitate probatur, primo sic. Omne, quod est ex altero habet principium, sed nullum ętemũ habet principium. ergo nec filius, nec spiritus sanctus qui sunt ex patre, sunt æquales ei ęternitate. ¶ Secundo sic. Omne, quod corrumpitur, desinit esse, ergo omne, quod generatur incipit esse, ad hoc enim generat, vt sit, sed filius est genitus à patre, ergo incipit esse, & per consequens non est coęternus patri. ¶ Præterea arguitur pro secunda parte antecedentis, videlicet, quod in diuinis personis non sit ęqualitas in magnitudine. Primo sic ex illo Io. 14. vbi filius ita dicit. Pater maior me est, & Apostolus. 1. ad cor. 15. Ipse filius subiectus est illi, q sibi subiecit oĩa, ergo nõ est æqualis psonæ patris ĩ magnitudine, cõsequẽtia patet. ¶ Secũdo sic. Paternitas ptinet ad dignitatẽ patris, sed paternitas non cõuenit filio; ergo nõ qcquid d gnitatis habet pater, habet filius, nõ ergo est ęqualis in magnitudine. Antecedens pro tertia parte patet. Quod non sit æqualitas in potentia, probatur sic primo, ex illo Ioann. 5. Non potest filius facere quicquam, nisi quod videret patrem facientem. pater autem à se potest facere: ergo pater est maior filio secundum potentiam. ¶ Secundo sic. Maior est potentia eius, qui pręcipit, & docet, quam eius qui obedit, & audit, sed pater mandat filio, secundum illud Ioan. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. ¶ Pręterea etiã docet, secundum illud Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei, quę ipse facit Ioan. 5. filius audit secũdum illud. Sicut audio, iudico, ergo pater est maioris potentię, quam filius. Opponitũ contrariũ. ¶ In oppositum est litera pręsentis text. & determinatio sacri concilij Nicęni. Item Athanasius dicit in symbolo totę tres personę sunt sibi, & coæquales. Respõdet. ¶ Respondeo dicendũ sub ista conclusione,

3 † quod synodus Nicęna sanctissime, & iustissime condemnauit Arrium pessimum hæreticum, & sequaces eius Pro cuius declaratione conclusionis est notandum, quod

dum. quod Arrius non volens intelligere, nec credere volens, quod aliqui duo secundum personam distincti haberent vnam, & eandem naturam, & essentiam, negauit personas filij, & spiritus sancti esse vnius naturæ & essentiæ cum patre, vnde solam naturam patris, dicit, & esse ab æterno, naturam vero filij non ab æterno extitisse, licet filium dixit ante creaturas alias factum, & ita filium non natura filium, aut Deum, sed similitudine quadam dixit, quemadmodum angelos, aut homines sanctos nominat quandoque scriptura deos, aut dei filios secundũ illud psal.*Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Et quia omne, quod non est æternum ex nihilo factũ est, & à Deo creatum, hinc filium ex nihilo factum esse, & creaturã prædicabat. Cum aũt creatura non possit æquari suo creatori, consequenter negabat filium Dei æqualem esse patri coæternitate, magnitudine, & potentia. In quib. tribus, vt dicit Au. li. de fide ad pe. Diuersarum personarum æqualitas attenditur in quibus omnib. prædictis Arrius male, false, & impie loquutus est, & manifeste contra scripturam diuinã, & ideo iustissime condemnatus est, quod nos clarissimum facimus ostendendo conclusiones veras esse oppositas im

*Psa.45.b.

4 pijs assertionib. eius.¶ Prima conclusio est†, ꝙ Christus nõ participatione alicuius similitudinis, quemadmodum angeli, aut sancti homines filij dei dicuntur, sed natura est verus dei filius[a] ẜm diuinitatem, quæ conclusio multipliciter probatur iuxta S. Tho. quarto cõtra gentiles. c.7. primo sic. Licet. n. scriptura Christum dei filium, & angelos nominat, alia tamen, & alia ipse Christus dei filius nominatur, & alia ratione angeli dei, & sancti homines, quod manifeste ostendit Apostolus ad hebreos. i. d. Cui. n. aliquando dixit angelorum filius meus es tu: ego hodie genuite, quod ad Christum asserit esse dictum. Non ergo Christus dr̃ dei filius eadem ratione, qua angeli dicuntur filij dei. s. similitudine naturæ, sed veritate, & consubstantialitate vnius, & eiusdẽ naturæ cum patre, vnde gl. super illud filius meus es. Dicit. i. consubstantialis, non adoptiuus.¶ Secundo sic probatur conclusio, quia scriptura sancta nõ solum Christum dicit filium Dei, sed etiam vnigenitum à patre. Non ergo Christus ratione creationis filius Dei dr̃, sicut Angeli, aut sancti homines.¶ Tertio sic. Nomen filiationis proprie, & vere generationem viuentium consequitur, in quibus genitum ex substantia generantis procedit, alias. n. nomen filiationis non ẜm veritatem, sed potius ẜm similitudinem accipitur, vt cum filius dicimus, aut discipulus, aut horum, quorum curam gerimus. Si ergo non diceretur filius, nisi ratione creationis, cum id, quod creatur ex deo nõ ex substantia Dei deriuetur. Christus verus dei filius dici nõ posset. Dicitur autem verus filius. Io. vlt. vt simus inquit in vero filio eius Iesu Christo. Non ergo dei filius dicitur, quasi à deo creatus in quacunque naturæ excellẽtia, sed quasi ex dei substãtia genitus, vnde ipse ait Io.14. Ego, & pater vnũ sumus. s. natura, vnde præfati patres in Nicæno concilio dicunt. Et in Iesum Christum filium Dei vnigenitum. Ex patre natum ante omnia secula.¶ Secunda conclu.† Christus

Prima cõclusio.

a¶ Dei fili[9] Adde aliquia pulcra per Pet. de An in c. cũ Christus. de hereti.

5 non est creatura, vt dicit pessimus Arrius, sed verus deus. cõclusio patet authoritate, & ratione. Authoritate, dicit. n. Apostolus ad Ro.9. Ex quibus Christus est secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen Item ad Ti.2. Expectãtes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Item Hier. 23. Suscitabo Dauid germen iustum. Et postea subdit. Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, dominus iustus noster, vbi in hebræo habetur tetragrammatõ, quod de solo Deo certum est dici. Et ita apparet, ꝙ Chistus filius dei sit verus deus. Ratione sic probatur. Christus est verus filius dei vt dicit prima conclusio: ergo de necessitate est verus deus: consequentia patet, quando non potest vere filius dici, quod ab alio gignitur, & si de substantia generantis nascatur, nisi in similitudinem, & speciem generantis procedat. Oportet. n. ꝙ filius hominis homo sit. Si ergo Christus est verus filius dei, sicut probatum est, oportet necessario, ꝙ sit verus deus, & non aliquid creatum.¶ Secũdo sic. Nulla creatura recipit totam plenitudinem diuinitatis, vt patet, Christus autem totam diuinitatem habet in se. Dicit. n. Apostolus ad Collo.1. In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. Item in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & sciẽtiæ Dei: ergo Christus verus Deus est, & nõ creatura.¶ Tertio sic. Nihil, quod est in aliquo genere est vniuersalis causa eorum, quæ sunt in genere illo, sicut vniuersalis causa hominum nõ est aliquis homo, nihil. n. est causa suiipsius, sed sol, qui est extra genus humanum, est vniuersalis causa generationis humanæ, & vlterius deus, filius autem est vniuersalis causa creaturarũ, dicitur. n. Ioã.1. omnia per ipsum facta sunt, & prouer.8. dicit sapientia genita Cum eo eram componens omnia, & apostolus dicit ad Colosſ.2. In ipso condita sunt vniuersa in cœlo, & in terra: ergo ipse filius Dei non est de genere creaturarum, sed deus verus omniũ factor.¶ Quarto sic. ratione, vltima rationalis naturæ beatitudo in solo deo est, in quo etiam sola spes hominis debet poni, & cui soli est honor latriẹ exhibendus, sed beatitudo vera in Dei filio est, dicitur. n. Io.17. hæc est vita æterna, vt cognoscant te. s. patrem, & quem misisti Iesum Christum. & 1. Io. vlt. dicit de filio, ꝙ est verus Deus, & vita ẹterna. Certũ est. n. nomine vita æterna in scripturis sacris beatitudinem vltimam designari, dicit. n. Esa. de filio, vt Apostolus inducit. Erit radix iessæ, & qui exurgit regere gẽtes, in eum gentes sperabunt. Dicitur etiam in psal.*Et adorẽt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei.¶ Item in psal.*Adorate eum omnes angeli eius, quod de filio inducit Apostolus ad Heb.1. Manifestum est ergo Christum

secũda cõclusio.

*Psa.71.b.

*Psa.96.b.

6 filium dei verum esse deum.¶ Tertia conclusio est†, quòd Christus dei filius est æqualis patri æternitate, probatur cõclusio. Primo sic ex dictis, dei filius est verus deus: ergo est ẹternus, & ita patri coẹqualis, consequentia patet.¶ Secundo sic. filius Dei est coæternus patri, ergo æqualis sibi in æternitate. consequentia patet. Antecedens est Athanasij dicentis, ꝙ tres personẹ coẹteternẹ sibi sunt, & coæquales.¶ Tertio sic. Pater nullo modo est prior filio: ergo filius est æqualis patri æternitate, consequentia patet, antecedens probatur sic. In patre, & filio non possumus nisi duo considerare, vel id, quod est absolutum, & hoc vtrique commune est, vnde Io.17. filius ad patrem loquens ait. Omnia mea tua sunt, vnde ex hoc vnus non habet prioritatem ad aliũ, vel id quod ad alterum est, sed relatiuorum est simul esse secundum naturam secundum Philosophum, & etiã tempore, quia posita se ponunt, & perempta se perimunt, & et in intelligendo vnum per alterũ diffinitur: ergo pater nullo modo est prior filio, nec secundum. i. adsolutum.¶ Quar

Tertia cõclusio.

7 ta conclusio.† Patri est æqualis filius secundum magnitudinem, probatur conclusio. Primo per illud quod habetur Ioan.5. Quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum sabbatum soluebat, sed & patrem suum dicebat deũ, æqualem se deo faciens, hæc est ergo Euangelistæ narratio, cuius testimonium verum est, ꝙ Christus filium dei se dicebat, & deo æqualem & propterea eũ Iudæi persequebãtur. Nec dubium est alicui Christiano, quoniam illud quod Christus de se dixit, verum sit.¶ Secundo patet ex illo Apostoli ad Philip.2. Nõn rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo.¶ Tertio rõne probaẽ sic. Magnitudo dei non est aliud, quam perfectio naturæ ipsius, sed filius, cum sit eiusdẽ naturæ cũ patre, est & eiusdẽ perfectionis: ergo est in magnitudine illi æqualis.¶ Quinta concl. filius dei est æqualis patri potestate. patet conclusio ista. primo ex illo Ioã.5. Quæcunq; pater facit, hoc & filius similiter facit.¶ Secundo rõne sic. Potentia agendi consequitur perfectiõnem naturæ. Videmus. n. in creaturis, ꝙ quanto aliquid habet perfectiorem naturã, tanto est maioris virtutis in agendo. Ostensum est aũt in superiori conclusione, ꝙ filius sit æqualis patri in perfectione naturæ: ergo relinquitur, ꝙ filius sit ẹqualis patri in perfectione naturæ, & potestate, & eadẽ ratio est de Spũ sancto respectu vtriusq;. Ex quibus clarissime patet ꝗ sancte, catholice, & iuste sancti patres in concilio Nicæno de persona filij contra Arrianos fidem profitentes dicunt. Et in vnum dñm Iesum Christum, vbi contra errorem Arrij dicentis dei filium minorem esse patre, confitetur eum patri æqualem iuxta illud psalm.*Dixit dñs domino meo, sede à dextris meis gl. i. in regno æqualis. Sequitur filiũ dei vnigenitum, vbi contra errorem Arrij dicentis Christum filium nõ naturalem, sed adoptiuũ confitetur Christũ esse filium dei naturalem. Io.1. Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius dei. Sequitur, ex patre natum ante omnia secula, vbi contra errorem Arrij dicentis Christum ex tpe natum, confitetur eum ab eo æterno natum. Io.1. in principio erat verbum, &c. Sequitur Deum de deo, lumen de lumine, deum verũ de deo vero, vbi contra Arrium dicentem Christum puram creaturam, confitetur eum ve-

Quarta cõclusio.

Quinta cõclusio.

Expositio Niceni symboli.

*Psa.109.a.

rum esse deum. Io. 1. Et deus erat verbum. Sequitur cōsubstantialem patri, vbi contra Arrium dicentem Christū nō esse vnius, & eiusdem essentiæ, naturæ, & substantiæ cum patre confitetur cum patri consubstantialem. i. vnius essentiæ cum illo. Io. 14. Ego in patre, & pater in me est. Et ego, & pater vnum sumus. Sequitur per quem omnia facta sunt Vbi contra Arrium dicentem Christum esse factum, confitetur eū omnia ꝑ ipsum facta esse. Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt, vbi Aug. Quomodo factus est, per quem omnia facta sunt. Si. n. per ipsum facta sunt omnia, iam non est factus, iam non est creatura. Viso igitur, ꝙ rationabiliter synodus Nicena condemnauerit impietatem Arrij, & singulas eius partes, Respōdendum est ad rationes inductas pro parte sua. ¶ Ad primam respondetur, ꝙ minor est, vera de principio durationis, & nō de principio originis, filius aūt dei licet habeat principiū originis, qa ex patre natus, non tamen temporis, quia patri est coæternus. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ ratio non procedit, & ratio est, quia nō est simile de corruptione, & generatione, quia cū omnis corruptio est mutatio quædam. Ideo omne, quod corrūpitur, incipit non esse, & desinit esse. Non autem omnis generatio est mutatio quædam, quoniam diuinę generatio nō est transmutatio, vnde beatus Iacobus inquit: omne datū optimum, & omne donum perfectum descendens, est à patre luminū, apud quem non est trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. ¶ Ad tertiā, quæ est prima secundæ partis Respondetur, ꝙ verba illa intelliguntur dicta de Christo ſēm naturam humanam, in qua minor est patre, & ei subiectus, sed secundum diuinam est æqualis patri, & hoc est, quod dicit Athanasius. Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. ¶ Ad quartam respondetur iuxta S. Tho. in prima parte, negando consequentiā, quia æqualitas attenditur secundum magnitudinem. Magnitudo autem in diuinis significat perfectionem naturæ, vt dictum est, & ad essentiam pertinet. Et ideo æqualitas in diuinis, & similitudo secundum essentialia attenditur. Nec potest secuudum distinctionem relationum inæqualitas, vel dissimilitudo dici: vnde Augu. dicit contra Maximianū originis quæstio quod de quo sit æqualitatis autem qualis, aut quātus. Paternitas ergo est dignitas patris sicut & essentia patris. Nam dignitas absoluta est, & ad essentiam pertinet. Sicut ergo eadem essentia. quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio, ita & eadem dignitas, quę in patre, est paternitas, in filio est, filiatio, vere ergò dicitur, ꝙ quicquid dignitatis habet pater, habet filius, nec sequitur paternitatem habet pater: ergo paternitatē habet filius, mutatur. n. quid in ad aliquid. Eadem. n. est essentia, & dignitas patris, & filij. Sed in patre est secundum relationem dātis, in filio secundum relationem accipientis. ¶ Ad quintam quæ est prima tertiæ partis respondetur, negando cōsequentiam, & ratio est, quoniam in hoc, quod dicitur, ꝙ filius nòn pōt a se facere quicquam, non subtrahitur aliqua potestas filio, quam pater habeat, cum statim subditur, ꝙ quodcunq; pater facit, filius similiter facit, sed ostenditur, ꝙ filius habet potestatem à patre, à quo habet naturam, vnde Hylarius. 9. de trinitate Naturæ, diuinæ hæc vnitas est. vt ita per se agat filius, ꝙ non à se. ¶ Ad vltimam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia, vt inquit S. Tho. in demonstratione patris, & auditione filij non intelligitur, nisi ꝙ pater communicat scientiam filio, sicut & potentiam. Et ad idem potest referri mandatū patris, per hoc quod ab æterno dedit ei scientiam, & voluntatem agendorū, eum generādo, vel potius referendum est ad Christum ſēm humanā naturam, quæ responsio videtur magis placere, quam etiā S. Tho. ponit in 4. contra genti. c. 8. Et ita quomodocunque exponatur ratio non militat.

Augu*st*.

Ad primū arg.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

Ad quartū.

Ad quintū.

Ad vltimū.

8 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, quòd synodus Constantinopolitana iuste nō condemnauerit Macedonium negantem Spiritum sanctū consubstantialem patri, & filio. Primo sic. Dominus Io. 16. de spiritu sancto loquens dicit. Non loquetur à semetipso: sed quæcunque audiet loquetur. Ex quo videtur, quòd nihil vltroneæ potestatis autoritate loquatur. Sed iubenti per ministerium famuletur, loqui. n. quod quis audit famulātis esse videtur, videtur ergo, ꝙ spūs sanctus sit creatura Deo subiecta, & nō Deus. ¶ Secundo mitti inferioris esse videtur, cum in mittente importetur authoritas. Spiritus autem sanctus à patre, & filio mittitur, dicit. n. dominus Io. 14. paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & Io. 15. Cū venerit Paracletus, quē ego mittam vobis à patre: ergo videtur ꝙ spiritus sanctus patre, & filio minor sit, & per consequens sequitur, ꝙ non sit deus naturalis. ¶ Tertio sic. Scriptura diuina filium patri associans in his, quæ diuinitatis esse videntur, de Spiritu sancto mentionē nòn facit, vt patet Mat. 11. cum dominus dicit, Nemo nouit filium, nisi pater, nec patrem quis nouit nisi filius, de spiritu sancto mentionem nō facit, & Io. 18. hæc est vita æterna, vt cognoscāt te solum verum deum, & quē misisti Iesum Christum, vbi de spiritu sancto mentio non fit. Apostolus etiam ad Ro. 2. dicit Gratia vobis, & pax à deo patre nostro & domino Iesu Christo. &. 1. Cor. 8. nobis vnus deus, & ex quo omnia & nos in illo, & vnus deus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum: in quibus etiam nihil de spiritu sancto dicitur: ergo videtur, ꝙ Spiritus sanctus Deus non sit, & per cōsequens nō sit consubstantialis patri, & filio. ¶ Quarto sic. Si spiritus sanctus est verus Deus, oportet, ꝙ naturam diuinā habeat, & sic cum Spiritus sanctus à patre procedat, vt dicitur Io. 15. necesse est, ꝙ ab illo naturam diuinam accipiat, quod autem accipit naturā eius, à quo producitur ab eo generatur, proprium. n. est geniti, vt in similem specie sui principij producat, spiritus ergo sanctus genitus erit, & per consequens filius: quod sanæ fidei repugnat. ¶ Quinto, si dicatur, ꝙ spiritus sanctus naturam diuinam à patre accipit, non quasi genitus, oportet ergo dicere, ꝙ diuina natura duobus modis communicetur. s. per modum generationis, quo procedit filius, & per modum illum, quo procedit spiritus sanctus. Hoc autem vni naturæ competere non videtur, vt duob. modis conuincetur, si quis vniuersas naturas inspiciat. Oportet igitur, vt videtur, ꝙ cum Spiritus sanctus naturam per generationem non accipiat, ꝙ nullo modo accipiat eam, & sic videtur esse verus Deus, & per consequens nec consubstantialis patri, & filio. ¶ In oppositum est autoritas præsentis concilij Constantinopolitani, & Niceni, & est illud Athanasij in symbolo. Deus pater, Deus filius Deus spiritus sanctus, non tamen tres dij, sed vnus est Deus. ¶ Respondeo dicendum, quòd vt narrat S. Thom. in quarto contra genti. c. 15. Positio fuit Arrij, sicut in articulo præcedenti diximus, quòd filius & spiritus sanctus non essent verus Deus, sed essent creaturæ, filium tamē maiorem dixit esse spiritu sancto, sicut, & filium minorem dicebat Patre, vnde dicitur posuisse gradus in diuinis personis, siue in Trinitate, quantum vero ad spiritum sanctum sequutus est eum Macedonius, qui de patre, & filio recte sensit, quòd vnius, & eiusdem substantiæ sint, sed hoc de spiritu sancto credere noluit, creaturam eum esse dicens. vnde quidam Macedonias, Semi Arrianos vocant, eo quòd cum Arrianis in parte conueniunt, & in parte differunt ad eiusdem. Contra quem Macedonium, & eius sequaces synodus Constantinopolitana procedens iustissime, atque sanctissime eum tanquam hæreticum condemnauit, asserēs & confitens† spiritum sanctum deum verum 9 esse, atque per consequens consubstantialem patri, & filio, hæc conclusio perfecta vera, & catholica euidentissimis sacræ scripturæ testimonijs ostenditur sic iuxta sanctum Thom. in quarto contra gentiles. cap. 17. Nulli templum consecratur, nisi deo, vnde & in psalm. * Dicitur Deus in templo sancto suo. Dicit enim Apostolus. 1. ad Corin. 6. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti: ergo spiritus sanctus Deus est, & præcipue cum mēbra nostra quæ templum spiritus sancti esse dicit, sint mēbra Christi, sicut superius dixerat Apostolus, in conueniēs autem esset cum Christus sit verus deus, vt in superiori articulo ostendimus, quòd membra Christi templum Spiritus sancti essent nisi spiritus sanctus Deus esset. ¶ Secundò à sanctis latriæ seruitus, non nisi vero Deo exhibetur. Dicitur enim Deuter. 6. Dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies, Seruiunt autem sancti spiritui sancto. Dicit enim Apostolus ad phippen. tertio Nos sumus circuncisio, qui Spiritui domini seruimus, quod de seruitute latriæ est intelligendum, quæ soli Deo debetur: ergo spiritus sanctus est verus Deus, cui latria debetur. ¶ Tertio sic. sanctificare homines proprium opus Dei est. Dicitur enim leuitici. vigesimo secundo. Ego dominus, qui sanctifico vos. Est autem spiritus sanctus, qui sanctificat, dicit enim Apostolus primo ad Corinthios sexto,

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Quartū ar.

Quintū ar.

Opponiti contrariū.

Respōdet.

*Psa. 67. a.

Abluti

Abluti eſtis ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. gloſſ. i. operatione ſpiriritus ſancti, & ſecundæ ad theſſ. 2. dicit. Elegit nos dominus primitias in ſalutẽ in ſanctificatione ſpiritus ex fide veritatis: ergo neceſſe eſt dicere Spiritũ ſanctum eſſe Deũ. ¶ Quarto ſic. Creatio opus eſt Dei, vt patet. Sed creatio ad ſpiritum ſanctum pertinet, dr̃. n. in pſal.* Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & Iob. 33. dicitur. Spiritus domini me fecit: ergo ſpiritus ſanctus vere eſt Deus. ¶ Quinto ſic. Quorum eſt eadem operatio, eſt eadem natura. Eſt autem eadem operatio filij, & ſpiritus ſancti, quod cum Chriſtus in ſanctis loquatur Apoſtolis, oſtendit ad Cori. vlt. dicens. An experientiam quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus, hoc etiam oportet ſpiritus ſancti manifeſte eſſe apparet. Dicitur. n. Mat. 10. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Eſt ergo eadem natura filij, & ſpititus ſancti, & per conſequens patris, cum oſtenſum ſit in ſuperiori articulo patrem, & filium vnam habere naturam: ergo ſpiritus ſanctus conſubſtantialis eſt patri, & filio. ¶ Sexto ſic. Sicut vita naturæ corporis eſt per animam, ita vita gratiæ ipſius animæ eſt per Deum, vnde Deus dicit Io. 6. Sicut miſit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, & ipſe viuet propter me, ſed huiuſmodi vita eſt per ſpiritum ſanctum, vnde ibidẽ ſubditur. Spiritus eſt, qui viuificat, & ad Ro. 8. inquit. Si ſpiritu carnis facta mortificaueritis, viuetis: ergo ſpiritus ſanctus eſt diuinæ naturæ. ¶ Septimo ſic. Ex ſacris ſcripturis apparet Deũ eſſe, qui loquutus eſt per Prophetas. Dicitur. n. nu. 12. ſi quis fuerit inter vos propheta domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnum loquar ad illum. & in pſal. dicitur.* Audiam, quid loquatur in me dominus deus. Sed manifeſtũ eſt ſpiritum ſanctum loquutum eſſe in prophetis: dicitur. n. actuum primo. Oportet. n. impleri ſcripturam, quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Dauid, & Mat. 22. dominus dicit. Quomodo dicunt, ſcribę Chriſtũ filium Dauid eſſe. Ipſe. n. dicebat in ſpiritu ſancto. Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis: & ſecundæ Petri primo dicitur, non humana volũtate allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirãte loquuti ſunt ſancti Dei homines. Manifeſte ergo ex ſcripturis colligit ſpiritum ſanctum eſſe Deum, & per conſequens conſubſtãtialem patri, & filio.† Hinc ſancti patres in ſymbolo quin-
10 que aſſerunt de ſpiritu ſancto. Primo ꝙ contra errorẽ Macedonij, & ſequacium dicẽtium, ſpiritum ſanctum eſſe ſeruum patris, & filij, cõfitentur eum dominum, cum in ſymbolo dicunt. Credo in ſpiritum ſanctum dominum. Non enim eſt, ſicut Spiritus angelici, qui ſunt (vt inquit Apoſtolus) adminiſtratorij ſpiritus. Sed ſpiritus ſanctus eſt dominus, vnde Athanaſius Dominus pater Dominus filius, Dominus Spiritus ſanctus. ¶ Secundo contra errorem Pelagij, & ſequacium dicentium nos viuificari per ſpiritum voluntatis noſtræ, & non viuificari ad vitam gratiæ & glorię per Spiritum Dei noſtri, contra quem ſancta ſynodus, vt inquit Albertus magnus ſubiungit, & viuificantem. De ſpiritu autem ſancto dicitur Ioan. 6. Spiritus eſt, qui viuificat. ¶ Tertio, contra errorem dicentium non eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cum patre, & filio additur. Qui à patre, filioque procedit, quia ſicut filius eſt verbum patris, ita ſpiritus ſanctus eſt amor patris, & filij, & ideo procedit ab vtroque. Et ſicut verbum Dei eſt eiuſdem ſubſtantię cum patre, & ita amor cum patre, & filio. Addidit autem romana eccleſia, vt inquit Albertus magnus, filioq;, contra quendam Theodorum, & quoſdam alios Græcos negantes ſpiritum ſanctum à filio procedere, & licet ſynodus hic non poſuerit, tamen Cyrillus glorioſus pater, qui eidem ſynodo interfuit hoc dicit, quòd, Spiritus ſanctus etiã à filio procedat, hoc Albertus in tractatu ſuo ſuper ſymbolum. ¶ Quarto contra errorem dicentium ſpiritum ſanctum non eſſe conſubſtantialem, & æqualem patri, & filio, additur. Qui cum patre, & filio ſimul adoratur, & glorificatur. ¶ Quinto contra errorem dicentium, ſicut fuit Montanus monachus, Prophetas non loquutos fuiſſe de ſpiritu ſancto, ſed quaſi amentes ſpiritu phanatico, additum eſt, qui loquutus eſt per prophetas per quem effectum, ſicut ſuperius deduximus manifeſte oſtenditur ipſum ſpiritum ſanctum verum eſſe Deum. ¶ Quibus habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum adductas pro parte Macedonij hæretici. ¶ Ad primam reſpondetur iuxta S. Tho. in 4. contra gentiles. ca. 29. negando conſequentiam. Per hoc enim, quòd Spiritus ſanctus dicitur, quòd non loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur, non ſequitur, quòd ſit creatura, ſicut nec filius per hoc, quòd eſſentiam accipit à patre, ſicut in præcedenti articulo diximus, ſcientia, virtus, & operatio in filio eſt à patre tantum, in ſpiritu vero ſancto eſt à patre, & filio, à quibus procedit, quia ergo vna de operationibus ſpiritus ſancti eſt, quòd loquatur in ſanctis viris, vt oſtenſum eſt, propter hoc dicitur, quòd non loquetur à ſemetipſo, quia a ſe non operatur. Audire enim ipſius eſt accipere ſcientiam, ſicut, & eſſentiam à patre, & filio, nec mouere debet quod dicit. Audiet, quaſi de futuro loquens, cum accipere ſpiritus ſancti ſit æternum. Nam æterno verba cuiuſlibet temporis aptari poſſunt, eo quòd æternitas totum tempus complectitur, ¶ Ad ſecundam reſpondetur etiam negando conſequentiam. Miſſio enim ſpiritus ſancti à patre, & filio non arguit iuxta ſanctum Tho. vbi ſupra ſpiritum ſanctum eſſe creaturam, ſicut nec filium per hoc, quòd dicatur miſſus à patre. Dicitur autem filius, ſecundum hoc miſſus fuiſſe, quòd in carne viſibili hominibus apparuit, & ſic nouo modo, quoddammodo fuit in mundo quo prius non fuerat, ſcilicet viſibiliter, in quo tamen fuit, ſemper inuiſibiliter, vt Deus. Quod autem hoc filius ageret, & à patre commiſſum fuit, vnde ſecundum hoc dicitur miſſus à patre. Similiter autem & ſpiritus ſanctus viſibiliter apparuit, vel in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum in baptiſmo, vel in linguis igneis ſuper Apoſtolos, & licet factus non fuerat columba, vel ignis, ſicut filius factus eſt homo, tamen ſicut in ſignis quibuſdam ipſius, in his viſibilibus ſpeciebus apparuit, & ſic etiam quodam nouo modo, ſcilicet viſibiliter in mundo fuit, & hoc fuit à patre, & filio, vnde & ipſe à patre, & filio dicitur miſſus, quod non minorationem in ipſo, ſed proceſsionem oſtendit. Et tamen, & alius modus, quo tam filius, quàm ſpiritus ſanctos inuiſibiliter mitti dicitur. Patet enim ex dictis, quòd filius procedit à patre per modũ amoris notitiæ, qua Deus cognoſcit ſeipſum, & ſpiritus ſanctus procedit à filio; procedit à patre & filio per modum amoris, quo Deus amat ſeipſum, vnde ſicut dictum eſt. Cum aliquis per ſpiritum ſanctum amator Dei efficitur, ſpiritus ſanctus eſt in habitatione ipſius, & ſic quodam nouo modo eſt in homine, ſ. ſecundum proprium nominis effectum ipſum inhabitans. Et quòd hunc effectum in homine faciat ſpiritus ſanctus, eſt ei à patre, & filio, & propter hoc à patre, & filio inuiſibiliter dicitur mitti, & pari ratione in mentem hominis filius dicitur mitti inuiſibiliter, cum aliquis ſit in diuina cognitione ſic conſtituit, quòd ex tali cognitione Dei amor procedat in homine, vnde patet, quòd nec iſte modus etiam miſsionis in filio, aut in ſpiritu ſancto minorationem inducit, ſed ſolum proceſsionem ab alio. ¶ Ad tertiam reſpondetur etiã negando conſequentiam, quoniam, vt ait ſanctus Thom. vbi ſupra Spiritum ſanctum à diuinitate non excludit, ꝙ pater, & filius interdũ cõnumerant, non facta mẽtione de ſpiritu ſancto, ſicut nec filiũ à diuinitate excludit, ꝙ interdũ ſit mẽtio de patre nõ facta mẽtione de filio. Per hoc. n. ſcriptura tacite inſinuat, ꝙ qcquid ad diuinitatẽ ptinens, de vno trium dicitur, de omnibus eſt intelligendũ, eo qđ ſunt vnus deus. Nec etiam poteſt deus pater ſine verbo, & amore intelligi, nec è conuerſo, & propter hoc in vno triũ communiter tres intelliguntur, vnde & interdum fit mentio de ſolo filio in eo, quòd commune eſt tribus, ſicut eſt illud Matt. 11. Neque patrem quis nouit, neque filium, cũ tamen & pater, & ſpiritus ſanctus patrem cognoſcant, ſimiliter & de ſpiritu ſancto dicitur prima ad Corin. 2. Quæ ſunt Dei nemo nouit, niſi ſpiritus dei, cum tamen certum ſit, quòd ab hac congregatione diuinorum neque pater, neque filius excludantur. ¶ Ad quartam reſpondetur, & negando conſequentiam, quoniam, vt inquit ſanctus Thom. vbi ſupra, quamuis ſpiritus ſanctus verus ſit Deus, & veram naturam diuinam habeat à patre, & filio, non tamen ſequitur quòd filius ſit: filius enim dicitur aliquis ex eo, quòd genitus eſt, vnde ſi res aliqua naturam alterius ab eo acciperet, non per genituram, ſed per alium quemcunque modum ratione filiationis careret, vt puta, ſi aliquis homo, virtute ſibi diuinitus ad hæc conceſſa, faceret hominem ex aliqua ſui corporis parte, vel ẽt exteriori modo, ſicut facit artificiate productus homo, producentis filius non diceret, quia non procederet ab eo

*Pſa.103.d.
*Pſa.84.b.
Albertus.
Ad primũ arg.
Ad ſecũdũ
Ad tertiũ.
Ad quartũ

vt natus, processio aũt spiritus sancti rationem natiuitatis non habet, vnde spiritus sanctus licet à pa re, & filio diuinam naturam habeat non tñ eorum filius dici pôt. ¶ Ad quintam respondetur, etiam negando consequentiam, & ratio est, quia licet in naturis creatis non inueniatur, nisi vnus modus qui communicetur naturæ scilicet modus generationis nihilominus in natura diuina reperitur duplex modus communicationis naturæ, & ratio est secundum Sanctum Thom. vbi supra, quia in solo Deo eius operatio est suum esse, vnde cum eo, sicut in qualibet natura intellectuali, sit intelligere, & velle id, quod procedit in eo per modum intellectus, vt verbum, aut amoris, aut voluntatis, vt amor oportet, quòd habeat esse diuinum, & sit Deus & sic tam filius, quam spiritus sanctus est verus Deus.

Ad quitũ.

11 **Ad quartum.** Sic proceditur. † Et videtur, quòd tertia synodus scilicet Ephesina prima non iuste condemnauerit Nestorium asserentem duas personas in Christo, Primo sic, in Christo non est tantum vna persona: ergo iniuste condemnatus videtur Nestorius hoc asserens: consequentia patet: antecedens probatur sic primo. Persona enim Dei non est aliud à natura ipsius. Si ergo vnio non est in natura ipsius, sequitur, quòd non sit facta in persona: ergo sicut in Christo sunt duæ naturæ, ita & duæ personæ. ¶ Secundo sic. Natura humana non est maioris dignitatis in Christo, quam in nobis, sed personalitas ad dignitatem pertinet, vnde non reperitur in naturis ignobilibus: ergo, cum natura humana in nobis habeat propriam personalitatem, multo magis habebit propriam personalitatem in Christo. ¶ Tertio sicut Boethius dicit libr. de duabus naturis. in Christo Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia, sed verbum Dei assumpsit naturam humanam indiuiduam, natura enim vniuersalis non sistit secundum se, sed in nuda contemplatione cõsideratur, vt Damascenus dicit: ergo humana natura in Christo habet suam personalitatẽ, & verbum suũ: ergo in Christo est duplex personalitas. ¶ Quarto sic. in Christo sunt duæ hypostases, siue duo supposita: ergo duæ personæ, consequentia videtur no. Sed antecedens probatur sic, hypostasis enim nihil aliud est, quam substantia particularis, vt dicit Boethius de duabus naturis. Manifestum est autem, quòd est alia substantia, quædam particularis in Christo, præter hypostasim verbi. scilicet corpus, & anima compositum ex eis: ergo in Christo est alia hypostasis ab hypostasi verbi. ¶ In oppositum est determinatio sacri, & vniuersalis Concilij Ephesini primi, vt habetur in præsenti litera. ¶ Respondendum est, dicendum sub ista conclusione, quòd iuste, & sanctè sancta Synodus Ephesina prima condemnauit Nestorium, & suos sequaces asserẽtes in Christo duas personas esse. Pro cuius pleniori declaratione est sciendum, quòd vt narrat Beatus Thom. tam in quarto contra Genti. quam in tertia parte. Theodorus Monsuestenus, & Nestorius eius sectator posuerunt in Christo duas personas dicentes. Aliam esse personam filij, & aliam hominis, quas dicebant sibi inuicem esse vnitas. Primo quidem secũdum habitationem, inquantum, scilicet verbum Dei habitauit in illo homine sicut in templo. ¶ Secundo secundum vnitatem affectus, inquantum scilicet voluntas illius hominis est semper conformis voluntati Dei. ¶ Tertio modo secundum operationem, prout scilicet dicebat hominem illum esse Dei verbi instrumentum. ¶ Quarto secundum dignitatem honoris, prout omnis honor qui exhibet filio hoīs pp coniunctionẽ ad filiũ Dei. ¶ Quinto ẜm æquiuocationem. i. communicationem nominum, prout scilicet dicimus illum hominem esse Deũ, & filium Dei. Sed hæc positio ponent duas personas a in Christo est falsa, & hæretica, & ex consequenti iustissime à sancta synodo condemnata. Quot autem sit falsa, & hæretica ex multis colligitur. Primo ex eo, quòd concludit veritatem incarnationis. Nam si verbum Dei non fuit vnitũ homini illi, nisi secundum inhabitationem per gratiam, ex qua sequitur vnio voluntatum, cum inhabitatio verbi in homine non sit verbũ Dei incarnari, & Deus ipse in omnibus sanctis à constitutione mundi secundum illud Apostoli. ad Cori. 6. vos estis templum Dei viui, sicut dicit dominus, quoniam inhabitatio in illis, quæ tamen inhabitatio incarnatio dici non pôt. Nec hoc etiã ad incarnationis rõnẽ sufficit, si verbum Dei, aut Deus pleniori gratia habitauit in illo homine, quia magis, & minus non diuersificãt vnionem. Cum ergo Christiana religio in Fide incarnationis fundetur, euidenter apparet, ꝙ prædicta positio fundamentum christianæ religionis tollat. ¶ Prima patet, eo ꝙ sacra Scriptura aliter loquitur ab hominib. in quibus verbæ Dei inhabitat per gratiã, & aliter de Christo, dicit, verbum caro factum est. Ioann. 1. homo, quasi ipsum verbum personaliter sit homo. ¶ Item cõfirmatur ista ratio sic. Omne, quod factum est aliquid, est illud, quod factũ, est sicut quod factum est homo, est homo, & quod factũ est albũ, est album, sed verbum factum est homo, vt ex præmissis patet: ergo verbum Dei est homo, Impossibile est autem, vt duorum differentium personaliter dici aut hypostasi, aut supposito vnum de altero, quia ergo verbum Dei factum est homo, vt euangelista testatur, impossibile est, ꝙ verbi Dei, & illius hominis sint duæ personæ, aut hypostases, aut duo supposita. Et ideo merito, positio illa est à sanctis patribus reprobata. ¶ Secundo ostenditur prædicta positio falsa, & hæretica, quia tollit etiã humani generis redemptionem, patet sic. Ad hoc, quòd fiat humani generis redemptio, oportet, ꝙ sit agens satisfactionem vnus Deus qui potest, & homo qui debet. Sed nullo modo duæ personæ possunt dici vnum agens: ergo si sint duæ personæ in Christo, nondum facta est satisfactio, & ita adhuc sumus in seruitute peccati, quod est contra Scripturam sacram noui testamẽti. ¶ Tertio ostenditur falsa, & hæretica ex his, quę sacra Scriptura adhibuit Christo sic arguendo. Ea, quæ secundum personam differunt, & naturam, quod dicitur de vno, non dicitur de altero, sed ea, quæ sunt Dei homini attribuuntur, vt in psal.* Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus, & quæ sunt hominis deo attribuuntur, vt 1. ad Cor. 2. Nunquam dominum gloriæ crucifixissent: ergo deus, & homo conueniunt in persona. ¶ Quarto, ostẽditur positio prædicta falsa, & hęretica ex his, quæ Christus de se profitebatur sic. Pronomina demonstratiua ad personam referuntur, vel hypostasim, vel suppositum: nemo. n. diceret. Ego curro, alio currẽte, nisi forte figuratiue, vtpote ꝙ alius loco eius curreret. Sed ille homo, qui dictus est Iesus dicit de se antequam Habraam fieret ego sum. Io. 8. & Io. 10. Ego & Pater vnum sumus, & plurima alia, quæ manifeste ad diuinitatem verbi pertinent: ergo manifestũ est, ꝙ persona illius hominis loquentis, & hypostasis est ipsa persona filij dei. Confirmatur hoc sic. Homo Christus loquẽs de se multa diuina dicit, & supernaturalia, vt est Illud Io. 6. Ego resuscitabo eum in nouissima die, & Ioã. 10. Ego vitam æternam dabo eis, quod quidem summæ superbiæ esset, si ille homo loquens secundum hypostasim non esset ipse deus. sed solum haberet deum inhabitantem. Hoc aũt de Christo non est dicendum, quia de se dicit Matt. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Est ergo eadẽ persona hominis illius, & Dei. Patet ergo quantum rationabiliter, & iuste Nestorius ponens duas personas in Christo similiter à sanctis patrib. in Ephesino concilio primo fuit condemnatus maxime cum expresse cõtradiceret symbolo Apostolorum in articulo, vbi dicitur. Et in Iesum Christum filium eius, s. dei patris vnicum dominum nostrum, qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Itaq; ipse dei filius patris creatoris cœli, & terræ, & non alius est conceptus, & natus ex Maria virgine. ¶ Est aũt consequenter pro pleniori intelligentia notandũ, ꝙ, vt inquit S. Th. in 3. & etiam dominus Bonauẽtura. Quod Nestorius ex hoc deceptus fuit, vt dicit Boethius. ꝙ credidit idẽ esse naturam, & suppositum, vnde credidit, ꝙ cum sint duæ naturæ in Christo, sint duæ personę, & ex eodem processit fonte error Eutychis, qui cum audiret vnam personam in Christo æstimauit vnam naturam, & ex eodem fonte processit error Arrij, & Sabellij. Sciendũ est ergo iuxta S. Tho. in 3. parte. q. & articulo. 2. ꝙ persona illud significat, quod natura. Natura. n. significat essentiam rei, quam significat diffinitio, & si quidem his, quæ ad rationem speciei pertinent nihil aliud adiunctum inueniri potest, nulla necessitas esset distinguendi naturam à supposito nature, quod est indiuiduum subsistens in natura illa, si vnumquodq; indiuiduum subsistens in natura aliqua essent omnino idem cũ natura sua. Conuenit autem in quibusdam rebus subsistentibus inueniri aliquod, quod non pertinet ad naturam speciei, scilicet accidentia, & principia indiuiduantia, sicut maxime apparet in his, quæ sunt ex materia, & forma, & ideo in talibus etiam secundũ rem differt natura, & suppositum

Primũ ar. *Secũdũ ar.* *Tertiũ ar.* *Quartũ ar.* *Opponit ĩ contrariũ. Respõdet.*

a ¶ Persona. Vna .n. tantum persona ẽ in Christo & eam repræsentat, episcopus 33. q. 5. ca. si. & ibi Io: de turre cremata.

**Psa. 86. a.* *S. Thom. Boethius.*

suppositum,non quasi omnino aliqua separata. Sed quia in supposito includitur ipsa natura speciei,& superaddunt quædam alia, quæ sunt præter rationem speciei. Vnde suppositum significat, vt totum habens naturam, siue partem formalem,& perfectiuam sui. Et propter hoc in compositis ex materia, & forma natura non prædicatur de supposito. Non.n.dicimus, ꝙ hic homo est sua humanitas. Si qua vero aer est, in qua omnino nihil est aliud præter rationem speciei, vel naturæ suæ, sicut est in Deo, ibi.n.secundum rem non est aliud suppositum, & natura, sed solum secundum rationem intelligendi, quia natura dicitur, secundum ꝙ est essentia quædam. Eadē vero dicitur suppositū, secundum ꝙ est subsistens. Et quod dictum est de supposito, intelligendum est de persona in creatura rationali, vel intellectuali, quia nihil aliud est persona, quam rationalis naturæ indiuidua substantia secundum Boethium. Omne igitur, quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam eius, siue non vnitur ei in persona. Si ergo humana natura verbo Dei non vnitur in persona, nullo modo ei vnitur, & sic, vt arguebatur superius, totaliter tollitur incarnationis fides, quod est subuertere totam fidem christianā. Quia igitur verbum Dei habet naturam humanam sibi vnitam, non autem ad suam naturam diuinā pertinentem, consequens est, ꝙ vnio facta sit in persona, non autem in natura. Et ideo recte diffinitum est à patribus in præfato concilio, ꝙ in Christo sunt duæ naturæ, & vna tantum persona. ¶ His habitis dicendum est ad rõnes ante oppositum.

Ad primū arg.

¶ Ad primam respondetur, negando consequentiam, & ratio est iuxta S.Tho. ꝙ licet in Deo nō sit aliud secundum rem natura, & suppositum. Differt tamen secundum modum significandi, sicut dictum est, quia persona significat per modum subsistentis, & quia natura sic vnitur verbo, & verbum in ea subsistat, non autem vt aliquid addatur ei ad rationem suæ naturæ, velut eius natura in aliquod transmutetur. Ideo vnio facta est in persona, nō in natura.

Ad secūdū.

¶ Ad secundam respondetur, negando consequētiam, & ratio est iuxta S.Tho. in tertia parte, quia personalitas necessario, in tantum pertinet ad dignitatem alicuius rei, & perfectionē, inqtū ad dignitatē, & perfectionē, eius pertinet, ꝙ per se existat, quod in nomine personæ intelligitur. Dignius autē est alicui, ꝙ existat in aliquo se digniori, quam ꝙ existat per se. Et ideo ex hoc ipsa humana natura dignior est in Christo, quam in nobis, quia in nobis, quasi per se existens propriam personalitatem habet: In Christo autem existit in persona verbi, sicut etiam omne completiuum speciei pertinet ad dignitatem forme, tamen sensitiuum nobilius est in homine propter communicationē ad nobiliorem formam completiuam, quam sit in bruto animali, in quo est forma completa.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiam respōdetur, negando consequentiam, quia licet Dei verbum non assumpserit humanam naturam in vniuersali, sed in atomo.i.indiuiduo, vt dicit Damascenus, non tamen quodlibet indiuiduum in genere substantiæ etiā in rationali creatura habet rationem personæ, sed illud solum, quod per se existit, non autem illud, quod existit in alio perfectiori, vnde manus fortis quamuis sit quoddam indiuiduum, non tamen est persona, quia non per se existit, sed in quodam perfectiori, licet in suo toto, & hoc significatur in hoc, ꝙ psona in diffinitione sua dr̄ substantia indiuidua. Nō.n.manus est substantia completa, sed pars substantiæ. Licet ergo humana natura sit indiuiduum quoddam in genere naturæ, quia tamen non per se separatum existit, sed in quodā perfectiori, s.in persona Dei verbi, consequens est, ꝙ non habeat personalitatem propriam, & ideo facta est vnio in persona.

Ad quartū.

¶ Ad quartam respondetur, negando consequentiam. Et ad probationem respondetur iuxta sanctum Tho.
12 † ꝙ hypostasis significat substantiam particularem, non quocunq; modo, sed prout est in suo cōplemento. Ideo vero, quod conuenit in vnione alicuius, magis completi, nō dicitur hypostasis, sicut manus, & pes, & similiter humana natura in Christo, quamuis sit substantia particularis, quia tamen conuenit in vnione vnius completi totius Christi.s. prout est Deus, & homo. non potest dici hypostasis, vel suppositum, sed id cōplementū: ad ꝙ concurrit, dr̄ esse hypostasis, vel suppositū vnde sicut in Christo non sunt duæ psonæ.ita nec duæ hypostases, aut duo supposita, qm̄ sicut vnio naturæ humanæ, ad verbum facta est in persona. Ita in hypostasi, & in supposito. vnde in præfato concilio sic legitur, si quis non confitetur carni secundum substantiam vnitum ex deo patre verbum, vnumque esse Christum cum sua carne, eundem, scilicet Deum, & hominem anathema sit.

13 Ad quintum. Sic proceditur. † Et videtur, quod synodus calcedonen. non iuste cōdemnauit Euthycem, & Dioscorum asserentes in Christo tantum vnam esse naturam.

Primū ar.

¶ Primo sic dicit Athanasius, quòd sicut anima rationalis, & caro vnus est homo, ita Deus et homo vnus est Christus. Sed anima rationalis, & caro vniuntur in vnam naturam humanam: ergo Deus, & homo vniuntur in vnam naturam Christi: ergo videtur, quod in Christo sit tantum vna natura.

Secūdū ar.

¶ Secundo sic, quod enim constat ex duabus naturis, videtur habere naturam vnam inter illa mediam, sicut mistum, quod constat ex quatuor elementis. Sed Christus constat, ex duabus naturis secundum Augustinum, qui dicit, quòd ex vtraque substantia, scilicet diuina, & humana est vnus Dei & hominis filius: ergo videtur, quòd in Christo non sunt duæ naturæ distinctę, sed vna ex duabus compacta.

Tertiū ar.

¶ Tertio sic. duarum naturarum vna nō denominatur ab altera, nisi aliquo modo ad inuicem transmutentur, sed diuina natura, & humana in Christo ab inuicem denominantur, dicit enim Cyrillus diuinam naturam esse incarnatam, & Gregorius Nazianzenus dicit naturam humanam deificatam, vt patet per Damascenum: ergo ex duabus naturis videtur vna facta.

Quartū ar.

¶ Quarto. Proprietas sequitur naturam eius, cuius est proprietas. Sed proprietates diuinæ naturæ dicuntur de illo homine. Dicit enim quod homo ille creauit stellas. Et econuerso dicitur, quod filius Dei sit passus. Ergo videtur, quòd aliquid diuinæ naturæ est in humana, & aliquid humanæ sit in diuina. Et sic videtur esse facta quædam coniunctio naturarum in vnam naturam, & per consequens videtur verum quod dicit Eutyches, & Dyoscorus, quod licet non essent duæ naturæ distinctæ ante assumptionem, siue vnionem, in ipsa tamen natura coierunt in vnam naturam. Et ita licet persona Christi ex duabus naturis esset, non tamen in duabus naturis subsisteret.

Opponit contra. Respōdet.

¶ In oppositum est determinatio concilij Calcedonen. de quo habetur in text. præsentis literę. ¶ Respondeo ad huius quæstionis euidentiam necessarium est intelligere, quid nomine naturæ significetur. Ideo notandum iuxta Sanctum Thom. tam in tertio sententiarum,
14 quam in quarto contra Genti. & in tertia parte † quod natura à nascendo nomen accepit, quæ proprie dicitur generatio viuentium ex similibus similia producentium, vnde secundum primam eius institutionem natura significat ipsam generationem viuentium, quæ natiuitas, vel pullulatio dicitur, vt dicatur natura, quasi nascitura. Deinde translatum est nomen naturæ ad significandum principium actuum illius generationis, quia virtutes agentes, ex actibus nominari consueuerunt. Et quia principium generationis in rebus viuentibus est intrinsecum, vlterius deriuatum est nomen ad significandum quodlibet principium intrinsecum motus, secundum quod philosophus dicit secundo physicorum. Quod natura est principium mortus eius in quo est per se, & non secundum accidens. Hoc autem principium, vel forma, quandoque vero materia est, vnde quandoque natura dicitur forma, quandoque vero materia. Et quia finis generationis naturalis est, in eo generatur essentia speciei, quam significat diffinitio. Inde est, quod huiusmodi essentia speciei vocatur etiam natura, & hoc modo etiam Boethius naturam diffinit libro de duabus naturis d. Natura est vnamquamque rem informans specifica differentia, quæ scilicet complet diffinitionem speciei Relictis: ergo omnibus alijs significationibus naturæ secundum hanc

Boethius.

15 tantum significationem. ¶ Quæritur † vtrum in Christo sit vna tantum natura. Pro cuius declaratione sit ista conclusio. In Christo sunt duæ naturæ confitendæ, quæ conclusio probatur multipliciter.

Prima probatio.

Primo ex determinatione concilij Calcedonensis, quod ita diffinit, vt in litera præsentis textus habetur.

Secunda.

¶ Secundo probatur ex illo Augustini dicentis libro, de fide ad Petrum, duarum naturarum veritas manet in Christo. Item ad Ambrosium dicit duas naturas cognoscimus in vna persona Christi.

Tertia.

¶ Tertio sic ratione. Filiatio requirit similitudinem in natura, sed Christus

dicitur filius Dei patris, & virginis matris: ergo est similis in natura vtriq; sed virgo, & Deus pater non cõicans in aliqua natura vna: ergo oportet Christum ponere duarũ naturarum.¶ Quarto sic. Per proprietates naturales in cognitionẽ naturæ deuenimus, sed in Christo inuenimus proprietates duarum naturarum vt diuinæ, & humanæ: ergo oportet Christũ duarũ naturarũ esse.¶ Quinto sic. si ĩ Christo dr̃ vna natura tm̃ vel altera earũ tm̃ vel composita ex vtrisque. si altera tm̃ hoc erit dupliciter. Vno modo nulla adiunctione interueniente vnius ad alteram, & sic si sit diuina natura nihil nouum accidit in hoc, ꝙ verbum caro factum est, & per consequens incarnatio nihil est. Si vero illa vna natura sit humana tm̃, tũc Christus non differt ab alijs hominib. & ita perit incarnatio. Alio mõ altera naturarũ transeunte in alteram, quod non potest esse, quia quæ non communicant in materia, non possunt intra se transire, diuina autem natura penitus est immaterialis, ne dum communicet humanæ in materia.¶ Præterea, si diuina natura transiret in humanam, tolleretur simplicitas, vel immutabilitas diuinæ naturæ. Si autem humana vreteretur in diuinam tolleretur veritas passionis, & omnium, quæ corporaliter operatus est Christus. Si autem esset vna natura cõposita ex duabus, hoc posset esse dupliciter, vno modo, ꝙ tertia natura componeretur ex duabus naturis non manentib. sicut ex quatuor elementis componitur mistum. Hic autem modus non est conueniens, quia secundũ hoc poneretur, ꝙ diuina natura sit possibilis, & materialis, qa mistro non est, nisi eorum, quæ communicant in materia, & nata sunt agere, & pati adinuicem, & per consequẽs tolleretur fides confitens Christum verum Deum, & hominem. Alio modo potest intelligi illa compositio, videlicet quod componeretur illa vna natura ex duabus naturis manentib. & hoc dupliciter, vno modo secundum cõmassationem, vel continuationis, vel contiguationis, & hoc esse non potest, quia secundum hoc poneretur diuina natura corporea, quia continuatio, & contactus non est nisi corporum. Alio modo secundum informationẽ, sicut ex anima, & corpore fit vnum, & hic modus etiam non potest habere locum hic, quia per hunc modum non fit aliquid vnum ex duobus actibus, nec ex duabus potentijs, sed ex actu, & potentia secũdum philosophum, diuina autem natura, & humana vtraque est ens actu. Præterea natura diuina non habet aliquid possibilitatis, nec potest esse actus veniens in compositionem alicuius, cum sit esse primum, infinitum, per se subsistens. Patet ergo quod, quocunque modo ponatur vna natura in Christo, quod sequitur error. Et ideo Eutychesi qui hoc posuit merito à patribus in Calcedonen. synodo est damnatus, vt dicitur in litera præsentis tex.¶ Dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, negando consequentiam, quia non est similitudo in omnibus. Pro quo notandũ iuxta sanctum Tho. tã in tertia parte, quam in quæstionibus disputatis de vnione verbi. Quod ex anima, & corpore constituitur in vnoquoque nostrum duplex vnitas naturæ. s. & personæ. Naturæ quidem, sicut: quod anima vnitur corpori formaliter, perficiens ipsum, vt ex duobus fiat vna natura, sicut ex actu, & potentia, vel natura, & forma, & quantum ad hoc non attẽditur similitudo, quia natura diuina nõ potest esse coporis, forma, vnitas vero personæ cõstituitur ex eis, in quantum est vnus aliquis subsistens in carne, & anima, & quantum ad hoc attẽditur similitudo, vnus. n. Christus subsistit in diuina natura, & humana.¶ Ad secundam respondetur, quod maior est vera, quando aliquid constat ex duabus naturis, non tamen in duabus, sicut mistum ex elementis, & in talib. oportet, quod sit media natura constituta ex duabus nõ manentibus. Christus autem constat ex duabus, ita ꝙ in duabus subsistit. Est. n. naturæ diuinæ, & humanæ, & ideo ratio non sequitur.¶ Ad tertiam respondetur, negando assumptum: pro maiori, dicimus. n. ꝙ sicut Damascenus dicit natura diuina dicitur incarnata, quia est vnita carni personaliter, non quia sit in naturam carnis conuersa, similiter etiam dicitur caro deificata (vt ipse dicit) non per conuersionem, sed per vnionem ad verbum, salutis suis proprietatibus, vt intelligatur caro deificata, quia facta est Dei verbi caro, non quia facta sit Deus.¶ Ad quartam respondetur, negando consequẽtiam, dicimus enim iuxta sanctum Thom. quod proprietas humanæ naturæ nunquam dicitur de diuina, nec econuerso, nisi secundum quandam participationem: sed, vt neque dicuntur de habente naturam, vel humanam, vel diuinam, qui significatur hoc nomine Deus, & hoc nomine homo. Idem enim est, qui vtrasque naturas habet. Et ita ex hoc magis arguitur, quod in Christo sint duæ naturę, & vna persona, quam sit vna tantum natura. His habitis, descendendum est ad literam exponendam.¶ [Parum prior Nicæna synodus.] prius quidem, non modo tempore, sed autoritate, quoniam sicut supra in disputatione inductum est. Leo Papa inquit in epistola ad Anatholiũ episcopum, ꝙ tanto diuinitatis priuilegio Nicęna synodus sit confecta, vt siue per pauciores, siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus authoritate sit vacuum, quicquid ab illorum patrum constitutione fuit diuersum. 318. Episcoporum, qui etiam tot esse describuntur in l. quicunque. C. de hæreti. non obuiat, ꝙ alibi non dicantur nisi. 300. vt 10. q. 1. hanc, quoniã minor numerus non excludit maiorem, quia si plus est, vtique tanti est. ff. de in litem iurando. l. furti. ar. quia solũ episcopi siue præfati maiores regulariter sunt constituentes vniuersale concilium, ipsique soli habeant, in concilijs vniuersalibus voces diffinitiuas, licet aliqui alij ad voces consultiuas, siue gratia honoris possunt admitti, sicut plenius infra ostendemus sub Constantino, qui imperator fuit bonus, qui, vt narrat Eusebius cęsariensis li. 4. historię suæ. c. 1. Ad extinguendum errorem Arrij omni studio, & diligentia apud vrbem Nicænam de consensu apostolicæ sedis episcopalem synodum conuocat, ibique Arrium. 318. Episcopis residentib. adesse iubet, atq; Arrium de eius propositionibus, & conclusionib. iudicari, vbi error Arrij sententialiter est condemnatus. Deinde in æqualitate sanctæ fraternitatis, dicebat. n. Patrem maiorem filio, & Filium maiorem Spiritu sancto. Sicut. n. nos supra in quæstione personæ explicamus. Arrius dicebat Christum creaturam esse, & non verum Deum. Quocirca consequenter dicebat, quod nec æternitate, nec magnitudine perfectionis, nec potẽtia esset æqualis Deo patri.¶ Cæterum, quia inter creaturas, inter quas etiam ponebat Spiritum sanctum, ponebat spiritum excellentiorem, hinc etiam consequenter dicebat Christũ (quem filium Dei nominabat) non verum, & naturalem, sed adoptiuum, maiorem asserebat esse spiritu sancto, & ita gradus, & per consequens in æqualitatem ponebat in diuinis personis. Contra cuius errorẽ consubstantialẽ Deo patri filiũ ordinatione, facta sancta synodus per symbolũ diffiniuit, hoc modo dicens. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentem omnium visibilium, nec non & inuisibilium factorem. Et in vnum dominum Iesum Christũ filium Dei natum ex patre vnigenitum, hoc est substãtia patris. Deum ex Deo, lumen ex lumine. Deum verũ ex Deo vero. Natum, non creatum homousion, hoc est, eiusdem cum patre substantię, per quem omnia facta sunt cœlestia, & terrestria. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est. Et homo factus est. Passus est. Et resurrexit tertia die. Ascẽdit in cœlũ, venturus inde iudicare viuos & mortuos. Et in spiritũ sanctum. Eos autem, qui dicunt erat tempus, quando nõ erat, & priusquam nasceretur, non erat. Et quia nullis subsistentibus, factus est, aut ex alia substantia, vel essentia, dicunt esse trepton: hoc est conuertibile, aut mutabile filium Dei, hos anathematizat catholica, & Apostolica Ecclesia.¶ [Secundo synodus numero. 150. sub Theodosio seniore.] Iste imperator fuit deuotissimus, & virtuosus contra
16 hostes fidei syncerus. [macedonium.] † Macedonius, vt Augustinus dicit li. de hæresibus c. 53. Constantinopolitanus episcopus de spiritu sancto litigat. Nam de patre, & filio recte sentit, quòd sunt vnius, eiusdemque substantiæ, sed de Spiritu sancto hoc non voluit ipse, & sui sequaces credere, quem creaturam dicunt. Error autem Macedonij dicentis Spiritum sanctum creaturam, & nõ Deum, satis ex præmissis patet in disputatione nostra, merito damnatus. Vnde etiam ait propheta psalmo. 50. Spiritu principali confirma cor meum: quod tractans Augustinus libr. de moribus ecclesiæ dicit. Spiritus sanctus non reintegraret, nec confirmaret, si esset creatura, & non Deus, de quo psalm. ait. * Confirma cor meum Deus. Et iterum. * Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobas, hinc Ioannes in prima canonica sua. caput secundo, dicit Tres sunt, scilicet in essentia, & natura deitatis, quia sunt tres personæ vnus Deus. Merito: ergo synodus

Quarto. Quinto. Ad primũ arg. Ad secũm. Ad tertiũ. Ad quartũ

Exponit literam. Determinatio synodi. *Psa. 65 b *Psal. 7.

synodus 2.constantinopolitana Macedonium cum suis cō plicibus negantem spiritum sanctum esse Deum, condemnans, diffiniuit spiritum sanctum consubstantialem esse patri & filio, dans symboli formam, qm.isti.cl.patres symbolum Nicennum gratia spiritus sancti ampliantes symboli formam dederunt, sicut patet ex tenore eius, qui est, qui sequitur. Credimus in vnum Deum patrem omnipotentē, factorem cœli, & terræ visibilium omnium, & inuisibilium conditorem. Et in vnum dominum Iesum Christum, filiū Dei vnigenitum ex patre natum ante omnia secula. Deū ex Deo, lumen ex lumine, Deum vero ex vero Deo. Natū non factum homousion patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt, quę in cœlo, & quę in terra. Qui propter nos, & propter nostram salutē discendit. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine, homo factus, passus est sub Pontio Pilato, ac sepultus, & tertia dei resurrexit. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram, inde venturus cū gloria iudicare viuos, & mortuos. Cuius regni finis non erit. Credimus & in spiritum sanctum dominū, & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre, & filio adorandum, & conglorificandū. Qui loquutus est per prophetas, vnam catholicam, atq; apostolicam ecclesiā. Confitetur vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expectamus resurrectionem mortuorū. Et vitam futuri seculi, amen: quam.s.formam, licet symbolum, quod cantatur in missa sit in substantia Nicænum, sub forma tamen data Constantinopolitana synodo cantatur, sicut patet manifeste inspiciendo formas vtriusque symboli, & ideo doctores, sicut Hugutio & gl. qui dicunt hic, ꝙ illam formā non habemus, nesciunt quid dicunt iudicio nostro. [Tota græcorum, & Latinorum] ex decreto.n.istius synodi, & institutione Damasi papæ cantatur in ecclesia in diebus solēnib. [Tertia synodus Ephesina prima.] ad differentiam secundæ, quæ fuit reprobata.vt.j.di.15.qm̄ sanctæ. [Nestorius] Nestorius.n.vt dicit Isid.8.li. etymologiarū.c.5.beatā virginē non Dei, sed hoīs asseruit genetricem, vt aliam personam hoīs, aliā faceret diuinitatem, nec vnum Christum in verbo Dei, & carne credit, sed separatim, & seiunctim alterū filium Dei, alterum filium hoīs prædicauit. Et ita, vt hic dr̄. duas personas asseruit in Christo, quia error, qm̄ à patre cōtradicat fidei, ac scripturæ ac ipsi Apostolorum symbolo satis plane in disputatione nostra circa hunc articulum supra ostendimus. Ostendit in duas naturas distinctas, & inconfusas.s.diuinam, & humanam, vnam domini nostri Iesu Christi personā. ¶ [Quarta synodus, in qua Euticē] hic.n.Eutices abbas constantinopolitanus Christum post carnis assumptionem negauit existere in duabus naturis, sed solam in eo asseruit diuinam naturam, vt scribit Isidorus, 8.etymologiarum.c.5.& habetur j.dist.16. [Præterea autē Dyoscorum defensorem] hic.n.Euticis errorem defendit, hic peccabat in fide ex quo erat defensor hæreticorum, vt. 34.q.7.c.i.& 11.q.1. qui aliorum.& extra de hæreti. excōicamus.§.credentes, hunc ergo, & Nestorium cum alijs hæreticis sancta synodus condemnauit, & merito, sicut superius in disputatione huius articuli sufficiēter explanamus. Preterea contra hunc errorem adhuc dicere possumus. Primo, ꝙ est contra euangelium Christi arguendo sic, qm̄, si in Christo tantum esset diuina natura, cum in illa sit æqualis patri, non posset dici minor patre, nec pater maior eo. Sed audiamus Christum dicentem Io. 9. Pater maior me est, pater autem non potest dici maior filio in forma Dei, sed in forma serui. ¶ Secundo est contra Apostolum, qui ait.1.ad ti.. qui dicit, ꝙ mediator Dei, & hominum est homo Christus Iesus, homo autem non est, qui tantum naturam diuinam, & non humanam habet. ¶ Tertio præfatus error est contra omnes articulos de humanitate Christi, & eius passione, quia si in Christo sola fuit natura diuinitatis, nec vere passus, nec vere mortuus, nec sepultus, nec resurrexit, nec in cœlos ascendisset, vt manifeste apparet. Merito ergo sicut diximus, hic error tanquam perniciosissimus est condemnatus. Confitetur ergo sancta præfata synodus Christum Deum sic natum esse de virgine, vt in eū substantiam diuinæ, humanæ confiteamur naturæ.i.ita credimus eum de virgine natum, vt in eo post carnis assumptionem, non confuse, sed integre, & distincte secundum veram suam substantiam maneant ambæ naturæ.s.diuina, & humana in vna persona Christi vnitæ. [Hæ sunt synodi, fidei naturam] i.substantiam fidei secundum illud Apostoli ad hebr. 11. fides est substantia rerum, qm̄ in his quatuor concilijs est tota substantia fidei declarata earum, quæ nos de necessitate salutis credere oportet. Et hoc est quod sequitur. [Plenissime prædicantes, & si quæ sunt alia concilia] .s.per apostolicam sedem approbata post istorum quatuor authoritatem manent omni stabilia vigore. Quocirca post illam quatuor debent in reuerentia haberi, & obseruari, quorum gesta refert Isidorus in eodem libro etymologiarum.

Determinatio synodi.

Cōtra Hugutionē & glos.

Nestorij error.

Euticeetis error.

Rationib. confirmat.


1 *Synodus quid interpretetur, & vnde dicatur.*
2 *Concilium quid significet, & vnde dicatur.*

Synodus autem. hæc est tertia pars præsentis. c.in qua ponit Isidorus inter prælationem horum vocabulorum synodus. Cōcilium, &
1 Cetus. †Synodus autem interpretatur quasi comitatus, vel cœtus, dicitur.n.synodus à syn, ꝙ est cū, & odos, quod est
2 via, quia ibi per diuersas vias plura simul conueniunt. †Cōcilij vero nomen, vbi notandum circa huius nominis interpretationem, quod triplex potest eius interpretatio ha-
a beri. Primo quidem concilium[a] dicitur à consedendo.q. consilium.d.in l.literam transeunte, & hoc quia in concilia consedent maiores secundum morem tractantiū grauiter, & mature de rebus publicis, & hæc interpretatio est prima, quam ponit Isidorus, quando ait concilij nomē ex greco. Scribitur in 1.Macha.14.quod seniores in platea sedebat, & de bonis terræ tractabant. ¶Secundo dicitur concilium à communi intentione, vt hoc dicit Isidorus, eo ꝙ ibi conuenientes in vnum.s.in vtilitatem publicam dirigant omnem mentis intuitum. Concilium.n.dicitur à con, quod est simul, & cilium quia omnes in concilio congregati hoc habent commune, vt ad reipublicæ vtilitatē omnem suæ consyderationis intuitum extendant, sicut cilia id est vel amina oculorum simul conueniunt claudendo. ¶Tertio dicitur concilium à consulendo.q.concilium. Ad hoc.n.viri sapientes ad concilia vocantur, vt super agendis consulant, cum in rebus humanis nulla certitudo inueniatur, quia actiones sunt circa singularia contingentia, quæ propter sui variabilitatem incerta sunt, & in dubijs atque incertis ratio non proferat recte iudicium absque inquisitione precedente: ideo necessaria est inquisitio rationis ante iudicium de eligendis, & hæc inquisitio concilium vocatur. Cætus vero. &c. Omnia sunt clara.

Continuatio.

a ¶ Cōcilij Cōciliū generale, q.d. dicatur, q.d. prouiciale quid synodale, vide late Pe. de anc. i c.gra ue nu... de præbē.

3 *Papa potest, & habet in multis authoritatem interpretandi, in quibus nullam habet dispensandi facultatem, & multo minus reuocandi.*
4 *Papa in aliquibus sanctorum patrum canonibus, siue statutis potest dispensare, in quibus non potest aliquid generaliter tollere, aut reuocare.*
Et in multis sicut potest dispensare, ita etiam tollere.nu.5.
Et etiam statuta aliqua summorum pontificum.nu.6.
7 *Canonum duplex est genus.*
9 *Substantia vt distinguitur contra accidens accipitur dupliciter.*
10 *Substantia idem est quod res subsistens, quod est proprium hypostasis.*
11 *Sicut dictio non notat æqualitatem, sed similitudinem cuiusdem conformitatis.*
12 *Concilium quòd non sit supra Papam.*
13 *Contra generale statutum ciuitatis, vel capituli non licet abusiua præsumptione venire.*
14 *Papa solus potest absoluere à sententia excommunicationis canonis.*



Sicut sancti euangelij. Sequitur secundū capi. quòd est beati Gregorij in registro, in quo prosequitur Gratianus sermonem suum de authoritate conciliorum. Et potest hoc capitul. diuidi in duas partes. In prima Gregor. ponit in qua veneratione suscipit, & ab alijs suscipienda sunt quatuor prima Concilia vniuersalia, quia, vt inquit, sicut quatuor euangelij sancti libros. n.secunda dicit se etiam quintum Concilium venerari. Secunda ibi. Quintum quoque, &c. Pro pleniori intelligentia huius.ca. plura veniunt quærenda.

Continuatio.

Diuisio.

1 ¶Primum est, vtrum quatuor concilia, vniuersalia æquẽtur autoritati quatuor librorum sancti euangelij.

2 ¶Secũdum est, vtrum Papa posset immutare, vel tollere statuta istorum.

8 ¶Tertium est vtrum Theodorus rite, & iuste fuerit cõdenatus vnam personam mediatoris Dei, & hominis in duabus substantijs separatis ponens.

1 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur, quòd quatuor vniuersalia concilia equẽtur authoritati quatuor librorum sacri euangelij. Per tex. præsentem in quo dicit Beatus Gregorius, ꝙ sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor, concilia suscipere, & venerari me fateor, in quo videtur Beatus Gregorius, ꝙ paritus venerationis est exhibendus quatuor illis concilijs, qui exhibentur euangelijs, quòd non esset, nisi essent paris authoritatis. ¶ In oppositum est, quia authoritas sacrę scripturæ cæterarum quarumcunque scripturarum authoritati præponenda est, vt. s. di. 9. in cap. quis nesciat. inquit August. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ nec vniuersalia illa. 4. concilia, nec quęcunque alia possunt authoritati sacri euangelij æquari, quòd ab ipsius diuinæ sapientiæ in ore immediate emanauit. Nec Beatus Gregorius in hoc. c. cum ait, sicut, & intendit quatuor concilia æquare authoritati sancti euãgelij, cuius authoritas omnibus scripturis antecellit, vt dicit August. lib. 1. de concordia euangelistarum. c. 1. & contra Faustum li. 27. c. 12. dicit. Euangelij fidem, & consilium sapientiæ Dei supra omne consilium creaturæ cuiuscunq; laudamus. Sed denotare voluit similitudinem, quia in his, quæ ex fide determinant, conformia sunt doctrinæ euangelicæ, quo ad veritatem, quam ex euangelio fundatam sumpserunt. Et ita patet responsio ad quæstionem factam in oppositum.

Primũ ar.

Opponit 1 contrariũ.

Respõdet.

2 **Ad secundum.** Sic proceditur. Et videtur, ꝙ papa non possit immutare, aut tollere, aut ire contra canones sacrorum conciliorum. Primo sic ex. c. In istis. supra dist. 4. ibi Aug. inquit, in istis temporalib. legib. quamquam de his homines iudicent, cum eas instituerunt, cum tamen fuerunt institutæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Ergo videtur, quòd Papa, qui iudex est, non posit mutare, aut soluere leges canonicas factas in concilijs, ex c. sed necessario iudicare secundum illas. ¶ Secundo sic ex. c. præsenti, vbi Gregorius inquit. Sicut euangelij. 4. libros, sic quatuor concilia suscipere, & venerari me fateor, & j. Cunctas vero personas, quas præterita concilia respuunt, respuo, &c. Sed papa non potest tollere, nec immutare euãgelium Christi: ergo nec aliquid de illis illorum conciliorum. Et quod etiam consequentia mea non curat tantum de istis quatuor concilijs, sed de omnibus alijs vniuersalib. Patet etiam ratione, quã Gregorius assignat subiungens, quia dum vniuersali consensu sunt constituta, se & non illa destruit, quisquis præsumit absoluere. ¶ Tertio, authoritate Zozimi Papæ, qui in. cap. contra 25. q. 1. ait contra statuta patrum condere aliquid vel mutare nec huiusmodi quidem sedis potest authoritas, apud nos. n. in conuulsis radicibus viuit antiquitas, cui decreta patrum sanxerunt reuerentiam. ¶ Quarto sic. Ex illo Leonis Papæ ad Martianum Imperatorem dicentis de canonibus Nicænis. Nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate violari. Et addidit. In quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo necesse est me exhibere famulatum. ¶ Quinto, arguitur sic, authoritate gloss. Primo orbis authoritas maior est vrbe. dist. 93. §. legimus, quia Papa requirit consensum Concilij. vt infra. dist. 9. Anastasius. ¶ In oppositum arg. sic. Eiusdem est destruere, amouere, & abrogare, cuius est condere. vt. C. de legi. l. . & extra de iudi. cum venisset. & 11. quæstio. 1. §. ex hoc, sed potestate, & authoritate Papę conduntur canones conciliorum, vt patet disti. 27. per totum: ergo apud Papam erit facultas illos amouendi si necessitas ecclesiæ, aut vtilitas hoc exposcerit. ¶ Respondeo dicendum, quòd ex differentia, quæ supra assignatur inter ista tria interpretationem, dispensationem, & abrogationem, videlicet, quia interpretatio solum dicat declarationem præcipientis, & præcepti: dispensatio vero tollat obligationem, quo ad aliquem, vel ad aliquos. Abrogatio tollet obligationem simpliciter, quo ad omnes. Patet quòd in multis potest cadere interpretatio, in quibus non potest cadere dispensatio, nec per consequens abrogatio, & in multis dispẽsatio, in quibus non potest cadere abrogatio, & in multis potest vtrunque cadere, quod luculentissime ostendemus per

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Quintũ ar.

Opponit 1 contrariũ.

Respõdet.

3 conclusiones sequentes. Prima sit ista. † Papa potest, & habet in multis authoritatem interpretandi, in quibus nullam habet dispensandi facultatem, & multo minus reuocãdi. Ista conclusio patet, quia papa, cum sit vicarius Christi, habet authoritatem interpretandi dubia, quæ in lege diuina occurrere possunt, vnde in veteri lege ad sacerdotes erat recursus de dubijs legis, quorum interpretationi qui non acquiescebat, reus mortis habebatur, vt patet Deutero. 17. & introducitur, extra de testi. licet vbi Papa interpretatur illud. in ore duorum, vel trium. i. non paucorum, sed quoniam plurimum, & tamen in lege diuina Papa dispensare non potest, vt de se patet, & habetur in. c. sunt quidam 25. q. 1. Et idem videtur dicendum de canonibus, & regulis sanctorum patrum, & decretis suorum predecessorum, in quibus aliqua statuerunt pertinentia ad articulos fidei, siue ad sacramenta, quæ sunt fundamenta Christianæ religionis, siue ad bonos mores, certe in talibus licet posit cadere interpretatio papæ, cum aliqua ambiguitas orietur, non tamen dispensatio, multominus reuocatio, quia illis intelliguntur maiora non licere, quibus vetita sunt minora, vt extra de sen. excom. cum illorum. minus est dispensa

Prima cõclusio.

4 re, quam reuocare. ¶ Secunda conclusio. † In aliquibus sanctorum patrum canonibus, siue statutis Papa potest dispensare, in quibus non potest aliquid generaliter tollere, aut reuocare. Patet ista conclusio, quoniam Papa dispensat in canonibus Apostolorum, sicut patet, quòd bigamus promoueatur, sicut habetur in. c. lector dist. 24. Et quòd presbiter fornicarius non deponatur, vt in. c. presbiter. dist. 2. & tamen hos canones generaliter tollere non potest: de hoc plene scripsimus in summa nostra de eccle. ¶ Tertia

Secũda cõclusio.

5 conclusio, † in multis sanctorum patrum canonibus, & statutis papa sicut potest in illis dispensare, ita etiam omnino tollere. Patet ista conclusio de multis canonibus abrogatis, sicut patet exemplariter de canone sextæ synodi, qui vult, ꝙ subdiaconus non maior. 20. annorum ordinetur in c. subdiaconus. di. 77. Item de canone Concilij Carthaginensis, qui vult. in. c. placuit eadem di. ꝙ nullus ante. 25. annos ordinetur diaconus, quod idẽ facit canõ concilij Toletani in c. in veteri legẽ, eadem di. Et nihilominus Romanus Pontifex omnes illos sustulit. vt in cle. generaliter, de ęta. & qua. or. vbi gl. dicit sic. Hic corrigit canones. 83. dist. peruenit. 78. c. 1. 23. & vlti. & 18. di. de his. in quibus dicitur quod habens. 20. annos subdiaconus diaconus. 25. 30. presbiter poterat fieri. ¶ Quarto ibi conclusio etiam patet.

Tertia cõclusio.

6 † quo ad statuta multa summorum pontificum, quæ sequẽtes summi pontifices quandoque reuocant, & omnino tollunt, sicut omni die experimur. Pro tamẽ conclusionis pleniori intelligentia est notandum, ꝙ vt sanctus Tho. notat

Quarta cõclusio.

7 in pluribus locis maxime in quolibeto quodam. † Duplex est genus canonum. vnus est eorum, qui instituti sunt de iure diuino, sicut pertinentia ad articulos fidei ad substãtias sacramentorum, aut quæ manifestam habent connexionem ad legem diuinam, siue pertinentia ad bonos mores, & in talibus Papa dispensare non potest. Et ratio est secundum eundem doct. sanctum, quia ista habent efficaciam ex institutione diuina, de quibus venit intelligendum, quod Zozonius Papa dicit in capi. contra. vigesima quinta, quæstio. prima, ait enim contra statuta sanctorum patrum condere aliquid, vel mutare, nec huiusmodi quidem sedis potest authoritas. Secundum canonum, siue decretorum est eorum, quæ instituerunt patres de iure positiuo. Licet enim canones à sanctis patribus vnanimiter instituti, dicantur conditi à spiritu sancto, non tamen dicuntur pertinere omnes ad aliquod ius humanum, siue positiuum. Et hoc de genere canonum loquentes, dicimus iuxta iam dicta cum sancto Thoma in tractatu contra impugnantes religionem, quòd omnia statuta sanctorum patrum, quæ sunt iuris positiui, sunt relicta dispositioni Papæ, vt ea possit mutare, vel dispensare secundum opportunitatem temporum, vel negotiorum. Hoc autem duplex genus canonum, siue statutorum sanctorum patrum tangit Leo Papa supra, dist. decima quarta. in cap. sic vt quædam sunt. Vbi plene disputauimus, quæ sunt, quæ possunt cadere sub dispensatione Papæ, & quæ non. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, negando consequentiam

S. Thom.

Ad primũ arg.

quentiam. Nam capitulum illud non intelligitur de iudice summo. s. Papa: aut principe quoniam isti possunt etiã post conditas leges de ipsis iudicare, & eas tollere, vel moderare secundum experientiam publicam: sed loquimur de iudice inferiori: vnde dominus Arch. super hoc. c. ita dicit. litera hæc loquitur de inferiori iudice.

Ad 2m. ¶ Ad secundam respondetur, etiam negando consequentiam, quoniam etiã ex præsenti c. non haberet, quod Papa non possit in aliquibus canonibus horum quatuor conciliorum vniuersaliũ, aut aliorum dispensare, aut aliquid immutare, licet aliqd habeatur, quod non possit natura conciliorum istorũ, nec aliorum vniuersalium, nec etiam suorũ prædecessorũ immutare, quæ pertinent ad articulos fidei, ad generalem statum vniuersalis ecclesiæ, vt gl. eiusdem. c. habet: vnde Arc. in rosario idem confirmat, ita formaliter dicens. Fateor in his, quæ ad fidem pertinent, & generalem statum ecclesię. In alijs autem potest contra statuta cõciliorum venire. Et hæc solutio pôt intelligi & colligi ex ipsa litera: vbi Gre. rõnem allegans, quare integerrima approbatione prædicta concilia custodiat, vt quia. s. in h is velut in quadrato lapidæ sanctæ fidei structura ædificata consurgit: & cuiuslibet vitæ, atque actionis, norma existit: hæc ille.

Ad tertiũ ¶ Ad tertiam de c. contra. 25. q. 1. patet responsio tam ex dictis: quam de se. Ideo ad superiorem rationem, quam ex glo. eiusdem. c. quæ super ve. statuta. ita dicit. De articulis fidei (vt dictum est in c. proximo.) S. Tho. etiam respondens ad hoc. c. in tractatu contra impugnantes religionem: dicit sic: ꝙ verum est quod hic dicitur in illis, quæ statuta sanctorum patrum decreuerunt de iure diuino: sicut sunt articuli fidei, qui determinati sunt per cõcilia. Sed illa, quæ sancti patres decreuerunt de iure positiuo, sunt relicta dispositioni Papæ, vt ea possit mutare, vel dispensare secundum opportunitaté temporum, & negotiorum: hæc S. Thom.

Ad quartũ ¶ Ad quartam respondetur dupliciter. Primo sicut ad præcedentem. Secundo respondetur, negando consequentiam. Ad authoritatem dicimus: ꝙ authoritas illa. s. Leonis Papæ non obuiat cõclusioni nostræ. Tum primo, quia licet canones Nicenos, aut aliorum conciliorum non liceat aliqua improbitate cõuelli, aut nouitate violari. Licet tñ authoritate romani pontificis ob necessitatem, siue vtilitatem fidelium in eis dispensari, in his, quæ de iure positiuo decreuerunt. Magna. n. differentia est inter ista duo improbitate conuelli, & necessitate, aut vtilitate moderari. Tum quia, quando Papa dispensat in canonibus, aut immutat aliquid secundum opportunitatem temporum, vel negotiorum, quod dicit S. Tho. non facit contra canones, & per consequens non dr̃ canones, aut statuta sanctorũ patrum violare, quia seruatur intentio statuentium, quæ est vtilitas ecclesiæ: sicut & in omni iure positiuo accidit: derogatur. n. prioribus statutis per statuta sequentia hæc S. Tho.

Ad quintũ ¶ Ad quintã rationem rñdetur negãdo consequentiam. Et ad authoritatem Hieronymi dicimus: ꝙ non facit ad propositum salua reuerentia glossatoris: quoniam Hieronymus, vt manifeste colligitur tam ex epistola, quam ad Episcopũ Euandrum scribit: quam etiam ex glo. illius cap. legimus. distin. 93. non loquit de authoritate ptãtis, siue iurisdictionis orbis respectu ecclesiæ Ro. siue Apostolice sedis: sed loquitur de authoritate consuetudinis, quę tanto maioris authoritatis esse dicitur, quãto generalior est siue à pluribus custoditur, siue obseruatur, sicut de canonicis scripturis dicit Augustinus infra distinct. 19. in canonicis. secundum q̃ regulam non est dubium: quoniam consuetudo orbis maior sit quam consuetudo vrbis, quam nec Apostolica sedes obseruat nec obseruari mandat.

Ad sextũ. ¶ Ad sextam respondetur negando consequentiam: quoniam licet in his, quæ diffinienda sunt de fide Papa requirere debeat consilium siue consensum Episcoporum: non propter hoc sequitur, quod in canonibus, & statutis sanctorum patrum in his, quæ decreuerunt de iure positiuo, non possit dispensare, aut aliquid immutare.

8 **Ad tertium.** Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ Theodorus bene dixit ponens in Christo duas substantias: & per consequens iniuste videtur fuisse condemnatus.

Primũ ar. Primo sic vt in c. præcedenti habitum est. Synodus Ephesina prima confitetur duas esse naturas in vna persona Cristi contra Nestorium. Concilium autem Calcedonen. in Christo duas esse substantias contra Euticem. Ergo videtur quod Theodorus dixerat verum, asserens in Christo duas substantias.

Secũdũ ar. ¶ Secũdo sic, dicit August. in Enchridio. Diuina substantia, & humana vtraque est verus Dei filius.

Opponit & Respõd. ¶ In oppositum est authoritas quinti Concilij generalis. ¶ Respondeo dicendum, quod, vt tan-

9 gitur quinto metaphysicæ, †substantia, vt distinguitur cõtra accidens accipitur dupliciter. Vno mod o pro essentia, siue natura. Alio modo pro supposito, siue hypostasi prout vero substantia capitur pro natura, sic fides caholica cõfitetur in Christo esse plures substantias, quia plures naturas. Et hoc modo capit tam synodus Ephesina, quam Calcedonen. Et etiam B. Aug. in authoritate inducta Nomen substantiæ. Capiendo secundo modo sic substantiam. s. pro supposito, siue hypostasi, sic in Christo, sicut fides canonica non confitetur, nisi vnam personam: sic nec nisi vnam substantiam, quia hoc modo substantia, & persona idem sunt. Hinc Damascenus dicit in 3. li. In domino. n. Iesu duas naturas cognoscimus: vnam autem hypostasim. Et hoc modo capiendo substantiam Theodorus asseruit in Christo duas esse substantias. i. duas hypostases, & male. Vbi sciendum, ꝙ (vt inquit S. Tho. in 3. Part. 12. ar. 3.) quidam ignorãtes habitudinem hypostasis ad personam licet concederẽt in Christo vnã solã, personã posuerunt tñ aliam hypostasim Dei, & aliam hominis, ac si vnio sit facta in persona: non in hypostasi, quod quidem apparet erroneũ tripliciter.

S. Thom. Primo ex hoc ꝙ persona supra hypostasin nõ addit nisi determinatam naturã. s. rationalem ſm ꝙ Boethius dicit in li. de duabus naturis. Quod psona est in rationalis creaturæ indiuidua substantia. Et ideo idem est attribuere propriam hypostasim humanæ naturæ in Christo propriam personam, quod intelligentes sancti patres vtrũque in concilio. 5. Apud Constantinopol. celebrato condemnauerunt dicẽtes. Si quis iuducere conetur in mysterio Christi duas subsistentias seu personas duas: talis anthema sit. Nec. n. abiectionẽ personæ, vel subsistentiæ suscepit sancta

10 Trinitas incarnato, de vno, de sancta Trinitate Deo verbo. †Subsistẽtia aũt idẽ est, ꝙ res subsistẽs, ꝙ est ꝑpriũ hypostasis, ꝙ patet ꝑ Boetiũ lib. de duabus naturis. ¶ Secũdo, qa si dicat ꝙ psona aliquid addat supra hypostasim, in quo possit fieri vnio: hoc nihil est aliud, q̃ proprietas ad dignitaté pertinens: secundum ꝙ à quibusdã dicitur, ꝙ persona est hypostasis proprietate distincta ad dignitaté pertinẽte. Si ergo facta sit vnio in persona, & nõ in hypostasi, cõsequẽs erit, ꝙ non sit facta vnio, nisi secundum dignitatem quandam: & hoc est approbante synodo Ephesina, damnatum

Cyrillus. à Cyrillo sub his verbis. Si quis in vno Christo diuidit subsistentias post adunationem, sola copulans eas coniunctione, quæ secundum dignitatem quandam vel authoritatem est, vel secundum potentiam, & non magis cõcursu secundum adunationem naturalem, anathema sit. Tertio, quia tamen hypostasis est, cui attribuuntur operationes, & proprietates naturæ: & ea etiam, quæ ad naturæ rationem pertinẽt in concreto. Dicimus. n. ꝙ hic homo dicitur esse suppositum, quia. s. supponit pro his, quæ ad hominem pertinent eorũ prædicationã recipiẽs. Si ergo sit alia hypostasis in Christo post hypostasim verbi: sequeť: ꝙ de aliquo alio, quam de verbo verificentur ea, quæ sunt hominis, puta esse natum de virgine: passum, crucifixum, & sepultum. Et hic etiam damnatum est approbante cõcilio Ephesino super his verbis. Si quis personis duabus, vel subsistentijs eis, quæ sunt in euangelicis, & Apostolicis scripturis, impertit voces, aut de Christo à sanctis dictas, aut ab ipso de se: & quasdam quidẽ velut homini, præter illud ex deo verbum specialiter intellecto, applicat, quasdã vero velut Deo decibiles soli ex Deo patre verbo, anathema sit. Sic ergo patet esse hæresim ab olim ecclesia damnatam, dicere, quod in Christo sunt duæ hypostases, vel duo supposita, si ue quod vnio non facta sit in hypostasi: vel supposito: vnde in eadem synodo legitur. Si quis non confitetur carni secũdum subsistentiam vnitum ex Deo patre verbum, vnumq; esse Christum cum sua carne: eundem. s. Deum, & hominé anathema sit. ¶ Ad rationes in oppositum patet responsio ex distinctione facta substantiæ. Textus sequitur. ¶ [Sicut]

Expon. literam. 11 sicut non notat equalitatem, sed similitudinem cuiusdam conformitatis, quia istorum Conciliorũ diffinitiones sunt conformes doctrinæ sancti euangelij, & quam plus euãgelicæ doctrinę sunt conformiores, tanto venerabiliores veniunt, vt supra dictum est. [quatuor.] licet. n. plures euangelia scripserint, sancti tamẽ patres per spiritum sanctum docti quatuor

cti quatuor tria in authoritatē receperūt euangelia.s. Mat. Mar. Lu.& ioannis ad similitudinem quatuor fluminum paradisi,& 4.vectes arcæ:& 4.animalium in Ezechiele. in tegerrima approbatione custodio.]in hoc, quæ ad fidem pertināt,& salutem,& generalem, statum ecclesiæ in alijs potest contra statuta conciliorum veniri,vt in his,quæ ani maduersione criminum sunt instituta.Hæc solutio potest colligi ex ipsa litera diligenter inspecta, vbi dicit [quia in his:velut in quadrato lapide vitæ, fidei structura,& cuiussi bet sanctæ actionis.s.norma,&c.]Hugutio & Arch.compa rant doctrinam conciliorum quadrato lapidi ratione firmatis,& indefectibilitatis veritatis,de quo Amos quinto.Domos.s.ecclesiæ veritatis ędificabis in quadrato lapide.Quadratus lapis firmus stat, sic labiū veritatis charita mum stat in perpetuum. Prouer.12.†Ex ista litera manife

12 ste conuincitur error arguentium ex hoc.c.quod conciliū sit supra Papam:quoniam hoc non dicitur hic, ꝙ quia illa constituta sunt cōcilio:ideo Papa tenetur illa integerrima approbatione custodire,tanquā legem superioris : sed rōne,& conditione materiæ diffinitæ in illis concilijs: quæ maxime fiunt de pertinentibus ad fidem, & erroris extirpationem,atque moris compositionem:& in talibus à quibuscunque sint constituta,siue à concilijs , siue à romanis, pontificibus semper papa tenetur necessitate salutis custo dire,& obseruare.[Quintum.]secunda pars.hoc fuit secun dum Constantinopolitanum celebratum temporibus. Vigilij papæ : qui cępit anno domini.440. seditque annis, 16.& amplius tempore Iustiniani Imperatoris.[in qua epi stola.].i.Theodori hæretici,quam scripsit contra Cyrillū, & contra Synodum sanctam primam Ephesinam,ac contra orthodoxa fidei documenta.Ideo dicitur erroris plenus suisse Theodorus. Iste Theodorus Mōsuestenus impij Nestoris discipulus fuit, qui dicebat alium esse Dei ver bum,& alium Christum,& sanctam Mariam virginem ne gabat genitricem Dei fuisse.Et ita personam meditatoris Dei,& hominum.[In duabus substantijs. ji. subsistens, siue suppositis,atque hypostasibus separabat duas in Christo hypostases,siue duo supposita asserens.¶[Scripta quoque.] Prætatus quoque impius Theodorus cum omnibus execrabilibus dogmatibus:quibus maxime fidem B. Cyrilli repugnare visus est, anathematizatus est , & ab ecclesia eiectus.[quas respuunt]iudicando eas hæreticas [re spuo tanquam tales.[quas venerantur]iudicando canonicas,tanquam tales[amplector,quia dum vniuersali cōsen

13 su]argumentum pro vniuersitate.†Quod contra generale ciuitatis,vel capituli statutum non liceat abusiua præsumptione venire.ar.distinctio.octaua quæ contra morem.Si ergo non licet alicui canonico à communi consensu sui capituli singulariter procedere.arg.distinctio.93.miratus. quibus præsumit argumentum, quod contra illa.4.concilia non potest dispensari,verum in his,de quibus predixi.

14 Hu.[Absoluere.]ar. †ꝙ à sentētia excommunicationis canonis solus Papa potest absoluere.16.q.1.frater noster. iuxta.fi. ar. contra, quia sententia lata à maiore non potest retractari ab inferiore.vt.17.q.40.si quis suadente,quod quidem verum est,quando exprimit sibi reseruari,nisi.n. exprimatur,intelligitur,sibi committere extra de senten.excom.nuper.& de elect.c.1.vel absoluere.i.iudicare canonicos,quos illa hæreticos iudicauit[aut ligare].i.iudicare hæreticos, quos illa canonica iudicant.

2 *Approbatio dicitur duplex.& nu.6.*
3 *Confirmatio Papæ quid operetur.*
4 *Approbatio authoritatiua vniuersalium conciliorum, & omnium in eis gestorum spectat ad Romanum Pontificem.*
7 *Opuscula sanctorum patrum quęcunque sunt ab ecclesia recepta sunt ab ea approbata. & nu.9.*
8 *Recepum ab ecclesia aliquid dici potest tripliciter.*
10 *Opusculorum post diuinas scripturas triplex est gradus.*
12 *Discordantia inter doctores.*
14 *Canonizato aliquo pro sancto,non sunt ipso facto eius opuscula approbata.*
15 *Doctrina,vt sit approbata, non est necesse,quod persona sit canonizata. Nec reprobata doctrina, censetur reprobata persona nu. 16. & 17.*
19 *Apocryphum dicitur tripliciter.*

o *Libri hæreticorum, cum multa vera, & bona contineant, quare in totum repudientur.*



Ancta romana ecclesia. Sequitur tertium.c.quod est priuilegij primi,quod inducit magister Gratianus continuando sermonem suum de authoritate conciliorum generalium.Et diuidi potest hoc.ca.in quatuor partes. In prima exprimit,quæ concilia generalia Romana ecclesia recipiat,& recipiendo approbet,quia illa quatuor principalia nominata in præcedentibus.c.e.d.& quæcūque alia à sanctis patribus instituta.Secundo ostendit,quæ opuscula sanctorum patrum recipiat,& recipiendo approbet. Tertio,ꝙ opuscula ab hæreticis conscripta nullatenus recipit:sed reprobat,& dānat. Quarto, quæ opuscula apocrypha numeranda veniant.Quinto de ordine diuinorum officiorum.Secunda ibi:Iam nunc.Tertia.ibi, Cæterū.Quarta ibi:Quæ vero opuscula. Quinta ibi Quædam lex. ¶ Pro pleniori intelligentia huius.c.occurrunt sex quærenda.

Continuatio.

Diuisio.

1 ¶Primum est vtrum ad Romanum Pontificem spectat approbatio conciliorum.

5 ¶Secūdū est, vtrum ad Romanum Pontificem spectet approbatio opusculorum sanctorum patrum.

7 ¶Tertium est vtrum omnium sanctorum patrum opuscula ab ecclesia recepta, sunt etiam ab eadem approbata.

11 ¶Quartum,est vtrum approbatis sanctorum patrum opusculis,comprobari intelligantur omnia,quæ in eis dixerūt

13 ¶Quintum est, vtrum canonizatione ali cuius pro sancto in ecclesia facta intelligantur:ilico eius opuscula com probata.

18 ¶Sextum est vtrum omnia,quæ apocrypha esse dicuntur, tanquam falsa veniunt repudianda.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur ꝙ non spectet ad Romanum Pontificē approbatio conciliorum vniuersalium . Primo sic. Approbatio videtur spectare ad superiorem,sed respectu vniuersalium conciliorum Papa nō videtur esse superior, sed magis ecōuerso.Nam vt ait Hieronymus orbis maior est vrbe.d.93. c.legimus. ¶ Secundo sic.Nulla,quæ instinctu Spiritu sancti,cōdita indiget approbatione humana:siue alterius inferioris ad eorū authoritatē, sed canones sacrorū cōciliorū vniuersalium dicunē esse conditi instinctu Spiritus sancti. vt in c.violatores.dicitur 25.q.1.& actuū 15.Inquiunt Apostoli.Visum est spiritui sancto,& nobis,ergo videtur, ꝙ cōcilia vniuersalia non veniunt approbanda per Romanum Pontificem.¶In oppositum videtur esse te.præsentis literæ & c.6.huius synodi infra di.16.¶Respondeo dicendum,ꝙ approbatio.cōciliorum vniuersalium spectat ad Romanū

Primū ar.

Secūdū ar.

Opponit et Respōd

2 Pōtificē.Pro cuius cōclusionis declaratione est notādū.†ꝙ approbatio est duplex:vna est simplicitas commendationis,vt cum quis dicta,vel facta alicuius approbat, vt puta consilium alicuius,ꝙ sit prudens.Aut sententiam,ꝙ iusta, aut conclusionem,ꝙ sit vera,aut opus,ꝙ sit sanctum.Et talis approbatio,quæ non videtur esse,nisi commendatio q̄ dam cuiuslibet esse potest,sine sit superior , siue æqualis , siue minor,vt patet.Secundo modo dicitur approbatio authorizationis.s.quæ tribuit authoritatem, & robur rebus approbatis:& talis semper est superioris,sicut principis,de qua videtur innui gl.in c.frater noster.17.q.4.vbi gl. quærens,†quid operatur authoritas,siue confirmatio Papæ,re

3 spondet, ꝙ tria operatur.Primo. n.pręstat ipsi facto maiorem authoritatem.12.di.quid nesciat,Secundo, si quid est inualidum,supplet eius confirmatio extra de transa.cap.1. Item,ꝙ siue sentententia eius non potest retractari id qđ ipse confirmauit,extra de confir.c.2. Qua distinctione habita,conclusio ponitur videlicet†ꝙ approbatio authorita

4 tiua vniuersalium conciliorum,& omnium in eis gestorū spectet ad Romanum pontificem.Probatur multipliciter, videlicet authoritate,rationibus,& practicis : authoritate primo ex.capi.6.synodus authoritate Adriani Papę roboratur.Secūdo idē colligi ex c.multis.& ex.c.concilia d.17. Tertio ex sexta actione concilij Calcedonē. vbi dr̄, ꝙ in oībus synodis apocryphari apostolici decretas sententias. Primo propter summam authoritatem eiusdem apostoli & sedis confirmabant,& subscribebant,quia aliter nullū robur habebant:ratione sic. Ad principem cuiuscunque cōmunitatis spectat approbatio gestorum per communitatem.

Probat authoritate

Probat ratione.

tatem ipsam. Patet: leges.n.non habent vigorem, & virtutem coactiuam: nisi principis authoritate, siue ex eo, quo totius communitatis principatus est collocatus. Sed Ro. pōtifex est in quo Deus rex regum, & dominus dominantiū totius ecclesiæ posuit principatum, vt in c. nolite errare. d. 12. & in ca. basilicas de consc. d. 1. Ergo ad ipsum spectabit approbatio gestorum per concilia vniuersalia, quæ communitatem ecclesiasticam repræsentant. Hinc Anacletus Papa, & martyr ait in c. leges. 3. q. 6. Leges a ecclesia apostolica confirmamus authoritate. Hæc ratio uidetur etiam tāgi in c. bene quidem. d. 96. vbi in concilio Romano præsidente Papæ Symmacho, ita dictū legitur, si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes intra suos terminos cōcilio habito, quicquid sine metropolitani sui authoritate tractauerit, irritū esse debere sancti patres sanxerunt, quanto magis, quod in apostolica sede nūc stante præsule, qui B. Petri apostoli merito per vniuersum orbem primatum obtinens sacerdotij statuti synodalibus consueuit tribuere firmitatem, &c.

a ¶ Leges ad pulchre Petrū de Ancha in repetione c. pastoralis. nu. 7. de causa pos. & proprii.

¶ Secundo ratione sic. Romanus pontifex tribuit authoritatem tam cōcilijs vniuersalibus, quam eorum canonibus vt patet tam ex præfato. ca. bene quidem quam ex di. 17. ꝑ totum: ergo ad eum spectat illorum approbatio, consequētia patet, cum authoritate pendeant ab ipsa apostolica sede. ¶ Tertio sic reprobatio conciliorum, quæ male, & perniciosa in perturbationem fidei, & pacis ecclesiæ conuenit celebrari, spectat ad Romanum Pontificem: ergo, & approbatio eorum conciliorum, quæ bene, & sanctè celebrata sunt patet, consequentia, quia vt habetur secundo de anima, Idem est iudex recti, & obliqui. Antecedens patet de Ariminensi concilio, ꝙ quia in eo lesa fuit fides, & infidelitas conscripta: Damasus Papa annullauit, quod etiam concilium Pelagius Papa in hoc c. perpetuo confitetur esse damnandum. Cæterum patet de concilio Ephesino secundo, quod in respōsione fidei agitatum est. Leo papa submonuit, & in correctionem ipsius synodum Calcedonē. instituit, & sic de alijs potest poni exemplm, quoniam hęc est prærogatiua apostolicę sedis, sicut manifeste colligitur ex c. cuncta per mundum 9. q. 3. Quarto ex hoc exigit necessitas conseruandi vnitatem fidei in ecclesia. Cum.n. ad vnitatem ecclesiæ requiratur, quod omnes fideleles in fide conueniant, cum sit fundamentum totius ædificii spiritualis, vnde Apostolus. 1. ad Corin. 1. Idipsum dicatis omnes & non sint in vobis scismata. Item sicut perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Conuenit autem circa ea, quæ fidei sunt moueri quæstiones. Per diuersitatem autē sentētiarū, quæ conuenit tam inter patres vnius, & eiusdē concilij, quam diuersorum conciliorum, diuideretur eccl. nisi in vnitate per vnius approbantis, vel reprobantis sententiam cōseruaretur. Exigitur ergo ad vnitatem ecclesiæ seruandam: ꝙ sit vnus, qui toti ecclesiæ præsit: ad authoritatem spectet approbatio sententiarum, & gestorum, quorumcunque conciliorum. Cæterum patet præfata cōclusio ex practica obseruata in sacris vniuersalibus conciliis. Legimus.n. primo patres concilij Niceni omnia gesta sua, & diffinita humiliter petisse confirmari. & approbari à beato Syluestro, vnde scribentes eidem, ita inquiūt, Beatissimo Papæ vrbis Romæ, cum omni reuerentia colendo Syluestro. Osius Episcopus prouinciæ Hispaniæ ciuitatis Cordulensis, & Macharius Episcopus ecclesiæ Constantinopolitanæ, & Victor, & Vincentius præsbyteri ordinati ex directione tua vrbis Romæ, & cęteri coepiscopi. 318. in domino salutem, quoniam omnia roborata dedimus mysterijs ecclesiasticę vtilitatis, quę ad robur pertinēt sanctę ecclesię, & Apostolicę ad sedem tuam Romanam explanato, & de greco reddita scribere cōfitemur. Nunc itaque ad vestrę sedis augmentum accurrimus roborari, & infra quod quidem autem constituimus in Niceno concilio precamur, vestri oris consortio cōfirmetur. In decre autem confirmationis, quā pręfatorum gestorum beatus Syluester fecit scribi hoc modo. Syluester Episcopus catholicę, & Apostolicę sedis Præsul vrbis Romę quicqd in Nicęna Bytinię constitutū ad robur sanctę matris ecclesię catholicę, & apostolicę à sanctis sacerdotibus 318. cōformiter nostro ore cōsortes confirmamus. Oēs, qui ausi fuerint diffinitionē sancti magni concilij, ꝙ apud Nicænā cōgregatum est, anathematizamus, hec ibi. Pręterea patet cōclusio ꝑfata ex practica obseruata in cōcilio à patribus Calcedonen. conuenientibus, qui ad Leonem Papā scribunt deprecantes, vt eorum decreta approbare, & confirmare dignaretur sic. Nouimus: quia quicquid rectitudinis à filiis fit ad patres incurrit facientes hoc, quasi proprium sibi. Rogamus igitur, & tuis, & nostrum decretis honora iudiciū scilicet approbando, & sic de multis alijs exempla possunt, sicut nos in summa, quam contra aduersarios ecclesię, & principatus Petri apostoli edimus, plenius prosequuti sumus.

Probat ex practica.

¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum factas in principio. Ad primam respondetur, negando minorem. Papa.n. cum sit caput totius ecclesię superior est authoritate toto residuo corpore, & ad probationem de c. legimus. d. 92. iā respondimus superius circa tertium articulum motum in c. sicut. respondendo ad quintā rationem, videlicet, ꝙ non esset ad propositum: quia Hieronymus ibi non loquitur de authoritate iurisdictionis orbis respectu ecclesię Romanę, sed de authoritate consuetudinis generalis per totum orbem in comparationem ad consuetudinem, quam tamen nec Apostolica sedes obseruat, nec obseruari mandata. ¶ Ad secūdam respondetur, negando consequentiam, quoniam licet canones sanctorum patrum dicantur instinctu spiritus sancti conditi, nihilominus ad hoc, quod obligent ad sui obseruantiam necessarium est; vt authoritate superioris approbentur, firmentur & roborentur. Non.n. omne, quod aliquibus, Spiritus sancti illustratione. est inspiratum, habet omnes obligare ad sui obseruātiam nisi ab eo instituatur, aut approbetur, quia habeat authoritatem, respectu autem totius Christianę vniuersitatis solus Papa habet authoritatem. Ideo omnia instituta à quibuscunque patribus pertinentia ad ius positiuum quantumcunque Spiritus sancti instinctu dicantur condita, semꝑ habet necesse approbari, & confirmari authoritate Principis superioris in ecclesia. Hinc est quod semper vniuersalibus concilijs commune est semper suorum statutorum approbationem à Romano Pontifice humiliter exposcere, vnde licet electio canonica dicitur electio facta à Spiritu sancto, nihilominus per eam nec electus habet iurisdictionem, nec alii tenentur electo, vt eorum prelato obedire quousque à superiori electio (si superiorem habet) approbetur, & confirmetur.

Primū arg.

Secūdū ar.

5 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, quod ad Romanum Pōtificem non spectet approbatio opusculorum sanctorum patrum, siue doctorum, ad prestantiorem, & fortiorem spectare videtur illius facultatis, quia inferiorum iudicium est assumendum à superioribus, sed doctores, & sancti patres quādoque reperiuntur. prestantiores esse scientia, & sapientia summis pontificibus, ergo videtur, quod opusculorum, eorum approbatio non pertineat regulariter ad Romanū Pontificem, nec cum contingeret eum sapientia aliis esse maiorem. ¶ Secundo confirmatur idem sic, vt arguit Gratianus in capitul. decretales. distinctio. 20. cum quisque magis ratione vtitur, eo maioris authoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut pleniori gratia Spiritus sancti: ita ampliori scientia aliis præcellentes rationi magis adehærere probantur. Vnde nonnullorum pontificum cōstitutionibus Augustini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta eis videntur esse præferenda: ergo videtur, ꝙ talis approbatio nō spectet generaliter regulariter ad summum Pōtificem. ¶ In oppositum videtur primo præsentis literę tex. 2. tex. c. si Romanorum infra d. 19. ¶ Respondeo dicendum, quod ad Romanum Pontificem spectat approbatio opusculorum patrum, siue doctorum. Hæc conclusio patet primo ex determinatione præcedentis quæstionis. Sicut.n. ad Romanum Pontificem spectat approbatio authoritatiua sacrorum cōciliorum, multo magis approbatio opusculorum patrū, siue doctorū. Secundo probatur sic. In vnaquaque schola semper ad magistrum eius spectat approbatio doctrinæ, & operum discipulorum scholæ, sed Romanus Pontifex est magister scholæ totius Christianitatis, vnde in c. omnes. d. 22. Romana ecclesia dicitur mater, & magistra fidei, ergo. Tertio idem colligitur ex. c. hæc est fides 24. q. 1. vbi Hieronymus ad Damasum Papam scribens, ait, si autem hæc nostra confessio Apostolatus, cuius iudicio approbatur quicunque, &c. ergo conclusio vera. ¶ Ad rationes in oppositum dicendū est. Ad primam respondetur: † quod duplex est approbatio quædam est solum magistralis, quæ fit per iudiciū discretionis veri à falso, vel iusti ab iniusto: & talis bene verum est, quod

Primū ar.

Secūdū ar.

Opponit & Respōd.

Ad primū arg.

est, quod potissime fit per doctorem in facultate, sub qua cadunt opuscula illa, sicut examinatio, & approbatio opusculorum pertinentium ad theologiam, maxime videtur spectare ad doctissimum in illa facultate, & pertinentium ad medicinam ad excellentiorem medicum. Alia est approbatio authorizationis, qua tribuitur opusculis approbatis authoritas: & honor, venerationis in ecclesia. Et de hac hic loquimur. Et ista non pertinet ad doctorem: sed ad habentem authoritatem supremam magisterij, & iudicij in ecclesia, cuiusmodi est Apostolica sedes: siue Apostolicæ sedis iudiciũ: vnde Nicolaus Papa in c. pattet. 9. q. 3. inquit. Profecto sedis apostolicæ, cuius authoritate maius nõ est iudicium: à nemine fore retractandum, nec cuique de ei⁹
Ad 1m. licet iudicare iudicio. ¶ Ad secundam respondetur per iã dicta: quoniam aliud est excellere intelligentia sacræ scripturæ, & aliud est habere authoritatem diffiniendi, & iudicandi approbando opuscula doctorum, vnum. n. potest esse sine alio, sicut dicitur de scientia: & claue scientiæ, in primo autem aliquis potest excellere Papam, non autem in secundo: & hoc est, quod Gratianus in loco præall. dicit, ꝙ aliud est terminum in causis ponere, aliud scripturas sanctas diligẽter exponere, & infra. Quod propter diuinarum scripturarum tractatores, qui scientia pontificibus præminẽt, licet in sacrarum scripturarum expositionibus eis præponantur in causis tamen diffiniendis postponuntur.

Primũ ar. 7 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Quod quæcunque opuscula sanctorum patrum sunt in ecclesia recepta, sint etiam ab ecclesia appobata. sic Ecclesia errare non potest, cum à Spiritu sancto, qui doctor, veritatis est, regatur, & gubernetur: ergo opuscula sanctorũ patrum, quæ ecclesia recipit, oportet absq; omni suspicione falsitatis esse confiteri, alias autem si falsa sunt, aut dubia de veritate, ecclesia illa recipiendo erraret, quod esset
Opponit in contrariũ. inconueniens, ergo. ¶ In oppositum est tex. præsentis literæ, vbi opuscula, & tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deuiarunt, nec ab eius fidei prædicatione seiuncti sunt legenda suscipiuntur. Et tamen clarum est, quod non omniũ eorum opuscula sunt appobata, vt non liceat ad propositum opinari: ergo nõ omnia opuscula recepta per ecclesiã
Respondet. 8 sunt approbata per eam. ¶ Respondeo dicendũ, † quod tripliciter potest aliquid dici receptũ ab ecclesia, vno modo per approbationem, prohibendo ne quis præsumat contrarium sentire, Hoc modo sunt ab ecclesia recepta quatuor vniuersalia concilia, de quibus in c. sicut. ibi dicitur se, & non illa destruit qsquis pſumit absoluere, quo ligauit, aut ligare, quos absoluerit. De isto ẽt mõ receptionis habeť in c. præsenti, vbi dicitur opuscula Leonis Papæ ad Flauianũ Constantinopolitanum Episcopum destinata, cuius textũ si quispiam, vsque ad vnum tota disputauerit, & non ea in omnibus venerabiliter, receperit, anathema sit. ¶ Secũdo, modo etiam aliqua sanctorum patrũ opuscula recepit ad vsum lectionis, siue ad expositionem sacræ scripturæ. sicut opuscula sanctorum patrum in commentis, siue in homilijs sacræ scripturæ, siue ad doctrinam morum, sicut sunt opuscula sermonum sanctorum patrum: siue ad commemorationem gloriæ triumphorum sanctorum martyrum & vitæ gloriosorum virorum, sicut sunt opuscula gestorũ, & historiarum sanctorum, & vitas patrum, siue ad ordinẽ diuinorum officiorum, ad quẽm de opusculis sanctorum patrum multa assumpta sunt. Hæc autem opuscula licet ab ecclesia sint recepta ad vsum lectionis, & cum veneratione eis vtatur, tanquam probabilibus, non tamen sunt approbata, vt non liceat aliter sentire, aut exponendo, aut interpretando, aut tanquam ipsi opusculorum actores senserint, aut interpretati fuerint, vnde Augustinus in epistola ad Fortunatum, & habetur in c. neque d. 9. Neque quorumlibet dispositiones. i. expositiones, quamuis catholicorum, & laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus, vt non liceat salua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respicere, si forte inuenerimus, ꝙ aliter senserint, q̃ veritas habet diuino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum quales volo esse intellectores meorum. ¶ Tertio modo dicuntur aliqua ab ecclesia recepta per dispensationem, quo ad legendum inter fideles permissa, sicut sunt opuscula doctorũ nõ modo fidelium, sed etiam paganorum, sicut Platonis Aristotelis, Ciceronis, & hoc in obsequium sacræ scripturæ, sunt. n. seculares scientiæ Ancillæ diuinæ sapientiæ, iuxta illud prouerbiorum. 8. vocauit Ancillas suas ad arcem. Leguntur ergo à fidelibus, vt quę vtilia in eis inuenerint ad vsum sacræ eruditionis deuoti cõuertant, vt in c. tubat. Inquit Beda d. 37. in quorum opusculorum lectura semper illa Apostoli sententia præcedere debet. Omnia probate, quod bonũ est tenete. 2. Tim. 2. Qua distinctione habita, sit ista conclu
9 sio respõsalis ad q̃stionẽ. † Nõ oĩa opuscula sanctorũ, patrũ aut doctorũ quæ ab ecclesia recipiũtur sunt ab eadẽ appro bata. Patet conclusio ex dictis, vbi notandum est iuxta Vin
10 centium in principio speculi sui historialis: † ꝙ triplex est gradus opusculorũ post diuinas scripturas. In primo sunt canones sacrorũ conciliorũ, & decretales summorum pontificum, ac doctores sancti, qui authoritate Romanę Ecclesiæ canonizati sunt, & eorum opuscula approbata, vt sunt Dionysius, Cyprianus, Egnatius, Hylarius, & alij nominati in c. isto cum multis. ¶ In secũdo gradu sunt doctores Alias alicuius.
cæteri prudentes quidem, & catholici, sed non canonizati vt Isidorus, Beda, & Albinus Caroli magister, Raban⁹, Strabus eiusdem discipulus, & Haymo parisiensis, aliique plurimi. ¶ In tertio gradu, & in infimo sunt Philosophi, doctoresque gentilium. Nam & si catholicæ fidei veritatem Ad argu.
ignorauerunt, mira tamen, & præclara quædam dixerunt de creatore, & creaturis, de virtutib. quoque, & vitijs, quæ etiam fide catholica, & ratione humana probantur esse vera, quibus habitis, dicendum est ad rationem in oppositũ, ad quam respondetur, negando consequentiam. Et ad rationem respondetur, quod ad hoc, ꝙ etiam recte recipiat talium patrum opuscula ecclesia ad legendum eo modo, quo diximus, sufficit, ꝙ talia patrum opuscula habeãt probabilitatem veritatis.

11 **Ad quartum.** Sic proceditur. † Et videtur quod approbatis sanctorũ patrum opusculis approbata intelliguntur omnia, quæ in eis dixerũt.
primo sic. Ex litera præsentis tex. vbi dicitur. Opuscula sanctorum patrum, quæ in sancta ecclesia catholica recipiuntur. Et si ergo videtur, quod quantum ad omnia in eis contenta, sunt approbata, consequẽtia videtur patere, quoniã idem videtur esse iudicium de quibusdam, & de omnibus. Primũ ar.
¶ Secundo sic, vbi ius non excipit, nec nos excipere debemus, sed in litera nihil excipitur de opusculis sanctorũ illorũ, qui ibi describuntur: ergo videtur, quod, quo ad omnia in eis cõtẽta, approbať. ¶ Tertio sic. Si in opusculis sanctorum patrum aliqua sunt approbata, & aliqua non, videtur quod nihil authoritatis remãsit in eis, quia sicut instrumenta, ita etiam scripturæ, quæcunque, quę in parte inueniuntur falsę, in totum reprobãtur, vel saltem suspectę redduntur, vnde de scripturis sanctis, vt habeť. d. 9. c. si ad scripturas, asserit Augustinus, quod ad easdem admissa fuerint, vel officiosa mẽdacia, nihil authoritatis ramanebit in eis. ¶ In Secũdũ ar. Tertiũ ar.
oppositum est, quia in operibus Augustini, multa inueniũtur contraria veritati, quæ etiam ipse postmodum retractauit, & ita illa minime approbata intelligantur. Et sicut est de libris Aug. & sic est de libris multorũ aliorũ doctorum, de qbus in pſenti. c. fit mẽtio, ꝙ nequaq̃ sunt, quo ad oĩa, approbata. ¶ Respondeo dicendum, quod cum opuscula aliquorum sanctorum patrum dicuntur approbata non intelliguntur regulariter approbata omnia in eis contenta, vt quicquid in eis contineatur tanquam veritas catholica sit ab hominibus habenda, quam conclusionem multipliciter declarauimus supra d. 9. circa c. ego solus, vbi dixim⁹ sola illa approbata esse intelligenda fore, qui de fide catholica, aut condemnatione hereticorum assertiue scripserũt, sicut patet ex approbatione eorum facta in quinta synodo vbi sequẽti modo habetur: sequimur p omnia sanctos patres, & doctores ecclesię, Athanasium, Hylarium, Augustinum, Theophilum, Ioannem Constantinopolitanum, Cyrillum: Produm. Et suscipimus omnia, quæ de recta fide, & condemnatione hæreticorũ exposuerunt, hec ibi: pro quo notandum, quod sancti patres in suis opusculis posuerunt quędam, tanquam necessaria ad fidem spectãtia, vt Augustinus in li. de fide ad Petrum vbi 9. c. inchoat sic dicendo, Firmissime tene, & nullatenus dubites. In fine quorum capitulorum sic inquit, hec autem. 4. capitula ad regulam verę fidei pertinentia fideliter, veraciterque crede fortiter, patienterque defende. Et sic quem contra hęc dogmatizare cognoueris tanquam pestem fuge, & tanquam hereticum abijcere, Opponit in contrariũ. Respõdet.

cum abijce:hæc Augustinus. Alia autem sancti patres posuerunt, tanquam probabiliora in opusculis suis, sicut colligitur ex dictis beati Augustini, vt patet in c.noli.& c. negare.& c.neque 8.dist.c.noua. Præterea ipse Augustinus cõtra Faustum loquens, sunt inquit libri non præcipientis authoritate, sed perficientis exercitatione conscribuntur à nobis:inter hos.n.sumus, quibus dicit Apostolus. Et si qd aliud sapitis, illud quoque vobis reuelauit Deus, quod tamen genus literarum, non tamen credendi necessitate, sed cum iudicandi, libertate legendum est. Hæc Augustinus cui concordat etiam Anselmus libr.1. cur Deus homo, dicens eo pacto, quo omnia, quæ dicta sic volo accipi videlicet, vt si quid dixero, ꝙ maior non confirmet authoritas, quamuis illud ratione probare videar, non alia certitudine accipiatur, nisi quod interim ita mihi videtur, donec mihi Dominus melius aliter releuet, quo ad ista autem sic probabiliter tantum dicta à sanctis doctoribus, siue etiam quo ad ea quæ de alijs materijs, quã de materia fidei scripserunt opuscula eorum, nõ dicuntur approbata, quod maxime ex eo monstratur, quod isti sancti in huiusmodi rebus sæpe adinuicem contrarij:& discordes reperiuntur, sicut notum est his, qui eorum libros legunt. † Discordat enim Augustinus, qui simul omnia facta ponit ab alijs doctoribus, qui dicunt ea esse facta per temporis sex dierum successionem, discordant Hieronymus, & Augustinus, in eo, ꝙ Paulus Petrum reprehendit ad Gala.2.& in cessatione legalium, vt eorũ epistolæ super hoc mutuo missæ ostendunt. Discordant etiam de authoritate.70. interpretũ. Discordat etiam Beda super primo Regum. dicens Samuelẽ fuisse sacerdotem, quod non negat Augustinus lib.de quæstionibus, noui, & veteris testamenti.q.46.& Hieronymus contra Iouinianum negat hoc, vt ipse etiam Augustinus in hac sentẽtia videtur sibi aduersari. Nam vbi supra negat Samuelem sacerdotem, affirmat autem contrarium, in ep. contra Faustum cap.35.s.quod reprobato hely, translatum esse sacerdotium in Samuelem, sicut à Saule translatum est regnum in Dauid. Hieronymus etiam de bigamo post baptismum ordinando, cæteris aduersatur, quos sibi præferendos, tanquam acutius videntes, dicit Augustinus.lib.de bono coniugali.ca. 17.& sic de multis alijs, sicut de Cypriano, qui apud hæreticos negauit vera esse sacramẽta, de quo de conse.dist.4.quomodo. Cum ergo tanta in opusculis doctorum etiam sanctorum reperiatur cõtrarietas, & discordia, & necessario vnus eorum falsum dixerit, & alius verũ clarissimum est, non esse omnia approbata, quæ in sanctorũ opusculis continẽtur, quia alias ecclesia approbaret, cõtraria, ꝙ est incõueniẽs:ergo dicta sanctorũ opuscula cũ reuerentia suscipienda sunt non tamen in omnibus suis sententijs obligant ad sic firmiter tenendum, quin liceat eis, contradicere:vbi contra scripturam sanctam, aut cõtra veritatem loqui rationabiliter patent. Vnde Augustin.contra Vincentium dicit hoc genus literarum sanctorum patrum ab authoritate canonis distinguendum est. Non.n.sic legũtur tanquam eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, sic vbi forte aliter sapiunt, quam postulat veritas.d.10.c.noli.¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum.¶ Ad primam respondetur, negando cõsequẽtiam. Et ad probationem respondetur, quòd falsum est, ꝙ idem sit iudiciũ de omnibus: patet ex superioribus. ¶ Ad secundam respondetur, quòd licet in textu præsentis literæ non explicetur in quibus partibus sanctorum patrum, opuscula recipiant, siue approbentur & in quibus non. Alibi tamen explicatur, sicut patet tam ex approbatione facta in quinto concilio, quam ex dictis beati Augustini supra positis. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum. Et ad probationem respondetur, quòd non est simile de scripturis, siue opusculis sanctorum patrum, & de instrumentis, & de scripturis diuinis, de instrumentis patet, qm̃ totum instrumentumentum recipit validitatem ab authoritate notarij, quæ authoritas indiuidua est, & natura indiuiduum est, vt vitium Partis vitiet totum, & notatur in regula, vtile per inutile non vitiatꝰ de regulis iuris.lib.6. Opuscula aut sanctorum patrum non recipiunt authoritatem, ex authoritate dicẽtium, sed ex approbatione ecclesiæ, aut quia sacræ doctrinæ aut rationi consona reperiũtur. Et eadem ratione non est simile de opusculis ipsis sanctorum, & diuinis scripturis, quia cum diuinæ scripturæ habeant, authoritatem ex parte dicẽtis, videlicet ipsius Dei, si in eis aliqua falsitas admitteretur nihil in eis veritatis remaneret, sed opuscula sanctorum patrum habent authoritatem non ab ipsis authoritatibus, sed ab approbatione ecclesiæ, quæ ideo approbatæ sunt quia cononicæ sapientię, aut rationi consonat, reperta, secundum ꝙ ait Augustinus in epistola ad Hieronymum, & habetur in c.Ego solis supra d.9. inquit sic de eis. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate quanta vero doctrina polleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita, senserunt, sed quia mihi per alios authores, vel canonicas, vel probabiles rationes, ꝙ à vero non abhorreant, persuadere potuerũt. Potest etiam responderi ad illud de instrumentis, quod non semper est verum, quod instrumenta in totum reddantur vitiosa, si falsitas aliqua in eis reperiatur, maxime quando illa non sunt connexa, aut dependẽtia. sed sunt diuersa, & separata, sicut notatur in gl.in c.si in scripturis.di.9.

Discordantia inter doctorse.

12

13 **Ad quintum.** Sic proceditur, † Et videtur, quod canonizatione alicuius pro sancto in ecclesia facta intelligantur ilico eius opuscula approbata sic. Idem videtur esse iudicium de approbatione, & condemnatione, sed condemnata aliqua persona hæretica intelliguntur eius opuscula condemnata, vnde in ca.fraternitatis.extra.de hæreti.dicit Gregorius Anastasio Antiochæno scribens, Cum Celestinus, & Pelagius in Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterãt illa capitula recipi, quorum damnãtur authores. Hoc etiam colligitur ex ca.canones.1.di.16.ergo sequitur, quod canonizato aliquo pro sancto, eius opera intelliguntur approbata, ita vt non liceat aliter sentire, quam senserint. ¶ In oppositum est beatus Aug. in multis c.quæ ponuntur supra d.9.s.c.noli.c.negare c.ego c.quis nesciat.&.c.noli frater.&.c.neque:in quibus manifeste asserit August.quod nonnulla in opusculis sanctorum, & suis inserta sint, quæ licet fidelibus iusto iudicio absque omni temeritate culpare. ¶ Respondeo, dicendum sub qua

Primũ ar.

Opponit'i contrariũ.

14 tuor cõclusionibus. Prima est. † Canonizato aliquo pro sancto, non sunt ipso facto eius opuscula approbata, vt quicqd ille opinauerit esse credendum, à cunctis fidelibus sit tenẽdum. Patet ista cõclusio, cum authoritatibus suprapositis. Vnde Augu. Tum quia beatus Cyprianus est canonizatus. & nihilominus opuscula eius, quo ad sacramenta, an sint in vnitate apud hæreticos non sunt approbata, imo reprobatur eorum sententia, sicut patet ex c.noli frater.di.9. & ex. c.quomodo.de con.d.4. Probatur etiam ratione prædicta conclusio sic, quia, si eo quòd quis canonizaretur sanctus, eius opuscula approbata venirent intelligenda, hoc esset, quia cum sanctitate non possit simul stare error etiam circa ea, quæ sunt fidei, sed hoc est falsum, ergo conclusio vera:consequẽtia patet, antecedens probatur exemplo, & ratione. exemplo quidem de beato Augustino, qui sanctus existens plurima scripsit, & docuit quæ postmodum retractauit. Patet etiam de beato Cypriano, qui etiam, quemadmodum supradiximus de baptismo hæreticorũ, aliter sensit quam cõmunis sanctorum habet doctrina. Ratione vero probatur antecedens illud sic. Error, qui pertinaciã non habet annexam, non obuiat sanctitati, sed contingit aliquẽ errare circa catholicam veritatem absque pertinacia, ergo non est conueniens affirmare, sanctos, stãte sanctitate, posse errare contra vetitatem catholicam. Et ita non videtur necesse credere omnia, quæ sancti etiam canonizati dixe

Respõder. Prima conclusio.

15 runt. ¶ Secunda conclusio est. † Non est necesse, vt si cuiusquam approbetur doctrina, ꝙ si canonizata persona. Patet conclusio de Magistro sententiarum, cuius doctrinam circã vnitatem diuine essentiæ, & trinitatem personarum approbat ecclesia, extra de summa trinitate & fi.ca. c. damnamus. Item etiam, vt in c. pręsenti habetur aliqua de scripturis Origenis reperiuntur in ecclesia, & nihilominus Origenes non est canonizatus, sed potius dãnatus. ¶ Tertia con-

Secũda conclusio.

16 clusio. † non est necesse, vt si cuiusquam r probetur doctrina, quòd intelligatur reprobata persona, patet ex ca.supra posito, extra de sum.tri.damnamus.de Abbate Ioachim, cuius libellus ibi damnatur, & reprobatur, quem edidit contra magistrum Pe.Lombard.de essentia trinitatis, cuius tamen persona non fuit reprobata, vt in eodem capit. patet. ¶ Quarta cõclusio. † Non est necesse, vt condemnata perso

Tertia cõclusio.

17 na, sint eius omnia scripta, siue opuscula reprobata. Patet conclusio in Origine, qui licet condemnatus sit, opuscula tamen sua, quæ beatus Hieronymus non repudiat, legẽda in ecclesia recipiuntur, vt patet in ca. præcedenti. ¶ Ad rationes in

Quarta cõclusio.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ

Ad argu. tiones in oppositum respondetur dupliciter. Primo negando minorem vniuersaliter, quoniam sicut patuit de Origine non omnia eius opera sunt reprobata ratione bonarũ, sententiarum contentarum in eis, sicut etiam tangit glo. in c. fraternitatis allegato. Secundo respondetur & melius nostro iudicio, quod nõ sit simile de reprobatione alicuius, & canonizatione alicuius. Et ratio est: quoniam, cum quis reprobat signum est ꝙ errores, quos scripsit pertinaciter tenuit, vnde merito eius doctrina simpliciter condemnanda venit sicut dicitur in c. supradicto. fraternitatis. Et habetur etiam in c. præsenti. vbi dicitur, quæ ab hæreticis cõscripta sunt aut prædicta nullatenus recipit catholica, & Apostolica ecclesia Romana. Vnde quod opuscula Origenis recipiãtur, non recipiuntur, quia ille ipsa scripserit, sed quia à Hieronymo, tanquam benedicta, commendata leguntur. Cũ vero aliquis canonizatur pro sancto, licet detur intelligi, ꝙ nullius erroris pertinaciam habuit, non tamen, ꝙ in aliquo falsum pro vero non approbauerit, quod est errare, vt dicit Aug. bene ergo stat, ꝙ aliquis sit sanctus canonizatus, & eius opuscula non veniant in omnibus approbãda.

Primũ ar. 18 Ad sextum Sic proceditur. † Et videtur, quod omnia quæ apocrypha esse dicuntur, tanquam falsa veniunt repudianda. Quoniam apocrypha iuxta sententiam tam Augustini, quam Isidori, & Hugonis de sancto Victore dicta sunt in secreta, quia in dubium. Est. n. earum occulta origo, nec patet sanctis patribus. à quibus edita sunt, in quibus, & si aliqua veritas sit, tamen propter multa falsa, non est in eis canonica authoritas, quia recte, à prudentibus iudicantur non esse eorum, quibus ascribuntur. Nam sub nominibus Prophetarum, & recentiora sub nominibus Apostolorum ab hereticis proferuntur, quæ omnia sub nomine apocryphorum à diuina authoritate diligenti examinatione remota sunt: ergo videtur, ꝙ omnia talia sint repudiãda.

Opponit in contrariũ. ¶ In oppositum est, Qđ multi libri, qui legunt̃ in ecclesia dicunt̃ apocryphi, vt liber Iob, libri sapientiæ, & libri, Machabeorum, cum aliquibus alijs, de quibus Hieronymus in proemio galeato.

Respondet. ¶ Respondeo dicendum. 19 † ꝙ apocriphum dicitur, tripliciter. Vno modo, quia eius author secretus est, siue dubius. i. ignoratur quis scripserit, sicut est liber Iob: quem aliqui dicunt à Iob esse conscriptum. Alij Moyse. Alij ab aliquo Prophetarum. Potest ergo liber esse apocryphus, licet in canone confirmatus sit. ¶ Secundo modo dicitur apocryphum, quia nõ sint in canone sanctorum librorum reputata, siue cõfirmata. Nec inter libros legis, & Prophetarum, nec inter hagiographos computatur, licet nihil comprehensibile in se cõtineant, sicut liber Sapientiæ, liber Iudith, liber Thobiæ, libri Machabeorũ. ¶ Tertio modo dicuntur aliqua esse apochrypha, quia dubia sunt de veritate contentorũ, siue ignoretur, siue nõ, actor eorũ: vnde à patribus ecclesiæ nõ sunt approbata, sed magis reprobata, sicut di cuntur apocrypha opuscula, quæ hic numerantur in litera præsentis text. &c. Qua diuisione habita Respondetur ad quæstionem videlicet, ꝙ omnia apochrypha non sunt tanquam falsa repudianda. Patet cõclusio ex dictiã. Ex ad rationem in oppositum respondetur negando consequẽtis. Et illo. n. dicto Augustini, & Hieronymi non aliud habetur, nisi ꝙ apochryphis tertio modo dictis nulla sit certa credulitas adhibenda, & hoc est verum.

Exponit literam. ¶ Sancta Romana veteris, & noui te. scripturas] quæ culmen super omnes authoritates obtinẽt quæ aut sunt illę supra d. 9. circa. c. noli. [quas regulariter. i. vtiliter recipimus, quoniam scriptores eorum hac præ cæteris prærogatiua honorantur, vt nullus eorum scribendo errasse credatur, vt in c. ego solis d. 9. dicit Aug. Has suscipi non prohibet, imo suscipi iubet. vt in capi. sicut e. d. [Sanctam synodum &c.] de quibus supra c. canones. & ca. sicut e. d. [Iam nunc.] secunda pars. [Item opuscula, atque tractatus] per hoc soluitur quęstio: videlicet. an aliorum orthodoxorum patrum opuscula, qui hic nominati nõ sunt, sint ab ecclesia recepta. Respondetur enim per hunc te. quod sic, dum tamen non sint tales, qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deuiarunt, nec ab eius fidei prædicatione seiuncti sunt. Item decretales venerabiliter suscipiendæ sunt, tanquam præcepta eius, qui pastor, pater, & princeps, caput totius reipublicæ Christianæ: iuxta. c. non decet. & c. præceptis Apostolicis, dis. 12. [Item gesta] quædam li. ab isto loco vsque ad 15. distinctionem. Hoc ꝙ sequitur non habent. Ideo secundum antiquam] Notatur ratio propter quam multa de Gestis martyrum non recipiantur in ecclesia Romana ad eligendum. Tum, quia autores talium scripturarum ignorantur. Tum propter vitandam infidelium irrisionem, quoniam ab infidelibus, aut superflua in dictis, vt minus apta reputantur. [Ceterum, quæ ab hereticis] tertia pars. [Nullatenus recipit.] ¶ Sed surgit 20 hic quæstio. † Cur hereticorum libri, cum multa vera, & bona cõtineant, in totum repudientur. Cum tamen catholicorum opuscula, licet non in omnibus verum dicant, recipiuntur in ecclesia. Respondetur, quia non est simile de libris hæreticorum, qa in libro hæreticorum falsa principaliter tractantur, & asseruntur. Pauca autem verba inueniuntur vera inserta. In libris autem sanctorum vera principaliter intenduntur, & pauca inueniuntur contraria veritati, et sine pertinacia posita. Et ideo propter pauca inutilia non sunt tam vtilia, & quæ ex proposito sunt asserta repudianda. In libris autem hæreticorum est econuerso. [Quæ vero opuscula] sequitur quarta pars. Quid autem dicatur apocryphum, & quot modis diximus in vltimo articulo, & aliquid dicemus in seq. d. circa primũ. c. [Quidam] quinta pars hæc tñ pars in aliquibus voluminibus decretorum non reperitur. Omnia sunt plana.

¶ Distinctio Decima sexta.

1 Denominatio sola non inducit veram probationem qualitatis.
2 Statuta ecclesiastica, quæ non recipiuntur ab apostolica sede, non sunt seruanda per inferiores.
3 Repellantur aliqua propter authorem in eius detestationem.
4 Canon vel lex abrogata licet contineat aliquid vtile, in allegationes tamen admitti non debet.
5 Apocryphum quid dicatur.
6 Episcopi erant tempore Apostolorum.
7 Sexta synodus, quo tempore fuerit celebrata: & nu. 10. & 13.
8 Authoritatis, qui sunt maioris debent habere primum locum.
9 Approbatum à pluribus est magis validum, & debet proponi his, quæ recipiunt à paucioribus.
11 Libris creditur in quibus continentur gesta antiqua.
12 Monastelita vndè dicatur.
14 Ad concilium vniuersale spectat cõfirmare tam alias synodos quam opuscula sanctorum.
16 Papa an possit dispensare, aut aliquid immutare de vniuersalibus Concilijs.



Apostolorum canones:

¶ Hic incipit 16. d. Et potest diuidi in septem partes, In prima mouetur quęstio An canones Apostolorum sint recipiendi in ecclesia. An inter apocryphos cõputãdi. Et inducit pro parte, ꝙ nõ sunt recipiendi primum. c. pro alia parte, ꝙ sic, plura inducit testimonia. In secunda parte mouet dubitationem. An sexta synodus canones scripserit. Et soluit per tria. c. sequentia: In tertia ponis professionẽ Romani ponti. de obseruatione octo conciliorum. In 4. assignat tempus, in quo celebrata est sexta synodus, & alię quinque, In quinta designat quædã prouincialia, concilia, quæ in sexta synodo videnť approbata. In sexta mouet quæstionem de numero capitulorum Nicęni cõcilij. In 7. de receptione cõcilij Sardicẽsis, 2. ibi: sed dubitat. Tertia ibi: sancta octo. 4. ibi: Sexta synod', Quĩta ibi: Prima annotatio. Sexta ibi, sed ꝙ Nicæna. Septima ibi: ꝙ dicitis. De 1. quæstione, quæ tangit̃ in 1. parte nõ est opus longa disputatione, qm̃ in breuibus stat eius solutio. Illi. n. qui dicunt (vt Isidorus) ꝙ canones Apostolorum nõ sint recipiendi, sed inter apocrypha computandi, intelligunt de canonibus, qui ab hæreticis, & psuẽdo apostolis sub nomine verorum apostolorum editi sunt. Alij vero dicentes, ꝙ sint recipiẽdi, vt Zepherinus Deo papa: & 6. synodus intelligunt de canonibus, qa veris Apostolis sunt conditi. Cum ergo nulla sit cõtradictio, nec difficultas, legatur litera huius partis. Diuisio.

Exponit literam. ¶ [Canones, qui dicuntur Apostolorũ.] false tñ sic intitulant̃. ar. 1 † ꝙ sola denominatio nõ inducit verã ꝓbationẽ qualitatis, vñ licet qs nominet̃, dicit tex. ꝙ tñ non est: & licet quis nominetur platus nõ sequit̃ ꝙ sit platus ad hæc facit de priuile. si Papa li. 6. & in cle. si summus, de sen. exc. 2 [quia eosdem nec sedes apostolica] ar. † ꝙ statuta ecclesiæ, quæ non

quæ non recipiuntur ab Apostolica sede non sunt seruãda per inferiores, ad hoc in prima constitutione Gregoriana in fine, & est te. in proemio. 6. lib. [pro eo, ꝙ ab hæreticis.]
3 ar. † ꝙ propter authorem in eius detestationẽ aliqua repelluntur. ar. d. 96. bene quidem. & d. 70. neminem. 16. q. 7. decreuimus. ar. cõtra 1. q. 1. nõne ego dominus. Hu. [inueniẽ
4 tur vtilia.] ar. † ꝙ licet canon, vel lex abrogata cõtineat aliquid vtile, in allegationem tamen admitti non debet: quia eorum nullus est vsus: sed notitia necessaria, vt distin. 7. fuerunt, itẽ ar. ꝙ vtile vitiatur per inutile ar. di. 9. si ad sacras, & 3. q. 9. purã. ar. contra infra d. 37. turbat, & ca. si quid veri. Sed solutio haberi potest ex eo, ꝙ dicit litera præsens ab autoritate remota. Licet. n. interdum ad commodũ nostræ causæ illa introducere possumus ad reuincẽdum aliorum animositatem, pro autoritate tñ ea nõ veneramur. Eadẽ solutio põt haberi ex illo c. d. 37. si quid veri. Hu. & Arc.
5 [inter apocrypha. † Apocryphũ, vt superius circa fi. præcedẽtis d. diximus idem est, ꝙ occultũ, siue secretum, & dr̃ ab apo, ꝙ est de, & cresis, quod est secretũ, vñ liber dr̃ apo-
a cryphus, [a] siue secretus, vel occultus. i. cuius autor ignoratur vel si non ignoratur, ab ecclesia tñ non recipitur, sed reprobatur 12. q. 8. non in ecclesia, sed secrete, & remote est legendus. Hu. Sicut aũt tangit gl. apocrypha ponũtur libri, qui dicuntur sapientiæ, & liber, qui dr̃ Iesu filij Syrach: qui dr̃ ecclesiasticus, & liber Iudith, & liber Thobiæ, & liber Machabeorum, qui tñ recipiuntur ab ecclesia, licet vt inquit. Hu. forte non generaliter. Et dicũtur apocrypha, quia istorum authores ignorantur. Pro intellectu huius in præcedẽti distinctione satis supra diximus, distinguendo de triplici modo dicendi apocryphum. Isti aũt dicũtur apocryphi, non quia dubitetur, qui sint eorum authores nec in canone sacræ scripturæ continentur. [Zepherinus autẽ Papa econtra.] Hic magister Gratianus inducit pro alia parte videlicet ꝙ canones apostolorũ sint recipiendi, & seruandi, & primo authoritate Papæ Zepherini. [Sexaginta, &c. sen
6 tentias.] i. canones Episcopis. ar. † quod tpe Apostolorum erant Episcopi, & tamen, vt in principio diximus, hoc, qđ hic dixit Zepherinus. nõ est cõtrariũ dicto B. Isidori. [Clementis librũ.] i. inducit ad idem hoc c. Leonis Papæ. 6. vbi canones apostolorũ, quo ad legẽ capitula dicit patrum institutione esse seruanda. [librum Clementis.] ab hæreticis compositus est, [Petri itinerariũ] itinerarium dictus est liber ille quia actus Petri, quos per orbem itinerando peregit, continet, vel quia agit de itinere. i. actione huius mũdi. i. nobis itinerantibus. i. peregrinãtibus, quid agere debeamus, ostendit Hu. [exceptis.] Exceptio est superficialis ad nomen tm̃, quia primo loquitur de canonibus Apostolorũ qui sub nomine Apostolorum cõpositi sunt ab hæreticis: sed in exceptione loquitur de canonibus verorum Apostolorũ. [orthodoxe.] i. recte, orthos rectum, doxa gloria inde dr̃ fides orthodoxa. i. canonica: recta: in qua recte gloriamur, per quam Deo placemus ad Hebre. 11. & per rectam fidẽ peruenimus ad gloriam visionis, quæ fidei succedit. 1. Cor. 2. videmus nunc per speculũ, tũc aũt facie ad faciẽ. [Placuit] inducit cõsequẽter testimoniũ sextę synodi, quę ait confirmata esse. 85. capitula canonum Apostolorũ. Sed hic surgit dubitatio, pp contrarietatem, quæ videtur esse in istis. c. in numero canonũ Apostolorv, Zepherinus dicit esse. 60. Leo papa dicit 50. capitula 6. synodus dicit ex. 85.
7 hic datur multiplex solutio. † Quidam dicũt, vt tangitur in gl. ꝙ sexta synodus fuit ante Zepherinũ, & ante Leonẽ, & primo obseruabantur 85. canones, prout dicit sexta synodus, sed postea in dissuetudinem abierunt 25. & remanserunt 60. vt dicit Zephirinus, procedente vero tempore. 10 ex illis perierunt, & remanserunt tm̃, quinquaginta vt dicit Leo. Sed ista solutio nõ põt stare, quia vt bene gl. Zepherinus præcessit sextam synodum. Nã sexta synodus fuit celebrata tempore Agaptionis Papæ vt infra e. distinct. ca. 6. qui longo tempore fuit post Zepherinum, vt patet ex chronicis, secũdum quas Zepherin⁹ natione Romanus fuit Anno domini 221. in papã sublimatus. Agapitus vero Papa fuit circa annos dñi 278. ¶ Secunda solutio est, q̃ habet gl. dicens, ꝙ non contradicunt, quia dicebat synodus. 85. capitula fuisse, Zepherinus vero nõ de capitulis, sed de sententijs. Põt autem esse, ꝙ in vno c. sunt plures sentẽtiæ, hæc gl. Sed ista solutio nulla est sed magis inuoluit, quam soluit, patet quia ꝯm ea plures deberent assignari sentẽtiæ per Zepherinum, quã assignẽtur capitula per sextam synodus, sed contrariũ est, ꝙ capitula dicuntur 85. sententiæ vero 60. vnde licet illa solutio valeret ad saluandum contrarietatem inter Zepherinum, & Leonem, non tamen inter Zepherinum, & sextam synodum. ¶ Tertia solutio est, quã ponit Arc. videlicet ꝙ 60. fuerunt canones verorum Apostolorum. Sed sexta synodus addidit 25. de canonibus psuedo Apostolorum. Sed ista solutio videtur non modo nulla sed etiã scãdalosa, cum imponat sanctæ vniuersali synodo sextę, ꝙ ad veros canones Apostolorum admiscuerit canones psuedo Apostolorum, ideo est alia solutio quarta, quæ est melior, quæ est Hu. ꝙ Orientalis ecclesia vtitur canonibus apostolorum, & etiam occidentalis, sed differũt tamẽ, quia occidentalis ecclesia vtitur canonibus in parte. oriẽtalis vero in totum, vel in maiorem partem, vt colligitur 31. §. sciendum. Sancta autem synodus, quæ facta fuit in orientali ecclesia loquitur de canonibus apostolorũ, secundum ꝙ illa ecclesia orientalis recepit, quæ forte recipit omnes, vel plures, quare Romana ecclesia, non recepit, nisi 60. vt dicit Zepherinus, postea 10. in dissuetudinem abierunt, & retẽta sunt quinquaginta, vt dicit Leo vel forte Leo, nõ dissentit, à Zepherino, quia quod Zepherinus dicit sñias, Leo dicit capitula in vno c. sicut dictum est, & sic possunt esse plures sententiæ. [Isidorus] Consequenter inducit ad idem Gratianus. c. hoc Isidori, in quo manifeste dicit canones Apostolorum per sanctos patres esse receptos pp eorũ autoritatẽ ceteris, quia licet Apostolis succedant epi in gradu ordinis, tamen quia apostoli à Christo electi, & cũ Christo conuersati, & Spiritu sancto repleti, & fundamenta ecclesiæ dicti, merito primi martires in fide constantia præcipue cæteris præferũtur, vnde eorum canones digne posterioribus supersunt in authoritate. [præpositus autẽ] arguit
8 † ꝙ qui sunt maioris authoritatis debent habere priorem locum vt d. 19. in canonis. Et hinc est ꝙ licet Nicænum cõcilium, vt supra diximus circa distinctionem præcedentẽ sit posterius tempore Anquiritano, tñ pp maiorem authoritatem præponitur vt infra. e. d. 6. [qm̃] reddit rationẽ qua
9 re canones Apostolorum cæteris canonibus conciliorum præponuntur, siue quare siut seruandi [Plures.] ar. † ꝙ illud quod approbatur à plurib⁹ est magis validum, & debet pponi his, quæ recipiuntur à paucioribus, de hoc d. 65. ca. 1. & de offi. dele. prudẽtiã. [primus ordo.]. f. in illo, q dr̃ liber cõciliorũ, qui ponit, est iste, qm̃ primo ponit sibi, qũo celebrent cõcilia, & postmodũ habentur, [Canones apostolorum, ac primorũ Apostolorum.] i. Apostolicorum, i. à sancto Clemente vsque ad sanctum Syluestrum, vsque ad cuius tempora oẽs fere Apostolici martyrio coronati sunt [breuiarium.] i. breuis summa, vbi breuiter conciliorum gesta, & summorum pontificum decreta continentur, [interpellatum est.] i. interpositum. [sequens ordinem suum] . i. illorum. s. decretorum, & conciliorum, quia eius concilii vel canonis. ca. 1. ibi ponitur. Primum fuit tempore vel authoritate, quasi dicat, in tractando Isidorus respõdit ordini temporum, & gestorum Hu. & Arc. [Item cum Adrianus.] verba sunt Gratiani, qui tam ex superioribus, quam ex receptione canonum Apostolorum, quam dicit esse facta in 6. synodo. Arguit, & concludit, ꝙ canones Apostolorum recipiendi sint: & non inter apocrypha computandi. [Sed dubitatur.] Sequitur secunda pars, in qua ponit dubitationem, an sexta synodus canones fecerit. Et diuidit hoc c. in tres partes. Primo ponit dubitationem, secundo soluẽdo inducit testimonium Petri Episcopi Nichomediæ, in tertia concludit, ꝙ sexta synodus in sua prima celebratione canones nõ fecerat, Secũda ibi. Habeo librũ, Tertia ibi, Ex his. ergo. Pro intellectu summario huius literæ, quæ licet de dubitatione ista, an sexta synodus fecerit canones, clara videatur solutio, excipi ex litera, & Gratiano, tñ gl. & Hugutio. & Arc. varie exponunt literam, & quandoque dicunt eam in aliquibus falsam. ¶ Est sciendum, ꝙ vera solutio huius quæstionis est, quam ponit Gratianus, videlicet, ꝙ sexta synodus in prima celebratione sua non fecerit canones. i. regulas, quæ respicerẽt ordinem videndi, aut agẽdorum. Pro quo notandum, ꝙ sicut accipitur hic ex litera,
10 & ex chronicis † sexta synodus bis dicitur fuisse celebrata. Et dicitur vna, & eadem propter identitatem conuenientium personarum semel. s. tempore Imperatoris Constantini huius nominis Imperii eius anno. 14 in qua congregati sunt patres cõtra quosdã, qui temere asserebant in Christo tantum vnam voluntatem, & vnam operationem, quorum errorem

a ¶ Apocryphus. Adde late Io. & Gui. & præpositũ me lio. hic.

Dubium. Prima solutio.

Zepherim⁹ quo tẽpore sedit. Quo gabi tns. Secũda solutio.

Tertia solutio.

Quarta solutio.

De Ancirano potius concilio, quã de Anquiretano intelligendũ est quũ in cõciliis nulla prorsus de eo habeatur mẽtio.

rum errorē condemnauerunt cum authoribus suis,& hoc per nouem capitula,de quibus fit mentio infra.e.d.6.synodus,& ita nullis alijs regulis diffinitis recesserunt,tandem post quatuor,vel quinque annos ijdem patres cōuenerūt sub Iustiniano huius nominis secundi memorati.i.Constantini filij.Et tunc canones promulgauerunt, sicut dicit Hug.Secundū hoc ergo legamus literam. Sed dubitatur actione synodi sextæ]dixit Hu.& gl.ꝙ ista litera sit falsa, quia,vt inquiunt,qualiter sexta synodus dubitaret de eo, ꝙ faceret. Dicunt ergo,ꝙ debet dici septima.Sed salua pace istorum.Litera est vera,& non litera eorum. Tum quia non est verū,ꝙ dicunt quod præsupponatur,ꝙ hæc dubitatio,an sexta synodus fecerit canones q fuerint apud eādē sextā synodum sed q̄ fuit apud alios.Tum secūdo.quia cum septima synodus fuerit post sextā, bene cētum.10.annis non est credendum, quòd tunc fuerit in ea soluta dubitatio illa de canonibus sextæ synodi.[Habeo librum.] secunda pars,verba sunt Petri Episcopi Nichomediæ ar.† ꝙ
11 creditur libris,[a] in quibus cōtinentur gesta antiqua ad idē extra de prob.cum causam,vbi nota de hac materia.Et nota extra de præscrip.ad audientiam in gl.Arc.[synodi sextæ.].s.in 6.celebratione.[quidā per ignorātiā.]vide,ꝙ dubitatio ista non ascribitur ipsi sextæ synodo,sed quibusdam alijs ignorantibus ea,quæ acta sunt in ea.[Sciāt]notificāt, qualiter bis dr̄ celebrata synodus,quod supra diximus, & & in prima celebratio anathematizauit,dicētes in Christo tm̄ vnā voluntatē,& vnū operationē, vt pote hæreticos,de quo nos infra dicemus.eod.distinct.in capitu.6. in 2. vero celebratione prædictos canones, de quibus dixerat in prin.c.[Habeo librū continentem canones sextæ synodi promulgauerint.]i.de nouo instituerūt.i.itē repetit,quasi eadem sexta synodus post promulgatam ab ea diffinitionē.s.condēnationis sentētiā contra monothelitas.i.contra ponentes vnam voluntatē tantum in Christo, & vnā operationē.† Monothelita dr̄ à monos qđ est vnū, & thele ꝙ
12 est volūtas[Constantino.]non fuit ille magnus Cōstātinus sub quo celebratū est concilium Nicænum,sed alius huius nominis quartus.[Iustiniano.]Non est qui Codicem fecit sed alius huius nominis secūdus filius prædicti Cōstātini eadē sancta synodus, dicitur eadē, quia iidem patres ibi conuenerunt,simile 7.q.1.denique &.ff.de iudi.proponebatur,ꝙ eadem sit causa appellationis à principali, cū idē sit negotium,& eædem personæ litigantes,ar.2.q.6. si qs in quacūque.[& canones promulgauit.]i.instituit,nō addidit,vt quidā exponunt.[ex his ergo]tertia pars.rectè cōcludit Gratianus,verum,ꝙ Hu. & Arc.dicunt,ꝙ nō dicat Gratianus hic verum,cū ait,ꝙ sexta synodus in 1.celebratione sui nullos canones constituit,quia vt aiunt,nouem cōstituit,vt.j.e.d.c.Sexta synodus. Sed salua pace istorū Gratianus verum dicit,& isti nihil probant per.c.6.synodus,quia in illo c.non habet,ꝙ sancta synodus sexta fecerit nouem canones,sed ꝙ fecerit nouem capitula.Capitula autem ista fuerunt.n.de diffinitione, siue sententia condemnationis hæreticorum,& non de aliquibus alijs canonibus,sicut dictum est,vn̄ si vidissent originalia, non ita loquuti fuissent.[Qm̄].Hic Gratianus,quod dixerat probat authoritate patrū,q in eadē sancta synodo secūdo cōgregati fuerant.[quinta sub Iustiniano]. s.huius nominis primo,qm̄ composuit Codicem, sub quo tempore Iulij papæ celebrata est quinta synodus.[Ex sexta sub Constātino Patricio de mysterio fidei plenissime sputantes, canones nō fecerūt, &c.]licet de mysterio fidei multa disputauerint,multos errores cōfutātes, & eorū authores anathematizantes,quæ per capitula ēt distribuerūt quia tm̄ regulas agendorū non dederunt,dicuntur non fecisse canones,& ita intelligenda est litera.Præterea multa dicunt hic Arc.& Hu.quæ non sunt ad propositum.Nolentes respōdere ad quæstionem motam per aliquos,qui male intelligunt literam præsentem,†videlicet qūo rectè di
13 catur sexta synodus cōgregata sub tpe Iustiniani,& 5.sub ipso Iustiniano,cum prius fuerit illa q̄ sub patre fuit, ꝙ ea q̄ sub filio celebrata est. Dicimus autem ea quæ respōdētes ad hoc dicūt nō esse ad propositū,quia quæstio illa p̄supponit falsitatē quādā, videlicet,ꝙ Iustinianus sub quo celebrata est quinta synodus sit ille,qui fuit filius Constātini,sub quo celebrata est primo sexta synodus,hoc est falsum est,qm̄ ille fuit Iustinianus primus,sub quo celebrata est quinta synodus,Iustinianus aūt sub quo repetita synodus sexta est huius nominis secūdus,vt superius diximus [Item placuit].Hoc pertinet ad confirmationem huius, quod dictum est,ꝙ canones Apostolorū sint recipiēdi,cū per sextā synodum,confirmata fuerint. [Item sequitur,ꝙ
14 in in eadē synodo confirmamus.]Ar.†ꝙ ad concilium vltime spectat confirmare tam alias synodos,quam opuscula sanctorum patrum.[Sancta 8.vniuersalia cōcilia.] istud c.colligitur ex libro diurno,qui sic dr̄:vt dicit Hu.& Arch. qa vna die factus est, vel qa vna die legi pōt,vel qa docet, quid vno die sit agēdū. Circa hoc.c. surgunt dubia,Primū est,vtrum rubricella,quam Gratianus ponit in hoc c.conueniat contentis in c.secundum est,vtrum stet cū professio ne Romani pontificis in hoc c.posita,quod dispenset, aut immutet in sacris octo concilijs constituta.

15 **Ad primum.** Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ rubricella huius c.quæ habet,ꝙ autoritate Romani Pontificis sancta octo cōcilia roborantur, non conueniat contentis in hoc.c.qm̄ nullus videtur autoritate sua confirmare legem ad cuius obseruantiā est ligatus,cum nemo dicatur à se cogi,sed Papa professione sua ligatur ad obseruantiā octo conciliorum vniuersaliū, vt ex præsenti c.colligitur.Ergo videtur,ꝙ illorū autoritas non pendet ab eo.¶ In oppositum est Gratianus in rub. huius c.¶ Respondendum,ꝙ rubricella illa bene cum professione Romani Pontificis stare videtur.Et ad rationem in oppositum respondetur dupliciter.Primo,ꝙ aliquis obligatur ad obseruantiam alicuius legis dupliciter. Vno modo vinculo honestatis.& hoc modo loquendo, maior est, falsa,quia princeps licet sua authoritate leges suas confirmet, de honestate tn̄ ligatur ad earum obseruantiam,iuxta. §.qcunque 9.d.item ex verbis Isidori iustum est principem legibus obtemperare suis,& in c.cum oēs,de con.ꝙ quisque iuris in alterum statuit,ipse debeat vti eo.¶ Secundo modo dr̄ aliquis ligari vinculo necessitatis,& hoc pōt esse dupliciter. Aut cōditione subdita,vt puta,quia subditus principis siue subditus in aliqua cōitate,aut voto proprij arbitrij,qui primo ligatur ad obseruantiā alicuius legis,nō pōt habere rationem autorizantis ipsam legem:& ita est vera maior rationis factæ. Qui vero secundo modo ligatur lege aliqua,vt puta iuramento ex propria voluntate facto, aut voto,non repugnat sua authoritate legem firmasse, sicut est de principibus, qui iurant obseruare leges, quas instituerūt,aut priuilegia,quę concesserunt aliquibus cōitatibus,& hoc modo maior prefatę rationis est falsa. ¶ Secundo modo r̄ndet negando minorē videlicet, ꝙ Romanus pontifex sua lege ligetur vinculo necessitatis ad obseruantiā oīum contentorū in octo conciliis vniuersalibus, sed tm̄,vt inquit Hug.in his quæ spectant ad articulos fidei & generalem statum ecclesiæ,& quæ sunt necessaria saluti.

16 **Ad secundum.** Sic proceditur.† Et videtur qđ nō stet cū professione Romani Pontificis,ꝙ Romanus Pōtifex posset dispēsare,aut immutare aliqd de vniuersalibus octo cōciliis, qm̄ professio,vt habet in litera habet,ꝙ vsque ad vnū apicem illa immutilata seruet.¶In oppositū est practica cotidiana,qm̄ Romanus Pōtifex, vtpote legū ecclesiasticarum princeps dispēsat in eis,& pro tpe,& loco mutat.¶Respon.dicendum, ꝙ cū professione Romani Pontificis stat,ꝙ possit dispensare in canonibus cōciliorum,& aliquid ēt de eis mutare,dum tn̄ non tāgat,ea quæ spectant ad articulos fidei,& generalē statum ecclesiæ,& ad ea, quę necessaria sunt saluti animarum,quę conclusio cum pateat ex his,quę plene diximus circa supra d.precedenti c.non est necesse alia persuadere.

Sancta octo. Dicit hic Hug. & sequitur eum Ar.ꝙ ista concilia dicūtur quatuor,& dicunt octo,quatuor,quia in quatuor locis sunt celebrata, vt d.16.sicut octo, quia octies sunt celebrata,vt hic. Sed istud videtur nobis non bene dictum.Tum male primo, à numero locorū,vel vnitate loci capitur vnitas,vel numerus conciliorum, vel rerum gestarum in locis.Hoc ēt modo omnia concilia celebrata Romę,quæ sunt plura,quam 40.dicerentur vnum concilium,& concilia celebrata Toleti,quæ sunt bene 15. dicerentur vnum.Et sic de multis aliis,quod tn̄ non dr̄. Tū secundo quia falsum est,ꝙ in c.sicut,octo concilia sunt vocata 4. qm̄ ibi Gregorius non loquitur nisi de conciliis,q̄ præcesserunt,eum,q̄ non fuerunt,nisi quinque,vt patet ex chronicis.s.Nicenum, Constantinopolitanum: Ephesinū

Primum

[a] Libris ... Guid. ... & per Holin ca. ... eum cau... de p... Bern. ...po in ... olim ... confi... de hæ ... c. fraternitatis

Primū ar.

Opponit & Respō.

Primū ar.

Opponit contrariū. Respōdet.

primum, & Calcedonen. quæ principaliora cæteris dicit, & post nominat. Quintum. s. etiam Constantinopolitanum. Cũ autem constet, quod loquitur de concilijs futuris post eum, manifestum est, quod falsum est, ꝙ in illis quatuor intelligeret octo concilia vltima, cum tunc nondum vniuersalia tot fuissent celebrata.

1 *Sententia, si data non fuerit in loco competenti, potest retractari.*
3 *Voluntates plures sunt in christo, scilicet diuina, & humana, & num. 4.*
6 *Operationes duę sunt in christo.*
7 *Ignorare non licet ea, quæ publice fiunt.*

Cõtinuatio



Sexta synodus. Sequitur. 4. pars huius distinct. In qua agitur de temporibus sex vniuersalium conciliorũ quæ præcesserũt tps Bedæ, cuius est hoc. c. li. de tpibus [.6. tẽporibus Agathonis [Papæ] q sedit anno domini. 678. [Principe Constantino] huius nominis. 4. intra palatiũ suum in secretario palatij sui. ꝙ dicitur Crulus, quia, vt videtur, tunc erant ecclesiæ paruæ, & non in eo statu, in quo tũc factum est hoc concilium in Palatio Imperatoris, de consensu patrum, quia alias nunquam deberent talia ecclesiastica tractari, nisi in ecclesia, vt. 2. q. 2. præceptum, &. 23. q. 8. cõuenior, vnde reprehenditur Cantuarië. quia talia tractabat in Aula Regis. vt extra de appel. qua fronte. † vnde snĩa si data non fuerit in loco competenti, potest
1 retractari. vt. C. de senten. & interlocu. cum sentẽtiã. [Simulque legatis Apostolicæ sedis.] qui fuerunt. Io. portuensis episcopus, & Io. diaconus cardinalis, & Gregorius patriarcha cõstantinopolitanus: & Theodorus, & Gregorius, presbyteri venerabiles. [150. Episcopis residẽtibus.] licet enim nonnullæ chronicæ scribant. 289. [Prima vniuersalis synodus Iulii] hoc non potest esse, quia Iulius fuit tertius à beato. Syluestro, & successit Marco, à quo capitula Nicænæ synodi petijt Athanasius Alexandrinus vt. j. e. di. septuaginta: ergo ante Iulium fuit celebrata synodus Nicæna. Credo ergo, quod falsa sit litera ista, in qua nominatur Iulius, sed debet solum dici, Syluestri temporibus, vt. j. e. c. [Prima autem] ista plane superius in c. canones. di. 15. & c. sancta Romana ecclesia, sunt explanata, & disputatæ sunt diffinitiones factæ quinque conciliorum. s. Niceni, Constãtinopolitani, Ephesini primi, & Calcedonen. & etiam Constantinopolitani. Nunc restat circa sextam synodum aliqua notare. [Sexta.] Circa hanc synodũ, pro intelligentia eorum, quæ in ea diffinita sunt contra præfatos hæreticos contra Macharium Antiochenum episcopum, & socios eius, qui vnam voluntatem & vnam operationem, &c. obseruando ordinem seruatum circa alia concilia
2 veniunt quærenda duo.

¶ Primum est, vtrum Macharius antiochenus patriarcha cũ socijs suis iuste fuerit condemnatus, qui in Christo asseruit
5 vnam tantum voluntatem.

¶ Secundum est, vtrum idem Macharius fuerit iuste cõdem
2 natus, quia posuit in Christo vnam tantum operationem.

Primũ ar. Ad primum. sic proceditur, † Et videtur, quod in Christo vna tantum sit voluntas. Et per consequens Macharius hoc dicẽs verum dicat, & iniuste fuerit condemnatus. Primò sic, voluntas est primum mouens, & imperans in quocunq; volente. Sed in Christo primum mouens, & imperans fuit voluntas diuina, qua omnia humana in Christo mouebantur secundum voluntatem diuinam: ergo
Secundũ ar videtur, quod in Christo non fuerit nisi vna voluntas, scilicet diuina. ¶ Secundò sic, instrumentum non mouetur propria voluntate, sed volũtate mouẽtis, sed natura humana in Christo fuit instrumentum diuinitatis, vt dicit Damascenus: ergo
Tertiũ ar. humana natura in Christo non mouebatur propria volũtate, sed diuina. ¶ Tertiò sic, velle, cùm sit agere, personæ est, sed
Opponit i contrariũ. in Christo est tantum vna persona: ergo tantum erit vna voluntas, scilicet diuina. ¶ In oppositum arguitur ex litera præsenti. secundo ex illo Ioann. 6. Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me: ergo alia est voluntas ipsius Christi, & alia ipsius mittentis. Sed voluntas Christi secundum diuinitatem est eadem cum voluntate mittentis: ergo necesse est, quod Christus habuit voluntatem secun
Respõdet. dum humanitatem, & secundum diuinitatem: ergo habuit plures voluntates. ¶ Respond. Dicendum, quod, vt tangit sanctus Thom. in tertia parte, quidam posuerunt in Christo vnam solam voluntatem. Sed ad ponedũ diuersimode moti esse videntur. Appollinaris ènim non posuit naturam intellectualẽ in christo, sed ꝙ verbum esset loco animæ, vel etiam loco intellectus, vnde cum voluntas sit in ratione, vt Philosophus dicit in tertio de anima, sequitur, quod in christo non esset voluntas humana, & ita in eo non esset nisi vna volũtas & similiter Eutyces, & oẽs, qui posuerunt vnã naturã compositam in christo cogebantur ponere vnam voluntatem in eo. Nestorius etiam, qui posuit vnionem dei, & hominis esse factam solum secundum affectum, & voluntatem vnam tantũ voluntatem ponebant in christo. Postmodum vero Macharius Anthiochenus patriarcha de quo in pręsenti. cap. Et Ciprus Alexandrinus: & Sergius Constantinopolitanus, & quidam eorum sequaces posuerunt in Christo vnam voluntatem, quamuis ponerent duas naturas in christo secundum hypostalim vnitas, quia opinabantur, quod humana natura in christo nunquam mouebatur proprio motu, sed solum secundum quod erat mota à Deitate, vt patet in epistola Synodica Agathonis papæ. Et ideo in sexta synodo, vt tangitur hic in litera pręsenti, determinatũ est oportere dici, quod in Christo sint duæ voluntates, vnde pro respõsione ad quæstionem ponuntur duæ conclusiones. Prima quod in christo sint plu-
3 res voluntates. s. diuina, & humana. Ista conclusio probatur sic: primo ex illo quod dicitur Lucæ. 22. Pater si vis transfer à me calicẽ istum, veruntamen nõ mea volũtas, sed tua fiat: ergo in Christo præter voluntatem diuinam erat humana, quam susceperat: ratione sic. Ad perfectionem humanę naturę pertinet voluntas, quæ est naturalis eius potentia & intellectus. Sed Christus assumpsit humanam naturam perfectã, ergo assumpsit cũ ea intellectũ, & volũtatẽ. ¶ Secũdo sic. Sicut se habet volũtas ad vnitatẽ naturæ, ita se habet pluralitas ad pluralitatẽ, sed in tribus personis est vna volũtas, quia vna est natura. ergo in Christo sunt plures volũtates, quia in eo sunt plures naturæ, q̃uis sit vna psona. ¶ Tertio sic, Christus meruit, sed meritum non est nisi secũdum voluntatem creatam, Christus etiam oĩa creauit, sed creatio nõ est, nisi à volũtate increata, ergo Christus habuit volũtatẽ creatã & increa- Prima cõclusio.
tam, ergo habuit plures voluntates. ¶ Secunda conclusio est in
4 Christo non solum fuit voluntas rationis, sed etiam voluntas sensibilitatis, patet ista conclusio ex præcedenti sic: filius assumpsit humanam naturam cum omnibus, quæ pertinent ad perfectionem ipsius naturæ, sed sicut de persona humanę naturæ inquantum homo est, est voluntas rationis, ita de perfectione eius, inquantum homo est aĩal appetitus significat; ergo oportet appetitum sensibilem ponere in homine Christo, sed iste appetitus in alijs animalibus non habet rationem voluntatis, quia agunt instinctu naturæ potius, quam agant, vt dicit Damascenus. Et ideo non habent liberum motum, quod voluntas, requirit, tamen in homine potest dici etiam voluntas sensibilis, inquantum est obediens rationi, vt dicitur primo ethicorum. Et ideo participat aliqualiter libertatem voluntatis, sicut & rectitudinem rationis, vt possit dici voluntas, participatur, sicut & dicatur ratio per participationem, & ita quantum ad humanam naturam dicimus in Christo duas volũtates. s. sensualitatis, & rationis. Ex quibus conclusionibus sequitur correlariè, quod iustissime per sanctam sextam synodum condemnatus est Macharius cum sociis suis asserens stulta præsumptione in Christo tantum vnã esse voluntatem. ¶ Vnde dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiã, quoniam licet quicquid fuerit in humana natura in christo moueretur motu diuinę voluntatis, non tamen sequitur, quod in christo non fuerit motus voluntatis proprius humanæ naturæ, quia etiam aliorum sanctorum piæ voluntates mouentur secundum voluntatem diuinam, quæ operatur in eis & velle, & perficere, vt dicitur ad Phili. secundo. ¶ Ad secundam respondetur, quod licet verum sit, quod proprium sit instrumenti, quod moueatur à principali agente, hoc tamen est secundum proprietatem naturæ ipsius instrumenti, Nam instrumentum inanimatum, sicut securis, aut serra mouetur ab artifice secundum motum solum corporalem, instrumentum vero animatum anima sensibili mouetur per appetitum sensitiuum, sicut equus à sessore, instrumentum vero animatum anima rationali mouetur per voluntatem eius, sicut per imperium domini mouetur seruus ad aliquid agendum, qui quidem seruus est, sicut instrumentum animatum, vt philosophus dicit, primo politico. sic ergo natura in

Seda conclusio.

Ad primũ argu.

Ad secũm

tura in Christo fuit instrumẽtum diuinitatis, vt moueretur tamen per propriam voluntatem. ¶ Ad tertiam respõdetur, (Ad tertiū.) negando consequentiam, licet enim velle sit personale, hoc tamen est per potentiam naturalem, quæ est principiũ illius actus. Et ideo, quia in Christo sunt duæ naturæ, sunt per consequens duæ voluntates. Est tamen vnus volens propter vnitatem personæ, & hoc sufficit.

5 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ in Christo tãtum sit vna operatio, & per consequens Macharius ita asserens ex hac parte iniuste dicitur condemnatus. Primo sic, Dionysius. n. secundo (Primũ ar.) de di. no. actionem Christi vocat theandricam. i. Dei virilẽ: hic autem non diuersas actiones, sed vnam significat: ergo in Christo est tantũ vna actio diuinitatis, & humanitatis. ¶ Secundò sic, actiones sunt suppositorum ꝑm philosophũ, sed (Secundũ ar) in Christo est tantum vnum suppositum: ergo tantum vna operatio. ¶ Tertiò sic, sicuti esse est hypostasis subsistens, ita (Tertiũ ar.) etiam, & operatio. sed propter vnitatẽ hypostasis est in Christo vnum esse: ergo per eandem vnitatem est in Christo vna actio. ¶ In oppositum est litera præsentis. c. Secundò sic, sicut se habet vnitas actionis ad vnitatẽ naturæ, ita pluralitas (Opponit i contrariũ) ad pluralitatem. Sed in diuinis personis propter vnitatem naturæ est vna actio: ergo & in persona Christi propter diuersitatem naturarum est diuersa actio. ¶ Respon. dicẽdum, ꝙ (Respõdet.) quidam negauerunt in christo duas esse actiones vt dicitur in hoc. c. Verum ad hoc ponendum diuersi diuersis rationibus sunt moti. Quidam enim Euthiciani dicebẽt in Christo vnam tantum naturam esse compositam ex diuina, & humana. Et ideo etiam sequebatur quod christus etiam haberet vnam tantum actionem compositam, sed ex hoc sequitur, ꝙ actio sua nec fuerit humana, nec diuina, quia nec nobis, nec patri conformis. Et ita frustratur opus redemptionis, ad quod exigitur diuina actio, & humana, vnde hoc est hæreticum, sicut & primum, videlicet ꝙ id christo sit vna natura tantum. Alij vero negauerunt duas actiones in christo, dicẽtes, in comparatione ad diuinam, & humanam operationẽ non esse dicendum actionem, sed potius passionem, quã repellit Damascenus in. 3. lib. quia si propterea humana operatio non est dicenda actio, quia diuina est actio. Eadem ratione, qa natura diuina est bona, humana nõ esset bona, ꝙ est absurdũ. Nõ. n. oportet, ꝙ si diuina natura excedit humanã in bonitate, ꝙ pp hoc hmana sit mala, aut nõ bona. Alij vero videtes, ꝙ actio dependet à natura, quæ est principiũ actionis, & à persona, quæ agit, voluerũt non esse dicendũ in christo vnam esse actionem, ne vnitatem naturæ ponere videamus Similiter nec plures, ne ponere videamur personarum pluralitatem, sed ex hoc sequitur (vt dicit Damascenus) ꝙ christus non sit, nec vnius, nec duarum naturarum, quod est ab-

6 surdum, vnde contra omnes ponenda est ista conclusio. † ꝙ simpliciter esse in christo oportet concedere duas naturales (Conclusio) operationes. Quæ conclusio probatur sic, primo diffinitione huius sextæ synodi, quę ait sic duas naturales operationes indiuisæ inconuertibiliter, inconfuse, inseparabiliter in eodem domino Iesu Christo, vero domino nostro, glorificamus, hoc est diuinam operationem, & humanam operationem. Itẽ ad idem Damascenus dicit in li. 3. duas actiones dicimus in domino Iesu Christo, habet enim, vt patri consubstantialis, diuinam actionem, & vt homo factus humanæ naturæ actionem, ratione sic. Operatio sequitur virtutem, virtus autem essentiũ, quę est natura rei. vbi ergo sunt duæ naturæ, sunt duę virtutes, & per consequens duæ operationes. Et per consequens in christo non est tantum vna operatio, sicut dicebant præfati hæretici: sed duæ. Ex qua conclusione patet correlarie, quod iustissime condemnatus est Macharius cum conplicibus suis dicens, & asserens in Christo tantum vnam actionem. ¶ Vnde dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur. Quod actionem Christi di- (Ad primũ argu.) cit Dionysius virilẽ, non quia sit simpliciter vna actio diuinitatis, & humanitatis in christo, sed quia actiones duarum naturarum, quantum ad tria vniuntur. Primo quantum an ipsum suppositum, agẽs actionem diuinam, & humanam, qđ est vnam. Secundo, quantum ad vnum effectum, qui dicitur opus operatum, vel apotelesma, secundum Damasce. sicut mundatio leprosi. Tertio quantum ad hoc, quod humana actio ipsius Christi participabat aliquid de perfectione diuina sicut intellectus eius, alijs eminentius intelligebat ex virtute diuini intellectus sibi in persona coniuncti, quamuis diuina actio in nullo infirmaretur ex consortio humanæ. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, quia licet (Ad secũ.) agere sic supponi, nihilominus natura est principium agẽdi, vnde propter diuersa principia agendi idem suppositum habet diuersas actiones, sicut in homine propter diuersitatem potentiarum est diuersitas actionum, & in Christo cum sint duæ naturæ necessario erunt duæ naturales actiones. ¶ Ad (Ad tertiũ) tertiam respondetur, negando cõsequentiam, & ratio est iuxta sanctum Thom. in tertia parte, quia licet esse, & operatio sit personæ, aliter tamen, & aliter. Nam esse pertinet ad ipsam constitutionem personæ, & sic quantum ad hoc se habet in ratione termini. Et ideo vnitas personalis requirit vnitatem ipsius esse completi, & personalis, sed operatio est quidem effectus personæ secundum aliquam naturam, vel formã, vnde pluralitas operationum non præiudicat vnitati personali, & hęc sint dicta de diffinitione facta in sexta synodo. Sequitur in litera. [Nouem capitula] non autem canones, quia con- (Exponit literam.) tradiceret superioribus. c. vbi ostensum est, ꝙ synodus sexta in prima sui celebratione non posuit cenones, sed ista sunt capitula, quæ continent diffinitiones fidei, & sententiam condemnationis hæreticorum. [Prima annotatio.] Sequitur. 5. pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus inducit Bedam loquentem de concilijs prouincialibus, & vocat ea annotationes, vt dicit Hu. quia quæ in synodis statuebantur per capitula annotabantur. Omnia sunt plana. [Sed] sequitur sexta pars, in qua mouet quæstionem de numero canonũ, qui facti sunt in Nicæna synodo. Et potest diuidi in duas partes. In prima mouet dubitationem. In secunda respondet, secunda ibi, in. §. his autem respondetur. [Septuaginta capitula. i. decreta omnium episcoporum ibi conuenientinm [à Græcis græca] non refert, in qua lingua editi fuerunt, quia nõ refert, quibus verbis te obliges, vbi iura sunt. ff. de ver. obli. l. 1. in fine, [Apocrisarijs.] i. legatis, apos grece, ꝙ est legatus Lati. & cres. aurũ, quasi legati deaurati, vel Imperatores, & Apostolici, vel Apocrisarij. i. secretarij, qui in secreto nouerunt, & fert. Hugu. [Lex discipulorum] contra. ȷ. dist. 21. in nouo, & . 68. d. Cor episcopi enim dicitur, quod fuerunt. 72. Respõ. secundum Hu. quod minor numerus, qui est. 70. non excludit maiorem, qui est. 72. Ar. 10. q. 1. hanc, sic no. s. 15. dist. c. 1. ver. horum [his ita] secunda pars. [20. tantum in Romana.] de his loquitur Beda. s. e. di. 6. sed in præmisso. c. loquit. Athanasius, & de istis & de alijs. [Quod dicitis.] Sequitur. 7. pars, vbi de approbatione concilij. Sardicẽ. specialiter agit, quia de illo erat controuersia, quia ecclesia constantinopolitana recipere renuebat, quibus Stephanus Papa scribens ait, ꝙ, &c. [facultas credendi.] hoc potius refertur ad primum membrum. s. habere, quod vero sequitur potius refertur ad secũ-

7 dum. s. recipere. Hu. pœnes vos. ar. † quod non licet ignorare ea, quæ publicè fiunt, nec prætextu ignorantiæ, quisquam in talibus excusatur. ar. 8. q. 1. licet. & . 11. q. 3. curæ. & . 12. q. 2. qui & humanis. Hu. Hic quærit Arch. quando constitutio principis incipit arctare. Sed de hac materia nos circa. c. leges instituuntur. dist. 4. aliqua annotauimus.

¶ *Distinctio Decima septima.*

2 *Concilium vniuersale distinguitur tripliciter.*
4 *Concilium prouinciale qu aliter diuidatur.*
5 *Concilium Episcopale quod dicatur.*
7 *Episcopi licet aliquando legantur congregati iussu Imperatoris, vel principis, non propterea dicuntur concilia vniuersalia.*
8 *Papa si fuerit suspectus de hæresi qualiter posit contra eum procedi.*
Et quid si infra terminum se non purgauerit. nu. 10.
Et quid si noluerit. nu. 11.
9 *Ecclesia seipsam congregat autoritate iuris Papa renuente.*
11 *Vox quorum sit prior in conciliis vniuersalibus. & nu. 14.*
15 *Episcopi sunt qui habent principaliter curam populi.*



Eneralia quoque &c. Hic inci- (Cõtinuatio) pit distinctio. 17. in qua postquã superius magister Gratianus per duas distinctiones præcedentes scilicet. decima quinta & 16. ostendit quo tempore, & sub quibu patribus celebrata sunt generalia concilia, & qua eorum autoritate cæteris præemineant. Nunc ostendit

Diuisio.

ostendit penes quem resideat autoaitas, eadem concilia congregandi. Et diuiditur hæc distinctio in duas partes in generali. In prima ostēdit per sex.c. ꝙ Romani pontificis autoritate sunt congreganda concilia generalia, ita ꝙ nullum eorum ratum sit habendum, quod Apostolica autoritate fultum nō fuerit. In secunda parte ostendit, quem ordinem sint habituri Episcopi in concilio generali conuenientes, secunda ibi. Episcopos secundum ordinationis, &c. ¶ Pro pleniori intelligen. primæ partis, & eorum, quæ tanguntur in glo. quęruntur. 5.

1 ¶ Primum est, vtrum conueniens sit diffinitio concilij generalis, quæ datur in gloss. cum dicitur concilium vniuersale est, quod à Papa, vel eius Legato cum omnibus episcopis statuitur.

3 ¶ Secundū est, vtrum conueniens sit diuisio cōciliorum, quæ ponitur in glo. vbi dicitur, conciliorum quædam sunt vniuersaliter, quædam particularia, siue prouincialia, quędam episcopalia.

6 ¶ Tertium est, vtrum absque Romani pontificis autoritate posset vniuersale concilium congregari.

12 ¶ Quartum est vtrum soli pręlati maiores, puta Episcopi & supra pertineant ad corpus vniuersalis concilij, ita vt soli illi ad illud sint necessario vocandi.

16 ¶ Quintum est, vtrum ad esse vniuersalis concilij requiratur præsentia Romani pontificis.

1 Ad primum. sic proceditur. †Et videtur, ꝙ diffinitio illa posita in gl. qua dicitur, vniuersale concilium est, ꝙ à Papa, vel eius Legato cum omnibus Episcopis constituitur, sit bene assignata. primo sic autoritate gl. quæ ita dicit, &c. ¶ In oppositum est, ꝙ vniuersalia octo concilia superius nominata sunt vniuersalia concilia, & nihilominus non interfuerunt in eis oēs Epi. orbis: ergo &c.

Arguit & opponit.

Respōdet.

¶ Respon. dicendū, ꝙ apud diuersos loquentes de concilijs vniuersalibus, varias legimus diffinitiones concilij vniuersalis. Quidam. n. vt gl. diffiniunt sic. Conciliū vniuersale est, ꝙ à Papa, vel eius Legato cū oībus Episcopis constituitur: sed hæc diffinitio non videtur bona, qm̄ ꝑm eam, sicut argutum est octo concilia, de quibus in distinctione præcedenti non fuissent vniuersalia, cum nō cum oībus Episcopis celebrata fuerint, vt patet, vnde primū habuit solum. 318. ꝑm tm̄. 150. & sic de alijs. Alij, vt Hug. diffiniunt sic. Concilium vniuersale est, ꝙ à Papa, vel eius Legato cum diuersarum prouinciarū Episcopis celebratur, hæc diffinitio, licet videtur magis moderata, quā prima, nihilominus vsquequaq; non videtur conueniens, qm̄ etiam conciliū à Papa, vel eius legato cū episcopo vnius prouinciæ celebratum posset dici vniuersale, cū vniuersali potestate. s. Papæ celebretur, & de reb. diffiniat, quæ vniuersalē ecclesiā respiciunt, quod sic aperte colligi pōt ex multis conciliis Romæ celebratis à summis pontificibus, in quibus non videntur interfuisse, nisi Episcopi italiæ. Itē hoc habetur ex cōcilio illo Apostolorū, ꝙ congregatū fuit super quæstione de cessatione legalium, vbi Act. Apost. 15. cū apostolis seniores tm̄ prouincię Iudęæ dicuntur conuenisse. Alij diffiniunt concilium sic. Concilium est societas fidelium in vnum propositum. & propter vnā cōem intentionē congregatorum. Sed ista diffinitio est valde insufficiens, qa ista diffinitio non plus conuenit congregationi fidelium ecclesiasticorum, quā congregationi fideliū laicorū, qui etiam in vnū propositū, & pp vnam communē intentionem possunt congregari, sicut sunt parlamenta dominorū. Alij diffiniunt vniuersale concilium sic. Conciliū vniuersale est congregatio legitima autoritate facta ad aliquē locū, ex oīm statu Hierarchico totius ecclesiæ catholicæ: &c. Sed ista diffinitio nō videtur esse conueniens, quia non videtur requiri ad esse concilij vniuersalis, ꝙ ad illud ex omnium statu hierarchico prælati vocentur, sed tm̄ prælati maiores, sicut aperte colligitur ex superioribus tam di. 15. quam. 16. vbi cum de concilijs, vniuersalibus fit sermo tm̄ Episcoporum dicuntur esse concilia. Et nos. j. in ista distinctione circa articulū quartū hoc plene ostendemus, videtur aūt nobis, ꝙ conciliū vl̄e catholicæ ecclesiæ possit sic conuenientius describi. Conciliū vniuersale a est congregaaio prælatorum maiorū ecclesiæ autoritate Romani Pontificis speciali conuocata ad aliquid cōi intentione solēniter tractēdū in religione Christiana. Papa in cōcilio præsidente, vel aliquo loco sui. Ista descriptio videtur cōueniens cū contineat ea, quæ regulariter ad esse vniuersalis concilij faciant, & ea, per quæ congregatio vniuersalis concilij à quacūque alia quorumcunq; fideliū cōgregatione distinguitur. Tāgitur aūt in primis materia, ex qua principaliter corpus vniuersalis concilij consurgit, & constituitur, cum dr̄, congregatio prælatorum maiorum ecclesię, cuius sunt Episcopi, & alij superius ascendendo, qm̄, vt infra ostendemus plenius, soli tales de per se pertinent ad corpus vniuersalis concilij, per hoc etiam, ꝙ cōciliū dr̄ congregatio prælatorum ecclesiæ: distinguitur à cōgregatione principū, siue cōitatū secularisi etiam fideliū. ¶ Secundo tangitur prædicta descriptione causa efficiens autorizans conciliū, cum dr̄, autoritate papæ speciali cōuocata. Ita quidem apud Apostolicam sedem regulariter possidet autoritas conuocandorum vniuersalium conciliorum, vt nullæ prælatorum congregatio, quantūcunq; magna, quę non fuerit Apostolicæ sedis autoritate conuocata, siue fulta, nomen vniuersalis concilij mereatur habere, vt bea. Marcellus dicit in præsenti dist. in. ca. 1. vbi glo. ar. ꝙ talis congregatio Episcoporum non dr̄ synodus. Dicitur autem speciali autoritate, ad differentiam aliorum particularium, siue prouincialium, quæ de licētia generali, & dispositione iuris, siue alia licentia speciali celebrantur certis temporibus designatis, vt sequenti distinctione per totum, &c. ¶ Tertio tangitur causa formalis concilij vniuersalis, cū dicitur, communi intentione, qm̄ vt beatus Isidorus inquit, in. c. canones, dist. 15. Qui sibi dissentiunt non agunt concilium. ¶ Quarto tangitur in ꝓdicta diffinitione causa finalis vniuersalis concilij, cum dr̄ ad aliquid tractandū in religione christiana, quia. s. sit vtile, & salutare toti vniuersali ecclesię, vt puta quo ad fidei illuminationem, ad componendos mores, ad augmentum religionis christianæ ad decorē, & incremētum diuini cultus, & pacem populi christiani ꝑtineat. ¶ Quinto tangitur ritus, cæremonialis, qui obseruatur in celebratione conciliorum canonum diffinitionibus, cum dicitur Solemniter. Per quod distinguitur congregatio concilij vniuersalis à congregatione cōsistoriali, siue à congregationibus prælatorum, quas quandoque. Romanus pontifex facit in curia arduis occurrentibus, sine cærimoniarum ritu, atque solemnitate in celebratione vniuersalium conciliorum solita obseruari. ¶ Sexto tangitur director, & gubernator concilij, cum subditur Papa in concilio &c. Necesse quidē est vt multitudo congregata ad aliquid agendum, habeat aliquem directorem, & ducem, & per hanc particulam distinguitur vniuersè concilium à congregationibus ꝑlatorum accephal. quæ sine capite præsidente vltimo cōgregant. ¶ Itē distinguitur per hoc, à congregationibus ꝑlatorū, in quibus pręsident, aut Patriarchæ, aut primates aut metropolitani, siue Episcopi. qui nō specialiter destinati sunt ad præsidendum loco Papæ: sed præsident iure legationis, vel Papæ dignitatis, vt notatur in princi. huius dist. in summa.

2 Præterea est notandum pro pleniori notitia eorum, quę dicūtur de concilio vniuersali. †Quod concilium vniuersale inuenitur quandoque distingui dupliciter, secundum quod ratio vniuersalitatis potest dupliciter accipi. s. ex parte conuocandorum, siue conuenientium ad concilium, & sic vniuersale, concilium nominatur plenarium, quod iuxta beatum Augustinum lib. de vnico baptismo dicitur, quod celebratur cōuocatis Episcopis de vniuerso orbe christiano. Et de taliter dicto concilio vniuersali videtur intelligenda diffinitio concilij vniuersalis, quę tangitur in glo. huius. c cum dr̄. Conciliū vniuersale est, quod à Papa, vel eius Legato cum omnibus episcopis. i. cum episcopis de toto orbe vniuerso christiano congregatis, constituitur, & loquendo hoc modo de vniuersali concilio, plenitudo illius dicebatur consurgere ex quinque sedibus patriarchalibus, videlicet Roma, Constantinopolitana Alexandria. Hierosoli. Anthiochena, quando omnes illi fidei lumine illustrabantur, vnde in noua actione octaui concilij legitur, ꝙ patres eiusdem concilij in receptione vicarij patriarchæ Alexandrini qui vltimo venit, dixerūt. glorificamus Deum vniuersorum, qui quod deerat vniuersali synodo suppleuit, & nunc eam perfectionem demonstrauit, hæc illi. Alio modo ratio vniuersalitatis in concilio accipitur, nō ex parte conuocandorum, sed ex parte autoritatis conuocātis, & præsidentis, quę tanta est, vt siue plures conuocet, siue paucos, legem potest ponere toti fideli vniuersalitati. Et hoc modo concilium vniuersale dicitur quod Papa (qui est princeps, & rector totius vniuersalis ecclesiæ) per se, aut legatum suum pro rebus totam ecclesiam concernentibus, conuocatis prælat. à ecclesiæ, & si non omnibus, quia hoc semper non bene possibile est, nec etiam necessarium, vt infra declarabitur, celebrat. Et per hæc patet responsio ad rationem in oppositum, quoniam sicut supra diximus,

Ad argu.

Diffinitio cōcilij vniuersalis

a ¶ Cōciliū vniuersale Adde per. de an. in preallega. c. graue de præben.

vel illa diffinitio non est usquequaque conueniens, si de esse concilij vniuersalis intelligat, esse presentiam omnium episcoporum orbis, quoniã hoc est manifeste falsum, sicut argutum est, vel secundo respondetur, ꝙ diffinitio sic debeat acceptari, debet de concilio primo mõ dicto vniuersali intelligi, & exponenda est tunc vniuersalitas prima episcoporum non pro singulis omnibus Episcopis sed pro Episcopis singularum prouinciarum totius orbis christiani, in quibus omnes alij repraesentatiuè dicuntur conuenire apud logicos ex ponitu illa. Omne animal fuit in arca Noe.

3 **Ad secundum.** proceditur sic. † Et videtur, quod diuisio conciliorum posita in litera, quę est, ꝙ quaedam sunt vniuersalia, quaedam prouincialia quaedam Episcopalia, non sit conueniens, qm̃ gl. in c. conuenientibus. 1. quaest. 7. concilia reducuntur ad duo genera tantũ videlicet ꝙ quaedã synodi sunt vniuersales, quibus interest, Papa, vel eius legatus. Aliae sunt locales, quas congregans primates, vel metropolitani absque praesentia Papę, vel eius legati, vel ergo diuisio ista est diminuta, & insufficiẽs, vel prima. ¶ In oppositum est, quia illa est communis diffinitio conciliorum assignata à doctoribus. ¶ Respon. dicendũ, ꝙ diuisio illa conciliorũ assignata in litera praesentis. c. est conueniens, & sufficiens. Patet qm̃ tres cõmuniter, differẽtias inuenimus assignatas apud doctores conciliorũ ecclesiasticorum, quorum forma, & exemplum praecessit in concilijs per Apostolos celebratis. s. Vniuersale. Generale. Prouĩciale, & Episcopale. Generale siue vniuersale quidẽ concilium, quid dicatur iam explanauimus in superiori articulo, forma huius cõcilij vniuersalis praecessisse videtur aliquo modo in concilio primo ab Apostolis celebrato. i. quod beatus Petrus vniuersali ecclesiae Pontifex oĩbus Apostolis congregatis celebrauit. † Conciliũ vero prouinciale, vt in. §. porro. dist. 3. subdiuiditur, qm̃ aliud est prouinciae secretę, siue delegatae Legato à latere Papae siue alteri ad haec misso, quod ipse iure legationis suae aut, specialis cõmissionis celebrat cum primatibus, & metropolitanis, ac episcopis, & clericis etiam exẽptis prouinciae suae: Prouinciarũ infra suae legationis terminos contentorũ, iuxta ea, quae le. & no. de offi. dele. c. vltimo. & eo. ti. c. 2. li. 6. Aliud dicitur concilium Prouinciale. s. cui pręest Patriarcha, vel legatus seu primas, aut metropolitanus, qui tale debet celebrare conciliũ cũ episcopis sibi subiectis, abbatibus, & clericis, suae prouinciae non exẽptis, vt in. c. 1. de offi. dele. cum no. ibidẽ, vnde de hoc prouinciali concilio loquens glo. huius pręsentis. c. 1. dicit. Prouinciale concilium est, quod metropolitanus, vel primas facit cum suis suffraganeis, vt dis. sequenti. s. 18. c. 1. & 92. di. c. si quis Episcopus. sub hac specie concilij ꝓuincialis cõprehẽditur Patriarchale, quod ab alijs patriarchis celebratur, quã à Romano Patriarcha, quia cum Papa non solum sit patriarcha vrbis, sed orbis, concilium eius etiam cum solis episcopis Patriarchatus Romani celebratũ habet rationem vniuersalis ex parte autoritatis, vt in precedenti articulo diximus. Forma aũt huius spẽi cõcilij prouincialis precessisse videtur in concilio, quod Paulus in Mileto conuocatis maioribus natu ꝓuinciae Ephesinę dicitur celebrasse, de quo actuũ. 20. ¶ † Tertia spẽs, siue differentia cõcilij dicitur conciliũ Episcopale, siue synodus Episcopalis, & dicitur ea, quã celebrat Episcopus in diocaesi sua cum clericis sibi subiectis, de quo in c. qm̃ di. 38. & 12. q. 2. placuit, & 28. q. 2. abbates. Forma vero huius concilij praecessisse videtur in concilio quod Iacobus Apostolus legitur celebrasse Hierosolymis cum senioribus ibidem existentibus pro abolenda suspitione orta contra Paulum, de quo act. 21. ¶ His habitis dicẽdum est ad argumentm in oppositũ. Ad quod respondetur, negando consequentiam, qm̃ diuisio posita in glo. c. conuenientibus. 1. q. 7. non contradicit diuisioni positae in gl. huius. c. qm̃ sub membro cõciliorũ localiũ cõprehẽdit tam prouinciale, quam episcopale, qm̃ iam Prouinciale, quam Episcopale clauduntur certis terminis locorum, vltra quos non se extendit eorum potestas. Concilium aũt vniuersale est quod autoritate eius fulcitur, qui totius orbis Princeps, & caput.

Opponit & Respõ.

4

5

Ad argu. in oppositum.

Ad tertium. Sic proceditur. † Et videtur, quod absque autoritate speciali Romani Ponti. posset concilium vniuersale congregari. Primo sic, ex illo actuum. 6. vbi dicitur. Conuocantes autem. 12. multitudinẽ Discipulorum dixerunt Non est a quum. &c. vbi manifeste videtur colligi, ꝙ autoritas conuocandorum conciliorum non sit solum apud Ro. pon. ¶ Secundo octo concilia vniuersalia dicuntur esse congregata per Imperatores, sicut patet ex c. canones, vis in. 15. & c. sexto. di. 16. Sed de hoc non reprehẽduntur Imperatores, tanquam vsurpatores authoritatis alienae, sed potius leguntur commendati quia illud christianę religionis zelo egisse creduntur: ergo videtur: quod non ad solius Rom. Ponti. autoritatem spectet conuocatio vniuersalis concilij. ¶ Tertio sic, casu occurrente: in quo ecclesiae periculo obuiari non posset, nisi mediante concilio vniuersali, & Papa nollet in veritate illud conuocare, nulli dubium esse debet quin alius à papa illud euocare posset, alias in manu, vnius hominis esset fidem christianam, & statum vniuersalis ecclesiae subuertere, quod non est dicendum. ¶ Quarto sic, in casu quo foret Papa suspectus de haeresi, vel efficeretur haereticus non dubium, quin ad alium spectaret conuocatio concilij generalis, sicut patet tempore Marcellini Papę, de quo fama dicitur currere, ꝙ cum idolis thurificasset, congregati sunt Episcopi ad videndum de hoc. vt. j. in. §. nunc autem. di. 20. ergo, & c. ¶ In oppositum est tex. praesentis literae. ¶ Respon. dicẽdum sub ista conclusione, vno & indubitato summo Pontifice in apostolica sede existente, ad illius solius autoritatẽ regulariter spectat conciliorum vniuersalium conuocatio. Ista conclusio probatur multipliciter. Primo ex sacra scriptura hic colligitur, habetur. n. primo machabeorũ. 9. quod inter alia, quae Simoni summo sacerdoti totius populi, & omnium sacerdotum consensu attributa sunt, hoc est tanquam singulare summi Sacerdotis priuilegium, vt conuentus sine ipso non fieret in regione. Cum autem ꝫm Apostolum sacerdotium veteris legis figura sit noui testamenti, & summus sacerdos eius excellentioris sit dignitatis, credendum est, quod simile priuilegium diuina institutione habeat ipse summus sacerdos in noua lege. i. Ro. manus Pontifex, vt. s. absque eius autoritate conuentus synodalis, vniuersalis non fiat in ecclesia. Secundo idem ostenditur ex multis autoritatibus sanctorum patrum positis in hac di. 17. quorum sanctorum patrum testimonia Dominus Aymarus Archiepiscopus remen. in libr. suo de synod. capitul. decimo octauo aliqua commemorans, ita inquit. Ne mireris, quod ipsorum conciliorum autoritatem Romano Pontifici conscribamus. Nam nulla concilia rata leguntur, qui Apostolica autoritate fulta non fuerint, vt Damasus papa in decretis suis. c. 9. asserit cui Athanasiũ, & Iulius papa. Nicaenum quoque concilium, & reliqui sancti patres hoc attestatu Sanctus quoque Marcellus Papa, & martyr in decretis suis. ca. 5. ipsi inquit Apostoli, eorumque successores, Domino inspirante, constituerunt, vt nulla fieret synodus praeter Romani Pontificis autoritatem. Nam illius sedis Episcopus iudex est totius ecclesiae nec aliquod iudicium valet absque legitimo iudice. Conclusio vero praefata ratione sic ostenditur, Illi soli videtur competere ea agere & disponere, quę vniuersam ecclesiam respiciũt, cuiusmodi est congregatio, & conuocatio vniuersalium conciliorum, cui totius ecclesię cura commissa est, sed soli Romano Põtifici, vtpote Principi, & pastori totius populi christiani, cura vniuersali ecclesiae cõmissa est: ergo videtur ꝙ ad solius Romani Põti. autoritatem regulariter spectet vniuersalium conciliorum conuocatio, & congregatio. ¶ Secundo ad illius autoritatem videtur pertinere conuocatio vniuersalium conciliorum, cui omnes de tota ecclesia obedire tenẽtur, vtpote qui omnibus superior est, & primatum habens, vt in. c. obedientiam: dist. 93. ergo, & c. Hac ratione s videtur vti Iulius papa, ad idem probandum in epistola orientalibus directa, de quo n. ca. dudum. 3. q. 6. ¶ Tertio sic. Ad eum qui maioris dignitatis est in Prouincia pertinet Prouincialis concilii conuocatio, vt puta ad Metropolitanũ, vt di. le. per totũ: ergo pari ratione eadẽ eũ, qui maioris dignitatis est in ecclesia vniuersali, pertinet iure speciali vniuersalis concilij conuocatio, sed talis est solus Romanus Pontifex, qui omnibus caput est, & princeps: ergo conclusio vera. Multis alijs rationibus, & autoritatibus eandem cõstitutionem probauimus in summa nostra de ecclesia, vbi latissime de hoc loquuti sumus, sed breuitatis causa in bono loco haec nobis sufficere visa sunt. ¶ Nunc dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã respõdetur, negãdo consequentiã. & ratio est, qm̃ ex hoc, ꝙ alij Apostoli cũ Petro dicũtur turbã discipulorum ad synodum cõuocasse, sicut nunc faceret Papa cum cardinalibus, non sequitur, quod Petri autoritate principaliter illa conuocatio facta non fuerit, licet non exprimatur. Maior plane fuit reuerentia Apostolorum ad beatum Petrum, quem diuina institutione sciebant eorum caput, & principem, quam scriptura sacra commemorat, maxime, cum

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit & Respõ.

Aymarus.

Probat ratione.

Ad primũ arg.

me, cum beatus Cyrillus in li. thesaurorum dicat, quod Apostoli in euangelijs & epistolis affirmarunt in omni doctrina. Petrum esse loco domini, & illius ecclesiam eidem dantes, locum in omnium capitulo, & congregatione & omnium electione, & confirmatione. ¶ Ad secundam respondetur negādo consequentiam. Et ad id, quod dicitur, quod Imperatores

Ad secūdū

congregauerunt concilia repponatur, quod Imperatores illi non cōgregauerunt concilia vniuersalia, nisi prius habito consensu, & autoritate Romanorum Pontificum, vnde Arc. in rosario in c. mādastis. 2. q. 5. vbi dicit Sixtus papa. Valētius August. nostra autoritate synodum congregari iussit, super. ver. nostra autoritate, dicit sic, vbicunq; inuenies Imperatorem conciliū cōgregasse, intellige ≠m istud, hæc ille, vbi etiā

De imperatoribus & Regib⁹

7 notandum est, †quod & si aliquando Imperatores iussu Episcopi legantur conuenisse, non tamen talium Episcoporum conuentus concilia vniuersalia veniunt dicenda, nisi fulta essent autoritate Romani pontificis, vt aperte colligitur ex. capitul. regula. & capitul. concilia. Hinc etiam in præsenti distinctione. Aliud enim est præcipere, vt congregētur prę

Notabile verbum.

lati ad aliquem locum, ꝙ quandoque leguntur fecisse Imperatores, & frequenter faciunt Reges in regnis suis, & aliud est congregare conciliū vniuersale, hoc enim non dicit solum congregationem prælatorum ad certum locum, sed autorizationem quandam, siue influxum autoritatis ad diffiniendum disponendum, & ordinandum cum vi obligandi ad ea, quę vniuersali ecclesiæ sunt accommoda, & necessaria, quam autoritatem Imperatores, siue Reges dare nō possunt cum de disponendis ecclesiasticis rebus non habeant facultatem vt in. c. bene. dist. 96. ¶ Ad tertiam respondetur multipliciter, iuxta ea, quę diffuse in summa nostra de ecclesia diximus ad omnes similes casus. Primo, qd̄ casus ille positus in

Ad tertiū.

arguendo non videtur admittendus: Non enim videtur possibile, quod talia possunt fidei pericula in ecclesia contingere quibus prouideri non posset, nisi per vniuersale concilium, quod patet ex duobus, Primo, quia sicut argutum est de Papa nolēte celebrare concilium vniuersale, ita argueretur de principe vno potente impedire celebrationem concilij vniuersalis, quod in parte vnius hominis esset christianam fidem, & vniuersalis ecclesiæ statum periclitari, quod manifeste est cōtra pollicitationem illam christi dicentis Mat. vl. Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Vnde, vt apparet nullus casus posset contingere in ecclesia ita arduus, cui per Romanæ ecclesiæ prouidentiam, & diligentiam subueniri non possit, hinc sancti patres docuerunt ad Apostolicam sedem in maioribus causis semper recurrendum fore. vt in. c. rogamus. 24. q. 1. & etiam cum ratio fidei ventilanda venit: vt in. c. quoties. e. causam. & q. vnde beatus Tho. in quæstionibus de 1. q. 4. ar. 4. dicit, ꝙ ad explanationem fidei faciēdam non esse necessarium, ꝙ Papa vniuersale concilium congreget, cum quandoque illud fieri prohibeant bellorum dissidia. ¶ Secundo respondetur, ꝙ difficile est etiam pijs mentibus ad credendum, quod aliquis verus Pontifex Romanus

Nota de tempore bellorum

certificatus periclitari fidem, & vniuersalis ecclesiæ statum, nisi concilium vniuersale celebratur, & nollet concilium vniuersale celebrare, cum de Romano pōtifice semper bn̄ presumendum sit. vt in. ca. non nos. di. 40. & Papa dicat in. c. officij nostri. 24. q. 1. sibi maiorem cunctis christianę religionis Zelum incumbere. ¶ Secundo respondetur, ꝙ dato, ꝙ talis ca-

Ad casum Aurea sententia.

sus immineret vniuersali ecclesiæ, tunc si Papa requisitus per dominos cardinales, & alios catholicos maxime prælatos, & principes, & nollet congregare vniuersale concilium, nec autoritatem præstare, illud cōgregādi, tūc cū talis habendus ve

Nota.

niret suspectus de hęresi iuxta c. error. di. 83. & per consequēs dubius de papatu. Ideo ad alios. s. ad cardinales pertinet vniuersale concilium congregare ad ea faciendū, quæ in tali casu necessario venirent disponēda. ¶ Ad quartā respondetur, ꝙ

Ad quartū

ratio non videtur facere contra conclusionē positā, in quo dicimus, ꝙ existente in Apostolica sede vno, & indubitate Romano Pontifice regulariter ad eum, sicut ad principem, & rectorem vniuersalis ecclesiæ spectet vniuersalis cōcilij cōgregatio ad condendum canones, & leges pro bono ecclesiæ vniuersalis regimine. Nihilominus respondemus ad ratione.

De casu hæresis cadente in pontifice

8 †& ad illam partem, vbi dicitur, de Papa suspecto de hæresi, dicimus, ꝙ in casu, in quo Papa vehementer, & apud graues viros, & doctores est suspectus de hæresi, tali infamia, quæ sine magno scandalo fidei dissimulari non posset. Et requisitus per dominos cardinales, aut alios prælatos, vt aboleret à se prædictam infamiā per publicam fidei catholicę confessionē, nollet hoc facere, requirendus esset, vt cōgregare & cōciliū vniuersale, aut autoritatem daret congregandi ad inquisitionē veritatis. Si vero hoc etiā nollet facere, tunc iudicio nostro domini cardinales, qui prestantiora membra sunt ecclesiæ Romanæ, quibus potissime incumbit necessitatibus ecclesiæ vniuesalis prouidere, & imminentibus periculis obuiare, deberent conuocare, & congregare prælatos ecclesiæ ad inquirendum de veritate infamiæ, an. s. Papa veraciter esset hæreticus, an non. Si vero Cardinales nollent hoc facere. Imperator, & Principes christiani, quibus ecclesiæ tutela cō missa est, possent hoc facere, vel etiam ipsimet prælati intelligentes talem vehementem suspitionem de Papa possent se ipsos congregare, sicut factum est tempore Marcellini papæ, vt dicebatur in articulo & habetur in. c. nunc autem. dist. 21. Congregatis autem sic prelatis, & alijs: qui vocati essent in aliquo loco, tunc requirendus veniret papa, vt ipse autoritate sua autorizaret illam congregationem, sicut factum legitur in casu Symmachi papæ, de quo legitur in præsenti di. §. huic etiam, si vellet autorizare congregationem, sicut fecit Symmachus bene. Si vero nollet, congregatio illa prælatorū deberet procedere ad inquisitionem veritatis, etiam papa

Renuente papa, ecclesia autoritate iuris seipsā cōgregat.

9 nolente. †Et si quæras qua autoritate. Respondetur, ꝙ autoritate iuris in. c. si Papa. di. 40. quia cū huiusmodi criminis hęreseos in Papa competens iudex videatur esse concilium vniuersale duntaxat, vt videtur colligi ex præsenti distinctione, vbi supra, ipso facto, quod Papa nō vult dare autoritatem ipsi congregationi, ipsum ius intelligitur dare sibi autoritatem alias frustratoria esset prouisio iuris, quæ in casu hęresis disposuit, ꝙ conciliū ponit iudicare Papam hæreticum, aut declarare, si per negationem Papæ pertinaciter in hæresi persistentis auferetur. Nam frustra essent iure, nisi eis assignarentur ministri, vt dicit text. de elec. vbi maius. li. 6. Auferetur autē proculdubio iuris dispositio, si in casu illo cōciliū procedere non posset, inquisitione autem debita facta, & inuento, ꝙ Papa veraciter in hæresim lapsus fuerit, tunc concilium deberet illum informare de veritate, ostendendo per sacram scripturam. aut per vniuersalis ecclesiæ determinationem errorē esse, ꝙ tenēt, & requirere illū charitatiua admonitione, vt

10 dictū errorē abiuraret, siue reuocaret fidei veritatē publice cōfitēdo. †Qui si īmediate, vel infra terminū sibi assignādū errorem suū reuocaret, nihil potest concilium vlterius contra ipsum, vt expresse notauit Hu. in. c. nunc aūt. dis. 21. & in. c. si papa. dist. 40. super ver. à fide deuius. Sed ipsemet Papa in foro conscietię, quantum culpabilem se fuisse cognosceret, p

Nota.

11 cōfessorē suū aīæ suæ prouidere faciat de pœnitētia salutari. ar. di. 21. nunc autem. †Si vero hoc papa agere noluerit, cum tunc videatur esse pertinax, & incorrigibilis, & hæreticus formatus, tunc concilium prælatorum congregatū debet iuris autoritate procedere ad depositionem illius, vt quibusdam placet, vel vt nobis magis gratum est, ad declarationem ꝙ ille non sit amplius Papa, cum a petra fidei, supra quā fundata est ecclesia, reciderit pertinaciter. Et ita patet responsio

12 ad rōnē, quo ad ≠m partē casus, si Papa efficeretur hæreticus.

Ad quartam.

Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ nō solum maiores prælati, puta Episcopi & supra, & c. necessario ad vniuersale concilium sint euocandi, sed etiam alij inferioris status. Primo sic ex act. 15. vbi in synodo per Apostolos celebrata Hierosolymis dicuntur tā Apostoli quam seniores conuenisse, & ita videtur, quod ad concilium vniuersale non solum Episcopi, qui loco Apostolorum succedunt, sed etiam presbyteri, qui ibi videntur seniores nominati, sint vocandi. ¶ Secundo sic, ex. c. conuenientibus. 1. q. 7. vere quidē. Petrus Arc. est qdē, presbyter Petrus, & quidā Abbas interfuisse dicunt secūdæ synodo Nicænę tenentes locum Adriani Papæ. ¶ Tertio, idem arguitur ex. ca. Adrianus di. 63, vbi Adrianus dicitur celebrasse synodum cū 154. Episcopis religiosis, & Abbatibus. ¶ Quarto rōne sic presbyteri curati sunt prælati, & habent curam animarum, sicut Episcopi. vnde sicut pręsidet Episcopus in suo Episcopatu, ita Archidiaconus in suo Archidiaconatu, & Curatus in parochia, ergo videtur, quod ipsi sint ita vocandi ad cōcilium vniuersale, sicut Episcopi. ¶ Quinto sic, quę in vniuersali concilio agenda sunt, omnes fideles, tangere, & respicere videntur, ergo videtur, vt ab oībus approbentur, quę in eis constituenda sunt, omnes debeant conuocari, cum sit regula iuris, videlicet quod omnes tangit: ab omnibus approbari debet. ¶ Sexto, concilium vniuersale repræsentat vniuersalem ecclesiam, sed vniuersalis ecclesia dicitur, collectio omnium

Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Quartū ar. Quintū ar. Sextū ar.

ctio omnium fidelium, vt in.c. ecclesia. de conse. disti. 1. ergo videtur ꝙ ad hoc, quod tale concilium veraciter repræsentās vniuersalē ecclesiā rite celebretur, oēs fideles, autē saltē de quolibet statu aliqui debeant necessario ad illud euocari, nō ergo soli maiores prælati.

Opponit. contrariũ.

¶ In oppositũ arguitur ex gl. huius primi. c. vbi in diffinitione concilij vniuersalis soli ponuntur Episcopi, cum dicitur, quod vniuersale conciliũ est. quod à papa, vel eius Legato cum Epis. celebratur. Idem ar. ex. ca. canones, di. 15. vbi soli Episcopi nominantur in concilijs vniuersalibus.

Respondet.

¶ Respon. dicendum, quod cum synodus vniuersalis congregetur principaliter ad ordinandũ autoritatiue aliquid in ecclesia Dei, & quia ad hoc recte faciendum præire oportet maturum consilium, quoniam, vt ait sapiens, diu deliberandum est, quod constituendũ est, semel, hinc duæ voces dicuntur in concilio. s. vox cõsultiua, & vox decisiua, siue
13 diffinitiua. † Prima vox est eorum proprie qui prudẽtia præcellunt, quæ maior est conciliorum, & sapientia, quæ ad altissimarũ rerũ cognitionẽ, quæ in conciliis vniuersalibus sæpe consideráda occurrũt illustrat. † Secũda vox est eorũ, qui po
14 testate clauium autoritatem in ecclesia superiorem tenent, & quoniam prælati maiores in ecclesia vt vtrunq; habent, vt pote qui succedunt his, quibus Dominus ait Mat. 5. vos estis sal terræ, vos estis lux mundi, & quibus ait Mat. 18. Quæcunque ligaueritis super terram, &c. ipsi sunt oĩ iure necessario conuocandi ad vniuersale concilium, & nõ alij, quod ex multis colligitur. Primo ex. c. satis euidenter. dis. 96. vbi Imperator Theodosius scribẽs sanctæ synodo Ephesinæ ita inquit. Illicitum nanque esse videtur eum, qui non sit in ordine sanctorũ Episcoporũ ecclesiasticis interesse tractatibus. ¶ Secũdo idẽ habetur ex gestis Calcedonensis cõcilij, vbi legitur, ꝙ Episcopi catholici videntes quosdã Aegyptiacos nõ Epos, q de Alexãdria cũ Dioscoro hæretico Calcedoniam venerãt, tentantes interesse concilio, clamauerunt dicentes, ꝙ conciliũ Episcoporũ esset, & alij expelli deberẽt. ¶ Tertio idẽ colligitur ex epistola Leonis Papæ, qui conciliũ Calcedonẽse episcopale vocauit conciliũ. ¶ Quarto rõne sic probatur, dimissis multis alijs, quæ ad eãdẽ cõclusionẽ in summa nostra de ecclesia in. li. 3. plenissime induximus. Illi soli videntur necessario vocãdi ad vniuersalia cõcilia, in qbus tractãda veniũt, q vniuersitatẽ christiani populi respiciũt, q cõstituti singulariter legũtur christiani populi Princeps, & rectores. patet hoc qm̃ statuere, corrigere, & reformare, cũ sint actus iurisdictionis, vt de rebus ecc. nõ alie. c. fi. ad superiores pertinẽt. sed Episcopi soli sunt huiusmodi, vt patet ex autoritate illa. psal. 44. vbi inqt ꝓpheta sanctus. Pro patribus tuis nati sunt tibi, &c.

Herony.

vbi gl. Hieronymi de Episcopis hoc exponẽs ita inqt, fuerũt in ecclesia Apostoli patres tui, qa ipsi te genuerũt. Nũc aũt, quia illi recesserunt à mũdo, habebis pro his Episcopos, q à te creati sunt. Sunt. n. hi, & patres tui, qa ab Episcopis regeris, hæc ille: ergo & ipsi soli Episcopi necessario veniũt ad vniuersalis cõcilij celebrationẽ vocãdi verumtñ considerãdũ est, ꝙ licet ꝓlati maiores vocandi sint de iure ad conciliũ vniuersale, ad voces cõsultiuas, & diffinitiuas, possunt tñ alij vocari ꝑ summũ Pontificẽ ad voces consultiuas, qui aut pro singularitate prudẽtiæ eorũ, & experiẽtia in agendis, aut ꝓ excellentia sapientiæ in enucleãdis dubijs occurrentibus in iure diuino, siue humano forent idonei, siue sint seculares doctores, siue religiosi, sicut practicatũ vidimus tã in cõcilio cõstantiẽsi, q̃ Basiliẽsi, quibus interfuimus.

Author interfuit cõcilio cõstãtiẽsi & basilien.

¶ Quib. habitis dicẽdũ est ad rõnes in opposi.

Ad primũ arg.

Ad primã respõdetur, negãdo cõsequẽtiã, qm̃ ex hoc, ꝙ seniores cõuenerunt cũ Apostolis in illo concilio, nõ sequitur, ꝙ ipsi habuerint diffinitiuas voces in eo, maxime quia seniores illi, qui ibi etiã dicũtur presbyteri, dubiũ est an fuerint laici, vel in ordine sacro constituti, quia gl. sup ver. dicit, ætate, vel gradu. Dicẽdũ ergo videtur, ꝙ seniores illi licet conuenerunt cũ Apostolis in concilio consultando super agendis in dubio proposito, nihilominus determinatio, & diffinitio facta fuit per Apostolũ Petrũ. Nã, vt ait

Hierony.

Hieronym⁹ in epistola ad Augustinũ. Petrus princeps fuit illius decreti, vnde gl. super illo. ver. tacuit omnis multitudo, dicit concordans Petro, & ita etiã exponit magister Nicolaus de lyra. Nec obstat, quod sequitur, visum est Spiritui sancto, & nobis, qm̃ hoc nõ arguit, ꝙ oẽs habuerint in decreto illo autoritatẽ diffiniendi, q solis maioribus cõuenit, sed bñ, ꝙ oẽs cõcurrerũt in cõsultando, & discernẽdo, quid cõueniebat. Præterea nec obstat, ꝙ in persona oĩum conscripta legatur epistola quam ad fratres Antiochiæ existentes mittebant, qm̃ vt ibidem dicit glo. & commemorat dominus Hu. cardinalis in expositione eiusdem text. Ideo titulus cõmunis ponitur in illa epistola, ne aliqua defensionis occasio relinqueretur. i. vt daretur intelligi, ꝙ omnes in illius sententia conuenirent, ratione cuius cõmunis consensus nomine omniũ conscripta est epistola illa, nec ex hoc tamen sequitur, ꝙ omnes habuerunt voces diffinitiuas in illo concilio.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundam respondetur, ꝙ textus ille non est ad propositum, qm̃ illi dicuntur ibi a Papa missi, tanquam eius Legati, vt locum eius in concilio tenerent, hoc autem bene fieri potest autoritate Papę, quemadmodum etiam alij minores, vt diaconi loca tenere leguntur aliorum Patriarcharũ in conciliis, vt colligitur ex. c. præcipimus. di. 93. quod est factum in. 6. synodo. & ex. c. illo. dist. 44. quod est. Symmachi papæ.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiam respõdetur, negando consequentiam, qm̃ licet Abbates legantur interuenisse in præfata synodo generali cum episcopis. differenter tamen, quia episcopi sicut, qui de iure, & ex officio interesse debebant. Abbates vero sicut hi, qui de gratia Romani Pontificis vocabãtur. Tũ secũdo. qa episcopi habebãt in cõcilio voces cõsultiuas, & diffinitiuas, Abbates vero cõsultiuas, tñ vel si ẽt diffinitiuas, hoc erat ex bñplacito Romani pontificis, quod qualiter fieri posset, supra diximus.

Ad quartũ.

¶ Ad quartã respondetur, negando assumptum, videlicet quod curati ita veniant, vt prælati apostolorum exemplo dicendi, sicut episcopi, quia vt deducit S. Thom. tam in secunda. 2. quam in quoli-

S. Thom.

15 betis. † Episcopi sunt, qui habent principaliter curam populi presbyteri autem, & Archidiaconi habent aliquas subministrationes sub episcopis, vnde super illud. 1. cor. 12. Alii opitulationes, alii gubernationes dicit glo. sic opitulationes, & eos qui maioribus fecerunt opẽ, vt Tytus Paulo, vel Archidiaconi Episcopis, gubernationes. i. minorum personarum, vt presbyteri, qui plebi documẽto sunt, vnde & hoc ipsum ostẽditur in ordinatione sacerdotum, de quibus Augustinus ita dicit, quanto fragiliores sumus. s. apostolis, tanto magis his auxiliis indigemus, vnde & in. c. cũctis, ex autoritate Clemẽtis Papę omnibus presbyteris, & diaconibus, & reliquis clericis attenditur, dum esse præcipit, vt nihil absq; proprii Episcopi licentia agatur, & idem in. c. non debere di. 80. vnde patet, ꝙ cum ad Episcopos principaliter pertineat regimen ecclesiæ, ipsi sunt vere, & principales ꝑlati, vnde ipsi soli sunt dispensatores omnium sacramentorum, & ideo ipsorum tantũ est habere voces diffinitiuas in cõciliis vniuersalibus, in cuius signum, cum diffinitio aliqua fienda est in concilio vniuersali, ipsi soli regulariter ornamentis pontificalibus induũtur, vtpote ad quos iudicium illius tribunalis tantum expectat.

Ad quintũ.

¶ Ad quintam respondetur negando consequentiam. Et ad probationem, cum dicitur, quod regula iuris, &c. respondetur dupliciter. Primo, quod ab omnibus inteligitur approbatum, quod à potioribus, & maioribus in vniuersitate approbatur. Secundo respnodetur, quod regula illa non facit ad propositum, quoniam non habet locum nisi vbi iura aliquorum tangerẽtur cum aliquo præiudicio, vnde Inno. notat in. c. vestra. de loca. & in. c. fi. de offi. lega. dicens, quod cum Episcopus, vel legatus vult facere statutum tangens iura aliorũ, hoc debet facere cum cõsensu illorum, etiam si sint laici, vel si non consentiant, saltem debent esse pręsentes. Hoc autem non est in conciliis vniuersalibus, vbi regulæ viuendi, & doctrinæ nemini præiudiciales, sed salutares instituuntur.

Ad sextũ.

¶ Ad sextam respondetur, negando consequentiã, dicimus enim. quod ad hoc, quod vniuersale concilium repræsentet vniuersalem ecclesiam, nõ requiritur pręsentia omnium fidelium, hoc enim est impossibile fieri: nec aliquo tempore forte factum legitur, sed sufficit, quod sint in eo maiores, siue potiores reipublicæ christianæ, cuiusmodi sunt prælati maiores, vnde facta in cõcilio per tales, tota ecclesia fecisse dicitur, vt
16 colligitur aperte ex. c. confidimus. 22. q. 1. & ex c. sicut. di. 15.

Ad quintum.

sic ꝓceditur. † Et videt, ꝙ ad esse cõcilii vniuersalis requiritur ꝑsentia. Romani põtificis. Ad perfectionẽ corporis videtur necessaria pręsentia capitis, vnde corpus aĩalis non præsente capite, non viuit, ergo ad esse cõcilii uniuersalis, quod repręsentat totũ corpus vniuersalis ecclesiæ, videtur requiri caput esse principaliter coniũctũ ei. Caput aũt ecclesiæ est Romanus Pontifex, ẜm illud Io. 1. dictum Petr. Tu vocaberis cephas, quod sonat caput latine.

Primũ ar

Opponit. contrariũ.

¶ In oppositum est, quod in diffinitione concilii vniuersalis ponitur in gl. ꝙ sit quod à Papa, vel eius legato, & c. Et ita videtur, ꝙ non requiratur, vt in celebratione concilii vniuersalis adsit præsentia personalis Romani põtificis. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ad esse concilii vniuersalis licet

lis licet requiratur regulariter potestas Romani pontificis. non tamen præsentia personalis, sed sufficit, quod Legati, aut eius Vicarij, siue Apocrisarij vice eius intersint. ista conclusio manifeste colligitur ex illo, quod nulli de octo concilijs vniuersalibus, quę cæteris in ecclesia præstantiora autoritate leguntur, interfuit Romanus Pontifex, sed solum per suos legatos, sicut patet legentibus.c.canones.dist.15.&.c.sicut.&.c.sexta.dist.15.vnde.Leo papa huius nominis primus ab imperatore christianissimo Martiano ad Calcedonen. conciliū deuotissime inuitatus, hac ratione inter alias se excusauit, ꝙ de hoc exemplum à prædecessoribus non acceperit, vt ipse scribit tam patribus Calcedonen.concilij, quam pulchre auguste. Huius vero antiquæ consuetudinis, qua antiquis superioribus temporibus summi pontifices præsentialiter non interrant vniuersalibus concilijs per Imperatores, aut tyrannos, sicut de papa Felice legimus, quod quia celebrato concilio, excōicauit Vrsaciū, & Valētē Cōstātio Imperatori in perfidia ariana cōsentienti es Depulsus de sede est, & ab ipso Imperatora decollatus martyrio coronatus est. ¶ Secunda ratio est, vt Romanus pontifex (qui conciliorum sententias, & canones confirmare solitus est) cum plena libertate, quæ plurimum necessaria est in hac parte, in propria sede existens, quę sibi confirmando viderentur vacua autoritate relinqueret, aut cassaret. ¶ Tertio, propter necessitates incumbentes tā ecclesiæ, quam ciuitati Romanæ, quibus Romani pontifices præsentia maxime, & præsidio, & auxilio. Hanc rationem assignat inter alias Leo papa scribens patribus in concilio Calcedonen. sicut nos plene induximus in summa nostra de ecclesia in.3.lib.quæ breuitatis causa nos hic recitare supersedemus. Ad rationem in oppositum respondetur, negando consequentiā. Licet enim inter corpus naturale animalis, & corpus mysticum ecclesiæ sit aliqua similitudo, sicut Apostolus insinuat ad Ro.12.&.1.ad Corin.12. Nihilominus non est similitudo in multis, & maxime in hoc, quoniam ad motum, & vitam corporis animalis est necessaria præsentia realis capitis. quia non potest influere in corpus, nisi actu ei sit coniunctum. In corpore vero politico, aut mystico est aliud, quia etiam personaliter absente capite, potest eius virtus, & potestas in corpus influi, & diffundi in eo opera facienda, ad quæ vniuersale conciliū congregatum est. Posset autem dici, ꝙ in suis legatis papa æstimandus est pręsens, vnde Leo papa scribens patribus in concilio Calcedonen. congregatis, sic dicit, fratribus hoc est Paschasio, & Lucetio Episcopis Bonifacio & Basilio presbyteris, quæ ab Apostolica sede directi sunt synodo vestrę, vestra patetnitas confidat me pręsidere, nec seiūctam à vobis pręsentiam meam existimet. ¶ [Generalia apud Apostolicam sedem.] Ecce conclusionem, ad quam tota ista distinctio militat, quæ re vera rationabilis est, vt diximus in disputatione nostra. Tū qa apud eū est vniuersalis potestas ligandi, & soluendi. Tum, quia ipse princeps est vtilis ecclesiæ. [Synodum].c.hoc inducit primo pro conclusione prædicta, & est c. Marcelli papæ primi natione Romani. [Synodum] .s.generalem vel etiam synodum prouincialem ad aliquid generaliter statuendum, seu decernendum absque huius sedis autoritate.s.speciali, in qua Dominus totius ecclesiæ principatum posuit.s.dist.11.c. nolite errare [quanquam quosdā.] Ecce, ꝙ Prouincialia, & Episcopalia fieri possent a Metropolitanis, & episcopis eorum autoritate, sine speciali autoritate papæ, licet non sine generali, quæ intelligitur data, vt dicit Hu.cum eius autoritate confirmatum est, vt Archiepiscopi & Episcopi celebrent sua concilia, quod etiam in di.sequenti habetur manifeste congregare ad particulare concilium faciendum. Hu.[Nec vllum] Palea est.

Ad argu. in oppositum.


Exponit literam.

1 *Quicquid fit ab hæreticis, pro infecto habetur.*

2 *Episcopi soli sunt de numero celebrantium concilium generale.*

3 *Actus gesti per concilium sine autoritate Papæ congregatum, aut fultum nulli sunt.*

4 *Quod nullum est non potest ratum haberi.*



Regula. Sequitur secundum.c. ad præfatam conclusionem, quod dicitur esse Iulij Papæ, vel vt alibi legi Eusebij Papæ in epistola ad orientales Episcopos, qui sine licentia papæ tentauerant concilium generale celebrare, & canones condere generales, contra quos inquit. [regula vestra].i.canon, sine constitutio per vos facta. [nullas vires, quoniam nec ab orthodoxis.] Assignat duas ra-

Exponit literam.

1 tiones huius. Prima, quia non ab orthodoxis.&c.arg.† ꝙ quicquid fit ab hæreticis pro nihilo debet haberi.ar.25.q.1.omne

2 & ex.de scisma.c.1.[& Ro.Episcopis.] an† ꝙ soli epi sunt de numero celebrātiū cōciliū gnale, sicut diximus in art.4.disputationis factæ.[Nec Romanæ]. Ecce.3.ratio, quia.s.nec Papa nec eius Legatus ad hoc specialiter missus interfuit.[Canonibus].s.istis, & alijs autoritate speciali. [concilia] generalia, vel etiam particularia ad aliquid generaliter constituendum.

3 Hug.[Nec illud satis] ar.† quod actus gesti per concilium sine autoritate Papę congregatum, aut autoritate fultum, nulli sunt, & pro infectis sunt habendi, quia quod contra legem, siue canones fit, cassari debet.|vt di.4.vides.[Aut erit vnquā]

4 ar.† quod id, quod nullum est non potest ratum haberi. vt.9. q.& nullus alterius.de reg.iur.non firmatur.lib.6.& per Inn. de offi.dele.prudentiam.[fultum.] Nota.quod non dicit vacatum, quia si aliqua cōgregatio prælatorum fieret, etiam sine autoritate Papæ, ratum esset tale conciliū. sicut est casus.in. §.hinc etiam.in hac distinctione de concilio prelatorum conuocatorum per Regem Theodoricum.

1 *Mandato generali non transfertur, quod soli Papæ conuenit.*

2 *Casus papæ reseruari sunt.60.*



Huic sedi. Sequitur tertium.c. ad eādem conclusionem probandā, & si Damasi Papæ, non diuiditur. Huic soli sedi cō-

1 cessa, quæ sunt multa ar.† quod illud, ꝙ soli papæ conuenit non transfertur generali mādato, nisi specialiter mandetur|, vt extra de offi. le.ꝙ translationem. Si aūt quæratur, quæ illa sint huic sedi so

2 li concessa.† dicimus.quod multa sunt.de quibus Host.in summa ponit.60.casus quos in his versibus declarauit.

Si sit catholicus, papam non iudicat vllus.
Erigit, & subdit cathedras, & diuidit, vnit.
Mutat vota crucis, restaurat, & eximit ad se.
Maiores causæ referuntur, legitimatque.
Promouet, appellare vetat, prohibet profiteri.
Deponit, transfert, suppletque, renuntiat illi.
Presul, & exemptus, simon, iurans anathema.
Vel proprium, vel legati, vel lex, vtriusque.
Nequam participans, & si quem sponte salutat.
Quem canon damnat sibi quando reseruat.
Soluitur à papa, nec non quem regula damnat.
Addas suspensum casum, cum fertur ad ipsum.
Rescriptum fidei dubium, confert bona plura.
Irritat infectum, legem condit generalem.
Approbat imperium, firmat, deponit, & vngit.
Concilium generale facit, sancit quoque sanctos.
Ens non esse facit, non ens fore pallia semper.
Portat, concedit, legi nec subditur vlli.
Appellatur ad hunc medio sine, iudiciumque.
Est pro lege suum, monachum reuocat renuentem.
Maius adulterio soluit, generaliter arctat.
Et laxat quicquid sponsis nocet, ordinat extra.
Tempora, dando sacrum, promotum promouet, idem
Ordinat atque diem, qua consecratur & ipse.
Libenterque locum concedit, iure priuatque.
Insignit laico sacrum dat chrisma ministro.
Summa sede sedet, plenisque vicarius extat. hæc ille.

Nota hic versus de potestate summi pōtificisi

¶ Primus igitur casus est, quod papa nec accusari, nec iudicari pōt, nisi de hæresi.40 di.c.2.Papa.9.q.3.aliorū, & hoc est verum, nisi se submittat iurisdictioni alterius.2.q.7. nos si incō petenter. ¶ Secundus est, ꝙ erigit, siue constituit de nouo cathedras episcopales vbi non solent esse.15.q.7.felix. & est ar. de conse.di.1.de locorū. ¶ Tertius est, quod ipse subiicit vnā cathedram alteri. puta vnū episcopatum alteri.ex.de offi.le. quod trāslationem. ¶ Quartus est, ꝙ diuidit.s.cathedras Episcopales.s.vnam in duas, aut plures. ¶ Quintus est, ꝙ plures vnit in vnā.de istis habetur.16.q.1.& tēporis.& ex.de excelpræ.a.sicut vnire.& de offi.le.ꝙ translatis. ¶ Sextus est, ꝙ mutat.s.easdem cathedrales.7.q.1.mutationes.& ex.de, trāsl. episcoporum.c.1. ¶ Septimus est, ꝙ ipse solus vota terræ sanctæ mutat, siue commutat, vel cui ipse commiserit. extra de voto.magna.&.c.ex multa. ¶ Octauus est, quod ipse solus restaurat.i.ab ordine degradatos restituit.2.q.6.ideo.ca.1.&.2. ex.de cleri.non residen.ex tuę. ¶ Nonus est, ꝙ eximit episcopos, & alios.16.q.1.frater noster. ¶ Decimus, quod ad Papā maiores causæ referuntur.2.q.6.omnis oppressus ex.de trāsl. epis.c.1. ¶ Vndecimus ꝙ solus legitimat quo ad ordines omnes ad beneficium cum cura, & personatū.ex.de filijs psby.

Primus casus. Secundus casus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Octauus. Nonus. Decimus. Vndecim⁹.

lib.6.c.his etiã quo ad actus seculares legitimat in terris subiectis ecclesiæ.ex.de fi.presbyt.c.per venerabilem.¶ Duodecimus,quod solum promouet defectus patientes, puta illegitimos ex.de fi.presby.Item cum bigamo.24.di.lector,ex.de bigamus.nuper.Item cum dispensat cum minoribus.30.annorum ad episcopatus.ex.de ele.cum nobis olim.§.fin. Item solus promouet illos, qui non sunt in sacris. extra de electio.dudum§.vltim.& de æta.& quali.or.à multis, & sic potest dici in multis, alijs defectibus, quia sacrilegij instar est, vtrum dignus sit, quem princeps elegit dubitare.C.de crimine sacrilegii dubitare. ¶ Tertius decimus, ꝙ ab ipso non appellatur, cum superiorem non habeat. ex de ele.licet.§.fi. ¶.Quartus decimus est,quod licet regulariter quilibet ætatis legitimæ posset in qualibet religione professionem facere in insul.Nihilominus papa prohibet talem ante.18.annum constitutum recipi.ex.de regu.quia in insul.Et si fiat professio in ordine mendicantium infra annum, nullius est momenti.ex de regul.non solum.&.c.constitutionẽ libr.6.¶ Quintus decimus, quod ipse solus deponit episcopum.3.q.6.quamuis.&.c.multum.&.c.dudum.¶ Sextus decimus est,quod ipse solus transfert episcopos, seu electos cõfirmatos.ex.de of.lega.ca.quod traslationem.ex.de transf.c.1. 6.q.3.denique.& ex de regula.licet. & ex.de transl. Epis.c.inter.¶ Septimus decimus est,quod ipse solus supplet defectũ si quis est.ex.de trãsla.c.1.ideo tota die in confirmationibus beneficiorum apponitur hæc clausula supplentes defectum, si quis est de plenitudine potestatis. Item supplet defectum regis,vacante regno ex.de elect.cum inter vniuersas, in fin. & de supplen.negli.præla.grandi.lib 6. Item defectum Imperatoris.ex.de fo.compe.c.licet.§.1.¶ Octauus decimus, ꝙ illi renuntiat præsul.siue quod ipse solus recipit renuntiationem Episcopi,aut electi confirmati.6.q.3.denique.ex.de trãsla.inter corporalia.¶ Nonus decimus est,quod solus Papa recipit renuntiationem exemptor.ex.de renun.dilecti.Secus in translatione,quæ potest fieri perlegatũ. ex.de consu.cum venerabilis.& de elec.si abbatem.lib.6.¶ Vigesimus est, ꝙ ipse solus dispensat cum simoniacis in ordine,& in maioribus beneficijs.1.q.1.quis.extra de simonia nobis fuit.¶ Vigesimus primus est, quod solus ipse absoluit à iuramentis.quod contingit tripliciter.Primo,quando dubitatur, an iuramentum, sit licitum,vel seruandum ad papam pertinet diffinitio.extra de ele. venerabilem.§. penul. Secundo quando iuramentum est licitum,quia cum in iuramento intelligatur excepta autoritas papæ.ar.extra de iureiur. venientes. videtur,quod potest absoluere illum,qui iurauit quod verũ est inter clericos, & inter ecclesiasticas personas indistincte.vt patet de rescri. constitutis.& de appel.dilecto. Tertio,quia inter laicos,& in temporalibus,& si non absoluit,omnino relaxat tamen siue suspendit ad tempus.& ex causa.vt patet.15.q.6. iuratos ex. de pe.c. fi. Aliqui tamen istum casum non reputant specialem vt dicit.¶ Vigesimus secundus est anathematizatum à papa nullus absoluere potest, nisi ipse, vel cui ipse, specialiter commiserit,quia eius est soluere,cuius est ligare.21. di. inferior,& ex.de ma.& obedien.cũ inferior, vnde in hoc casu à successore excommunicatoris petitur absolutio,extra de elec.venerabilem.¶ Vigesimus tertius est,quod excommunicatum à legato Papæ cuius legati, vel delegati iurisdictio expirauit,& cui nullus succedit.Nam excommunicatum à tali nullus potest absoluere.ex.de offi.dele. ¶ Vigesimus quartus est,quod in casibus,qui per leges aut constituta perpetua papæ,siue Legati domino Papæ sunt reseruati, ad solum Papam pertinet declaratio,& dispensatio eorum,de declaratione legis summi pontificis.ex.de simo.per tuas.de sent. excõ. inter alia etiam de lege, siue constitutione legati.ex.de loca. c.1.& de consang.& affi.c.quod dilecto.¶ Vigesimus quintus est, quod solus absoluit participantem cum ex communicato à Papa ex certa sciẽtia,& in diuinis officijs.ex.de sen. excõ.significauit.¶ Vigesimus sextus est, ꝙ papa salutãdo spõte aliquem absoluit ipsum ab excommunicatione.Nam si ex certa scientiam aliquem excommunicatum salutauerit, vel eidem alias participauerit præsumendum est, vt dicit Host. ar.extra de priuil.cum olim.§.vlt. & de sen.exc.si aliquando. 43.di.cum Adrianus.Nec obstat,quod formam absolutionis non seruat,vt dicitur extra de sent.exco.fides.§.fi.&.c.à nobis.c.penult.quia princeps sola voluntate absoluit,sicut & sola voluntate manumittit.ff.de manumis.apud eum.quod verum est, si exprimat, quod per hæc vult eum pro absoluto haberi.extra de sen.exco.si summus.¶ Vigesimus septimus est,quod ipse solus absoluit excommunicatos, vel suspensos à communione,quando sibi reseruantur.Nam, quando lator canonis absolutionem sibi retinet, inferior non potest absoluere, quando vero sibi non retinet,alijs videtur absolutionem concessisse.ex.de sen.excom.nuper.§.in secundo.Et idem intelligas de constitutionibus legatorum suorũ,& quo legatio est finita, nec aliquis legato successit,cum in talibus nullus sit superior,nisi papa.¶ Vigesimus octauus est, quod damnatos à canone, vtpote irregularitatem incurrentes solus papa absoluit, siue cum talibus dispensat. 11.q.3. si quis episcopus,& ex.de eo,qui fur.ordi.veniens. & de sen.excom.cũ illorum.Et iste casus multa membra includit,cum in multis casibus irregularitas contrahatur.¶ Vigesimus nonus est, ꝙ solus Papa absoluit suspensos in casu specialissimo, vt si quis suspendatur pro eo, quod hæreticus sacramenta ecclesiastica ministrauit,talis enim citra sedem Apostolicam absolui non potest.ex.de hære.excommunicamus.§.sane.¶ Trigesimus est,quod solus papa cognoscit de causis ad ipsum delatis per appellationem,vel per relaxationẽ.ex.de offi.leg.licet.¶ Trigesimus primus,quod solus Papa diffinit,siue iudicat,aut interpretatur, si super rescripto Apostolico oriatur dubitatio, si ab alio per viam rationis solui non potest. ex de offic.dele. c.2.¶ Idem est de priuilegijs,quod solus ipse Papa interpretatur ea.ex de iudi.cum venissent.¶ Trigesimus secundus est, quod ad solum papam pertinet determinatio conclusionis fidei.24.q.1.quoties.di.12.præceptis,etiam si indubitatum sit ex quo in dubium vertitur.C.de sum.tri.l.vlti. vnde & de sacramentis ecclesiasticis sentiendum est,sicut sentit Romana ecclesia.ex.de hęre.ad abolendam.¶ Trigesimus tertius est, ꝙ solus dispensat, quod quis habeat plura beneficia cum cura, vel plures dignitates,seu personatus, etiam si curam non habeant,ex.de elect.dudum.&.§.nos.de pręben.de multa.in fin. & de consue.consuetudinem.lib.6.¶ Trigesimus quartus est, quod Papa pronuntiat electionem, seu promissionem, quæ nondum facta,si contingat fieri irritam, & inanem. extra de elec.innotuit.§.fin.& de præb.inter cætera,quod alius facere non potest, quia tractus futuri temporis non pertinent ad inferiorem iudicem in hoc casu.C.de vsu.l.1.§.1. ¶ Trigesimus quintus,est solus papa legem,siue canonem condit generalem extra de consti.ca.1.& vlt.& dist.35.§.si ergo,circa medium.¶ Trigesimus sextus, est qđ Papa approbat electum in Imperatorem.¶ Trigesimus septimus est, quod electionem Imperatoris,vel infirmat,vel cassat.¶ Trigesimus octauus, est quod Papa imperatorem deponit. ¶ Trigesimus nonus, est,quod imperatorem vngit,de istis quatuor habetur.extra de elect.venerabilem,& de sen.& re iudic.ad Apostolicæ.lib. 6.¶ Quadragesimus est,quod solus Papa potest concilium generale celebrare,vt in præsenti di.per totum,& maxime in.c. præsenti huic soli.&.2.q.6.ideo. ¶ Quadragesimus primus, est, ꝙ solus canonizat sanctos, & scribi facit in catalogo sanctorum nomina eorum, nec aliter debet,tãquam aliquis sanctus,aliquis venerari, quantumcunque dicatur miraculis coruscare.ex.de reli.& ve.sanctorum.c.1.¶ Quadragesimus secundus.est, quod papa facit ens non esse.i.de aliquo nihil. qđ enim valet,facit non valere.ar.ex.de exces.præla.tanta.¶ Quadragesimus tertius est quod facit,non ens fore.i.de nihilo aliquid facit, siue quod non valebat,facit valere.ex.de transf.ca. primo& de conces.pręb.constitutus.30.quæstio.6. hæc quippe.2.q.1.in ipsis.¶ Quadragesimus quartus est, qđ solus Papa vtitur pallio, & vbique. extra de vsu pallio.ad honorem. ¶ Quadragesimus quintus est, quod solus papa concedit pallium,& tantum instanter petenti.c.dist.prisca,&.c.optatum. ex.de elec.significasti.¶ Quadragesimus sextus.est, quod papa legĩ non subiacet vlli.s.positiuę,quia princeps legibus solutus est.l.princeps.ff.de legi.hoc ideo,quia nulli subest,nec ab alio iudicatur,vt.§.in primo casu.decet tamen ipsum iura seruare.C.de legi digna vox.& ex de supplen.negligen.præla.licet.11.q.1.peruenit. ¶ Quadragesimus septimus, est quod appellatur ad ipsum sine medio.i.immediate, omisso medio 21.q.6.c.1.&.3.&.4.&.c.decreto alias appellatio gradatim est facienda.2.q.7.metropolitanum.&.11.q.1.peruenit & ex.de appel.si duobus.¶ Quadragesimus octauus est, quod sentẽtia eius facit ius.ex.de sent.& re iudi.in causis.¶ Quadragesimus nonus est,quod potest monachum extrahere de monasterio contra voluntatem abbatis,& alicui prælato & principi in socium assignare, vel secum tenere.9.q.3.per principalẽ.¶ Quaquagesimus est, quod papa dispensat cum regularibus, scilicet in criminibus maioribus adulterio extra de iud. at si clerici.¶ Quin-

Duodecimus. Decimus tertius. Quartus Decimus. Decimus quintus. Decimus sextus. Decimus septimus. Octauus decimus. Nonus decimus. Vigesimus. Vigesimus primus. Vigesimus secundus. Vigesimus tertius. Vigesimus quartus. Vigesimus quintus. Vigesimus sextus. Vigesimus septimus. Vigesimus octauus. Vigesimus nonus. Trigesimus. Trigesimus primus. Trigesimus secundus. Trigesimus tertius. Trigesimus quartus. Trigesimus quintus. Trigesimus sextus. Trigesimus septimus. Trigesimus nonus. Quadragesimus. Quadragesimus primus. Quadragesimus scđs. Quadragesimus tertius. Quadragesimus quartus. Quadragesimus quintus. Quadragesimus sextus. Quadragesimus septimus. Quadragesimus nonus. Quinquagesimus.

Quinquagesimus primus. rici. ¶ Quinquagesimus primus est, quod impedimenta matrimonij canonica aliquoties restringit, & aliquoties dilatat siue quod in matrimonio, quo ad multos casus dispensare potest, & potest firmare & relaxare. ex de consang. & affin. non debet. 35. q. 3. quidam lex. & c. quod scripsi. ¶ Quinquagesimus secundus. Quinquagesimus est, quod ipse extra quatuor tempora ordinat, dando sacrum ordinem, ipse enim potest solus subdiaconum facere extra quatuor tempora, puta in diebus dominicis. ex de tempo. ordi. c. 1. ¶ Quinquagesimus tertius est, quod ipse solus promouet prius per eum promotū, vnde ipse solus ordinat diaconum, quem ipse ordinauerat in subdiaconum, nisi de mandato suo. ex. de tempo. ordi. cum indistribuendis. ¶ Quinquagesimus quartus est, quod ipse eadem die ordinat, qua cōsecratur. ex de ele. quod sicut §. præterea. ¶ Quinquagesimus quintus est, quod solus ipse potest viuentis beneficium nondum vacans conferre. ex. de concess. preben. c. 1. & 2. ¶ Quinquagesimus sextus, est ipse potest auferre beneficium vni, & conferre alteri. vnde potest vacare circa concilia. ex. de elect. significasti, & de rescrip. nonnulli. & c. statutum. li. 6. quod nō potest legatus. extra de præben. c. 1. ¶ Quinquagesimus septimus est, quod ipse solus insignia Episcopalia concedit aliquoties Abbatibus, & alijs inferioribus, puta mitram, baculū pastoralem, annulū, sandalia, & huiusmodi. ex. de priuile. Abbates. & c. vt Apostolicæ. lib. 6. ¶ Quinquagesimus octauus, est, quod laico concedit spiritualia, sicut ius eligendi. ex de iure pb. ¶ Quinquagesimus nonus est, quod ipse potest conferre simplici presbytero, quod possit infantes chrismare in fronte. 95. dist. peruenit. ¶ Sextagesimus est, quod summū locum tenet in ecclesia, & est vicarius Iesu christi. Licet. n. quilibet episcopus possit dici vicarius Iesu christi. 32. q. 5. mulierem. & ex. de sacra vnc. 1. 1. tamen est particularis. Papa vero vniuersalis vicarius; vnde omnia regit, & de omnibus iudicat & disponit. 9. q. 3. cuncta per mundum: & c. per principalem 6. q. 6 1. Sequitur litera. ¶ [Vsurpare] i. vindicare, vel agere p̄sumat, vnde tales præsumentes vsurpare, quæ reseruata sunt Apostolicæ sedi merito veniunt puniendi. Tum quia alienū inuadunt, & non pertinent eis. Tum quia inualidum est, quod agunt, cum ad suam non pertineat potestatem. Tum quia tales non timent, nec verentur potestatem superioris, sed contemnunt, quia volunt honorare ecclesiasticum principem. Ecce pœna vsurpantium ea, quæ Apostolicæ sedi sunt reseruata, siue concessa, tales enim dignisunt depositione.

(Margin: Quinquagesimus secundus. — Quinquagesimus tertius. — Qinquagesimus quartus. — Quinquagesimus quintus. — Quinquagesimus sextus. — Quinquagesimus septimus. — Quinquagesimus octauus. — Quinquagesimus nonus. — Sextagesimus. — Exponit literam.)

1 *Interpretatio canonum, & gestorum concilij vniuersalis ad solum Papam pertineat. & nu. 6. 7. 8.*
2 *Interpretari præceptum legis, quid dicatur.*
3 *Interpretatienis genera sunt duo.*
4 *Doctores possunt canones interpretari, & quid eorum valeat interpretatio.*
5 *Interpretatio tripliciter distinguitur.*
9 *Inuitus ducendus est aliquis ad salutem.*
10 *Clerici, quando sunt contumaces, & non possunt corrigi per ecclesiam, potestas secularis debet supplere defectum ecclesię.*



Ec licuit. Hic inducit Gratianus ad prædictam conclusionem. c. quartum quod est beati Gregorij. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima prohibet concilium etiā particulare celebrare sine autoritate Papę ad aliquid generaliter statuendum, vel reuocandū vel etiam examinandum constituta per generalia concilia. In secunda docet, quid agēdum sit cum erit dubitatio de gestis alicuius generalis concilij, Tertio ponit contemnentes. Secunda ibi, sed quoties. tertia ibi, si forte. Pro intellectu primæ partis est sciendum, quod cum in concilio generali celebrato Constantinopoli statuta fuissent quædam capitula episcopi. Veneti. Istriæ, & Liguriæ dicta capitula non admittentes cōgregauerunt se, vt dicta capitula examinarent, & discernerēt ea esse approbāda, vel admittenda. Et quoniā hoc derogabāt autoritati summi Pōtificis, per quam dictum concilium fuerat celebratum, inuehit contra eos beatus Grego. dicens. Nō licere vnquam, nec licuisse particularem synodum congregari ad probandum, vel reprobandum statuta concilij generalis vel ēt ad aliquid generaliter statuendum. Sed, si circa statuta concilij generalis oriatur quæuis dubitatio, est sedes Apostolica consulenda, quę omnium fidelium mater est, & magistra

(Margin: Diuisio.)

quod est secunda pars huius. c. Pro pleniori intelligentia iuxta glo. ¶ Quæritur † vtrum ad solum Romanum pontificem 1 pertineat interpretatio canonum, & gestorum concilij vniuersalis. Et videtur quod nō, argumēto, quod tangitur in glos. quia videtur, quod ab omnibus Episcopis, vel seniori parte eorum qui interfuerunt potest, & debeat fieri interpretatio, quia ab eo debet prodire interpretatio, qui statuit ius. extra, de sent. excom. inter. & 11. q. 1. §. his omnibus, & c. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. Respondeo dicēdum, quod ad Romanum Pontificem, vtpote ad principem christianæ reipublicæ maxime spectet legū, siue sacrorum canonum interpretatio, atque declaratio cuiuscunque ambiguitatis, quæ de vniuersalibus concilijs nascerentur. Pro cuius conclusionis declaratione duo veniunt notāda. In primis, quid sit interpretari. Secundo, quot sunt genera interpretationis. † Interpretari 2 autem præceptum legis est dare intellectum rationabilem siue consensum præcipientis, & præcepti, siue legislatoris in lege, quem habuit. † Genera vero interpretationis sunt duo. 3 Ad præsens. s. magistrale. cum. s. per inuestigationem rationis quæritur intellectus rationis, siue legis, ac præcepti. & hanc potest facere quilibet doctus, & hoc in manifestis. i. in his, quæ rōne probari possunt, sicut doctores interpretātur quod præceptum ecclesiæ de ieiunio nō obligat pueros, nec non debiles, aut grauiter laborantes, seu etiam eos, qui tanta penuria fatigantur, vt sufficienter refectionem vnam in die habere non valeant. Hæc autem interpretatio dicitur probabilis, non necessaria, vnde ei non statur de necessitate, nisi quātum ratione demonstratur eidē standum fore. Vnde Hu. super. §. his itaque. 3. q. 1. † Quod doctores, & magistri pos- 4 sunt canones interpretari, sed eorum interpretationes non compelluntur iudices obseruare. Secus est in Romano pontifice. De ista interpretatione magistrali habetur. C. de profe. quæ in vrbe Constantino. l. 1. Respectu etiam sacræ scripturæ interpretatio est etiam quædam magistralis, qua doctores sacræ scripturæ inuestigatione rationis ex alijs sacræ scripturæ locis, aut sanctorum gestis interpretatur talem, vel talem esse secundum sacræ scripturæ rationem, de quibus videtur scriptū Esdræ octauo, vbi scribæ dicūtur interpretantes legē in populo. Hæc autem magistralis interpretatio etiam non habet necessitatem, siue vim obligādi, sed habet bene quandam probabilitatem, nec ei statur, nisi quantum ratione ostē ditur, quod talis sit de mente spiritus sancti sacram scripturā dictantis secundum illud prophetę. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. glo. i. Spiritus sancti. iuxta illud. 2. Pet. 1. Spiritu sancto loquuti sunt homines de. Et ideo, vt habet in c. heresis. 24. q. 3. Quicunque scripturam sanctam aliter intelligit, quā sensus Spiritus sancti efflagitat, à qua scripta est, autoritas, cui stat, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hęreticus appellari potest. ¶ Secundum genus interpretationis est secundum autoritatem cui non ratione aliqua signatur, sed autoritate interpretantis, vnde talis interpretatio vocatur necessaria, necessitate, siue obligat ad tenendum sensum datum per eum, & hoc modo legem interpretari non est cuiuslibet, etiam docti viri, sed aut condentis, quia est interpretari eius, cuius est condere. ff. de le. l. si de consuetudine, aut paris, dicitur autem par, qui in dignitate succedit, qui ideo habet autoritatem interprrtandi legē prædecessoris, quia & tollendi, quia par in parem imperium non habet. Non autem dicitur hic par, qui habet similem dignitatem, sed non eandem. Nam statutum vnius Episcopi alius alterius diocesis non habet interpretari. nec falcem suam mittere in messem alienā. Sed interpretari, est superioris, qui. s. potest regulare particularem personam, aut etiam collegium. Superior etiam hic dicitur, qui iudex est inter aliquos, inter quos interpretatur legem. ff. de leg. l. nam, vt ait interpretationi eius in iudicio platæ partes stare tenentur, nisi appellauerint. conuenit etiam interpretari inferiori ex commissione superioris. Legato: vnde Legatus Papæ iuterpretatur rescriptum papæ. extra de postula. prela. c. 1. circa medium. & extra, de rescrip. ad hoc vnde in glo. dicitur. j. de postu. prela. distinguitur triplex in- 5 terpretatio. † Vna enim est generalis, & necessaria. & redigenda in scriptis, vt est interpretatio principis, de qua in. l. fin. C. de legi. Alia est generalis, & necessaria, sed non redigenda in scridtis, vt nst interpretatio consuetudinis. l. fin. ff. de legibu. §. de interpretatione. Alia est necessaria, & in scriptis redigenda, sed non est necessaria, vt interpretatio iudicis, de qua etiam habetur in. l. 1. C. de legi. Quibus notatis, ponun- 6 tur aliquæ conclusiones. † Prima, quod ad Romanū Pontificem maxime

(Margin: Primū ar. — Opponit & Respō. — Esd. li. 2. c. 8 — Psalm. 44.)

Prima conclusio. ficem maxime pertinet declaratio cuiusuis autoritatis ambiguæ, siue ambiguitatis, q̃ de vniuersalibus concilijs oriatur. Ista conclusio probatur autoritate beati Gregorij in præsenti tex. ¶ Secunda conclusio † existente in sede apostolica, vno
Secūda cōclusio. 7 & indubitato præsule, ad ipsum solum videtur pertinere interpretatio dubiorum autoritatiua, cum obligatione ad sic sentiendum, quæ de gestis vniuersalium conciliorum oriri contingunt. Conclusio videtur patere ex dictis in præsenti di sic ab illo videtur pendere integra & interpretatio gestorum in concilio vniuersali, à quo & concilij vniuersalis autoritas pendet, & robur gestorum in eis pendet à Papa regulariter, vt per hanc distinctionem patet per totum, & extra, de elect. significasti, ergo ad papam solum videtur pertinere interpretatio gestorum conciliorū vniuersalium si aliqua de eis
Tertia cōclusio. 8 oriatur ambiguitas. ¶ Tertia conclusio est † canonum interpretatio maxime conuenit Romano pontifici. Patet conclusio. Tum ex dictis, quia Romani Pontificis autoritate canones sunt constituti, ergo ad ipsum Romanum pontificē spectat illorum interpretatio, consequentia patet, cum eius sit interpretari, cuius est condere, & vnde ius procedit ab eo interpretatio est requirenda, vt extra de sent. excom. inter. Tū patet conclusio ex. §. ex his. c. sicut. 11. q. 2. vbi sic dicitur. Sicut enim ille solus habet ius interpretandi canones, qui habet ius condendi eos, ita ille solus ciuilium legum debet esse interpres, qui eis ius, & autoritatem impartitur. Præterea eadem conclusio ostenditur manifesta ex. §. ex his. 25. q. 1. vbi dicitur. Sacri quidem canones ita aliquid constituunt, vt interpretationis autoritatē sanctę Romanæ ecclesiæ reseruēt. Et rationem subiungens ait. Ipsi nanque soli canones valent
Ad argu. interpretari; qui ius condendi eos habent. Quibus habitis dicendum est. Ad rationem respondetur, negādo minorem, dicimus enim quod, id quod in concilijs vniuersalibus constituitur autoritate Papæ statuitur, quia vtpote solus totius ecclesiæ princeps canonibus autoritatem impartitur, iuxta superius allegata. c. [Aut si forte] secunda pars scriptum est Prouer. 18. i si tales pertinaces, & contumaces, perstiterint in aliqua malitia, quocunque modo. s. honesto trahendi sunt ad bonum, s. per ecclesiam admonitione, excommunicatione, &
9 corporali etiam inclusione, arg. † quod aliquis inuitus ducendus est ad salutem, 23. q. 4. displicet, vel alio modo licito, per pecuniam vero nunquam, ne potius pecuniam, quam christum videatur sequi. ar. 1. q. 2. quam pio. & 16. q. 7. per laicos. aut si per ecclesiam nō possit trahi, & coerceri necessario est
10 eos opprimi per seculares. ar. † quod quando clerici contumaces sunt, & non possunt corrigi per ecclesiam potestas secularis debet supplere defectum ecclesiæ. 12. q. 1. sacerdotum. 23. q. 5. princeps. & c. de Liguribus. glo. autem tantum videtur ponere duos casus, in quibus clericus solum est tradendus curiæ seculari. Primus est, quando est incorrigibilis. i. quādo per ecclesiam corrigi non potest, quia vbi deficit ecclesiasticum auxilium. debet supplere seculare, & hoc autoritate ecclesiæ. n. sic donatistæ per Imperatores fuerūt puniti, & in hoc princeps deo seruiuit, sicut scribit Aug. in epistola ad donatum, & ad Vincentium. Et frequenter contra Donatistas. Si vero clericus est corrigibilis, & potest per ecclesiam corrigi, quantumcunque sit criminosus non est tradendus iudici seculari, vel curiæ. 81. dist. & extra de iud. at si clerici. in quo sępe peccant Episcopi, qui clericos depositos tradunt curiæ. Hugon.

1 *Legitimum effectum sortiri non debet quod non fit legitime.*
2 *Nomen dignitatis non meretur habere, qui ipsa dignitate abutitur.*



Vltis denique. Inducit consequēter Gratianus hoc c. 5. ad conclusionem præfatam huius dist. & est Papæ Pelagij scribentis Episcopis, qui conuenerant ad celebrandum concilium vniuersale vocati à Ioanne Patriarcha constantinopolitano. Et diuiditur hoc. c. in tres partes. In prima ponit, quod canonicis, & Apostolicis, & ecclesiasticis regulis restantibus non debeant absq; licentia Romani pontificis cōcilia celebrari. In secūda minatꝰ pęnā, si amplius talia attentare præsumant. In tertia cō
Exponit literam. sulit, quid agendum sit, si contingat super aliquo negotio, q̄ inter Episcopos prouincię deceptatio, ac questio oriatur aliqua. Secunda ibi. Vos quoque. tertia ibi, si vero in qualibet. Hic nihil occurrit disputandum. Litera. ¶ [Absq; sententia] .i. autoritate, & consensu. Hug. [Concilia generalia] vel ad ali-
1 quid generaliter statuendum [non concilium] ar. † quod id, q̄d legitime non fit, nec legitimum sortiri debet effectum. ar. di. 80. si quis Apostolicę. & c. si quis. & dist. 68. Corepiscopi. Itē
2 ar. † q̄d nome dignitatis nō meretur habere, qui ipsa abutitur dignitate. ar. 2. q. 7. non omnes, qui & di. 87. nemo [cassatur]. i. ipso iure cassum est, & inutile, vel cassum est. i. dignum est cassari de facto, ne idiotæ crederent aliquid vigoris. Hu. sicut excommunicatus de facto absoluitur de facto. vt extra, de app. ad præsentiam. Et tunc dic. [&] pro. i. ita quod sit expositiuum. Archi. [Vosquoque] secunda pars, & c. [Si vero] tertia par. [ad maiorem]. s. sedem, vel ad primatem. Et ita patet. q̄d à primate recurrendum est ad concilium, quia à primate ad concilium appellari potest. vt. 2. q. 6. c. 2. Sed quid est, quod hic dicitur, quod si dissentiunt episcopi recurrendum. sit de vno ad alium, nonne consentiendū est maiori parti. 65. d. c. sane. & extra, de elect. & ele. potesta. c. coram. Idem etiam est in iudicijs, quod standum est sententię plurium, vt extra, de offi. dele. prudentiam. Sol. dicunt quidam, vt notat gl. quod hoc habet locum in dispositionem Episcopi, in qua speciale est hoc, quod dicitur. Et quod Epi scopi debeāt concordare cū Archiepiscopo in causa Episcopi. s. in depositione Episcopi. 15. q. 7. felix. Nos credimus cum Hu. quod hic dicitur debere fieri in qualibet causa, cum sic discordāt, quod nec isti nec illi proferunt sententiam, sed sic extendunt, quod isti volunt sic pronuntiare. Alij vero alio modo, in quo casu dicit Hugo.
Hug. ita intelligendum esse illud. c. 6. q. 4. c. 1. [si illic]. i. apud primatem, vel Metropolitanum. de vtroque potest casus aptari, sic habetur. 2. q. 6. omnis oppressus Hu. [Synodus]. i. cōcilium prouinciale. [regulariter]. i. generaliter congregata cū primate, vel Metropolitano. Hu. [Canonice] quantū ad causam, iuste, quantum ad ordinem. Arc. [maiores] vt de fide, & depositione episcoporum, & conuocatione generalium conciliorum, & huiusmodi difficiliores, quæ per alios determinari non possunt, vel non debent, vt. 23. q. 1. quoties. dist. 12. præceptis. & . q. 6. qui se scit. & . 3. q. 6. dudum. & di. 20. de libellis, Hu. Concilia sacerdotum, & c.

1 *Consultatio dicitur minoris, & quare.*



Oncilia sacerdotum. Hic subiungit. 6 c. quod est. Symmachi Papæ in fauorem primę conclusionis, quæ fuit, quod sinę autoritate Papæ nec generalia concilia, nec etiam prouincialia possunt, nec debēt celebrari ad aliquid statuēdum. Et potest diuidi in duas partes. In prima dicit, quod dictum est, videlicet, quod nulla prouincialia concilia per episcopos celebrata habuerunt valitudinem generalem, quæ autoritatem papæ non habuerunt. In secūda reprehendit quosdam præsumptuose contrarium asserentes, ostendens quod dixerat exemplo. Sec unda ibi, legite, nihil hic occurrit disputandum. ¶ [Concilia sacerdotum]. i. Episcoporum. [decreta] Diuisio.
.i. statuta fieri quot annis] id est per singulos annos, statuta dico fieri. [ecclesiasticis legibus]. i. per canones. vt di. proxima. c. 1. & . 2. & . 3. [Valitudinem] generalem, non enim habent vigorem, nisi in principijs suis [perdiderunt]. i. non habuerunt, & est improprietas loqu-di, quod aliquis dicatur perdere, q̄d non habuit. nec habebit simile. 5. q. 6. quia iusta. Hu. [legite.] secunda pars. Si vsquam, vel vnquam inuenire poteritis, quasi dicat inuenire non poteritis in illis, scilicet cōcilijs aliquid ecclesiasticis legibus fuisse statutū, s. generaliter præter Apostolicæ sedis sanctionem. i. præter autoritatē eius. [& non de maioribus]. i. nonne seruatū semꝑ legitis. q. d. ita consultationem, vt. s. ipse papa cousultus rescriberet, quid esset faciendū Exponit literam.
1 in tali casu. † Est enim consultatio minoris à cousulendo. i. inquirendo. s. cum minor iudex dubitans de aliquo negotio cōsulit principem, vel Papam, quid iuris sit in tali casu, sicut probant multi text. qui dicunt consultationi suæ. Est etiam consultatio maioris. s. principis, vel Papæ consulendo. i. consiliū præstando. i. cum rescribit ad consultàtionem alicuius, quid iuris sit in tali casu, vnde & tale rescriptum dicitur consultatio. Hugo.

1 *Imperator non potest conuocare Episcopos ad concilium nisi autoritate papæ.*
2 *Autoritas concilij non est à Deo immediate, sed à Papa.*
3 *Officio suo nemo est priuandus ante sententiam.*
4 *Vir debet reddere debitum vxori quamuis eorum accusetur matrimonium.*

Hinc etiam

Cõtinuatio



Hinc etiam. Hic Gratianus ad ostendendum cõclusionem præfatam videlicet quod autoritas congregandorum vniuersalium conciliorum sit apud papam, subiungit testimonium episcoporum, qui congregati fuerunt tempore Theodorici regis super facto Symmachi papæ, cui obiecta erant aliqua crimina. Et potest diuidi in quinque partes. In prima ponit Gratianus verba ex gestis Romanorum pontificum, quasi sua. In secunda ponit verba Episcoporum, qui vocati fuerant ad synodum pro causa Symmachi Papæ. In tertia ponitur responsio domini regis. In quarta ponitur iudicium episcoporum de absolutione Symmachi Papæ. In quinta cum clericis quibusdam, quia de obedientia papę ante tempus debitum recesserant, meruerunt deponi, misericorditer dispensatur, vt officijs restituatur. Secundum ibi. Liguriæ, & simile Episcopi. Tertium ibi. Ad hoc serenissimus Rex. Quartum ibi, Episcopi vero. Quintum ibi. De clericis vero. Circa primum dici[præcepisset]de facto, non de iure. Imperator enim non potest conuocare Episcopos ad concilium, nisi de autoritate Papæ. vt. 2.q.5. mandastis: vnde postea redargutus ab Episcopis reuocauit mandatum, vt postea dicitur. Hu. vnde dicit gl. Episcopi venerunt ad citationem Regis, non, quod venire tenerentur, sed vt reuocaret eũ ab errore suo. [Liguriæ.]Secũda pars [suggesserunt].s. Epi ipsi congregati.i. notificarũt ipsi Regi duo: primũ est, quod licet ipsi ad illũ locũ mãdato suo conuenissent, nequaquam tñ conciliũ facere poterant, aut eorum congregatio nomen concilij habere posset, nisi ipse Papa, qui impetitus dicebatur, synodum cõuocaret. Argumentum primũ,


Diuisio.

1 Exponit literam.

2 Quod autoritas concilij non est à Deo immediate, sed à pa
3 pa. Argumentum secundum. quod nullus est priuandus officio ante sententiam. 8.q.4. nõne. & intellige in perpetuũ, quia ad tempus potest suspendi ante sententiam propter infamiã,
4 vt 2.q.4. presbyter. Item argu. quod vir debet reddere debitum vxori, quamuis eorum accusetur matrimonium. arg. 11. q.1. quia res. & 33.q.3. historia. & 35.q.6. multorum. Hugon. [Scientes.] Assignat rationem, quare oportebat, vt ipse Symmachus autoritatem præberet congregãdi concilium. [quia meritum] di. 40. nam nos. [de iussione Domini].i. dispositione, & ordinatione diuina. [cum enim ait.] Matt. 16. quodcunque ligaueris, &c. & Io. 21. Pasce oues meas. Nota ordinem primo est meritum Petri apostoli, qui Christo discipulos interroganti. Et vos, quem me esse dicitis. Respondit. Tu es christus filius dei viui, &c. Deinde iussio domini. Tertio] venerandorum conciliorum autoritas singularem tradidit potestatem [intellige per approbationem, ei se humiliter subijciẽdo, quia potestas tradita fuerat per domini iussionem. vt d. 21. quamuis, vnde, quod glo. dicit, quod Papa autoritatem secundario habuit à concilijs accipiendum est, per hunc modum approbationis, & declarationis, non per modum collationis, quoniam cum robur, & autoritas conciliorum ab Apostolica sede dependeat, vt hic per totum. & extra, de elec. c. significasti. non potest cum veritate intelligi, quod concilia aliquo modo potestatem dederint aliquam Apostolicæ sedi, sed accipiendum est quod dederunt ei autoritatem.s. approbando eam se ei iuxta dispositionem diuinam humiliter subijciẽdo. Item declarando & diffiniendo Romanum Pontificem habere primatũ in vniuersali ecclesia, & diffinita per eum, & cõstituta reuerenter esse suscipienda, vnde Archi. super ver. tradidit. di. 1. traditum esse ostendit. De hac materia plenissime scripsimus lib. 2. summæ nostrę. de ecclesia. Secũdum de quo Episcopi præfati informauerunt dominum regem, est, quod apostolicæ sedis presul non subiacet minorum iudicio. Ecce quod synodus ista cõfitebatur duo. Primum est se minorem Papa. Secundum est, quod eius iudicio non subiaceret. simile infra distinctio. 21. nunc autem. Papa enim non potest ab aliquo iudicari, nisi in casu hæresis. disti. 4. si Papa. [Ad hoc] secunda pars [sequenda præscribere].i. statuere, & præfigere ea, quæ tam ipse Imperator, quam alij sequi debeant [nec aliquid sua autoritate præter reuerentiam] imperator debet reuerentiam ecclesiæ, sed de ipsa, aut rebus eius, vel personis sua autoritate nihil potest disponere. ar. di. 96. bene. vnde nec dignitate nec præbendas dare potest, nec aliquis ab eo recipere potest. ar. decimosexto quæsti. 7. quis deinceps. [Episcopi vero.] quarta pars. [Cõgregata autoritate Symmachi.] quia licet primo ad locum illum conuenissent iussu Imperatoris conuentus ille non poterat dici synodalis, siue habere nomen congregationis concilialis, nisi fulta esset autoritate summi pontificis. [dixerunt. Symmachus immunis].i. absolutus ab impetitione. [quantum homines].i. quo ad iudiciũ hominum. Causa enim summi pontificis soli deo reseruata est secundum illud. 9.q.3. aliorum. Sed contra videtur haberi in. §. item cum Balaam. 2.q.7. vbi dicitur, quod fuit statutum quod accusatoribus responderet. Respondetur, quod primo fuit accusatus de hęresi, hic dicta sunt verba illa, sed cum appareret calumnia accusantium absolutus est, & iudicatus immunis, quod hic dicitur. & hoc totum factum est in eadẽ synodo, nec valet illa solutio quorundam dicentium. quod de alio Symmacho intelligitur, quod ibi dicitur, & de alio, quod hic dicitur, cum vnus solus fuerit, sicut patet per chronicas. Hu. [De clericis] quinta pars de clericis.s. cardinalibus, & aliis Hu. [ante tempus].i. ante sententiam condemnationis cõtra regulas canonicas, & per cõsequens fieri nõ debuit. 8.q.4. nõne: [misericordiam] quia da iure debebant deponi. vt. 8.q.4. nonne [restitui].i. non priuari, vel forte ab ipso Papa priuati erant beneficijs, & de voluntate Papæ sunt restituti. Hug. Illud est verbum Gratiani de clericis. Assignat causam propter quam dispẽsatio illa cum clericis, illis scilicet cardinalibus. & alijs facta sit, quia scilicet propter scãdalum vitandum & pacem in vrbe reformandam. [in alia synodo] de qua dis. 18. bene subscripsisse in hoc concilio. & respondisse in alio. Hu. [hoc quoque] nondum exijt hic à proposito suo Gratianus: et ostendit, quod ratione huius subscriptionis minor videtur esse Mediolan. quam Rauennatis. & soluit in seq. c.

Archid.

1 *Archidiaconus ratione administrationis censetur maior Archipresbytero.*
2 *Canonicus ecclesiæ cathedralis debet præferri canonico ecclesiæ collegiatæ.*
3 *Theologus prefertur canonistis, legistis, medicis, &c.*
4 *Monachi debent præferri canonicis regularibus.*
5 *Sacerdos simplex debet militi seculari præferri.*



Episcopos. Secunda pars huius distinctionis, in qua loquitur de ordine quem Episcopi in concilijs sunt seruaturi, tam in subscribendo, quam in sedendo. dicit tamẽ. Hu. quod hoc non facit ad propositum Gratiani dicit autem, quod Episcopi in sessionibus, & subscriptionibus in concilijs debẽt tenere illum ordinem, quem habẽt in tempore ordinationis eorum, vt qui primo ordinatus sit, primum locum sibi vendicet. & qui secundo secundum, & sic de cæteris. vt 83. di. Episcoporum. & 75. di. c. vlt. & extra de maio. & obe. c. 1. quia gloss. recitat aliquid in contrarium ad sciendum. quis debet preferri iuxta Ioannem de Fãtutijs est sic considerandum. Aut enim vnus præcellit alium dignitate, vel in ordine, quia vnus est archiepiscopus, alius episcopus, vnus presbyter: alius diaconus, & tunc ille præfertur, qui est maior ordine, vel dignitate. vt est tex. 7. ea. di. placuit. hoc tamẽ fallit, vbi ille, qui esset minor ordine: esset maior administratione, quia tũc ille deberet præferri, cũ dicatur minor, vt no. gloss. in. c. deliberatione de offi. le. in. 6. vbi dicit quod

Continuatio.

Io. de Fãt.

1 Archidiaconus ratione administrationis censetur maior Archipresbytero, vnde in missa debet seruire Archidia. archipresbytero ratione ordinis inferioris. In his autem, quæ cõpetunt ratione dignitatis, vt puta missam in loco in voce, iurisdictione, & similibus, tũc præcedit Archidiacon. ar. 2.q.4. quanquam & not. 21. dist. in nouo. Aut sunt æqualis dignitatis, vel ordinis, & tunc quædam sunt dignitates, non differentes, quo ad nomen, tamen propter nomen, dignitatem, seu preeminẽtiam dignitas eiusdem nominis censetur maior: & tunc ille præfertur, qui habet dignitatem in nobiliori loco,
2 licet sint eiusdem nominis. vnde Canonicus ecclesiæ cathedralis debet præferri canonico ecclesiæ colligiatę. vt not. Inn. in. c. 3. de sepul. Aut est æqualitas, quo ad loca, & tũc aut alter recipit dignitatem, vel ordinem à maiore superiori, quam alter, tunc præferendus est ille, qui à maiore recidit. vt in cap. per tuas. de ma. & obe. Aut fuerunt promoti ab eodem, vel ęqualiter, tunc si vnus pręcedit alium merito vitæ nobilitate vel scientia præfertur alteri, etiam si alter fuerit ante promotus. vino. glo. 16. di. c. clementer. & c. sexta synodus. no. Arc. eadem di. quoniam aut sunt æquales in meritis vitę, ac nobilitate, & scientia, & tunc præfertur, qui primo est ordinatus: vt est casus hic. Aut differunt in professione scientiæ, quia vnus est theolog⁹, alius canonista, alius legista, alius medicus
3 & tunc theologus præfertur canonistis, legistis, &c. Canonista præfertur

Archid.

sta præfertur legistæ, vt no. Io. An. in. c. clericis. & c. sexta synodus. de iudic. & legista medico. Aut differunt professione religionis, tunc clerici seculares preferuntur religiosis, vt patet. 16. q. 1. legi. & c. alia. Aut sunt regulares inter se, tunc illi præferuntur quorum regula esset primitus approbata, & ideo pdicatores pferuntur minoribus. vt no. gl. in. c. quorūdā. in. 6. & no. in. c. fi. de pac. & no. Arc. in. c. 1. de deci. in. 6. Ex quo in-
4 fertur † ꝙ monachi debent preferri canonicis regularibus, qa Bñdictus, q cōposuit regulā monachorū, quæ iā ap pbata de regu. super eo. fuit approbata ante regulam Augustini, qui fecit regulam Aug. qui fecit regulā canonicorum regulariū. Aut concurrit dignitas ecclesiastica, & secularis, & tunc ecclesia præfertur. de maio. & obed. solite † vnde simplex sacer-
5 dos debet militi seculari præferri, quia si ille miles est Imperatoris, iste christi. 40. di. ante omnia, & miles christi præponitur. 11. q. 3. Iulianus. Et hæc conclusio Io. And. in. c. eo libentius. de ser. non ord. hæc procedunt generaliter. Sed quis prefertur in consistorio Papæ, dico, quod seruanda est consuetudo curiæ, quæ in præmissis attenditur. vt est tex. 93. di. legimus. hæc Ioan. de Fant. ¶ Verum ne præmissum. c. quis vellet intelligere secundum dignitatem ecclesiarum sic vt Gratianus allegauit, ideo idem magister determinat hic quo sensu intelligatur, vnde hic apud antiquos habetur notula, qui vulnerauerat, medere debuit. Hu. ne. s. ob hoc Mediolanen. credatur prærogatiuam habere super Rauēnatem. [Dicit, quod non ad ecclesias, sed ad personas]. i. in sessionibus, & subscriptionibus non attenditur dignitas ecclesiarum eorum, qui respondent, vel subscribunt secundum tempus ordinationis personarūm. Hu. & Archid. Et huius ratio est. Nam actus sedendi, & scribendi, & respondendi non conueniunt ecclesiæ, sed ecclesiam regenti, & etiam quia ad ordinem Episcopalē pertinent, s. eminentia vitæ, & sapientiæ, & doctrinæ, nec nō prudentiæ, vt patet per Apostolum. 1. ad Tim. 3. hæc autem probabiliter, & communiter præsumantur potius resplēdere in senioribus, & antiquioribus, & magis expertis in officio pōtificali, quam in his, qui minores in officio & minus experti sunt, vnde scriptum est, quod in antiquis est sapientia Iob. 7. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, ergo doctrina, & veritas maxime est petenda à senioribus & magis expertis, qui circa Episcopalis officij negotia diutius insudarunt, propter quod ipsi sunt rationabiliter in sessionibus subscriptionibus. & respōsionibus alijs præferēdi & c.

¶ *Distinctio Decima octaua.*

1 *Concilia episcoporum sunt vtilia maxime ad tria.*



Episcoporum. Incipit. 18. disti. vbi postquam superius magister Gratianus tractauit de concilijs vniuersalibus, nūc subiungit tractare de concilijs prouincialibus. Et diuiditur hæc distinctio in sex partes. In prima ostendit ad quid sunt vtilia concilia puincialia. Secunda quoties sunt celebranda, & ostendit per quinque canones, quod bis quolibet in anno. In tertia ostendit, qualiter post relaxatum sit bonis respectibus ad semel tantum in anno In quarta, quod non sunt cogendi presbyteri ad concilia eulogia. i. munera deferre. In quinta ponit pœnam venire contemnentibus, & iubet, quod Episcopi venire ad concilium non negligant. In sexta iubentur episcopi notificare in diocęsibus suis subditis, quæ statuta sunt suis concilijs prouincialibus, secunda incipit ibi: De concilijs. Tertia ibi, quoniam. Quarta ibi. De eulogijs. Quinta ibi, Episco-
1 pis. Sexta ibi; Decreuimus. ¶ † Circa primam partem est notandum, quod Episcoporum concilio sunt vtilia maxime ad tria, ad directionem per modum regulæ constituendo canones. Licet enim Episcoporum concilia non possunt constituere generales canones. quibus ligetur tota fidelium vniuersitas, possunt tamen constituere speciales canones, vt prouincialia in prouinciis, & episcopalia concilia & in diocœsibus suis, imo quilibet populus, & quælibet ecclesia potest sibi statuere ius. vt di. 1. ius ciuile. & di. 8. quæ contra. & 10. q. 1. catholica. & duodecima distinctio. illa. & de consecra. di. 3. c. 1. Quod vero subiungit ad diffiniendum, verum est de magnis, in qbus specialis autoritas Papæ requiritur. vt. s. d. prox. multis. & de his, qui spectant ad honorem, & ad aliquid generaliter obligat, verum si talia, quæ in conciliis prouincialibus statuta sunt Papa approbet, tunc astringent omnes, non quia ibi statuta sunt, quia à Papa approbantur, & iubentur obseruari generaliter, sicut scripta Augustini, & Hieronymi, & multorum aliorum generaliter omnes astringunt, non quia sunt dicta ab eis, sed quia sunt à Papa approbata, & generaliter ab ecclesia recepta, sic & leges Vlpiani habētur in autoritate, non ratione personæ promulgantis, sed quia à principe sunt confirmatæ, & receptæ generaliter. ¶ Secundo valent ad correctionem malorum, multa enim mala fiunt à clero, & sacerdotibus per prouincias, & diocęses, quæ male corrigūtur à prelatis inferioribus. Ideo expedit multitudinem prelatorū congregari, vt insurgat contra tales zelo domini incensa. Sed dicitur de Ciconiis, quod quando sunt congregatæ insurgūt contra illam, quæ relicto compare, recipit alium ad vitam, & eam totam deplumant & dilacerant. Exemplū etiam Iudic. 20. de filiis Israel, qui cōgregati. 400. milia dixerūt, quod non redirent in domum, donec vlciscerentur scelus commissum in vxorem leuitæ in gabaa. ¶ Tertia vtilitas ad eruditionē, & exhortationem paternam, prelatorum enim sicut patrum, & maiorum est erudire sacerdotes inferiores, maxime propter hoc, quod in multis est magna simplicitas, quæ plurimū periculosa est in his, qui alios regere habent. Et quia non est bene possibile singulos in particulari exhortari, siue docere. Ideo fiunt salubriter hæc concilia exemplo Iacob, qui dicebat Gen. 49. Congregamini, & audite filij Israel patrem vestrū. Et ideo fiunt sermones in synodis in quibus iuxta varietatē statuū, & graduū sacedotū & religiosorꝫ ibidē cōuenientiū variæ exhortationes, & prædicationes tā ad morū correctionem, quam ad agendorum eruditionem fiunt. Litera. ¶ [Ad diffiniendum]. s. generaliter, vel de magnis negotijs, necessaria ad exhortationem constituendi aliqua generaliter, vel magna, vel quæ ad honorem, vt dictum est alias, non dicit verum Gratianus. Hug. Exponit literam.

1 *Iura adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt.*
2 *Metropolitanus consulere debet primatem in magnis causis, & quæ per ipsum terminari non possunt.*
3 *Primas an debeat interesse concilio prouinciali seu Metropolitani.*
4 *Iudex à quo appellatur potest instruere iudicem, ad quem appellatur.*



De conciliis. Sequitur secūda pars. & c. 1. ꝙ est Leonis Papæ. Et diuiditur in duas partes. In prima instruit, quoties in anno debeant fieri concilia à Metropolitanis. Et dicit, ꝙ bis. Secundo ponit, quod si aliqua quæstio ibi. Orta fuerit, quæ nō possit, vel non debeat ibi terminari, referatur ad primitatē. Et si coram primate terminari nō possit, vel nō debeat referenda sit ad papam. Secundū ibi. Ac si forte. Circa primam partem Leo Papa scribens primati Thessalonicen. instruens eum, quoties in anno celebrando forent concilia, dicit, ꝙ bis sic dicens. ¶ [De conciliis Episcopalibus]. i. prouincialibus, quæ Episcopi congregati cum Metropolitano, vel Primate faciunt [bini conuētus]. i. bis fiat conuentus in anno: hoc tamen correctū est, j. e. qm quidā. & ex. de accu. sicut olim. [inter diuersos ordines] inter clericos supple. vel laicos, quia duo sunt genera hominum. 12. q. 1. duo. Si tamen tales sunt quæstiones, quæ ad examen Episcopale pertineāt, & quia tales questiones sepius consueuerunt oriri inter clericos, quam inter laicos, ideo spe-
1 cialiter facit mentionem de clericis. Cum ait, inter diuersos ecclesię ordines. † Ad ea enim quæ frequentius accidunt iura adaptantur. at. di. 28. vane. & 28. q. 1. iam nunc. Hu. [Aut si for-
2 te] secunda pars. [Nequeat] vel non debeat Hu. [fraternitatē] iste enim primas erat Metropolitanus. Curabit. † Nota quod in magnis causis, & quę per ipsum terminari non possunt, vel non debent Metropolitanus consulere debet primatem, si habet eum supra se. arg. di. 45. de persona. & 6. q. 4. si inter epi-
3 scopos. † Item si queratur an primas debet interesse concilio prouinciali, seu Metropolitani. Respondetur hic, quod non, qa sufficit autoritas Metropolitani. ar. di. 92. c. si quis Episcopus. & 11. quæst. 1. si clericus aduersus. [instruere] per relatio-
4 nem, siue per literas. Arch. ar. † quod iudex, à quo appellatur, potest instruere iudicem, ad quem appellatur. ff. de appella. reci. sciendum. non tamen tanquam testis. vt. 3. q. 6. statuendum. [nec tuo fuerit:] quia non potuit, vel non debuit Hu. [transferatur] per appellationem, vel consultationem, vel per quærimoniam. Hug.

Continuatio. Diuisio. Diuisio. Exponit literam.

1 Simulatio

1 *Simulatio propr ie dicitur late s odium, & inueteratum, seu latens iniquitas.*
2 *Ieiunium eorum, qui pacem non habent cum proximis, non est deo gratum*



Habeatur Sequitur ſm.c. ad idem Nihil difficile est disputãdũ. ¶ [Ante dies quadragesimæ] in sequenti ca. dicitur post tertiam hebdomadam paschalis solemnitatis, & ita videtur quòd alterum deroget alteri. Ad hoc dici potest iuxta gloss. & Hug. quod hoc capit. deroget sequenti, quia hoc est Nicæni concilij quod maioris est autoritatis. Secundo potest dici, ꝙ neutrum derogat alteri, sed loquuntur ſm diuersas diuersorum locorum consuetudines, verum generali consuetudine, iam derogatum esse videtur his capitulis. Nam iam, quibus Metropolitanus pro sua voluntate eligit tempus ad concilium, imo plus dicimus, ꝙ huiusmodi concilia non solũ nõ is sed nec ẽt semel celebrãtur in multis prouincijs, licet hoc non sit laudandum. Dicimus autem generali consuetudine in contrarium vtentium illis capitulis esse derogatum, quia ecclesia Romana bñ nouit hanc consuetudinem cõtrariam, nec improbat. vnde tacite videtur eam confirmare. Hu. [Simulationibus] † simulatio proprie dicitur latens odium, & inueteratum, seu latens iniquitas, sed hic ponitur generaliter pro controuersia. [mundum ieiunium.] ar. † ꝙ ieiunium eorum, qui pacem, non habent cum proximis, deo non sit gratum, cum non sit mundum à peccato. de consec. distin. 5. c. nihil prodest.

Exponit literam.

1 *Dies tres sunt celebres in quolibet mense.*
2 *Calende, qua dies dicatur.*
3 *Nonæ quæ dies dicatur.*
4 *Idus, quæ dies dicatur.*
5 *Secundus dicitur à sequendo.*
6 *Subditi omnes an teneantur de singulis querelis in concilio generali, vel prouinciali, vel episcopali respondere.*
7 *Dictio vniuersalis non semper vniuersaliter accipitur.*
8 *Episcopi an possint conuocare concilium prouinciale, quando prouincia non habet Metropolitanum, vel Primatem.*



Propter. Sequitur tertiũ c. ad idem. Et põt diuidi ĩ quatuor partes. In prima dicit celebrandũ conciliũ bis quolibet anno. Secundo assignat tempus, quo celebrari debeat primum, & secundũ. In tertia dicit omnes illos presbyteros, & Diaconos debere esse præsentes, qui læsos se existimãt. Quarto ꝓhibetur Epis siue Metropolitanorum scientia celebrare concilia prouincialia. secunda ibi. Semel quidem. tertia ibi. In ipsis autem. Quarta ibi. Nec liceat. de prima patet simul. Secunda pars dicit, quod primũ, conciliũ celebrandum est in medio illius tẽporis, quod dicitur pentecoste, & Pascha. Dicitur aũt totũ illud tempus Pentecoste, quod est inter Pẽtecosten, & Pascha Et tunc construitur sic. [Media hebdomada] ipsius Pentecostes. i. illius temporis. Hu. Sunt aũt inter Pascha, & Pentecosten septem hebdomadæ, vnde quarta dicitur media. [Admoneant]. i. conuocent, s. Metropolitani episcopos ad concilium, vbi appellatione Episcoporum etiam Archipresbyteri comprehenduntur. [Secundũ vero idibus octobris habeatur] qui dies apud Græcos. [hiperberetei]. i. octobris mensis decimus inuenitur. Sed. hoc videtur falsum, ꝙ dies iduũ sit decimus illius mẽsis. s. octobris in quolibet. n. mẽse idus est vel tertius decimus, vel decimusquintus, quilibet. n. mensis habet quatuor nonas, vel sex nonas, ille qui habet quatuor nonas, habet semper idus. In. 13. die. ille, qui habet sex nonas habet semper idus. 15. Cum ergo october habeat sex nonas: eius idus sunt in. 15. die: non ergo in decimo, sicut dicitur in c. ¶ Ad hoc est triplex responsio, quidã. n. dicunt, vt tangit gl. & Hu. ꝙ idus capitur hic generaliter, prout dicitur totum spatium à nonis vsque ad idus, qui incipiunt nominari post nonas: & ita idus durat per octo dies post nonas: & in illis inuenitur decimus dies illius mensis. s. sexto idus octobris, & tunc est sensus, habeatur in idibus octobris. i. sexto idus, qui dies. s. idus, octobris inueniuntur apud Græcos decimus dies ¶ Secunda responsio est vt tangit Hu. & Arch. post eũ quorundam astrologiæ vacantium, qui dicunt, ꝙ Græci cuilibet mẽsi adijciunt. 30. dies. Et sic de. 365. dieb. super sunt quinq; quos attribuunt septembri, & sic mensis septembris habet. 35. dies: quia præter. 30. illi addunt quinq; dies residuos quos non adijcimus illi mensi, sed vnum illorũ adijcimus ianuario ſm martio, tertiũ Maio: quartũ Iulio quintũ Augusto. De duobus vero quos subtrahimus de februario vnum addimus octobri. ſm decembri. Alij menses habent. 30. dies solum, vt patet in kalen. Ex hoc ergo, ꝙ september apud Græcos plus habet. 5. dies, quam apud nos. patet, ꝙ nos incipimus kalen. octobris per. 5. dies antequam greci, quia incipiunt in illo die qui est sextus ſm nos. dies er go octobris, qui apud nos dicitur sextus, apud ipsos dicitur primus. Et qui apud nos septimus apud eos dr̃ secundus, & sic de alijs. Et sic procede & inuenies, ꝙ ille dies, quæ est. 15. apud nos, in quo sunt idus, cũ october habet. 6. nonas est decimus secundum Græcos. Et ita est planum, ꝙ in idibus octobris: scilicet in. 15. die, qui est decimus apud græcos debet concilium celebrari. ¶ Tertia respõsio est Ioan. de Fantu. quam etiam tangit Archi. ꝙ dies hic per synecdochen ponatur pro mense. Nam aliqui ponitur dies p anno. 23. q. 2. in hoc ipsum. vnde sic exponit, q dies 1 i. qui mensis. ¶ Verũ pro pleniori notitia horũ terminorũ. s. kalen. nonas, & idus, quia vtile est scire. † Est notandum, ꝙ in quolibet mense sunt tres dies celebres, qui solis proprijs nominibus & ab eis ceteri nominãtur. s. kalendæ, nonæ, & idus, quos Romani propter dies festos, vel propter officia magi- 2 stratuum instituerunt, in his enim diebus in vrbibus conueniebant † Kalendæ sunt prima dies mensis & dicuntur quasi colendæ, quia prima dies cuiuslibet mensis colebatur antiquitus in honore Iunonis. vnde Ouidius in libro fastorum. Vẽdicat ausonias Iunonis Cura kalendas. vel dicuntur kalendæ, quia tunc à Romano populo principia mensiũ celebrbãtur: sicut fit ab hebræis. vnde Ouidius. Salue festa dies, meliorq; reuertere semper. A populo rerũ digna potẽte coli vel dicuntur à calo, quod est voco, primo nanque die mensis preco de more ascendebat ad locum eminentem, & populum ad nundinas vocabat clamans toties callo, quot dies erant vsque ad nonas, & ideo dicitur pluraliter kalendę, à pluribus vocationibus, vel à calo, quod est bonum, quia in prima die mẽsis so- 3 lebant amici quædam sibi inuicem xenia trãsmittere, vt per totum mensem bene eis eueniret, & c. ¶ † Nonæ vero dicuntur à non: quia nullus Deus habuit festum in nonis. vnde. Ouid. Nonarũ tutela dño caret id est, nonæ carẽt tutela dei, vel dicũtur nonæ à nundinis, quia tunc Romani nundinas celebrabãt, & per tot dies durabãt, quot erant nonæ. Ideo autẽ in aliquo mense erant nonæ, siue inchoatio nundinarum in die quinto, & in aliquo in die septimo, ne prædones certum tempus ad insidiandum mercatoribus haberent, vel dicuntur nonæ, quasi nouæ, propter instituta innouata singulis mẽ- 4 sibus apud Romanos. ¶ † Idus vero sunt octo dies, qui sequũtur post nonas. Et autem idus semper in. 13. vel. 15. dies. ſm quod nonæ præcedunt. Si enim mensis habeat. 4. nonas, idus est in. 13. die. Si vero habet. 6. nonas: idus est in. 15. die. Et dicuntur idus, quasi diuisio nundinarum, quæ conuentiones, seu mercimonia dicuntur, vt dicit Isidorus. vnde nũdinp durabant per octo dies. Et in. 8. die post nundinas erant idus, vel dicuntur idus diuisio. quia diuidunt mensem, quasi per duas partes æquales, ab istis ergo tribus appositis dictionibus, numeralibus denominantur alij dies, dies aũt, qui dicuntur titati m̃ post kalen. ita denominãtur. Si. n. est mensis, qui habet. 4. nonas: debemus dicere in kalẽdario statim secundo die. 4. nonas. i. de ante nonas. in. 3. nonas. in. 4. s. die mẽsis pridie nonas, in quinto vero nonas dicimus, vt patet in ianuario & similibus. Si vero est mensis, qui habet sex nonas, debemus dicere statim post kalendas, sexto nonas. i. sexto die ante nonas, & sic de alijs, & in septima die dicimus nonas, vt patet in Martio, & in similibus. Dies autem, qui sequũtur post nonas, siue fint in quinta siue in septima, denominãtur ad ibibus, sic in quolibet mense. 8. idus. 7. idus. 6. idus. 5. idus. 4. id9. 3. idus, pridie idus sicut patet in kalendario. Dies vero, qui sequuntur post idus denominantur à kalendis sequentis mensis hoc modo. Ianuarius habet. 31. dies, de istis accipe vnum pro kalendis. &, 3. pro nonis, &. 8. pro idibus, & sic remanẽt tantum. 18. adde vero istis. 18. diebus, kalend. siue vnum diẽ kalendarum sequentis mensis, & sic erunt. 19. vnde in mense ianuarij debemus statim dicere post idus. 19 kal. n. februarij, in sequenti die. 18. & sic ꝑ ordinẽ semper inquirendo. Nota tamen, quod dicitur pridie nonas, pridie idus, pridie kalẽ. & non secundo. † quia secundus dicitur à sequor, vnde secun- 4 dum hoc si diceretur. 2. kalẽ. illas dies deberet sequi, & esset sensus. 2.

Diuisio.

Exponit literam.

¶ Hyperbyretei. October, qusre hyperbere9, dicatur, vide late, & pulch. Io. baptistã, piũ in suis posterib9 annotatio nib. ca. 65.

Archid

Io. de Fãt. Archid.

Ouidius.

sensus.2.kalen.i.die sequenti kalen. & sic de aliis, quia ergo non de sequente sed de præcedente die fit mentio, iõ conuenienter dicitur pridie kal. & est sensus.i. prima die ante kal. vel die præcedente kal. Et sic de pridie, idus, vel nonas tantũ

Exponit literam. hæc dicta sint. Sequitur in litera.¶ [In ipsis autem concilijs] tertia pars. [presbyteros, & diacones] .i. omnes alios, non tamen simpliciter omnes, quia si oẽs deberent conuenire de ꝓuincia, non esset opus, quod episcopus reseraret eis, ea quæ acta fuissent in concilio. vt. j̃. ea. decernimus, sed omnes, qui se læsos existimarent, & qui cõqueri volunt, & qui alias sunt ibi

Quæstio. 6 necessarii.¶ Sed insurgit hic quæstio † vtrũ videlicet omnes subditi teneantur de singulis quærelis in concilio generali, vel prouinciali, vel Episcopali respondere: Ad hoc responde-

Respõdet. tur iuxta Henricum Boyc super. c. graue. extra, de preb. & dign. quoniam dicit sic. Aut particulare siue generale conciliũ sit, seu conuocatur pro aliquibus specialibus negotiis in cõuocatione nominatis, & tunc in alijs negotijs, seu causis, siue ciuilibus siue criminalibus competit ius reuocãdi domum. ar. de dil. c. fi. & de foro compe. c. fi. Aut fit, seu conuocatur non pro specialibus negotiis, sed indistincte, & gñaliter fit cõuocatio, & tunc aut agitur de ciuilibus & tunc siue sit generale, siue prouinciale, siue synodale, tunc concilium non habet locum reuocandi domum, vt colligitur ex præsenti. c. Aut agitur de criminalibus, & in talibus criminalibus competit ius reuocandi domum, quia in illis non tenetur quis respondere, nisi ad hoc sit specialiter citatus, & criminibus expressis, de quibus accusatur. vt. 5. q. 2. c. si ✝m Innoc. & Host. hic. & Guid. de

Guido de monte lan duno. monte Lauduno in proemio clem. super ver. concilio. hæc ille. Nec licebit intelligere de prouincialibus conciliis, quia qui libet episcopus irrequisito suo Metropolitano potest facere concilia Episcopalia, sicut legitur, & no. j̃. e. di. c. penult. in fi. & di. 38. quando quibus de omnibus, quæ. s. ad statum prouinciæ spectant. siue vt ibi cognoscantur, & diffiniantur, siue vt ibi cognoscantur tantum. 3. q. 6. quamuis. & dist. 80. in illis. &. 9. q. 3. nullus. Et ita restringitur dictio vniuersalis, & non vni

7 uersaliter accipitur. & est arg. † dictionem vniuersalem, non semper vniuersaliter accipi, sed sæpe à generalitate habetur, vel promissi aliquid accipi. d. 75. quod die. & di. 76. §. non aũt

Quæstio. 8 & di. 85. Flo. 12. q. 2. sine exceptione.¶ Sed hic surgit quæstio † quando prouincia non habet Metropolitanum, vel primatem, vtrum Episcopi possent conuocare concilium prouinciale. Respon. Hug. quod sic. ar. distin. 65. si forte. Sed quæritur hic. An idem videatur de cõcilio generali, videlicet qđ si ecclesia careret pastore, quod possent Archiepiscopi, & primates congregare concilium vniuersale. Respon. Ioannes de Fantaliis hic, quod sic, dum casus necessarius emineret ad hoc vrgens. Sed de hac materia plene disputauimus in summa nostra de ecclesia.

1 *Episcopus tenetur ire ad synodum prouincialem.*



Diuisio. On oportet. Sequitur. 4. c. ad idem qđ sumitur ex concilio Laodicen. Et diuiditur in duas partes In prima dicit, quod oẽs Episcopi ad concilium vocati, accedere deberent, cessante impedimento legitimo. In secunda comminatur transgressoribus.

1 Secunda ibi, quod si contempserint, &c. Litera.¶ [Adire] † te-

Exponit literam. netur Episcopus ire ad synodum prouincialem. Primo, ne vt superbus videatur vocationem Metropolitani contemnere. Tum secundo, ne timore cõmissæ culpæ correctionem videatur fugere. Tum tertio, vt statuta, & ordinata in concilio noscat, & suis subditis obseruanda præcipiat, & doceat, [docere.] Episcopus. n. officiũ habet docentis. vnde eis in Apostolis ait Dñs. Matt. vlt. Docete omnes gentes. vnde & apostolus. i. Tim. 3. Oportet episcopum doctorem esse. [vel docere si ignorantes inueniantur, sed hoc contrarium est ordini episcopali. quia docere debet, & non indigere doctrina alterius. vt. 1. q. 7. conuenientibus. ad idẽ di. 16. §. ecce. canõ. discere debent. 24. q. 3. si habes vtilia. vbi nota, ꝙ ea, quę in concilijs tractanda sunt, debent vtilia esse correctioni moris, & saluti ani-

Bernard. marum contra eos, qui in conciliis congregati de talibus parum, aut nihil veraciter tractant: vnde Bernardus. Conuenientibus nobis in vnum, nihil de salute animarum, imo, quod peius est, si quis vult de istis aliquid promouere, non habet adiutores, vnde Eccl. vlt. dicit sequens text. respiciens enim ad adiutorium hominum, non erat, qui adiuuaret. [Quod si] secunda pars. [se videntur accusare,] id est se dignos accusatione, Demonstrant, simile. 1. q. 1. si quis. 11. q. 3. placuit. Hug. & Arc. in omnibus istis locis dicitur quis facere per causam, quia facit illud, vnde illud sequitur ne non possit iusto impedimento impediri.

1 *Antecedentia probantur & intelliguntur per sequentia.*
2 *Factum vnum probatur per aliud.*
3 *Necessitas patens, & vrgens excusat.*



Eruenit. Sequitur quintum. ca. ad idem quod sumptum est ex concilio Calcedonen. Et diuiditur in duas partes. Diuisio. In prima ponit, quod superius dictum est, ꝙ his quolibet anno celebrãda sunt concilia prouincialia, maxime quia ex negligentia nostræ correptionis, ad quam concilia sunt ordinata, videantur delicta admitti. In secunda ponit pœnam Episcopis imponendã, qui legitimo impedimento cessante, venire ad concilia neglexerint. Secunda ibi, qui vero.¶ [Peruenit.] Ex eo probatur ar. Exponit literam.

1 † per sequentia facta probari, & intelligi antecedentia, sicut de eo, qui ab hæreticis per violẽtiam tractus fuit: & per mensem steterit cũ eis, ꝓsumiter non esse tractus. vt. 1. q. 1. cõstat. Et ita de multis aliis, sicut præsumit contra prælatos ex vitiis subditorũ, & contra magistros ex vitiis subditorũ, seu disci-

2 pulorum, contra parentes ex vitiis liberorum. Item ar. † ꝙ ꝑ vnum factum probatur aliud argu. 27. q. 1. nec aliqua. & intelligas præsumptiue, quia talis probatio facit præsumptionem, sed nunquam hoc, quod sequitur. s. ꝙ multæ, & c. est sufficiẽs probatio, ꝙ concilia non celebrantur. Respondetur, ꝙ non secundum magnam præsumptionem. facit, quod illa eueniãt propter non celebrationem conciliorum secundum Hugo. Certe ex hoc, quod concilia prouincialia non celebrantur, multa incommoda ecclesiis proueniunt, vt dicit Dominus Guido, quia per Tyrannos iura ecclesiæ inuaduntur, nec timentur sententię, vnius episcopi, sicut totius vniuersalis prouincialis concilij, nec solus episcopus sic audacter audet procedere, sicut faceret totius concilii consultus, & firmus, ac roboratus plurimum sapientum prouincialis concilii consilio, & valida autoritate, quia vt dicitur in libro de causis, virtus vnita est fortior seipsa dispersa. [maxime] id est tantum. Guido.

3 Hu. secunda pars. [necessitatibus] † excusat patens, & vrgens necessitas, vnde Dominus excusat Dauid, quod in necessitate comedit panes, & c. Matth. 12. quia necessitas non habet legem. Et hoc clarum est de necessitate cogente sic, quod tollit omnino voluntarium, quia homo ex tali necessitate per impotentiam excusatur, cum nemo ad impossibile obligetur. Excusat etiam necessitas, dum illa necessitas fortius obligat quam lex. vel legis præceptum, vt plus quis obligatur ad seruandum propriam salutem, & vitam, quam obligetur Episcopus ire ad synodum, ergo, cum occurrit necessitas, plus obligans, q̃ præceptũ legis, talis necessitas excusat, propter ꝙ Dauid, & Achimelech sacerdotes. 1. Reg. 21. excusant trãsgressione legis, quæ vetat panes propositionis, nisi à solis sacerdotibus edi. Leui. 24. quia plus obligat necessitas famis, per quã imminet periculum mortis, quam obliget lex illa, vnde ad excusationem Dauid dominus inducit Oseæ. 6. Misericordiã volo, & non sacrificium. Itaque maior obligatio soluitur à minori [. Licere.] Repete statuit, synodus. Hu. Nam pœna autoritate Metropolitani imponetur.

1 *Constitutio an reuocetur per aliam, non facta mentione de illa.*
2 *Excusatio Adæ aggrauauit peccatum eius.*
3 *Concilium vnum confirmat canonem alterius concilij.*
4 *Episcopus potest excommunicare principem, & etiam Imperatorem.*
5 *Grauitas, quæ sit principum, qui celebrationem conciliorum impediunt.*
6 *Pœna quę sit metropolitani negligentis celebrationem conciliorum.*
7 *Mandata diuina quare dicantur viuifica.*
8 *Iudex committens aliquid indebitum, committit crimen concussionis,*
9 *Pœna istius. c. cui applicabitur.*
10 *Archiepiscopus, si non habet proprium, vnde soluet pœnam.*
Et quid si exigit, & postea sponte reddit. num. 11
12 *Episcopus, vel ecclesia an debeat recipere hanc pœnam.*

Quoniam



Diuisio. QVoniam quidem. Sequitur 3. pars huius distinct. Et diuiditur hoc. c. in 4. partes. In prima derogando bonis respectibus primæ cōstitutioni de celebrando bis in anno concilia prouincialia, ponit, q sufficit, quod celebrentur semel in anno. In secunda dicit princeps prohibentes celebrationem conciliorum fore excommunicandos, & Metropolitanos, qui celebrare ea neglexerunt, pœnis canonicis puniendos. In tertia ponit, quam solicitudinem, & vigilantiam debeant habere p̄lati conuenientes ad concilium in meditatione diuinorū mādatorum fienda, vt iuxta diuinas leges, & mandata constituta fienda in concilijs formentur, & omnia ordinentur. In quarta prohibet ne Metropolitani aliquid exigāt ab episcopis, siue ab alijs venientibus ad concilium, qui si fecerint, debent soluere quadruplum. Secunda ibi. Et si quisquam. Tertia ibi. Dum autem. Quarta ibi. Porro. ¶ Circa primū dicit [regula] .s. antiquorū. s. Nicæni concilij Calcedon. & Antiochen. & Leonis papæ epistola, qui dicit bis in anno. [sed propter fatigationem itineris vitandā, & vt opportune] quantum ad expensas. Hu. [qui congregati fuerunt] ad concilium. s. in sexta synodo ordinauerunt, quod semel in anno fieret conciliū, prouinciale, licet. n. laudabili solicitudine promoti fuerint sancti patres in concilijs superioribus ad ordinandum, quod cōcilium prouinciale bis in anno celebraretur: proinde tamen sancti patres sequentes, statuerunt, quod semel in anno celebretur, quod vtile est ne oporteat Episcopos tam frequēter suas dioceses deserere, & suas oues relinquere, & ecclesias expensis grauare, & bona pauperum expēdere, præsertim cum infra annū possit negotijs prouinciæ satis prouidere, ¶ Quæritur † vtrum constitutio reuocetur per aliam, non facta mē-
1 tione de illa. Et videtur quod non. Primo ex præsenti loco,

Exponit literam.

Primū ar.

quia, cum synodus sexta voluerit antiquam constitutionem corrigere, nisi faciendo mentionem de ea: videtur argumentum, quod constitutio posterior nō reuocat priorem, nisi de illa fecerit menti onem. ¶ Secundo ex similitudine rescriptorum siue apostolicarū literarum, & priuilegiorum, quæ nullo modo valent reuocare priora, nisi faciat mentionem de eis ex. de rescrip. c. cæterū. & c. cum ordinē. ¶ In oppositū habetur ex. de cog. spirituali. c. 1. Respondeo dicendum iuxta gl. quod constitutio sequens reuocat priorem, licet de ea non faciat mentionem. Ista conclusio expresse habetur in. c. 1. ex. de consti. li. 6. idem est in pactis. C. de pactis. l. pacta. Ad rationes in oppositum respo. Ad primam dicit, quod id, quod hic factum est, non est factum de necessitate, sed ex superabundātia, siue supererogatione, vel iō iuxta gl. quia in cōcilijs antiquum obtinet, sicut potioris autoritatis. vt dist. 50. Domino, sancto. in fi. ¶ Ad secundam dicendum, quod non est simile de canonibus, vel legibus, & de literis, siue rescriptis, & priuilegijs papæ vel Imperatoris. Nam in canonibus, & legibus posterior derogat priori, siue faciat de priori mētionem, siue non, quia non videtur per ignorantiam constitui, cum totius iuris canonici notitia sit in pectore Domini papæ, & totius iuris legalis sit in pectore Imperatoris. vt. C. de testam. l. omnes. Secus est de literis, siue rescriptis, & priuilegijs, quorum omnium Papa, vel Imperator memoriam habere nō potest. Hoc enim potius est diuinitatis, quam humanitatis. Et ideo si in secundis non fiat mentio prioris, præsumuntur esse impetrata per mendacium, & ideo nullius momenti iudicantur ¶ [Omni excusatione] .s. friuola. de qua in psalm.* ad excusandas excusationes in peccatis. † Excusatio Adæ aggraua-

Secūdū ar.

Opponit & Respō.

Ad primū arg.

Ad secūdū

Psal. 140.

2 uit peccatum eius. Gen. 3. quia propter amorem Euæ non debuit transgredi dei præceptum, vt deducit Aug. 14. de ciuita. dei. c. 14. vnde prouerb. 30. dicitur Stultorum excusatio ignominia est. Sed rationabilis, & legitima excusatio admittenda, est. vt. s. ea. c. proxi. & s. ea. si Episcopus. & extra, de offi. deleg. ex parte. [Hunc ergo canonem, & nos] . s. septima synodus. [Renouamus] ar. † quod vnū conciliū confirmat canonē
3 alterius concilij. s. dist. 16. §. confirmamus. Nota etiam hic, q derogatur primæ synodo Nicænæ, & per sextam, & per septimam. [princeps prohibere] concilia fieri. [communionē

quæstio.

4 priuetur] secunda pars ar. † quod Episcopus potest excōmunicare principem, imo Imperatorem. vt. 96. dist. duæ sunt. 11. q. 3. si autem. & 17. q. 4. si quis deinceps. Princeps enim, qui concilia sacra, & patrum communionem quærit impedire, merito communione priuandus venit, talis enim est similis maleficis Pharaonis, qui Moysi resistebant, & veritati. 2. Tim. 3. Est etiam similis Iudæis, qui semper resistebant spiritui sancto. Act. 7. & hic resistit spiritui sancto, quia opera spiritus sancti (.s. agenda in sacro concilio) nititur impedire, velut Alexāder ærarius, qui resistit verbis Apostoli Paul. 2. Ti.
5 4 † Si quæratur quæ sit grauitas peccati huiusmodi principiū qui celebrationem conciliorum impediunt. Respondemus q in primis veluti Tyranni, & reipublicæ hostes habendi sunt tot mortibus digni, quot egregia, & salutaria bona per talia sacra concilia fienda sperabantur. Preterea, si tollendi scismatis causa synodus adunata esset, proculdubio tales conciliorum perturbatores veluti fautores scismatis habendi venirent. Si vero ob cōfundendas hæreses & hæreticos expugnādos congregata aut congreganda synodus foret, tales conciliorum celebrationem impedimenta inferentes, hæreticorū defensores, seu fautores censendi venirent. Si vero reformationis gratia patres conuenirēt, certe qui cōciliorum celebrationi aduersarētur tāquā hostes christianæ religionis, & sanctimoniæ ecclesiæ habendi forent, ad quorum propulsandas tenuitates, vbi gladius spūalis, non sufficeret. Reges christiani, & deuoti Principes manu armata accurrere deberēt, qui ecclesiā tuēdam susceperūt vt in. c. principes. 23. q. 5. in quare, qui si negligētes reperirentur, suspecti haberentur. iuxta. c qui. 23. q. 3. vbi dicitur, qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud est, quam fauere impietati eo-
6 rum: [Si quis] † hic ponitur pœna Metropolitani negligentis celebrationem cōciliorū canonicis pœnis nō habemus determinatum, quæ sint illæ canonicæ pœnæ, nisi dicamus illū esse puniendum ea pœna, qua puniuntur episcopi, qui nolūt venire ad synodum. de qua habetur. s. si quis autem. & c. a. si quis Episcoporum. Hu. [Dum autem synodus agitur.] tertia pars in quo loco notatur solicitudo patrum congregatorum in cōcilio, vbi notātur duo. Primo circa hoc quod finis & intentio eorum, qui synodum celebrant totaliter debet versari, vt in agendis & statuendis conforment se regulis euangelicis & canonicis. Secundo circa custodiam diuinorum man-
7 datorum. † Nota, quod dicuntur diuina mandata viuifica, q̄m præstant vitam gratiæ, & gloriæ custodientibus illa. Matt. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. & Io. 6. verba, quæ locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt. & psalm. 118. Non obliuiscaris iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me. [Porro] quarta pars. [expetendo] cum effectu. s. quod obtineat. Hu. quia verba insequenda sunt cum effectu. vt ex. de clericis non residen. relatum. Exponendum. Longe debet esse à Metropolitano cupiditas. tit. primo. Oportet episcopum non turpis lucri cupidum esse, quia turpe est qui alios debet congregare vinculo charitatis, eos dispergat per rabiem cupiditatis, quæ est radix omnium malorum. 2. ad Tim. 4. [soluat] . s. secundum leges. Si quis officialium. s. illorum, qui vacāt ad ius aliquod indebitum extorserit in duplum. tenetur restitue-
8 re. vt. ff. de publi. & vecti. l. 1. † Si vero fuerit iudex, & aliquid indebitum extorserit, committit crimen concussionis, quod omnibus est prohibitum. 33. q. 1. militare. & in quadruplum
9 restituit, vt hic. Sed surgit hic plures quæstiones. † Prima cui applicabitur ista pœna. Ad hoc respondetur sub distinctione: quia si res illa per metropolitanum recepta erat propria Episcopi applicabitur siue restituetur Episcopo. Si erat ecclesia, applicabitur ecclesiæ, in cuius læsionem factum est. 12. q. 4. si
10 quis in atrio. ¶ Secūda quæstio est. † Si Archiepiscopus non habeat proprium, cum tunc non habeat, vnde soluat, quid tunc est faciendum. Ad hoc respōdetur, quod in hoc casu inanis est actio, &c. quia error personæ, non debet redundare in damnum ecclesiæ. vt. 6. q. 6. si Episcopum. ¶ Tertia quæstio
11 est, † quid si Archiepiscopus exigit, & postea sponte reddiderit. quod acceperit, an liberabitur ab ista pœna. Hu. respondet quod credit nihilominus puniendum esse, quamuis reddat, quod acceperit, & hoc ad similitudinem furis, quia quamuis pœnitentia ductus rem restituat, non tamen desinit esse no-
12 cens. ff. de fur. l. qui ea mente. ¶ Quarta quæstio est † vtrū episcopus vel ecclesia debeat recipere hanc pœnam quadrupli. Et videtur, quod non, per. c. fraternitas. 12. q. 2. vbi dicitur, q ecclesia non debet suum cum augmento recipere. Responde tur secundam Arch. quod est dispensatio iudicis, & litigatoris ex iuris, & iudicis dispensatione, vel rigore tam etiam, q̄ quælibet persona duplum, & quadruplum potest recipere, & hoc est introductum, vt homines arceantur à delictis timore pœnæ. dis. 4. §. factæ sunt. Et ita procedit hoc. c. quoniā quidem. cum si. Ex litigator vero æquitate, nec ecclesia, nec alia persona amplius debet recipere, quia nec hoc vellet sibi fieri & c. q tibi non vis fieri, & c. supra in prin. Et sic potest intelligi præ

Prima q.

Secūda q.

Tertia q.

Quarta q.

ligi prædictum.c.fraternitas. De æquitate, hoc autem de iuris rigore secundum mel.de hac materia plene per Hosti. extra de arbi.dilecti. Archi. Soluenda autem est pæna prædicta authoritate maioris scilicet primatis:quia causa inter Episcopũ & Archiepiscopum ad primatem est referenda, sicut causa, quæ est inter Episcopum,& clericos ad Archiepiscopum.vt 11.q.1.si quis clericus.Hu.

1 *Eulogia quid dicatur.*
2 *Multa sunt,quæ non debemus petere, ob lata tamen possumus recipere.*



De eulogijs ad sacra. Quia facta est mentio in præcedenti.c. quod Archiepiscopi non exigant aliquid non debitum ab episcopis,hic Gratianus subiungit quod etiam presbyteri non sunt cogendi deferre eulogia,siue munera ad synodos.Et inducit ad hoc.c.quod est Leonis papæ.Et diuiditur in duas partes.In prima dicit quod dictum est . In secunda assignat rationem dicti.Secunda.ibi:Nam si constitutum. Diuisio.
1 †Eulogia dicũtur dona,seu munuscula,vel xenia ab eu, quod est bonum,& logos,quod est sermo, quia cum bono sermone recipiuntur,dum,& nuntius benedicẽdo salutatur,& mittenti grates vberes inferũtur.Tamẽ donaria,quæ episcopi in concilio sponte offerunt Metropolitano , dicuntur eulogia, quia fit cum bono sermone,& recipiuntur, vel quæ pro bono sermone, & bona prædicatione,quam facit Archiepiscopus,donantur,quasi in remunerationẽ boni Seruorum.Hug. & Arch.[deferendis.] Intellige de indebitis , non autem de debitis,de quibus statutum est,quod deferantur ad conciliũ, & sub qua quantitate,sicut sunt cathedratica.Hu. [Nam si cõstitutũ.]secunda pars.[obtrectabunt.]i.obloquentur,& murmurabunt,& murmurationem, venire ad concilium recusabunt.ar.simile.1.q.1.baptizandis.& ca.placuit. [vt vnusquis-
2 que &c.]ar.†quod multa sunt,quæ non debemus petere oblata tamen possumus recipere.vt.1.q.2.quæsta. [recipiendæ] ergo sunt gratis oblatæ,ne contemnendo respui credantur.




Episcopus. Quinta pars huius dis. Hoc.c. non diuiditur.[graui necessitate].i.aliquo iusto impedimento,nomine necessitatis intelligatur quodlibet iustum impedimentum.vt de conse.di.4.c.hi,qui.Hu.[in persona] .i.pro persona salua fidei veritate,& bonis moribus.quia si contra fidem , aut contra bonos mores aliquid in synodo statutũ esset,non deberet illud suscipere, sed resistere,sicut Paulus resistit Petro,non recte ambulanti in euangelio Christi.ad Gal. secundo . Si etiam aliqua forent instituta, quæ ad officium suum non pertinerent,non tenetur obedire vt.7.q.1.quia frater.

1 *Contumax aliquis dici non debet dummodo veniat iudice sedẽte in consistorio.*
2 *Impedimenti ratio assignanda est.*
3 *Testis vnus an sufficiat ad probandum causam rationabilem impedimenti.*
4 *Excommunicatus aliquis potest esse in vna ecclesia, & non in altera*



Placuit. Sequitur secundum.ca.ad idem sumptum ex concilio Carthaginen . Et potest diuidi in tres partes.In prima ponit,ꝙ Epi q nec ætate,nec ægritudine nec alia grauiori necessitate sunt impediri, concurrere debeant ad concilium.In 2.quid agendum sit cum personaliter venire non possint . In tertia ponit pœnam,qua plectendi sunt impediti ire ad conciliũ si rationem non reddiderint . Secunda ibi,quod si non.Tertia ibi,nisi autem rationem.Litera.¶[Placuit].s. sacrato concilio. [Aetate.]s. seruili ratione quis excusatur.vt.86.di.tanta. &.26.q.7.hoc sit.Hu. [Aegritudine] ratione cuius sæpe quis excusatur.ar.5.q.3.si ægrotans.&.13.q.2.placuit . [necessitate] forte ꝑpter inimicitias capitales,vt extra de sen.ex.c.vlt. vel ob aliam causam,de conse.di.4. Hu. [qui competenter.] Diuisio. Exponit literam.
1 s.die literatoriæ.vt.97.di.nobilissimus.†Et nota, quod sufficit venire secunda, vel tertia die, quia nunquam aliquis debet dici contumax,dummodo veniat,iudice sedente in consistorio.vt.ff.de in integrum resti.l.diuus.[Quod si non.]secunda pars.[literatoriæ].i. per literas,debet enim se per literas excusare,& talem mittere nuntium,qui possit quæ in concilio statuuntur recipere.Hu.Sed nunquid ideo necessaria est scriptura,quod non sufficiat nuntius sine literis.Respondet Hug.quod si persona sit honesta,& nota,sufficit , quod nuntius recedat sine literis , cum magis credendum sit viuæ voci,quam mor-
2 tuæ.[Nisi autem.]tertia pars[ratione.]†Notandum,quod nõ sufficit dicere se non posse venire,nisi rationem impedimenti assignet.sic extra de offi.iudi. prudentiam. & extra de rescriptis.substitutus . Et illam causam probabit . Sed hic est
3 quæstio †An vnus testis sufficiat ad probandum causam rationabilem impedimenti. Et videtur,quod non,per.c.ex literis.de resti.in inte . Respondetur, quod talis etiam citatus ad iudicium probare potest impedimẽtum suum per vnum testem,quantum ad finem,vt excusetur à pœna cõtumaciæ,vt etiam tenet gl.di.86.tanta.& in gl.si.4.q.5.quisquis.Nec obstat tex.ille.c.ex literis,quia ibi non petebat se excusari à pœna contumaciæ,sed volebat consequi retractationem sententiæ.Et ideo vnus testis non sufficiebat. sed quãdo petitur sola excusatio,quo ad pœnam contumaciæ,tunc sufficeret probare impedimentum per vnum testem, maxime cum suo iuramento,vt hic dicit glo.Io.de Fan.imo,si esset difficultas ꝓbandi cum.teste,quia esset quis detentus in syluis:tunc sufficeret probatio per iuramentum. vt plene per.Io. An.in addi. spec.in ti.de app.§.nunc breuiter.ver.quid ergo.[communio Quæstio.
4 ne ecclesiæ suæ.]†Ex hoc videtur, qđ aliquis potest esse excommunicatus in vna ecclesia , & non in altera.58.di.si quis de alternis.In oppositum est.c.quisquis.4.q.5. Respondetur quod istud nũ habetur ex isto loco, quoniam iste non est excommunicatus.Licet .n.sit separatus ab alijs ecclesijs in communionibus,vt puta quod tales non vocabuntur ad tractanda negotia prouincialia cum alijs Episcopis , non ad scrutinium Episcoporum,non ad consecrationem eorum , non generaliter ad aliqua negotia,quæ communiter sunt tractanda ab omnibus Episcopis cum Metropolitano , & hoc erit eis in pœnam, sed non est excommunicatio, quæ est separatio à sacramentis ecclesiæ, vel à communione fideliũ, de quo loquitur c.prædictum.Quisquis.4.q.5. Tales enim vere excommunicati in nulla ecclesia debent communicare,cum à tota dei ecclesia sint separati:hoc autem c.intelligitur.de excommunicatis.i.separatis tantum à communione Episcoporum, quo ad communia negotia,sicut diximus,sed non quo ad alia, nec à sacramentis ecclesiæ,nec communione fidelium. Vnde tales licite celebrant diuina officia,& recipiunt sacramenta ecclesiastica,& alijs Episcopis loquuntur,& scribunt, & communicant,nisi in communibus negotiis prouincialibus.Hu.

1 *Abbas non appellatur ad synodum sine rationabili causa .*
2 *Regulares an teneantur venire ad synodum.*
3 *Monachi transiat ad parochiales ecclesias astringuntur regulis, & statutis ipsarum parochialium ecclesiarum.*



Episcopus. c.istud licet palea apud aliquos habeat,imo in multis libris nõ sit: nihilominꝰ, quia dicit Archidiaconus,quod habeatur in antiquo apparatu Io.Idem nos etiã illud exponemus.Conclusio huius.c.vnica est,
1 videlicet,†ꝙ sine rationabili causa Abbas non appellatur ad synodum.¶Vnde pro pleniori intelligentia huius.c.Quæri- Quæstio.
2 ritur,†vtrum regulares teneantur venire ad synodum.Et respondetur iuxta distinctionem Io.de Fãtusijs, quod quæstio q̃rit de cõcilio prouinciali,aut de Episcopali.Si de prouinciali dic, quod Abbates non compelluntur venire ad synodum, vt colligitur in eodem.c.si tamen expedit eis,vt veniant propter statuta,quę ibi fiũt quandoque in eorum præiudicium: vnde si præsentes potuissent impedire,ne fierent.30.dist. Nicena secundum Hosti.de maio.& obe.cap.quod super his.Si vero quæstio petat de concilio Episcopali. tunc aut loquimur de regularibus mendicantibus,& tunc dicitur , quod venire non tenentur extra de excess.præla.nimis.Aut non sunt mendicantes non habentes populum, nec capellas subiectas quæ habeant populum , & tunc non tenentur.Nota in gloss. in dicto capitulo,quod super his.Et ratio est , quia tales non astringuntur statutis synodalibus iuxta no.per do.de consti. captu.1.lib.6.Aut exempti habent populum,vel capellas eis subiectas populatas,& tunc tenentur ire , vt de priuileg. ex ore.Et ratio , quia tunc est subiectus ratione populi . Aut non sunt exempti , & tunc reddit in dubium, an ire ad synodum

synodum sit de lege dioecesana, aut de lege iurisdictionis, vel saltem si mistũ, vt participet de vtraq; lege, pp statuta & alia, quæ ibi fiunt respicientia vtranque legem, vñ tales Abbates, et si non habeant populum debent venire ad synodũ, & ita procedit te. in d.c. quod super tñ Episcopus nõ debet eos compellere, vt vadant, nisi necessitas subsit, & ita procedit te. hic. Aut non sunt Abbates, vel Priores, sed simplices Monachi: & tunc gl. 1. q. 7. conuenientib. tenet, quod non debent venire: & ad textũ ibi, qui videtur dicere contrarium. Respondet, exponendo Monachos. i. Abbates, qa appellatione Monachorum Abbas comprehenditur. de si mo. c. fi. Sed hoc videtur verum, quod dicit illa gl. de Monachis claustralibus. sed in Monachis promotis ad ecclesiam creditur, ꝙ ipsi debeant accedere ad synodum, quia rectores Parochialium ecclesiarum tenentur ire, vt patet in pre
3 dicto. c. qđ super his. de maior. & obe. †Monachi. n. translati ad parochiales ecclesias astringuntur regulis, & statutis ipsarum Parochialium ecclesiarum, & sic potest saluari te. ille conuenientibus. 1. q. 7. in monachis, nec esset opus exponere Monachos. i. Abbates. Io. de Fantuciis, &c.


1 *Contumax pariter dicitur non veniens, & veniens, sed ante finem discedens.*



SI quis. Sequitur 4. c. huius partis, cuius cõclusio plana in rubro posita. Sequit litera. ¶[Venire.] ad concilium. [cætum fratrum]. i. Episcoporum. Hu. deferendis.] Nota, †ꝙ pariter dr contumax non veniens, & veniens, sed ante finem discedens. de hoc 11. q. 3. certum: & de iud. c. 1. [alienum.] i. alienandum [à cõione fratrum]. i. Episcoporum, vt dictum est supra in c. placuit, quia nõ vocabitur ad communia negotia prouincialia recipi ad communionem Episcoporum, nisi in sequenti synodo, vbi erit multitudo, & sic erit ibi maior ruboris cõfusio. Hu. [quod aũt.] Si offerat satisfactionẽ recipietur ad pęnitentiam, quia in quacunque hora ingemuerit, peccator, &c. sed non recipietur ad cõmunionẽ Episcoporum, sed differetur absolutio eius vsque ad synodum, vt maior rubor sit ei absolui coram multitudine. Nã hoc statutũ est ad maiorem pœnã: & in odiũ sui, vt maiori rubore confundatur in concilio, vbi erit multitudo maior, sed de sacrilego dr, cuius recõciliatio differtur donec Apostolico cõspectui pſentet. vt 17. q. 4. si qs suadẽte. Hu. Sic ẽt differtur absolutio eius: qui multum delinquit. vt 11. q. 3. qui iubente.


Exponit literam.

1 *Archiepiscopi comprehenduntur appellatione Episcopi.*
2 *Citatio fieri potest per epistolam.*
3 *Verecundiæ principis aliquando defertur propter scandalum.*




SI Episcopus. Sequitur 5. c. ad eandem conclusionem. Et põt diuidi in duas partes. In prima innuit, ꝙ Episcopus vocatus ad synodum per suum Metropolitanum, legitimo impedimento cessante, venire debet. In secundo ponit penam venire cõtemnentib. secunda ibi: quid si debuerint. Litera. ¶[Episcopos.] †appellatione Episcopi etiam Archiepiscopi comprehenduntur. [Epistolas.] qñque citatio fit per epistolam †& sic literis superiorum citatoriis fides adhibetur, de quo de proba. post cessionem. Io. de Fant. [ordinationem summi Pontificis]. i. cuiuslibet Episcopi, qui pari consortio cõsecrationis, & ordinis cum apostolico præditus est, ideo Episcopi summi sacerdotii gradũm habere dicũtur vt di. 21. in nouo. Et quilibet Episcopus dicitur summus sacerdos, vel põtifex. vt di. 58. si officia. & 2. q. 7. accusatio. & de conse. d. 5. de his Hu. [vel ad ordinationẽ summi pontificis promulgãdam]. i. ad ea promulganda, quæ ordinat summus Pontifex, vt alii exponunt. Sed Hu. non approbat hãc lecturã, siue expositionẽ, quia in concilio generali ita sunt Episcopi, sicut & Metropolitani, vnde ad statuta illius pro mulganda non congregabitur concilium prouinciale, sed vnusquisque Episcoporum congregabit Episcopale concilium ad illa statuta populo, & clero notificanda. vt infra. e. discernimus. [ac præceptione regia.] cum vtrunque istorũ sufficiat ad excusandum Episcopum, ne veniat ad synodũ ly ac, in hoc loco exponẽdum est pro vel, secũdũ Hu. simile. 16. q. 1. nulli. Per ista duo impedimenta intellige quæcũque alia. Hu. Sed videtur ꝙ incõueniẽter Regia præceptio præponatur vocationi Metropolitani. Tum quia ordo sacerdotalis altior est potestate regali vt disti. 96. duo. Tum quia maior potestas præponenda est minori in obedien. vt d. 8. quæ contra morem. Respondetur secundum Hug. †ꝙ
3 defertur hic siue particulariter verecundiæ Principis, in quo scandalum timetur. Vnde in multis propter hoc particulariter regiæ verecundiæ. siue defert regiæ maiestati, vt patet in excusatione detenti ab eo, vt hic. & 23. q. 8. si nobis. Item in pecuniæ delatione. vt 12. quęſ. 2. de rebus. Item in Tolerantia illi facta. vt d. 63. Salonitanæ. Item in vexatione tributi secundum quosdam vt 23. q. 8. tributum. Econtra resistitur principis voluntati in multis. Tum ex iudicaria potestate vt 25. q. 1. omne. & 11. q. 3. iniustum. Item in personarũ coniunctione 36. q. 2. nullus. Item in beneficii, collatione 16. q. 7. qui inuestituras. & in c. si qs Episcopus. & c. si qui Principũ. Item in rei ecclesiasticæ alienatione. vt 12. q. 2. quicunque militum. ¶Secundo respondetur, ꝙ idẽ quod hic dicitur, intelligitur de illis, qui habent regalia à principe. Isti. n. possunt se excusare, quia tenentur reddere Cæsari quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo. Si. n. Episcopus in regalibus subsit principi, & princeps primo præcipit ei, vt vadat secum in expeditione, tenetur ei obedire, ratione regalium. Et si tali causa ad conciliũ non iuerit ad uocationem Metropolitani, non punietur, de quo etiã est gl. in c. cum parati. extra de appel. Sed nunquid ita erit si à Papa vocetur. Respondetur, ꝙ non, quia aduocationem papæ semper tenetur venire primo, etiam si ante sit citatus à principe, infra 23. q. 8. si quis episcopus. Hu. Lõgè alia ratio est in Apostolico, qui nulli subest. Et aliud de alio Episcopo, qui ratione regalium Principi subiacet. Vel tertio potest dici, ꝙ hoc ad tempus antiquum referendũ est in quo Episcopi magis regib. obedire cogebantur, quã Metropolitano ad constitutum diem. Sed qui, si non venit ad diem constitutum, venit tñ post primum, vel ſm diem, cum iã consecratus est Episcopus, vel concilium est incæptum, nũquid punietur pœna canonica. Aliqui dicunt, ꝙ sic, si deprehendatur ex contemptu hoc fecisse. Sed ſm Hug. ꝙ Ar. videtur dicendũ, ꝙ non debeat puniri, pp duo. Tum quia pręsumitur, non ex cõtemptu, sed ex non visis literis. Aut alia causa iusta impeditus fuisse, & hoc ad similitudinẽ absentis per cõtumaciam, cuius appellatio accipitur, si inueniat iudicem adhuc pro tribunali sedentem, præsumitur. n. defuisse non per contumaciam, sed non audita voce Præconis. vt. ff. de in integrum resti. l. diuus. Tum ex fine, quia patet, ꝙ venire voluit, ex quo postea venit, & non contempsit. Sæpe. n. ex eo, quod sequitur, præsumitur, quale fuerit quod præcessit. ar. 22. q. 2. quod ait. & supra. e. peruenit. Hu. [fratrum]. i. Episcoporum. [communione ecclesię.] s. Memetropolitano. i. communione illorum negotiorum, quæ communiter spectant ad Metropolitanum, & Episcopos, vel [communionem ecclesiæ]. i. cõgregationem Episcoporum. Hu. sicut supra. e. c. placuit.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Matth. 22. Hugo Archid.



SI quis Episcoporum. Sequitur. 6. ca. ad idẽ cũ nihil ponat, nisi duo quæ in præcedentib. c. posita sunt, videlicet pceptũ de veniendo ad cõciliũ & pœnam cõtemnentib. venire. Verum, quod pœnam magis clare cõponit, videlicet ꝙ tales priuentur cõmunione eorum quæ communiter competãt ad omnes Episcopos in concilio. Notandum tamen, ꝙ licet hæc pœna tantum imponatur hic talibus contemnentibus venire ad synodum, & discedentibus ante finem concilii: non negatur enim, quin tales possint excommunicari, vt sint excommunicati, si deprehendantur in contumacia. vt 11. q. 3. certum. ar. infra c. proxi.

1 *Metropolitanus solus vocat Episcopos totius prouinciæ ad concilium Prouinciale.*
2 *Concilium prouinciale cognoscit de omnibus causis ecclesiasticis totius prouincię.*



PRopter. Sequitur 7. c. Ad idem. Et põtest diuidi in tres partes. In prima pręcipit vt ad cõciliũ ꝓuinciale veniãt Episcopi, ꝑsbyteri, & Diaconi, q se læsos existimãt. In scđa ponit pœnã venire aut de iniuriis satisfacere contẽnentibus. In tertia prohibet, ne quis Episcopus apud se concilium teneatur Prouinciale celebrare. 2. ibi: & si qui manife- Diuisio.

ste. Tertia ibi: nulli autem Episcopo. Omnia plana sunt. ¶[Propter ecclesiasticas.] Ecce causam conuocationis conciliorum prouincialium .s. propter causas ecclesiasticas, & propter altercationes dissoluendas supra eo. propter. [Metropolitano.] ar. ꝙ solus Metropolitanus vocat Episcopos

Exponit literam:

3 totius Prouinciæ ad concilium prouinciale. [Omnes Presbyteri.] non quidem omnes vniuersaliter, quia tunc nullus remaneret in ecclesijs ad celebrãdum diuina, & ita populus per eorum absentiam missis, & aliis sacramentis, ac diuinis officiis priuaretur sine culpa. Omnes ergo non tenentur venire, vt supra. c. c. proxi. sed sufficit, ꝙ tantum veniant illi, quos causa tangit: distribuit ergo ly oẽs distributione ad commoda eorum, qui se læsos existimant, vel q alios necessarij synodo, vt ly vel, exponatur pro .i. vt colligitur ex. c. sequenti. [vt in concilio.] ar. ꝙ concilium prouinciale

4 cognoscet de omnib. causis ecclesiasticis totius Prouinciæ. [Et si qui.] secunda pars. Hæc litera legitur dupliciter. Vno modo sic, secũdum intellectum suorum capitulorũ, sic in offensa, .s. quia vocati ad concilium non veniunt, nec se excusauerunt. Vel quia illicentiati recesserunt [excommunicentur.] .i. suspẽdãtur à communione Episcoporum .s. ne cæterum ad scrutinium, & consecrationem Episcoporum, & ad certa negotia Prouincialia conueniant [quandiu] .i. vsque ad sequentẽ synodum dare sententiam contrariã, priori .s. sententiam absolutionis. vt 11. q. 3. si quis à proprio. & hoc modo exponendo concordat cum c. præcedenti. Hu. Secundo modo sic legitur non loquatur de contẽnẽtib. venire ad synodum, sed de his, qui læserunt alios, & satisfacere recusant, tales. n. iubentur excommunicari, vnde sensus est in offensa] .s. quia vocati ad concilium alicuius iniuriæ .i. ꝙ aliquis iniurias intulerit alicui manifeste .i. ita ꝙ sit manifestum testimonium probatione, vel propria cõfessione, vel rei euidentia [& aduocati.] subaudi uolunt satisfacere, excõicentur secundum rationẽ, quæ est, si admonitus non vult satisfacere. vt 11. q. 3. nemo Episcoporum. [quandiu] .i. vsque satisfecerit. [cõi consensu] .s. concilii. Et loquitur in eo casu, cum causa talis est, ꝙ egeat examine ꝓuincialis concilij [dare sententiam] hoc non mutatur. Hu. vel potest loqui generaliter de quolibet crimine, de quo aliquis accusatur, vel conuincitur in cõcilio, & põt concilium dare sententiam contra illum, differt tamẽ, vel propter scandalum, vel quia vult deliberare, an sit dispensandum cum eo, vel ob aliud. Dicit ergo, ꝙ ille debet suspẽdi ab officio, quousque concilium absoluat eum, vel condemnet. Hug. & Arc. [Nulli autem.] tertia pars. [Concilia] prouincialia. Nam quilibet Episcopus potest facere cõcilium suorum, clericorum quod episcopale dicitur, vel singulariter. vt di. 38. quando. & 12. q. 2. placuit.

1 *Presbyteri omnes, nec diaconi non debent accedere ad concilium prouinciale.*

2 *Excommunicatio dicitur sententia.*

Diuisio.

Decernimus. Hæc est sexta pars huius distinctionis, & põt hoc c. ꝙ est cõcilij Toletani diuidi in duas partes. In prima præcipit, vt epi notificent infra sex menses in suis diocesib. quæ in conciliis prouincialib. instituta sunt, ꝙ valde rõnabile est, ne per ignorantiã fiant transgressores. In secunda ponit pœnã paruipendentib. ista adimplere. Secunda ibi, quod si qspiam. Plana sunt. Litera. ¶[Infra sex mensiũ spacia.] dicit Io. de Fan. quod in hoc tpe non computabitur tps, quod fuit in redeundo, & moram faciendo. ar. extra de concess. præben. qm̃ oẽs Abbates non debent accedere ad concilium prouinciale, de quo supra eo. Episcopus. [Presbyteros diacones.] ar. ꝙ non oẽs presbyteri, & Diaconi debẽt accedere ad concilium prouinciale. [ciuitatis.] ar. ꝙ clerici cum laicis debent interesse concilio Episcopali. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ hodie hoc non tenet, quia sufficit dicere in qualibet parochia. vt 10. q. 1. placuit. Sed in primitiua ecclesia habuit locum, qñ parua erat ecclesia. Alii, vt Hu. dicunt, ꝙ verum est in tali casu. Sed quærit nonne sufficeret congregare clericos, & ipsi postea talia significarent parochiis suis. Rñdet. Credo, ꝙ sic, sed hoc fit ad maiorem fidẽ habendam: maior. n. fides adhibetur verbis Epi, quam alterius clerici. Hu. Et quod hic dr̃ intellige verum si aliquid de nouo statutum fuerit, alias non esset necessarium. 23. d. communis ₰m Io. de Deo. & Arc. [quatenus] .i. vt. ꝙ si quis piam. [secunda pars. [sententia ex communicationis] .i. suspensionis ab officio Hu. Sed nunquid ꝑ hoc põt deponi. Respondetur, ꝙ non. Tũ quia non quodlibet crimen inducit depositionem. Tum quia pœnæ magis molliendę sunt,

Exponit literam.

1

2 quam exasperandæ. Hu. ¶Nota etiam contra quorundam opinionem, excommunicationem dici sententiam. vt 11. q. 3. sentẽtia, sicut etiam absolutio ab excommunicatione dicitur sententia. vt 11. q. 4. in c. 2. Et hoc per Hu. Sed vt dicit Arc. excommunicatio vel interdictum, impropriè dicitur sententia. Et hoc ideo, quia potius ponit, quã esse finẽ imponat, hoc etiam illicite tenetur extra de sen. exc. in rubrica, vt dicit Arc. ꝙ hic non est excommunicatio, sed suspensio duorum mensium. Arch. &c.

Io. de deo

¶ Distinctio Decima nona.

2 *Epistolæ decretales an sint pro iure habendæ.*

3 *Dispensatio non extenditur, sed certis terminis clauditur.*

4 *Constitutio ante consummationem suam, neminem astringit.*



De epistolis vero decretalib. Hic incipit 19. di. vbi postquam magister Gratianus in superiorib. tractauit de authoritate canonum. Nunc aũt in hac d. subiungit de authoritate decretaliũ. Et ostẽdit ꝑ multa. c. ꝙ epistolæ decretales summorũ põtificũ sunt eiusdẽ authoritatis, cuius sunt ipsi canones. Pro pleniori huius partis intelligẽtia q̃runtur hic tria. 1

Continuatio.

1 ¶Primum est, vtrum decretales epistolæ summorum pontificum sint reuerenter ab omnibus suscipiendæ, & pro cõ-

5 muni iure habendæ.

¶Secũdum est vtrum epistola decretalis derogari possit

6 canoni.

¶Tertium est, quid agendum sit cum dubitatur, an sit decretalis.

1

Ad primum. ¶Respondetur, quo ad primam partẽ, ꝙ decretales summorũ pontificum sunt reuerenter ab oĩb. suscipiendæ, sicut præcepta patris nostri capitis & principis oĩm fidelium, sicut per multa capitula. d. 12. patet, & ꝙ plura capitula sanctorum patrũ posita in hac distinctione. & prouerbiorũ 1. Audi fili disciplinam patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ. Idem prouerbiorũ. 4. gl. i. ecclesiæ. Præterea Haimarus Archiepiscopus remensis li. de synodis. c. 34. de authoritate decretaliũ summorum pontificũ loquens, ita inquit. De authoritate aũt ipsarum pontificalium decretaliũ nulla nobis dubitatio relinquitur, cum & ipsa vniuersalia cõcilia authoritatem exinde perceperint, nec aliũde synodicã firmitatẽ obtinere potuerint. Hæc ergo & nos irretractabiliter obseruare debemus, vt Apostolici patris nobis ex apostolica authoritate ꝑceperunt, per q̃ & aliorum statuta nobis ad obseruandum canonizasse legũtur. Nẽpe beatissimi Patres nostri Damasus, & Leo magnus, quorũ alter ₰m vniuersale cõciliũ, alter quartũ .i. Calcedonense Apostolica authoritate firmauerũt. Ipsi, inq̃, eadẽ authoritate, & voce, ita gñaliter decreuerũt, oĩa (inquiunt) decretalia prædecessorũ nostrorũ, q de ecclesiasticis ordinib. & canonũ ꝓmulgata sunt disciplinis, ita oĩb. Episcopis gñaliter cunctis sacerdotib. custodiri debere mãdamus, vt si qs in illa cõmiserit, veniã sibi deinceps nouerit denegari. Idẽ Damasus alibi oĩb. Epis scribẽs: obseruet (inquit) ab oĩb. vt illa semper, quæ Apostolica institutione, & patrũ traditione sunt cõstituta sub motu irrefragabili authoritate teneanẽ. Itẽ Agatho papa, qui sextam synodũ vniuersalem per legatos suos instituit, & instituta Apostolica authoritate firmauit, oĩb. episcopis eadẽ authoritate nuntiauit, sic inquit. Oẽs apostolicæ sedis sanctiones accipiendę sunt, tãq ipsius Petri diuina voce firmatæ. Item successor eius B. Nicolaus Papa primus synodo vniuersali p̃sidens generali eiusdẽ synodi iudicio decreuit, vt ẽt anathema, esset quicũq; decreta à Romano Pontifice cõtẽpsisset. Sanctus quoq; Adrianus Papa ẽt Reges anathematizat qcũq; sedis apostolicę decreta violare nõ formidãt. His ergo testimoniis satis edocemur, q̃ indubitãter aplicis institutis obedire debem⁹. ¶Quãtũ vero ad scdam partẽ, videlicet an sint ꝑ iure cõi habẽdæ. Rñdet ꝑ distinctionẽ. Aut est certũ, ꝙ sit decretalis sũmi põtific. aut nõ est certũ, sed dubitatur. Si est certũ, tũc distinguitur, qa aut epistola decretalis, est generalis,

Aymarus.

2

est generalis vtpote quæ ad omnes dirigitur.2.q.5.omnibus.Aut est specialis,quæ.s.ad aliquos specialiter mittitur.vt 35.q.2.quod scripsi.Si autem est generalis: adhuc distinguitur,quia aut diffinit,aut interpretat,aut prohibet,aut pcatur,aut indulget.Si diffinit,tunc est conclusio.1.ꝙ decretalis pro iure communi habenda est,& omnes astringit,& non obseruantes transgressores constituit.vt.16.q.3.licet.

Prima cõclusio.

Si vero imperat,est conclusio 2.ꝙ etiam pro iure habēda est:qm̃ cum imperat,necessitatem infert,& contra resistentem proceditur.ſm ordinem,qui habetur 9.q.5.forte.secũdum Io.de Fan.& sic transgressor pœnã mereretur, sed nõ ad primam offensam debet exponi.24.q.3.de illicita 1.q.vlti.c.pen.Ar.

Secũda conclusio.

Si vero pro prohibet est conclusio tertia, ꝙ ēt pro iure cõmuni habenda est.Patet, quia tũc necessitatem infert.vt 32.q.6.non mechaberis.tñ non pro primo cõtemptu similiter depositionem meretur 74.distin.honoratus.in vtroque tñ casu deponitur si vel contumacia arguat vel per se illicitũ fuerit,quod prohibet.vt 12.d.in plurib.c.psupponitur, Arch.

Tertia cõclusio.

Si vero decretalis precatur,siue cõsulit tunc est conclusio quarta,ꝙ talis decretalis nec pro cõi iure habenda est,nec necesse admittenda,sed habet liberam obseruantiam.Iustum tñ est,vt obediatur.85.d.Florentinũ Arc.& 28.q.2.sic.qñ vero decretalis indulget:tunc est conclusio.quinta:ꝙ talis decretalis non facit ius. Vnde nullo modo trahitur ad consequentiam,vt extra de rescrip.si qñ & 85.di.Florentinum.

Quarta cõclusio.

Quinta cõclusio.

3 †Dispensatio.n.non extenditur, sed certis terminis clauditur 56.di. Cęnomanense.& 7.q.1.pe tisti.Si vero est decretalis specialis,vt puta, quæ ad vnam prouinciam,vel ad vnam ecclesiam vel ad vnam personã, mittatur,tunc distinguitur,sicut dictum est de generali,qa aut diffinit,aut precipit,& prohibet:& si sic, est conclusio 6.ꝙ talis decretalis continet ius,& per consequens trahitur ad consequentiam:Et ab omnib.obseruanda.vt di.4.le.& 2.q.1.multi.& 16.q.1.prædicator.& 1.q.3.licet.& disti.61.numeramur.Hu.Et istud intelligendum est nisi aliquod illorum impediat,quæ notantur in c.sciendum.d.24.nisi.s.emanauerit ex causa vel persona,vel loco,vel tēpore, vel ad instãtiam alicuius, vel aliquorũ.

Sexta cõclusio.

Si vero decretalis talis specialis rogat,siue consulit, tunc est conclusio. 7. ꝙ talis nec ius continet,nec est ad consequentiam trahenda, sicut de generali dictum est secundum.Hu.

Septima conclusio

Si vero non sit certũ sed dubitatur,ꝙ sit decretalis,tunc iuxta gl.c.pastoralis.de fide instr.& iuxta Arc.in hoc loco est considerandum.Aut.n.est contraria iuri diuino,vel naturali,& tunc est conclusio 8.ꝙ est abiiciēda.vt 32.q.7.flagitia.& de consu.c.fi. aut iuri positiuo,& tunc est econuerso conclusio, ꝙ simpliciter statim abiicienda est nisi cõsonet consuetudini, quæ in isto loco abrogat ius cõe.ff.cõia,præd.l.vēditor.§.si cõstat.& si cõsonet cõsuetudini, tunc est cõclusio,ꝙ admittenda decretalis,non quia decretalis, sed quia fauet cõsuetudini, & hoc intellige de consuetudine rationali,& pręscripta,de consue.c.fi.in fi.de testi.tam literis.Aut nõ est contraria iuri nec consonat alicui cõsuetudini,q̃ in illo loco abrogat, ius cõe,tunc aut obuiat cõsuetudini contrarię,& tunc est, conclusio.ꝙ pręualet consuetudo dummodo sit rõnalis,& pręscripta.de cõsue.c.fi.de const.cum oẽs.Aut non obuiat cõsuetudini contrarię,& tũc est cõclusio,ꝙ in hoc est Papa cõsulendus.Si aũt est consona cõi iuri, tunc est conclusio,sicut dictũ est,statim admitti debet,& ſcd̃m eam iudicã dum est:non tñ,quia decretalis sit,cũ ignoref adhuc sed qa est cõsona iuri,vt in c.pastoralis.de fide instr.Si aũt est præterius est cõclusio,ꝙ nõ statim eiicif, sed cõsulif superior, sicut in pdicta decretalis. pastoralis in fi. habef.vñ si lædat ius alicuius in totum,vel in partem recurritur ad conditorem Arc.

Octaua cõclusio. Nona cõclusio. Decima conclusio

Vndecima conclusio

Duodecima concl. Tertiadecima. Quarta decima.

4 Dicas tamen,vt dicit Arc.& hen.Boyc.†ꝙ constitutio ante consumationẽ suã neminẽ astringit, cũ decretũ non licet ignorantes.ff.de decre.ab or.fa.l.vlt.Non.n.contemnit disciplinã,qui ignorat mi litem.ff.loca.l.si ignorás. sufficit tamen constitutionem alicubi fuisse publicatam, ad hoc vt secundum eam iudicetur homo, & hoc tantum dictum est de primo articulo.Et dictis in hoc.c. clarissime confunditur stultitia hereticorũ,qui decretales summorũ pontificorũ cõtēnunt dicẽtes,nec ius continere,nec necessario obseruãdas esse,q error plene confutabif in c.sequēti

5 **Ad secundum.** In quo quæritur,† an decretalis derogare possit canoni. Respondetur,ꝙ aliqui voluerunt dicere(vt dicit Hu.)ꝙ canon debeat præualere.Et mouentur his rõnib.Primo,quia canon mittitur authoritate Papę,& totius concilii, decretalis vero sua authoritate Papę:ergo videtur,ꝙ canon preualebit aduersus decretalẽ,& non econuerso.

Primũ ar.

¶ Secundo,quia, vt habetur.d.50.c.1.in fi.quod magis est tenēda sententia cõcilij,cuius antiquior est autoritas,quam sit decretalis noui ter edita,ergo canon videtur præferẽdus decretali.

Secundũ ar.

Sed vt dicit Hu.istis nõ obstan.decretalis debet preualere, & preferri canoni si ei contrariatur,ꝙ duplici ratione ostẽditur. Tum primo,quia cum Apostolus,in quem iuris ignorantia non cadit,decretalem constituit contrariam canoni,de certa scientia videtur derogare canoni,ꝙ ei licet.ar.9.q.3.cuncta.¶Secundo quia in canonib.condendis semper tacite,vel expresse reseruatur interpretatio,& dispensatio papę.vt 1.q.5.c.1.& 9.q.3.saluo.& 15.q.1.§.si ergo:& nouę leges trahunt ad se antiquas.vt.ff.de l.non est nouum.

¶Ad primam vero rationem in oppositum respondetur, negando consequentiam,quoniam tota autoritas,& robur firmitatis canonum,& legum ecclesiasticarum pendet ex authoritate Pape,vtpote,in quo totius ecclesiæ Deus principatum posuit vt in c.nolite errare d.11.


Respondet. Ad primũ arg.

¶Ad secundam rationem respondetur,ꝙ non facit ad propositum. Tum quia in authoritate illa antiquitas non accipitur temporis, se dignitatis.Nam sicut in legibus,ita priora concilia trahuntur ad posteriora nisi sint summæ dignitates ratione fidei q̃ in eis diffinita sint,sicut quatuor vniuersalia cõcilia,quę instar quatuor euangeliorum Veneranda esse dicit Gregorius in c.sicut.d.15.vnde decretalis licet derogare non posset canoni in pertinentib.ad fidei dignitatem, siue quo ad ea quæ vniuersalem statum ecclesiæ cõcernerent,sicut nec alteri decretali in hmõi reb.nihilominus tamen in aliis, q̃ sunt pure iuris positiui,derogare potest sicut dictum est.

Ad secũdũ.

6 **Ad tertium articulum.** Respondetur iuxta Hu. & glo.† ꝙ primo videndum est vtrum sint in corpore aliarum decretalium:& si inuenta fuerit ibi,semper haberi debet pro decretali,nisi probetur concilium ad instar illius,quæ inuenitur inter alias Moniales,quę pręsumitur ex hoc Monialis.vt 17.d.quod interrogasti.ar.20.q.1.quę progenitores. Secundo si in corpore aliarum decretalium non inuenitur recurrendum est ad circunstantias,puta si à plurib.pro tali teneatur:& si sic,tunc tenenda est vt 16.d.Isidorus. Item si redoleat,stylum curię romanæ. Item,vt contineat ius,siue consonet,cum cãnonica ęquitate: & si sic,habenda est, pro decretali.Tertio,si omnia ista deficiãt, recurrendum, est ad registrum,siue ad papam vt.C.de le.cum de nouo iure.Est autem hic notandum,ꝙ vt dicit Arc.hic cum dubitatur,an sint decretales,vel non questio sit facti ei incumbit probatio,qui eas inducit secundum Hug.

1 *Canones proprie loquendo sunt conciliorum decreta.*
2 *Ecclesia Romana quæcunque approbat,vel reprobat approbãda sunt,vel reprobanda.*
3 *Commendabile,si est aliquid,propterea quod ab alio commendatur,multomagis ipse commendans.*
4 *Recipiens aliquid pro se recipere debet & contra se.*
5 *Verbo generali omnia comprehenduntur.*
6 *Omnis dictio licet de sui natura sit comprehensiua, & distributiua pro omnibus,nihilominus virtus eius quandoque restringitur per adiunctum ipsi dictioni.*
7 *Indefinita quando æquipolleat vniuersali,& quando non.*



SI romanorum. Hic incipit magister Gratianus inducere capitula ad ostendendum authoritatem decretalium epistolarum.Et ponit primo hoc.c.in quo Nicolaus Papa inuenit in eos,qui decretales epistolas summorũ pontificum nolebant recipere,quia in corpore canonum non sunt descriptæ.Et diuiditur in 9.partes.In prima ostēdit à minori,ꝙ decretales epistolę sunt recipiendæ.In secũda ponit rationem aduersariorum,quare eas non recipiant. In tertia argumētatur cõtra eos,eorum rõnem improbando.In quarta deducit eos ad inconueniens.In quinta ponit rationem quandam eorũ.In sexta inuehit contra rõnem illorũ.In septima ostendit,ꝙ non ideo minus sunt recipiendæ decretales epistolæ, quia non continentur in corpore canonum, quia non omnes possunt contineri in corpore canonum

Diuisio.

In octaua authoritate Gelasij ostendit, ꝙ sint recipiendæ. In nona concludit nullam fiendam esse differentiam inter decreta,& decretales,quæ in corpore canonum habentur inserta,& inter ea,quæ inserta ibi, non habent sed generaliter omnia decreta siue decretales epistolæ summorum pontificum sunt ab omnib.suscipienda,& custodienda.Secūda ibi. quãq quidã.Tertia ibi:Cum ipsi.Quarta ibi:Itẽ si ideo.Quinta ibi:Sed responsuri. 6. ibi : Quib.ad hoc:7.ibi: Itaque:8.ibi:consonat autem.Nona ibi:His itaque.¶Si Romanorum,&c.vtitur ergo à principio argumento à minori contra aduersarios ad probandum decretales esse recipiendas dicens.Si.n.dicta aliorum tractatorum approbantur,vel reprobantur,quia sedes Romana ea approbat , vel reprobat,vnde dicta Hylarii Augustini , & aliorum , quia ex authoritate Apostolicæ sedis approbata sunt, recipiuntur.vt d.15.in c.sancta Romana:ergo multo fortius ea,quę ipsa sedes Romana diuersis temporibus scripsit approbanda sunt : & ab omnibus recipienda , cum Papa sit maioris

Exponit literam.

1 authoritatis,quam aliorum opuscula.†Nota canones proprie loquendo sunt conciliorum decreta,& decretales, epistolæ dicuntur Romanorum pontificum . Aliorum vero scripta patrum non decreta , nec decretales , vel canones, sed opuscula dicuntur,vt d.15.sancta Romana.[Hodie teneatur.]hoc verum est de his,quæ seruanda indixit generaliter:secus est.n.in alijs.vt d.31.aliter.& de conse.dist. 1. de

2 hymnis.Hu.Et est ar.† ꝙ quæcunque Romana ecclesia approbat,vel reprobat approbanda sunt,vel reprobanda. ar. 34.q.1.hæc est fides.& 26.q.1.& 35.q.9. veniam .[quanto

3 potius.]ar.†ꝙ si id,quod ab alio commendantur,est commendabile,& quod ipsum commendat , est commendabilius.ar.supra d.1.consuetudo.[Dispensatione].i.diuersa cõsideratione.Ad hoc.n.vt discretio,& diuersorum consideratio debet hominẽ inducere,vt decretales suscipiat[quanquam]secunda pars.Hic ponit rationem aduersariorum, quare decretales recipere nolebant,quia.s.in corpore canonũ nõ continentur.[Aut].i.non Hu.[corpore.]Idem fecit Hylarius.secundum Ber.& Ar.[Cum Episcopi.]tertia pars.Hic argumentatur contra rationem eorum sic. Pro se suscipiunt decretales,ergo contra se eas recipere debẽt, & hoc,quod dicitur,indifferenter vtantur recipiendo . ar.

4 †quod quis recipit pro se,recipere debet contra se, qui ergo testes,aut scripturam inducit pro se, contra se,etiam recipere debet,vel si alio tempore fuerint inducta cõtra se,similiter recipere debet.i.Similiter, si pro se adducit aliquẽ iudicem,& contra se cogitur eum recipere ar. distinctio. 9.nec quorũlibet.ar.4.q.4.si quis testibus.& in aut. de his, qui ingre.ad ap.§.illud.& 3.quæ.8.[Solum].i.solummodo. [nunc].i.pro eis non faciunt,sed contra.[Ad diminutionẽ sedis,&c.Et ad suorum priuilegiorum.] quædam priuilegia dicebant se habere,quæ videbantur infringi per decretales illas,& ideo contra se non recipiebant:vt sic per depressionem decretalium darent authoritatem suis priuilegiis,in quo manifeste patet eos,& temerariæ,& contra rationẽ naturalem facere.[Item si ideo.]quarta pars.Hic arguit inducendo eos ad inconueniens:quoniam si decretales summorum Pontificum,quia in canonibus non repreriuntur,non sunt recipiendæ,sequitur,quod nec dicta sanctorum Dionysij:Ambrosij:Augustini, &c.sunt admittenda.Et per cõsequens in vnum ea in libris,& membranis retinemus,cum in corpore canonum non inueniantur conscripta,siue inserta,quod dicere præsumptionis, & fatuitatis est summæ.Præterea eadem ratione,nec dicta patrum veterum aut noui testamenti recipi debent,cum in canonibus non contineantur,quod dicere non minus dementiæ est,sed fidem euacuat,& hæreticam sapit prauitatem.Et ꝙ ista consequentia,siue argumentatio sit valida,patet, quia vbi est,eadem ratio:idem debet esse iudicium,& ad quæ porrigitur ratio constitutionis,& ipsa constitutio.ar.di. 1. consuetudo.& de conse.di.1.de hymnis . secundum Hug. [Sed respõsuri,]5. pars,vbi ponit responsionem quandam eorum,& eam confutat.Dicebãt.n. illi contradictores veritatis,quod quamuis in canonibus non inueniantur vetus,& nouum testamẽtum ex integro insertum,inuenitur tamen in canone.c.Innocentii papæ,cuius authoritate docemur,vtrunque testamentum à nobis esse recipiendum. [quibus ad hæc.]6.pars.Ex ista rõne conuincunt contradictores ipsi . Nam licet decretales summorum põtificũ nõ inueniuntur ex integro in canonibus paternis,tamen inuenitur.c.illud beati Leonis permistum,quo omnia,& decreta sedis Apostolicæ custodienda iubentur , nullo excepto. [sancti Papæ Innocentij.]Illud c.non est in hoc volumine. Aut est illud,quod habetur d. 2. de quibus. [nimirum] id est certe.[restat.]Ar.à simili.est arg.dist.4.denique.& dist. 26.inde.& distinct.9 .dominus.Hu.[Capitulum Leonis.] Hoc.c.non habemus,nisi forte sit illud , quod quidam libri habent pro palea 25.q.1.oĩa. sed ibi attribuitur Damaso,sed potest esse, ꝙ fuit vtriusque simile 1.q.1.decreto.& de conse.dist.1.consulto.Hu.Sed esto,quod non habeatur nec exhibeatur canon,nihilominus tamen valet ad confirmationem decretalium.Secus est in priuatis instrumentis.Non.n.valebit secundum,nisi ostendatur primum, verbi gratia:Papa dicet.Confirmo tibi hoc secundum illud instrumentum,ꝙ habes,non valebit confirmatio,nisi ostendatur primum,vt in auten.vt sponsalia.in prin. [Omnia.]

5 ar.†quod verbo generali omnia comprehenduntur . vt 1. q.1.sunt nõnulli 14. q.3.putant.12.q.1.dilectissimus.33.q. 8.quicunque.¶Secundo hic notandum secundum Io. de Ioann.de Fantucis

6 Fan.†ꝙ licet dictio omnis de natura sua sit comprehensiua & distributiua pro omnibus,nihilominus virtus eius,quãdoque restringitur per adiunctum ipsi dictioni , vnde restringitur,quandoque propter materiam, in qua profertur, quæ restringit vim ipsius vniuersalis ad compatibilia ipsi materiæ : vnde cum dicitur omnes debent obseruare canones,intelligitur de subiectis canonibus vt notat. gl.in c.1.de constit.Et si dicatur, omnia iura clamant vim vi repellere:intelligitur de loquentibus de illa materia, vt notat gloss. in capitu. dilecto. de senten. ex. in 6. Item restringitur quandoque ad certa tempora conuenientia, vnde licet ius dicat omni tempore fieri posse actum,& ipse sit talis naturæ,ꝙ non possit fieri nisi certis temporibus , intelligitur omni tempore.s.debito,vt no. glo. 75. distin. §. 1.Item astringitur,si addatur verbum restrictiuum, vnde, si dico, omne marmor,& duas statuas , illa dictio duas statuas,restringit illam vniuersalem,quæ de sui natura erant apta includere omnes statuas,vt de statuis non includant nisi duæ,vt est casus in l.hæres meus.ff.de leg.3.& no.Ioan. An.in capitu.1.de iure.patron.libr.6.Item restringitur ad speciem tantum,quæ congruit termino,cui adiungitur,vnde si Episcopus dicit, do tibi talem villam , & omnia iura, quæ ibi habeo.Illa vniuersalis non extenditur ad iura spiritualia,sed ad temporalia tantum,quia virtus eius non extẽditur ad diuersas species,ab expressis conclusio est, modo in cap.ex literis. de iure Pat.& facit pro ratione sua capi. sedes.de rescrip.& in cle.non potest.de procura.Item restringitur secundum qualitatem personæ , ad quam dirigitur. Nam si conceditur sacerdotibus,vt omnia sacramenta cõplere possint,intelligitur de his sacramentis , quæ his congruunt:vt no.gl.15.d.ecce.Item licet natura sua sit includere omnes species congruentes termino,cui adiungitur, tamen si minima pars specierum deficiat,per hoc non vitiatur dispositio,in qua profertur dicta dictio omnis , vt est tex.in glo.in dicto cap.dilectissimus.hic alle.in glo.& idẽ nota.Arch.7.q.1.denique.vnde dicitur , quod omnes fecerũt,posito,ꝙ vnus discordat.vt no.Io.An.in c.bone.de post.pl.in fi.& faci. gl. posita in proemio decr.in ver.in iudicijs.[Itaq;]septima pars:vbi ostẽdit,ꝙ decretales sunt recipiendæ:licet non contineantur in corpore canonum,quia non possent ibi contineri.[Non possint cõmode.]ar.quod dr̃ non posse fieri,&c.ar.13.q.5.qui sunt di.& illa in c. Leonis.Hu.[Eis canonib. interfuit,quæ firmitatẽ præsertim.] confirmat rõnem suam,quia licet synodalia gesta,inter quæ canones sunt conditi,in codice canonũ non habeantur,nihilomin⁹ à nobis oĩ cultu, &c.[Cõsonat.]octaua pars.Hic ostẽdit authoritate Gelasij:ꝙ decretales epistolę sunt recipiende,sed quõ,ad probãdum hoc inducit Papa Nicolaus decretalem Gelasij,sicut & Innocentii:de quo facta est mẽtio,cum aduersarii eam non recipiant,cum non sit in corpore canonũ.Præterea,cũ Leo, & Gelasius essent Apostolici,quõ in propria causa deducuntur in testes[. Ad hoc respondetur,ꝙ inconueniẽter inducti sunt in testimonium. Tum primo,quia illi aduersarii recipiebãt dicta illius Gelasij,sicut & Innocẽtii,de quo facta est mẽtio supra e.in c. 3.Arc.Tum quia cũ nihil sinistrum debeamus præsumere de fide Apostolicorum,non erat dubitandum de eorũ testimonio,ar.d.40.nõ nos.& 11.q.3.absit.Hu.tum tertio: quia in causa ecclesiastica bñ recipiunt domestici testes,vt dist.4.

Quæstio 1

d.4.lege.& d.21.nunc autem & 3.q.5.ꝙ suspecti.[Dicẽs au tem diuersis tẽporibus.]Nota ex indefinita colligi vniuer
7 sale,& est ar.†ꝙ indefinita æquipollet vniuersali, sed quia hoc non est vniuersaliter verum.Ideo est notandum iuxta Arc.in hoc loco.Aut loquitur de indefinita canonis,siue le gis regulam tradere intendẽtis: & si sic,tũc talis indefinita æquippollet vniuersali, & ita debent intelligi iura, quæ ad hoc inducuntur in gl.Aut loquimur de indefinita communis loquutionis:& tuc ẽ affirmatiua, aut negatiua.Si af firmatiua,tunc aut est eadem ratio, & cõditio oĩum parti cularium in vniuerso comprehensorum,& tunc est cõclu sio,ꝙ indefinita æqpollet vniuersali affirmatiuæ.ff.de le. 2.si pluribus.& l.si ita relictum,circa principium.ff. de le. 3.si plures gradus. Si aũt nõ est eadem ratio,& cõditio om nium particularium comprehensorum, tunc est cõclusio, quod indefinita non æquipollet vniuersali affirmatiuæ, vt patet.ff.de le.3.l.quæsitum.§.illud fortasse.& l.si tui.Siuero indefinita est negatiua,tunc est conclusio, quod æquipollet vniuersali negatiuæ.ff.de re.du.l.si is qui.§.verũ.in fi.Se cũdũ logicos autẽ indefinita in materia naturali æquipollet vniuersali,vt homo est animal:ergo omnis homo. In materia etiam remota,vt homo non est lapis,ergo nullus homo est lapis.In materia autem contingenti nõ æquipol let,vt homo studet,vel currit,ergo omnis homo, non sequitur.Et nota, quod dictio indefinitè posita quandoque habet specialem significationem.1.q.1.sunt nonnulli. quã doque habet generalem significationẽ,vt in hoc c.quãdoque notat frequentiam.Arch.[His itaque.] Nona pars: in qua concludit nulla esse differentiam faciendã inter decretales,quæ sunt in corpore canonum,& quæ non habẽtur, quoniam omnes sunt venerabiliter sucipiendæ.

1 *Sanctiones sedis apostolicæ,tanquam leges seruandę sunt;*
2 *Sanctio proprie quid dicatur.*



Sic omnes. Sequitur secundum.ca.ad eã dem conclusionem,quod ca. dicitur esse Agathonis Papæ,breue est, & nõ diuiditur,cuius sententia est,† quod apostoli
1 cę sedis sanctiones,tanquam leges diuina voce firmatæ sunt seruandæ.Hoc autem non di cit ratione personæ, sed propter authoritatem sedis: vnde ante dixit Apostolicæ sedis:& non Apostolici. Hug. & Arch.Item hoc propter dignitatem personæ,quæ locũ, & dignitatem,& potestatem,quantam habuit Petrus ratio ne Papatus,& tantam habet quilibet eius successor. di. 40.
2 non nos.[Sanctiones.]Sciendum est†ꝙ sanctio proprie est constitutio,in qua iudicatur.ff.de pe.l.sanctio. insti.de re. diui.§.quale est 17.q.4.si quis suadente,generaliter autem sanctio dici potest omnis constitutio principis. C. de not. co:compo.§.quib.ibi:colligentes in vnam sanctionem vt hic etiam 2.q.5.consuluisti.Arch.

Exponit literam.

Ecclesia Romana est mater omnium aliarum.
2 *Pręcepta papala adimplenda sunt,quamuis sint grauiora.*
7 *Clericus,qui vtitur literis ab alio falsatis,n n e st ipso iure priuatus,sed officio,& benefic io priuandus, siue suspendendus, donec satisfecerit.*
8 *Episcopus quilibet de iure potest habere carcerem.*
Præsentans literas Apostolicas potest carcerari, quousq; veritas elucescat, quando suspectæ.
10 *Præceptum papę si est suspectum,quod sit falsum non est procedendũ secundum eum sed debet expectari secunda iussio.*
11 *Instrumento falso qui vtitur,si vult se purgare,quod ignorauit,an audietur.*



In memoriam. Sequitur tertium c.ad eadem cõclu sionem,quod c.fuit Caroli Imperatoris. Et diuiditur in duas partes.In prima ponit, ꝙ mãdata Apostolicæ sedis,etiã si grauia sunt: sunt venerabiliter suscipiẽda, & ad implenda.In secunda ponit,quid agẽdum sit,cum quis falsam epistolam Apostolicam præsentat Episcopo dicit,quod sit ꝑ episcopum in carcerem mittendus,donec Romanus Pontifex super hoc consulatur, Secũda ibi:Si vero.¶Circa primum dicit:[In memoriam]id est in reuerentiam beati Petri,in cuius stabili fidei confessione ipse à Christo honore

Diuisio

Exponit literam.

Pontificali sublimatus,claues ligandi, & soluendi meruit habere,& in cuius etiam confessione ecclesia fundata est [Honoremus].s.eius preceptis obediendo[mater.]ipsa.n. mater est omnium ecclesiarum supra dist. 12. non det. & di.22.c.1.[magistra orationis.]prouerbiorum.8.[Dotrix.] in disciplinando.Nota consequentiam,quam hic facit Ca
1 rolus.†Romana ecclesia mater est omnium aliarum: ergo eius legibus,& statutis obediendum est.Prouerbiorum 1.
2 ne derelinquas legem matris tuæ.[feramus]in corpore[to leremus]in mente Hu.Ar. † qđ præcepta Papal a adimplenda sunt,& si grauiora, quasi importabilia ab eo iniungantur:& si facere non possumus,humiliter nos excusare debe mus,vt extra.de rescriptis.si quando.& hoc intellige, siue pertineat ad officium,siue nõn, nisi fuerit contra Deum, quia ibi cessat omnis inobedientia.vt 14 q.3.qui resistit,& c.si Domus. Secus est in aliis prælatis, quia illi non tenentur,nisi in illis,quæ pertinent ad officium suum.de obediẽ tiã debita Romano Pontifici,& qualiter Romana ecclesia dicitur mater,& caput aliarum ecclesiarũ diximus supra in dist.12.¶Sed mouetur iuxta Archid. hic quæstio quomodo scilicet, an dato casu,quod in aliqua ecclesia sit certus numerus canonicorum,& Papa mandet aliquem recipi in canonicũ,nulla mentione de numero,iuramento fir mato canonici obtemperãtes mandato Papa sunt periuri. Et quod non videtur argui ex isto tex.& ex.c. contra moram.c.dist.vbi habetur,quod Papæ est obediendum. Item pro hac parte facit.ff.de regu.iuris l. 4.¶In oppositum est. Vincentius,cui videtur etiam consentire.Arch.quod.s. essent periuri. Papa.n.non intendit eo hic reuelare à iuramẽ to,ergo illi sunt astricti.Si ergo occasione huiusmodi rescripti,faciunt contra iuramentum,incurrunt periurium. Et est mirabile, quod si conueniantur per rescriptum sic impetratum,tacito de iuramento tenentur excipere, nec mirum,quia per iuramentum tenetur quis excipere,quia non prohibetur agere extra de inreiuran.c.1.& c. debitores secundum Vincen.qui ita notat extra de resti. constitutus.Arc.[Si vero ꝙ.]secunda pars.Pro pleniori intelligen. huius partis veniunt hic quærenda 4.

Quæstio.

Opponit i contrariũ.

3 ¶Primum est,quæ epistola dicatur falsa.
4 ¶Secundũ,quomodo cognoscetur falsitas epistolarum.
5 ¶Tertium est,vtrum præsentans literas falsas Apostolicas iudici possit licite per iudicem detineri.
6 ¶Quartum est,de pœna huiusmoi falsariorum.

3 **Ad primum.** Respondetur,†quod epistola dicitur falsa multis modis. Primo propter veritatis suppositionis,vel falsitatis appositionẽ, quo casu largo modo possunt dici literę falsæ.ff.ad l.Cor.de fal. si qs obrepserit: & si talis fuerit quæ versetur circa principale negotii,& qua ostensa,vel opposita, rescriptum non haberetur, tũc rescriptum nullius momenti est.vt 25.q.2. dicentis.& cap.rescriptis.Si vero non versatur falsitas circa principale negotii,& qua apposita,nihilominus rescriptum haberetur,tunc valet, quantum ad hoc, vt cognoscatur de causa, secundum rigorem iuris,non secundum formam rescripti,vt extra de rescript. super literis. sed de hac specie falsitatis non loquitur hoc ca.Alio modo dicitur epistola falsa,quia est rasa,& tunc distingue si est rasura in loco suspecto, scilicet vbi dicitur ius, tunc non valet rescriptum.Si vero sit in narratione facti, scilicet in principio,vel in fine,valet extra de fi.instru.ex literis. ¶Tertio falsa litera suscipiatur ex ruptura fili. Sed dicendum est,qđ aut penitus filum,est ruptum,& tunc non valet,aut in parte tantum,& tunc secus est dicendum. Nam per hoc non vitiatur bulla.extra de fide.instrumentum cap.vlti.& not. gl.mag.in fi.d.97.Nobilissimus. ¶Quarto suspicatur falsa, qñ sigilum est factum, & hæc procedunt in bulla Papæ:& in bulla Imperatoris,vt sentit gl. pen.in cle.1.de iureiurã. quod verum credo,qñ non essent subscriptę per notarium cum testibus, quia tunc licet bulla esset subtracta, nihilominus valet litera,vt no.de fide inst.inter dilectos.nisi partes expresse dixissent,quod instrumentum absque sigillo non valeret,ad hæc de rest.c.1.de transf.c.1.&in hoc in c.inter dilectos.¶Quinto supponit falsa ex additione,vel subtractione alicuius.Sed tunc vr̃ distinguendũ,quia aut additio, vel subtractio syllabæ, vel dictionis facit mutare intellectũ literę,vt si sic,tũc nõ valet,vt de fide inst.inter di lectos.vñ magis attẽdimus sensum,quam scripturam 38.d. sedulo.cum sim.Aut non facit mutationem in intellectu,

Epistola dicitur falsa multis modis. Primus.

Secundus modus.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

& tunc si sunt literæ contentiosæ nõ vitiatur, quia non presumitur illis falsificatio, cui præiudicium non inferant. ar. de cri. fal. c. fi. & bullæ appositio tollit suspitionem. vt vult. Inno. de fide instrum. ex parte. Aut sunt literæ gratiosæ: & tunc licet bullæ appositio aliqualem suspitionem faciat, quia cum per multas manus tales bullæ transeant, nihil diminutum, aut superfluum continere debere credantur. Nihilominus iudex habebit literas subscriptas, cũ per eas tribuatur ius impetranti. Et sic procedit alia opinio posita in dicto c. ex parte. de fide inst. vbi de hoc. ¶Sexto suspecta habetur epistola de falsitate, si s. contineat vitium latinitatis vt extra de rescrip. ad audientiam. vbi dicunt Ber. & Hosti. quod speciale est rescripto Apostolicæ sedis. Et est ratio specialitatis. extra de æta. & qua. c. vlt. quia rescriptũ domini Papæ per multas manus transit: & magna maturitate decoquitur, & magno libramine ponderatur 35. q. 9. Apostolicę. & extra. c. adeo. Et ita nullum vitium contineri debet extra. e. ad hæc: vnde ad istam præsumptionem non est admittenda probatio, secus est in rescriptis Imperatoris, & inferioris literis, vel actis iudicum, qui non cum tanta deliberatione procedunt, & in instrumentis tabellionum quorum fides authoritati tabellionis innititur: & in quibus veritas substantialis formę, attenditur, non sanitas verborum sicut & in sacramentis. de conse. d. 4. retulerunt. & c. si non sanctificatur. Et tantum dictum sit de primo artic. gl. autẽ plures alios modos tangit.

Sextus.

4 **Ad secundum.** Articulũ in quo quæritur † quo modo deprehenditur falsitas harum literarum apostolicarum. Respondetur, quod multipliciter conuincitur. Primo per ea, quæ dicta sunt. Secundo per testes. Tertio per dissimilitudinem bullę, aut sigilli. Quarto per literas dissimiles, facta. n. comparatione bullæ ad bullam veram, & collatione scripturę ad scripturam, cõuincitur cito falsitas, Secundo per modum scribendi, vt si Papa vocet Episcopos, siue superiores dilectos filios, vel si vocauerit. Reges: aut Principes, vel quoscũque clericos inferiores Episcopis venerabiles fratres, vel si ponat se in singulari numero, vel vni scribens, cuicunque volueris in plurali numero ponat, quia tales literæ contra solitum stylum curiæ interpretantur, & sic tanquam in filo, charta, & stylo curiæ sunt clausulæ intuendę, ne quis vera pro falsis, vel falsa pro veris admittat. extra. e. c. quam graui. Et sic obseruari debet, licet antiquitus Romani Pontifices alium contrarium stylum obseruarent, scilicet Gregorius, vt extra de rescript. nihil & dist. 23. communes stylus. & 9. d. ecce. & extra de proba. capitulo 1. Et tunc talis erat consuetudo: sed illa mutata est.

5 **Ad tertium.** In quo quæritur. †Vtrum præsentãs literas falsas Apostolicas iudici possit licite per iudicem detineri. Respondetur distinguendo. Aut talis præsentans, est laicus, & tunc est conclusio, quod sic: si iudex sit laicus, siue secularis, coram quo præsentatur vt. C. de paganis. & sac. l. sicut sacrificia. Si vero iudex sit ecclesiasticus, creditur quod etiam possit detinere saltem ad finem tradendi eum iudici seculari, circa pęnam sanguinis puniendum. ar. ff. de adulte. le. capite quinto. Pro quo nota per Ioan. 81. distinct. presbyter. & per Bern. & Hug. de iud. cum non ab homine. Si vero præsentans est clericus: dicũt quidam, quod non debet iudex eum retinere ar. de sen. excommun. nuper. Sed contra hos est præsens cap. secundum Hostien. & Archi. qui notat, hic: quod clericus detineri potest per Iudicem ecclesiasticum, si suspectus est de falso ar. de restitu. cap. 2. in fine. Nam non fit hoc temerario ausu, siue Diabolo instigante, sed ad correctionem. arg. de cri. fal. ad audientiam. & cap. ad falsariorum, extra pœn. tue. & de senten. excommunica. perpendimus. eo. tit. si clericos li. 6. Ideoque ordinamus, si sibi præsententur literę tales, ipsum poterit retinere, & idem facere debet ad mãdatum de legati secundum Innocen. & Hostien. Ar. de scrip. ca. 2. in fine. & cap. 3. & c. fi. de offi. dele. cap. 1. Supradicta sunt intelligenda de iudice ecclesiastico, quia laico talis authoritas, iurisdictionis in clericum nunquam datur. de senten. excõm unica. Si vero. & secundum Host. cuius est ista distinctio cui concordat per omnia Archid. in hoc ca. super ver. custodiam. qui etam intelligit secundum Goffre. Hoc de literis falsatis, non per falsi suggestionem impetratis, quæ largo modo (sicut superius dictum est.) dicuntur falsæ. ff. ad leg. Cor. de fal. l. si quis obrepserit. Et eadem, quæ dicta sunt in literis Apostolicis in omnibus alijs literis publicis, siue autenticis probabiliter dici possunt, & per eadem iura vt dicit Henricus Boyc.

Distincti.

6 **Ad quartum.** In quo quæritur. †de pœna huiusmodi falsariorum literarum Apostolicarum. Respondetur secundum Hostien. in summa ti. de cri. fal. quod secundum canones pœna muliplex est. Nã falsarius domini Papę, qui per se, vel per alium falsitatem exercet, ipso iure, cum omnibus fautorib. & defensoribus suis est anathematis vinculo innodatus, extra de cri. fal. ad falsariorum. sed in pœna infligẽda dicitur, vtrum de falsitate dubitetur. An certum sit, si dubitem, & tunc falsarius est capiẽdus, & super pœna summus est Pontifex cõsulendus, vt in hoc c. in memoriam. & extra de cri. fal. super eo. & de rescrip. cap. 2. Si vero certum sit quod sit falsarius non per suspicionem, sed per rei euidentiam, si clericus sit, est degradandus, & potestati seculari tradendus, & secundum constitutiones legitimas puniendus, per quem si laici qui fuerint de falsitate conuicti, puniuntur legitime. vt in cap. falsario. §. 1. Clerici vero ipso iure in hoc casu officiis, & beneficijs perpetuo sunt priuati, vt ibidem. Et idem intelligi
7 tur de eo, qui per se, vel per alium falsificauit. †Si vero quis vtitur literis ab alio falsatis, non est ipso iure priuatus, si clericus sit, sed est officio, & beneficio priuandus, siue suspendendus, & est excommunicatus quousque digne satisfecerit, & laicus similiter, est excommunicatus extra. e. ad falsariorum. & intelligas in vtroque ad arbitrium Papæ, quia nec per alium restitui poterit, nec absolui, vt dicit Hostien. Sequitur in litera. ¶[Salua fide, integra humilitate seruata.] Erga Apostolicum scilicet: vt si velit aliter statuere, statuat nullo modo facto sibi prę iudicio ex eo, qđ dico [in carcere] & 2. q. 8. quisquis. quod intelligo cum non potest dare idoneam cautionem fideiussoriam, ita factũ fuit de Paulo cum Cæsarem appellauit Idem fuit iussus facere Ianuarius de Episcopo, qui locum eius vsurpauerat. vt 2. q. 1. in ps. Hu. dicit tñ Arch. quod non relaxaretur per fideiussionem, vbi magnum esset delictum. all. ff. de cus. & exhib. reorum. l. diuus. ad hoc facit tex. de sen. excommun. si cleri
8 cos li. 6. Item ar. hic: †quemlibet Episcopum de iure posse habere carcerem. Ad hæc de offic. or. cum Episopus lib. 6. & de senten. excommun. si clericos. e. ti. & cleri. 1. de hære.
9 Ar. etiã† quòd vbi est suspicio, quòd literæ apostolicæ sint falsæ, potest incarcerari prẽsentans quousque veritas im-
10 mineat. Item ar. †quòd vbi est suspicio contra præceptum Papę, quod sit falsum, non est procedẽdũ secundum eum, sed debet expectari secunda iussio, vt notatur in c. 2. de cõstitu. li. 6. Sed opponitur contra hunc tex. Et videtur quod prętextu huius. c. clerici capi non possint, quia hoc fuit dispensatum à Carolo Imperatore, sed sic est, quod Imperator non habet potestatem disponendi super factis clericorum 96. di. bene quidem. Respondetur, quòd Carolus statuit hęc ad requisitionem ecclesiæ, ideo valet, alias non valuisset, vt in argumento. Vel dicendum, quòd ideo valuit, quia Carolus Imperator fuit: & lex Imperialis valet, quando fit in fauorem ecclesię super di. 4. si in adiutorium. secus si esset statutum inferiorum à principe, vt de consti. ec clesia. Idem notat. Arch. in d. cap. fi. Per epistolam etiam solam Hug. [etiam sue partis] id est ex parte episcopi, legatos intellige cum literis Hu. alias videretur, quod legati mitti possent sine literis, cuius contrarium videtur haberi. 97. d. nobilissimus. Hu. videtur, quod Episcopus non possit punire falsarium ante susceptum mandatum domini Papę. Sed contrarium videtur dist. quinquagesimo si quis Episcopus, vbi dicitur, quòd statim debet deponi. Respondetur, quod ibi loquitur de falsario sigilli Episcopi, qui statim debet deponi, hic autem de falsario literarum Apostolicarum, dum tamen est incertum talem esse falsatorem,
11 vt dictum est. ¶Sed Arch. mouet hic quæstionem † quid si ille qui vtitur falso instrumẽto, vult se purgare, quod ignorauit, est ne audiendus. Respondetur quod sic, si se purgat, & deceptorem exhibeat. allegat. C. ad l. cor. de fal. leg. maiorem. ff. eodem titu. leg. diuus. Nec ob. de cri. fal. ad falsariorum vbi ignorantia non excusat, quia ibi loquitur, quãdo ignorantia est supina, vel quando non vult exhibere deceptorem. Et subiungit Archidiaco. Et nota quod per predictam leg. maiorem. dicunt quidam, quod si aliquis vtitur falsis literis, vel falso instrumento, quod, vel quas de manu alteri' dicit se accepisse, scilicet. de manu tabellionis:

Exponit literam.

Opponit contraria.

Quæstio.

bellionis, vel alterius nisi illum in iudicio exhibeat, punit, vt falsarius[decernere.] quod canones statuunt de talib. s. quod officio, & beneficio priuati perpetuo retrudantur in monasterium. vt d. 50. si Episcopus. Hu. vel si laici sunt[diffinire].i. nobis licet iam diffiniendi dare, quod Romana, lex statu it de talibus, vt deportentur, & omnibus bonis p̄scribantur, si liberi sunt. Si vero serui vltimo supplicio afficiuntur. Pœna.n. falsi non est capitis amissio nisi in seruis. vt. ff. ad l. cor. de Fal. l. 1. §. vlt. In liberis autem pœna falsi non est capitis amissio, sed deportatio, & omnium bonorum confiscatio. Hu.

1 *Ecclesia Romana quare dicatur posita in speculum, & exemplum cæteris.*



ENim vero. Sequitur 4. c. ad cādem conclusionē, quod est, Stephani Papæ quinti. Breue est & non diuidit. Sententia c. est, quod cum ecclesia Romana posita
1 sit in speculum, & exemplū ex intētione Christi instituentis est, vt quicquid statuerit, siue ordinauerit Romana ecclesia, sit perpetuo seruandū alias non fuisset posita in exemplum, & speculum fidelium. Sancta Romana ecclesia speculum ponitur aliarū, per doctrinam in ea.n. relucet sapientia de qua sapientiæ 7. dicitur, quod est candor lucis æternæ, & speculum sine macula, vn in c. in sede. 24. q. 1. dicit Eusebius Papa. in sede Apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio, in exēplum per bonam operationem, & sacram conuersationem vnde Christus ait Petro, & aliis Apostolis. vos estis sal terræ, & lux mundi. Mat. 5. Statuit generaliter, vel particulariter obseruandum, perpetuè obseruandum est, nisi ipsa eadem aliter statuat. Hu.

2 *Papa est iudex ordinarius omnium christianorum.*
4 *Contemnentium obedire præceptis, siue decretis Apostolicæ sedis duplex est genus.*
Et tales sapiunt scisma, & hæresim. nu. 5.
6 *Damnari potest aliquis ex sola voluntate.*
7 *Præcantium sublimitas grauiora facit iudicia peccatorum.*
8 *Prælatus non solum per se debet obedire preceptis superiorum, sed etiam debet suadere alijs, ne à præceptis discedant.*

Diuisio.



NVlli. Sequitur 5. c. ad idem, quod est beati Greg. in registro. Et pōt diuidi hoc. c. in duas partes. In prima ponit, quod nullus debeat transgredi Apostolicæ sedis præcepta. In secunda ponit pœnam quam debent imponere contemptoribus præceptorum Apostolicę sedis 2. ibi: sic ergo. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capi. quæruntur duo.
1 ¶ Primo, vtrum Apostolica sedes, siue ecclesia Romana, habeat authoritatem condendi statuta aliqua siue canones ad quorum obseruantiam fideles obligentur.
3 ¶ Secundum est vtrum omnes trāsgressores præceptorum Apostolicæ, sedis sint ipso facto excommunicati.
1 Ad primum. Sic proceditur. Et videtur, quod ecclesia Romana non habet authoritatem condendi canones, aut statuta aliqua, & hoc argumētis ipsorum hæreticorum valden. qui constitutiones ecclesiæ damnant. Primo ex illo Deut. 4. Non addes ad verbum, quod ego loquor, nec auferes aliquid ex eo. Item Deute. 12. Quod.n. ego præcipio tibi, hoc tantum fac nec addas, quicquam nec minuas. ¶ Secundo sic dicitur Es. 29. quod Christus commemorat Mat. 15. Sine causa autem colunt me docentes doctrinam, & mandata hominum, sed constitutiones ecclesiæ sunt tales, ergo qui eas seruant, frustra colunt Deum: ¶ Tertio dicit Paulus ad Ro. 15. Non audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus. Si Paulus non audet aliquid loqui eorum, quæ à Christo non habet, quomodo alius quantumcūque magnus audet hoc facere, ergo videtur, quod nullus in ecclesia potest facere, nouas leges, siue cōstitutiones. ¶ Quarto sic, doctrina Christi sufficit ad salutem, aut non, si sic: ergo aliæ constitutiones superfluę. Si non hoc videtur scandalosum, ergo videtur, quod ecclesia non potest conuenienter constitutiones aliquas facere. ¶ In oppositum est litera præsentis tex. & aliorum multorum c. in hac d. & in aliis locis in quib. manifeste munitur, quod Romana ecclesia potest, & debet facere cō-

Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Quartū ar. Opponit i contrariū.

stitutiones, & decreta. ¶ Respondeo dicendum, quod ecclesia Romana potest facere constitutiones, & condere leges, & decreta, & oppositum dicere est erroneum, & hæreticum. Hęc cōclusio probat̄ multipliciter. Primo, sic. In oī multitudine bene ordinata necesse est ponere leges, & statuta q̄bus singuli illius multitudinis ad debitum finem dirigantur, quia vt inquit Philosophus. 4. Politicorum, sicut homo sub lege est optimum animalium, sic etiam sine lege pessimū. Oportet etiam, quod in ipsa multitudine, siue in aliquo p̄sidente in ea sit facultas condendi leges, & statuta necessaria ad directionem actuum humanorum, vnde lex dicitur constitutio, quia maiores natu simulque cum plebibus aliquid sanxerunt. supra d. 2. ca. lex. & prouerbiorum 8. dicitur. Per me reges regnant, & legum cōditores iusta decernunt. Sed ecclesia est multitudo ordinata: vnde Canticorum sexto dicitur. terribilis, vt castrorum acies ordinata, ergo necessario confitendum est, quod in ea sit facultas cōdendi leges, & statuta pertinentia ad bonum regimen fidelium iuxta varietatem statuum graduum, & officiorum, ac ceremoniarum in ea, vnde dominus ait Apostolis, & in eis eorum successoribus. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris: & Filij, & Spiritus sancti. Propter, quod dicitur in vlt. ca. extra de constitu. quod constitutio Apostolicæ sedis omnes astringit, & hoc vt ait gl.
2 †quia Papa iudex est ordinarius omnium Christianorum & eius ecclesia mater omnium ecclesiarum, vt 9. quæstio 3. cuncta per mundum etiam si aliquid graue præcipiat, faciendum est. vt supra eo. d. in memoriā. ¶ Secundo sic. Omnis principans, & rector alicuius multitudinis necessario habet facultatem dandi leges, & statuta ad debitum regimen multitudinis sibi subiectę. Patet, cum lex sit ipsa regula, qua dirigenda sit ad fidem vltimum, sed ecclesia Romana est, in qua principatus, & regiminis cura totius reipublicæ Christianæ est collocatus, ergo sequitur, quod ipsa habet facultatem cōdendi leges, & statuta necessaria, siue vtilia ad regimē populi Christiani. Ista est Iulij Papæ in c. nolite errare. distin. 40. vbi sic dicitur. Nolite errare fratres mei: doctrinis variis, & extraneis nolite abduci, & instituta Apostolorum, & Apostolicorum virorum, & canones, quæ habetis his fruimini, satis indignum est quenq̄, vel pōtificum, vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri fidem, & sequi videat, & docere multum conuenit, vt totum corpus ecclesia in hac sibi obseruatione concordet, quę inde authoritatem habet, vbi dominus totius ecclesiæ posuit principatum. ¶ Tertio sic in omni corpore semper à capite descēdit regimen, & motus in toto corpore, ergo quodlibet caput habet facultatē dandi leges & regulas regiminis toti corpori, & talib. est obediendum, sed ecclesia Romana est caput omniū ecclesiarum, & Romanus pontifex omnium fidelium caput, cū ait dominus Petro. Tu vocaberis Cephas, quod latine caput interpretatur, ergo necessario dicendum est, quod Romana ecclesia habet authoritatem condendi leges, & statuta, quibus obediendum ab omnibus fidelibus. Ista ratio est beati Gregorii in c. præceptis. dist. 12. vbi sic inquit. Præceptis Apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quæ à sancta Romana ecclesia, & Apostolica authoritate iussa sunt salutifere impleantur, si eiusdem sanctæ Dei ecclesiæ, quæ est caput vestrum communionem, habere desyderatis ¶ Quarto sic. sicut pater, & mater potestatem habent, & facultatem dandi leges, & statuta viuendi filijs suis, vnde prouerbiorum primo dicitur. Conserua fili pręcepta patris tuis, & ne dimittas legē matris tuæ. glo. 1. ecclesiæ. Sed Papa est pater, & ecclesia mater omnium fidelium. Vnde omnibus scribit dilectis filijs, ergo Romana ecclesia facultatem habet condendi leges, & decreta, quibus ab omnibus fidelibus parendum est. ¶ Quinto sic. In lege veteri ex necessitate salutis fuit populo Israelitico in arduis, & difficilibus venire ad summum sacerdotem, qui preerat cum collegio suo, & eius decretis sub pœna mortis obedire, vt patet Deutero. 17. ergo multo magis in lege noua summus sacerdos habet potestatem condendi decreta, & diffiniēdi dubia, cuius determinationibus obediēdū sit, consequentia patet. ¶ Sexto sic. Si primitiua ecclesia tēpore Apostolorum aliqua ordinauit, quæ Christus prius nō ordinauerat, quod minime fecisset, si ad hoc facultatē nō habuisset, sed ecclesia nūc nō est deterioris autoritatis, q̄ tūc, ergo ecclesia nunc pōt facere constitutiones, præter

Respōdet. Prima p̄batio. Matt. 28. Secunda. Tertia. Grego. Quarta. Quinta. Sexta.

eas, quæ à Christo, & eius Apostolis sunt constitutæ. consequentia est manifesta, añs pro maiori parte patet actu. 15. vbi dicũt Apostoli & seniores. visum est spiritui sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatione simulachrorũ: & sanguine suffocato, & fornicatione, vnde, vt dicitur in sequenti. c. Paulus, & Timotheus cum pertransirent ciuitates tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta, ab Apostolis, & senioribus, qui erant Hierosolymis. Si autem dicat hæreticus, ꝙ illa decreta habuerunt Apostoli à Spiritu sancto dicimus, ꝙ verum est sed cũ hoc dicimus, ꝙ idẽ Spiritus sanctus est, qui mysteria, & qui in ecclesia sua nũc per ora principum ecclesiæ ordinat canones, & decreta. vnde Io. 16. ait Christus. Multa habeo vobis dicere, quę nõ potestis portare modo. Cũ autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Item 1. Io. 2. vnio docebit vos de omnibus. Vnde in c. violatores. 25. q. 1. canones dicunt Spiritus sancti instinctu cõditi, & in illo. sic supra e. d. dictum est, ꝙ sanctiones sedis Apostolicæ, tanquã diuina voce firmatæ sunt suscipiendæ, ergo pro præfata cõclusione nostra, & contra præfaorum hæreticorum errorem, sanctorum patrum sententia, quorum lumine tota illustratur ecclesia, vnde in c. violatores salus 25. q. 1. dicit sanctæ memoriæ Hormisda Papa. Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire: & à constitutis patrum nullatenus deuiare. Ecce, ꝙ non modo posuit de necessitate salutis custodire fidei regulam, quæ data est maxime in scriptura diuina sed etiam custodire sanctorum patrum constituta, ac decreta; vnde dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primũ arg. ¶ Ad primam de c. 4. deuteronomij. ꝙ ibi, vt dicit magister Nicolaus de lyra. Prohibetur additio deprauans intellectũ legis, non autem additio declarans, aut illucidans secundũ ꝙ scribitur ecclesiastici 24. Qui elucidant me vitam ęternam habebunt. Addimus etiam, sicut est additio responsa continens dubiorum, sicut patet Deut. 17. quod supra inductum. ¶ Ad secundam authoritatem de c. 13. Respondet, ꝙ sic debet intelligi, ꝙ ego præcipio. s. p me, vel ministros meos, vtroque. n. modo præcipit dominus.

Ad secũdũ. Ad secundam rationem fundatam in authoritate Esaię. Respondetur, negando, minorem. Dicimus. n. ꝙ constitutiones ecclesiæ nõ sunt tales: quoniam constitutiones ecclesiæ sunt, de quibus loquitur dominus per Esaiam. Et erãt tantum hominum, constitutiones vero ecclesię sunt Dei, quia in ista ecclesia. per ministros suos illas instituit. vnde ait Mat. 10: Nõ estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Lucæ. 10. Qui vos spernit, me spernit.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertiã Respondetur, ꝙ sicut Paulus illa, quæ loquebatur, vel faciebat à Christo fiebant, vel dicebantur, sic etiam dicimus, ꝙ illa quæ dicit, vel facit ecclesia, ipse dicit, & facit per ecclesiam iuxta illud supra dictum Mat. Non vos estis qui loquimini, &c. ¶ Ad quartam respondetur, negando consequentiam: quoniam in lege Christi includitur, ꝙ facultas sit data. à Christo ministris suis, & vicariis præcipiendi, & statuẽdi leges, siue condendi, quæ minime forent, siue informationem morum, siue ad declarationem dubiorum siue ad extirpationem erroris, siue ad directionem particulariũ actuum, & officiorum in ecclesia, & huiusmodi, de quib. in speciali in euangelio non fit mẽtio, includitur ẽt in ipsa Christi doctrina, ꝙ omnes fideles debent obedire prelatis ecclesiæ, vnde Mat. 16. dicit Christus Petro, tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque solueris, &c. Item luc. 10. Qui vos audit me audit: & Apostolus ad Hebr. 13. Obedite præpositis vestris. Ecce, quod non põt dici adimplere legem Christi, qui adimplere contemnit legem ecclesiæ. Præterea quæramus ab aduersario, quid vocat doctrinam Christi, si doctrinam, quam Christus per se, & per suos discipulos, (qui secum fuerant) dedit, tunc superfluit doctrina Pauli, qui non fuit cum eo, sed cum alijs discipulis. Si autem vocet doctrinam Christi, quam etiam per Paulum, & discipulos primitiuæ ecclesiæ, docuit, tunc cum eãdem potestatem habet ecclesia Dei nunc in successorib. quam habuerunt illi, cum non sit diminuta potestas, eadem potest facere nunc, quæ tunc, & sicut illorum verba erant Christi, ita & verba istorũ, qui nunc sunt, omnibus. n. dictũ est. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationẽ seculi, &c.

3 Primũ ar. Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ transgressores preceptorũ Apostolicę sedis, siue canonum sunt ipso facto excõicati. Primo sic de litera presentis te. vbi habetur, sic ruinę dolore prostratus quisquis Apostolicis voluerit cõtrarię decretis, &c. vbi videtur, ꝙ verba ista sint datę sententię. ¶ Secundo sic. Ex. c. violatores, vbi habet, ꝙ in spm sctm blasphemãt, qui sacros canones violãt. ¶ Tertio sic ex c. si qs dogmata 25. q. 1. vbi habet ꝙ anathema sit, qui summorũ põtificũ decreta, & mãdata obseruare contẽpserit. ¶ Quarto ratione sic. oẽs schismatici sunt excõicati ipso facto, vt extra de scis. c. 2. sed rebelles, & contemptores preceptorum Apostolicæ sedis dicuntur scisma facere, cũ se diuidant ab vnitate capitis ecclesię per inobedientiã. ergo vr, ꝙ tales sint ipso facto excõicati. ¶ In oppositũ est sñia cõis doctorũ. ¶ Respnodeo dicendũ ꝙ vt tangit. Hug. & glo. & Ar. etiam cõmemorat. 4

Secũdũ ar. Quartũ ar. Opponit et Respõd.

† Duplex est genus contẽptorum obedire pcep tis, siue decretis Apostolicæ sedis. Quidã. n. sunt, qui sedẽ Apostolicã caput esse oĩum ecclesiarum negantes, dicunt ipsam non posse canones, siue decreta cõdere, nec habere potestatẽ cõdendi. Ea pp constituta per eã dicunt nõ esse seruãda, & ea seruare cõtumaciter cõtẽnunt, & de tali gñe hoĩm est conclusio, † ꝙ tales scisma, & hæresim sapiũt, & ipso gñe delicti sunt excõmunicati. patet d. 22. c. 1. & 15. q. 1. violatores & c. si quis supra alle. Et de talib. loquitur. c. istud si intelligat datæ sententię, quidã aũt sunt, qui obedire cõtemnunt non ex radice illa erroris, quia negant Apostolicã sedẽ caput esse ecclesiarũ, aut posse decreta condere, tñ illam, & caput ecclesiarũ posse leges, & decreta cõdere firmiter asserant, sed ex alia radice, vtpote, pp alicuius cõmodi tpalis acquisitionẽ, vel damnum, aut periculi euitationẽ. Et de tali genere hoĩm est conclusio, ꝙ tales licet mortaliter peccent, non tñ sunt ipso genere delicti, ipso facto excõicati bene tñ excommunicandi iuxta illud Mat. 18. Si ecclesiam non audierit sit tibi, &c. Et de talibus intelligit te. presentis literę. Si dicatur esse dandæ sententię. Hugo. & Arch. Et ex his patet Responsio ad rões. Litera. ¶ [Nulli fas]. i. licitum velle ar. † ꝙ ex sola voluntate damnatur quis Hu. hoc intellige, quo ad eum. [iudicium posse,] ar. quod nõ dr posse fieri, quod de iure non erit. 22. q. 2. faciat. [haberi dispositionis ministerium.]. i. quod dispos uimus ex authoritate nostri officii [Si igitur.] 2. pars. [voluerit] cum effectu, vel saltem cum conatu, vel sola voluntas inter limites suos, contenta ab ecclesia non punitur de pœ. d. 1. cogitationis pœnam, bene tñ voluntas cum conatu. s. effectu. ar. infra c. Anastatius 1. q. 1. qui studet contraire condemnando ea, & asserendo eam nõ esse obseruandam, & apostolicam sedẽ non habere authoritatem condendi ea, & componendi de talibus contemptorib. obedire, intelligunt, quæ hic dicuntur videlicet, ꝙ talis sit prostratus, & damnatus latæ sẽtẽtię, sicut in quęstione dictũ est, si autem intelligatur textus de alijs transgressorib. tunc exponitur prostratus. i. dignus pstrari. Similiter damnatus. i. dignus damnari. Hug. [Nec de eius] hic multum videtur repugnare, ad hoc, ꝙ intelligat, de alijs transgressorib. sed põt dici [postea]. i. post condemnationem eius. i. postquam fuerit condemnatus. Hu. [à sancta, & Apostolica] hoc etiam multum repugnat, vt intelligatur de alijs transgressorib. nunquam non possint ipsi condẽnari, nisi à sede Apostolica, põt dici, ideo eũ sic loqui, qa principaliter, & specialiter loquitur de episcopis, quorum damnatio tantum ad Apostolicam sedem spectat. 3. q. 6. quamuis. Et quid de Episcopis dicitur de oĩbus aliis intelligitur. Sæpe. n. quod de vno dr specialiter, trãsit ad oẽs generaliter ar. d. 38. Ignorat. 61: d. Miramur. & 81. di. Apostolus 16. q. 1. prædicator. Vel potest dici, ꝙ illud, quod facit quælibet ecclesia, intelligitur facere Romana, cum quęlibet alia sit membrum eius, ar. d. 12. c. 1. 24. q. 1. loquitur. & cum quęlibet ecclesia à Romana habeat authoritatem talia faciendi. ar. di. 12. c. 1. Hug. & Archid. [non dubitetur] id est non debet dubitari. [quia maiores.] reddit causam premissorum, vel quare specialiter loquatur de prelatis. & est argu. † quod sublimitas peccantium grauiora facit iudicia peccatorum. In eodem enim genere delicti grauiora iudicantur maiorum, quam minorum. Quanto enim gradus altior, tanto casus grauior. ar. d. 40. homo christianus 11. q. 3. precipue 1. q. 3. Saluator. Hu. [Abiiciendus] Hic videtur, quod hoc. c. non sit datę sententię, sed intelligitur, id est talis, qui digne est abiectus, vel abiicitur ipso iure. simile 24. quęstione 1. ait. vel abiiciendus i. ostendendus esse abiectus, vel canon loquitur de illis, qui futuri erant tales: & quia talia facturi erant, quandocunque, & est sensus. [est abijciendus]

5 6 7 Exponit literam

abijciendus].i.digne,& iuste abijcietur.Hu.& Arc.[Eiusdē sanctæ ecclesiæ.].s.Romanæ[præiatæ.Est.n.Romana ecclesia prælata omnibus ecclesijs.vt.j.dist.21.]quamuis.[Sed &
8 alijs]ar.†ꝙ prælatus non solum debet per se obedire præceptis superiorum,sed etiam debet suadere alijs,ne à præceptis discedant.Est prælatus debitor alijs.vt.11.q.3. nolite. [noluerit].i.contempserit iudicandi illa non esse seruāda, nec Romanam ecclesiam habere authoritatem talia statuendi,& sic loquitur hoc c.de publice contemptorib.primo modo.vt 24. quæst. 1.ait.Et ita est datæ sententiæ.Si vero dicatur loqui de alijs transgressoribus, erit dandæ sententiæ Hug.

1 *Epistolæ decretales sunt eiusdem authoritatis cum canonibus.*



IN canonicis. Sequitur.6.c.ad eandem conclusionem ,s.ad ostendendum, quòd epistolæ decretales sint ab omnibus recipiendæ, quod probatur hic,ꝙ inter canonicas scripturas decretales epistolas summorum pontificum dicit annumerandas.Diuiditur autem hoc.ca.in duas partes, secundum, ꝙ ex duabus partib.potest sumi ratio. Vnde vna scriptura canonica alteri præfertur, videlicet vel ex parte authoritatis ecclesiarum condentium, seu recipientium,vel ex numero recipientium.& obseruantium eas.De prima loquitur in principio di.quod secundum authoritatem ecclesiarum, à quibus institutæ sunt.vel receptæ scripturæ, est iudicandum de authoritate, seu reputatione ipsarum scripturarum canonicarum. Et per consequens epistolæ summorum pontificum, cum prodeant à sede summę authoritatis, cum maxima veneratione suscipiendæ sunt. Pro pleniori intelligentia huius c.quæruntur duo breuia. (Diuiso)

1 ¶Primo vtrum epistolæ decretales sedes apostolicę inter scripturas canonicas sint annumerandę.

2 ¶Secundo vtrum conueniens ordo detur ab Augustino in litera in comparandis seu conferendis canonicis scripturis inter se dicendo illas esse alijs in veneratione fore præferendas,quæ à pluribus suscipiuntur.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur,ꝙ epistolæ decretales summorum Pontificum non sunt inter canonicas scripturas annumerandæ. Primo sic. Sola illa scriptura dicitur esse cononica, quæ in canone veteris, aut noui testamenti continetur, patet per Aug.in prin.3.de tri.& habetur.in c.noli.di.9.vbi ait. Noli meis literis,quasi canonicis scripturis inseruire.i.fidem dare,vbi ꝟm gl.per canonicas scripturas scripturæ veteris,& noui testamenti intelliguntur.Et idem habetur in c.ego solis.e.dist.Sed epistolę summorum pontificum,siue Apostolicę sedis non continentur in canone veteris,aut noui testamenti: ergo non sunt in canonicis scripturis nominandæ. ¶Secundo sic.Sacra scriptura canonica præfertur decretalib.Romani Pontificis:ergo decretales Romani Pontificis non connumerantur scripturis canonicis, cōsequentia est bona.Antecedens est Augu.li.de vnico baptismo,& habetur in c.quis nesciat.di.9.vbi ait.Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris,quam noui testamenti certis terminis suis contineri,eamq; posteriorib.omnib.Episcoporum literis ita præponi,&c.¶Tertio sic.Genus literarum Episcoporum,quorumcunq; est distinctum ab authoritate canonis,vt expresse ponit Au. in epistola ad Vincentium,& habetur di.9.in c.noui frater.& in c.neque quorumlibet.ea,di.ergo sequitur, ꝙ epistolæ Romani Episcopi nō sunt annumerādæ inter scripturas canonicas.¶In oppositum arguitur ex litera præsenti, quæ est beati Augustini de doc.christiana.li.2. Respondeo dicendum, ꝙ canon capitur tripliciter, vt Hu.& Arc.tangunt.s.di.9.c.noli. Qn̄que.n.dicitur scriptura conciliorum,quandoque quælibet scriptura diuina,& ecclecastica, quandoque solum vetus, & nouum testamentum, beatus Augustinus in hoc loco videtur loqui de canonica scriptura primis duob.modis.In assignatis vero capitulis in arguendo loqui videtur de ea tertio modo,vt tantum nouum, & vetus testamentū nominat,qua diuisione data,respondetur sub ista conclusione. Quod epistolæ decretales summorum pontificum sunt annumerandæ scripturis canonicis, quæ dicuntur sacrorum conciliorum canones, quo ad autoritatem,vt videlicet eiusdem sint authoritatis cum canonib. Et ꝙ pari reuerentia habendi sint canones ipsi conciliorum.Ista conclusio est Aug.in hoc.c.dicentis, ꝙ iudicādum sit de authoritate scripturarum ecclesiasticarum,aut condentium,aut recipientium eas. Cum autem ecclesia Romana sit mater omnium ecclesiarum,& ita supremæ authoritatis sit, vt potè cuius maius non est iudicium,vt in c.patet.9.q.3. sequitur,ꝙ epistolæ ab ea procedentes,aut ab ea receptæ per approbationem sint eiusdem authoritatis,& reuerentiæ, cuius sint ipsæ canonicæ scripturæ sacrorum conciliorum. ¶Ad rationes in oppositum patet responsio ex distinctione data de canonicis scripturis. Epistolæ.n.decretales non comparantur hic canonicis scripturis,prout canonica scriptura nominat nouum,& vetus testamentum,sed prout dicuntur scripturæ sacrorum canonum vniuersalium conciliorum,autem quęcunque alia scriptura ecclesiastica,sicut sunt etiam opuscula sanctorum patrum.

(Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit̄ contrariū. Respōdet. — Ad arg.)

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non sit conueniēs ordo assignatus in litera ab Aug.cum ait,illas scripturas deferēdas esse, à plurib.recipiunt,quæ canonicæ scripturę ab omnib. sunt suscipiendæ,vt.s.di.15.Sancta Romana ecclesia,ergo videtur, ꝙ in canonicis scripturis non cadit ordo iste assignatus,videlicet ꝙ aliquæ alijs præferantur.¶In oppositū est tex.præsentis literæ.¶Respondeo dicendum,ꝙ ordo in litera ab Aug.assignatus de præferendis,& comparādis diuinis scripturis canonicis,est conueniens: quæ conclusio nō tantum patet tāti doctoris authoritate quam etiam rōne, sicut patebit ex literę explanatione. vnde dicendum est ad rationem in oppositum,negando consequentiam, quia licet scripturæ canonicæ, de quibus loquitur ab omnib.sint recipiendæ, nihilominus vna præfertur alteri, quia est digna maiori reuerentiæ, non ꝙ eā approbata, vel recepta alia reprobetur,sicut nouū testamētū præfertur veteri:euēgeliū Apost.decreta conciliorum dictis sanctorum patrū, Petrus Cypriano,vt.j.di.20.de libellis,& 2.q.7. puto.præponitur etiam,quia potius est digna receptione, magis.n. debemus recipere illam,quæ ab omnib. recipitur generaliter,quam quæ in determinatis locis. Hug. vnde prælatio vnius scripturæ ad aliam non est intelligenda cum derogatione alterius,sed quia maiori honore,& reuerētia, quam altera habeatur, sicut exemplū est de duob. viris honestis, quorum vterque in honore habetur,sed vnus eorum magis altero veneratur.Laurentius.Litera ordinetur sic text. ¶[In canonicis scripturis]inter se conferendis, & præponendis,& vt alij dicunt recipiendis. Hug.[Indagator diuinarum scripturarum.]quamplurimum sequatur authoritatem catholicarum ecclesiarum, quasi dicat, iudicet de authoritate, & reuerentia scripturarum illarum secundum authoritatem ecclesiarum,à quib.conduntur,vel recipiuntur,vel non recipiuntur. Inter quas.s.canonicas scripturas sanę illæ sunt.s.epistolæ. † Ob hoc allegatur hoc.c.s.vt ostē
3 datur, ꝙ decretales epistolæ sunt eiusdem authoritatis cū canonib.Et quòd illæ sunt ita recipiēdę,sicut canones Apostolica sedes meruit habere.i. recipere ab alijs, vt est illa Hug.hęc est fides pater beatissime & iila eiusdem, quoniam vetus oriens.vigesimoquarto.q.1. [& quas ab ea meruerunt aliæ ecclesiæ recipere, tenebit] secunda pars,quæ ab omnib.conuenientem ordinem ponit hic August.vt illi præferri debeant, quæ ab omnib. appobantur, & quę ab omnib.asseruntur,non possunt omnino carere veritate, vt dicit Philosophus primo rethorices & 7. ethicorum. Dicit,ꝙ fama non omnino perditur.i. non est falsa, quam populi multi famant. Et,ꝙ omnes dicunt,quia sermo communis non est omnino falsus, vt Philosophus dicit primo rethorices. [quas plures.] post illas primas præferendæ sunt quæ à plurib.& grauiorib. recipiuntur, quia vt dicit Philosophus primo topicorum,probabile verum est,quod à plurib.& sapientib. dicitur.ar.etiam hic pro multitudine .s.ꝙ illud poti⁹ teneatur,quod à plurib.approbatur, & corroboratur.vt.s.di.16.Isidorus.& 2.q.7.puto 63.disti.c.vlti. [Alias scripturas]canonicas,vel decretales.Hug. [bene]in authoritate inuenire non possint[de leui.]s.de facili.Hug. [Aequalis authoritatis]hoc intelligo esse verum,si æquali ratione nitantur,alias non est verum Hu.

(Ad arg. — Primū ar. — Opponit & Respō. — Ad arg. — Exponit literam.)

2 *Prædicatio euangelij Christi potest intelligi dupliciter.*

4 *Apostoli potestatem habuerunt prędicandi à Christo immediate ante*

te ante passionem, & non à Petro post resurrectionem a Petr. nu. 5. & 8.

6 *Institutio aliquorum ad prędicationis officium post passionem pertinebat ad autoritatem Petri. Et diuisio prouinciarum. num. 7.*

10 *Relatiua posita se ponunt & perempta se perimuut.*

11 *Potestas duplex requiritur ad absolutionem peccatorum.*

12 *Preconis officium suscipit quicũq; officiũ prędicandi assumit.*

13 *Petrus quod assumptus fuerit in consortio indiuiduę vnitatis Christi quomodo inteligatur.*

14 *Ecclesia nunquam deficiet.*

15 *Veteres sunt imitandi.*



ITa dominus. Sequitur 7. ca. quod est Leonis Papæ, quod inducit magister Gratianus ad eandem conclusionem, videlicet, ꝙ decreta Romanorũ Pontificum sint venerabiliter suscipienda & implenda. Et diuiditur in duas partes. 2

Diuisio. In prima excellentiam authoritatis describit beati Petri cui Romanus pontifex in authoritate, & potestate successit. In secunda elicit correlarie, ꝙ digni sint damnatione magna, qui Apostolicæ sedis præceptis & statutis obedire contemnũt Circa primam partem excellentiam authoritatis in beato Petro in duobus ostendit, ꝙ per cõseques in Apostolica sede. Primo in hoc, ꝙ à beato Petro, vt à capite quodã dicit, iurisdictionis potestatem deriuari in aliqua membra ipsius corporis ecclesiæ. Secundo in hoc, ꝙ dicit, ꝙ super eũ, sicut super firmam petram, ecclesiastici ædificij altitudo solidata consurgit. Secunda pars ibi. Habent enim consortium. Pro pleniori intelligentia primæ partis, quia disputatum est supra di. 10. quæruntur tria.

¶ Primo, vtrum Apostolicæ prædicationis tuba sonuerit p totum orbem terrarum.

3 ¶ Secundũ est, vtrum authoritatẽ prędicandi Apostoli alij habuerant à Petro.

4 ¶ Tertio, vtrum Apostoli potestatem iurisdictionis habuerint immediate à Christo, vel mediante beato Petro.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ Apostolicæ prædicationis tuba non sonuerit per totum orbem terrarum. Primũ ar. Primo sic. dicitur Mat. 24. Cum prædicatum fuerit euangelium regni in vniuerso orbe, tunc veniet consummatio, & finis seculi: ergo nondũ tuba predicationis alterius Apostolorum sonuit in toto orbe terrarum, consequentia est bona. Secũdũ ar. ¶ Secundo sic dicit Aug. expressum euangelium nondum prædicatum esse in vniuerso orbe certis indicijs probatum est, quia in Africa, vbi ipse erat, multę barbarę nationes, & innumerabiles gẽtes erant, quib. nondum prędicatum esset euangelium per illos, qui inde captiui ducebantur: Opponit i contrariũ. ¶ In oppositum est text. Prophetę psal. 18. qui inducitur ab Apostolo ad Ro. 10. & à beato Leone in pręsenti capitulo. Respõdet. Respondeo dicendum, ꝙ circa hoc videtur esse controuersia inter Chrys. & Aug. Chrisos. & Aug. differũnt. Nam Chrysostomus dicit super Mat. ꝙ prędicatio euangelij in vniuerso orbe completa est tempore Apostolorum, exponens sic illud, ꝙ habetur Mat. 24. Et predicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, & tunc veniet consummatio. i. destructio Hierusalem, quæ facta est anno. 42. post passionem Christi sub Vespasiano, & Tito Romanis principib. Au. autem dicit expresse, ꝙ verba illa prophetæ de prędicatione euangelij per totum orbem nondum erant completa, quando Apostolus talia loquebatur ad Rom. 10. Sed preuidebat ea esse complenda. Et ꝙ Apostolus vtatur preterito pro futuro, propter certitudinem diuinę preordinationis, sicut etiam Dauid, cuius verba assumit Apostolus manifeste vtebatur preterito pro futuro. Et hoc ideo dicit Aug. quia, vt tactum est in argumento secundo, adhuc tempore suo dicit quasdam gẽtes in Africę partib. esse quibus non erat fides Christi prędicata. S. Thom. Sed beatus Tho. super epistolam Pauli ad Rom. c. 10. tractans hanc difficultatem, dicit, ꝙ vterque dicit aliqualit r verum. Nam tempore Apostolorum ad omnes gentes etiã vsque ad fines mundi peruenit aliqua fama de prędicatione Apostolorum per ipsos Apostolos, vel discipulos eorum. Nam Mattheus prędicauit in Aethiopia. Thom. in India. Petrus, & Paulus in occidente, vnde tempore beati Petri prędicata est fides catholica in Francia, quæ est in vltimo climate versus occidentem, vnde & Senonis, vt dicit Nicolaus de lyra, & etiam Pictauis fundata est ecclesia in nomine beati Petri viui, quia, ipso viuente, consecrata est. Ita etiam prędicata est fides Christi in Hispania per beatum Iacobum. Cum igitur apostoli, alijque discipuli Christi exierint de Hierusalem ad publicandum euangelium per orbem, secundum ꝙ habetur actuum primo. Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ, & Hierusalem sita sit in medio climate. Sequitur, ꝙ sicut euangelium publicatum est, viuente Petro vsque ad vltimũ clima. Ita intelligendum est versus alias mundi partes, non tamẽ sic impletum est tempore Apostolorum, hoc, ꝙ in omnib. gentib. ecclesia ædificaretur, quod tamen est implendum ante finem mundi, vt Augus. dicit in epistola ad Eusitium. distinguendum: ergo est pro cõcordia istorum doctorum, 2 prout dicit S. Tho. in prima secundę. q. 106. arti. vltimo, † ꝙ prędicatio euãgelij Christi potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad diuulgationem notitię Christi, & sic in vniuerso orbe tempore Apostolorum, vt dicit Chrysosto. Et secundum hoc id quod dicitur Matt. 24. ꝙ tunc erit cõsummatio: intelligitur de destructione Hierusalẽ, de qua tunc ad literam loquebatur Christus, alio modo potest intelligi prędicatio euangelij in vniuerso orbe, cum pleno effectu, ita. s. ꝙ in qualibet gente fundetur ecclesia Christi, & hoc modo dicit August. in epistola ad Eusichium, ꝙ nondum est prædicatum euãgelium Christi in toto vniuerso, sed hoc pacto, venit consummatio mundi. Ex istis clare patet responsio ad rationes.

3 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur primo quod alij Apostoli authoritatem prædicandi non habuerunt à Petro. Primũ ar. Primo sic per illud Lucæ. 6. vocauit discipulos suos: & eligit. 12. ex ipsis, quos Apostolos nominauit, super quo ver. dicit Ambrosi. vt ad propagandum auxilium salutis humanę per terrarũ orbem satores fidei destinarent, &c. ergo videtur ꝙ Apostoli immediate à Christo sunt destinati, & ad prędicãdũ, & per consequens ab eo habuerunt prędicandi authoritatem. Secũdũ ar. ¶ Secundo, idem arguitur ex illo Luc. 9. Conuocatis, 12. Apostolis dedit eis potestatem super omnia Demonia, & vt langores tollerent, & misit illos prędicare regnũ Dei: ergo idem videtur, quod prius. Tertiũ ar. ¶ Tertio, idem arguitur ex illo Lucę. 10. vbi legitur, ꝙ misit discipulos suos ante faciẽ suam in omnem ciuitatem, & locum, &c. ergo. Quartũ ar. ¶ Quarto ex illo Mat. 10. vbi dicitur. In viam gentium, ne abieritis, &c. Euntes prædicate, &c. Quintũ ar. ¶ Quinto ex illo, quòd post resurrectionem ait Dominus Apostolis Matt. vlti. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Sextũ ar. ¶ Sexto argu. de Paulo. qui ait ad Gal. 2. mihi quidem, qui videbantur esse aliquid, nihil mihi contulerunt. Et loquitur de Petro, & Ioanne, & Iacobo: ergo, &c. Opponit i contrariũ. ¶ In oppositum arguitur ex tex. præsentis. c. quod est beatissimi Leonis Papæ. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ dupliciter loqui possumus de prædicatione Apostolorum, aut pro tempore ante passionem, aut post passionem, & resurrectionem, constituto iam beato Petro Pastore ecclesiæ, dicente sibi domino. Pasce oues meas. Io. 21. Si loquamur de prædicatione Apostolorum ante Christi pas-

4 sionem, sit ista conclusio. † Quod ante passionem Christi Apostoli potestatem prædicandi habuerunt à Christo immediate, & non à Petro. Ista conclusio est manifesta ex omnib. illis authoritatib. quæ inductæ sunt in principio quæstionis. Et ratione patet etiam, quoniam pro illo tempore Petrus licet futurus esset pastor ecclesiæ, nullam tamen super apostolos autoritatis eminẽtiam actu habebat, aut prelationem, ex qua cæteris Apostolis aliquid potestatis, aut authoritatis conferre posset. Loquendo autem de tempore post passionem Christi, constituto iam beato Petro prælato, & pastore vniuersalis ecclesiæ, sunt plures cõclusiones.

5 Prima conclusio est, † ꝙ post resurrectionem Christi, constituto beato Petro pastore vniuersalis ecclesiæ Apostoli fuerunt subiecti regimini beati Petri, etiam in prædicationis officio, patet conclusio, quamuis autem Christo per se Apostolos regente, ante passionem non subessent regimini Petri, nec in prædicando, nec in alijs, tamen postquã, Petrus ab ipso Christo factus est Pastor ecclesiæ, vt si forte in prædicatione inter se dissiderent, sicut facta est dissensio inter Paulum, & Barnabam, ita vt ab inuicem discederent act. 5. respondet superior, qui eos puniret, in hoc, & in alijs subfuerũt Petro, cũ eorum princeps, & prælatus esset factus Prima cõclusio.

meauit. Item rabanus ibidem in gl. hæc inquit ligādi, & sol factus vbicunque præsens esset in prædicando sibi omnes alij deferebant, vnde in pentecosten. Primum sermonem ipse fecit act.2.& de Petro dī.21.in nouo. Primus ad fidem populum virtute suæ prædicationis adducit, verboque instituit, quæ cōclusio iterum patet ratione sic. Nullus sapiēs Princeps mittit exercitum contra hostes, quin dederit eis vnum principalem ducem, & Capitaneum. Ad cuius oris imperium omnes alij debent obedire, vnde cum ecclesia describatur terribilis, vt castrorum acies, & Apostoli fuerunt cœlestis aulæ milites. belli triumphales duces, habentes arma spiritualia, & specialiter gladium spiritus, quod est verbum Dei, debuerunt habere vnum Capitaneum, cuius imperio, & ordinatione subessent, & ita habuerunt Petrum, qui propter hoc nominatus est cephas.i.caput aliorum. ¶ Secunda conclusio est, † ꝙ post resurrectionem ad Petri authoritatem pertinebat institutio aliquorum ad prędicationis officium, patet ex conclusione præcedenti. Principis.n.est exercitum ordinare, & bellatores instituere ad bellum. vnde ipsius Petri fuit ordinare de successore Iudæ in apostolatum, vnde actuum.1.ait. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt, &c. testem fieri resurrectionis nobiscum. Item similiter ipsius fuit ordinare de Diaconib. officialib. & prædicatorib. committere electionem alijs, vnde act. 6. Considerate viros boni testimonij, &c. Sequitur, & elegerunt Stephanum, sicut etiam Moyses constituturus sub se principes, quamuis per se posset eligere, dedit tamē electionem populo. d. date ex vobis viros sapientes. Tertia conclusio.† Post resurrectionem Christi Petri authoritate facta est diuisio prouinciarum, siue Diocesium, vbi Apostoli erant prædicaturi. Ista conclusio colligitur manifeste ex c. in illis. distin.80. Ipsius.n. Petri, sicut principis supremi erat, ne quis falcem suam mitteret in alienam messem spiritualiter, vel temporaliter, diuidere metropoles, & diocęses suas cuique assignare. Sicut Iosue diuisit terram in funiculo distributionis, quam dominus, non ipse dedit. Ita etiā in ecclesia, quā non Petrus, sed Christus suo sanguine acqsiuit. Petrus loco Christi Apostolis diuisit, & distribuit partes suas, vnde ad Gal.2. Iaco. Cephas, & Ioan. qui videbātur columnæ esse, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ societatis. Ipsi autem in circuncisionem. gl.i. consenserunt mihi, & Barnabæ, vt sicut omnes fideles obediebant, Petro in circūcisione.i. in ecclesia Iudæorum. Ita omnes gentes, quæ conuersæ fuerant obediant Barnabę, & Paulo. vnde apparet, ꝙ illa prima diuisio prędicationum facta est per Petrum. Et si dicatur, ꝙ facta est æque per alios duos, imo & Iacob. ibi pręponitur Petro, Et ideo videtur principalius facta ab eo. Respondet dominus Petrus de palude, ꝙ imo quantum ad authoritatem materia erat commissa. Illi autem ibi nominantur, tanquam principales Conciliarij, & Coadiutores Petri. Quod vero ibi Iac. præponitur non est ratione maioritatis simpliciter, sed quia in Hierusalem, vbi facta est ista ordinatio, præerat specialiter. Erat.n. Episcopus Hierosolymitanus. ¶ Quarta conclusio est. † Post pentecostem Apostoli videntur habuisse authoritatem prædicandi à Petro, non immediate à Christo. Et ista conclusio probabiliter ponitur, vbi supra a Petro de palude, cuius probabilitatem arguit ex hoc ad obseruandam, inquit, in omnib. vniformiter ecclesiæ vnitatē. Ista eadem videtur esse cōclusio beati Leonis papæ in. capitu. præsenti. Et ratio sua videtur esse eadem, videlicet vt corpus ecclesiæ in vnitate fidei, & doctrinæ catholicæ conseruetur, ad quod maxime facit, ꝙ authoritas prædicandi in omnes ab vno processit, & emanauit. Vnde Hu. & Arc. dicunt in hoc.c. ꝙ quilibet Apostolorum confirmationem. & authoritatem accepit à Petro prędicandi. Item hoc confirmatur, ex.c. quis nesciat. di.11. vbi ait Innoce. Cum manifestum sit omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, & Siciliam, insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Petr. aut successores eius constituerunt, vbi manifeste apparet, ꝙ omnes alij Apostoli nondum dispersi ad prædicandum. & ecclesias fundandum Christi fuerunt, ad hoc authoritate Petri suffulti. Præterea idem colligitur ex.c. quo die. di. 85. vbi ait Leo papa, ꝙ apostoli, inter quos maior, & princeps erat Petrus ex spiritus sancti præcepto Paulum, & Barnabam euangelium genti b. miserunt prædicandum, &c. Cum autem hæc missio principaliter facta sit à Petro, sicut dictum est, & missio ista sit collatio potestatis, videtur, ꝙ omnes Apostoli in eorum dispersione ad prædicandū per mundum potestatem susceperint prædicandi à beato Petro, quem sciebant loco Christi esse caput, & prælatum eorum, vide, quod diximus circa.c. quis nesciat. di.11. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primas.4. authoritates respōdetur, ꝙ loquitur pro tempore ante passionem, pro quo, cum Christus solus per se ipsum ecclesiam regeret, & non per vicarium, & pro quo nondum Petrus factus esset prælatus ecclesiæ, bene verum est, ꝙ apostoli à Christo, & non à Petro susceperunt potestatem prædicandi, &c. ¶ Ad quintam respondet Petrus de palude. Quod post resurrectionem dicitur dominus misisse Apostolos ad docendum, & prædicandum, dando eis os, & sapientiam, & sermonem eorum confirmando, sequentib. signis, quæ ibi retinuit, non dando eis per se authoritatem, sed per Petrum. cui totum pabulum ouium per verbum Dei commisit dicens. Pasce oues meas. Pasce agnos meos, hæc ille. ¶ Ad sextam videtur dicendum, ꝙ licet Paulus in principio conuersionis suæ à Christo immediate habuerit authoritatem prædicandi nihilominus post dicitur recepisse à Petro prædicare gentib. vt dictum est, vel dicimus, ꝙ accepit à Petro authoritatem prædicandi per approbationem, & confirmationem. vnde ipse Paulus ait ad Gal.1. Post annos tres veni hierosolymā videre Petrum, & mansi apud eum diebus.15. Et rationem assignans Chrysostomus ait super Io. sic. Eximius erat apostolorum Petrus, os discipulorum, & ver. tex. collegij, propterea & Paulus ascendit cum tunc videre prę alijs. Item in c.2. ait. Deinde post annos. 14. ascendit Hierosolymam cū Barnaba, & Tito, ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum eis euangelium, quod prędico in gentib. Ex quib. verbis magnam authoritatem arguit in Petro: & bea. Hiero. in epistola ad Aug. quæ incipit. Simul tres epistolas, sic dicens. Tantæ authoritatis Petrus fuit, vt Paulus in epistola scripserit. Deinde post annos tres veni Hierosolimā videre Petrum, & mansi apud eum diebus. 15. Rursusque in consequentib. post annos 14. ascendit iterum Hierosolyma cum Barnaba, assumpto Tito. Ascendi autem secundū reuelationem, & exposui eis euangeliū, quod prædico inter gentes, ostendens non habuisse securitatem euangelij prædicandi, nisi Petri, & qui cum eo erant, fuisset sentētia roboratum. hæc Hieronymus. Quod autem sequitur, ꝙ illi (.s. Petrus, & Iacob. & Ioannes) nihil contulerunt.s. Paulo, non militat, q̄m hæc ita accipienda est, quasi dicat Paulus. Cum putassent aliqui, ꝙ reprehensores mei essent, non solum fuerūt reprehensores, sed econtra laudatores, & fautores extiterunt prædicationis meæ. Ita exponit Hay. super epistolas Pauli. Et accipere videtur à beato Aug. qui supra epistolam ad Gal. hoc ipsum ita exponit dicens. Non ergo inuenti sunt in aliquo dissentire ab illo, vt cum ille perfectum euangelium se accepisse diceret, illi negarent, & aliquid, tanquam imperfecto addere vellent. Sed è contrario pro reprehensoribus imperfectionis approbatores perfectionis fuerunt, & dederunt dexteras societatis, hæc Aug.

9 Ad tertium. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ Apostoli potestatem, siue authoritatem non habuerūt à Petro, sed immediate a Christo. Primo sic dicitur Mat.18. quæcunque ligaueritis super terram: erunt ligata, & in cœlo. Quod vero hæc authoritas intelligatur de potestate iurisdictionis in foro exteriori per censuram ecclesiasticam, patet tum ex glo. interli. quæ est super vers. ligaueritis. dicit vinculo anathematis, tum ex gl. Hier. ibidem, qui dicit potestatem tributi Apostolis, vt sciant qui à talib. condemnantur humanam sententiam diuina roborari. ¶ Secūdo arguitur ex illo Io.20. quod Christus ait Apostolis. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Super quo dicit beatus Gregorius, principatū superni iudicij sortiuntur, vt vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent quorum nunc in ecclesia Episcopi locum tenent. Non potest autem dici, ꝙ intelligatur hoc de potestate characteris, qua ordinati sunt sacerdotes, quia talis fuit eis collata in cęna, q̄n dictum est eis. Hoc facite in meam commemorationem: ergo necesse est dicere, ꝙ aliam potestatem, quam ordinis receperint tunc Apostoli à Christo, & non alia videtur, quam iurisdictionis: ergo, &c. ¶ Tertio idem arguitur ex illo Mat.16. vbi Christus ait Petro. Tibi dabo claues regni cœlorū. Sup quo ver. Leo papa. ita inquit, trāsmisit in alios Apostolos ius ipsius potestatis, & ad omnes ecclesiæ principes decreti huius constitutio commeauit.

[Marginalia: 6 Secūda cōclusio. — 7 Tertia cōclusio. — Petrus de palude. — 8 Quarta cōclusio. — Ad primū arg. — Ad quintū. — Ad sextū. — Primū ar. — Secūdū ar. — Luc.22. — Tertiū ar.]

Rabbanus. uēdi potestas quamuis soli Petro videatur data à domino, tamen & cæteris Apostolis data est, nec non nunc Episcopis, & presbiteris toti ecclesiæ. ¶ Quartu ar. Quarto arguitur ex illo Lucæ. 6. vbi dicit, ꝙ vocauit Apostolos suos, & elegit. 12. ex ipsis, quos Apostolos nominauit, super quo verbo dicit Ambro. Vt ad propagandum auxilium salutis humanæ per terrarum orbem satores fidei destinaret: ergo videtur, ꝙ immediate Apostoli sunt à Christo destinati ad prædicandū. Et per consequēs immediate potestatem iurisdictionis ab eo receperūt. ¶ Quintū ar. Quinto arguitur ex c. in nouo. dist. 21. vbi Anacletus dicit, ꝙ cæteri Apostoli cum eodem. s. Petro pari consortio honorem, & potestatem acceperunt. Ecce, ꝙ dicit cum eo, non per eum, aut ab eo: ergo videtur, ꝙ omnes Apostoli simul susceperunt à Christo potestatem iurisdictionis. ¶ Sextum ar. Sexto sic. Alij apostoli dicuntur fundamenta ecclesiæ, sicut & Petrus, sicut patet ad Ephe. 2. & Apo. 21. vbi dicitur fundamenta ciuitatis, in quib. scripta sunt nomina. 12. Apostolorum, sed illi super quos fundatur, ecclesia, videntur immediate adhærere Christo per acceptationē potestatis ab eo: ergo omnes Apostoli receperunt à Christo immediate potestatem iurisdictionis, & non mediāte Petro. ¶ Opponit in contrariū. In oppositum est te. præsentis. c. vbi ait Leo Papa. Ita huius dominus munus, & sacramentum ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beato Petro summo apostolorum omnium principatum collocaret, vt ab ipso, quasi quodam capite dona sua, quasi velut in corpus omne diffunderet, & c. ¶ Respōdet. Respondeo, probabiliter videtur dicendum, ꝙ Apostoli acceperunt potestatem iurisdictionis à Christo, mediāte Petro. Ista cōclusio patet authoritatem Leonis Papæ, non modo ex textu præsentis ca. sed etiam ex illo, quod in tertio sermone ordinationis suæ ita dicit, Dignum est ad beatissimi Petri gloriam contemplandam aciem mentis attollere, & nunc diem in illius potissimum veneratione celebrare, quia ab ipso omnium charismatum fonte tam copiosis irrigationib. est fundatus, vt cū multa salus acceperit, nihil in quemquam sine eius participatione transierit, & .j. de toto mūdo vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationem, & omnib. Apostolis, cunctisque ecclesiæ patrib. præponatur, vt quamuis in populo Dei multi sint sacerdotes, multiq; pastores omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit, & Christus magnum, & admirabile dilectissimi huic viro consortium potentiæ suæ tribuit diuina dignatio, vt si quid cum eo, commune cæteris voluit esse principib. tanquam nisi per ipsum dedit, quicquam alijs non negauit. i. cōcessit. hec ille. ¶ Item ista conclusio videtur esse S. Tho. in summa cōtra gentiles. q. 77. Ait soli Petro promisit, tibi dabo claues regni cœlorum, vt ostenderetur potestas clauium per eū ad alios deriuanda ad cōseruandam ecclesiæ vnitatem iuxta c. loquitur dominus 24 q. 1 Ratione sic primo probatur Prima probatio. Potestas, quæ data est vni in suo fonte, & in plenitudine, nō est in alijs, nisi limitata, & determinata pro illius voluntate, & ordinatione, sed potestas iurisdictionis ecclesiæ regitiua Christiani populi in suo fonte data est soli Petro, & in eo suis successorib. quoniam, cura totius ecclesiæ sibi soli commissa est, dicente domino, pasce oues meas. Io. vltimo. Hoc. n. Chrisostomo teste, nulli alteri Apostolorum dictū est, nec tunc, nec ante, nec post: ergo quicquid potestatis ad iurisdictionem pertinens collatum est in alijs Apostolis, collatum est mediante Petro. ¶ Secunda. Secundo sic. Ab eo, à quo quis non habet subditum immmediate ab ipso, non videtur habere immediate potestatem iurisdictionis, sed alij Apostoli à Christo non habuerunt immediate populum subditum: ergo nec habuerunt ab eo potestatem iurisdictionis. Maior patet, cum multis absoluere, vel ligare posset, nisi subditum, cum à non suo Iudice ligari nullus valeat nec absolui. extra de pęni. & re. c. omnis vtriusque. Nam potestas iurisdictionis, qua aliquis potest absoluere, vel liga-
10 re dicitur relatiue ad subditum. † Relatiua autem posita se ponunt, & perempta se perimunt, vnde sicut si non est seruus, non est dominus, propter quod secundum Augu. deus non fuit dominus, quousque habuit creaturam suam. Ita si non est subditus, non est prælatus, nec iudex qui posset eū iudicare. ad Roma. 14. Tu quis es, qui iudicas seruum alienum, suo domino stat, aut cadet. Si autem habenti subditos, ampliatur iurisdictio super illo, adhuc dicuntur sibi de nouo subditi, quo ad illud, ad quod ante non erat sibi data iurisdictio. Et sic videtur, ꝙ cui nō dantur subditi, non datur potestas iudiciaria, quod fuit maior. Minor vero patet, quia si Christus dedisset alijs Apostolis à Petro subditos, aut dedisset aliquos, & aliquos non, aut omnes, non est dicendum, ꝙ dederit aliquos, & aliquos nō, quia Christus populos Apostolis non diuisit, sed dixit omnib. & singulis. docete omnes gentes. Mar. vlt. & prædicate euangeliū omni creaturę. Matt. vlt. nec est fingere, quos quib. subiecerit omnes omnib. quia pluralitas principatuum non est bona 12. metaph. Et ideo concluditur ibidem, vnus ergo princeps. Præterea est contra illud Io. 10. vnum ouile, & vnus pastor. ¶ Tertio arg. sic. Si Christus dedisset Apostolis alijs potestatem iurisdictionis immediate. aut plenam, siue oīmodam, sicut Petro, aut particulariter limitatam, & coarctatam, sed neutrum eis dedit. ergo nullam: maior valet ꝑ sufficientem diuisionem. Minor patet, quo ad primam partem, videlicet, ꝙ non dedit alijs plenam, sicut Petro, quia id, quod per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit, vnde summa potestas vni soli dari debuit, vnde solus Petr' vocatus est in plenitudinem potestatis. vt in. c. decreto. 2. q. 6. Secunda pars minoris videlicet, ꝙ nec receperunt potestatem limitatam, & coarctatam, probatur, quia nō est fingere certitudinem illius limitationis, nec ex euangelijs haberi, potest, vt patet. Nulla. n. limitatio aut quo ad subditos, aut quo ad casus ibi legitur. ¶ Quarto sic, rationem factam confirmando. Collatio potestatis, siue sit antiqua, siue noua debet esse certa, quantum ad casus, & quantum ad territorium, alias habens tamen potestatem nesciret, quid deberet agere, aut in quem, siue super quem, aut etiā quantum ad se extēdere posset, sed huiusmodi specificatio nulli videtur facta per Christum sicut Petro fecit, quando oues suas indistincte illi cōmisit: ergo videtur ꝙ à Christo nulla potestas iurisdictionis sit data immediate alijs apostolis, quia talis esset vaga, & incerta, quod est incōueniēs. Et sic videtur ꝓbabiliter, ꝙ alij apostoli, & discipuli Christi nullam potestatem iurisdictinnis receperunt immediate à Christo, sed mediante Petro. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ per illa verba Mat. 16. nō est data tunc aliqua potestas iurisdictionis Apostolis, bene tamen promissa, vel insinuata dari in futurum eis. Non. n. videtur, ꝙ ante Christi passionem aliquis, Apostolorum potestatem aliquam iurisdictionis habuerit, sicut nos in summa nostra de ecclesia multipliciter ostendimus. Et ad verbum Hieronimi dicentis in gloss. ꝙ potestatem tribuit Apostolis id exponendum est. i. promisit dandam, quia. n. promissio de infallibilis est, & certissima, ideo Hierony. de potestate promissa loquitur, ac si data fuisset. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ authoritas Io. 20. quorum remiseritis, non loquitur de aliqua authoritate iurisdictionis, sed de authoritate ordinis, vnde S. Tho. Respondens ad hanc
11 authoritatem in 4. di. 9. dicit sic. † ꝙ ad absolutionem peccatorum requiritur duplex potestas, . s. potestas ordinis, & potestas iurisdictionis. Prima quidem potestas est æqualiter in omnib. sacerdotib. non autem secunda. Et ideo vbi dominus Io. 20. dedit Apostolis communiter potestatem remittendi peccata: intelligitur de potestate, quæ sequitur ordinem, vnde & sacerdotib. qñ ordinant, illa verba dicuntur. Hæc S. Tho. Hæc autē potestas, quæ sequitur ordinem, est principium illud superni Iudicis, de quo dicit beatus Greg. Quod Apostoli tunc acceperunt à Christo. Ad replicam autem, cum dicitur contra, ꝙ non possit intelligi præ dicta authoritas de potestate ordinis, quia illum habuerūt in cena, cum facti sunt sacerdotes. Respōdetur iuxta S. Th. 4. di. 23. ꝙ dominus dedit Apostolis suis potestatem sacerdotalem, quantum ad principalem actum ante passionem quando dixit, accipite, & manducate, quando subiunxit. Hoc facite in meam commemorationem. Sed post resurrectionem dedit eis potestatem sacerdotalem, quantum ad actum secundum, qui est ligare, ꝙ soluere. Et ita patet, ꝙ per talem authoritatem non probatur, ꝙ Apostoli receperint aliquam potestatem iurisdictionis, vnde sicut argutū fuit superius. Aut recipissent æqualem, aut non, non est dicendum, ꝙ æqualem, quia tunc in potestate iurisdictionis non fuisset ordo inter apostolos, quod falsum est, quia discretio fuit potestatis, vt in. c. sacrosancta. dist. 22. Non. n. dicit potest, non æqualem, quia non est fingere, vt supra argumētatū est, huiusmodi limitationem potestatis inter apostolos, & Petrum. ¶ Ad tertiam. Respondetur Primo, ꝙ per auhtoritatem illam Mat. 16. tibi dabo. non est data potestas

Marginal notes (right column): Tertia. — Quarta. — Ad primā arg. — Ad secūdā. — Ad tertiū.

testas Petro actu, sed promissa. Hoc est manifestum tam ex forma verborum, quia dicit, dabo, quod est futuri temporis, quantum ex verbis Chrysost. & Hiero. in gloss. ¶ Secundo respondetur, ꝙ verbum illud Leonis dicentis, ꝙ transiuerit in alios, Apostolos ius huiusmodi potestatis, est verum, quoniam verum est, quòd ius potestatis transiuit, & commeauit in alios Apostolos, & principes ecclesiæ, sed p Petrum. Et hoc innuit verbum transitus, qui de extremo ad extremum non fit, nisi per medium. Et, ꝙ ita debeat intelligi, patet. Tum ex fine eiusdem authoritatis, quando dicit, ꝙ Petro, Hoc singulariter creditur, quia. s. tãquam ab eo alijs dispensandum secundũ illud 1. ad Cor. 9. Dispensatio incredita est. Tum ex authoritate illa eiusdem doctoris superius posita, in qua ait, ꝙ si quid commune cæteris voluit esse principib. nũquam nisi per ipsum dedit, quicquid alijs non negauit. ¶ Ad quartam. Respondetur, negando cõsequentiam, quoniam nec ex illa authoritate, nec ex dicto Ambrosij habetur, ꝙ Christus dedit tunc Apostolis aliquã potestatem iurisdictionis, sed bene potestatem prædicandi. Huiusmodi autem potestas prædicandi non dicit potestatem aliquam iurisdictionis, sicut nec potestas miracula faciendi. aut potestas baptizandi, nec potestas sacerdotalis conficiendi, nec potestas metendi temporalia pro spiritualib. nec etiam potestas ligandi, & soluendi in foro conscientiæ, quæ potestates leguntur Apostolis datę in diuersis partib. euangelij. Et ideo de collatione talium potestatũ datarum à Christo immediate Apostolis non arguitur, ꝙ aliqua potestas iurisdictionis sit data alijs apostolis à Petro immediate à Christo. ¶ Ad quintam respondetur iuxta gl. eiusdem. c. in nouo, ꝙ authoritas illa loquatur de potestate ordinis, non autem iurisdictionis. ¶ Ad sextam, respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quoniam licet alij Apostoli dicantur fuisse fundamenta ecclesiæ, non tñ omni ratione, qua Petrus: fuerunt. n. fundamenta ecclesiæ communi ratione cum Petro inquantum in fide & doctrina Christi ecclesiam fundarunt. Sed Petrus alia speciali ratione. s. ratione principatus, & authoritatis summæ. Eius. n. principatus, quasi quędã basis est totius ecclesiæ, sicut. s. circa distin. 12. in. c. præceptis, vnde sibi soli dictum est. Tu es Petrus, & super hanc petram. ædi. eccl. meam. Et ideo licet hoc fuerit commune omnib. Apostolis, ꝙ immediate per fidem adhæserunt Christo suscipientes ab eo fidei lumen, soli tamen Petro videtur proprium fuisse adhærere Christo per immediatam receptionẽ potestatis, & authoritatis iurisdictionis ab eo, sicut eius generalis, & immediatus vicarius, & hæc pro nunc de ista quæstione. De præeminẽtia autem potestatis aliorum prælatorum ecclesię à sancta Romana ecclesia, siue Apostolica sede. j. circa. c. omnes. di. 22. Litera sequitur. ¶ [Ita dominus Saluator.] Recte dicitur saluator, qui venit saluare populum suum. Mat. 21. & Mat. 17. venit saluare, quod perierat, & Ephe. 5. Saluator corporis sui, quod est ecclesia. [Instituit ad illum nationem fidelium] vt veritas, quæ occulta erat in lege, & prophetis [præconio. s. doctrina. † Præconis. n. officiũ suscipit,

12 quicunq; officium prædicandi assumit. di. 40. si rector. [Per Apostolicam tubam]. i. prædicationem, quam tubam dicit Esa. 58. quasi tuba exalta vocem tuam. Et Hieremiæ. 6. Audite vocem tubæ in salutem vniuersitatis. Ecce ad quid operandum sunt à Christo missi, & instituti prædicatores verbi Dei, sicut scriptum est psalm. 18. de Apostolis: in omnem, &c. quod de doctrina Apostolorum inducit Paulus ad Rom. 10. Nunquid non audierunt. Et quidem in omnẽ terram exiuit sonus eorum, &c. s. Apostolorum. i. fama eorum exiuit in omnem terram non solum Iudæorum, sed etiam omnium gentium. Iob. 28. perditio, & mors dixerũt. Audiuimus famam eius. s. sapientiæ per Apostolos prædicare. Ita. n. eis Dominus præceperat. Mar. vlt. Euntes in mũdum vniuersum prædicate euangelium omni creaturę [Et verba eorum]. i. distincta eorum doctrina, exiuit in fines orbis terrę ad literam vsque ad fines mundi. Esai. 42. Laus eius ab extremis terræ, & Esai. 49. dedi te in lucem gentiũ, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Qualiter autem hoc intelligendum sit pro tempore Apostolorum in articulo primo disputauimus [sacramentum]. i. dispensatio in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo, vt. n. ait Chrisostomus. Eximius. n. appostolorũ erat Petrus os discipulorum, & vertex collegij principaliter collocaret, quod notat Mat. 16. cum ei singulariter dicitur. Tibi dabo claues regni cœlorum [vt ab ipso, quasi quodam capite.] Caput. n. fuit beatus Petrus omnium Apostolorum, vt in. c. non debet. dis. 12. vbi vide disputationem nostram & in ca. sacrosancta. di. 4. vnde Aug. de quæsti. no. & vete. testamẽti dicit, ꝙ sicut in saluatore erant omnes ecclesiæ causa magisterij, ideo post saluatorem in Petro omnes continent, ipsum. n. constituit caput eorum, vt pastor esset dominici gregis. Nam inter cætera dixit Christus discipulis Lucæ. 22: vigilate, & orate vt non intretis in tentationem. Et Petro dixit. Ego autẽ pro te rogaui, vt nõ deficiat fides tua. Tu autem cõuersus cõfirma fratres tuos. [Dona sua in corpus omne diffunderet.] Hoc. n. pertinet ad rationem capitis, vt alijs influat sensum, & motum ad totius regimen, & gubernationem, vt assignat causam huius constitutionis diem, videlicet, ꝙ in ecclesia vnum esset principale caput, à quo in totum corpus ecclesię diuini muneris dispensatio proflueret, videlicet vnitatem ecclesiæ, ne, si scisma esset in corpore, cũ ait. [vt exorté]. i. exutũ diuisũ, & separatũ à Petri soliditate. i. à soliditate cõfessionis fidei pes, & ecclesiæ vnitate, quæ supra petram fundata est. Mat. 16. Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam. Qui. n. cathedram Petri relinquit, in ecclesiam se esse non confidat vt di. 93. quę cathedram. [habent. n.]. s. Petrum [in consortium indiuiduæ]. i. singularis vnitatis assumptũ. ¶ Quæ-

13 ritur hic, quomodo intelligendum sit, † ꝙ Petrus assumptus sit in consortio indiuiduæ vnitatis Christi. Ad quod respõdemus, saluo iudicio aliorum, quia videtur nobis, ꝙ nec Hug. nec Arch. intellexerunt bene hunc passum. Quod Petrus dicitur assumptus ad consortium singularis vnitatis Christi. i. ad participationẽ singularis diuinitatis Christi, & hoc in tribus. Primo quidẽ in consortio, quasi vnius nominis cum eo, dum à se petra Petri sibi nomen imposuit, vt. j. di. 21. c. 1. vnde Hieronymus super illud Hier. mittant eis multos venatores, non solum inquit Christus Petra, sed Petro Apostolo donauit. vt vocaretur petra, in cuius sensibus requiescentes recte dicũtur translati esse de petra, hęc ille. Item idem Hyeronimus in commentario super Mat. tractans illud: ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c. dicit sic. Sicut ipse lumen Apostolis donauit, vt lumen mundi appellentur, &c. quæ ex domino sortita sunt vocabula, ita & Simoni qui credebat in petram Christum Petri largitus est nomen, vt secundum metaphoram petræ recte dicitur ei, Aedificabo ecclesiã meam super te, hæc ille. Et hoc est qđ in litera sequitur, [id quod ipse erat, voluit nominari.]. s. ipsum Petrum dicendo. [tu es Petrus, & super hanc, &c. petra soliditate]. i. fidei firmitate. di. 50. c. fidelior. Hanc corroborans. s. Christus sic firmauit [vt illa humana temeritas]. s. re-

14 belles, & tyranni appetere [cum effectu]. i. destruere. tar. ꝙ ecclesia nunquam deficiet. 24. q. 1. Pudenda [. portæ inferi] sunt hęreticæ prauitates, & scismata. Hæc. n. non ita præualebunt, vt totam ecclesiam polluant. 24. q. 1. arcam, & c. memor, vnde pro fide Petri se specialiter rogasse testatus est, vt ipse cęteros confirmaret. subiunxit dicens. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conf irma fratres tuos. Secundo in consortio honorum principatus. Christus. n. caput principale super omnem ecclesiã, quæ est corpus eius. ad colos. 1. Petrum assumpsit ad participationem, & consortium huius honoris constituendo eum caput sub eo generale super vniuersalem ecclesiam vnde ei dixit. Io. 1. Tu vocaberis Cephas, ꝙ grecè sonat caput. vnde Isid. li. de ortu sanctorum patrum dicit, de Petro, sic. Petrus in Christo ecclesiæ fundamentum, est Cephas corporis Christi, & principatus, & caput est, vnde Cyrillus in lib. thesaurorum. Sicut Christus accepit à patre, vt dux sceptrum ecclesiæ gẽtium ex israel egrediens super omnẽ principatũ, & ptãtem. & super oẽ qđcunque. vt ei genua cũcta curuẽtur plenissimam potestatem, sic & Petro, & eius successorib. plenissime commisit, &. 1. nulli, alij quã Petro, quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit. hæc ille. Tertio in consortium diuinæ potentię, vt Christus medium eum constitueret per ꝙ, in reliquum corpus influeret ecclesiæ, de quo sicut supra inducimus, dicit Leo papa. O magnum, & admirabile dilectissimi huic viro consortium potentiæ quæ tribuit diuina dignatio, vt si quid cum eo cõmune ceteris voluit esse principib. nunquam nisi per ipsum dedit, quicquid aliis non negauit. Hæc ille. His ergo rationib. videtur nobis Petrus in consortium indiuiduæ vnitatis Christi assumptus. Litera [verum] secunda pars. [infringere] contenendo

tenendo Apostolica statuta, & asserendo ecclesiam Roma. non esse caput, nec habere authoritatem hanc cōdendi decreta super omnes ecclesias. [& id]. s. statutum Rom. ecclesiæ, vel id]. i. φ ecclesia Roma. sit caput, & φ eius statutis sit obediēdum. [accepit à veterib.] quoniam omnia ista priuilegia apostolicæ sedis tam à sancta scriptura, quam à veterib. patrib. ecclesiæ accipiuntur, vt patet ex dictis non
15 sequendo. ar. † φ veteres sunt imitandi. ar. dist. 37. relatum. 24. quæst. 3. transferunt.

Continuatio. **Hoc autem.** Hic incipit secunda pars huius di. in qua magister Gratianus explicat, & exponit de quibus epistolis decretalib. intelligendum sit hoc, quod in superiorib. c. probare curauit, videlicet, φ epistolæ decretales, tanquam canones, essent recipiendæ & obseruandæ. Et dicit, φ hoc. s. quod dictum est, φ decretales epistolæ vim habeant, & authoritatem canonum intelligendum est de decretalib. siue decretis, quæ nec præcedentib. patrum decretis. Quæstio. Sed contra hoc est, quia Papa bene potest decreta præcedentium patrum abrogare, vel contra illa dispensare, vnde in Nicæna synodo patres congregati prohibuerunt, ne bigami promouerentur ad aliquos ordines. vt. 34. di. cognoscamus, & tamen Papa dispensauit, vt posset bigamus promoueri vsque ad subdiaconatum. vt. ȷ. eadem dist. lector. ¶ Item in canonib. Apostolorum præceptum fuit, φ clericus pro simplici fornicatione deponeretur. vt di. 81. presbyter. Et tamen dominus Papa dispensauit, vt. s. maneret in ordine, & iniungeretur ei pœnitētia, vt 82. dist. presbyter, si fornicationem. Et ita patet, φ Papa potest dispensare contra dicta sanctorum patrum, & etiam Apostolorum in decretalib. suis, & prædecessorum suorū decreta reuocare inspecta causa. Respōdet. ¶ Ad hoc respondetur, φ Gratianus bene dixit, nisi intellexerit de decretis prædecessorum in ea parte, in qua arguit de præceptis ve. & nou. testamenti, vel de articulis fidei, vel de his, quæ sunt necessaria ad salutem, vel de his, quæ pertinent ad generalem statum ecclesiæ, loquuti fuerunt. Anastasius. n. secundus in hac parte vult exemplo ostendere Gratianus, φ possibile sit decretalis epistolas Romanum pontificum discrepare à prædecessorum patrum decretis. Iste. n. Anastasius natione Romanus, anno domini. 214. sedet in sede Petri. Hic Achacio fauit, & Photino in hæresi. Et quia in hoc non solū fautor personę, sed erroris fuit hæreticus, merito vitandus. Ipse etiam ob fauorem Anastasii Imperatoris eos, quos Achacius post sententiam in se latam sacerdotes, vel leuitas ordinauerat, decreuit in suscepit ordinibus debere ministrare.

1 *Anastasius ratas habens ordinationes factas ab Achacio hæretico, quantum ad veritatem sacramenti an errauit, quod non. num. 2.*
Et quid quantum ad veritatem sacramenti. nu 3 & nu, 9.
4 *Baptisma, quod dedit Iudas ita bonum fuit, sicut aliorum Apostolorum.*
5 *Pharisei quare dicebantur indigne sedere super cathedram Moysi.*
6 *Sacramenta collata malis; & indignis non valent, nec prosunt.*
7 *Concilium potest errare.*
8 *Excommunicatio an transeat in tertiam personam.*
10 *Papa qualiter possit errare, & quòd ecclesia non erret.*



Secundum ecclesiæ. Sequitur tenor epistole decretalis Anastasij papæ qua in scribens Anastasio Imperatori, nititur defendere, φ ordinati ab hereticis non sint à suis ordinib. repellendi, vbi notandum, φ Achacius iste, de quo fit mentio. in c. isto. propter hæresim fuit damnatus, & excommunicatus à Gelasio Papa, & Felice. 24. q. 1. Achacius. & q. 2. ne quisquam, qui in excommunicatione quosdam ordinauit, supplicat igitur Anastasius Imperator huic Anastasio Papæ, vt ratas haberet ordinationes, quas fecerat Achacius, vnde Anastasius ei rescribit. Diuisio. Diuiditur ergo hoc c. in duas partes. In prima ponit, φ sacramenta in forma ecclesiæ, etiam ab hæreticis collata sunt efficacia. In secunda adducit ad hoc sex rationes. Prima ibi. Nam, baptisma. Secunda ibi. Nam si visibilis. Tertia ibi. Nam & Iudas. Quarta ibi, Declarante. Quinta ibi. Quicquid ergo. Sexta ibi. Adeo non quæritur. ¶ Pro pleniori intelligentia huius.
1 c. Quæritur, † vtrum Papa Anastasius errauerit ratas habēs ordinationes, quas Achacius hereticus Constantinopolitanus Patriarcha fecerat. Et videtur, φ sic. Primū ar. Primo ex eo, φ dicit hic magister Gratianus, φ illicite, & non canonice fecit, & φ ideo repudiatus sit ab ecclesia Romana. Secūdū ar. ¶ Secundo sic. Agens instrumentale non agit, nisi cōiunctum principali agenti, sed minister sacramentorum est agens instrumentale respectu Christi, qui est institutor eorum: ergo nullus minister potest conferre vera sacramenta, nisi sit cōiunctus Christo. Sed Achacius, cum fuerit hæreticus, nec per fidem ecclesię, cum fuerit ab ea præcisus, & damnatus: ergo Achacius hæreticus vera sacramenta non contulit, & per consequens Anastasius errauit illa rata habendo. Opponit in contrariū. ¶ In oppositum arguitur sic. Nullus videtur errare, habendo rata vera sacramenta, sed sacramenta, quæ Achacius formam ecclesiæ seruans, licet hæreticus, contulit vera sacramenta fuerunt: ergo Anastasius illa rata habendo, non errauit, consequentia est bona in tertio secundæ. Maior est manifesta. Minor probatur in litera sex rationib. Respōdet. ¶ Respondeo dicendum, φ habere ratas ordinationes factas ab hæreticis potest contingere dupliciter, vt. s. quantum ad veritatem, vel legitimam executionem. Qua distinctione habita, sit
2 ista conclusio. † Prima cōclusio. Anastasius ratas habens ordinationes factas ab Achacio hæretico, quantum ad veritatem sacramēti non errauit. Ista conclusio probatur, quia Achacius in forma ecclesiæ ordinans veros ordines contulit, hoc autē probatur. Omnis episcopus potest veros ordines cōferre, Achacius erat Episcopus cum fuerit Patriarcha constantinopolitanus, ergo, &c. Consequentia patet, Minor etiam probatur sic iuxta dominum Durandum in 4. di. 25. Durandus. quia si non omnis episcopus possit omnes ordines conferre, hoc esset vel propter demeritum vitæ, quia esset malus, aut propter defectum in fide, quia hæreticus, vel propter, sententiam ecclesiæ, quia excommunicatus, vel quia suspensus, seu alias præcisus, vel propter depositionem ab ordine, qa degradatus. Sed neutrum istorum impedit, quin omnis episcopus posset ordines cōferre, ergo, &c. probatur hoc quātum ad duos articulos. s. de merito vitæ, & de defectu in fide. s. φ non impediant quin posset veros ordines conferre, quia id, quod habet efficaciam ex opere operato: ergo malitia vitæ, & defectus non operatur, seu frustratur ex merito operantis, dummodo concurrant omnia, quæ sunt de necessitate operis, sed sacramentum ordinis habet efficaciam ex opere operato: ergo malitia vitæ, & defectus in fide personali, quæ pertinent ad meritum operantis, non impediunt, quin Episcopus, q ex sua ordinatione est minister omnium ordinum, possit veros ordines conferre, dummodo seruet debitam formā, & debitam materiam, quę sunt de necessitate sacramenti. Item sic, ad eliciēdum aliquem actum nunquam est necessarius habitus, qui solum imponit modum, sed sufficit potentia, per quam quilibet potest elicere actum, vt sonat nomen potentiæ. Sed gratia, & fides per quæ est bona vita, quidam sunt habitus: ergo non requiruntur ad hoc, vt episcopus posset conferre ordines, sed solum ad hoc, vt licite, & rite conferat, secundo patet eadem minor, quantum ad alios duos articulos. s. φ Episcopus excommunicatus, vel degradatus possit veros ordines conferre, quia si hoc non posset, vel quia esset priuatus potestate, & executione non solum iuris, sed etiam facti. Non potest dici, φ sit priuatus potestate, quia quæ dantur per consecrationem, semper manent manente re consecrata, sed potestas conferendi, ordines datur Episcopo in sua cōsecratione: ergo semper manet, nec amitti potest. Item nec priuatus executione facti, quia executio facti correspondet potestati, quia potestas est, per quam possumus, executio autem iuris vltra potestatem requirit licitum vsum. Cū ergo per excommunicationem, vel degradationem non priuetur Episcopus potestate conferendi ordines, non priuatur executione facti, quin veros ordines conferat. Est tamen priuatus executione iuris, quia illicite confert ad dānationem sui, & illius, qui scienter recipit, de quo etiam habetur. 1. q. 1. quod quidam. ¶ Secunda conclusio. † Secūda cōclusio.
3 Anastasius ratas habēs ordinationes factas ab hæretico Achacio, quantum ad veritatem sacramenti, & executionem iuris, ita φ sine aliqua dispensatione de rigore iuris possent, qui scienter fuerant ordinati ab hæretico Achacio, vel alio quocunque exercere officia sua, errauit. Patet quia omnis talis,

talis,qui ſcienter ab hæreticis ordines ſuſcipit,peccat contra præceptum eccleſiæ hæreticis communicando,vnde caret executione ordinum,vt 1.q.1.ſi quis.inquit de eccleſia. An vero iſte Anaſtaſius ratas habuerit ordinationes Achacij primo modo,quantum.ſ.ad veritatem ſacramenti tantum,vel ſecundo modo,videlicet quantum ad executionē iuris dubium eſt,& melius videbitur in proſecutione literæ. ¶ Ad rationes in oppoſitum. Ad primam reſpondetur,ꝙ ſi Anaſtaſius primo modo tantum ratas habuit ordinationes Achacij falſum eſt dictum Gratiani, qui videtur eſſe opinionis illius,quod apud hæreticos non eſſent vera, nec eſt verum,ꝙ propter hoc fuerit Anaſtaſius condemnatus,ſicut plenius videbitur,in litera.¶ Ad ſecundam reſpōdetur,negando minorem. Et ad probationem reſpondetur,ꝙ Epiſcopus quantumcunque malus hæreticus,& præciſus, vel degradatus cōiungitur in miniſtratione Chriſto principali agenti ratione poteſtatis miniſterialis,quam accepit in conſecratione ſua.Et ratione fidei eccleſiæ,ſi intēdit facere,quod facit eccleſia.Litera.¶[Secundum canones].i.in forma eccleſiæ ex nomine Achacij,ſed ſuo, qui à tali ſe permiſerunt ordinari,aut baptizari.Hug. Sed forte loquitur de ignoranter ordinatis ab eo:talis.n. ignorantia excuſaret,vel de baptizatis etiam ex certa ſcientia in articulo neceſſitatis, quia in tali caſu licitum eſt ab hæretico baptizari.vt.24.q.1.ſi quē. Si vero loqueretur de recipientib. alia ſacramenta ex certa ſcientia ab hæretico manifeſto,erraret.Nam omnes tales,cum peccarēt mortaliter,non reciperent cum ſacramento effectum ſacramenti.ſ. gratiam.[Nam & baptiſma.]Prima ratio eſt,ſiue ab adulterio peruenit illibatum,ſaltem quo ad veritatem ſacramenti.Hug.& quo ad effectum ſacramenti in caſu,quo ignoretur, ꝙ baptizans ſit hæreticus,aut in caſu neceſsitatis,in quo ab altero haberi nō poteſt,quia vox illa.ſ.patris,quæ ſonuit ſuper Chriſtum baptizatum Mat.3.& Luc.3. & Io.1. per columbam,i.per ſpiritum ſanctum, qui in ſpecie columbe apparuit,quia & ſi homo exterius baptiſmum miniſtret, Deus tamen interius principaliter baptizat per ſpiritum ſanctū interius ſanctificando, & ideo malitia miniſtri non obeſt baptizato,dum illius non cōmunicet prauitati,vnde Aug. homil.5.ſuper.Io.dicit, & ego tibi concedo ſceleratos eſſe hæreticos.Sed hæretici baptiſmum Chriſti dederunt, poſt quorum baptiſmum non eſt baptiſmus reiterandus, quia columba principaliter baptizat,& baptizatus,ad heretico, ſi non illi faueat, aut conſentiat in errorem,effectum baptiſmi.i.gratiam iuſtificantem,quæ omnem maculam pollutionis humanæ excludit.Hic eſt, qui baptizat in ſpiritu, & igne Mat.3. quod ideo dicitur in igne,quia vt dicit Nic. de lyra.In primitiua eccleſia frequenter apparebat ſpiritus ſanctus in ſigno viſibili,ſicut apparuit ſup apoſtolos in linguis igneis.[Nam ſi viſibilis.] Secunda ratio cuius ſumma eſt.Si lux corporalis tranſiens per loca fetida, non polluitur.Longe minus virtus increatæ lucis,quæ in ſacramentis operatur.[Indignato quocunque miniſtro perſtringitur] .i.elicitur,aut euacuatur,ſiue maculatur.1.q.1.ſi fuerit.[Nā
4 & Iudas.]tertia ratio ſumma eſt.†Aeque bonum baptiſma dedit Iudas, licet fur, & ſacrilegus,ſicut alij Apoſtoli.vt.1.q.1.dedit.[Commiſſa beneficia.].ſ.prædicationis, aut baptiſmatis nulla determinata ex hoc ſenſerunt.Nā eius malitia effectum baptiſmi,& ſanctæ prædicationis non abſtulit ab his,qui digne ſuſceperunt,& audicrunt. de conſe.di. 4.[Aliud declarante.]Quarta ratio.[exemplo Phariſeorū]
5 †Phariſei.n.indigne ſederunt ſuper cathedram Moyſi,quorum tamen doctrinam, quia legis Dei erat, ſaluator commendat,licet eorum facta reprobet.Mat.23. Quæcunque dixerint vobis facite,quæ autem faciunt, nolite facere:videntur iſtæ duæ rationes de Iuda,& phariſeis parum facere ad propoſitum,quia iſti tolerabantur. Et ideo poterant facere.quod ptinebat ad eorum officiū.[Quicquid,]Quinta ratio.Summa eius eſt.Quicquid ad hominum profectū in eccleſia à quocunque, ſiue bono, ſiue malo pro officio ſuo actum eſt, hoc totum[contineri].i. perfici [implentc].i.perficiente.[Diuinitatis effectum].i.operatione.Probat hoc authoritate Pauli 1.ad Cor.3.[Ego plantaui] annuntiando vobis primo ea,quæ ſunt fidei.[Apollo] qui diſcipulus meus,& ſocius erat[rigauit]poſt me docendo, & baptizando.[ſed Deus incrementum dedit]q.d. Ego & ipſe nihil egimus ad ſalutem,& fidem veſtram interius operando, ſed ſolus Deus illuminando vos per fidem, & mundando per gratiam,& ſanctificando.Nos autem ſolummodo egimus exterius miniſtrando, ſicut plantator arboris, vel rigator non faciunt eius incrementum,ſed virtus naturæ,& hoc eſt,quod ſequitur.[Itaque nec,qui plantat eſt aliquid,nec qui rigat:].ſ.interius operando,ſed qui incremētum gratiæ dat dominus,qui principaliter cauſa ſacramenti exiſtit.[A deo autem,]Sexta ratio ſumma eius eſt, Deus potius requirit veritatem prædicationis, quæ plurib.prodeſt,quam vitam prædicantis, quæ ſibi ſoli bona prodeſt, mala vero obeſt.Non ergo debet quæri quis,vel qualis prædicet, ſed ꝙ prædicet vt inuidos.]probat exēplo Pauli. Nā ipſe Paulus inuidos.i.pſeudo apoſtolos, mercenarios, qui ex inuidia bonorum,& cauſa lucri, vel vanæ gloriæ Chriſtum prædicabant,permittebat, & approbabat Apoſtolus Paulus prædicare,dum modo bona.& vera prædicarent,dicens,ad philip.1.Quidam autem propter inuidiam, & cōtentionem, quidam vero, & propter bonam voluntatem Chriſtum prædicant, & infra:quid.n. dummodo, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuntiatur in hoc mundo, ſed & gaudeo.[quo malo].ſ.inuidiæ,[Diabolus eiectus eſt.] ſap. 2.item inuidia Diaboli mors intrauit in orbem terrarum, vbi notandum, quod iſti pſeudo apoſtoli.ſiue prędicatores,de quibus loquitur Apoſtolus, prælationem habebant,& tolerabantur,quia ad aliquid vtiles erant,quia eorum prædicatione nomen Chriſti dilatabatur,& multi conuertebantur.vt.23.q.4.tres perſonas, vel ſi non habebant prælationem, vel officium prædicandi, tū propter nouitatem doctrinæ tolerati ſunt,ſed nunc nulli tales ſunt tolerandi,imò prohibitū eſt,vt nullus etiam Diaconus, ſiue presbyter prædicare præſumat abſque authoritate Apoſtolicæ ſedis,vel epiſcopi loci illius, vt patet extra de hæreticis.c.cū ex iniuncto,qđ potiſsime militat contra articulum Bohemorum de libertate prædicationis verbi Dei. qui.ſ. Paulus] hoc.ſ.non eſſe quærendum,quis,aut qualis prædicet,prædicare non deſinit.[Ideo ergo] cōcludit,ſenſus eſt,ꝙ hic Achacius,licet miniſtrando verum ſacramentum ſibi obeſſet,quia hæreticus & excommunicatus immiſcebat ſe diuinis, nihilominus illud ſacramētum, quod immobile eſt,alijs perfectionem virtutis [obtinuit] .i. tribuit, quod ſi intelligatur de perfectione gratię,exponendum eſt de recipientib.qui ignorabant Achacium hæreticum,& excommunicatum.Nam illi, qui ſcientes eum eſſe talem recipiebant ab eo ſacramenta,peccabant,& erāt ab executione ordinis ſuſpenſi, quod eſt generaliter conſiderandum in omnib. ſacramentis,vel exponatur de perfectione veritatis ſacramenti,& tunc non eſt dubium, quin hæretici formam eccleſiæ ſeruantes,verum ſacramentum conferant, quod quidem generaliter verum, vel nulli dubium eſt, videlicet quod veritas ſacramentorum ſit apud hæreticos[niſi intantum quorundam ſe extenderit curioſa].i.ſtudioſa ſuſpitio[vt imaginetur].i. per imaginationē, non per intellectum,qui ſemper verorū eſt[exiſtimet pro eo.]ipſe Achacius late ſententiæ iudicio à Felice condemnatus eſt,ſacramenta ab eo miniſtrata nullam efficaciā habuiſſe,& per conſequens metuere,vt ordinationes,aut baptiſma ab eo ſuſcepta[rrita]quantum ad veritatem,quod nullus debet imaginari,nedum credere.[Quia illicite]concludit Gratianus ſecundum opinionem forte ſuam.ſ. quæ aſſerit veritatem ſacramētorum non eſſe apud hæreticos. Sed ſalua reuerētia Gratiani reſpectus iſte Anaſtaſij eſt verus,& conſormis diuinis, & Apoſtolicis decretis.ſ. ꝙ hæretici ſeruata forma eccleſiæ,licet in eorum damnationem, vera conſerant ſacramenta Nec obſt.ſi Fœlix papa tertius & Gelaſius Achacium excommunicauerunt, vt hereticum,quia per hoc non ſequitur, ꝙ damnauerunt ſacramēta per eum collata,ſeruata forma,nec dixerunt nulla, imo de ſacramentis per Achacium collatis in condemnatione decretis ſuis nullam fecerunt penitus mentionē, quare nō eſt ad propoſitum concluſio Gratiani.[Ante Anaſtaſium .i.antequam eſſet Anaſtaſius papa[& Hormiſda. Papa natione capanus Anaſtaſius imperatorem excommunicauit, nec non Achacium iam mortuum, ſed non damnat ſacramenta per Achacium collata.Ex prædictis ergo patet om-
6 nis ſumma omnium, † ꝙ licet ſacramenta in forma eccleſiæ collata, & verbum prædicationis in veritate prolatum, à quocunque collatum eſt verum ſacramentum, & verum verbum Chriſti,ſic nihilominus ſacramenta collata malis, & indignis non proſunt,& ordinati ſciēter ſemper ab hereticis

Ad primū arg·

Ad ſecūdū·

Exponit literam

Aug.

Nicolaus de lyra.

Cōtra Gratian.

Hormiſda Papa

reticis peccăt in suis officijs ministrădo. Et hic est, ꝙ si Anastasius per sex rationes suas non modo dicere voluerunt, ꝙ vera fuerunt sacramenta in forma ecclesiæ ab Achacio collata, sed etiam, ꝙ tales, qui ab Achacio hæretico ordinationes scienter susceperunt, possunt licite in suis officijs ministrare, male dixit Anastasius secundus. [multi clerici] quia.n. iste Anastasius publice communicauerat. Damnato hæretico Achacio in errore Photini, qui Achacium sequebatur deprauatus, & volens Achacium in suo errore defendere, merito ab eo clerus, & eius communione se separauit, dicente apostolo ad Ti. 3. Hæreticum hominem post primam, & secũdam correctionem deuita. Sed nonne peccauerunt clerici, qui ante sententiam recesserunt ab eo. vt 8.q.4. nonne. Respondetur, ꝙ non. Et ratio, quia iste Anastasius communicando Photino in errore iam damnato, & per consequens Achacio hæreticus incidisset in hæresim iã damnatam eadem sententia fuit moderata cum illis, quia eadem pœna feriendi hæreticus, & defensor eius. vt. 24.q.1.& 2.& 3. hic vide, quod notatur. 2.q.7. sacerdotes. vnde in hoc crimine potest Papa iudicari. vt di. 40. si Papa sine concilio. Sed quare hoc ponitur, quia tunc videtur à contrario sensu, ꝙ papa potuerit licite cum assensu clericorum suorũ communicare Photino. Et etiam videtur hoc argumentũ Papam non debere communicare ei, cui cardinales, vel cõcilium non communicant, vel censent non communicandum. Et per consequens à simili in aliqua quæstione discordat concilium à sententia Papæ. Minor est sententia concilij, quam papæ. Sed respondet Hug. ꝙ hoc non credit esse verum, sed potius contrarium credit, & dicit, ꝙ hic nõ est argumentandum à contrario sensu, quia nec cum consensu, nec sine assensu potuit Papa licite communicare Photino in errore iam damnato. Hug. Et similiter nec alia argumenta procedunt circa. 18. di. vbi dicit gl. ꝙ vbi de fide agitur, Papa deberet requirere consilium Episcoporum. Potest quæri vtrum semper in causa fidei Papa tenetur congregare concilium Episcoporum, Et videtur non semper esse verũ, quia expresse vr contra c. maiores, extra de bapt. vbi patet quòd quæstiones maiores maxime fidei debẽt referri ad sedem Petri, & sic ad Papam. Vnde in. c. omnes. di. 22. Romana ecclesia dicitur magistra fidei, & ad eam recurrit Hierony. in c. hæc est fides. 24.q.1. Sed illud dictum gl. est intelligendum, quãdo dubium circa fidem esset maximum, ita ꝙ etiã Papa cum cardinalib. dubitaret: tunc.n. merito deberet conuocari concilium vniuersale Episcoporum. Quod vero consequenter dicit gl. ꝙ tunc synodus est maior Papa, videtur, quod hoc non sit verum de maioritate potestatis iurisdictionis, existente vero, & indubitato Papa, cum semper caput præstantius sit authoritate regiminis toto residuo corpore, & concilia robur accipiant ab Apostolica sede, extra de ele. ca. significasti. Sed bene regulariter verum est de maioritate authoritatis discretiui iudicij, secundum ꝙ dicimus, ꝙ qui magis ratione vtitur, eo maioris authoritatis eius verba esse videntur. vt in di. se. §. 1. quæ præsumitur maior est in toto concilio, quam in vno homine. Dico autem regulariter, quia posset esse, ꝙ etiam in facto fidei Papa moueretur meliorib. rationib. & authoritatib. quàm concilium, vnde tunc stãdum esset diffinitioni Papæ. †Nam concilium errare posset, sicut Ariminense, sicut Ephesinum secundum, & plura alia, & conciliũ de quo in c. placuit. 36.q.2.& c. tria, quod disposuit, vt inter raptam, & raptorem non posset consistere matrimonium, & tamen Hieronymus dicit contrarium, motus meliorib. rationib. & authoritatib. iuris diuini, & dictum eius præfertur dispositioni totius concilij, vt in gl. præfati. c. habetur. Bene tamen verum est, ꝙ vbi Papa velit statuere in causa fidei contra statuta sacrorum conciliorum, non esset standũ Papæ, quia in hoc casu præsumeretur errare, sed esset standum determinationi iam factę per concilium vniuersale, cum consensu Apostolicæ sedis, & maxime quatuor conciliorum, vt in. c. sicut. di. 15. vide etiam, ꝙ diximus in c. in istis. di. 4. qui communicauerat Achacio. †Sed nunquid excommunicatio transit in tertiam personam. Et videtur, ꝙ non. 11.q.3. quoniam multos. Sed dicendum, ꝙ iste Photinus non erat excommunicatus propter Achacium, immo propter seipsum quia communicauerat ipsi Achacio in hęresi iam damnato, & similiter Anastasius Photino, & Achacio in eadem hæresi eum sequendo, & publice prædicando, vnde Photinus, & Anastasius in canonem latæ sententiæ, vterque.n. erat principaliter excommunicatus, & damnatus, vt 24.q.1.c.3. Sed an papa possit ligari à canone, qui dixit, ꝙ communicans excommunicato sit excommunicatus, videbitur di. 40. si Papa. [Et quia] assignat aliam causam quare clerici à communione eius abierunt, videlicet [quia voluit occculte] .i. cauta calliditate quadam. Hug. [reuocare praua eius dogmata] in ecclesia roborando: voluit.n. vti ista calliditate, vt ecclesia ei post mortem communicaret pro eo orando, & eleemosynas faciendo, sicut pro alijs fidelib. & per consequens non haberetur ab ecclesia pro hæretico. Et ita voluit inducere, ꝙ Achacius non fuisset hæreticus, nec hæresim fuisse id pro se, quo dãnatus erat. Et qa hoc publice faciebat, & illius hæresim publice prædicabat, tanquam hæreticus merito notatus est à clericis, & tandẽ à Deo percussus, quia vt dicitur dum assellaret, emisit intestina. Surgit autem hic dubium apud aliquos. † an sit verum, quod hic dicitur à Gratiano de isto Anastasio. Et primo de hoc, quod dicitur fauisse Achacio propter duo. Primo, quia si sic mirum videtur, ꝙ Hormisda papa, qui post Anastasium fuit damnando Achacium mortuum, nõ damnauerit & Anastasium. Secundo quomodo est dicendus fauisse Achacio, cum tamen ipse damnet, & reprobet, ꝙ sacramenta offerebat. dicit.n. in suo decreto supra posito in. c. sed ecce. Hic. s. Achacius, cuius nomen dicitur esse, rescindendum, male bona. s. sacramenta ministrãdo, sibi tantum nocuit. Secundo de hoc, quod dicitur fuisse hæreticus. Et hoc propter duo. Primo, quia in numero summorum Pontificum ponitur, quod non esset fiendum, si fuisset hæreticus. Secundo quia Romæ, Anastasius secundus, vt sanctus festiue veneratur. Nec apparet verum, ꝙ alius secundus Anastasius sanctus dicatur, quia nullus, nisi iste inter summos pontifices vocatus est Anastasius secundus. Ille.n. qui huic diu postea successit, dictus est Anastasius tertius, non secundus. Quicquid tamen de hoc Anastasio dicatur, hoc credo, & teneo inquit Dominus Guido Episcopus duensis, quod determinat, & tenet sedes apostolica, & sancta Romana ecclesia, quam non credo in his, quæ fidei sunt, & ad bonos mores pertinent, oberrare, ad id autem, quod dicitur, ꝙ Romæ colitur festum Anastasij. Respondet, ꝙ potest dici, ꝙ ille secũdus Anastasius, de quo hic dicitur, non fuit computatus in catalogo Apostolicorum, quia fuit hæreticus, vnde Anastasius, qui postea fuit dictus est tertius, non est sanctus secundum Hug, &c. † Sed surgit hic dubitatio, quomodo potest stare, ꝙ papa Anastasius errauerit, & tamen ecclesia nunquam dicitur errasse, vt 24. qõ. 1. reiecta. Ad hanc dicendum iuxta Hug. ꝙ Romana ecclesia, quandoque dicitur tota ecclesia. & tunc in totum nõ errat, quia illa in totum errare non potest. Vel potest intelligi ecclesia Romana pro papa, & cardinalib. adhuc illa non potest in totum errare, sed bene aliqui errant, sicut hic Papa errauit, non cardinales, imo ipse intelligentes eum errare communicando Photino hæretico, & volendo occulte reuocare Achacium recesserunt ab eo. Sed de ista materia, dante domino, plenius loquemur in alio loco.

Quæstio
Respõdet.

Quæstio.

Contra gl.

Quæstio.

7 (note marker at "Nam concilium errare posset")

Quæstio.

8 (note marker at "Sed nunquid excommunicatio")

9 (note marker at "an sit verum")

Dubium.

Guido episcopus duẽsis.

10 (note marker at "Sed surgit hic dubitatio")

Dubium.

1 *Ordinati à Damnato an sint habendi pro vere ordinatis.*



PROPTER TOTIUS. Hic magister Gratianus probare nititur, †ꝙ ordinata ab Achacio non haberentur pro ordinatis, quia vt videtur, ꝙ ordinati à Dãnato non sunt habendi pro veris, &c. Pro intellectu vero huius. ca. est distinguendũ, ꝙ iste maximus, aut fuit falso nomine Episcopus, quia non in forma ecclesiæ ordinatus, tunc cum non habuerit ordinem Episcopalem, clarum est, ꝙ ordinati ab eo nil ordinis veri acceperunt, sed erant denuo ordinandi. Si vero fuit verus Episcopus, vtpote in debita forma ab eo, qui poterat, ordinatus, sed ex suis demeritis suspensus, aut priuatus ab officio, tunc ipse non erat Episcopus. s. vitæ merito, & in officiando, siue in executione, licet episcopalem ordinem haberet debito modo, & tunc ordinati ab eo pro non ordinatis habiti sunt, quo ad ordinum executionem, licet verum caracterem, & ordinem susceperint, vnde vlterius non sunt ordinandi. [In irritum reuocatis] de ordinib. intelligitur, sicut dictum est, quia quantum ad executionem, si in forma fuerunt traditi, vel ex toto si in forma non fuerunt traditi. De aliis vero, puta contractib. vel de collatione præbendarum, vel dignitatum intelligitur, sic. s. omnino cassatis

nino cassatis, quæ.n. fiunt in talibus ab intrusis, vel hæreticis, vel præscissis, vel excõmunicatis omnino cassata sunt. arg.7.q.1.factus:& 12.q.2.alienationes, & 25. q. 1. omne, & de conse. dist.1.&c.

¶ *Distinctio Vigesima.*

2 *Pontifices præeminent, & præferuntur sacræ scripturę expositoribus, qui tantum sunt expositores.*

3 *Canones conciliorum præferuntur doctoribus in decisione causarum.*

4 *Præferendus est in expositione sacræ scripturæ, qui dixerit magis consona rationi.*

6 *Peccatum impediens ab ingressu regni cœlestis est duplex.*

7 *Clauis est instrumentum introducendi. Et, quòd conuenienter assignata sit vna nu.10.*

9 *Scientia, quæ dicit habitum, est dispositio materialis sine qua authoritas in actum suum exire non potest.*

11 *Clauis dicitur esse triplex.*

12 *Dignus aliquo quis potest esse dupliciter.*

13 *Clauis materialis principaliter ad quid sit ordinata, ad quid spiritualis.*

15 *Scientia discernendi inter lepram, & lepram, et potestas ligandi, & soluendi sunt duæ claues, non vna.*

16 *Potestas conficiendi quare non dicatur clauis.*

17 *Claues qualiter sint eædem, & in quo differant.*

18 *Iudicandi officium nemo debet assumere, nisi sit in iure instructus.*

19 *Sententia quælibet continere debet absolutionem, vel condemnationem, vel vtrunque.*

Continuatio.



Decretales. Hic incipit di.20. quæ sic cõtinuatur ad præcedentem. Quoniam in superiori magister Gratianus ponit, qualiter decretales epistolæ æquiparentur canonib. Nunc declarat quõ se habeant expositores sacræ scripturę ad canones, & epistolas decretales, an.s. præferantur illis, an non. Et diuiditur hoc.c. in duas partes. Nã in prima arguit, ꝙ expositiones sanctorum doctorum, & vt Hieron. & Aug. debeat præferri, quia plurimi huiusmodi doctores fuerunt pleniori spiritus sancti gratia dotati, quam multi pontifices fuerint. In 2. respõdet ad quæstionem. Secunda ibi, sed aliud est in causis, &c. Pro pleniori intelligentia huius.c. quæruntur quatuor.

Diuisio.

1 ¶ Primo vtrum expositiones sacræ scripturæ, quæ per sacros doctores dantur, canonibus, & epistolis decretalibus præferantur.

5 ¶ Secundo, vtrum potestas clauium fuerit data Petro, & in eo sacerdotibus.

8 ¶ Tertio vtrum claues datæ beato Petro conuenienter nominentur in litera, scientia discernendi inter lepram, & leprã, & potestas eijciendi aliquos ab ecclesia, vel recipiendi.

14 ¶ Quarto, vtrum claues prædictæ sint vna tantum, vel claues duæ, per essentiam distinctæ.

1 Ad primum. Sic proceditur, †Et videtur, ꝙ expositiones sanctorum doctorum preponẽdæ sint canonib. & decretalib. epistolis. Primo sic, argumentis positis in litera, quo.n. quis magis ratione vtitur eò maioris authoritatis verba eius esse videntur. Sed expositores sacræ scripturæ sepenumero innituntur maiori rõne, quam summi pontifices, patet, quia plurimi eorum, sicum pleniori gratia spiritus sancti, ita ampliori scientia põtificib. præexcellentes rõni magis adhesisse probantur: ergo aliquorum saltem doctorum, vt Augu. Hiero. & similiũ dicta sunt præferenda canonib. & decretis pontificũ. ¶ Secundo sic. summi Pontifices plerunque allegant expositores sacræ scripturæ Aug. Hier, Ambrosium. Hylarium, & cæteros ad confirmandum, quæ in suis canonib. dicuntur: ergo videntur doctorum dicta canonibus, esse præferenda, quia vt dicit Philosoph. 1. poste. Propter quod vnũquodcunq; tale, & illud magis, vt præmissę præferantur cõclusioni. ¶ Tertio sic Dicta sanctorum doctorum sunt per ecclesiam approbata. vt. s. distinc. 15. Sancta Romana ecclesia. Sed non omnia dicta pontificum approbantur, sed sępe conuenit ea mutari: ergo dicta doctorum sunt pontificum decretalib. præferẽda. ¶ Quarto sic. Hierony. prefertur cõcilio Aquisgrani in decisione quæstionis, vtrum raptor possit cum rapta matrimonialiter coniungi, vt habetur. 36.q. 2. in c. tria: ergo dicta doctorum præferuntur canonib. ¶ In oppositum est tex. presentis.c. vbi simpliciter summi pontifices potestate, & authoritate dicuntur maiores, & præferendi doctorib. ¶ Secundo sic Apostolus ad Ephes. 4. enumerans dona gratiarum, quib. adornata est ecclesia, Dicit quosdã dedit Apostolos, quosdã ꝓphetas. Alios vero Euãgelistas. Alios pastores, & doctores. Ecce, ꝙ post pastores posuit doctores: ergo pastores, & maxime summi pontifices præferendi sunt Doctorib. sacræ scripturæ. Respondeo dicẽdum, ꝙ sicut colligitur ex litera dupliciter possunt cõparari canones, & decreta summorũ pontificũ, ex vna parte. Et expositores sacræ scripturæ ex altera, aut. s. in causis decidendis, siue negotijs terminãdis, aut in diligẽti expositione sacræ scripturę. Si primo modo. s. in causis decidẽdis,

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar.

Opponit contrariũ. Secũda opi. Respõdet

2 sit ista concl. †Pontifices præeminent, & præferuntur sacræ scripturæ expositorib. qui tñ sunt expositores. Ista concl. probatur sic in tex. huius.c. quia in causarum decisionẽ nõ solũ est necessaria scientia, qua pollent tractores scripturarum, sed etiã potestas, vnde Christus dicturus Petro. Quodcunque ligaueris, &c. Primo dedit ei claues regni cœlorũ, sed in expositorib. tñ sciẽtia est necessaria: ergo pontifices ꝑferendi sunt expositorib. Præterea patet concl. Romanorum pontificũ decretis ceterorum opuscula tractatorũ reprobantur, vel approbantur, vt in. c. si Roman. s. di. 19. dicit Nicolaus Papa: ergo sequitur, ꝙ decreta summorũ Pontificũ cum sunt præferenda expositionib. doctorũ. Secunda conclu. †Canones conciliorũ etiã præferuntur doctorib. in decisione causarũ. Patet cõcl. etiã ex superiorib. quæ concl. vera regulariter est, nisi decisio doctoris roboretur, vel iuuetur autoritate noui, vel veteris testamenti, vel canone, vel gñali ecclesiæ cõsuetudine. Conciliũ. n. fuit apud Aquisgranam, & dicit, ꝙ raptor, & rapta, nullo modo possunt coniungi matrimonialiter. vt. 36. q. 2. placuit Hiero. tñ dicit, ꝙ sic, vt. 36. q. 2. tria, & obtinet authoritas Hieron. vt arguebatur

Prima cõclusio.

3 (margin, beside "Secunda conclu.")

Secũda cõclusio.

4 in ar. 4. ¶ Tertia concl. †In expositione sacræ scripturę ꝑferẽ, qui rõni consona magis dixerit, siue sit tñ doctor, siue simul pontifex, & doctor. Patet cõcl. ex litera præsenti, quę ait, quo quis magis rõne nititur, vnde à quibusdã dictis sanctorum doctorum, siue expositionib. nõ licet etiã summis pontificib. discedere, vt puta, in his, quæ de fide sunt, aut de vñi statu ecclesiæ, vt 25. q. 1. sunt quedã. Aut quæ iam per ecclesiam vniuersalem sunt recepta, & approbata. Si vero q̃ratur, quid agẽdum sit, Greg. qui simul Papa fuit, & doctor inueniatur contrarius, vel diuersus alicui aliorum expositorum, qui non fuerunt pontifices, dicendum, ꝙ si dexerũt diuersa, vtputa exponendo scripturã sanctã, vnus exponit vno modo, alius alio modo, ꝯm diuersos sensus sacræ scripturæ, tunc vtriq; credendũ est, vnde S. Th. in 2. 2. q. 11. ar. 2. dicit, ꝙ contra autoritatẽ Romani pontificis, nec Hiero. nec Aug. nec aliquis sacrorũ doctorũ suã sentẽtiã defendit, vnde Hieron. ad Damasum papã scribens ait. Hæc est fides pater beatissime, &c. 24 q. 1. in his vero, quæ vt expositor dixit, non videt magis esse credendũ ei, quia Papa, sed quia magis forte consona rõni dixerit, vel quia maioris sciẽtiæ, & sanctitatis, & autoritatis habetur. Nã inter ipsos Apostolos vnus præponitur alteri, vt Petrus Lino, & Gelasius Lucio. Et similiter inter ipsos patres. Ambr. Isid. & Aug. Bedę, ꝯm Hu. His habitis, patet respõsio ad rõnes. Nam 1. procedunt, ꝙ in expositionib. sacræ scripturæ doctores ꝓferãtur pontificib. si rõnabilius illis loquuti fuerint, quod concedimus. Ad alias duas responsio data est in superioribus.

Tertia cõclusio.

S. Thom.

Ad arg.

5 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videt, ꝙ nulla potestas clauiũ sit data Petro, vel sacerdotib. in Petro. Primo sic potestas soluendi, & ligãdi non est communicabilis alicui, sed soli Deo conuenit: ergo beato Petro, nec alicui est cõicata potestas clauium, cõsequentia patet, antecedens probatur Dicit. n. Aug. ꝙ potestatem interius mundandi in baptismo, noluit dare seruo, ne spes ponatur in ipso. ¶ Secũdo sic. Matth. 9. vbi Christus se dicit in terram habere potestatẽ dimittere peccata, putantes eum solũ hoĩem dixerunt, hic blasphemat, quis põt dimittere pc̃tã, nisi solus Deꝰ: ergo nõ nisi Deus põt dimittere pc̃tã: ergo potestas soluẽdi à pc̃tis, & ligãdi nõ est concessa homini, qui est minister ecclesiæ, cuius etiam fuit Petrus, & sunt sui successores. Tertio sic. Richardus de sancto victore dicit hominem huiusmodi vinculis ligatum, solus ille soluere potest, qui vere omnipotens est, & omnia potest, &

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit i contrariū. test,& loquitur de vinculis,quib. ligatur peccator.¶In oppositum est tex.Mat.16.Et ponitur hic in litera,vbi inquit Christus Petro,tibi dabo claues regni cælorum. Et sequitur quodcũque,&c.item.Io.20.habetur.Accipite spiritum sanctum.Et quorum remiseritis peccata remittuntur eis.

Respōdet. ¶Respondet. dicendum, ꝙ potestas clauium data est Petro,& sacerdotib.alijs in eo, & hoc conuenienter. Prima pars conclusionis patet ex authoritatibus inductis.Secũda pars ostenditur iuxta dominum Alberum in 4.Illi,cui cōmittitur principale,committitur,& accessorium, secũdum regulam iuris, sed committitur sacerdoti, ꝙ sacramenta communicet, & consecret, & ministret populo : ergo committitur ei, & præparatio ad sacramenta, sed præparatio non potest esse nisi per absolutionem, ergo potestas absoluendi est commissa sacerdotib. ergo ipsi habent istam potestatem.Secundo probatur iuxta S. Tho. tam super Mat.quam in tertia parte,pro quo notandum,ꝙ Christus ad hoc maxime venit ad terras, vt ecclesiam, quam in terris fundabat, in cœlum tandem introduceret, sicut sponsam in thalamum,vnde ad Hebreos. 10.dicit apostolus:habemus fiduciam in introitu sanctorum.i.cœlestiũ in sanguine Christi,Erat autem nobis cœlorum ianua clausa ante passionem Christi propter peccatum,quod prohibebat hominem ab ingressu regni cœlestis, quia vt dicitur Esa.35.via illa sancta vocatur,& non transibit per illã pollutus.

6 †Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni cœlestis, vnum quod est commune toti humanæ naturæ,ꝙ est peccatum primi parentis, & per hoc peccatum præcludebatur homini aditus regni cœlestis:vnde legitur Gen.3. ꝙ post peccatum primi hominis collocauit Deus cherubin,& flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendum via ligni vitæ. Aliud autem est peccatum speciale vniuscuiusque personę,ꝙ per proprium actum committitur vniuscuiusque hominis,per passionem autẽ Christi liberati sumus, non solum à peccato communi totius humanæ naturæ, & quantum ad culpam, & quantum ad reatum pœnę,ipso soluente pretium pro nobis, sed à peccatis proprijs singulorum,qui communicant eius passioni per fidem,& charitatem,& fidei sacramenta,licet ergo impedimentum totius humanæ naturæ,quantum ad culpam, & quantum ad reatum pœnę ex peccato primi hominis cōstitutum,per passionem Christi amotũ fuerit, & ideo post passionem dicit Io.Apoc.4.vide,& ecce in celum hostium apertum.Nihilominus adhuc aliquib.quotidie manet clausum per peccatum originale,quod contrahunt,vel actuale quod committunt.Et ideo indigemus sacramentis. Quib. omnib.consideratis,apparet summe cōuenisse,vt Christus ascensurus in cœlum, & ab ecclesia militante humanitatis suæ præsentiam visibilem subtracturus, huius sancti operis.s.introducendi homines in cęlum vicarios relinqueret in terris, qui ab hominib. peccata per sacramentorum dispensationem remouentes,eos ad cœlestia introducerent, quod introducendi ministerium clauis nomine designatur.

7 † Clauis enim instrumentum est introducendi, vnde Christus Petro quem generalem vicarium instituturus erat,& quo cæteri dependere habeant ait.Ioan.20. omnib. Apostolis post resurrectionem. Accipite spiritum sanctũ, & quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c. vnde

Aug. Beat. Augusti. in sermone Apostolorum Petri,& Pauli,de beato Petro sic ait.Accepit.n. à Christo claues regni cœlorum,vt solutis debitis,seu vinculis debitorum aperiret credentib.cœlum.O quam vicina,& propinqua remedia iuxta se habet mundus Dei regnum,si currat,ad Petrum ,non hic maxime quærantur ad nubes,quia ipse Christus credẽtib.factus est via, posuit ad vitam suam in seculo cœlestis regni claiucularium Petrum,nec difficilem sibi ad cælum quispiam existimaret ascẽsum,hæc Aug. Hinc etiam ecclesia Petrum vocat Ianitorem cœli.Conuenientissimum ergo fuit ad introductionem hominum in cœlestia, vt potestas clauium regni cœlestis Petro,& in eo episcopis,& presbyteris per totum ecclesiæ militantis decursum communicata esset.Ad rationes in oppositum.

Ad primū arg. ¶Ad primam rñdetur,negando consequentiam,& assumptum.Dicimus.n.ꝙ potestas ligandi,& soluendi ministerialis est cōicabilis, & fuit cōicata Petro,& alijs sacerdotib.cōiter,[non autem potestas autoritatis, quæ est soli Deo propria, nec potestatis excellentia.quæ soli Christo attribuitur.Et ad probationẽ

Albertus. respondetur, ꝙ vt dicit Dominus Albertus in 10. propter hanc potestatem non ponitur spes in homine,quia nō operatur,nisi vt minister,vnde bonus, & malus æqualiter habent,sed Deus operatur,vt autor, & largitor doni absolutionis per omnem modũ,sicut dicitur de baptismo.

Ad scdm. ¶Ad secundam patet responsio per iam dicta.obiectio.n. procedit de potestate autoritatis,quę soli Deo conuenit,& Christo inquãtum Deus.

Ad tertiū. ¶Ad tertiam patet responsio, quia Ricardus loquitur de eo qui,vt principale agens operatur ad solutionem vinculorum peccatorũ,quia solus Deus est,vt dictum est, sacerdos autem dispositiuę,& ministerialiter operatur.Vnde de hac materia vide in lectura. di.de pœniten. in §.verbum Dei dist.1.

8 **Ad tertium.** Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ claues datæ Petro non conuenienter nominenẽ in litera,scĩa discernendi inter leprã, & leprã,& potestas eijciendi aliquos ab ecclesia,vel recipiendi, primo sic.

Primū ar. Clauis scientiæ,quæ dicitur data Petro, & quæ datur sacerdotib.non est scientia,patet,quia talis clauis datur in ordine, & præcisè sequitur ordinem. Sed multi habent ordinẽ, qui non habent scientiam,& econtrario:ergo scientia habita nunquam amittitur,sicut nec ordo,nec est clauis.

Secūdū ar. ¶Secundo sic clauis semel habita,nũquam amittitur, sicut nec ordo,sed scientia habita potest amitti : ergo scientia non est clauis.

Tertiū ar. ¶Tertio arguitur contra aliam partem sic. Clauis,cum sit ptãs, notificanda venit per proprios actus. Sed clauis actus proprius est aperire,vel claudere:ergo ꝑ istos actus erat nominanda clauis potestas,& non per eijcere ab ecclesia,vel recipere.

Quartū ar. ¶Quarto Deus promittens claues Petro, nominat eas per actus alios.s. per ligare & absoluere: Sed eijcere, & recipere nō sunt actus ligandi & absoluẽdi. ergo,&c.

Quintū ar. ¶ Quinto sic.Ad id,quod habet quis merito suæ dignitatis,non indiget actiua aliqua potestate.Sed eo ipso, ꝙ aliquis est in gratia,est intus in ecclesia.Et eo ipso, ꝙ aliquis est dignus ad regnum, admittitur:ergo non pertinet ad potestatem clauis dignos ad ecclesiam recipere, siue ad regnum admittere.

Sextum ar. ¶Sexto sic:Nihil idem est ad oppositos fines, sed eijcere ab ecclesia siue à regno, & recipere sunt opposita : ergo clauis non ordinatur ad hæc duo.

Opponit et Respōd. ¶In oppositum est tex.præsentis.c.¶ Respondeo dicendum,ꝙ cōuenienter claues datæ Petro sunt nominatæ in litera, cum dicuntur esse scientia discernendi inter lepram.& lepram, potestas eijciẽdi aliquos ab ecclesia, vel recipiendi.Ista cōclusio patet ex gl.Matt.16.super illud. tibi dabo claues regni cœlorum,vbi sic dicitur. Clauis est scientia discernendi à potentia,quia iudex ecclesiasticus dignos recipere, & indignos excludere debet à regno. Verum circa primã clauem,quæ dicitur scientia discernendi,est notandum,ꝙ sicut,vt tangunt doct.tam Alexander de Halis, & Albertus

Alexander Albertus. Thomas. Bonauen magnus,S.Th. & Bonauentura, & Richardus.Duplex fuit opinio,ita dupliciter potest illud intelligi, ꝙ vna clauis dicatur scientia discernendi,vnde quidã dixerunt, ꝙ sciẽtia, est clauis prout sciẽtia nominat habitũ acquisitũ,siue infusum sciẽdi discernere, sed tamen, ꝙ non erat clauis principalis,nec per se, sed prout est coniuncta autoritati soluendi,& ligandi. Et ideo,quando est sine alia claui, non dicitur clauis, sicut in vno literato, qui non est sacerdos. Et, quòd hæc clauis non est de esse ordinis, sed de bene esse, ita quòd aliquis recipit, ordinem de facto, non habens scientiam,factum est secundum executionem iurisdictionis absoluendi, non recipit sine periculo animæ,eo quòd altera clauium caret. Et hi dixerunt, quòd quidam habent scientiam clauium, vt illi qui habent scientiam acquisitam, vel infusam, quidam clauiculam, vt hi qui carent acquisita, vel infusa, tamen per naturalem industriam noscunt, quòd ars docet, & scriptura. Quidam vero nullam, vt qui carent vtraque. Et ista videtur esse opinio tam magistri sententiarum.vt quarta distinct.decima octaua,quam Gratiani, quam Hug. quam gloss. huius capitul.Sed istorum opinio non est sustinenda. Tum, quia vt dicit Thom. non videtur concordare verbis euangelij quæ dandas claues Petro promittunt, & non solum vna,

Cōtra magistrū sententiarum Gratianū gl.& Hug. sed duæ in ordine dantur. Tum secundo, quia vt dicit Albertus magnus in quarta distincti. decima octaua, quia id, quod non sequitur propter habentem claues, videtur non esse clauis, cum clauis semper sequatur habentem claues. Sed scientia discernendi inter lepram, & lepram non semper sequitur habentem claues, patet, quia omnis sacerdos habet claues, non omnis

nõ oĩs sacerdos habet scientiam discernendi inter leprã,& lepram:ergo non potest dici cum veritate, ꝙ sciẽtia prout dicit habitum acquisitum ,vel infusum disernendi inter le pram , & lepram sit clauis.Et ideo est Secunda opi.dicendum,ꝙ scientia,quæ est habitus,non est clauis,sed autoritas actuum sciẽtiæ exercendi, quæ exercendi, quæ quãdoque sine scientia est,& q̃nq; scientia sine ipsa, sicut patet ẽt in Iudicib.secularib.Aliquis.n.est Iudex habens autoritatẽ iudicandi,qui non habet autoritatem iuris scientiam.& aliquas habet iuris scientiam , qui non habet autoritatem.Et hanc opi.tenent communiter doct.hoc addentes,ꝙ scientia habitus est,sicut dispositio faciẽs ad bene esse, vt inquit dominus Albertus,& Bonauentura,vel etiam sicut dispositio materialis,sine qua clauis exire non potest in actum.Si cut.n.vis visiua non est humidum cristallinum, tamẽ illud exigit ad suã operationẽ,sic ipsa autoritas discernẽdi requirit habitum scientiæ,vt dicit S.Thom.quia actus iudicij,ad quem quis ex autoritate suscepta obligatur,non autem ex scientia habita,sine vtroq; benefieri non potest,ideo autoritas iudicandi, quæ clauis est, sine scientia non potest sine peccato accipi, sed sine authoritate scientia , sine peccato haberi potest.Conuenienter ergo prima clauis data Petro nominatur scientia discernendi,& iudicandi inter lepram,& lepram,quam autoritatem nomine scientiæ sancti maluerunt nominare,quam alio nomine,vt dicit dominus Bonauentura in 4.di.18.† quia scientia,quæ dicit habitum,est dispositio materialis,sine qua,vt dictum est,autoritas in actum suum exire non potest. Secunda conclusio est,†ꝙ conuenienter vna clauis assignata est potestas , siue autoritas discernendi inter lepram, & lepram:quæ conclusio iuxta magistrum Alexandrum de Halis in 4.sic probatur,prout dicitur Act.10. Christus constitutus est Iudex viuorum,& mortuorum.Sicut ergo Moyses dedit autoritatem principib.iudicandi populum Exo.18.ita Christus cõstitutus iudex,dedit autoritatem ministris ecclesiæ discernendi inter lepram,& lepram,& diffiniendi pœnitentibus quantitatem culpæ, hic autem datur in ordine sacerdotali,& procedit ab illo, qui habuit autoritatem à deo , vnde posito,ꝙ aliquis habeat scientiã ita bene difficiendi pęnas, sicut iudex ecclesiasticus , non tamen habet autoritatem à Christo, qui constitutus est iudex viuorum , & mortuorũ, ergo conclusio vera.Circa conuenientiam autem secundæ nominationis secundæ clauis,quæ hic dicitur potestas eijciendi aliquos ab ecclesia,vel recipiendi est notandũ. Primo ꝙ nomen clauis translatũ est ad spiritualia ab ipsis corporalib.In corporalib.aũt dr̃ clauis instrumentũ,quo ostiũ aperitur,regni autem ostium nobis per peccatum claudit, & quantum ad maculam,& quantum ad reatum pœnæ.Et ideo potestas,qua tale obstaculum regni remouetur, dicit clauis.Hæc autem potestas est in Deo per autoritatem . Et ideo dicitur à quibusdam,ꝙ habet clauem autoritatis.Sed in Christo homine fuit hæc potestas ad remouendum obstaculum peccati per meritum passionis,qua etiam dicitur ianuam aperire . Et ideo dicitur habere secundum quosdã claues excellentiæ.s.quia ex latere dormientis in cruce sacramenta profluxerunt,quibus ecclesia fabricatur.Ideo in sacramentis ecclesiæ efficacia passionis manet, & propter hoc etiam in ministris ecclesiæ, qui sunt dispensatores sacramentorum,est potestas aliqua ad prædictum obstaculũ remouendum,non propria virtute , sed virtute diuina , & passionis. Et hæc potestas metaphorice clauis ecclesiæ dicitur,quæ est clauis ministerij.Et ita vt dicit tam Alexãder de Halis,quam dominus Bonauentura . † Triplex dicitur clauis.Vna.s.autoritatis,quæ est solius Dei, Secunda excellentiæ, quę est solius Christi Tertia ministerialis, quæ est prælatorum ecclesiæ. Ad prima est secũda,tertia vero descendit à claue autoritatis,mediante claue excellentiæ, & de hac dictũ est Petro,tibi dabo claues regni.&c.¶ Tertio est notandum , ꝙ actus huius clauis secundæ nominantur vario modo,quandoque nominantur ligare, & absoluere, vt ibi,& Matt.16.quodcunque ligaueris,&c. Et iste actus, vt dicit Bonauẽtura,competit claui immediate in relatione ad subiectum, quandoque nominantur aperire,& claudere,qui videntur appropriati effectus clauis,qui actus cõuenit claui in relatione ad fidem , quandoque nominãtur eijcere indignos è regno , vel dignos admittere , sicut hic in tex.præsenti.Et isti actus, puta ex vna parte . Absolutio, apertio , & admissio ad regnumvidentur quasi idem esse ex parte rei , ratione tamen videntur distingui, & habent ordinem inter se.Nam antecedere videtur apertionem absolutio,quoniam non conuenit aperire ostium , nisi absoluto.Præterea apertio videtur præcedere admissionem,siue receptionem ad regnum,sicut patet manifeste.Et ita similis ordo videtur esse inter alios actus istis contrarius, videlicet inter ligationem,clausuram,& eiectionem.Non dicendum est ad rationes in oppositum.¶Ad primas duas rationes,quæ probant,ꝙ scĩa prout dicit habitũ sciæ acqsite, siue infusæ nõ sit clauis concedimus.¶ Ad tertiã respõdet, ꝙ ratio non procedit,quia,vt patet ex dictis, idem est absolutio,& apertio,& receptio ad regnum.Qui.n. soluit vinculum, remouet obstaculum ingressus , & per consequens confert potestatem ingrediendi , vnde quicunque horum actuum nominib.clauis illa notificetur,conuenienter notificatur.¶ Ad quartã patet responsio per idem.¶ Ad quintam respondetur,negando assumptum, pro quo notãdum secundum sanctum Tho.in 4.dis.18.†ꝙ aliquis potest esse dignus aliquo dupliciter.Aut ita, ꝙ ipsum ius habendi habeat,& sic quilibet dignus habet iam cœlum apertum, aut ita,ꝙ insit illi cõgruitas,ad hec,quòd detur ei,& sic dignos quibus nondum totaliter apertum est cœlum,potestas clauium recipit ¶ Ad sextam respondetur, prout respondẽt magister Alexander de Halis,& dominus Bonauentura,ꝙ assumptum est verum de fide per se, bene tamẽ est aliquid ad consequuta ita , ꝙ ad vnum per se , & ad aliud per accidens,& sic est in proposito.Nam ut ait Dominus Bonauentura clauis ista spiritualis primo , & principaliter est ordinata ad aperiendum,siue recipiendum ad regnum, nec est ordinata ad claudendum , siue ad eijciendum,nisi propter apertionem , & receptionem in regnum, sicut ad ligandũ, nisi propter absolutionem. Et ita quemadmodum medicina est scientia sani,& ægri,sani per se,& ægri per accidens, ita intelligendum est in proposito†, vnde in hoc nõ currit similitudo inter clauem spiritualem , & materialem, quia materialis principaliter est ordinata ad claudendum propter fures,& latrones,spiritualis vero , sicut dictũ est, principalius aperiendum.

Secũda opi.

Albertus.

S. Tho.

9

10

Alexander Bonauentura.

11

12

Ad primũ & secundũ arg.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

Ad quintũ.

Ad sextũ.

13

14 Ad quartum. Sic proceditur.†Et videtur , quod claues prædictæ sint vna clauis , & non duæ.Primo sic.Scientia discernendi, quæ ponitur clauis, est sicut informans , & dirigens ad actum absoluendi, & ligandi.Sed talia , quorum vnum est dirigens , & alterũ alterum exequens , non sunt duo , sed vnum in actu , ergo claues non sunt duæ,sed vna est.¶ Secundo in materialib. ad vnam seram non est,nisi vna clauis.Sed in hominib. nõ est,nisi vna sera spiritualis.s.peccatum:ergo videtur,quod non requiritur , nisi clauis vna , & per consequens nõ sunt claues plures.¶ Tertio sicut potestas,quam habet sacerdos supra corpus mysticum dependet ex potestate, quam habet supra corpus Christi verum, est vna tantum:ergo clauis , quæ est potestas respiciens corpus Christi mysticum, est vna tantum.¶ In oppositum est illud Mat.15. & ponitur in text. præsentis literæ, tibi dabo claues regni cœlorum,in plurali claues dicit,& non clauem.¶ Respondet. dicendum est sub aliquibus conclusionib. Prima conclusio,

15 †quod scientia discernendi inter lepram,& lepram , & potestas ligandi,& soluendi,sunt duæ claues, & non vna. Ista conclusio patet primo ex illo Augustini, super Ioan.20.dicentis,quos dignos remissione iudicaueritis duab. clauib. .s.discretionis, & potestatis dimittentis. Ecce quòd ab Augustino assignantur claues duæ, & tantum duæ. Hic etiam conclusio patet.Ex dictis Rabani, & aliorum doctorum,quæ inducuntur super illud Matt.16. Tibi dabo claues regni cœlorum. &c. Pro cuius conclusionis intellectu est notandum,quòd prout recitat Dominus Bonauentura distinctio clauium prædictarum diuersimode sumitur à diuersis. Quidam enim distinctionem harum clauium sumunt pœnes id,à quo sunt , & ad quod finaliter reducuntur.Dicunt enim , quòd sicut in Angelis est hierarchia descendens à hierarchia supercelesti, & ad illam ascendens & rediens,sic est in militante ecclesia . In Angelis autem hierarchia,sicut dicit Dionysius est ordo scientia,& actio id est , potestas ordinata, scientia , & actione, ita quòd potestas respondet patri , & hoc apparet in thronis. Scientia filio , & hoc in Cherubin. Actio siue opus spiritui sancto , hæc apparet in Seraphin . Et per hunc modum , dicunt intelligendum in hierarchia ecclesia-

Primũ ar

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit à contrariũ.

Respõdet. Prima cõclusio.

Bonauentura.

stica, quæ maxime consistit pœnes sacramentum ordinis in quo confertur potestas ordinata scientia & actione. Et hanc dicunt potestatẽ clauium, quæ complectitur actum discernẽdi, & soluẽdi, ita quòd potestas respõdeat patri, & scĩa filio, & opus spiritui sancto. Et secundum has sunt in sacerdote tres potestates vna principalis, & prima quæ est ordo, vel potestas conficiendi. Secũda est potestas discernendi. Tertia est absoluendi, vt sic appareat perfectissima pulchritudo in ordine ecclesiastico secundum repre-

Quæstio 16 sentationem illius superioris perfectissima trinitatis. † Si Respõdet. autem ab his quæratur, quare potestas conficiendi non est clauis. Respondent, quia non est ad alterum, sicut aliæ duæ. Alij vero sumunt rationem distinctionis inter has claues pœnes id, in quo sunt, & contra quod sunt, dicunt. n. ꝙ hæ duæ claues respiciunt intellectum, & affectum, remouendo duplex malum nobis inflictum. s. errorem per scientiam, & difficultatem per absoluendi potentiam, sed iste modus minus probabilis est, quam primus, non rectè sumit rationem distinctionis. Claues. n. non dantur sacerdoti vt sunt in remedium alijs, sibi. s. Tertius modus distinguẽdi claues est pœnes id, ad quod immediate sunt, in foro autem pœnitentiali duo sunt, quemadmodum in foro iudiciali: in illo autẽ sunt isti duo actus scilicet discernere causam & post modum sententiare. Et isti sunt actus diuersi. Et ad hoc ꝙ plene communicatur alicui autoritas arbitrandi inter peccatorem, & Deum necessaria est, ꝙ vtranq; habeat autoritatem, & cum vtraque harum sit ordinata ad aperiendum cœlum, vtraque dicitur clauis. Et sunt duæ claues. Et ita est sententia verior de modo distinctionis istarum clauium, quæ sententia est beati Thomæ in 4. disti. 18. S.Tho. vbi sic dicit. In omni actu, qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo sunt necessaria ei, qui debet illum actũ exercere. s. iudicium de idoneitate recipientis, & expletio actus. Et ideo etiam in actu iustitiæ, per quam redditur alicui hoc, quod dignus est, oportet esse iudicium, quo discernatur. An iste sit dignus, & ipsa redditio, & ad vtrumque horum autoritas quædam, siue potestas exigitur. Non. n. dare possumus, nisi ꝙ in potestate habemus, nec iudicium dici potest, nisi vim coarctatiuam habeat, eo ꝙ iudicium iam ad vnum determinatur, quæ quidem determinatio in speculatiuis fit per virtutẽ primorum principiorum, quib. resisti non potest. Et in rebus practicis per vim imperatiuã in iudicante existentem. Et quia actus clauis requirit idoneitatem in eo, in quem exercetur, quia recipit per clauẽ Iudex ecclesiasticus dignos, & excludit indignos, ideo indiget iudicio discretionis, quo idoneitatem indicat, & ipso expletionis actu. Et ad vtrunque horum potestas quędam, siue autoritas requiritur. Et secundum hoc duæ claues dicuntur, quarum vna pertinet ad iudicium de idoneitate ei⁹, qui absoluendus est, & alia ad ipsam absolutionem. hæc S. Thom. ¶ Secunda conclusio, † istæ duæ claues ordinis. s. Secũda cõclusio. scientia discernendi, & potestas absoluendi, & ligandi, siue dignos recipiendi, & indignos excludendi à regno, non dicuntur, in essentia autoritatis, sed sunt vna, & eadem per essentiam autoritatis, distinctæ solum per comparationẽ ad actus distinctos, quorum vnus præsupponit alium. Ista est conclusio beati Thom. tam in quarto. dist. 18. quam in quarto contra gentiles, & aliorum multorum doctorum sequentiũ eius doctrinam. Quæ conclusio iuxta eundem sanctum Thom. in quarto, vbi supra, probatur. Ad eandem autoritatem per essentiam cuiusque debentis ex officio. aliquem actum exercere, qui requirat idoneitatem ex parte recipientis, pertinet iudicium de idoneitate, & expletio actus sicut apparet in actu virtutis iustitiæ, per quam redditur alicui hoc, quo dignus est, quod ad eũdem, ad quem pertinet alicui digno aliquid reddere, pertinet iudicium, an talis sit, vel non sit. Cum ergo (vt dicitur hic in litera) per clauem ordinis Iudex ecclesiasticus dignos recipiat, & indignos excludat, sequitur necessario, ꝙ ad eandem autoritatem pertineat vterque actus, scilicet iudicium de idoneitate eius, qui absoluendus est, & actus absolutionis. Solum ergo differunt hæ claues per comparationem ad diuersos actus, quorum vnus præsupponit alium. Clauis. n. quæ dicitur potestas ligandi, & soluendi est. quæ immediate seram peccati remouendo, cœlum aperit. Sed clauis, quę dicitur scientia, discernendi, ostendit cui aperiendũ sit. Potestas ergo vna, & eadem est, quæ ratione horum diuersorum actuum subordinatorum varie nominatur ratione primi actus, qui est iudicare: vocatur clauis scientiæ, ratione vero secundi, qui est indignos excludere, vel dignos admittere ad regnum, vocatur clauis potestatis. concor. dominus Petrus de Tarentasia dicens, quòd sicut in Sole potentia liquefaciendi, & indurandi est vna in radice, & duæ Petrus de tarantasia. in effectib. sic in proposito duæ claues istæ sunt vnum in essentia autoritatis, duæ vero in effectib. Pro ista etiam cõstitutione est ratio Durandi pulchra, quam vide in his, quę Durandus. disputauimus de clauib. in tractatu de pœnitentia. in. §. verbum, di. 1. Sed contra istam conclusionẽ videtur esse, quia illa, quæ conuenit separari à subiecto, non sunt vnũ in essentia. Sed sic est, ꝙ claues istas conuenit separari à subiecto, quonaim papa, quandoque committit alicui, quòd causam aliquã discernat, quid iuris habeat absque hoc, quòd committat ei autoritatem diffiniendi, siue absoluendi, aut ligandi. Ergo videtur, quòd istę claues essentialiter distinguantur. Sed ad hoc respondetur negando minorem, videlicet quòd claues ordinis separantur à subiecto. Et ad probationem respondetur, quòd licet in iudicio earum siue in foro exterioris iudicij possit à lõge committi vna plena autoritas. s. discutiendi aliquid, & sententiandi, & quandoque semiplena. s. altera tantum videlicet. s. prima autoritas discussionis esse, sine autoritate sententiandi, in foro tamen conscientię, quos principaliter respiciunt claues ordinis, de quibus est præsens sermo, nunquam potest vna inesse, quin alia habeatur, vtputa quòd detur vni clauis discernendi inter peccata, à quibus quis absoluendus venit, & alteri potestas absoluendi, vel ligandi à peccatis, sed vn⁹, & idem est. s. confessor, qui vtrunque exercet, vnde istæ in foro conscientiæ separari non possunt à subiecto. Tum ꝑ ordinem sacerdotalem, in quo fundantur. Non enim istæ claues per commissionem habẽtur, sed per cõsecrationem vnam simplicem. Præterea etiam sigillum confessionis nõ patitur, quòd istæ claues, quæ ad absolutionem peccatorũ sunt ordinatæ à subiecto separentur, siue ꝙ diuersis personis communicentur. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur negando minorem de actu Ad primũ arg. proximo. Claues autem istæ iuxta dominum Albertum in quarto non dicuntur pœnes formam vltimam, sed pœnes actus proximos, & substantiales, & necessarios ad consecutionem finis illius. Constat autem, quòd actus necessarius est discretio peccatorum in confessione, quia est super peccata, & actus necessarius est absolutio. Et ideo pœnes illos, licet vnus dirigat ad alterum, sunt duæ claues. Et est simile, inquit Albertus, quòd licet prudentia sit auriga virtutũ Albertus. (vt dicit Ber. ad Eugenium.) & dirigat alias, tamen quia habet actum proprium, dicitur & est vna virtus spiritualis distincta ab alijs, quas dirigit. Concordat dominus Bonauentura. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Thom. quòd licet ad vnam seram aperiendam vna clauis ordinetur im- Ad secũdũ. mediate. Nihilominus non inconueniens, quòd vna ad actum ordinetur, quæ vt dicit dominus Bonauentura, vo- Bonauentura. catur ante clauis, & sic est in proposito. Secunda. n. clauis, quæ vocatur potestas ligandi, & soluendi, est, quæ immediate aperit seram. Sed clauis, quæ dicitur scientia, ostendit, cui aperiendum sit. Vel dicendum iuxta dominum Durandum concedendo, quòd est tantum vna clauis secundũ essentiam autoritatis, licet dicantur plures, quo ad nomina propter officia, siue actus diuersos subordinatos, vt dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequen- Ad tertiũ. tiam, & ratio est secundum Sanctum Thom. vbi supra, quia potestas conficiendi est ad vnum tantum opus alterius generis. Et ideo non connumeratur clauib. quibus nec multiplicatur, sicut potestas clauium, qui est ad diuersos actus, quamuis secundum autoritatis essentiam sit vna, vt dictũ est. Litera. ¶ [Decretales subijciantur eis] . s. canonib. Expone literam & decretalib. [quo enim] arguit, quòd expositionib. sanctorum patrum, quædam præferantur canonib. & decretalib. [Sed aliud est.] Hic soluit, & bene. [necessaria scientia.] ar.

18 † quòd non debet quis assumere officium iudicandi, nisi sit in iure instructus, vt extra de consang: & affin. literis. in fi. & prima quæst. prima euidenter. & de pen. distinct. quinta consyderet, & distinct. sexta qui vult. Hug. [prius dedit.] non intelligas per hoc, quòd Christus ante passionem claues dederit Petro. vnde ait, tibi dabo, non do. vt etiam not. gloss. tam Hieronymi quam Bedæ. Sed vt superius circa. capitulum ita dominus. distinctio. nona, plene diximus, claues regni ordinis datæ, sunt Petro, quo ad actus proprios clauium

prios clauium simul cum alijs Apostolis, cum dictum est eis Ioanni. 20. quorum remiseritis, &c. Potestas vero iurisdictionis data est primo Petro, cum dictum est ei, Pasce oues meas, vt patet etiam de elec. c. sequen. [in altera] dicit hic gl. & Hug. & Arch. ꝙ videtur Gratianus dicere, ꝙ alia sit clauis ligandi, & alia soluendi. Sed dic inquit gl. tantum in esse, sed differenter esse duo propter duos effectus. Sed hic tam gl. quam ceteri. s. Hu. & Arc. non dicunt verũ, quia licet Gratianus bene dicit, ꝙ scĩa discernẽdi inter leprã, & leprã, & potestas ligandi, & soluendi sint duę claues, non tamen dicit, ꝙ potestas ligandi, & soluendi sint duæ claues. Præterea non est verum quod dicunt, ꝙ potestas ligandi, & soluendi dicantur duæ claues propter duos effectus, sed dicit tm̃ vna clauis condistincta ab alia claue, quæ dicitur scientia discernẽdi inter leprã, & leprã, qualiter autem scientia dicitur esse clauis, superius enucleauimus, vnde gl. hic & sequaces sui male dicunt innuentes, ꝙ habitus scientiæ acquisitæ, vel infusæ sit clauis. Aut, ꝙ aliqua scientia, quæ ante ordinem susceptum non fuit clauis inter lepram, & lepram, post susceptum ordinem incipit esse clauis. [inter lepram, & lepram,]. i. peccatũ, alludit hoc ei, ꝙ fiebat in antiqua lege, vbi si in homine, vel dño, domo, vel veste apparebat lepra secundum arbitrium sacerdotis iudicabatur, an esset lepra, vel non, vt. 11. q. 3. quomodo. de pe. dist. 1. §. ex his. vnde hoc sumptum est Deut. 17. vbi dicitur, si difficile, & ambiguum fuerit iudicium inter sanguinem, & sanguinem, lepram, & lepram, venies ad sacerdotes Leuitici gñis, &c. in altera potestate eijciendi aliquos. s. indignos ab ecclesia, vel recipiendi. s. dignos, ita. n. diffinitur clauis à magistro sententiarum in 4. di. 18. & ex gl. Hieronymi Matt. 16. colligitur. Clauis est potestas ligandi, & soluendi, qua ecclesiasticus Iudex dignes recipere, & indi
1 gnos excludere debet à regno. [vt absolutione.] ar. † ꝙ quælibet sententia continere debet absolutionem, vel condemnationem, vel vtranque. ar. 11. q. 3. summopere, & 23. q. 4. illud. Alioqui nullius est momenti. vt. 2. q. 6. §. diffinitam. [opponitur] adeo, ꝙ summis pontificib. non licet recedere ab eorum expositionib. vt. 25. q. 1. sunt quædam Hu. intellige de his, quæ fidem tangunt, aut statum vniuersalem ecclesiæ, in causis vero diffiniẽdis, secundum post eos: hoc . n. generaliter verum est, ꝙ in negotijs diffiniendis maior autoritas est canonis, siue Apostolici, quam autoritas Augustini, vel Hieronymi, sicut dicimus in 1. art. huius. c.

1 *Leges qualiter possunt allegare in causis ecclesiasticis.*
2 *Regulæ dicuntur constitutiones apostolicæ, quæ normam bene viuendi tribuunt.*
3 *Iudicandum potius est secundum illud, quod nititur autoritate canonis, quam, quod nititur autoritate Hieronymi, aut Augustini, &c.*

Diuisio.




DE libellis. Sequitur secũdum. ca. quod est Leonis. 4. quod diuiditur in duas partes. In prima, quasi correlarie elicit ex dictis, ꝙ in iudicijs, & causis decidendis magis sequendi sunt conciliorum, & summorum pontificũ canones, quàm dicta expositorum scripturæ sacræ, cum sint maioris autoritatis. In secunda dat regulam, quid agendum sit, cum tale emiserit dubium, quod per canones non diffinitos, aut summorum pontificum decreta diffiniri non poterit, Secunda ibi. Nã si tale. Hic nihil disputandum occurrit. Litera. ¶ [De libellis, & quoniam]. i. s̃m libellos, & commẽtarios aliorum. s. Augustini, Hieronymi, &c. [Non conuenit iudicare] omissis canonib. & decretalib. Romanorum pontificum. vt dist. 50. si ille quibus iudicandum est, nisi sint talia, quæ ob fauorem, vel gratiam, vel odium alicuius, vel ex loco, vel ex tempore, vel ex causa emanauerint à sede Apostolica, talia enim non sunt trahenda in consequentiam. Hug.

Exponit literam.

Quæstio. Respõdet.

1 nunquid leges possunt allegari in ecclesiasticis causis. ¶ Respondet, ꝙ sic vbi deficiunt canones, & leges non sint contrariæ canoni. ar. s. di. 10. si in adiutorium &, 11. q. 3. summo opere [Apostolorum]. i. canonib. Apostolorum Nicenorum conciliorum vel patrum congregatorum in concilio Nicæno, &c. cum illis regulæ supple, sunt obseruandæ:
2 † regulæ dicuntur, constitutiones Apostolicæ quæ normã bene viuendi tribuunt, ꝙ distortum, prauumque corrigitur. [Syluestri] nomina istorum ponit gratia exẽpli, quia idem est de alijs, cum par sit omnium apostolorum potestas [iunioris.] Et ita scripta Gregorij minoris sunt recipienda. Contrarium videtur esse. 32. q. 7. c. quod proposuisti. §. sequenti, vbi dicit Gratianus. ꝙ sunt contraria euangelio. Secundo quidam dicunt, ꝙ illud. c. non fuit Gregorij, sed falsè fuit ei impositum, vel ꝙ debeat caute intelligi de arcta muliere, sicut hic dicit glo. & tunc verum dicit. [Nam si tale] secunda pars. [visitatum.] . s. quod non sit laqueo iuris innodatum. Hu. [per istos] . s. canones Apostolorum, canones conciliorum, ac decreta summorum pontificum. [tũc
3 illorum] ar. † ꝙ potius iudicandum sit secundum illud, qđ nititur autoritate canonis, quam, quod nititur autoritate Hieronymi, aut Augustini, &c. quod verum est, nisi Hieronymus, vel Augustinus vtantur autoritate veteris, vel noui testamenti, vel etiam alio canone vt patet. 36. q. 2. tria, vel si non reperiantur per quæ tale negotiũ explicari possit ad Apostolicam. Maiores. n. causæ, & quæstiones, quæ alibi determinari non possunt, ad sedem Apostolicam referendæ sunt. ar. di. 17. multis. & 16. q. 1. frater. [quam obedientiam pronuntiare non timeo,] quia certissimum habeo, ꝙ sit verum [dico. conuincitur] recipere [non indifferenter]. i. indistinctè, sine distinctione generaliter, nisi sint abrogata, vel ex causa data, vel ex tempore, vel ex loco. Nõ . n. omnes astringet quælibet cõstitutio Romanæ ecclesię: orientalis. n. ecclesia non recipit, nec tenetur recipere statuta de continentia clericorum in sacris ordinibus, vt di. 31. c. aliter. nec propter hoc hæretica est dicenda, vnde quod arguit [nec canonicam.] Intelligendum est de his, qui contemnendo, & reprobando canones, & decreta patrum, ea obseruare recusant, tales profecto contra canonicam, & Apostolicam fidem agũt. Nam vt dicit Nicolaus papa post di. 21. in. c. omnes, fidem quidem violat, qui aduersus ecclesiam Romanam agit, quæ mater est fidei. 2. nec. 4. ad effectum. s. consecutionem vitæ æternæ. Hic. n. est finis, ad quẽ euangelia ducunt suos credentes, quem isti nõ consequuntur, qui obseruare canones, & decreta Rom. pontificis, qui Christi vicarius est in terris. contemnendo, & reprobando obseruare recusant, dicente domino Lucę. 10. qui vos contemnit, me contemnit.

1 *Corripiendi sunt tam non habentes canones sedis Apostolicæ, quam habentes, & non obseruantes.*
2 *Ignorantia doctorum non excusat.*
3 *Iudices laborantes ignorantia iuris, non excusantur.*



SI decreta. Sequitur tertium c. eiusdem di. Breue est. Summa, † ꝙ tam
1 non habentes canones apostolicæ sedis, quã habentes, & non obseruantes sunt corripiendi. Litera. ¶ [Si decreta non habetis]. i. per scientiam. Hug. [de neglectu, & in curia] id Exponit literam.
2 est mala cura, † ignorantia enim doctorum, siue carentia non excusat, & negligentiæ imputatur, negligentia autem peccatum, vt dicit Philosophus secundo Ethicorum, quia nostræ negligentiæ domini sumus, & Augustinus. 22. de ciuitate Dei, dicit, quòd negligentia, & desidia, qua fugimus laborem vtilem, est peccatum. Deu. 8. Caue, ne negligas mandata Dei, quia Ecclesiast. septimo dicitur. Qui
3 timet Deum, nihil negligit. Hic est arg. † contra iudices, qui laborant ignorantia iuris, qui non excusantur, sed de negligentia notantur. dist. 38. Si in laicis, & c. nulli, & cap. omnes. [Si habetis] per scientiam. Hug. [de temeritate.] & ita de maiori peccato, qui expresse sciens, & volens grauius, & ex maiori superbia, & contemptu omittit prosequi hæc, quæ habet, quasi non haberet, vt merito temerarius dicatur præsumptuosus, & audax fatuus: talib. enim scientib. legem, & non obseruantib. melius fuisset viam iustitiæ non cognoscere, quam post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato Petri. de pe. disti. quarta, si refugientes. & 12. quæsti. prima, scimus.

1 *Veritates sex, ex quibus licet iudicare.*
3 *Senectuti in multis deferendum est.*



DE quibus causis. Vltimum capi. huius distinct. quod est Innocentij Papæ scribentis ad Episcopos Britanniæ, in quo ponit quis ordo seruandus sit in decisione

cisio ne causarum, seu quæstionum, in quo dicit, quòd ordo talis seruandus sit, quia primo recurritur ad vetus, & nouum testamentum, & ad scripturas Apostolorum. Et si in illis apparuerit, quid faciendum sit, ad Græcorum scripturam recurrendum sit, & postea ad expositiones, & dicta sanctorum, & tandem ad exempla sanctorum, vltimo vero ad seniores prouinciæ. Breue est non diuiditur.
1 Pro pleniori intelligentia huius. ¶ Quæritur, vtrum conuenienter assignetur ordo hic in litera decidendi quæstiones. Et videtur quod non. Primo, quia de canonib. & epistolis decretalib. summorũ pontificum, quas. s. e. in c. 1. in causis decidendis dicit esse præferendas expositionib. doctorum, nõ videtur facere mentioné aliquã. ¶ Scdo, quia cum Græci non modo scismatici, sed et hæretici, & præsupponant eorũ scripta esse corrupta, vt etiã tangit gl. s. di. 9. vt veterum. male vr consulere pro decisione quæstionũ fore recurrendum ad dicta Græcorum. ¶ Tertio, cum non exemplis, sed legib. iudicandũ sit vt habetur C. de senten. l. 1. & 2. q. 5. Monarchiã. male videtur consulere, vt in decisione q̃stionum recurrendũ sit ad exempla Græca. ¶ In oppositum est authoritas Innocentij in litera. ¶ Rñ. dicendum. quod ordo assignatus est conueniens, vnde dicendum est ad rõnes. Ad primã, Respõdetur, negando assumptum, dicimus. n. quod nomine Apostolorum hic in litera intelligimus oẽs Apostolicos, & sanctos patres in concilijs canones instituentes, & ita hic sub nomine intelligendæ veniunt epistolæ decreta les summorum pontificum, & canones summorum patrũ, vnde notandum, quod ordo hic assignatus ad decisioné quæstionum, quas contingit oriri, est ille, vt primo recurrẽdũ sit ad vetus, vel nouum testamẽtum. Hmõi. n. scriptura primum locum obtinet. Si vero per hæc scripta veritas ortę q̃stionis haberi non põt, recurrendum est ad canones Apostolorũ, vel cõciliorum. Si vero nec per illos quæstiones dirimi possunt, in 3. loco recurrendum ad decreta, & decretales summorũ pontificum. Si vero nec per ista veritas haberi possit. 4. loco recurrendum est ad scripta Greca. Si vero nec per ista discerni possit, quod ponitur. 5. loco recurrẽdum est ad dicta sanctorũ Patrũ latinorum. Si aũt nec p horũ dicta haberi possit veritas. 6. loco recurrendũ est ad exẽpla sanctorũ. Si vero nec istis elucidari possit q̃stio. tũc. 7. loco congregandi sunt seniores prouinciæ, patres maturi sapientes, sperandum. n. est, quod ille. qui ecclesiæ suæ in necessarijs non deest, reuelabit eis. ¶ Ad secundã respondetur, quod ordo hic assignatus, quo ad scripta Græcorum refertur ad tempus huius Pontificis, qui antiquus est, hic. n. Innocent. videt in sede Petri sedisse anno dñi 433. quo tpe apud Græcos fidei lumen splendebat, & catholicæ veritatis vigebat autoritas, & eorum scripta erant correcta, & incontaminata. Et ideo merito in dubijs recurrebant ad eorum scripta. vt. s. di. 9. vt veterum, sed hodie hoc locũ non habet rõne assignata in argumento. ¶ Ad tertiã breuis responsio esse patet, quia non loquitur simpliciter, & absolute de exemplis singulorum, sed exemplis sanctorum, quib. sanctorum exẽplis vti possumus, & sm ea iudicare, vt. s. di. 9. sana, vel dicendum, vt dixit. gl. quod intelligatur, cum ius habetur, tunc. n. per exempla non est iudicandum, vel quod exemplis priuatorum non est vtendum. i. di. 21. submittitur, sed exẽplis publicæ personæ siue authenticæ, vt exemplis principis, atque Apostolicorum, vt. 18. q. 3. licet extra de elect. venerabilem. vbi de hoc ad idẽ. 23. di. c. 1. ver. plane. præsertim cũ pietatem continent. Vel dic, quod exemplis paucorum nõ est vtendum. sed plurimũ bene recte iudicatur plurib. exemplis. s. consuetudine rerum iudicatarum sit perpetuo. s. cum semper simile negotium, semper ita iudicatum fuit. ff. de legi. nam Imperator. sm Hu. & c. Litera ¶ [De quib. ligãdi, & soluendi] i. distribuendi soluendo, vel ligãdo, siue códemnando. [veterum.] ar. contra Manicheos non suscipiẽtes vetus testamentum, totis. l. i. omnib. Hug. [Apostolorũ.] q̃ nomina, vt dictum est, veniunt intelligendi tm summi pontifices, vnde apostolici vocantur, quasi sancti patres in concilio canones instituentes. [gratia.] referendum est vt dictum est, à tpe illius Papæ. [doctorib.] i. s. Hieronymo. Augustino, Ambr. & c. [Exempla.] Ex istis possemus. 7. gñaliter ueritatis colligere quib. licet iudicare. Primum est earum, quæ in sacra scriptura ueteris, uel noui testamenti traduntur uel ex eis necessario argumento possunt inferri. ¶ Secundum ad eorum, quæ ab Apostolis ad nos per succedentium relationem, uel scripturas fidelium peruenerint, licet in scripturis sacris non inueniantur insertæ, nec ex solis eis possint necessario argumento concludi. ¶ Tertium ex eorum, quæ in concilijs uniuersalib. determinatę reperiuntur, uel ex eis necessario argumento concludi possunt. ¶ Quartum est eorum, quæ in definitionib. & determinationib. apostolicæ sedis reperiunt. ¶ Quintũ est eorum q̃ de fide sancti doctores siue Greci siue Latini ab ecclesia ap̃probata definisse reperiantur. ¶ Sextum genus est eorum, quę ex fide dignis chronicis, & historijs aperte colligimus ¶ Septimũ genus est earum, quas exempla sanctorum patrum aperta luce nos docent veritates. [Seniores] non tã ætate, quam sapientia, & hoc merito, quia vt dicitur in Iob in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Et quia multa viderunt, multa sciunt, vbi notandum est
3 quod in multis deferendum est senectuti. s. in Prælatione. vnde, si duo fuerint electi, vnus senex, alius iuuenis, assumetur senex, vt. 61. dist. statuimus. Item in eleemosynæ largitione. vt. 86. di. non satis, in pœnę relaxatione, vt di. 86. tanta in veritatis inquisitione, vt hic. Item in morum instructione, vt. 12. q. 1. cap. 1. Et intellige, quãdo boni sunt, alias, iuuenes præferendi sunt, vt 2. q. 7. Paulus, & 38. dist. nullus. Seniores iubentur congregari, vt si industria eorum negotium non poterit decidi, saltem vnanimiter sub præcib. ad Deum diuina reuelatione decidatur. Hug. [quod à plurib.] dicit. n. autoritas, quod impossibile est præces multorum non exaudiri [verus etiam promissor.] s. Deus, qui non facit irrita, quæ procedunt de ore eius, vt scribitur psalm. 88. [ait] Mat. 18. [conueniunt.] Notat vinculum caritatis esse inter eos vt 24. q. 1. alienus. [Perierint] pie, & pseueranter, & pro se, & res sit talis, quòd sit necessaria ad salutem. [fiet] i. satisfiet. Hug.

Tertia. Quarta. Quinta. Sexta. Septima. Iob. 12.

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit et Respõd. Ad primũ arg. Ad secũdũ. Ad tertiũ. Exponit literam. Prima ve 2 ritas. Secunda

¶ *Distinctio Vigesima prima.*

2 *Diuersitas quælibet non repugnat cuilibet vnitati.*
4 *Potestas quædam est iurisdictionis, quædam consecrationis, & quæ sit vtraque.*
5 *Potestas consecrationis est dignior, quam potestas iurisdictionis.*
6 *Maiores multi sunt simplici sacerdote potestate iurisdictionis in ecclesia Dei.*
7 *Episcopus est maior sacerdote, quantum ad potestatem iurisdictionis, sed non quo ad potestatem ordinis, vel consecrationis.*
8 *Episcopus, & presbyrer olim fuerunt nomina synonyma.*
10 *Moyses fuit sacerdos.*
11 *Ecclesia qualiter mutauerit ordines.*
12 *Episcopalis dignitas, quare magis introducta est in ecclesia à gentibus, quam à Iudæis.*
13 *Christus an fuerit exauditus in oratione pro fide Petri.*
14 *Ordo subdiaconatus fuit tempore Apostolorum, sed nõ computabatur inter sacros.*



Ecretis Romanorum. Hic incipit dis. 21. & secundum Arch. 2. pars distinctionum, in qua distinctione tractat de ministris canonum, & continuatur sic ad præcedentia. Supra dictum est de decretis, & canonib. conciliorum, quibus negotia dirimuntur. Sed quia parum est scire ius, nisi sciantur personæ, per quas promulgatur, & dispensatur. vt institu. de iure na: in fin. ideo nunc subiungit de ministris canonum, & generaliter de omnibus ecclesiasticis ordinib. Et potest diuidi hæc distinctio in 7. partes. In prima ostendit, qui sunt canonum ministri, quia. s. summi põtifices, & præsules, & c. In 2. ostendit, quot sunt ordines ecclesiastici, & vnde habeant originem officia. In 3. ostendit, quòd inter istos ministros ecclesiæ est discretio, & gradus potestatis. In 4. vnde habuit originem discretio maiorum, & minorum sacerdotum, quia à Christo in nouo testamẽto. In quinta qualiter Petrus in summum sacerdotem à Christo fuerit electus. In sexta dicit, quòd eandem formam discretionis inter sacerdotes sequuti, sunt Apostoli, cum in singulis ciuitatibus Episcopos, & presbyteros ordinauerunt. In septima qualiter ecclesia processu temporis subdiacones, & Acolytos instituit. secunda ibi.

Con tinuatio. Diuisio.

da ibi. Quorum institutio.tertia ibi. Inter hos quædam discretio.4.ibi.Simpliciter vero.5.ibi. Petrum vero.6.ibi. Hanc eandem formam.7.ibi.Subdiacones,& Acolytos.Pro pleniori intelligentia huius.c. quæruntur hic tantum tria, quia.j.in sequenti.c.de pluribus erit disputatio.

1 ¶ Primo quæritur. Vtrum conuenienter in ecclesia dei ponatur ista multiplicitas, & varietas graduum ministrorũ, & officiorum.

3 ¶ Secundo, vtrum in ecclesia Dei sit aliqua potestas maior sacerdotali.

9 ¶ Tertio, vtrum discretio maiorum sacerdotum, & minorum siue episcopi,& presbyteri sit ab institutione diuina, vel ab ordinatione ecclesiæ.

1 Ad primum. Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ talis varietas,& multiplicitas graduum, & ministrorum, & officiorum non sit conueniens in ecclesia. Primũ ar. Primo sic. Diuersitas vnitati repugnat, sed fideles Christi ad vnitatem vocantur, ₰m illud Io.17.vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus: ergo in ecclesia non debet esse diuersitas aliqua ministrorum, siue officiorum. Secũdũ ar. ¶ Secundo sic. Natura non facit per multa, ꝙ potest facere per vnum. Sed operatio gratiæ est multo ordinatior, quam operatio necessariæ: ergo conuenientius esset, ꝙ ea, quæ pertinẽt ad actus gratiæ per eosdem administrarentur, ita vt non esset in ecclesia tanta varietas graduum,& officiorum. Tertiũ ar. ¶ Tertio bonum ecclesiæ maxime videtur in pace consistere, ₰m illud Psa.* *Psa.147.c. Qui posuit fines tuos pacem, sed diuersitas est impeditiua pacis, & dilectionis, q̃ similitudo causare vr̃ ₰m illud Eccl.9. Omne animal diligit sibi simile: & philosop. 7.politicorũ dicit, ꝙ modica dr̃ia facit in ciuitate dissidiũ: ergo videtur, ꝙ non conueniat ecclesiæ ista varietas, atque multiplicitas graduum, & officiorum. Opponit ĩ contrariũ. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti litera, vbi habetur, ꝙ horum institutio, .s.variorum ministrorum, & in veteri testamento inchoata,& in nouo plenius consummata, sed nihil in veteri testõ aut in nouo est institutum, quod non sit conueniens ecclesiæ, cum oĩa à Deo ordinata sint, teste Apostolo ad Ro.13.

Respõdet. ¶ Rñ. dicendum, ꝙ conuenientissime posita est in ecclesia varietas hæc, & multiplicitas statuum, graduũ, & officiorum, quæ conuenientia multipliciter ostẽditur, Prima probatio. 1.sic Ecclesia militans exemplata est à triumphãte, ₰m illud Exo.25. vide,& fac oĩa ₰m exemplar, quod tibi monstratum est,& Apostolus dicit ad Heb.6. Oĩa hæc exemplaria sunt cœlestium, sed exemplata imitari debent id, vnde exemplãtur: ergo queãdmodũ illa mater nostra Hierusalẽ ecclesia triũphans multiplici varietate ordinum,& dignitatum,& officiorum distincta refulget, ita & ecclesia militãs suo modo multiplici varietate statuum, dignitatum, graduum,& officiorum adornari conueniebat, vnde propheta in eius laudẽ psal.44.inquit. Astitit regina.gl.1. ecclesia. à dextris tuis Secunda. in vestitu deaurato, circundata varietate. ¶ Secundo decentia huius varietatis in ecclesia Dei, iuxta S.T. sic corpus mysticum ecclesiæ cõparatur corpori naturali hoĩs, vt patet ꝑ Apostolum tã ad Ro.12. q̃ ad cor.12. Sed sic est, ꝙ ad integritatẽ corporis naturalis hoĩs requiritur multorum mẽbrorum,& organorum distin. quæ varijs distributa virtutib. varijs actib. deputentur: ergo pariter ad integritatẽ corporis mystici conueniens fuit, vt multis membris,& multiformi varietate distinctis constaret, vnde Apostolus 1.ad Cor.12. inquit. Si essent oĩa membra vnum membrũ, non mõ periret multitudo sensuũ, sed etiã corpus, ita in ecclesia, si oẽs essent vnius officij,& dignitatis, non descernerentur membra, nec corpus, hæc gl. Tertia. ¶ Tertia conuenientia est,& ostenditur, eo, ꝙ ipsa facit ad perfectionẽ ipsius ecclesiæ, vt.n. arguit S.Th. in 2.2.q.188. Sicut in rerum naturalium ordine perfectio, quæ in Deo simpliciter, & vniformiter inuenit̃, in vniuersitate creaturarũ inueniri non potuit, nisi difformiter,& multipliciter,& ita ẽt plenitudo gr̃æ, quæ in Christo, sicut in capite fontaliter adunatur ad mẽbra eius diuersimode redundat, ad hoc, ꝙ corpus ecclesiẹ sit perfectũ, & hoc est, quod Apostolus dicit ad Eph.4. ipse.s. Christus dedit quosdã Apostolos, quosdã aũt prophetas, alios vero euãgelistas. Alios aũt pastores, & doctores ad cõsummationẽ sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.i.ecclesiæ. Quarta. ¶ Quarto ostenditur conuenientia istius varietatis,& multiplicitatis officiorũ, quia, vt idẽ arguit B. Th. pertinet ad necessitatẽ actionũ, quẹ sunt in ecclesia necessariæ, oportet aũt ad diuersas actiones diuersos deputari, ad hoc, vt expedientius, & sine confusione oĩa peragant̃. Et hoc est, quod Apostolus dicit ad Ro.12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, oĩa aũt mẽbra nõ eundem actum habent. ita multi vnum corpus sumus in christo, vbi inquit gloss. Ambrosij. Ambrosius Ecce humani corporis exemplo docet non posse nos singulos habere oĩa, ac per curam nostrã in nos agere debere, quia in officijs nr̃is indigemus. Et beatus Greg. Grego. eadem rõne motus, inquit in.c. singula.di.89. Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibuscunq; personis sigillatim cõmitti iubemus. Sicut.n. in vno corpore multa mẽbra habemus, oĩa aũt mẽbra non eundẽ actũ habent, ita in ecclesiæ corpore, ₰m veridicam Pauli sententiã in vno, eodemq; spũali corpore cõferendũ est hoc officiũ vni, alij cõmittendũ est illud, nec.n. quãtumlibet exercitẹ vni personæ vno tpe duarum rerum officia cõmittenda sunt, quia si totum corpus oculus, vbi auditus, hæc ille. Quinta ¶ Quinta cõuenĩetia huius varietatis arguitur ex eo, ꝙ ad dignitatẽ,& pulchritudinẽ operatur ecclesiæ, quæ in quodã ordine cõsistit. vnde.3.Re.10.dr̃. Quod videns regina Saba oẽm sapientiã Salomonis,& habitacula seruorum,& ordines ministrãtiũ, non habebat vltra spm̃. vnde Greg. Gregor. in.c.s. alle. inquit in fi. Sicut varietas mẽbrorũ per diuersa officia,& robur corporis seruat,& pulchritudinẽ repræsentat, ita varietas personarum per diuersa nihilominus distributa officia, & fortitudinẽ,& venustatem sanctæ Dei manifestat ecclesiæ, hæc Gregor. ¶ Ad rõnes in oppositum. Ad primũ. Ad primam respondet̃,

2 negando consequentiã. Et rõ est†, quia non quælibet diuersitas repugnat cuilibet vnitati. Nã diuersitas mẽbrorum in vno corpore non repugnat vnitati corporis, nec multiplicitas,& varietas parietum, & lignorum, vnitati domus, imo perfectio tã corporis, q̃ domus ex illorum varietate resultat, vnde Apostolus ad Ro.12. ait in vno corpore multa mẽbra habemus. Et ita in proposito dicimus, ꝙ diuersitas præfata statuum,& graduum non impedit in aliquo vnitatem ecclesiæ, quæ per vnitatẽ fidei charitatis, & mutuæ subministrationis perficitur. Ad secũdũ. ¶ Ad secundam respondet, ꝙ rõ non procedit, rõ, quia sicut natura non facit per multa, ꝙ põt facere per vnum, ita ẽt non coarctat in vnũ id, ad quod multa requiruntur. Et ita in operib. gr̃æ conueniens est, vt quæ commode per vnum ministrare non possunt, plurib. cõmitantur. Ad tertiũ ¶ Ad tertiam respondetur, negando minorem, dicimus.n.ꝙ non quælibet diuersitas est impeditiua pacis, imo cum diuersis publica officia cõmittuntur,& plures cõicant actib. publicis, magis seruatur pax in ciuitate, quam si vni personæ plura committerentur officia, quocirca dicit Apostolus.1.ad Cor.12.ꝙ Deus sic temperauit, vt non sit scisma in corpore, sed in idipsum solicita sint membra.

3 Ad secundum. Sic proceditur.†Et vr̃, ꝙ in ecclesia Dei nõ sit aliqua potestas maior sacerdotali. Primũ ar. Primo sic. Potestates ordinantur,& distinguuntur ₰m actum. Sed nullus actus est maior actu sacerdotali, consequentia est manifesta. Secũdũ ar ¶ Secundo sic. Sacerdos in offerẽdo gerit personam Christi in ecclesia, qui seipsum patri obtulit ꝓ nobis: sed in ecclesia, nullus est maior. Christo, quia ipse est caput ecclesiæ: ergo nulla potestas est maior sacerdotali. Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. Sicut non est dare minus minimo (vt dr̃ 1.physicorum) ita nõ est dare maius maximo. Sed cõferre corpus Christi est maximũ, ꝙ nec est datũ angelo, quod est proprium sacerdotis: ergo nec potestate sacerdotali est aliqua maior. Opponit ĩ contrariũ. ¶ In oppositum est litera præsentis tex. vbi dicitur, ꝙ summi pontifices à Deo sunt instituti: ergo sequitur, ꝙ supra potestatem sacerdotalem, quæ communis est maiorib. & minorib. sacerdotib. ex institutione est pontificalis autoritas. Secũda op. Item hoc patet autoritate beati Dionysij, qui episcopum super sacerdotem collocat, sicut sacerdotem super diaconum. Respõdet. ¶ Respondet. primo di

4 stinguendum est de potestate, † quia quædam est potestas iurisdictionis, quædam consecrationis. Potestas autem iurisdictionis est ad regendum populum, potestas vero consecrationis est ad confectionẽ, & administrationem sacramentorum. Harũ aũt duarum potestatũ, si quælibet pci se consyderetur, & comparetur vna alteri, sit ista conclus.

5 †Quod ptãs consecrationis est dignior, q̃ potestas iurisdictionis, patet cõclus. quia potestas iurisdictionis ordinatur ad potestatẽ cõsecrationis. Nihil aũt dignius ordinatur ad minus dignum, potestas autem iurisdictionis est, vt populus, sic arceatur à malis & exercitetur in bonis, vt dignus sit participare diuinis sacramentis. Quæstio. ¶ Quæritur, vtrum sit aliqua

sit aliqua potestas maior sacerdotali, non intendimus cõparare duas potestates adinuicẽ, quæ eorum sit maior, sed intẽdimus comparare potestatis iurisdictiones inter se. & ptãtes consecrationis inter se, & habentes eas. ¶ Quæritur vtrum aliquis sit maior sacerdote, quo ad potestatem iurisdictionis, vel quo ad potestatem consecrationis. Et quo ad istas duas potestates ponentur duæ conclusiones. Prima

Quæstio.

Prima cõclusio.

6 est † ꝙ in ecclesia Dei multi sunt maiores potestate iurisdictionis simplici sacerdote: hæc conclusio licet sit manifesta, nihilominꝰ patet. Primo sic, diuina mysteria debẽt esse magis ordinata, q̃ humana, sed humanorum officiorũ ordo exigit, vt in quolibet officio præponatur vnus, qui sit princeps illius officij, sicut preponitur militib. dux: ergo etiam sacerdotib. debet aliquis præponi, qui sit sacerdotum princeps, & hoc est Episcopus: ergo. s. potestatem sacerdotalẽ est aliqua superior, videlicet Episcopalis. Hinc in. c. presenti. s. sacerdotes, ponuntur Præsules. item cõclusio patet ex eadẽ, vbi dr̃, ꝙ discretio sacerdotum in nouo testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui. 12. Apostolos tanq̃ maiores sacerdotes instituit. Petrum vero in summum sacerdotem elegit. Ex quo manifeste patet, ꝙ ex institutione Christi. s. potestatem sacerdotalẽ est superior potestas saltem autoritate iurisdictionis, puta maiores sacerdotes, vt præsules, sunt. n. Episcopi super oẽs inferiores, non solũ simplices curatos, sed etiam Diaconos. Archipresbyteros. Plebanos, Priores, Abbates, & oẽs hmõi subsunt episcopo, quotquot in suo diocœsi, nisi speciali priuilegio sint exempti, vñ dr̃ eis. Attendite vobis, & vniuerso gregi, super quẽ posuit vos dñs Episcopos, quasi super intendentes. Actuũ 20. De potestate consecrationis, & ordinis. An aliqua sit superior. s. sacerdotalem, est magna dubitatio apud multos, quidã. n. videntur sensisse, vt tam Durãdus. q̃ dñs Petrus de palude in 4. dist. 24. ꝙ summa potestas consecrationis, siue ordinis erat potestas sacerdotalis, ita, ꝙ oĩs sacerdos, quantum est de potestate sacramentali, põt oĩa sacramenta ministrare. vt confirmationem, oẽs ordines, vel oẽs benedictiones, vel cõsecrationes facere, sed pp periculum scismatis fuit ordinatum, ꝙ sacerdotes vnum ex seipsis eligerent, qui diceretur Episcopus, quasi super alios intendens, cui obedirent, & cui reseruatum est ordines facere, & hmõi,

Durandus.
Petrus de palude.

7 quæ non faciunt, nisi soli episcopi. † Episcopus ergo maior est sacerdote, quantum ad potestatẽ iurisdictionis, sed non quo ad potestatem ordinis, vel consecrationis, sed sunt pares, quamuis ex ordinatione ecclesiæ aliqua sunt reseruata episcopis, & prohibita presbyteris. Et ꝙ ita sit, probatur multipliciter. Primo ostendendo, ꝙ scriptura vocat eosdẽ

a presbyteros, quos episcoposa, & ecõtrario non distinguẽs inter eos, vbi loquitur de his quæ sunt cõsecrationis. Apostolus. n. scribens ad Philip. 1. dicit cum episcopis, & diaconib. per episcopos presbyteros intelligens, cum in vna ciuitate puta Philippe. plures episcopi esse nõ deberent, rursus Actuum. 20. dicit idem. Attendite vniuerso gregi, in quo posuit vos spũs sanctus episcopos, & loquebatur illis de sola ciuitate Ephesina. Expressius autem patet ad ti. 3. vbi dr̃ sic. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt q̃ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui, si quis sine crimine est vnius vxoris vir, & statim subdit, oportet, n. episcopũ irreprehensibilem esse. Ecce quẽ prius dixit presbyterum, nunc vocat episcopũ. &. 1. ad Ti. 4. Noli negligere gratiam Dei, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri. i. episcopi, & vocat se Paulus presbyterum, cum esset episcopus, qui eum ordinauerat. & in eadem epistola loquẽs de ordine Episcopi, & Diaconi, de presbyteris tractat, & recitat eosdẽ intelligens p̃sbyteros, quos Ep̃os, in his, q̃ ad ordinẽ pertinent. Scd̃o idẽ vr̃ ostendi posse rõne sic: nulla ptãs ordinis, vel cõsecrationis fuit in Apostolis, in quorũ locũ successerũt Ep̃i, nisi à Xp̃o, sed Christus non ordinauit eos, nisi ordine sacerdotali, vt probabitur: ergo nec Apostoli prius, nec Ep̃i modo habẽt potestatẽ ordinis, nisi sacerdotalẽ, probatio minoris. Christus vr̃ solum ordinasse Apostolos in cæna, qñ tradens eis corpus suum, & sanguinẽ dicit. hoc facite in meã cõmemoratione. Et iterum post resurrectionem, qñ dixit. Accipite spũm sanctũ, ꝙ quorũ remiseritis peccata, &c. vtraq; autẽ ordinatio est simplicis sacerdotis, quare, &c. Sic ergo di-

a f quos episcopos Episcopus nomẽ est operis, nõ honoris, vide Azo. in sũma de Epi. & cleri. & i ipe. de inst. edit. §. 14. ver. de episcopo. i fi.

Probat ratione.

Luc. 22.

Ioa 20.

8 cũt quidã, † ꝙ Ep̃s, & p̃sbyter olim fuerũt nõia synonyma, & ẽt administrationis, quia cõi cõcilio sacerdotũ regebant ecclæ, sed in remedium scismatis, ne vnusquisq; ad se attraheret ecclesiam, factum est, vt vnus præesset, etiam quo ad nomen, vt ille solus Episcopus diceretur, & quo ad administrationem aliquorum sacramentorum, & sacramentaliũ, quæ sibi reseruantur, de consuetudine, & constitutione ecclesiæ, & hoc expresse vult Hieronymus di. 93. c. legimus, & super epistolam ad Titum. Et recitatur di. 95 c. olim. Cõsuetudo autem, & constitutio ecclesiæ poterit dare iurisdictionem, non potestatem ordinis, aut consecrationis, ergo, &c. Alij vero dicunt contrarium, videlicet, ꝙ potestas ordinis, siue consecrationis est maior in Episcopo, quã in simplici sacerdote, non ex institutione ecclesiæ, sed ex natura ordinis, & consecrationis secundum diuinam institutionem, secundum quam opi. quæ nobis verior, & securior apparet, & magis doctrinæ sanctorum conformior. sit ista conclusio supra sacerdotalem potestatem ordinis, siue consecrationis est aliqua maior in ecclesia Dei, puta in Episcopo: quæ conclusio probatur multipliciter. Primo sic. Potestas tanto est altior, & maior, quanto ad plura se extendit, sed potestas sacerdotalis, vt dicit Dyonisius se extendit ad purgandum, & illuminandum tantum. Episcopalis autem ad hæc, & insuper ad perficiendum: ergo supra sacerdotalem est potestas maior in Episcopo. ¶ Secundo sic, ea q̃ sunt in noua lege, figurata fuerunt per ea, quæ fuerunt in veteri lege. Nũc ita est, ꝙ in veteri lege Episcopus, siue summus sacerdos ex diuina ordinatione cõsecrabatur spãli consecratione, & ad specialem actum, vltra simplices sacerdotes. Nam et habetur Leuiti. 8. Solus summus sacerdos, qui habebat in suis officijs alios ordinare, & cui soli licitum erat in sancta sanctorum semel in anno ingredi, vngebatur oleo sacræ vnctionis: ergo similiter videtur, quod ex diuina institutione fit, vt caput Episcopi, qui est summus sacerdos, consecretur vnctione chrismatis ad specialem actũ, qui ei competit, sicut est ministros ordinare, &c. quę solis Episcopis conueniunt. ¶ Tertio sic, Cum potestas innotescat nobis per actum, potens in aliquem actum ordinationis, siue consecrationis, in quem alius non potest de iure nec de facto, habet maiorem potestatem ordinis, quã alius, sed Episcopꝰ, est huiusmodi respectu omnis sacerdotis simplicis. Nam maiores ordines de iure, & de facto conferre potest, simplex autem sacerdos non potest nec de iure, nec de facto, cuius signum est, quia si quis esset ordinatus à simplici sacerdote, esset reordinandus, quod non esset si simplex sacerdos esset verus minister sacri ordinis, quia tunc esset vere ordinatus, licet non debite propter ordinationem ecclesiæ in contrarium. Ecclesia. n. non potest impedire effectum sacramenti, cum concurrant, quæ de necessitate requirunt, vt supponimus supposito, ꝙ simplex sacerdos esset verꝰ minister ordinatione Christi: ergo oportet dicere, ꝙ Episcopus habeat maiorem potestatem ordinis, quam simplex sacerdos, nec quicunq; effectus sequẽs, puta scandalum, vel scisma potest impedire effectũ cuiuscunque sacramenti, concurrentib. his quæ de necessitate requiruntur. Quibus habitis, dicendum est ad rationes in oppositum huius conclusionis. ¶ Ad primam cum arguitur ex multis autoritatib. scripturę ꝙ in primitiua ecclesia vtrique vocabantur Episcopi, & presbyteri, concedẽdum est, sed dicimus, ꝙ non obstante ista contrarietate nominum, semper fuit distinctio ordinis inter eos, vt patet ex dictis. Vnde S. Tho. in expositione illius. c. ad ti. 3. reliqui te Crete, &c. & sequitur oportet Episcopum, &c. dicit sic. Vtitur indifferenter nomine Episcoporum, & presbyterorum. vnde sumpsit occasionem Arrius hæreticus, qui ambiuit Episcopatum, & quia nõ poterat adipisci, diuisit se ab alijs, & multa falsa docuit, inter quæ dixit, ꝙ Episcopi in nullo differunt à sacerdotib. quod est contra Dionysium in ecclesiasti. Hierar. Ad id vero, quod dicitur de Hieron. tam in. c. legimus, quam in. c. olim. Respondet dupliciter. Primo ꝙ Hieronymus dicit verum, & ita est intelligendum, quantũ ad corpus Christi verum, supra ꝙ nec papa præcellit simplicem sacerdotem, non autem, quoniam potestas consecrationis non sit maior simpliciter in episcopo, quã in simplici sacerdote, quia licet potestas ordinis, siue sacramentalis per relationem ad corpus Christi verum, æqualiter sit in omnib. sacerdotib. nihilominus in cõparatione ad corpus Christi mysticum maior est in Episcopo, quàm in simplici sacerdote, cum simplex sacerdos non valeat omnia sacramenta conferre. Ex quo patet, quod cum decretalis dicat, ꝙ si sacerdos simplex confirmet, non subest veritas in sacramento

Hyeronim.

Alia opin.

Secũda cõclusio.

Ad primũ arg.

sacramento de consuetudine in casu,quanto periculosum est dicere,quod non sit potestas spiritualis consecrationis in Episcopo alia,quam in sacerdote.Præterea dicunt iura, ꝙ ea,quæ sunt ordinis,& consecrationis non potest committere Papa,nisi Episcopis. de conse.eccle.vel.al.c. 1. quæ si essent solum ordinis presbyteralis possent committi ꝑsbyteris,sicut soluere,& ligare,ergo aliqua sunt ꝓpria cõsecrationis,& ordinis Episcopalis super sacerdotem.Et ꝙ ita videatur esse de mente Hieronymi patet.Ait.n.sic in c. legimus.di.93.quid.n. facit excepta ordinatione Episcopus,quod presbyter nõ faciat.Ecce ꝙ ordinationem , per quam intelliguntur cætera,quæ non fiunt nisi ab Episcopi attribuit Episcopis,& negare conuenire presbiteris,quod nõ faceret,nisi potestas aliqua specialis esset in Episcopos supra sacerdotalem.Secundo respondetur,ꝙ etiam si Hieronymus fuisset illius opi.standum magis est opinioni B. Dionysij,& beati Augustini,& ritui ecclesiæ,& determinationi Apostolicæ sedis,quæ in supradictis locis aperte insinuare hoc videtur.Sed de hoc aliqd infra in c. legimus.di. 93.Deo dante dicemus,& iura etiam in lib.1.summæ nostræ de ecclesia diximus de hac materia. Ad id vero ꝙ per rõnẽ arguebatur, quod Christus nõ legitur ordinasse,&c. respõdetur iuxta dñm Pet. de Palude,negando consequẽtiá,qm̃ ista cõsequentia non valet.Christus nõ legit̃ ordinasse,nisi presbyteros:ergo non ordinauit episcopos, vel non distinguuntur Episcopus , & presbyteri , quia etiam Diaconatus dicitur à presbyteratu,quem tamen Christus nõ legit̃ instituisse distincte,quia multa fecit, quæ nõ sunt scripta.Christus etiam cum in dispensatione sacramentorum habuerit potestatem excellentiæ,potuit conferre effectũ sacramenti sine sacramento, vnde in institutione ministri ecclesiæ non indigebant aliqua santificatione, & consecratione,sed solo verbo, vel electione eos instituebat, & sanctificabat,vnde in hoc ipso, ꝙ 12.Apostolos super alios discipulos elegit,& discrete nominauit , ita innuit . ꝙ eos ad quædam altiora ordinauit.Nunc dicendum est ad rationes primas in oppositum factas in prin c.quæstioni. ¶ Ad primam respondetur iuxta Dominum Durandum, ꝙ nullus actus nõ includens actũ consecrandi,est maior eo,sed consecrare, & ordines conferre est maius , quam alterum solum:vnde ratio non procedit.¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam.Pro quo notandum iuxta sanctum Tho. ꝙ sicut omnium rerum naturales perfectiones præexistunt exemplariter in Deo,ita Christus fuit exemplar omnium officiorum ecclesiasticorum:vnde vnusquisque minister ecclesiæ quantum ad aliquid gerit typũ Christi,& tamen ille est superior, qui secundum maiorẽ perfectionem Christum repræsentat.Sacerdos autem repræsentat Christum celebrando, vt seipsum obtulit. Episcopus vero celebrando,& ordinando repræsentat eundem , vt se ipsum obtulit,& ecclesiam fundauit,& ministros instituit, quod est maius,quam primũ,& sic perfectius repræsentatur Christus per episcopum,quam per sacerdotem . ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem. Dicimus.n.iuxta Dominum Petrum de palude, ꝙ sacerdotium comparatũ ad omne aliud separatum est maximum sacerdotium , tamen simplex comparatum ad sacerdotium , cum aliquo alio est minus,quia omne totum est maius sua parte,sic autem se habent sacerdotium,& Episcopatus ad inuicem, vt patet ex dictis.

Pet.de pa.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Primũ ar. 9 Ad tertium. Sic ꝓceditur:† & videtur,quod hæc differentia,siue discretio presbyteri & Episcopi,siue maiorum sacerdotum,& minorum nõ sit ab institutione diuina , sed ordinatione humana , quia vt dicit Hieronymus.& habetur in c.olim.d.95.sicut presbyteri sciunt se ex ecclesię consuetudine ei, qui sibi prepositus fuerit,esse subiectos,ita Episcopi nouerint,se magis cõsuetudine,quam dispensationis dominicæ veritati presbyteris esse maiores.¶ In oppositum est.c.presens , vbi dr̃, ꝙ tã in veteri,quam in nouo discretio inter sacerdotes maiores & minores fuerit in institutione diuina. ¶ Respondet. dicẽdum sub ista conclusione . Quod maioritas potestatis sacramentalis,siue ordinis in Episcopo , quam in simplici sacerdote non solum est ex institutione ecclesiæ,sed ex natura ordinis,& consecrationis secundum diuinam institutionem,& per consequens differentia inter Episcopum,& presbyterum simplicem:quæ conclusio inter Dominum Durandum,& Dominum Pe.de Pal.probatur sic.Illa, quę

Opponit ĩ contrariũ.
Respondet.

Durandus
Pet.de pa.

fiunt in noua lege figurata sunt,per ea,quæ facta sunt in veteri lege.Nunc autem ita est, ꝙ in veteri lege Episcopus,siue summus sacerdos ex diuina ordinatione consecrabatur speciali cõsecratione, & ad specialem actum , vltra simplices sacerdotes.Nam vt habetur Leuit.8.Caput solius summi sacerdotis,qui habebat alios in suis officiis ordinare,& cui soli erat licitũ in sancta sanctorũ semel. ingredi, vngebatur oleo sanctæ vnctionis , ergo similiter videtur, ꝙ ex diuina institutione sit,vt caput Episcopi, qui est summus, sacerdos,cõsecretur vnctione chrismatis ad specialẽ actũ qui ei soli competit,qui est ministros ordinare , & huiusmodi,quæ solis Episcopis conueniunt, quæ ponuntur ab Isidoro in c.perlectis dist.25.Ista ratio confirmat,per eam in præsenti c.dicit Gratianus, inquit.n.Summi pontifices, quos vocat Episcopos, & minores sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysen:ex quo patet ad ipsam potestatem sacramentalem,& ꝙ ab ipsa institutione diuina sit differentia inter sacerdotes maiores,& minores.s.inter Episcopos & presbyteros,etiam quo ad ipsam potestatem sacramentalem.vnde B.Isidorus,& habetur in c.se.cleros.dicit,quòd Presbyteri minores,licet sint sacerdotes , tñ Pontificatus apicem non habent,quia nec chrismate frontem signant, nec spiritum paraclitum dant,quod solum deberi Episcopis lectio actuum demonstrat, hæc ille . Licet. n. inter eos in primitiua ecclesia conuenientia fuerit in nomine, differentia tamen semper fuit in re ipsa ordinis siue consecrationis natura secundum institutionem diuinam . ¶ Ad rationem factã in oppo.respondetur, ꝙ dictum Hieronymi nisi bene exponatur manifeste repugnat euangelio,in quo cũ Christus ait Petro. Pasce oues meas. Io.2. manifeste Petrum prefecit Presbyteris omnib.vnde in præsenti.c. dicitur, ꝙ Christus Petrum in summum sacerdotem elegit. & in c.quamuis.eadem d.dicitur quòd ecclesia Romana ceteris ecclesijs prælata est,& euangelica voce domini saluatoris nostri primatum obtinuit.Præterea vt in c. præsenti habetur discretio maiorum sacerdotum,& minorũ à Christo habuit exordium,vnde opottet, ꝙ dictum Hieronymi (si suscipiendum sit cum reuerentia)necessario uenit exponendum,vt exponunt Hu.& Arch.videlicet ꝙ,cum ait, ꝙ Episcopi magis cõsuetudine.i.ecclesiæ institutione,quam dispensationis.i. dispositionis.i. institutione domini in carne mortali conuersantis , ita ꝙ intelligatur pro tempore ante resurrectionem,tunc.n.cum Christus per se regeret ecclesiam, nulla erat discretio quo ad prælationem inter Christi discipulos , quia nullus erat factus prælatus, quia licet præfecerit Petrum omnibus,tamen post resurrectionem hoc fecit,vt d.6.considerandum . Et si forte hoc notatur,in comparatione secundum Hu.vel dicendum, ꝙ forte hoc ideo dicit Hiero. ꝙ Christus immediate non instituit aliquem prælatum,nisi Petrum,quem solum rectorem vniuersalem populi Christiani instituit,cum ei ait.Pasce oues meas,alii instituti sunt à Petro,à quo iurisdictionis ad regendum populos potestatem acceperunt iuxta c. ita dominus,supra di.19.& c.omnes infra d.22.Sed de hoc adhuc aliquid dicemus,concedente domino, circa c.prædictum.olim.Litera.¶ [Decretis conciliorum]& etiam scriptis sanctorum patrum in defectu aliorum.vt supra d. 2.c. de quib.[quorum.]2.pars.[per Moysen] dominus. n. summos Pontifices,& minores sacerdotes instituit in veteri lege per Moysen. præcepit.n.Exo.28.Applica quoque Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel:
10 vt sacerdotio fungatur mihi.[iniunxit.]ar.† ꝙ Moyses fuit sacerdos, ꝙ verum est de cons.d.1.c.1.& di.22.ca.sacrosancta,& in Psa.*Moyses,& Aaron in sacerdotib.eius,qa & si non sacrificium hostiæ,vota tamen Deo obtulit.vt d.36.si quis vult,& d.88.Decreuit dictus est etiam sacerdos, quia vsus est sacerdotali officio mandato Dei in consecratione Aarõ , & filiorum eius,vt inquit Nicolaus de lyra super psal.98.Exo.28.dominus ergo instituit Pontificem maximum sacerdotem,& filios eius minores sacerdotes, Dauid postea cantores,& super cantores constituit.[Dauid].1.Paral.6.eo.lib.c.15.fecit cantores & ianitores.[Porro Salomon.]Recitat Magister sententiarum li.4.di.24. ꝙ Salomõ inuenit quendam modum exorcisandi,quo Demones adiurati ab obsessis corporib . pellebantur . Et istud idem dicit magister historiarũ supra 3.Re.c.10.loquit̃ scriptura sacra de sapientia, & adinuentionib. Salomonis in euange-
11 lio.Mat.12.[Hæc omnia.]† Ecclesia.n.pro ianitoribus ordinem

Isidorus.

Ad argu.

Hug.& Arch.

Exponit literam.

*Psal.98.b

dinem habet ostiariorum, pro cantorib. ordinem lectorum cum Salomone exorcistas, pro accedentib. luminaria Acolytos, pro Nathaneis, subdiaconos, & pro Leuitis maiorib. Diaconos, pro filiis Aaron cunctos sacerdotes, pro Aaron summum Pontificem Petri successorem. [inter hos 2. pars. [Corepiscopi] isti hodie non habent locum. vt dist. 68. Corepi. & de conse. d. 1. ca. 1. & hoc quia vsurpant officium Episcopale in aliquib. habebant. n. ornamenta Episcopalia, & vsque Subdiaconum. [Alii Primitates, alii Patriarchæ.] Sed videtur, ꝙ male distinguit, quia hodie idem videtur esse Patriarcha, & Primas. vt infra d. 99. c. 1. Respondet, ꝙ sic dicit ratione nominũ tãtum, siue propter diuersitatem appellationum secundum Hu. horum discretio à gē-

Quæstio Respōdet. 12 tib. ¶ Quærit† quare magis à Gentibus, quã à Iudæis discretio Episcopalis dignitatis introducta est in ecclesia. ¶ Respondet S. Thom. in 4. dist. 24. ꝙ ideo, quia ritus Iudæorũ non erat diffusus in diuersis regnis, & prouinciis, sed tãtũ in vna gente, & ideo non oportebat, ꝙ sub eo, qui habebat potestatem principalem alii pontifices distinguerent, sed ecclesiæ ritus, & gentium per diuersas nationes diffundit. Et ideo oportet, quod quantum ad hoc magis Gentilium ritui quam Iudæorum status ecclesiæ conformiter [flamines]. i. sacerdotes, sic dicto à filo. vt in se. c. Hu. [protoflamines] i. primitates. Protos. n. primum dicitur. Hu. [simpliciter]. i. non habita aliqua distinctione nominum, vel officiorum, vel ordinum. Hug. [Simpliciter vero]. 4. pars. [72.] cō-

Opponit contrariũ Respōdet. tra infra. e. d. in ca. in nouo. dicitur, ꝙ ab Apostolis sunt electi. Respondet. ꝙ dominus elegit eos authoritate, Apostoli ministerio, vnde dominus dicitur fecisse, quod eius minister facit, quia qui per alium facit, ipse facere videtur vt extra de sentent. excommuni. capitul. mulieres. Et ideo dominus dicitur fecisse, quod fecit per eos. Hugu. [Petrum vero] quinta pars. [Elegit] scilicet ordinandum, & constituendus in summum sacerdotem [dum ei præ oīb.] supra d. 19. ita dominus. [Et pro omnibus claues] in eius persona vniuersalis significabatur ecclesia. vt 24. q. 1. quodcunque. [Et à se petra,] petra autem erat Christus vt dicit Apostolus. 1. ad Corin. 10. dictus est Petrus. Tu es inqt Petrus Ma. 16. pro eius fide specialiter rogasse. Luc. 22. &c. ¶ Sed quæ-

Quæstio. 13 ritur† an Christus fuit exauditus in hac oratione pro fide Petri. Et videtur, ꝙ non, quia Petro negante Christum, defecit fides eius. ¶ In oppositum est, quoniam vt ait Apo-

Opponit & Respō. stolus ad He. 5. ipse exauditus est pro sua reuerentia. ¶ Respondet. dicendum, si oratio Christi pro fide Petri fuit exaudita. Nam oratio Christi non fuit, vt Petrus non tentaretur, aut vt non caderet, sed vt in casu non remaneret, & ita oratio vt fides Petri finaliter non deficeret, vnde sequit. Et tu aliquando conuersus. s. de peccato ad gratiam confirma fratres tuos, quod adimpletũ fuit mediante oratione Christi. Nam licet ad tempus defecerit, tamen inde surrexit fortior. vt. 50. d. fidelior. quod priuilegiũ non solum se extendit ad eius personam, sed etiam ad eius sedem, vnde Alber-

Albertus. tus magnus super Lucam dicit in hoc loco argumentum efficax, pro sede Petri, & successoris ipsius, quia sedes eius non finaliter deficiet. Naum. 1. non adiiciet vltra, vt pertranseat in te, Belial vniuersus intereat. Et idem dicit Hu.

Hugo car. Nicolaus de lyra. Car. super Lucam, idem magister Nicolaus de lyra, sic inquiens, hic patet etiam fidem non deficere vsque in finem mundi, potissime in ecclesia Rom. quæ à beato Petro post Christum fundata est: verũ alii dicunt ꝙ in persona Petri intelligebatur ecclesia, cuius fides nunquam in totum deficiet, vsque in diem iudicij, vnde quamuis Apostoli vacillauerint, in beata tamen virgine fides creditur integra remansisse 24. q. 1. pudenda. [Hãc eandem.] 6. pars [formam Apostoli secuti.] vt 93. di. Dominus noster, & Diaconi [subdiacones.] 7. pars. [procedente tempore.] Sed hic videtur male dicere Gratianus, quoniam à tempore Apostolorum fuit ordo Subdiaconorum. vt d. 25. c. Episcopus. Est. n. canō ille Apostolorum, & facit mentionem de Subdiacon. Præ-

Opponit. terea etiã non videtur aliquod sacramentum, nisi ab institutione diuina, sed sic potest excusari magister inquit Hu.

14 † Reuera ordo Subdiaconatus fuit tempore Apostolorum, sed tũc ille ordo non computabatur inter sacros, vnde Vrbanus dicit, ꝙ primitiua ecclesia non habuit, nisi duos ordines sacros. s. presbyteratum, & Diaconatum, vt dist. 60. nullus, sed procedente tpe illum ordinem ecclesia, annumerauit inter sacros, & hoc est, ꝙ dicitur hic, & est sensus, Subdiacones constituit. s. vt computaretur ordo sacer. Hu. concor. Hug. & Arch. in glo. Sed melius respondetur iuxta theologos: vnde Alber. Magnus in 4. dist. 24. hæc respōdet dicens, ꝙ absque dubio omnes ordines fuerunt in primitiua ecclesia, & à Christo instituti, sed dupliciter conferebatur ordo, s. coniunctus alii ordini, & disiunctus: in primitiua. n. ecclesiæ paucitatem ministrorũ, ꝙ magnam idoneitatem suspicientium, quia fere omnes excellentis fuerunt sanctitatis, omnes ordines inferiores conferebantur cum ordine Diaconorum, sicut adhuc in quibusdam ecclesijs 4. Primi conferuntur simul. Postea vero creuit numerus ministrorum, & decreuit idoneitas, & tunc ecclesia statuit diuidendos ordines inter se, vnde magister intelligit, ꝙ in primitiua ecclesia non erãt diuisi per ministros. Cōcordant S. Tho. & Dominus Bonauentura in 4. d. 24. d. 14. dicētes, ꝙ ampliato cultu diuino ecclesia, quod implicite habebat in vno ordine, scilicet. diaconatus, explicite tradidit in diuersis.

Hugut & Archid.

Thomas. Bonauentura.

3 Ordo quid dicatur.
Et est sacramentum nu. 5.
Et ad quid ordinet. nu. 11.
Et capitur dupliciter. nu. 13. et 15.
4 Ordo, prout dicit gradus superioritatem in potestate, siue officio, debet & est in ecclesia.
Et etiam prout dicit traditionem potestatis.
6 Inferiorem se reputare dicitur dupliciter.
8 Ordinum multitudo introducta est in ecclesia propter tria.
9 Vnum dicitur sex modis.
12 Immundorum triplex est genus.
16 Episcopatus non est ordo, prout ordo est sacramentum.
Sed bene prout nominat officium, siue gradum potestatis. numero 17.
19 Clericus nomen incepit à Mathia.
20 Psalmistatus non est ordo sed officium ordini annexum.
21 Metropolitanus proprie non comprehendit, nisi Archiepiscopos.
22 Patriarchæ proprie sunt quinque.
23 Prepositus in ecclesia dicitur speculator.
24 Vates vnde dicatur.
25 Fieri quando dicitur aliquid per ministros ecclesiæ debet intelligi per Diacones.
26 Nothanei, qui dicantur.
27 Nomen non meretur habere, qui non habet id, propter quod sic vocatur.



Leros. Sequitur secundum c. huius distinctio. quod est Isidori, quod c. iuxta Hu. diuiditur in 5. partes. Nam primo ostēdit vnde nomen clerici assumptum sit. Secundo, qui comprehendantur nomine clerici. tertio ponit numerum, & nomina ordinum ecclesiasticorum, & officia eorundem. Secunda ibi generaliter, Tertia ibi: Quorum gradus. Quarta ibi: Ordo Episcoporũ. Quinta ibi, pontifex. Pro pleniori intelligentia eorum, quę traduntur in hoc. c. veniunt sex quærenda. Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum deseruientes diuinis ministeriis, conuenienter nominentur nomine clerici.
2 ¶ Secundum est vtrum in ecclesia sit ordo ponendus.
7 ¶ Tertium est, vtrum in ecclesia sint plures ordines.
10 ¶ Quartum est, vtrum tantum septem ordines sint ponēdi.
14 ¶ Quintum est, vtrum Eposcopatus sit ordo.
18 ¶ Sextum est, vtrum super Episcopos sit aliquis superior in ecclesia.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ deputati diuinis misteriis minime cōuenienter nomine clerici describantur. Primo si tales diuinis ministeriis deputati non sunt electi per sortem, sicut Matthias, ergo inconnenienter nominantur clerici, tanquam sorte electi. ¶ Secundo sic, nullo modo conuenit per sortē aliquem eligi ad diuina ministeria: vnde vsus sortis in electionibus æterna prohibitione dãnatus est, extra de sorte ecclesia vestra, ergo videtur, ꝙ deputati diuinis à sorte non debent nominari. ¶ Tertio sic, Deus non videtur esse plus hæreditas siue sors administrantium in ecclesia, quam cæterorum fidelium, quia vt ait Apostolus act. 10. Non est acceptor personarum Deus, sed in oī gente, qui timet deum & operatur iustitiam acceptus est illi: ergo nec clerici nomine

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

mine

mine debent designari, quia Dominus sit sors illorum, qa etiam est omnium fidelium, cum omnium beatitudo sit, & hæreditas fœlicitatis nostræ.

Quartū ar.

¶ Quarto sic, si dicatur, ꝙ clerici dicuntur, quia partem domini habent, videlicet primitias, & decimas, sequitur ex hoc ꝙ ius hæreditatis inter parentes habere non possunt, quod ipsi non concederent, consequentia tamen videtur bona, quia trib. Leui, quæ figurabant clericos, non habebāt hæreditatem cum aliis tribubus, ergo, &c.

Opponit & Respō.

¶ In oppositum est te. præsentis. c. in prin. Respondeo dicendum, ꝙ conuenienter deputati diuinis ministeriis nomine clerici describuntur. Ista conclusio colligitur ex dictis beati Isidori in litera, cui cōcordat Hugo. de sancto Victore. lib. de sacramentis, ita dicens.

Hugo de S. Victore

Clericus dicitur à Græco vocabulo cleros, quod latine interpretatum, sortem dicimus, siue ꝙ ipse sorte electus sit à Deo, & ad seruitiū Dei, siue quòd ipse Deus sors illius sit, & ꝙ portionem aliam in tertia habere non debeat clericus, nisi Deum, & alia, quæ ad partem Dei spectāt, cui statutum est decimis, & oblationib. quę Deo offerūtur sustētari, queād modum olim in illo populo priore cæteræ trib. Leui, quæ clericos figurabant, Typum laicorum præferebant, portiones in hæreditatem acceperūt sola trib. Leui, quæ clericos figurabat, decimis, & oblationibus, & sacrificiorum victimis pascebatur. ¶ Ad rationes in oppositum dicēdum est.

Ad primū arg.

Ad primam respondetur negando consequentiam: & ratio est, quia licet Isidorus dicat, ꝙ clerici nomen à Matthia cœperit, qui sorte electus est. Non tamen dicit, ꝙ omnis, qui clerici nomine appellatur, sit sorte electus, aut veniat eligendus, sed ꝙ sit de sorte domini per mācipationē specialem, siue deputationem ad seruitium diuinū & partem hanc domini. i. quod in his, quæ ad partē Dei spectāt, cuiusmodi sunt primitiæ, decimæ, & oblationes, habeat.

Ad secūdū.

¶ Ad secundam est eadem responsio, negando consequentiam, nominātur. n. clerici non à sorte, quæ interueniat in electione eorum, sed a sorte, sicut iam dictum est, vel qa de sorte domini, vel quia à parte domini. Si autem aliquo casu licitum esset vti sortib. etiā de electionib. alias disputabitur loco suo.

Ad tertiū

¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis.

Ad quartū

¶ Ad quartum respondetur, negando consequentiam, & ratione iuxta Albertum magnum, quia licet Leuitæ non haberent ius, ex equo diuidendi terram cum aliis Tribubus: & hoc ideo præcepit dominus, quia si ex quo habuissent vnam portionem, sicut aliæ Tribus, tunc habitassent in vno loco. & non fuissent diuisi per populum, vt docerent omnes, & hoc non fuisset competens officium eorum, nihilominus tamen habent ius percipiendi hæreditatem suorum parentum. Et ita ratio non procedit, concordat S. Th.

Ad primū arg.

2 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ in ecclesia ordo esse nō debeat. Primo sic. Vbicunque est ordo, est distinctio, sed vt habet, ad Colo. 3. Omnes sumus vnum in Christo, ꝙ intelligendū est de omnib. fidelib. & ad Ephe. 4. habetur, ꝙ soliciti simus seruare vnitatem spiritus, ergo ibi non videtur esse ordo.

Secūdū ar.

¶ Secundo sic, vbicunque est ordo, ibi est determinata prelatio, & subiectio, sed in ecclesia quilibet se debet reputare infirmum. Philip. 2. in humilitate superiores, &c. & Lucæ. 2 . dr, quicunque voluerit inter vos maior esse, fiat &c. ergo in ecclesia non debet esse ordo, ibi est prælatio, & subiectio.

Tertiū ar.

¶ Tertio vbicunque est ordo, vbi, est prælatio & subiectio, sed subiectio videtur repugnare libertati, in q̄ vocati sumus per Christum ad Galath. 5. ergo inter fideles in ecclesia non debet esse ordo.

Quartū ar.

¶ Quarto sic. si est ordo aut secundum bona naturæ, aut secundum bona fortunæ, aut secundum dona gratiæ, non secundum bona naturæ, quia alias deberet esse superior ille, qui industrior & robustior, quod est falsum, Non secundum bona fortunæ, quia alias ille deberet esse superior, qui foret dicior, & potentior, quod est falsum. Non secundum dona gratiæ, quia nemo scit, quis habet de gratia plus, vel minus, ergo nemo scit quis sit subditus, aut prelatus.

Opponit contrariū. Respōdet.

¶ In oppositum est tex. præsentis. c. Secundo est illud ad Ro. 13. quæ à Deo sunt ordinata sunt, sed ecclesia est à Deo, ergo in ecclesia ordo aliquis esse debet. Respondeo dicendo iuxta dominum Durandū ꝙ ordo capitur tripliciter. Vno modo, ꝑ relatione, vel habitudine ordinatorum, & sic loquitur B. Aug. de co. lib. de ciuitate Dei. cum ait. Ordo est parium, dispariumque rerū sua loca cuique tribuens dispositio. Hoc autem modo non loquitur hic de ordine. ¶ Secundo modo accipitur ordo ꝑ gradu, qui ordo primo modo acceptionē facit: cum. n. ratio ordinis, prout est relatio, plura reqrat, vnius solius non est ordo, nec aliquid ad seipsum ordinatur relatione reali. Et ideo vbi primo occurrit aliquid additum alteri, ibi incipit esse ordo, ita ꝙ secundum additum primo complet rationem ordinis. Et ideo gradus iste secundus dicitur ordo, & cōstitutum in tali gradu primo, dicitur ordinatum, & si sit ibi gradus inferioritatis, & superioritatis gradus superioritatis additus communi statui, dicitur ordo, & constitutus in eo dicitur ordinatus, siue in statu seculari, siue in ecclesiastico. ¶ Tertio modo accipitur ordo pro eo, ꝙ exterius sensibiliter geritur circa aliquem, vt in aliquo gradu super alios constituatur, sicut alicui traditur calix cum pane, & vino, sub præscripta verborum forma vt constituatur in gradu sacerdotali supra populum, & sic accipit ordinem: Magister sententiarum in 4. d. 24. diffiniens illum sic.

3 †Ordo est signaculum quoddam ecclesiæ, accipiens signaculum pro eo, ꝙ exterius sensibiliter gerit per ꝙ spiritualis potestas traditur ordinato, ex his duob. modis pertinet ordo ad propositū nostrū. Qua distinctione habita, sit ista prima conclusio.

Prima cō clusio.

4 †Ordo, prout dicit gradus superioritatis in potestate, siue officio, debet esse, & est in ecclesia, quæ conclusio multipliciter probatur, Primo sic. Aeque, vel magis regulatus debet esse processus ecclesiæ ordinatus ad esse gratiæ, quam processus naturæ ad esse naturæ, sed in processu naturæ est ordo, quo quædam aliis sunt superiora, & eis habent influere, ergo similiter in ecclesia debet esse ordo, quo quidā insint aliis superiores potestate, vel officio & aliis habeant influere dispensando sacra ecclesiæ. ¶ Secūdo sic. Ecclesia militans exemplata est à triumphante, secūdum illud Exod. 26. Inspice, & fac secundum exemplar, ꝙ tibi monstratum est in monte. Sed in ecclesia triumphantē est ordo, quo quidam angeli alii sunt superiores. Et habent eis influere diuinas illuminationes: ergo similiter in ecclesia militante debet esse gradus superioritatis in quibusdā, qui habeāt aliis diuina ministrare, hæc est ratio beati Grego. in c. Ad hoc. di. 89. ita loquentis, quia vero quæcunque creatura in vna, eademque qualitate gubernari, vel viuere non potest, cœlestium militiarum exemplar nos instruit, quia dum sunt angeli, & archangeli, liquet, quod nō sunt æquales, licet in ptāte, & ordine, sicut & naturæ, differunt alterum ab altero, hęc ille.

Gregorius.

¶ Tertio sic probatur iuxta sanctum Tho. in 4. Deus. n. ita opera sua in sui similitudinem producere voluit, vt perfecta essent, & per eius distinctionem cognosci possent. Et ideo, vt in suis operationib. representaret, non solum secundum quòd in se est, sed etiā secundum, ꝙ alijs influit, hanc legem naturalē posuit omnibus, vt vltima per media perficerentur, & media per prima, vt dicit B. Diony. decentissime, ergo, ne hæc pulchritudo deesset ecclesiæ, posuit ordinem in ea, vt quædam aliis influeret sacramenta, aliis dispensando suo modo in hoc Deo assimilati, quasi Deo cooperatores.

Dionisius.

¶ Quarto iuxta Bona. ex parte pulchritudinis sic, cum. n. sit magna multitudo in ecclesia Dei nisi esset ordo in ea appareret magna confusio, & hoc est multitudinis fœdatio, vnde omnis sapiens qui eo ipso, ꝙ est sapiens, pulchritudinis amator est, non producit multa sine ordine. & in hoc maxime apparet sapientia Dei, quæ inter omnia opera sua manifestatur in cōstitutione ecclesiæ, ergo necessario in ecclesia fuit ordo positus, vnde ipsa ecclesia dicitur Canticorum. 6. terribilis, vt castrorum acies ordinata.

Bonauen.

¶ Quinto hoc etiam fuit necessarium propter rectitudinem. Nam, vt dicit idem dominus Bonau. arguit multitudo, q̄ in statu est, in quo deuiare potest, errat, si non habet ē, ducvel rectorem, sicut dicitur 3. Reg. vlti. vidi cunctum Israelem dispersum in manibus, sicut oues non habentes pastorem, sed multitudo ecclesiæ est in statu in quo potest deuiare, ergo indiget regimine, sed cum vnus nō possit sufficere, nec ad omnia, oportet quod secundum plus, & minus ecclesiastica officia, & potestates distribuantur, vt ecclesia regatur, gubernetur, & dirigatur sine errore, ergo, &c.

Idem.

¶ Sexto sic. Ecclesię corpus cōstituit ex duplici pariete, vt dicit Hu. de S. Vict. li. de sacramētis. s. laicali, & clericali, sed in pariete laicali est ordo, vtpote Imperator, Rex, Dux, Comes, Tribunus, Centurio, Decurio, quæ oīa ordinem dicunt: ergo vr, ꝙ in pariete clericali, q̄ spūali militia, Deo militat, debet esse huiusmodi ordo, ratio est manifesta.

Hugo de S. Victore

¶ Secunda conclusio est, ꝙ in ecclesia est ordo tertio modo acceptus, prout. s. dicit traditionem

Secūda conclusio.

[illegible] [illegible]nem Potestatis sub aliquib. sensibilibus signis, patet [illegible] dominum. Durandum. Potestas eccle-[illegible] quidã habent aliis ministare diuina, debet esse no[illegible] ecclesiæ, sed nõ esset nota, nisi tradatur sub aliquo signo sensibili, verbo, vel facto, vel vtroque simul, cũ omnis nostra cognitio ortum habeat a sensibilib. sed talis traditio dicitur esse ordo iuxta diffinitionem magistri sententiarũ dicentis, vt supra dictum est. Ordo est signaculum. i. signũ quoddam in quo spiritualis potestas traditur ordinata: ergo &c.

Tertia cõclusio.

5 ¶ Tertia conclusio est†, ꝙ ordo est sacramentum. Ista conclusio probatur primo, quia ordo ab omnib. numeratur inter septem sacramenta. Tum secundo, quia sacramentum est quædam sanctificatio hominum exhibita in aliquo signo sensibili, sed in susceptione ordinis quædam consecratio exhibetur per signa sensibilia, ergo sequitur, ꝙ ordo sit sacramentum. Tertio sic propter quod vnumquodque tale, & illud magis, sed propter ordinẽ homo efficitur dispensator sacramentorum, ergo ordo maxime habet rationem sacramenti.

Ad primũ arg.

¶ His habitis, dicendum est, ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est, quia sicut vnitas naturæ in omnibus membris corporis animalis non opponitur distinctioni membrorum eius, ita vnitas spiritus in vinculo pacis, quæ est vnitas concordiæ, siue secũdum quam omnes in Christo vnum sumus per conformitatem voluntatis, nõ opponitur distinctioni officiorum, sed cõcordat, quia per talẽ distinctionẽ prædictã vnitas per charitatẽ efficacius in ecclesia custoditur.

Ad secũdũ

6 ¶ Ad secundam respondetur, †quòd reputare se inferiorem, vt dicit dominus Bonauẽtura, est dupliciter, vel quantum ad vitæ meritum, vel quantum ad officium, quantum ad vitæ meritum, quia nemo scit, quanti meriti sit, debet se reputare inferiorem, sed quantum ad officium, non oportet, & quãtum ad hæc attenditur ordo, concor. S. Thom.

Ad tertiũ:

¶ Ad tertiam respondetur iuxta dominũ Bonauenturam, ꝙ libertas illa, ad quam fideles vocati sunt non excludit subiectionem: vnde Apostolus dicit ad Hebr. vlt. Obedite ꝑpositis vestris per omnia, sed excludit ignominiam seruitutis, in qua est ille, qui est seruus peccati, & ita non excludit ordinẽ.

Ad quartũ

¶ Ad quartã respondetᷓ ẜm eũdẽ ꝙ ordo attẽdit ẜm dona gratis data, quæ quidẽ est ptãs ad aliquod officiũ deputata, & de hac certi sumus certitudine probabilitatis, & hoc cõstat, & non variatur etiam gratia gratum faciente abscendente. Nam & si gratia gratum faciens reddat hominem dignum, talis tamen gratia gratis data collocat in ordine, & gradu, & sic patet responsio ad totum argu.

Primũ ar.

7 **Ad tertium.** Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ in ecclesia non sint, aut esse debeant plures ordines. Primo sic. Si ordo diuiditur in plures ordines aut est diuisio totius in partes integrales, aut in partes subiectiuas. Non in partes integrales, quia sic non reciperent prædicationem sui totius, dicitur tñ quilibet gradus ecclesiasticus ordo, ergo est diuisio in partes subiectiuas sed partes subiectiuæ recipiũt vt plurimũ prædicationem gñis remoti sicut gñis proximi, sicut hõ, & asinus sunt plura aĩalia, & plura corpora animata, ergo sacerdotiũ, & diaconatus, sicut sunt plures ordines ita sunt plura sacramenta, cum sacramentum sit, quasi genus ad ordinem. Confirmatur ista ratio sic. Multiplicato inferiori, multiplicatur, superius sed sacramentum est superius ad ordinem: ergo cum sint plures ordines, erunt plura sacramenta, sed hoc non est, ergo nec illud.

Secũdũ ar.

¶ Secundo sic quanto est aliqua virtus maior tanto minus est multiplicata, sed hoc sacramentum est dignius aliis sacramentis in quantum constituit suscipientes in aliquo gradu super alios. Cum ergo alia sacramenta, non distinguantur in plura, quæ recipiant prædicationem totius, nec hoc sacramẽtum debet distingui in plures ordines.

Tertia ar.

¶ Tertio sic, secundum philosophum in 8. ethicorum. Regnum, in quo vnus tantum principatur, est nobilius regimen cõmunitatis, quam aristocratiæ, qua diuersi in diuersis constituuntur. Sed regimen ecclesiæ debet esse nobilissimũ, ergo non debet in ecclesia esse distinctio ordinũ ad diuersos actus, sed tota potestas debet apud vnũ residere, & sic debet esse tm̃ vnus ordo.

Opponit ĩ contrariũ.

¶ In oppositum est te. præsentis. c. in quo Isidorus assignat plures gradus eorũ qui in ecclesia deseruiunt.

Secũdũ op.

¶ Secundo est Apostolus ad Ro. 12. & 1. ad Cor. 12. Corpus Christi mysticum assimilatur corpori naturali hoĩs, sed in corpore naturali hoĩs sunt diuersa membrorum officia: ergo in ecclesia debent esse, ordines diuersi.

Respõdet.

¶ Respondeo dicendum ꝙ in ecclesia debent esse, & sunt diuersi ordines. Ista conclusio probatur primo quia ecclesia nostra, est exemplata, à cœlesti, sicut in præcedenti articulo dictum est. Sed in illa sunt diuersi ordines, ergo simili modo debent esse in ecclesia militante. ¶ Secundo sic ministerium noui testamenti, est dignius, quam ministerium veteris testamenti, vt patet secundo ad Corint. 3. sed in veteri testamento non solum sacerdotes, sed etiam ministri eorum Leuitæ sanctificabãtur, ergo & in nouo testamento debent sanctificari per ordinis sacramentũ, non solum sacerdotes, sed ministri eorũ, Et ita oportet, ꝙ sint plures ordines, vbi notãdũ iuxta sanctum Th. in 4. dist. 24.

S. Tho.

8 †ꝙ ordinum multitudo introducta est in ecclesia propter tria. Primo propter sapientiam Dei commendatam, quæ in distinctione ordinata rerum maxime relucet tam in naturalib. quam in spiritualib. ꝙ significatur in hoc ꝙ Regina Saba videns ordinem ministrantium Salomoni, non habebat vltra spiritum, deficiẽs in admiratione sapientiæ ipsius. ¶ Secũdo ad subueniendum humanæ infirmitati, quia per vnum non poterant omnia, quæ ad diuina ministeria pertinebant expleri sine magno grauamine. Et ideo distinguũtur ordines diuersi ad diuersa officia, vnde Numer. 11. dominus dedit Moysi. 70. senes populi in adiutoriũ. ¶ Tertio, vt via proficiẽdi hominib. amplior detur, dum plures in diuersis officiis describuntur, vt omnes sunt Dei cooperatores, quo nihil est diuinius, vt Dionysius dicit.

Ad primũ arg.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur, ꝙ distinctio ordinis nõ est totius integralis in partes nec totius vniuersalis in partes subiectiuas, sed totius potestatiui in partes potestatiuas, cuius hec est natura, quòd totum secundum completam rationem est in vno, in aliis autem est aliqua participatio, & ita est in his. Tota. n. plenitudo huius sacramenti est in vno ordine. s. sacerdotio, sed in aliis est quedam participatio ordinis, & hoc significatum est in hoc, ꝙ dominus Num. 11. dicit Moysi. Auferam de spiritu tuo, & tradam eis, vt sustentent totum onus populi, & ideo oẽs ordines sunt vnum sacramentum. Et tamen hoc notandum

tionē mortalitatis nostræ reuersurus inquit Petro. Simon io annis diligis me plus his, pasce oues meas, hæc est snia Chriso. Hierony. super Matth. Ambrosij in.c. fidelior. di. 50. & Gregorij in.c. considerandū.c. di. vbi gl. aperte dicit, ꝙ verbo pasce oues meas, factus est Petrus Princeps ecclesiæ. Ad idē est, quod habetur in.c. solite. extra de ma. & obedien. §. nobis. Idē Hos. & Archi. ¶ Ad rationes in oppositū dicendū. Ad primā respōdetur per gl. cuiusdam. ca. quæ ita habere videtur, ergo, ꝙ per hæc verba. Tu es Petrus, datus sit Petro pontificatus, & ita ante passionē; quia ante fuit hoc sibi dictum; cui videtur cōtradicere.c. cōsiderādū. &.c. fideliter. 50.d. Nā ibi, dr̄, ꝙ post passionē, quia ante datus fuit ecclesiæ pastor. Ideo primo fuit Apostolus ante passionem, sed post passionē fuit pastor creatus p illud verbū. Si diligis me pasce oues meas, & c. qđ hic innuitur, cū dicitur. Tibi dabo claues, &c. Hoc. n. est promittere; non donare, hæc gl. quod ergo dicitur in authoritate Anacleti, quod datus est, exponēdum est id est, promissus promisit enim tunc ei Christus in præfatis verbis summum pontificatum, quæ promissio adimpleta est, quando post resurrectionē ei ait, pasce oues meas, id etiā, quod dicitur, dicente domino exponendū videtur. i. promittente domino, & illud accepit intelligatur in spe, more. n. sacræ scripturæ posuit futurū, quasi præteritū, & fiendū, quasi factū propter certitudinē promittentis, qui veraciter adimplet, quod promisit dicente Psal. *Fidelis dominus in oībus verbis suis. ¶ Ad secundā responsio est eadē, videlicet, ꝙ illud verbū accepit intelligatur in promissione, siue in spe, non aūt in actuali possessione. Et eodē modo soluuntur plurimæ sanctorum autoritates, & gl. ¶ Ad tertiam respondetur negando antecedens. Et ad probationem respondetur, quod per Episcopatū eius intelligitur Apostolatus eius, vt exponit magister Nicolaus de lyra. tā supra Psal. 108. quā super act. 1. ¶ Ad quartā responde tur, negando consequentiā. Et rō est iuxta Dominū Pe. de palude, quia licet oīa sacramenta sint ante passionē instituta, non sunt tamē tunc oīa executa, vnde licet sacramentū confessionis & absolutionis instituerit ante passionē cū ait, pœnitentiā agite Matth. 4. vel qñ dicit leprosis. Ite ostendite vos sacerdotibus. Lucæ. 17. vel cum ait discipulis, solu te eū vos. Io. 11 nō tñ fuit executū ante passionē, qa nec erāt ministri instituti, nec claues ad huc datæ regni cęlorum, quæ etiam dari non debuerunt antequam esset apertū regnum cęlorū: nisi implicite ex naturali concomitātia ad sacerdotium, imminēte passione: quia quod parum deest, quasi nō deesse videtur vñ instituendo sacerdotiū christus ordinem Episcopalem instituit, sed tñ tunc non dedit, quia non decuit. ¶ Ad quintā respondetur, negādo consequentiā. Et rō est iuxta Petrū de palude, & si dei perfecta sunt opera secundum tñ congruentiā, & decentiā operis operati, & modi operandi non deceat autem pro tunc episcopos facere, sicut sacerdotes, quia ex quo sacramentum cæpit esse in vsu, ex tūc semper debuit esse in ecclesia, vel formaliter, vel virtute, & maxime sacramentū de quo specialiter dictū est illud. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad consummationē seculi. Subtracturus igitur sui præsentiā visibilem inuisibilem, & sacramētalem perpetuam nobis promisit vnde ex tunc eucharistia debuit esse in ecclesia formaliter, vel virtute. Sed formaliter tūc de eucharistia nihil fuit reseruatum, sicut nec de agno paschali ꝓp legis prohibitionem. Exo. 12. Ideo sacerdotes debuerunt fieri, in quorū virtute remaneret eucharistia conficienda, sed sacramentū ordinis, quo ad effectum suū indelebile remanebat in Apostolis, vnde nō erat necessitas instituēdi eius ministrū. s. Episcopū.

Albert⁹ magnus.

Psal. 144.

Ad secdm

Ad tertiū.

Ad quartū.

Ad quintū Matth. 28.

96 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, quod nō ita post Christū à Petro sacerdotalis. i. pōtificialis ordo incæpit, vt ab ipso immediate, vel mediate alij, Apostoli facti sint Episcopi. Primo sic ad Eph. 4. dicit, quosdam apostolos, quosdā pastores, quosdā doctores, sed pastor nomen est, & officium Episcopi. ergo ipsemet Christus fecit Episcopos, & non nisi Apostolos, ergo, & c. ¶ Secūdo sic s. ea. di. c. 1. habetur, quod Christus duodecim Apostolos tan quā maiores Sacerdotes instituit. ergo & c. ¶ Tertio. Paulus etiā Episcopus fuit, qui, & Timotheū Episcopū ordinauit. 1. ad Timo. 4. cum impositione manuū presbyteri, gl. i. Episcopi, sed non videtur, nisi à Christo factus, ergo nec solus Petrus à Christo Episcop⁹ est immediate ordinatus, nec ipse Petrus fecit oēs alios Episcopos. ¶ Quarto sic, dicit Diony. de ecclesiastica hierarchia, quod Christus in sacerdotalē consummationē ducens discipulos in sanctissimū patrē suum, retulit hierarchie pfectionē, Ex quo habet, ꝙ cū sacerdotalis cōsummatio, & hierarchiæ perfectio nō sit nisi in Episcopatu, Christus discipulos. i. Apostolos per seipsum fecerit Episcopos: alias non duxisset in cōsummationē illā sed duci fecisset. Et confirmatur per hoc, quod maximus commentator Diony. dicit ibidē, quod ipse Iesus discipulos suos in Episcopos cōsecrauit. Hic possunt addi argumēta quæ facta sunt in primo articulo. ¶ In oppositum est te. præsentis. c. in quo Anacletus martyr inquit, quod in nouo testamento post Christū à Petro sacerdotalis ordo cæpit, quia ipsi primo pōtificatus in ecclesia Christi datus est, & exponitur sacerdotalis. i. Pontificalis, sicut sacerdos exponit pro epo de cōse. di. 1. c. solēnitates. Cū aūt alij Apostoli fuerint ita cito facti sacerdotes, sicut ipse Petrus, & non sub ipso non pōt dici ab ipso Petro cæpisse simplex, sacerdotalis ordo similiter, sed ipse potius fuisset à Christo factus Eps licet primo tēpore, & etiā alij tūc à Christo, non ab ipso Petro cæpisset pontificalis ordo, ergo videtur, quod ab ipso Petro facti sunt oēs alij Episcopi mediate, vel immediate, & ipse solus à christo, & hoc est, quod dicit. Anacletus, ait quod post Christū à Petro in nouo testamento cępit pontificalis ordo. Respondeo dicendū sub ista cōclusione. Saluo semper meliori iudicio, quod ita in nouo testamento post Christū à Pero cepit sacardotalis, i. pontificalis ordo, vt ipse solus inter Apostolos, immediate factus sit Episcopus, & cæteri Apostoli eo mediate, vel immediate. Ista conclusio aperte primo colligitur ex præsenti tex. vt habitū est. ¶ Secundo probatur cōclusio, ex c. porro. di. 66. vbi ita inquit Anacletus. Porro Hierosolymitanorū Episcopus beatus Iacobus. s. Alphæi filius à Petro. & Iacobo, & Ioanne ordinatus est. Ex quo patet, quod iste Apostolus non immediate à Christo, sed à Petro cū aliis Apostolis fuit ordinatus. Et per consequens verū est, quod nō oēs Apostoli à Christo immediate sunt ordinati Episcopi. Quod vero de vera ordinatione Episcopali intelligatur tex. ille, non obstantibus varijs, modis loquendi glossatorū patet. Tū primo testimonio beati Remigij, qui super Mat. 20. c. vbi Apostolorū noīa recitantur, ita de isto Iacobo dicit. Cuius meriti fuerit beatus Iacobus iste. testes sunt Apostoli, qui eū Episcopū multorū ordinauerunt. Tū secundo, quia si non fuisset vera ordinatio Episcopi facta, non conuenienter sumeretur ex ea forma ordinationis aliorū Episcoporū in ecclesia. Et tñ dicit consequenter beatus Anacletus, quod hanc suis sucessoribus Apostoli dederunt formā, vt videlicet nullus minus, quā à tribus Episcopis in Episcopum ordinetur. ¶ Tertio probatur eadem conclusio ex eo, quod dicit Felix papa in decretis suis, quod per Petrum Apostolatus, & Episcopatus in Christo cæpit exordium. ¶ Quarto sic, soli Petro est commissa cura pastoralis, ergo ipsum solum pontificem ecclesiæ siue pastorē constituit, consequentia nota, antecedens patet ex supra inductis authoritatibus in primo articu. ¶ Quinto eadē conclusio colligitur ex dictis Marcelli papæ, qui dicit in epistola sua decretali prima, quod ad sedē Romanam omnes subterfugere debent, vt ibidem accipiant tuitionē, vnde acceperunt consecrationē, ergo videtur quod ceteri Apostoli à Petro receperunt consecrationē, tenet consequentia, qm̄ quod oēs ecclesię ceperint consecrationē à romana ecclesia verū esse. non posset, vt videtur, nisi alii Apostoli à Petro, qui in diuersis sedibus sederunt distributi per orbem à Petro, qui sedet Romę consecrationē habuissent. ¶ Sexto eadē conclusio per Clementē papam, & martyrē, qui in secūda epistola sua dicit, ꝙ Petrus non solū dicitur princeps Apostolorū, sed etiā eorū ordinator, i. cōsecrator. ¶ Septimo patet, qm̄ Paulus, & Barnabas fuerunt ordinati à beato Petro, ergo & alii Apostoli. cōsequentia patet; cū illi non fuerint inferiores aliis. Antecedēs patet Act 13. dixit eis spiritus sanctus. Segregate mihi Paulū, & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes orantes, imponentesq; eis manus dimiserunt illos, vbi gl. super ver. imponentesq;, dicit in modū ordināciorū, quod vere tunc vere fuerint ordinati testatur Leo papa in. c. quod die dominico. 75. dist. Sunt etiam ad hoc oīa illa argumenta quę in primo articulo inducta pro secūdi cōclusione vnde iuxta Petrū de palude in tractatu suo de potestate ecclesiastica videtur rationabile quod iste fuit ꝓcessus in ordinatione Episcopali Apostolorū. s. ꝙ Petrus factus fuerit solus episcopus à Christo ante ascensionem, post spiritus sancti aūt missionē, siue ipsa die prima dñica, siue alia Petrus solus Eps fecit Ioannē Episcopum. deinde Petrus cum consecrato Ioanne fecit Iacobum zebedei, quibus tribus factis, tunc ordinauit Petrus, vt deinceps nō ordinaretur Episcopus, nisi à tribus Episcopis vt dicitur

Primū ar.

Secdm ar.

Tertiū ar.

Quartū ar.

Diony.

Oppositū contrariū.

Respō. Prima probatio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Petrus de palude.

Iacobum Zebedei.quibus tribus factis tūc ordinauit Petrus: vt deinceps nō ordinaret Episcopus, nisi à tribus Episcopis vt dicitur in.c.porro.66.di. licet propter paucitatem episcoporū qui Apostoli fuerūt, non poterit hæc forma semper obseruari. Ideo Paulus solus forte Timotheum, & Titum ordinauit Episcopos, qui separatus à Barnaba, non habebat in societate sua Episcopos, nisi quos postea fecit, sed quā do habere potuerunt duos, tunc cū eis ordinauerunt non solū hæc ille. ¶ Quibus habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta Petrū de palude, negando consequētiam, quia Christus non dicitur dedisse pastores, quasi immediate plures cōstituisset, quia soli Petro dixit. Pasce oues meas, sed alios dicitur dedisse pastores, dando primum, & vniuersalem pastorem immediate dicendo ei, pasce oues meas, per quem alii fierent. ¶ Ad secundā respondetur secundum eundē, quod ly tanquam soluit argumentū. Christus.n. non fecit oēs Apostolos Episcopos, siue maiores sacerdotes, sed in eis significabantur Episcopi per officium prædicandi, & visitandi ciuitates, & castella. Et quia erant superiores oībus alijs, & quia erant futuri Episcopi similiter fecit discipulos, non quidem sacerdotes, sed tanquam minores sacerdotes, similes, in hoc, quod sicut illi ab Apostolis prædicabant, & curabant infirmos, sic & minores sacerdotes sub Episcopis prædicant, & curant infirmos spirituales per administrationē sacramentorū. Et ita ratio non procedit. ¶ Ad tertiā respondetur quod Paulus fuit Episcopus, sed non tñ à Christo immediate ordinatus. Sed ipse cū Barnaba ab Apostolis cum oratione manum sibi imponentibus, vt habetur Act.13. facti sunt Episcopi, sicut superius inductū est, & ex.c.quod dic.di. 75. ¶ Ad quartā respondetur iuxta eundem dnm petrū de palude, negando cōsequentiā. Et rō est, quia bene concedimus quod Christus duxit discipulos suos ad Episcopalē dignitatē, nihilominus tñ dicimus, quod Petrum immediate per seipsum, & alios p petrū consecrando, sicut duxit populū per desertū in manu Moysi, & Aaron. Et ad id, quod inducitur per cōfirmatione, respondetur eodē modo dicendo quod verum est, quod Christus.11.discipulos in Episcopos consecrauit, non tñ, sicut dictum est, eodē mō, sed Petrum immediate per se, & alios p Petrum, sicut dr etiā consecrasse Aaron, & eū induisse vestibus pontificalibus, quāuis hoc totum fecerit per Moysen. Eccles.45. Excelsum fecit Aaron, &c. Sequitur, dedit illi sacerdotiū gentiū, & circuncinxit illi zonā iustitiæ, vel exponitur, quod Christus in Epos cōsecrauit autoritate, sed Petrus ministerio. Litera sequitur. ¶ [In sacerdotalis.]i. Episcopalis capit ordo. [quia] assignat rōnem, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia dei datus est. A primo.n.in vnoquoq; ordine deriuatur potestas in alios, qui sequuntur in eodem ordine. [dicē te domino].i.promittente, quia per hæc verba, licet sit pontificatus promissus, non tamen datus Petro, pontificatus, cum nondum fuisset sacerdos, sicut dictū est in quæstione sed per

8 illa Io.vlt. Pasce oues meas, † Loquitur.n.hic Anacletus more scripturæ sanctæ ponens futurum, quasi iam præteritū, & factū p p certitudinē promittentis. [Tu es.] Matt.16. alias expositū est in.c.ita dñs.di.19 Primus accepit in spe, & promissione ligandi, & soluendi potestatem, dicente sibi domino. Tibi dabo claues, &c. Matt.16. [Primusq; ad fidem] Petrus post Christi ascensionem primo prædicauit, & conuertit ad dominum tria milia. Act.2. & creuit numerus credentium ad prædicationem Petri.5.milia. Act.4. [vel primus.]i. maximus. [& præcipimus.]i. præcipue hoc dicit, quia totū videbatur fieri ab illo, à quo oēs habebant confirmationem, & autoritatem prædicandi, & conuertendi populum. Hu. [cæteri vero,] secūda pars. [pari consortio.] vt, 24.q.1. loquitur. [referatur ad ordinem] & verum est quia in ordine pares fuerunt, si ad primatum vel dignitatem falsum est, quia non fuit par institutio eorum. Ipse.n. caput, & prælatus eorū institutus est, & princeps vt in.ca.puto.&.5.q.7. sæpe etiam conuenit, vt qui maior est alio ordine, sit eo minor administratione, vt Archipresbyter

8 Archidiacono, vt di.25. perlectis. Notat Arc. hic quod maiori-

a tas^a inter aliquos attenditur qnq; ex dignitate consecrationis, interdum ex dignitate dispensationis, siue administrationis. Petrus ergo ex prerogatiua ordinis, vel cōsecrationis maiorem potestatem præ cęteris non habebat, sed ratione administrationis. Arch. Verū quia Apostolis placuit hoc.s. quod Dominus toti ecclesiæ Principem, & caput Petrum constituit. Ideo Anacletus inquit, ipsumq; principem esse voluerunt, grauiter suscipiētes dispositionē Christi. vt di.22. sacrosancta [qui etiā.] tertia pars. [prædicatū.] Matt.vl. Euntes docete oēs gētes baptizantes, &c. [ipsis quoq;].s.di.68.c.fi. [prætaxato.]i. prædicto ordine. eo modo.i.sicut prędiximus in superiori parte.c.quæ hic non est, vnde semiplenum hoc.ca. Anacleti hoc Gratianus posuit [quos qui recepit.] Matth.10. qui vos recipit, me recipit. & Lucę.10. qui vos audit, me audit &

9 qui vos spernit, me spernit, &c. argu. † qui spernit seruū, spernit dominum.8.q.1. qui vos, videntes aūt. Lucæ.10. Sed vnde Apostoli viderunt, quod messis esset multa, & operarij pauci vti que instructi à domino, & magistro Iesu Christo. Sic.n. dicitur. Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa. operarij vero pauci. Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suā. & idē Luc.10. Messem parabolice Christus dicit multitudinem gentium conuertendam per operarios suos: videlicet prędicatores in arcam ecclesiæ colligendam, de hac messe Io.4. ait de cōuersione Samaritanorū, & gentiū loquēs. Ecce dico vobis leuate oculos, & videte regiones, quia iam albæ sunt ad messem, & qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, vnde ab eis electi sunt.72. discipuli [quorū typum].i. figuram. Sed quo modo dicit hic ab Apostolis electos. & in.c.1. huius distinctionis dicit Gratianus, quod sunt à domino instituti. Dicendū quod vtrunq; est verum. Nā quia Apostoli rogauerunt, vt illi mitterentur: dicūtur ab Apostolis electi, sed Dominus Apostolos ad rogandum induxit, eosq; ad hoc officium destinauit, eisq; non Apostoli sed dominus potestatem dedit, ac misit eos in omnem ciuitatē. Et ideo dicitur eos instituisse, vnde Luc.10. dr. Post hoc autē designauit dominus, & alios.72. & misit eos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem.

2 *Vnitas multiplex reperitur in ecclesia. & nu.3.*

5 *Petrus fuit prælatus omnibus aliis Apostolis, & omnibus fidelibus.*

6 *Ecclesia Romana prælata est ceteris ecclesiis.*

7 *Dominari dicitur dupliciter.*

8 *Principes constituti sunt ad hoc quod bonum procurent subditis.*

9 *Ecclesia Romana qualiter dicatur catholica.*

10 *Sedes prima Petri fuit Anthiochię.*

11 *Ecclesia Romana est vbicunque sunt boni.*



Q Vamuis vniuerse. Hoc c. est Pelagij papæ & inducit Gratianus ad ostendendum, quod Romana ecclesia sit prælata oībus alijs ecclesijs. Et ostendit hoc ex duobus, secundum quæ hoc.c. diuiditur in duas partes. Primo quidem ex autoritate domini ei principatum conferentis. Secūdo ex præsentia beatorū Apostolorum Petri, & Pauli eam suo sanguine consecrantiū. Secunda ibi. Cui data est societas. Pro pleniori intelligentia huius.c. quæruntur duo.

1 Primum est, vtrum vniuersæ ecclesiæ per orbem sint vnus thalamus Christi.

¶ Secundum est, vtrum ecclesia Romana sit prælata cęteris.

4 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod vniuer-

1 sæ ecclesiæ per orbē nō sint vnus thalamus Christi. Primo sic. Ea, quæ sunt separata subiecto, & loco nō videtur posse esse vnus thalamus Christi. sed ecclesię di spsæ p orbē sunt subiectis, & locis separatæ, ergo nō possunt esse vnus thalamus Christi. ¶ Secundo sic, nō vniuersæ ecclesiæ per orbē pertinēt ad thalamum Christi sed magis diaboli. ergo, &c. cōsequētia patet antecedēs notū est de ecclesijs in partibus orientalibus positis, de quibus loqtur Hiero. in.ca. quia vetus.23.q.1. Nunc in occidente Sol iustitiæ oritur. In oriēte aūt lucifer ille, q ceciderat supra sydera, posuit thronū suum. ¶ Tertio sic. Nō vniuersę ecclesiæ etiā in occidēte, habēt spiritū dei, sine charitate. ergo falsum est, quod vniuersæ ecclesiæ sunt vnus thalamus Christi. cōsequētia est bona, dicit.n. Apostolus qui non habēt spiritū Christi nō est eius gl.i. mēbrū. & in.c. multæ.1.q.1. dr quod charitas est donū catholicę vnitatis, & pacis anteced. patet vnde in Psal.27. dr. Odiui ecclesiam malignātiū. ¶ Quarto sic. Spes fides & charitas, cū sint accidentia diuersæ sunt numero in diuersis, ergo omnes ecclesiæ particulares siue fideles, cum non videantur habere eā dem fidem, & charitatem, non pertinent ad vnam ecclesiam, & per consequens non sunt vnus thalamus Christi. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. ¶ Respōdeo dicendū sub ista conclusione, quod vniuersæ catholicæ ecclesiæ sunt vnº thalamº Christi. Ista cōclusio patet, 1. ex.c. psēti

Ad primū argu. Petrus de palude.

Ad secūdum

Ad tertiū.

Ad quartū. Petrus de palude.

Exponit literam.

Archid.

a ¶ Qd maioritas] Maioritas qualiter cōsideretur vide eleganter Pet. de Anc. in c. statuimus n.1. de ma. & obe:

Diuisio.

Primū ar.

Secūdum ar.

Tertiū ar.

Quartū ar.

Opponit & Respō.

Tum secundo ex illo canti. sexto, vna est columba mea. Tū
2 tertio ex arti. fidei. Credo vnam sanctam catholicam. † Pro quo notandum, quòd in ecclesia reperitur multiplex vnitas, à qua dr̄ vna, prima est vnitas fidei, & sacramentorum, vna. n. est fides oīum catholicarū ecclesiarū, & vna cōio sacramentorū, vnde ad Ephe. 4. vnus Deus, vna fides: vnū baptisma; propter quam fidei vnitatem dicit Aug. super Ioannem. Omnes vnum sumus. iuxta illud Apostoli Omnes enim vos vnū estis in Christo Iesu, gl. in fide Christi. Hinc dicitur cāti. 6. vna est colūba mea, vbi inqt gl. vna est, q̄uis multæ, & diuersæ personæ, tn̄ fides vna est in eis, vnum baptisma, vnus deus, vnum opus. ¶ Secūda vnitas, qua vna dicitur ecclesia est vnitas spei, qua tota ecclesia catholica in sursum erigitur in vnā ęternæ beatitudinis expectationē, de qua Apostolus ad Eph. 4. loquens ait. Sicut vocati estis in vnā spem vocationis vestræ; gl. i. ad vnam rē speratam, quæ est effectus vocationis vestræ. ¶ Tertia vnitas, qua ecclesia dicitur vna, dicitur vnitas charitatis. De qua vnitate dr̄ actuu. 4. vbi de primitiua ecclesia dr̄, q̄ multitudinis credentiū erat cor vnū, & aīa vna in Domino, quia vt dicit glo. copula charitatis iungebantur, & Apostolus ad Philip. 2. ait Eandem charitatem habentes: vnde hac ratione ecclesia dicitur vnus panis. Primæ ad Cor. 12. quoniam vnus panis sumus, vbi gl. inquit vnus panis ecclesia dicitur, quia fiat vnus panis ex multis granis. sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. ¶ Quarta vnitas, qua ecclesia dr̄ vna est vnitas. Spiritus sancti viuificātis totū ecclesiæ corpus vnus. n. & idē spiritus sanctus, tanquā vltima perfectio corporis mystici, quasi aīa in corpore est in omnibus ecclesiæ membris, singulis diuidens, prout vult. Diuisiones autem gratiarū sunt idē autem spiritus inquit Apostolus. 1. Cor. 12. de qua vnitate idē Apostolus ad Ephe. 4. solliciti seruare vnitatem spiritus. i. vnitatē ecclesiasticā, quā fecit spiritus sanctus, pp̄ vnitatē Apostolis vnū corpus ecclesiā esse dicit, vnde ad Ephe. 4. dicit vnū corpus, & vnus spiritus gl. i. vnum corpus esse debetis, quia vnus spiritus habitat in vobis, quo vnū corpus efficimur, sicut. n. vnū corpus hominis multis cōstat mēbris, & vegetat oīa mēbra vna aīa, faciens in oculo, vt videat, in aure, vt audiat, & sic in ceteris. Ita spiritus sanctus mēbra corporis Christi, quod est ecclesia continet, & vegetat. ¶ Quinta vnitas, qua ecclesia est vna est vnitas vnius pastoris: hinc Ioan. 10. dr̄. Erit vnū ouile, & vnus pastor, de qua Cyprian. in c. loquit. 24. q. 1. copiose loquit. ¶ Sexta vnitas est vnitas vnius sponsi. hinc in ca. præsenti dr̄ vnus thalamus, de qua vnitate loquitur Apostolus secūdæ ad Cor. 11. despondi. n. vos vni viro virginem castam exhibere Christo, & tm̄ dictū sit de hoc. ¶ Ad rationes in oppositum dicēdum est. Ad primā respondetur, q̄ sicut dicit Nicolaus de lyra super. 1. ad Cor. 12. ista vnitas ecclesiastica non est indiuisibilitatis vnitas, qualis est vnitas puncti, nec cōtinuitatis, qualis est vnitas lineæ, sed est vnitas pfectionis, qua aliquod vnū perfectione constituitur ex multis, vt habetur. 5. metaphy. Quo habito, respondetur, negando maiorē vniuersaliter, q̄m loquēdo de vna vnitate perfectionis, falsum est, sicut apparet, q̄ dicitur vna ciuitas ex multis vicis, & vnū regnum ex multis ciuitatibus resultans, licet ciuitates loco, & subiecto sint distinctę, hæc. n. vnitas maxime; cū sit spiritualis, bene pōt cōuenire etiā subiecto, & loco naturaliter distinctis, videlicet multæ ecclesiæ sint, nihilominus tn̄ oēs tales particulares ecclesiæ vna sunt vniuersalis ecclesia, & vnus thalamus Christi, sicut in litera dicitur. ¶ Ad secundam respondetur, quod non dicitur in tex. q̄ oēs ecclesiæ per orbem sint vnus thalamus Christi, sed oēs ecclesiæ catholicę; ecclesiæ vero in orientalibus in quibus fidei lumē occubuit, non possunt dici catholicæ, sed tm̄ illæ, quas fidei christianę splēdor illustrat, de quibus ipse Hieronymus in. c. legimus. di. 93. dicit, nec altera Romanæ vrbis ecclesia, altera totius vrbis æstimanda est. & altera Galliæ. & Britanniæ. Nam & Africa & Persia, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Christum adorant, vnam obseruant regulam veritatis. ¶ Ad tertiam. patet responsio ex dictis, q̄m de ecclesijs catholicis loquitur text. noster non de ecclesijs, quæ in oriente, siue occidente malignantiū
3 sunt ta'es non ad christi thalamum pertinent. ¶ Ad quartam respondetur; q̄ iuxta S. Thom. in tertio sentētiarum† q̄ sicut in corpore naturali vires diffusæ per oīa mēbra differunt numero s̄m essentiam, sed conueniunt in radice vna s̄m numerum, præter hoc habent formam vnā vltimā, vnam numero: ita etiam oīa mēbra corporis mystici habent pro cōplemento vltimo spiritum sanctum qui est vnus numero in oībus, & ipsæ virtutes fides spes, & charitas, quamuis differant in diuersis: secundum essentiam tn̄ conueniunt in vna radice secūdum numerum. Radix autem operationis proprie est obiectum, ex quo speciem trahit. Et ideo inquantum est idem numero creditum, speratum, & amatum ab omnibus, s̄m hoc vniuntur fides spes, & charitas in vna radice secundum numerum, non solum prima, quæ est spiritus, sanctus sed etiam proxima, quæ est proprium obiectum.

[Margin: August. — Secūda vnitas. — Tertia vnitas. — Quarta vnitas. — Quīta vnitas. — Sexta vnitas, — Ad primū argu. — Ad secūdū. — Ad tertiū S. Thom.]

4 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, q̄ ecclesia Romana non sit prælata cæteris. Primo sic. B. Petrus non fuit prælatus alijs Apostolis: ergo nec ecclesia Romana prælata alijs, eccl. consequentia patet quia dignitas, & prælatio catholicæ pendet ex dignitate præsidentis in ea. Antecedens probatur multipliciter. Primo alij Apostoli habuerūt æqualem potestatē cum Petro, ergo, & c. probatur assumptum. Tum ex illis verbis Matth. 18. Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlis, & c. vbi manifeste videtur quod potestas ligandi & soluendi ęqualis Petri sit data Petro & alijs Apostolis. Cæterū idem patet ex illo Ioā. 20. Accipite spiritum sanctum. Et quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. vbi Christus videtur æqualem oībus contulisse potestatem, qd̄ confirmatur ex. c. In nouo. & c. di. vbi dicit Anacletus, q̄ cæteri Apostoli cum beato Petro pari cōsortio honorē, & potestatem acceperunt. ¶ Secundo sic. Christus interdixit Apostolis principatum, & potestatem principatū ergo nullus inter eos habuit primatum super alios, & per consequens, Petrus non fuit prælatus aliorum, consequentia patet, quia recipere potestatem super alios, quam non debet in eos recipiens exercere superfluum, & vanum est, ac inutile, q̄ in operibus Christi, qui summa sapientia est fingere non licet. Antecedēs tn̄ probatur ex illo Mat. 20. vbi Christus Apostolis ita inquit Scitis quia principes Gentium dominātur eorum, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos, & Marci. 10. idem habetur. ¶ Tertio sic. Lucæ. 22. dr̄, quod facta est contentio inter eos, quis eorū videretur esse maior, dixit autem eis Saluator, Reges gentium dominātur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem nō sic; sed si quis maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator, ergo videtur quod de mente Christi fuit, quod nullus inter Apostolos principatū haberet. ¶ In oppositum est tex. præsentis literę, vbi ait Papa Pelagius, quod sancta Romana ecclesia catholica, & Apostolica euangelica voce cæteris prælata est. ¶ Respondeo, dicendū sub duabus conclusionibus, & hoc breuiter, quia plura circa di. 22. in. ca. sacrosanctā Romana. & d. 9. circa. e. ita dominus. dicta sunt. Prima est† q̄ beatus Petrus fuit prælatus oībus alijs 5
Apostolis atque omnibus fidelibus. Ista conclusio patet authoritate, & ratione. Authoritate primo ex illo, quod inducitur hic in litera Mat. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & c. vbi gl. ordinaria ita habet specialiter claues Petro concessit, vt ad vnitatem nos inuitaret. Ideo. n. ipsum Principem Apostolorum constituit, vt ecclesia vnum Principalem haberet Christi Vicarium; ad quem diuersa ecclesiæ membra recurrerent, si forte inter se dissentirent, quod si diuersa forent in ecclesia capita, vnitatis vinculum rumperetur. Secundo ex illo Io. vlti. vbi Christus ascensurus in cœlum Petro ouium suarum curam vniuersaliter cōmendat. d. Simon Ioānis diligis me, pasce oues meas. Super quo verbo dicit Chrisosto. i. loco mei præpositus es, & caput fratrum tuorum. Ratione sic. Ille cui à Domino commissum est cæteros fratres suos deficientes, & titubantes cōfirmare, & roborare, videtur primatum, & magisterij authoritatem super alios à domino suscepisse, sed beato Petro Apostolo commissum est, vt cæteros apostolos ac Christi discipulos, si forte eos fluctuare, aut deficere contingeret in fide, confirmaret, ac roboraret, iuxta illud Lucæ. 22. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Ergo beatus Petrus habuit primatum super Apostolos. et beatus Cyrillus tractans pręfatum verbum. Et tu aliquando conuersus confirma, & c. dicit: quis diceret, postquam me negaueris, plorabis: corrobora fratres tuos, cum te principem Apostolorū deputauerim. Hoc enim decet qui mecum robur es, & petra ecclesiæ. ¶ Secundo sic. Caput super alia membra principatum regiminis habere dignoscitur, sed beatus Petrus caput fuit Apostolorum, dicit enim beatus Anacletus, & habetur in capit. sacrosancta di. sed inter beatos Apostolos quædā fuit discreatio potestatis, & licet sint oēs Apostoli. Petro tn̄ concessum est, vt

[Margin: Primū ar. — Scdm ar. — Tertiū ar. — Opponitur contrariū. Respōdet. — Prima cōclusio. — Chrysost.]

est, vt reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas id est & caput, & principium teneret Apostolatus. ¶ Secunda conclusio est. †Ecclesia romana prælata est cæteris ecclesijs. Conclusio ista patet ex superiori. Petrus à Christo cum primatũ accepit pro se, ac successoribus ac etiã pro ecclesia, vbi sedẽ suam disponere collocaret primatum accepit, sed beatus Petrus transtulit sedem suam de Antiochia vsque Romã, nec vnquam postea ad aliam ecclesiam transtulit sedẽ suam, ergo sequitur, quod eodẽ iure ecclesia Romana sup oẽs alias obtinet primatũ. Et est rõ, quã facit Be. Marcellus in c. rogamus vos. 24. q. 1 & in c. dudũ. & 3. q. 7. dicit canon. sicut beatus Petrus primus fuit oĩum Apostolorũ, ita ecclesia Romana suo noĩe consecrata dño instituente, prima sit, & caput oĩum ecclesiarũ. ¶ Modo dicendum est ad rationes in oppositũ. Ad primã respondetur, negando assumptum. Et ad probationem sumptam, ex illo Mat. 18. quæcunq; ligaueritis, & c. & Io. 20. quorum remiseritis. Respondetur, quod licet per illas authoritates habeatur, quod potestas clauium data sit oĩbus Apostolis, non tñ habetur ex illis quod æqualiter data sit oĩbus, qm̃ sicut habetur in c. 1. huius dist. Christus Petro pro oĩbus, & præ oĩbus claues regni cœlorũ tradidit, & in gl. Mat. 16. dicit Rabanus. quia Petrus regẽ celorũ maiori dilectione pceteris cõfessus est, merito p ceteris ipse collatis clauibus regni cœlestis donatus est. Ad confirmationem aũt ex. c. In nouo. Respondetur dupliciter. Primo, quod paritas illa non dicit æqualitatem potestatis, aut honoris: sed similitudinem, vnde exponendum est. pari. i. com muni, siue vniuersali potestati, sicut exponit Hu. inducẽs pro exẽplo illud in dispari claritate erit par gaudium i. commune. Secundo respondetur iuxta gl. qđ paritas illa sit intelligenda quantum ad ordinem, & consecrationẽ, in qua pares fuerunt. 24. q. 1. loquitur, non aũt, quantũ ad administrationem & dignitatẽ prælationis, in qua Petrus præfuit. & . q. 7. puto. & . ĵ. di. 22. sacrosancta. ¶ Ad secundam respondetur negando Antecedens. Et ad probationem respõdetur, quod Christus Mat. 20. non interdixit oẽm dominatũ ab Apostolis, siue principatum, sed tm̃ dominatũ, quo gentiles, & hoĩes mundani vtuntur in subditos. Pro quo notandũ iuxta S. Thom. in postilla super Mat. exponendo prædictam
7 authoritatem. †quod dominari dupliciter dicitur. Vno modo accipitur pro preesse: & hoc modo non loquitur Christus in pfato loco Mat. 20. nec talis dominatus interdicitur Apostolis, vnde Christus legitur dixisse Petro super plebẽ meã princpẽ te constitui, & de Apostolis dr̃. Psal. 20. Cõstitues eos principes super oẽm terram, & de exercitio pastoralis præsidẽtiæ commissæ habetur Io. vlti. Simon Ioannis: Pasce oues meas. Alio modo capitur dominarii, put relatiue dicitur ad seruũ, vnde sic dominari idem est, quod seruiliter sibi subijcere seruum, & hoc mõ sumitur Matt. 20. cũ ait dominus principes
8 gentiũ dominantur eorũ. †Principes, n. cõstituti sunt ad hoc quod bonũ procurent subditis. Si vero illos volunt in seruitutem redigere, tunc abutũtur principatu, qui vtuntur liberis, vt seruis. Et quia consuetũ erat apud Gentiles, & adhuc est apud aliquos, dicit principes gẽtiũ doñant. i. in seruitutẽ redigũt sibi subditos, ₰m illud Eze. 22. Principes tui in medio eius, quasi lupi rapaces. Et talis primatus, siue dominatus introducitur à Christo Apostolis. cũ ait non erit ita inter vos, vnde beatus Chrysostmus super Matt. pertractans hoc verbũ. Ita inquit. Principes mũdi ita fiũt: vt dominarentur minoribus suis, & ministrent eis, quęcunq; acceperũt à Christo, vt suas vtilitates negligant, & illorũ abutantur vita eorũ ad suas vtilitates, & glorias. Principes aũt ecclesiæ, vt seruiant minoribus suis, & ministrent eis, quæcũq; acceperunt à Christo, vt suas vtilitates negligant, & illorũ procurant: hæc ille. ¶ Ad tertiam de illo Lucæ. 22. facta est aũt contentio, & c. Respõdetur, negando consequentiam, dicimus. n. quod licet tunc Apostoli tunc nondũ plene cognouerint, quis inter eos post Christi corporalem abscessum cæteris preśidere deberet, & ideo de hoc contenderẽt, non sequitur propter hoc, qđ Christi dispositione nullus inter eos maior esset pordinatus. imo oppositum expresse innuit Dominus cum ait, qui maior est inter eos, & c. Præterea per hoc, quod consequenter dicit Dominus, fiat sicut minister, & c. non docuit dominus, vt singuli Apostoli reputarent se singulis minores inferioritate officij, seu authoritatis, nec hoc Christus suo exemplo docuit, q̃ ait Io. 13. Vos vocatis me magister, & dñe. sũ etenim: sed bñ hæc docuit, vt q̃ro inter Apostolos qs esset maior tãto esset humilior. ₰m illud ecclesiastici. 3. quanto maior es, tanto humilias te in oĩbus. Quãuis vniuersæ ecclesiæ catholicæ. i. quæ fidem Christi tenent, quę catholica dr̃. i. vniuersalis, per hoc excluduntur ecclesiæ, quæ fidẽ Christo non tenent, tales non catholicę, sed particulares veniunt nominandæ. vnus Thalamus Christi sit. i. vna vniuersalis ecclesia, quæ collectio oĩum fideliũ dr̃ in c. ecclesia. de cõse. di. 1. cati. 6. vna est amica mea. vna spõsa mea, quæ ecclesia vniuersalis Christi Thalamus dicitur, quia in ea sicut sponsus in Thalamo suo Christo requiescit, aĩa. n. iusti sedes est sapientiæ, & domus Dei, in qua Christus habitat, & requiescit. 24. q. 1. loquitur. c. oĩbus. & . c. quæ dignior, & in qua secreta sua reuelat, qui scire cupiens dicit illud Cantico. 1. indica mihi, vbi cubes in meridie, per claram. s. secretorũ reuelationem, quamuis licet per hoc videretur, quod oẽs ecclesię essent æquales, non tñ est ita, & hoc est
9 quod sequitur in sancta Romana ecclesia. ¶ Quæritur. quo ecclesia Romana dr̃ catholica. i. vniuersalis, cũ ipsa non sit vniuersalis ecclesia. Ad hoc respondendũ est, quod iuxta Innocẽtiũ in epistola, quadã, ecclesia dicitur vniuersalis dupliciter. Vno modo, quia de vniuersis constat ecclesijs, sic sumitur in. c. Alienus. 24. q. 1. vbi dicit Cypria. Alienus est, prophanus est, non põt deum habere patrem, qui vniuersalis ecclesiæ nõ tenet vnitatem, & in. c. scisma. qui se ab vniuersali ecclesia diuiserunt, & c. Et ₰m hanc acceptionẽ vocabulo vniuersitatis ecclesia Romana nõ est vl̃is. s. pars vniuersalis ecclesiæ. Prima videlicet, & pcipua, velut caput i corpore, sicut patet in hoc. c. Alio modo dr̃ vniuersalis ecclesia, quæ sub se continet ecclesias vniuersas: & hoc modo ecclesia Romana dicitur ecclesia vniuersalis, qm̃ ipsa sola ceteris prelata est, vt in. c. præsenti. & in. c. sacrosancta. d. 22. Dicitur etiã ecclesia Romana maxime catholica, qa semper in ea immaculata est religio Christiana seruata, vt in. c. præsenti & in. c. in fede. 24. q. 1. [¶ Nullis synodicis]. s. principaliter, & authoritatiue. Secus per approbationem, & declarationẽ, vt. s. circa. §. hinc etiã. di. 17. iuxta doctorũ sentẽtiã exposuimus [tu es Petrus] per hæc verba bene Petrus fuit designatus, & ordinatus fidelium futurus pastor: & rector, sed non actu constitutus, nisi per illa verba Pasce oues meas, vt superius dictũ est. [vno die]. s. proprie eiusdẽ, anni. vt. 2. q. 7. beati. & hoc verũ est, licet Arator, vt aliqui dixerunt hoc non esse verum, nisi dicatur eodem die anno reuoluto. s. eodẽ die sequentis anni fuit Paulus decollatus: qua die in præcedenti anno fuit Petrus crucifixus. Sed cõtra hanc opi. loquitur hic Pelagius, & Anacletus. in. c. sacrosancta. dist. 22. Et est etiam beatus Dionysius, & hystoria ecclesiastica [agonizans]. i. pugnans, & coarctans, & in agone triũphans, dũ p passionis certũ ad obtinendũ brauium supernæ vocatio
10 onis concurrit. Hu. [prima] non rõne temporis. † Nam prima sedes petri fuit Antiochiæ; & per septenniũ ibi moratus est. vt 24. q. rogamus. sed rõne prælationis, & dignitatis est prima, i. maior oĩbus, & prælata. Hu. [non habens maculã] mortalis peccati [nec rugam] hæresis, aut schismatis, siue dãnabilis duplicitatis, si hoc referat ad doctrinã certũ est. Nã Christus pro fide Petri, & eius rogauit, ne finaliter deficeret Lucæ. 22. Si vero ad habitum iustitię, aut vitæ sanctimoniæ referendum est ad eos, qui numero, & merito sunt in ecclesia Ro
11 mana. vnde gl. inquit ar. †quod vbicunq; sunt boni, est ecclesia Romana. Et addit Hug. & Archi. Aliter non inuenis ecclesiã Romana. in qua non sint multæ maculę, & rugæ.
1 *Persona præest personę quinque modis.*

In his omnibus. Sequitur quarta pars huius distinctionis secundum diuisionem in principio factam. In qua inducit magister Gratian. sex capitula ad eandem materiam tendentia scilicet ad confutandum temeritatem, & præsumptionem suffraganeorum Ignatij Constantinopolitani Patriarchæ, qui propter adulationem, & fauorem Imperatoris, eum contra canones, & omnem rationem condemnarunt, & de facto deposuerunt eum: sequentibus ergo causis Papa Nicolaus inuehit contra illos multis modis, & rationibus omnes illos non potuisse, nec debuisse fecisse, quod fecerunt, præmittit autem Gratia. hunc. §. in quo inqt, quod in omnibus his scilicet ordinibus, & ordinatis, de quibus supra à capitulo cleros. erat loquutus quanto celsior gradus, tanto maior authoritas inuenitur, & c. Notat hic Archid. † persona præest personæ. 5. mo-
1 dis scilicet. Offi. s. eod. in nouo. Vitæ merito. secunda quęst. 7. beati. Ordine. vt. 93. distinctio. subdiacono à Administratione vt archipresbytero Archidiaconus. extra. de offi. Archid. capitulo. primo. Consecratione, vt Episcopus oĩbus, vt decretis. eo. dis. Secundo notat, quod prælatio consistit in tribus, in iudicijs ĵ. e. inferior. In præceptis. ĵ. e. nunc autem.

Ad primũ argu. — Rabanus. — Ad secũdm — Secundus. — Chrisost. — Ad tertiũ. — Quæstio. Respõdet. — Exponit literam. — Hu. & Arc. — Archid.

Et hic adde, & videas, quod dicam. 2. q. 7. quanquam. Archi.

2 *Inferior est, qui se subiecit alteri in aliquo iudicio.*

6 *Iudicans est sublimis eo de quo iudicat.*

Inferior sedes. Sequitur primum. c. huius partis. Et est papæ Nicolai cuius c. conclusio, est quam concludit in fine, quod superiorum facta, inferiorum iudicio subiecta non sunt. Et potest diuidi hoc. c. in tres partes. In prima quidem ponit, quod inferior ligare, aut soluere non potest superiorem. Secūdo probat hoc authoritate sacræ scripturæ. Tertio concludit ex præmissis. Secunda ibi. Vnde propheta ait. tertia ibi. His ita ex diuina. vt aūt tangit hic gl. & Hu. colliguntur ex isto. c. tres regulæ. Prima est, quādo inferior non posset superiorem ligare, vel absoluere. Secunda est, quod qui nō pōt ligare, non pōt absoluere. Tertia est, quod qui pōt ligare, pōt absoluere. pro pleniori intelligētia præsentis. c. & maiori euidentia veritatis earum regularū de singulis disputabitur. Quæruntur autem quatuor circa primam regulam. — Diuisio.

1 ¶ Primū vtrū inferior possit absoluere siue ligare superiorē.

3 ¶ Secundum vtrum homo possit consuetudine introduci vt inferior possit ligare vel absoluere superiorem.

4 ¶ Tertium, vtrum secunda regula sit vera.

5 ¶ Quartum, vtrum tertia regula sit etiam vera.

1 **Ad primum.** sic proceditur. † Et videtur, quod inferior possit ligare, siue absoluere superiorem suum. Primo arguitur ex illo Daniel. 13. quod Daniel seniores de falso testimonio conuictos, suo iudicio condemnauit, & tñ constat, quod seniores illi fuerunt superiores, cū essent Iudices populi Danielis quinto. ¶ Secundo arguitur ex illo ad Galath. 5. vbi Paulus excommunicat etiam angelum aliter euangelizantem, quam ipse euangelizauit, ergo. ¶ Tertio idem arguitur in casu, vbi quis subijcit se iudicio inferiorum, vt facit Papa. 2. q. 7. nos si. ¶ Quarto arguitur de capitulo. si papa. di. 40. vbi papa in hæresim lapsus potest iudicari ab alijs. ¶ Quinto arguitur, quod superiores vt episcopi absoluuntur ab inferioribus scilicet presbyteris subditis suis in foro pœnitentiali. ¶ Sexto arguitur de Legato, qui videtur posse ligare superiorem. vt. 93. distinct. præcipimus ¶ In oppositum est tex. præsentis. capitul. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, quod nullus inferior pōt ligare, aut absoluere superiorem, quæ cōclusio probatur sic. Nullus habet iurisdictionē in suū superiorem. Hoc patet hic. Sed ad hoc, quod aliquis absoluat aliquem, vel liget, necesse est, quod habeat iurisdictionem super illum, quem absoluere, aut ligare habet, quia actio & requirit potentiam à quo exeat, & subiectum debitum, in quo recipiatur, quod fit per iurisdictionem, ergo conclusio vera. Secundo sic. Probatum est per canones, & rationes, quod sacerdos nō pōt absoluere, vel ligare alienum parochianum, vnde etiam extra de parochijs in. ca. nullus. habetur, quod nullus Episcopus alterius parochianū iudicare præsumat, ergo sequitur, quod nec suum superiorē. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam Respondetur iuxta S. Thom. in secunda secundæ, quod Daniel in illo iudicio fuit superior senioribus illis, & hoc per potestatem sibi diuinitus datam ad iudicādum illos seniores, quod significatur per hoc quod hic dicitur, quod suscitauit dominus Spiritū iunioris pueri. ¶ Ad secundā respondetur, quod Apostolus ibi vt dicit Tho. loquitur sub hypothesi. i. si poneretur angelus peccare. Sic. n. non esset Apostolo superior, sed inferior, nec est incōueniēs, quod in cōditionibus, quarū antecedentia sint impossibilia, cōsequentia etiam impossibilia sint. Concordat dominus Albertus in. 4. di. 19. addens, quod melius diceretur, quod Apostolus non fecit sententiam, sed dicit iustitiam excōi. ferendæ, quasi diceret iustum est excōicari talem, quia iam desinit esse angelus bonus, vel Apostolus. qui impugnat fidē, & sacramenta. ¶ Ad tertiam respondetur, quod non procedit. † quia cum quis se subiecit alteri in aliquo iudicio iam quantum ad illam causam, in qua se subijcit, inferior est. Nam si prætor se subijcit subdito, pōt ab eo iudicari. ff. de iuris. om. iudi. l. receptum est. ¶ Ad quartam patet etiam responsio, quia Papa eo ipso, quod est hereticus minor est quolibet catholico, vt notat gl. 24. q. 1. Achacius. ¶ Ad quintam respondetur, quod quāuis Episcopus, quem sacerdos absoluit, sit superior eo simpliciter, est tñ inferior eo, inquantum se, vt peccatorem sacerdoti subijcit, & ita procedit glos. 9. q. 3. aliorum. ¶ Ad sextam respondetur, quod etiam ratio non procedit; qm̄ delegatus, quantumcunque minor efficitur superior quocunque alio in illa causa, in qua est delegatus, vt extra de offi. deleg. sane. & notat gl. 7. q. 1. peruenit. vnde falsum dicit hic gl. dicens, quod in prædictis casibus fallit regula illa. — Primū ar. — Scdum ar. — Tertiū ar. — Quartū ar. — Quintū ar. — Sextū ar. — Opponit & Respō. — Ad primū argu. — Ad secūdū. — Albertus. — 2 Ad tertiū. — Ad quartū. — Ad quintū. — Ad sextū. — Contra gl.

3 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, quod consuetudo possit induci vt inferior possit absoluere superiorem habendo iurisdictionem in eum, quia consuetudo tribuit iurisdictionem non habenti, vt. 9. q. 3. conquestus et le. & no. extra. de fo. compe. cū contingat ad idē extra de. off. ord. irrefragabili. & idem. ex. de app. c. dilectis. ¶ In oppositum est litera præsentis text. & ad idē extra de ma. & obe. cum inferior. 96. di. quis dubitet. & 93. di. nulla ratione. 89. di. ad hoc. ¶ Respōdeo dicendum, quod nulla consuetudine induci potest, vt inferior iurisdictionem habeat in superiorē. Ratio ista probatur per. c. huius partis maxime per. c. nunc autem. ea. di. Ratione sic probatur contra legem, aut rationem naturalem: nulla cōsuetudo valere potest vt tertia per totum. Sed lex, & ratio naturalis hoc habent, vt inferiora subiecta sint superioribus suis. vnde in. §. obediētiam. di. 93. dicitur. Obedientiam aūt inferiores ex ordine superioribus debent, ergo nulla consuetudine potest induci, quod inferior habeat iurisdictionem in suum superiorem. ¶ Secundo sic. Contra ius diuinum, & bonos mores nulla consuetudo potest habere locum, vt in. c. qui contra. dis. 8. Sed inferiores habere iurisdictionem in superiorem, est contra ius diuinum, & bonos mores, dicitur. n. Pruer. 19. Non decet seruū dominari principibus. ergo conclusio vera. ¶ Quocirca dicit Arc. quod talis consuetudo est irrationabilis omnino, & ideo improbanda, & extra de consue. c. inter. & c. vlti. Et ad hoc facit, quod not. Inn. & Hos. in prędicto. c. irrefragabili. nec obstat. c. dilectis. de app. quia ibi non habetur, quod consuetudine possit induci, quod inferior habeat iurisdictionem in superiorem, sed quod consuetudo potest hoc operari, quod in pœnam superiorum inferior aliquid facit: sicut ille dotarius propter iniuriā sibi illatam licet esset Episcopo inferior, potuit interdictum in ecclesia. Nec obstat etiam, quod Episcopus appellasse ibi dicatur, quia & sic videatur habuisse potestatē supra Episcopum, quia vt dicit Host. & inducit Archi. hic appellatio illa interposita per episcopū, ne Decanus aliquid in sui præiudicium attentaret. Et ideo supponebat se Episcopus protectioni Metropolitani fuit ad cautelam quantum ad ipsum episcopum appellauit: ergo Episcopus ad Decanum, nō tanquam à Iudice, sed tanquam ab eo, qui potest aliquid iuste de iniusto facere, quod negat iniuriam Episcopi, & fuit illa potius prouocatio ad causam, quam appellatio. extra de app. cum sit. §. si vero. secundum Inn. & Hosti. — Primū ar. — Opponit contrariū. Respōdeo. — Archid. — Innocen. Hostien.

4 **Ad tertium:** sic procedit. † Et vr̄, quod secūda regula q̄ habet, quod qui non pōt ligare nō pōt absoluere non sit vera. Primo sic. Simplex sacerdos pōt absoluere ligatū à papa in necessitate, qui tamen potest ligare. 17. q. 4. si quis suadente, ergo regula falsa. ¶ Secundo sic ex. c. sanctum. de con. di. 4. vbi habetur, quod laicus absoluit quēdam pœnitentem, quem tamen ligare non poterat. ¶ Tertio sic. Metropolitanus cum suffraganeis pōt epm̄ accusatum absoluere, non tamen condemnare. & 3. q. 6. discutere. ergo, &c. ¶ In oppositum est text. præsentis. c. ¶ Respondeo dicendum, qđ regula intellecta, vt debet intelligi, vera est, nec patitur exceptionem. Nam vt in. §. verbum de pę. di. 1. dominus par ius & soluendi, & ligandi esse voluit. Intelligenda autem est ista regula de eo, qui ex officio, & ordinaria iurisdictione habet absoluere. Preterea absolutio, & legatio sunt accipiēda in eodē foro: vt pote, quod qui ex officio & ordinaria iurisdictione in foro conscientiæ potest à peccatis absoluere, potest etiā ligare debitam satisfactionem iniungendo; & similiter, qui ex officio, & ordinaria iurisdictione in foro iudiciali potest absoluere, pōt etiam ligare. ¶ Quibus habitis dicendum ad rationes venit. Ad primam respondetur, quod ratio illa non procedit, quoniam, quod simplex sacerdos in art. ligatum à papa absoluat, hoc nō conuenit ex ordinaria iurisdictione, sed ratione necessitatis, quæ legi non subijcitur. ¶ Ad secundum respondetur, quod etiam non procedat, quoniam laicus etiam in articulo necessitatis, nec absoluit, nec ligat, cum claues non habeat, licet tunc vicem sacerdotis obtinere dicatur, vt ei cōfessio fieri posset, vt dicit sanctus Thom. in quarto. ¶ Ad tertiam respondetur simili modo, quod non militet, quoniam licet in ca. illo. discutere. 3. q. 7. dicatur quod Archiepiscopus, & Episcopi prouinciæ possint causam Episcopi audire, cū hic tñ dicitur; quod non possunt in tali casu pronuntiare, quod intelligendum est, siue condemnando, siue absoluendo, vt ibi notat glo. — Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit & Respō. — Ad primū argu. — Ad scdm — Ad tertiū.

notat gloss.& ideo falsum præsumitur in argumento videli-
quod absoluerent Episcopum.

5 Primũ ar. Ad quartum. Sic proceditur. † Et videtur, quod tertia regula, quæ habet qui potest ligare: potest absoluere, non sit vera iuxta gloss. Primo ex capitulo tua, extra de sentent. excommunic. vbi habetur, quod incendiarij postquam sunt per ecclesiæ sententiã publicati, non possint absolui, nisi à Papa. ¶ Secũdo ex.ca. quærenti.ex.de offi.dele. vbi habetur, quod transacto anno, non poterit absoluere, quem ligauit, cum post annũ exequi non possit iurisdictionem. ¶ Tertio arguitur ex.c.si hõ.27.q.1.vbi videtur. quod Iudex delegatus non possit absoluere, quem ex mãdato Papæ ligauit. ¶ In oppositum arguitur ex litera præsentis text. ¶ Respondeo dicendũ, ꝙ regula prædicta intellecta, vt præcedens est verissima, vnde dicendũ est, ad rationes in oppositũ. ¶ Ad primam Arch. respõdes, quod ille casus est specialis, & fuit illud.c.statutum in odium incendiariorum, & ad terrorem aliorũ. vt etiam dicit gl.ibi. Sed secundo potest responderi ꝙ.c.illud in nullo præiudicat regulæ, quoniam si.c.illud intelligatur de incendarijs ecclesiarum, prout etiam voluit ibi glos. ipsi tales sunt ipso iure excõicati à iure, vt no.gl.12.q.2.cum deuotissimam. & gl.in prædicto c.tua. Licet ergo Episcopus non possit absoluere, postquam denunciauit, propter hoc nõ fallit regula dicens, qui ligat, põt absoluere, quia ibi non ligauit Episcopus, sed Ius commune, nec denũtiatio facta per Episcopum ligat, quia denuntiatio excommunicationis nõ inducit nouam excommunicationẽ, sed ante latum notificat, vt no.extra de Appe. pastoralis. vnde tex.ille, probat ꝙ pp denũtiationem, quam facit Episcopus ipse priuatur potestate absoluendi, quam primo à iure habebat, sed non probat, ꝙ ille, qui ligat, non possit absoluere cum Episcopus non liget, sed denunciet tantum, & sic regula manet vera ſm Io.de Fan. ¶ Ad secundã de.c.quęrenti. Respondetur, ꝙ.c. illud nõ obuiat prædictæ regulæ, quia regula dicens, quod qui põt ligari põt absoluere, vel econuerso intelligenda est, quando potestas durat in habẽte iurisdictionẽ, vnde si Eps excõicaret vnũ, & postea priuaretur Episcopatu: quis diceret. ꝙ posset eũ absoluere, cũ non sit amplius suus iudex. de iudi.at si clerici. vnde si delegatus lapsu termini anni priuatur iurisdictione, non est dubiũ, ꝙ absoluere non potest, cũ priuatus sit iurisdictione, vnde hæc regula potest sic intelligi, ꝙ qui põt ligare, põt absoluere, si in eadem persona durat potestas, & sic videtur, quod regula non fallat in terminis illius.c.quærenti. & ꝙ sic debeat intelligi hæc regula probat tex.hic, qui cũ dicit, iudicijs expresse regula vr̃ præsupponere, quod talis sit iudex, & ita habet iurisdictionem ſm Ioannem de Fantucijs. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta notata in prædicto.c.si homo. & in.c. peruenit.7.q.1. & per gl.in ca. cũ inferior.ex.de ma.& obe. quia aut Papa cõmittit illi excõmunicationem, tanquam executori, & tunc ipse, cui misit nõ habet potestatẽ absoluendi, quia censetur merus executor, ꝗ non põt expedire, nisi actũ sibi nudũ commissum, vt notatur in locis superioribus. Hoc tñ fallit, vbi Papa expresse sibi committeret absolutionem, aut excommunicat authoritate Papę delegata sibi aliqua causa, vt quia pars est contumax, non cõparendo coram eo, & tunc, si durat iurisdictio, absoluere põt. Si autem delegatus datus est ad tẽpus, & ipse excommunicauit infra tẽpus, & vult absoluere post tẽpus, tunc aut terminus est statutus iurisdictioni, & tunc post tẽpus non potest absoluere, quia hæc iurisdictionis est; aut terminus nõ est statutus iurisdictioni, sed decisioni, siue diffinitioni causæ, quia tunc adhuc durat potestas exequendi, etiam post pronunciationem in causa. vt de offi.dele.quærenti.&.c.in literis potest absoluere, quia absolutio concernit executionem ipsius sententiæ. Et ita cõcludit Io.An.in.c.de causis.de of.dele. ꝙ verũ est, si causa fuisset determinata.ĩ. tẽpus. & iudex excõicasset propter contumaciam non parentis executioni. Sed si iudex excõmunicasset propter contumaciã non parentis, causam principalem terminasset.ĩ. tempus, tunc post tempus illud non potuisset absoluere. quia, cum diffinitiua non sit prolata non potest dici, quod duret iurisdictio super executione: vnde manifestum est, ꝙ absoluere non poterit, & hęc est conclusio Io.An.in.c. quod ad consultationem de re iudi. Litera. ¶ [Inferior sedes non põt.] de veritate huius regulæ habitũ est in dispositione, videlicet, ar. ꝙ inferior non põt absoluere excõicatũ à maiori ar.di.3.sicut sancti.&.17.q.4.si quis suadẽte.[conuenienter] scilicet ex officio, & iure regulari. Hug. sed causaliter ex necessitate aliter fit, vt in disputatione primæ regulæ habitum est. [Propheta.] secunda pars. scilicet Esaiæ. 10. [nunquid securè]. i. subditus contra prælatum, minor contra maiorem, inferior contra superiorem gloriabitur. illum iudicando, siue condemnando. [adijcere]. i. condemnare, & pœnæ adiudicare, quasi dicat non, quia superioris est ordinare, & præcipere, inferioris, vero necesse est obedire, & non de superioribus iudicare, quia vt dicit Aug.de li.ar. superior est, qui iudicat, eo de quo iudicat. [his itaque] tertia pars. [Iudi-
6 cijs suis.] quia vt dicit Augusti. in li.de li.ar. † iudicans est sublimior eo, de quo iudicat, vnde apostolus.1.ad Corin.4. qui autem iudicat me Deus est, & ei qui pręsumit superiorem iudicare. Apostolus indignatur ad Ro.14. dicens. Tu qui es, ꝗ alienum seruum iudicas, quia superior alterius est à seruitute & subiectione inferiorum.

Ad secũdũ ar.
Tertiũ ar.
Opponit & Respõ.
Ad primũ argu.
Ad secũm
Ad tertiũ.
Ioan.And.
Exponit literam.
Augu.

2 *Reprehensio est triplex.*



Olite. Sequitur ſm.c. eiusdẽ Nicolai Papæ ad eandem conclusionem tendens. s. quòd minores non debent iudicare maiores, & pręlatos suos. Et potest diuidi in duas partes. In prima respondet, quidã tacitę obiectioni. In secunda explicat, quæ sit intentio dictorum suorum. Secunda ibi, sed quod ita. Circa primum, vt dictum est, respondet cuidam tacitę obiectioni, q.d. quid tu igitur Nicolae vis, vt prælatorum peccata non puniantur, cum ita eos in malo defendas. Respondet ad hoc, ꝙ neminem vult in malo defendere, nec quod prelatorum peccata non puniantur, sed vult, quod à subditis superiores non iudicentur; & hoc est, ꝙ ait. Nolite vos existimare facta, &c. sed qđ ita velimus filios circa spiritualem patrem. secunda pars. Indigni vero, & degeneres filij sunt, qui de vita patrem temerarie iudicant, ac reprehendere præsumunt contra Apostoli præceptum dicentis.1.ad Timoth.5. seniorem. i. Episcopum, ne increpaueris, sed obsecra vt patrem: vnde dicentur infamia notari, qui patres suos spirituales sibi subiugare nituntur, vt colligitur ex.c
1 quis dubitet.di.96. vbi gl. dicit. Erubescit lex filios correptores esse parentum, &c. ¶ Quæritur † vtrum subditi possint licite reprehendere prælatos suos. Et videtur, quod sic ex.c. si autem.9.q.3. vbi innuitur, quod subditi possunt redarguere & reprehendere prælatos etiam laici clericos; &c. ¶ Secundo arguitur ex illo ad Gal.2. vbi habetur, quod Paulus (qui erat subditus) restitit Petro. Et rationem assignãs subiungit, quia reprehensibilis erat. Et hoc videtur, quod vbi reprehẽsibiles sint prælati possent à subditis reprehendi, vt etiam habetur manifeste ex.c.Paulus.2.q.7. ¶ Tertio sic. Ecclesiasti.17. dicitur quod Deus mandauit vnicuiq; de proximo suo, sed p̃latus est proximus: ergo cum reprehensibilis venit, potest à
2 subditis reprehendi. ¶ In oppositum est tex. pręsentis.c. ¶ Respondeo dicendum iuxta gl. & Hu. † quod triplex est reprehẽsio. s. imperiosa, socialis, & temeraria. imperiosa est quæ fit, imperio ptãtis & hęc solis maioribus cõuenit. Socialis est, ꝗ fit cũ quadã reuerẽtia: & deuotione: & hęc cõcedit minoribꝰ ac possunt minores maiores reprehendere: & clerici laicos. Temeraria est illa: quę fit sine discretione & in publico, cã infamandi potius quã corrigẽdi; hęc nulli cõceditur: sed oĩbus est damnosa. Textus autẽ noster loquitur de imperiosa, quæ est prælatorum respectu inferiorum, vel potius de temeraria, quod notatur per verba illa nulla penitus temeritate, sed de his alias plenior est futurus sermo, præstante nobis deo vitam. ¶ Ad rationes in oppositum dicẽdum. Ad primam respõdetur, quod.c.illud loquitur de reprehẽsione sociali, siue charitatiua. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ etiam ratio illa non procedit, quia reprehẽsio Pauli non fuit temeraria, nec imperiosa, de quibus tex. noster intelligitur, sed fuit socialis, cum quodam tñ excessũ propter imminens periculum, vnde vt colligi põt in.c. prædicto Paulus. vbi superior patẽter. aut manifeste, aut in aliorum subuersionem, & scandalum peccat, & ex suo peccato imminet periculum fidei, & deuiatio à rectitudine euangelij, vt erat in simulatione Petri, quo ad obseruantiam legalium, tunc inferior licite põt superiorem reprehendere, quia tunc inferior officio est superior in rectitudine fidei, & veritatis, vt dicat cum Petro, oportet plus obedire deo, quam hominibus actuum.5. Præcipit autę Deus, vt filius insurgat, si eum pater patenter abducat à fide, & cultu veri. Dei Deutero. decimo tertio. Sed vbi superior non sic errat, nec eum patet errare, non est ab inferiori iudicandus, siue reprehendendus, quia hoc præsumptuosæ superbæque, & temerariæ præsumptionis existit. vnde


Diuisio.
Primũ ar
Secũdum ar.
Tertiũ ar.
Quartũ ar.
Ad primũ argu.
Ad secũdũ

vnde Maria Moysi contradicens suprbe, lepra punita est. Nu. 12. & filij Choræ. seditiose resistẽtes Moysi, & Aarõ à terra absorpti sunt. Num. 16. ¶ Ad tertiam respondetur, quod

Ad tertiũ.

ex ratione illa bene sequitur, quod reprehensione sociali, & caritatiua potest quilibet proximum suum errantem reprehendere, & corrigere, non autem reprehensione imperiosa aut temeraria.

2 *Benedictio dicitur duplex autoritatis, & laudis. Alias diuiditur in actiuam, & expressiuam nu. 3.*
4 *Laicus iustus, licet sanctitate sit maior sacerdote peccatore est tamen eo minor autoritate.*
5 *Facere aliquid aliquis potest dupliciter.*
6 *Sacerdos benedicit materiam, non autem ipsum corpus Christi.*
8 *Potastas quædam est insignalis, & reuerentialis preeminentie & honoris, quædam iurisdictionis, siue contentiosa.*
9 *Contrariorum idem est ius.*
10 *Iube domine, quare dicatur diminutiue in principio, & in fine integre, tu autem domine.*
11 *Sacerdos potest benedicere sacerdoti, nõ diaconus sacerdoti.*
12 *Benedicere competit ratione ordinis.*
13 *Archiepiscopus non plus ordinis, aut vnctionis habet, quã simplex Episcopus.*
14 *Bonum in se aliquando prohibetur propter malum coherens.*
15 *Malum non semper est, quod prohibetur.*



Enique. Sequitur tertium. c. eiusdem Nicolai ad eandem conclusionẽ deseruiens, videlicet, quod minores non possunt iudicare maiores suos. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit fundamentum conclusionis, videlicet quod maioris sit benedicere minores, & non econuerso, quod probat ex duobus: primo authoritate Pauli ad Hebræ. 7. secundo consuetudine, quæ inuiolabiliter obseruatur in ecclesia Romana, quæ mater est omnium ecclesiarum. In 2. elicit conclusionũ intentam, videlicet quod minores non possunt maledicere, & multo minus iudicare superiores suos. Secunda ibi. Sed per hoc innuit. Pro pleniori intelligentia præsentis capituli occurrunt duo disputanda.

Diuisio

1 ¶ Primum est, vtrum verum sit, quod semper maior sit, qui benedicit eo, qui benedicitur.

7 ¶ Secũdum est, vtrum minor potest exercere potestatem, vel officium suum in præsentia maiorum.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod nõ semper maior sit, qui benedicitur. Primo sic. Laicus iustus est maior peccatore clerico; ergo non debet benedici ab eo, sed magis econuerso: hoc nõ fit: ergo non est verum, quòd semper maior sit, qui benedicit. ¶ Secundũ sic, Christus maior est oĩ sacerdote, sed corpus Christi à sacerdote consecratur: ergo non est verum, &c. ¶ Tertiò sic, multæ creaturæ rationales benedicunt Deũ. vnde benedic anima mea domino, dicit propheta, & benedicite Angeli dei, &c. & tamẽ Deus, qui benedicitur, est maior omni creatura, ergo, &c. ¶ Quartò papa consecratur ab episcopo Hostien. & Archiepiscopus à suffraganeis. qui tamen sunt minores: ergo, &c. ¶ Quinto sic, sæpe videmus sacerdotes simplices benedicere maiores suos, sicut patet cum superiores, & Abbates, aut prælati alij lecturi lectiones matutinales petunt benedictionem, dicentes, Iube: &c. ¶ Sexto, idem arguitur, quia Episcopus benedicit Archiepiscopum legentẽ lectionem, & tamen non est maior eo. ¶ In oppositũ est tex. præsentis literę, vnde Apostolus ad Hebrę. 7. dicit quod sine illa cõtradictione, qui minor est à maiore benedicitur. ¶ Respondeo dicendum. † quod benedictio duplex dicitur, quædam dicitur autoritatis, quædam laudis, benedictio autoritatis, dicitur adhuc dupliciter. aut est principalis, & ita dicitur benedictio Dei authoritate. & potestate propria benedicit creaturam, communicando ei bonitatẽ suam, de qua propheta in Psal.* Benedicat nos Deus. Alia est potestatis ministerial. & ista videtur esse sacerdotum, quæ ministerio benedicunt secundum illud Num. 6. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam. Sacerdos enim, cum sit medium inter deum, & populum, habet aliquid virtute, & potestate diuina conferre spiritualia populo, & ita benedicere: vnde benedixit prophet. in Psal.* benediximus vobis in nomine domini, & accipiendo isto modo benedictionem, clarissimum est, q verum est absque vlla contradictione,

Primũ ar.

Secũda ar.

Tertia ar.

Quartũ ar.

Quintũ ar.

Sextũ ar.

Opponit contrariũ.

2 Respõdet.

Psal. 67. a

Psal. 102. a

quod maiorem, qui benedicit, & minor qui benedicitur. Benedictio autem, quæ dicitur laudis, est de qua dicitur in Psal.* benedic anima mea. Et iterum benedicite omnia opera domini domino, &c. & de tali non loquitur tex. noster, qa ista maxime minorum est respectu maiorum, posset autem ista benedictionis distinctio aliter distingui iuxta dominum. Paulum venerandæ memoriæ Episcopum Burgen. in additionibus suis super Nicolaum de Lyra circa capitu-
3 lũ septi. ad Hebræ. † quod est benedictio quædam actiua, & quædam passiua, actiua est, per q aliquid datur à benedicẽte ipsi, qui benedicitur, & tali benedictione deus benedicit creaturas, per quam benedictionem eis confert aliqua bona, sicut Genes. primo benedixitque eis deus, & ait. Crescite, & multipli. & c. benedictio passiua est, per quã nihil accrescit illi, qui benedicitur, sed tãtum illi, qui benedicit, & isto modo creaturæ benedicunt dominum, qui bonorum nostrorũ non eget, vnde talis benedictio nõ est, nisi quidam laudandi modus, benedictiones autem, quæ dantur à sacerdotibus, seu ministris dei, reducuntur ad primum modum benedicendi, inquantum in persona Dei, seu eius autoritate hoc faciunt, seu interpretantur. Et de isto modo benedicendi loquitur Apostolus, hæc dominus Paulus. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in principio. Ad primam potest in breuibus responderi dicẽdo † laicus iustus, licet sanctitate, sit maior sacerdote peccatore, est tamen minor eo authoritate, benedicere autẽ attribuitur sacerdoti ratione ministerij. non autem ratione sanctitatis. Et tamen hic sciendum, vt recitat sanctus Thom super epistolã ad hebrę: quod ex isto loco pauperes de Lugduno dicunt, quod quicunque iustus maior est peccatore, & sic iustus laicus non benedicitur à malo sacerdote, sed e conuerso, vnde volunt quod omnis iustus est sacerdos, & nullus peccator est sacesdos. Sed iste error vt dicit idem doctor sanctus, nimis perniciosus est, quia si bonitas ministri requiratur ad collationem sacramenti, in quo est nostra salus, sequitur, quod nullus sit certus suæ salutis, nec sic sciet se recte baptizatum. quia non potest scire, si sacerdos iustus sit, nullus etiã poterit esse minister, quia nemo scit vtrum odio, vel amore
5 dignus sit, vnde dicendum iuxta eundem S. Thom. † quod aliquis potest facere aliquid dupliciter, aut autoritate propria, aut authoritate alterius: quando autem authoritate propria tunc requiritur quod ipse habeat habitum, quia tũc exigitur quod talem operans habeat in se formam, quam in alterum transfundere vult, quando autem agit authoritate non sua, sed alterius, vtpote agens instrumentale, hoc non exigitur, vnde sacerdos benedicendo, tantum est minister, vnde non agit, nisi in virtute Dei. 1. Cori. 4. Sic vos existimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores ministeriorum dei. Et ideo non nocet, siue bonus fuerit, siue malus, quia Christus est, q in ipso benedicit, & vnde sine vlla contradictione, qui benedicit maior est. ¶ Ad secundam respondetur, negando conse-
6 quentiam. Dicimus enim primo. † quod sacerdos benedicit materiam non ante ipsum corpus Christi. Secundo dicimus, quod sacerdos non agit ibi virtute propria, sed authoritate Christi, quia inquãtum Deus, maior est corpore suo. ¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis, quia ratio procedit de benedictione laudis, de qua non est ad propositum. ¶ Ad quartam respondetur iuxta sanctum Thom. quod nec Episcopus consecrat papã, nec suffraganei Archiepiscopum, sed hũc hoẽm, vt sit Papa, vel Archiepiscopus. ¶ Secundo respondetur, quod facit hoc episcopus Hostien. vt minister dei, qui est maior, q papa, vel tertio dicendum, & breuius, quod Episcopus Host. est Papa consecrando maior ordine, & si non iurisdictione. ¶ Ad quintam, & sextam simul respondetur, dicẽdum, quod rationes non procedunt. Tum primo, quia Abbas nihil habet plus ordinis, quam Monachus, simplex sacerdos, nec Archiepiscopus, quam Episcopus. Tum, quia licet isti sint minores administratione, ex tamen voluntaria illorum subiectione, siue submissione, qua in benedictione suscipienda istis se submittunt, maiores videntur in hoc actu harum simplicium benedictionum, sicut dicimus de sacerdote simplici, cui Episcopus aut Papa confitetur. Si arguatur, quod etiam ex hoc sequeretur. quod Episcopus posset benedicere Papam, cum papa nihil plus ordinis habeat, quam simplex Episcopus: respondet Hug. & Arch. quod non est verum, quoniam Apostolicus singulari prerogatiua gaudet, & à solo deo benedictionem expectat. 9. q. 3. aliorum.

Paul. burgensis.

Ad primũ arg.

S.Thom.

Ad secũdũ

Ad tertiũ

Ad quartũ

Ad quintũ & sextum.

7 Ad secundum. Respondeo iuxta Henricũ Boyh. † super. c. antiqua. extra de prileg. vbi mouet

Henricus Boych.

vbi mouet istam quæstionem dicendum,quod vt etiam tan-
8 git hic Archi,† Duplex est potestas quædam insignalis,& re-
uerentialis præeminentiæ,& honoris,quædam est iurisdicti-
nis,siue contentiosa.si loquamur de prima,tunc est conclu-
sio ꝙ minor nō debet ea vti pñsentia maioris, quæ conclusio
expresse habetur in.c.antiqua.ext.de priui. vbi patriarchis
prohibetur deferre ante se vexillū Dominicæ crucis in vrbe Ro
mana,& vbicunq; Romanus pōtifex præsens extiterit, aut
eius legatus vtens insignijs Apostolicæ dignitatis, facit ad
hoc etiā tex.presentis.c.cū concor.Si vero loquamur de ex
ercitio,tunc dupliciter, quia aut minor habet iurisdictionē
à maiore,vt officialis ab Epo,& maior eā reuocat in eo ca-
su,in quo pōt.ff.de iud.l.iudiciū.&.C.de offi.rectoris prouin
ciæ.l.potioris.tunc est cōclusio,quod minor in præsentia sui
maioris,non potest exercere officium suæ potestatis, patet
conclusio 95.di.§.ecce.&.ff.de off.proconsul.l.vlti. Aut mi-
nor non recipit à maiore, vel si habet, nihilominus non est
reuocata,tunc est cōclusio, quod potest eam exercere in prę
sentia maioris,patet conclusio.11.q.1.peruenit.&.C. de do.
l.hac sacratissima. fallit autem quando de parilitate quadam
agitur,quæ à superiore duobus vni habenti spiritualem prę-
rogatiuam reuerentiæ,& alij non habenti cōceditur, in quo
Exponit literam. casu dispositioni eiusdem superioris mittentis statur. vt ex-
tra de off.dele.volentes.hæc iuxta Hostiē.& Archid.Litera.
¶[Denique in epistola]ad hebræ.7. vbi legitur, quod Mel-
chisedech benedixit Abraæ, & per hoc pbat Apostolus Mel
chisedech maiorem esse,quam Abraam,dicens sine vlla con
tradictione,quod minus est à maiore benedicitur, vnde ait
[minor à maiore.]s.Abraam à Melchisedech[restat].q. ex vi
9 contrariorum hoc infertur.& est ar. † quod idem iuris sit in
contrariis.vt in præcedenti.c.ergo à sensu contrario,cū ma-
ior non posset benedici ab inferiori, sequitur,quod nec male
dici,nec dānari.Et quia qui pōt bñdicere pōt maledicere.Iō
minores prohibentur benedicere maioribus, ne vellent qñ
Hugo, que eis maledicere,& ita eos condemnare.Hug.& hoc est qđ
sequitur.[Si quidam prænoscentes hæc periculosa tempora]
.i.quod minores vellent prosilire in maiores,& est ar. quod
ob cautelam futuri temporis debet aliquid prouideri,vel sta
tui.ar.ȷ̆.di.22.in nomine Domini.&.63.di. Adrianus.[cū sa-
cerdote].i.Episcopo pręsente,intellige.vnde,cum abest Epi-
scopus,vel adest,& innuit,benedicere potest sacerdos [nita
tur]ne quandoque vellet maledicere,etiam maiori.Hu. [Sed
anterior]i.cęteris maior.s.in ordine [benedictionem postu-
lat].d.iube,&c.[non audet benedicere.]vnde nota,quod cir-
ca hæc varia consuetudo decurrit in diuersis ecclesijs. In qui
busdam enim volenti Episcopo legere lectionem, & dicēti,
iube.dicit ei vnus presbyterorum.Ora pro nobis pater ad do
minum,tunc autem Episcopus dicit.Magnificate dominum
mecum,verum, quod tunc Episcopus debet perfecte pronū
tiare Iube,quando ad eum,qui perfectus est, sermonem diri
gere intelligitur.In nonnullis vero ecclesiis episcopo dicenti
Iube,nihil tunc respondetur.In quibusdam alijs vnus presby
terorū dicit.Iube domine benedicere. Et ipse episcopus dat
Quæstio. benedictionem,qua data, ipse episcopus prosequitur lectio-
Respōdet. 10 nem,¶Sed quærit hic Hu.tria.& etiā Guil.in rationali†quare
in principio dicitur diminutiue, Iube domine,& in fine in-
tegre, Tu autem domine. Respondeo secundum Guili.ratio
est duplex. Prima est, in principio dicitur Iube domine quia
solus deus vere est dominus, hinc est , quod presbyter, siue
Episcopus non à se benedictionē largitur.sed discrete à Deo
postulat illam dari,dicēs benedictionem perpetuam tribuat
vobis,&c.In fine vero dicit.Tu autem domine,&c.quia tūc
sermonem ad eum dirigit,qui vere dominus est. Secunda ra
tio est ideo in principio imperfecte. & syncopato vocabulo
pronuntiat, quia tunc ad imperfectum s. hominem dirigit
sermonem iuxta illud prophetę. Imperfectū meum viderūt
oculi tui,quod etiam Monachi communiter obseruant,dicē
tes dominus Abbas.In fine vero perfecte, & complete pro-
nuntiat ad perfectum, & perfecto vocabulo dignum videli-
11 cet,ad deum dirigit sermonem:nota,vt hic inquit Hu.†ꝙ sa
cerdoti non benedicit Diaconus.vel alius inferior, sed Sacer
dos sacerdoti potest benedicere, tanquam par pari,non tamē
12 maledicere,nisi subsit ei,hoc ideo addit Arch.† quia benedi-
cere competit ratione ordinis,sed maledicere ratione iuris-
dictionis,& similiter si subdiaconus,aut Acolytus vult lege-
re lectionem,absente sacerdote,potest Diaconus ei benedi-
cere.ar.93.dist.Diaconus.quia ibi conceditur in absentia pre
sbyteri, quod ei , alias non conceditur.Sed nonne Diaconus

Diacono benedicit.quod sic,ar.de re iu.quod non est.& ex-
tra.de vi.& ho.cle.c.3.Arch.Item not,quod licet sacerdos nō
debeat benedictionem dare Episcopo,cum pronuntiat.Iube
domine , &c. Episcopus tamen Archiepiscopo potest.
13 † quia Archiepiscopus nihil plus ordinis,aut vnctionis habet
quam simplex Episcopus[Absit]ecce,quod benedicere non
est peccatum,quare ergo prohibetur, sunt duæ rationes, vt
dicit Dominus Guido. Prima ad remouendum temeritatis Guido.
præsumptionem,ne inferior presumat se habere authoritatē
supra superiorem,concordat Hu.dicens prohibetur,ne super
bia oriatur inde. Secunda ratio est,quia si inferiori prohibet
superiorem benedicere, longe magis prohibetur maledice-
re & de vita superiorum temerarie iudicare, aut famam supe
rioris denigrare.Et hæc ratio tangitur in litera,cum ait. [Sed
14 per hoc innuitur,quantę &c.]& est ar.†quod propter malum
cohærens,id quod in se bonum,est prohibetur. vt.96.dist.c.
2.&.ȷ̆.di.22.c.1.Hu.Item ar.quod non semper malum est,ꝙ
prohibetur,sed etiam aliquando bonum prohibetur, & hoc
dictum est propter malum cohærens,vel propter maius ma
lum,quod inde sequitur,vt pomum fuit prohibitum homi-
ni,vt abstinendo acquireret maius bonum.s.bonum obediē-
tię.vt.11.q.3.ergo,&c.

4 *Papa quando est infamatus de hæresi si sine scandalo tolerari non potest vniuersalis ecclesia,& concilium vniuersale habent potestatem inquerendi de ipso.*
6 *Imperator Constantinopolitanus non est proprie Imperator.*
7 *Iudex quis potest esse in causa propria,in qua non seruatur ordo iuris.*
8 *Marcellinus an fecerit licite offerendo se morti.*
9 *Sententia Marcelli an ligabat,eos qui corpus eius tradiderunt sepulturæ.*



Nunc autem. Sequitur quartum.c.eiusdem di.& est Nicolai papæ tendens ad eādem conclusionem. videlicet quod minores non possunt iudicare maiores. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit conclusionem ipsam. In secūda ostendit illam exēplis duobus. secunda ibi,si quidem,Diocletiani tēpore. Pro pleniori intelligentia huius.c.quæruntur quatuor.

1 ¶Primum est,vtrum Papa Marcellinus mortis timore cōpulsus idolis thura ponens mortaliter peccauerit.

2 ¶Secundum est,vtrum in illo peccato crimen hæresis incurratur.

3 ¶Tertium est,vtrum concilium vniuersale ecclesiæ catholicæ,siue prælatorum ecclesiæ congregatio habeat potestatē supra papam de hæresi infamatum.

4 ¶Quartum est vtrum beatus Marcellus propter idololatriā per violentiam commissam veniebat deponendus à concilio vniuersali.

1 Ad primum. Sic proceditur.†Et videtur, quod papa Marcellus mortis timore compulsus,idolis thura ponens non peccauit mortaliter. Primo sic, (Primū ar.) secundum Augu.li.de vera religione,peccatum ideo est volūtarium,quod si non est voluntarium, non est peccatum.15.q.1.factum sed factum illud Papę Marcelli non videtur fuisse voluntarium ergo non fuit peccatum ¶ Secundo sic dicit Augu.glo.extraordi.super illud. Nō adorabis, nec coles, (Secundū ar.) aliud est adorare.& aliud est colere. Adorare potest quis inuitus tormentis victus. ¶ Tertio si dicit Augu. lingua non facit reum ;sed ea mens: (Tertiū ar.) sed iste summus pontifex,non habuit ream mentem:ergo non videtur peccasse. ¶ In oppositum est tex.præsentis c.¶ Respondeo dicendum, (Opponit & Respō.) quod Papa Marcellinus timore etiā cōpulsus immolando siue thurificando idolis peccauerit,non modo mortaliter sed grauiter q̄to in maiori statu erat sublimatus. Ista conclusio patet primo sic. Iste fecit contra præceptum dei; ergo peccauit mortaliter:patet consequentia quia peccatum; vt dicit Ambrosius est dictum vel factum contra legem Dei. (Ambrosius.) Antecedens patet Exo. 20.vbi dicitur non adorabis ea.s.exterius; neque coles.s.interius.vt gloss.exponit. Et loquitur de sculptilibus & imaginibus,vnde peccatum est idolis exteriorem vel interiorem cultum exhibere. Et hoc est verum omni tempore. siue pacis siue persecutionis, vnde hic vitandus venit error quorundam hæreticorum qui asserere præsumpserunt quod non esset periculum si quis persecutionis tempore deprehensus alterius idola colat: dum tamen fidem seruet in mente; sed quod hoc

S. Thom. quod hoc sit falsum patet sic ratione S. Thomæ in secunda secundæ.q.84.ar.2. Nam, cum exterior cultus sit signum interioris cultus, sicut perniciosum mendacium est, si verbis asserat contrarium eius, quod per veram fidem tenet in corde. Ita etiam est perniciosa falsitas, si quis exteriorem cultũ, exhibeat alicui contra id, quod sentit in mente. vnde Aug. dicit cõtra Senecam.6. de ciuitate Dei, ꝙ eo damnabilius colebat idola, quo illa, quæ mẽdaciter agebat, sic ageret, vt cum populo agere existimaretur. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur, negando minorem. Dicimus enim, quod factum Papæ Marcellini non fuit omnino inuoluntarium, vnde Gregorius Nicænus libro suo de homine dicit quod ea quæ motu aguntur mista sunt ex volũtario, & inuoluntario, imo, vt dicit Philosophus, & S. Tho. in prima secundæ.q.6.arg.2. quæ per motum aguntur, sunt magis voluntaria, quam inuoluntaria. ¶ Ad secundam respondetur ꝙ, gl. illa non facit contra propositum nostrum, quoniam nõ vult dicere gl. illa, ꝙ quis victus tormentis, possit licite sine peccato idola adorare, quoniam hoc, vt patet, ex dictis est falsum, sed vult dicere glo. illa ꝙ quis cogi possit exhibere cultũ latriæ exteriorem idolis non autem interiorem, quia & si corpus, & membra cogi possint, vel ad genuflectionem idolis faciendam, vel ad offerenda thura, & similia, cogi tamen nõ potest voluntas. ¶ Ad tertiam respondetur, negando minorem, dicimus enim, ꝙ ibi etiam fuit rea mens, vbi propter fugiendam mortem corporis, non dubitauit incurrere mortem animæ, quod non erat faciendum secundum illud Matt. 4. Nolite timere eos, qui occidunt corpus.

Margin: Augus. — Ad primũ arg. — Gregorius nicenus. — Ad secũdũ — Ad tertiũ

2 **Ad secundum.** Sic proceditur. †Et videtur, quod in hoc casu Papa Marcellinus hæresis crimẽ incurrerit. Primo sic, gl. præsentis.c. manifeste dicit, quod cõfessus est de hæresi, ergo videtur quod hæresim idolatrando incurrit, alias eius confessio fuit falsa. ¶ Secundo sic, iste Marcellinus fuit diffamatus de hæresi, vnde hac ratione prælati ecclesiæ fuerunt congregati, vt pote in casu, in quo Papa subiectus est concilio, ergo videtur quod ipse idolis thura exibẽs hæresim incurrerit. ¶ Tertio sic, idolatria est infidelitas quædã, sunt enim dolatræ infideles, sed hæresis dicit assertionem fidei contrariam, ergo sequitur, ꝙ idolatrando, etiam crimen hæresis incurrerit. ¶ In oppositum est tex. præsentis.c. in quo videtur innui, quod licet compulsus à paganis, thura idolis posuerit, fidẽ tamen Christi in mente habebat ¶ Respondeo dicendum, quod prout tam ex textu, q̃ ex chronicis colligere possumus, beatus Marcellus thura idolis exhibendo, mortis timore compulsus, non incurrit crimẽ hæresis. Ista conclusio probatur sic. Iste thura offerendo idolis, à paganis compulsus, non habuit peruersum dogma in corde suo circa ea, quæ fidei sunt, cum pertinacia defensionis, ergo thura illa idolis exhibendo, non incurrit crimen hæresi, consequentia est bona à diffinitione ad diffinitum hæresis autem, vt dicit Hieronymus super epistolam ad Gal. & habetur in.c. inter hæresim, & scisma.24.q.3. habet peruersum dogma. Non enim thurificauit idolis ex eo, quod crederet aliquid ibi esse diuinum, vel quod esset licitum, vnde nõ elegit thurificare, quasi credens verum, quod erat falsum, sed coactus volens mortem euitare, hæc fecit tenens semper in corde suo veram fidem, vnde licet peccauerit mortaliter, vt diximus in articulo præcedenti, quia sanctius est mori, quã immolare idolis.32.q.4.ca. sicut sanctius.&.c. ita ne.e. causa. q.5. tamen non peccauit peccato hęresis, nec ex tali actu potuit, nec debuit censeri hæreticus, quia corde semper tenuit, & credidit bonam fidem, facit ad hoc, quod habetur de pæ. di.1.§. potest fieri. vbi dicit Ambrosius. Põt fieri vt aliquis victus supplicijs sermone neget Deum, & corpe adoret, &c. & quod habetur d i.50.c. presbyteros. presbyteros, qui coacti conditionaliter, ne occiderentur, immolauerunt. ¶ Secundo sic. dicit Augustinus li. de vtilitate credendi. & habetur in.c. hæreticus.24.q.3. hæreticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maxime glorię, vel principatus gratia falsas opiniones sequitur, aut nouas gignit, nullum autem istorum iste cõmisit, vt patet ex dictis, vnde patet conclusio vera. ¶ Ad rationes. Ad primam respondetur, quod gl. videtur dicere falsũ quoniam nullum tale legitur, confessus licet bene, quod idolatriam à paganis compulsus commisisset. ¶ Ad secũdam respondetur, negando consequentiam, licet enim omnis idolatria, de quo nescitur, an timore mortis, an spõte immolat idolis de hæresi sit suspectus, sicut contingit in isto Marcello, antequam sciretur, ꝙ compulsus, & timore mortis thurificasset idolis, non tamen sequitur, quod ipse hæresim incurrisset cum non spõte, nec aliter credendo de Deo, quod debebat, hoc fecerit. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam, licet enim idolatria sit species quædam infidelitatis, nõ sequitur propter hoc, quod sit hęresis, quæ est alia species infidelitatis, imo distinguitur specie ab ea, vnde in argumento committitur fallacia consequentis.

Margin: Primũ ar. — Secũda ar. — Tertia ar. — Opponit in contrariũ. — Respõdet. — Ad primũ argu. — Ad secũdũ — Ad tertiũ

3 **Ad tertium.** Sic proceditur. †Et videtur, quod concilium vniuersale ecclesiæ catholicæ, siue pælatorum ecclesiæ congregatio non habeat potestatẽ supra Papam de heresi infamatum. Primo sic, ex ca. pręsenti. vbi pręlati congregati, volentes iudicare aliquid de Marcellino inducentes causam dixerunt. Prima sedes non iudicatur à quoquam. ¶ Secundo sic. Illa congregatio, quæ nullam habet authoritatem, nisi à Papa, & quæ absque papa congregari nõ potest, nullam habet iurisdictionem super Papam, nisi papa sponte eorum iudicio se submittat, sed concilium generale nullam habet iurisdictionem, vel authoritatem nisi à Papa, nec potest absque eius mandato aliqualiter celebrari, ergo papa nisi voluntarie se submittat iudicio generalis concilij, nullam potestatem habet super ipsum. ¶ Tertio sic. irrationabile videtur, quod oues supra pastorem, membra supra caput, filij supra patrem, discipuli supra magistrum, subditi supra prælatum habeant iurisdictionis potestatem, pręsertim cũ iniqua, & falsa infamia iurisdictionem non debeat, nec possit tribuere. ¶ Quarto sic, nulla persona super Papam diffamatum habet iurisdictionem: ergo nullla persona valebit de ipso inquirere de iure, consequentia patet, quia ad inferiorẽ, nec ad parẽ sed ad superiorem iurisdictionem habentem officium inquisitionis spectare dignoscitur, antecedens etiam patet ex.c. pręsenti. ¶ In oppositum arguitur ex pręsenti.c. in quo habetur quod audito, quod Marcellinus Papa thurificauerit idolis, cõuenientes Episcopi in magno numero inquisiuerunt de hoc, quod nequaquam attentassent nisi in casu illo authoritatem habuissent inquirendi de veritate. ¶ Secundo sic, quia cum possibile sit papã in hæresim incidere, vt patet ex.c. si Papa, di.40. si de Papa hæresi diffamato nulla posset fieri inquisitio tota fides posset periclitari, sed hoc est incõueniens. ergo ¶ Respõdeo dicẽdum saluo semper meliori consilio videtur dicendum iuxta positionem quorundam. † quòd cum Papa
4 de hereſi est taliter infamatus quod sine scandalo ecclesiæ; aut periculo fidei tolerari non posset vniuersali ecclesiæ. & conciliũ vniuersale habẽ ptãtẽ inquirẽdi de ipso: & si ipsum deprehenderint hæreticũ manifeste procedẽdũ est vlterius ad eius condẽnationẽ. Ista conclusio multipliciter probatur: quo ad omnes partes eius quod in tali casu sit subiectus iudicio vniuersalis ecclesię, probatur primo sic, ille qui potest accusari & iudicari de hæresi est subiectus iudicio vniuersal. ecclesiæ si fuerit de hæresi diffamatus: papa autem de hæresi accusari potest & iudicari. dis.40. si papa: ergo &c. Secundo sic. Nulli corpori est sufficiẽter prouisum membra putrida quæ totum corpus valeãt inficere possint abscindi, sed tota ecclesia militans est vnum corpus teste Apostolo ad Ro. 12. Omnes vnum corpus sumus in Christo. Istius corporis Papa est membrum quoddam, ergo non est sufficiẽter prouisum ecclesiæ nisi papa possit abscindi per ecclesiam: si hæreticam incurrat prauitatem, cum ergo Christus non defecerit in necessarijs ecclesiæ militãti, sequitur quod per ecclesiam militantẽ papa si efficiatur hæreticus potest abscindi, & per consequẽs si fuerit de hæresi diffamatus iudicio vniuersalis ecclesiæ est subiectus. ¶ Quo ad secũdam autem partem videlicet, quod papa de hæresi diffamatus modo iam dicto sit iudicio vniuersalis concilij subiectus, probatur cõclusio pręfata. Primo sic. Ecclesia vniuersale iudicium obtinet super Papam de hæresi diffamatum, vt dicit prima pars cõclusionis: ergo & concilium vniuersale quod vicem gerit vniuersalis ecclesię, consequentia patet: secundo conclusio patet ex glo. præsentis.ca. vbi sic dicit: quæritur ergo quare isti non deposuerunt papã; cum esset confessus de hæresi.40.di. si Papa. dicit Hug. quod paratus erat corrigi, licet enim papa sit hereticus vel alius si paratus est corrigi non deponitur. &c. Ex quibus verbis manifeste datur intelligi quod Episcopi congregati potestatẽ habebant papam de hæresi diffamatum si eum vere hæreticum reperissent aut declarandi depositum aut de facto deponẽdi, causa tamẽ papæ prius habita, & ita per consequẽs potestatẽ habebãt acquirẽdi de Papa diffamato. Tertio idẽ videtur colligi ex illo Deu. 12. Si audieris in vna vrbium tuarũ, quas dominus Deus dat tibi ad habitandũ, dicentes aliquos egressi sunt

Margin: Primũ ar. — Secundũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Opponit contrariũ. — Secũdũ op. — Respõdet

si sunt filij Belial de medio tui, & adruerterunt habitatores vr bis tuæ, atque dixerunt. Eamus, & seruiamus Dijs alienis, quos ignoratis, quare solicite, & diligēter rei veritate ꝑspecta si inueneris certa esse, quod dicitur. Et abominationē habeat opere perpetraram, statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, oīaque quæ in illa sunt vsque ad pecora. & c. Ex quibus datur intelligi, quod si a ꝑuidis, & honestis, Papa vel quicunque alius publice diffamatur, quod ve lit catholicos à fide auertere orthodoxa, est veritas diligēter inquirenda, ergo de papa super crimen hæresi diffamato debet inquisitio fieri per collegium vniuersalis ecclesiæ. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur, quod ratio illa non obuiat, qm̄ illa patrum in concilium existentium dicta sunt ab eis, postquam cognouerunt, quod papa Marcellinus & coactus fecerat id, quod fecerat & paratus erat corrigi, hoc autem non obuiat, qm̄ durante infamia publica, & dubitatione vehementi, an foret hereticus cognosce re potuerunt de veritate. ¶ Ad secundum respondetur, ꝙ assumptum est verum, de papa vero, & indubitato, non autem de dubitato, & in hoc casu, in quo dubitatur probabiliter, vtrum papa sit hæreticus, vniuersalis ecclesia habet authoritatem conueniendi, si Papa nollet congregare eam, & inquirendi de veritate, & etiam iudicandi, si reperierit personam Papæ veraciter hæretica prauitate contumaciter maculatam, & hoc tā iure diuino, vt colligitur ex superius inducta scriptura Deute. 13. quam ex iure canonico. in. c. si papa. di. 40. quod ius, licet à Papa sit institutum, est tamen irreuocabile ab eo, quia vt glo. ait in præfato. c. si Papa. non posset facere statutū contrarium videlicet, quod nō posset accusari, & iudicari de hæresi. ¶ Ad tertiam respondetur quod non est verum, quod ex hoc sequatur, quod simpliciter oues sint supra pastorem, aut membra supra caput, & cætera, sed tantum hoc habetur, quod in casu, in quo dubitatur probabiliter, & apud notabiles personas, an iste, qui se gerit pro Papa sit verus pastor, verum caput, verus prælatus, oues, membra, filij, & c. habeant potestatem inquirendi de veritatem in casu, in quo non possunt aliter de veritate informari. Manifestū autem est, quod si papa est deuius à fide, cum ab ecclesia præcisus sit. 24. q. 1. pudenda. & ca. alienus. cadit à principatu papatus, & per consequens, cum probabiliter suspectus habetur de hæresi, dubitatur probabiliter, an sit verus Papa, vtrū ecclesiæ Pastor, & c. Et ita ratio non procedit, vnde isti proprie dicuntur habere potestatem supra dubium discutiendū, quam supra papam. ¶ Ad quartam respondetnr, negando cōsequentiam. Et ratio est ꝑm quosdam, quia sicut inquisitio ad superiorem spectat, ita citatio a ad superiorem, patet, non. n. par, siue inferior potest regulariter suum superiorem citare. Sed citare est iurisdictionem habentis, & tamen hoc non obstante, potest quis in casu iurisdictionem minime habens super alium citare eundem. Si enim dubitatur probabiliter, an habeat Iudex iurisdictionem super aliquem ipsum potest & debet citare, & citatus ire tenetur, & ostendere, ꝙ citatio non tenet, quod si non fecerit poterit ipsum alias excommunicare, & propter contumaciam iudex, qui nullam habuit iurisdictionem, quantum ad hoc, quod ipsum potest excōmunicationis sententia innodare. extra de App. si duobus. sic est vt dicunt de inquisitione dicendum, quod licet inquirere regulariter ad superiorem pertineat, si tamen probabiliter dubitatur de aliquo, qui non potest ad superiorem recurrere, an habeat super alium iurisdictionem, & potestatem inquirendi & non aliter, nisi inquirendo ad veritatem, an super aliū habeat iurisdictionē, poterit peruenire, licebit sibi de ipso inquirere, vt cognoscat, an ille ad eius iurisdictionē pertineat, sic dicunt est in proposito, quia eo ipso, ꝙ Papa de hæresi tam grauiter diffamatur, quod talis infamia sine scandalo ecclesiæ, aut periculo fidei dissimulari, aut tolerari non posit, prælati possunt probabiliter dubitare, an Papa taliter diffamatus ad iurisdictionem eorum pertineat: quia propter talem eorum infamiam probabiliter dubitarent, an Papa sit catholicus, an hæreticus, quia de diffamato dubitandum est ante inquisitionē, & examinationem causæ, an fama veritati innitatur. Si autē prælati probabiliter dubitant, an Papa de heresi diffamatus sit catholicus, vel hæreticus, sequitur quod probabiliter dubitāt an papa sit de iurisdictione ipsorum, quia papa manens Papa propter falsam infamiam non est de iurisdictionē quorumcūque: falsa. n. infamia nullam iurisdictionem tribuit. Si autem fama continet veritatem, Papa taliter diffamatus est verus hæreticus. Si autem est verus hæreticus est de iurisdictione

Ad primū arg.

Ad secundū

Ad tertiū.

Ad quartū

a ¶ Ita citatio. Debet emanare abiudice. Pe. de Anc. in. c. ꝑterea nu. 6. de dilat. & dicitur esse iuris ordiue substantiali. idē in. c. 1. nu. 3. e. tit. Et debet esse legitima vt ꝑ eā ꝑpetueturiurisdictio idē i. c. pro posuisti de foro cōp. nu. 4.

4 catholicorum † quia omnis hæreticus minor est quocunque catholico, & est de iurisdictione prælatorum ecclesiasticorū. Si ergo prælati catholici dubitant, an Papa de hæresi diffamatus sit catholicus, vel hæreticus. Ita dubitant probabiliter, an sit de iurisdictione Episcoporum effectus. Ex quo aūt dubitatur probabiliter, an sit de iurisdictione ipsorum effectus, si ad veritatem aliter, quam inquirendo, nequeunt peruenire, an. s. Papa sit de iurisdictione ipsorum effectus ipsi debēt de ipso inquirere, an. s. Papa de hæresi infamatus sit eorū iurisdictioni subiectus. Hoc autem non possunt inquirere, nisi inquirendo; an papa de heresi diffamatus sit catholicus, vel hæreticus; ergo in hoc casu prælati catholici habent potestatem inquirendi de Papa super hæresi mendaciter diffamato, licet in rei veritate iurisdictionem non habeant super ipsum, sicut potest quis alium citare, quamuis iudex non sit.

5 **Ad quartum.** Sic proceditur. † Et videtur, quod beatus Marcellinus propter idolatriam commissam veniebat deponendus. Primo sic, quia vt in chronicis scribitur cum iudicio suo patres cōcilij causam illam committerent, ipse de se iudicium faciens ait, iudico me deponendum. ¶ Secundo sic, idolatria præsupponit infidelitatem in corde, & addit (vt dicit S. Thom.) indebitum cultum exteriorē, sed pro infidelitate Papa venit deponēdus: ergo pro idolatria. ¶ Tertio sic dicitur Matt. 11. qui negauerit me coram hominibus, negabo eum corā patre meo: ergo videtur ꝙ papa negans Christum negandus est esse vicarius Christi. ¶ In oppositum est gl. præsentis. c. ¶ Respondeo dicēdum, quod beatus Marcellinus propter crimen idolatriæ, ꝙ compulsus commisit non venit deponendus. Ista conclusio manifeste colligitur ex te. & ēt Hu. q in apparatu suo quærit, quare iste nō fuit dānatus ab illis, cū cōmiserit idolatriā, quæ est hæresis, vel maior hæresi, & pro heresi papa deponitur à subditis vt di. 40. si Papa. Qui respondens dicit sic. Ego autem dico, quod non potuerunt, nec debuerunt eum condemnare, & hoc ideo, quia sponte, & humiliter confessus est errorem suum: tunc enim Papa damnari potest de. hæresi; si pertinax fuerit alias non ar. 24. quæstio. 3. dicit. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequētiam: ratio est; quia licet ipse iudicaret se dignum depositione propter scelus idolatrię; non ꝓꝓ hoc sequitur; iure deponendus veniebat considerato, quod pœnitebat se peccasse; & paratus erat corrigi. ¶ Ad secundam respondetur. etiam negando consequentiam. ratio iam assignata est videlicet, quia pertinax non fuit sed paratus corrigi. ¶ Ad tertiā respondetur; quod si authoritas illa. Mat. 11. ad propositum faciat intelligenda est de eo qui Christum negat; & in negatione pertinaciter perseuerat, quod non fuit hic, quod quidam dicunt: quod iste beatus Marcellinus deposuerit; aut renunciauit; non videtur authenticum. nam primum cum depositio spectet ad superiorem, ipse non poterat se deponere. Nō ꝑm, quia licet potuisset renuntiasse, non tamē videtur fecisse, quia si fecisset à tempore renunciationis intelligeretur vacasse Apostolica sedes: hoc autem non dicitur, sed à tēpore mortis suę, vnde in chronicis Guidonis ita dr̄. Et ipse Marcellinus pro fide Christi sub Diocletiano capite trūcatus est à quo die inter persecutiones cessauit eius episcopatus annis 7. mensibus sex. Litera. ¶ [Nunc audire velitis.] Nemo. n. libēter refert inuito auditore. vt. 6 q. 1. ex merito. Hu. & ecclesiastici. 32. habetur. obeditus non es, non effundas sermonem [si quidem] ostēdit conclusionem suam primò exēplo Marcellini Papæ. [Augustorum]. Nota fuisset duos Imperatores. di. 63. relatiua. & refert Sallustius, quod hoc factum fuit pro bono pacis, & vtilitate reipublicę: qui secūdum Lau. reputabātur loco vnius Arch. Hinc patet; quod vt dicit Hu. hoc fuit casuale, quia regulariter vnus solus debet esse Imperator. 7. q. 1. in apibus, † vnde Constantinopolitanum non credit esse Imperatorem. sed potius hæreticum; & scismaticum, quia ecclesiam Romanā non credit caput [sibi Marcelli.] Hic enim vt narrat in chronica suæ frater beatus Guido ordinis prædicatorum à Diocletiano cōpulsus incēsum posuit idolis im molādo; quia postea synodo facta in Cāpania proprie ore pœnituit coram. 180. Episcopis, & aspersus capite cilicio indutus pœnitentiam egit dicens se peccasse, sed & hoc memoriale de eo inuenitur; quod cum se Episcopis iudicandū sup posuisset dicēs se paratum ad omnia obedire quicquid sibi imponerent. Responderunt. Absit vt summus pontifex à quaquam iudicetur. negasti tu; negauit & Petrus magister, & qs Apostolorum ausus fuerit eum iudicare; sed egressus fleuit amare. Tu

Primū ar

Scd̄m ar.

Tertiū ar.

Opponit & Resp.

Ad primū argu.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

Exponit literam.

Sallustius.

Guido.

amare. Tu ergo in teipso collige cām tuā in ore tuo, te iudica, &c. [Cōpulsus à paganis] nō absoluta coactione, tunc, n. oīno excusaretur. ar. di. 50. presbyteros. sed cōditionali, & iō mortaliter peccauit, quia potius debuit mortem eligere, quā malo consen. vt. 23. q. 5. q. si quis coactus. timēdo. n. mortem carnis suæ, dedit mortem aīæ, suæ vt. 11. q. 3. non solū. Hu. vnde Mat. 11. dicitur qui negauerit me coram hoībus, negabo eum, &c. licet. n. mortaliter peccauerit, non tñ immolando idolis crimen hæresis incurrit, vt dictum est supra artic. 2. qa ipse, licet nō. habuerit actum exteriorem fidei, mortis timore compulsus fidem tamē interius oīno habuisse videtur: vt ex eius confessione colligitur, licet antequam de hoc haberetur veritas per eius confessionem diffamatus est de hæresi [huius rei gratia.] Ecce vnam causam cōgregandi concilium vniuersale, qsi. s. Papa est infamatus de hæresi, ꝙ eius fama sine magno scandalo ecclesiæ, & fidei periculo tolerari nō posset, aut dissimulari. [collecto.] Aliqui dicunt, quod ipse Marcellinus met conuocauit concilium, submittens se eius iudicio, Alij dicunt, ꝙ plati audientes tm̄ scandalū in Romano Pōtifice ipsimet non vocati ab eo, sed debitū eorum exoluentes, volentes ecclesiæ scandalo occurrere, conuenerunt ad inquirendam veritatem huius rei. [ministrorū]. i. pluriū, fuerūt. n. vt dr̄ in quadam chronica. 180. Episcopi. [Et inquisitione facta [an. s. ipse Papa idolis immolasset, vt fama deduxerat ad eos] nullus tamē eorum] nec oēs simul. quia (vt dictū est) non est repertus pertinax, sed pœnitens, & dolens de cōmissis. [tuo ore iudica causam tuā, &c.] Sed videtur, quod patres illius concilij male dixerunt hic, quia nullus pōt esse Iudex, vel arbiter in causa sua. Hu. Respondet, quod hoc verum sit
7 in causa, in qua seruat̄ ordo iudiciarius. In causa aūt, in qua non seruatur ordo iuris bene pōt quis esse Iudex in propria causa. Et ita fuit hic secundum eum. gloss. vero dicit hic, quòd Iudex improprie hic dicitur id est, arbiter. sed iudicio nostro non fuit mens istorum patrum loqui de iudicio condemnationis. sed de iudicio discretionis. Dimittebant eum iudicio discretionis ipsius Papæ Marcellini, vt ipse diffiniret, quali pœna peccatum eius veniret puniendum. Et hoc est, quod sequitur, noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo. s. in mente tua, in discretione tua, causam tuam ex te inquirunt, iustificabis, aut ex ore tuo condēnaberis. i. suscipiens pęnitentiam pro delicto tuo. Et rationem assignantes, subiungunt [prima sedes non iudicatur à quoquam] hæc etiā sententia colligitur in. §. sequēti in exemplo Sixti Papæ. ¶ Sed hic surgunt duo dubia. Circa pœnitētiam, quam iste Marcel-
Ponit duo dubia. 8 linus pro peccato accepit. Primo, vtrum licite fecit sponte se offerendo morti eundo ad Imperatorem non vocatus, non cōpulsus, & profitendo se esse Christianū, mortem recepit, & ita vr̄, quod occasionem dedit morti suæ, & per consequēs peccauit. ¶ †Secundum est, vtrum sententia eius ligabat eos, qui corpus eius tradiderunt sepulturę. ¶ Ad primum respondetur, ꝙ beatus Marcellinus in illo non peccauit, nec occasionē dedit alicui iniuste agendi, vnde ꝙ ipse Marcellinus rectissime pænitentes voluerit, sicut publice factis immolādo idolis mortis timore Christū negauerat, ita mortis timore deposito publice Christū cōfitēdo, nō est dicēdus dedisse occasionem alicui iniuste agendi. vnde mortem illatā patienter sustinendo, meruit martyrij gloria coronari. ¶ Ad secundū respondetur, ꝙ ligabat sentētia illius non successorem, quia par in parē non habet imperium, sed in alios, nisi deus aliter reuelaret, sicut factum est, vel dicendum, ꝙ non fuit proprie excommicatio, sed quædam imprecatio in eum qui cum sepeliret, excepta tacita cōditione, scilicet vbi deus aliter reuelaret.

Respōd. ad primum.

1 *Causa semper est deferenda ad maiorem Iudicem.*
2 *Argumentum à factis Gentilium, & hæreticorum an valeat.*
3 *Acephali qui dicatur.*
4 *Sententia Episcopi lata sine præsentia suorum canonicorum an sit nulla.*

SVbmittitur, &c. Sequitur quintū. c. in quo papa Nicolaus exprimit, ad quid hæc sex capitula sunt introducta. s. ad probādum, ꝙ subditi Ignatium non potuerunt iudicare, vel condemnare. Et pōt diuidi in duas partes. In prima ponit factū reprehensibile, videlicet ꝙ Ignatius submittit se minorum & inferiorum declarationibus. In secunda ostendit illud esse irreprehensibile, quia maior non pōt ab inferiore iudicari, ꝙ ostendit ex. 4. ibi, sacris. &c. Litera. ¶ [Submittitur]. i. submitti non debet. Arc. [deliberationibus]. i. examinationibus, diffinitionibus, & iudicijs. Hu. [maior.] ar. †ꝙ causa semper est deferenda ad maiorem Iudicem, ergo & appellatio semper debet fieri ad maiorem. ar. 2. q. 6. anteriorū. §. illud. &. c. omnis. 6 q. 4. §. ad bene. [Sacris] hic est prima probatio ad potioris sedis iudiciaria actio [subditi, vel causæ] dirigantur. [quod non solum.] secunda probatio. [hæreticis.] ar. †ꝙ à factis Gentiliū & hæreticorum est argumentandum, & seruiendum, & sumendum aliquid faciendi, & nō faciendi, hoc est verum à bonis factis, non autem à malis. vt. 1. q. 1. sacerdotibus. &. 13. q. 2. quæsta &. c. non existimus. [Alioqui Acephalū.] 3. probatio. i. sine capite. Cephas. n. caput dr̄. †vnde Acephali dicunt, ꝙ nulli Episcopo volunt subesse, vt di. 93. nulla. ergo concilium illud congregatum aduersus Ignatium erat acephalum. i. sine capite, cum ibi non esset maior, sed soli subditi, qui accusabāt & iudicabant prælatum suum [clericorum inferioris ordinis] quarta probatio. [inferioris ordinis] hæc litera legitur dupliciter. primo sic inferiorum gradus. i. presbyterorum, & Diaconorum, qui sunt inferioris gradus respectu Episcopalis ordinis, de quo agebat [solius Episcopi sui] imo præter eū debēt esse alij sex Episcopi in causa presbyteri, &. 5. in causa Diaconi. vt. 15. q. 7. si autem. de hoc notat Innocen. extra de excess. prela. c. 1. Secundo sic. [clericorum inferioris gradus]. i. ordinis. s. Subdiaconorum, & aliorum inferiorū [solius]. i. sine pſentia suorū clericorum, & sic non obuiat, quod inducitur de c. si autē. 15. q. 7. vbi dicitur, quod solus Episcopus pōt finire causas, subdiaconorū, & aliorū, ita. n. ibi intelligitur solus. i. sine alijs Episcopis, hic autē dicitur non solus. i. sine præsentia suorū canonicorū. †vnde sentētia, quæ præfertur sine præsentia suorum canonicorum, est nulla ipso iure vt hic. &. 15. q. 7. Eps. nullus tñ dicit Arc. ꝙ si consuetudo esset canonice præscripta, quod Episcopus non teneretur requirere consiliū sui. c. talis consuetudo non est improbanda, vt hodie statutum est de consue. li. 6. c. non est. vbi vero consuetudo nihil disponit, tunc sine præsentia canonicorū talis sententia ferri non debet, vt dictū est; nisi clericorū. i. canonicorū, vbi nota modū arguendi, quasi diceret si nō solus Episcopus pōtest iudicare inferiores, ergo multo minus soli inferiores possunt iudicare, vel condemnare suum Metropolitanum, vel Patriarcham, seu superiorem.

Diuisio

Exponit literam;

Archid.

1 *Dioscorus an rationabiliter fuerit condemnatus.*
2 *Anathematizare aliquando idem est, quod maledicere.*
3 *Lingua quando dicatur residere in terram.*
4 *Papa vocatur Archiepiscopus ecclesię Romanæ.*
5 *Ordo iudicarius non est requirendus in notoriis.*

IN tantum. Sequitur. c 6. eiusdē ad eandem conclusionē tendens videlicet, ꝙ minores maiores damnare non valēt. Et pōt diuidi in duas partes. In prima ponit cōdemnationē factam cōtra Dioscorum propter presumptionē cōmissam in Leonem Papā. Secūdo dicit, quòd propter notorietatem excessus illius sententia data non fuit ordo iudiciarius seruatus. Secunda ibi: nunquid ibi. Pro pleniori intelligentia huius. c. quærit̄ sic. ¶ Que-
1 ritur, †vtrum Dioscorus rationabiliter fuerit damnatus, quia superiorem suum. s. Romanum Pontificem excōicauit. Et vr̄, ꝙ nō. Primo sic. Diosc. Alexandrinus Patriarcha non fuit minor Patriarcha romano, quā fuerit Paulus angelo Dei: sed Paulus potuit licite excōicare, imo de facto excōicauit angelū dei, & omnē aliū Apostolum. inter quos etiam Petro cōminabatur, si aliquis eorū aliter euangelizaret, ꝙ ipse euangelizauit, vt patet ad Gala. 1. ergo etiā Dioscorus Patriarcha potuit licite excōmunicare Romanum pontificem. ¶ Secundo sic, Dioscorus potuit Romanum pontificem in foro pœnitētiæ absoluere, & ligare; ergo etiam in foro exteriori. consequentia videtur bona, quia vterque forus iurisdictionis esse videtur. ¶ Tertio sic, sententia probata in Dioscorum fuit ꝓlata nulla inquisitione veritatis pręuia. ergo male fuit damnatur. Antecedens patet ex præsenti. c. consequentia videtur bona. 2. q. 1. nos in quenquam. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. ¶ Respondeo dicendū, quod Dioscorus rationabiliter, & iustissime damnatus est præsumens excommunicare Romanum pontificem siue suum superiorem. Ista conclusio declaratur sic. Excommunicatio est actus iurisdictionis, sed nullus potest habere iurisdictionem in superiorem. Cum enim per iurisdictionem aliquis constituatur in gradu superioritatis respectu eius, in quem habetur iurisdictio, quia est Iudex eius. Implicat

Diuisio.

Primū ar.

Secūdum ar.

Tertiū ar.

Opponit & R. espō

eius. Implicat contradictionem, ꝙ aliquis sit inferior alio, & habeat in eum iurisdictionem.¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam responsio data ẽst.s.in primo arg.disputato.s.in principio huius di.Sed respondetur secundo iuxta magistrũ Richardũ in.4. ꝙ Apostolus per illud verbũ non intendebat excommunicare angelũ absolute:nec etiam sub conditione, si euangelizaret contrarium huic,quod Apostolus euangelizabat,quia si etiam Angelus peccaret,non subesset foro ecclesiæ militantis,sicut nec illi,qui peccauerunt in cœlo. Sed intendebat dicere Apostolus,quod si euangelizaret angelus cõtra illud,quod ipse euangelizauerat,non crederet ei,sed male

Primũ ar. Nota pro intellectu verborum Apostoli.

2 diceret,vnde ibi accipitur anathema pro maledictione.† Anathematizare enim vno modo idem est,ꝙ maledicere.& Apostolo licuit maledicere angelo sub illa conditione,quam apposuit,si ponatur per immobile,quod angelus bonus peccaret, dignus esset maledictione.¶ Ad secundam respondetur primo,negãdo antecedens, quoniam Dioscorus,cum esset hereticus neminem absoluere, aut ligare poterat etiam in foro pœnitentiæ. Secundo dato,quod fuisset catholicus negatur consequentia, & ratio est, licet in illo casu papa voluisset sibi confiteri, potestate sibi accepta in foro pœnitentiæ, potuisset esse superior Papa,quia in tali foro peccatum hominem inferiorem constituit. In foro tñ exteriori nulla commissione sibi facta, potuit esse superior, & per consequens nullo modo papam excommunicare potuisset. In iudicio.n. exteriori non admittit quis superioritatem per peccatum,vnde non est simile in vtroque foro,vt dicit s. Thom.¶ Ad tertiam rationem respondet negando consequentiam, dicimus enim quod ibi crimen est notorium, in quo non cadit legitima excusatio,sicut fuit hic, quia non poterat habere legitimam excusationem , quod authoritate sua excommunicaret papã,vel sicut esset in adulterio,non deberent quæri probationes,nec aliqua inquisitio veritatis.primo,quæsti.prima manifesta,sed statim cũ constat esse factum puniẽdus est tale crimẽ admittens. Litera ¶[In tantum hanc pręsumptionẽ] s.quod subditi iudicent,& condemnent suos prælatos.sicut subditi sui condẽnauerunt Ignatium.Hu.Apud Calcedoniã. vbi congregatum erat Calcedon.concilium[dioscorũ] Alexandrinum.vt di.15.canones.& hoc prius,sed postea translatus est in Constantinopoli,qui est maior sedes,& factᵘˢ est Cõstantinopolitanus patriarcha.vt 24.q.2.sane[potissimum]i.potissime.[restitutione] quædam.n.peccata sunt vbi non datur restitutio:vel audientia vt cognoscatur, vtrum bene,an male fecerit: ex quo constat,quem fecisse ar.24.d.c.1.&,23.q.5 non vos.Hu.& Archid.[In cælum].i.in superiorẽ.i.loquens. contra summum pontificẽ,& ipsum iudicans[transeunte super terram.].i.vltra terram.i.subiectos suos & excedentẽ mẽsurã iudicii sibi concessam.Concessum n.erat ei iudicare tm̃ de sua terra .i.subditis suis.sed noluit esse cõtẽtus de hoc,imo trãscẽdit & indicauit de maiorib. Tũc.n. lingua residet in terram cum quis iudicat tm̃ inferiores sed tunc transcendit super terrã,qñ quis suos prælatos audet iudicare.[Dictauit] de facto,non de iure,& pro tali facto,& tali conatu debuit puniri.ar.di.19.Anastasius.&.36.q.2.si quis non dicam.[dicẽtes.] sancti patres.[qm̃ secũdis] verba sunt illorũ patrũ in cõcilio. [Excessibus].i.culpis [priorẽ Euticis].s. hæresis defensionẽ.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Exponit literam.

4 Arc.[pꝛ̃sumpsit.n.excõicationẽ dictare Archiepiscop.] † Nota papã vocari Archiepiscopum ecclesiæ Romanæ, sicut supra di.4.statuimus. in superscriptione ipsi.ca. alibi appellatur patriarcha. vt in primo.c.huius dis. [Nunquid.]2.pars. [non

5 plane]nec debuit fieri,cum factũ illud esset notorium, & cũ iuste non potuit illud fecisse.ar.quod in notorijs ordo iudicia rius non est requirẽdus.vt.2.q.1.manifesta. Hu.supra satis dictum est de hoc.[potiorem].s.maiorem.s.papam.Hu. [propter fidem]supple tantum, sed propter hoc, & propter aliud alias obuiat c.canones.di.15.Hu.

¶ *Distinctio Vigesima Secunda.*

1 *Ecclesiæ qualem ordinem habuerunt in primitiua ecclesia.*



Via ergo. Hic intitulatur disti.22. In qua magister Gratian. agit de ordine maiorũ ecclesiarum,quia.n superius dixerat in præcedenti distinctio. ꝙ inferior non potest iudicare maiorẽ, siue superiorem,& quæri poterat,quæ ecclesia primum, quia ꝭm,quæ tertiũ,& deinceps obtineat locum.Ideo in hac distinctione ostendit ordinem

Cõtinuatio

1 ecclesiarum,† & primo ostendit, quem ordinem habuerunt ꝭm antiqua tẽpora,postea secundum moderna. Secundũ vero antiqua tempora talis fuerit ordo inter es.prima fuit Romana ecclesia.Alexandrina secunda. Antiochena tertia,& hoc in primo.&.2.c.sed postquam Imperium Constantinopolitanum translatum fuit,Constantinopolitana obtinuit secundum loum post Romana ecclesiam,Alexandrina tertium,Antiochena quartum,Hierosolimitana quintum.& hoc dicitur j.Constantinopolitanæ.& c.renouantes.&.c.diffinimus. & extra de pœni.antiqua.Sequitur.c.primum huius di.

2 *Potestatem dicitur aliquis ab alio habere dupliciter.*

3 *Potestas iurisdictionis prelatorum ecclesię pendet iure à Romano Pontifice.*

5 *Hereticus dicitur, qui priuilegium auferre, vel negare contumaciter conatur ab ecclesia Romana.*

6 *Prescriptio contra Romanam ecclesiam in quibus rebus currat & in quibus non.*

7 *Inferior non potest ecclesiam Episcopalem, aut superiorem instituere.*

8 *Papa habet vtrunque gladium, scilicet spiritualem, & temporalem.*

9 *Delictum iudicatur grauius ratione personæ offensę.*



Mnes. Hoc est primum.c.huius di.in quo de primate Romanæ ecclesiæ agitur. Et potest diuidi in tres partes: In.1.ostendit, ꝙ cũ ecclesia Romana sit prima,& prælata omnibus alijs,cum ipsa omnes alias ecclesias fundauerit, ipsam vero solus Christus fundauerit. In.2.ostẽdit, quod qui priuilegia præfatæ prælationis ab ecclesia Romana conatur auferre in hæresim labatur.3.excellentiam primatis, & prælationis Romanæ ecclesiæ probat exemplo deuotionis & reuerentię beati Ambrosij.2.ibi. Vnde non dubium.3.ibi. Vnde ipse spiritus sanctus. Pro pleniori intelligentia præsentis.c.veniunt duo quærenda.

Diuisio

1 ¶primum est vtrum à Pontifice Romanorum deriuetur potestas iurisdictionis cœterorum ecclesiæ prælatorum.

4 ¶Secundum est, vtrum sit verum quod qui Romanæ ecclesiæ priuilegia auferre conatur in hæreticam prauitatem labatur.

1 Ad primum. Sic proceditur.†Et videtur,ꝙ à Pontifice Romanorum non deriuetur potestas aliorum prælatorũ. Primo Apostoli, & Christi discipuli potestatẽ iurisdictionis, quam habuerunt non receperunt immediate à Petro, sed à Christo : ergo sequitur, quod prælati in ecclesia non recipiunt immediate potestatem iurisdictionis à Papa,sed à Christo,consequentia videtur bona, quia sicut papa succedit Petro , ita Prælati alij maiores succedunt Apostolis,& minores discipulis.vt in.c.in nouo.s di.21.& in gl.Lucæ.10.habetur.ergo videtur, quod sicut papa dicitur à Christo suscipere immediate potestatẽ,quia succedit Petro,ita,& alij inferiores Prælati suscipiunt immediate à Christo potestatem iurisdictionis,quia succedunt Apostolis,& discipulis. Antecedens videtur manifestum ex multis locis sacræ scripturæ,sicut ex illa di.18.quęcunq; ligaueritis super terram,&c. & illud Io.20. Quorum remiseritis peccata,& similia quorum multa etiam c.decreti inducta sunt supra di.19.in.q.¶Secundo sic.Dicit Ber.ad Eugenium scribẽs Erras,si vti summam,& ita & solã institutã à Deo existimas tuam Apostolicam potestatem.ait.n. Paulus ad Rom.13. Oĩs aĩa subdita sit potestatibus sublimioribus,non ait sublimioribus tanquam in vno; sed sublimioribus,tanquam in multis, non tua ergo sola à christo instituta sunt, & mediocres sunt inferiores.Ecce ꝙ Ber. manifeste ponit alias potestates inferiores à Christo institutas esse.¶ Tertio sic.Nobilior,& firmior videt esse Principatus, cuius potestas iurisdictionis in singulis gubernantibus deriuatur immediate à Deo, quam si ab aliquo puro homine deriuetur, cũ talis potestas sic nobiliorẽ habeat originem.Sed id, quod maioris nobilitatis, est tribuẽdũ principatui ecclesiastico, ergo in eo oĩs potestas iurisdictionis à Deo immediate deriuatur in singulis ecclesiæ prælatis. ¶ Quarto sic.potestas, quæ est ab aliquo deficit illo deficiente,cum virtus sequentium pendeat ex eo, vnde siccata radice,deficit ramorum viror,& extincto fonte riuulorũ aqua siccatur.Si ergo potestas iurisdictionis aliorum prælatorum à Papa deriuatur,sequitur quod eo spirante,deficeret ipsorum prælatorum authoritas,sed hoc est falsum,vt patet, ergo non

Ad primũ arg.

Secũdum ar.

Tertiũ ar

Quartũ ar.

ergo non videtur verum, quod prælatorum ecclesiæ iurisdictionis authoritas deriuetur à Papa. ¶ Quinto sic. Ab illo quis in ecclesia dicitur habere potestatem iurisdictionis immediate, à quo ponuntur rectores ecclesiæ, causa n. à qua 2. habet, quod sic, habet quod causa sit vt dicitur in libro de causis, Sed à spiritu sancto ponuntur, qui rectores, & prælati in ecclesia sunt secundum illud actu. 20. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo posuit vos, spiritus sanctus Episcopos regere ecclesiam dei, ergo videtur, quod omnes tales prælati regiminis authoritatem habeant immediate à Deo. ¶ Sexto ab illo dicuntur habere immediate potestatem iurisdictionis cuius, videntur esse Vicarij: sed Episcopi, & alij inferiores prælati non dicuntur Vicarij papæ, sed dei, vt patet de Episcopis. 33. q. 4. mulier. & de curatis. de pœ. di. 2. §. inter hæc. ergo à Christo immediate habent iurisdictionem prælati ecclesiæ & nõ à Papa. ¶ In oppositũ est litera præsentis tex. quoniam si Romana ecclesia instituit cuiuscunq; ordinis dignitatẽ, vt in litera dicitur nulli dubiũ esse debet, quod omnis ecclesiarum authoritas ab ipsa Romana ecclesia deriuetur, & pendeat.

Quintũ ar.

Sextũ ar.

Opponit & Respõ.

Respõdet.

¶ Respondeo, dicendũ iuxta sanctũ Thom. super prin. sen. di. 2 12. † quod aliquis dicitur habere potestatẽ ab alio immediate dupliciter, videlicet vel quantum ad immediationẽ virtutis, vel quantum ad immediationem suppositorum agentium, à quibus habetur talis potestas, si loquamur de primo modo immediationis, tunc est conclusio, quod oĩs authoritas, & potestas, quæ est in Papa, siue alio quocunq; prælato in ecclesia est à Christo immediate: conclusio patet, quia à nullo alio põt talis potestas conferri, nisi per potestatem existẽtẽ in Christo, siue collata à Christo, sicut nulla alia causa à prima põt agere, nisi per virtutem causæ primæ. Et de hoc modo immediationis non loquimur hic, quoniam hoc modo immediationis oĩs potestas quorũcunq; prelatorũ in ecclesia est immediate à Christo, sed loquimur de secundo immediationis, quæ est ex parte suppositorum agẽtiũ quo solũ ille dicitur à Christo immediatione potestatem aliquam suscipere, quoniam inter accipiẽtẽ potestatem, & ipsum christum conferentẽ, non est aliquod medium suppositum suscipiens à Christo, & cõferens ipsam potestatem alteri. Et de isto modo immediationis loquẽtes posuimus pro conclusione in. c. ita Dominus. di. 19. quod solus Petrus immediate à Christo susceperat actu potestatem iurisdictionis. Et nunc ponimus hic pro conclusione, saluo semper meliori iudicio. 3 † quod omnium prælatorum ecclesiæ potestas iurisdictionis regulariter pendeat, & de iure à Romano, pontifice: quæ conclusio iuxta Alexan. de Halis, & Albertum magnum S. Thom. & Bonauenturam probatur primo sic. In oĩ principatu potestas iurisdictionis deriuatur, ad quamcunque personam illius principatus, sed Papa est princeps, siue Monarcha principatus ecclesiæ, ergo sequitur, quod potestas iurisdictionis oĩum prelatorum ecclesiæ deriuetur à papa, consequentia est bona, maior patet, vnde etiam Beatus Dionysius tam in celesti hierarchia quam in ecclesiastica docet ab ipso Hierarchica in oẽs hierarchiæ personas irradiationis lumen profluere. Minor vero patet: vnde dominus ait Petro. cui succedit Romanus pontifex super plebem meã. s. Principem te constitui. Hinc dicit Iul. Papa in. c. nolite. di. 11. Multum enim conuenit, vt totum corpus ecclesiæ in hac sibi obseruatione concordet, quæ inde authoritatem habet, vbi Dominus ecclesiæ totius posuit principatum. ¶ Secundo sic. In vnoquoq; ordine ab eo, in quo residet plenitudo virtutis, pẽdet, & profluit virtus oĩm sequentiũ in illo ordine, sed Romanus pontifex est primus in ordine prælatorũ ecclesiæ, & in quo residet plenitudo ecclesiæ potestatis, ergo sequitur quod potestas iurisdictionis omnium sequentium prælatorum ecclesiæ pendeat & deriuetur ab ipso Papa: consequentia est bona. Antecedẽs est Aristotelis secundo Meta. Minor est concilij, Constantinopolitani, in quo patres sic dixisse leguntur. Veneramur secundum scripturas, & canones & diffinitiones, sanctissimũ Romæ Episcopum primum, & maximum omniũ Episcoporum. Confirmatur etiã ista rõ per illud quod habetur in. ca. in nouo. di. 21. vbi sanctus Anacletus ita dicit. Post christum dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo. Et assignando rationẽ, subiungit, quia ipsi Primo põtificatus in ecclesia Christi datus est, dicente domino ad eũ. Tu es Petrus, &c. ¶ Tertio sic. Ecclesiæ particulares ad ecclesiã Ro. cõparantur sicut radij ad solẽ. sicut riuuli ad fontẽ. sicut rami ad radicẽ. Ergo sequitur, quod quicquid habẽt virtutis, regiminis, aut authoritatis iurisdictionis ab ecclesia Romana habeant, consequentia est bona. Assumptũ etiam patet authoritate Cypriani in. c. loquitur. 24. q. 1. Patet etiam authoritate Petri Rauennã. qui ait. quot stipiti rami, quot capiti mẽbra, quot soli radij, quot fonti riuuli. tot Apostolicæ sedis eminentia docet in ecclesia vbiq; terrarum. ¶ Quarto sic. Oĩa membra à capite recipiũt deriuationẽ virtutis, sensus & motus sui regiminis. Sed summus pontifex est caput oĩm prælatorũ; ergo à Romano pontifice cæteri ecclesiæ prælati potestatis suæ capiũt originem: consequẽtia est bona, maior est manifesta. Dicit. n. Isid. quod eo datum est capiti hoc nomen, quod sensus oẽs, & nerui inde initium capiant, atq; ex eo oĩs vigendi causa oriatur. Minor vero manifeste habetur in. c. nõ decet. di. 12. & in. c. ita dominus. di. 19. & . j. in c. sacrosancta in presenti dist. 22. ¶ Quinto sic. Omnis potestas, & iurisdictio cuiuslibet ecclesiæ, & personarum eius videtur ab eo deriuari, & procedere, qui illã ecclesiam instituit, & fundauit in authoritate, & iurisdictione. patet cũ fundamentũ sit principium, & origo totius ædificij. Sed omnes aliæ ecclesiæ aliorũ prælatorũ per orbẽ diffusæ ab ecclesia Romana institutæ, & fundatæ sunt, vt patet in c. præsenti, vnde etiã Vigilius papa in decretis suis scribens Episcopo Eleutherio, ita ad propositũ ait. Nulli vel tenuiret scienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod ecclesia Roma. fundamentum sit, & forma ecclesiarum, à qua oẽs ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat. Idem etiã colligitur ex. c. quis nesciat. di. 11. ergo videtur, quod nullus credentium dubitare debet, quin potestas iurisdictionis oĩm prelatorum non modo, quo ad executionem, siue vsus amplitudinẽ, vt quidã fingere voluerunt, sed etiam quantum ad substantiã potestatis dependeat à Romana ecclesia, à qua etiã oẽs principium sumpsisse dicuntur. ¶ Sexto sic. Ecclesia Romana vires suas impartitur alijs ecclesiis in partem solicitudinis eas vocando: ergo ab ipsa ecclesia Romana aliæ ecclesiæ potestatem regiminis accipiunt: consequentia est clarissima. Antecedens patet tam authoritate Gregorij in. c. decreto. 2. q. 6. quã Iulij papæ in, c. qui se scit. e. causa. & . q. vbi ita ait. Ipsa nanq; ecclesia, quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocatæ solicitudinis nõ in plenitndinem potestatis. ¶ Septimo, & vltimo pro nunc sic. Alij Apostoli à Petro videntur recepisse immediate à Petro, & nõ Christo potestatem iurisdictionis, ergo videtur quod etiam oẽs ecclesiæ prelati locum Apostolorum tenentes in ecclesia potestatem iurisdictionis recipiant a Romano Pontifice Petri successore: consequentia est bona, Antecedens patet ex his, quæ disputauimus circa. c. ita dominus. dis. 19. vbi diffuse veritatem illius ostendimus. De hac etiam materia ali qua disputanda notauimus circa di. 12. vbi vide. Si quis hanc materiam discussam uidere concupierit, legat summam nostram, quam de ecclesia fecimus, vbi amplissime eam circa secundum librum disputauimus. ¶ His habitis: dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur dupliciter. Primo negando consequentiam. Ista. n. consequentia non videtur bona: Apostoli, & discipuli Christi habuerunt à Christo immediate potestatem iurisdictionis, ergo, & nũc prelati ecclesiæ potestatem iurisdictionis recipiũt à Christo immediate, & non mediatẽ Papa, patet exemplariter, licet. n. à principio mundi prima indiuidua specierũ sint à deo immediate tamen de nouo non fiũt immediate à Deo quantũ ad ordinem suppositorum agentiũ, imo fiunt mediãte virtute celesti, & mediantibus causis secundis. Sol. n. & hõ generant hominem. vt in. 2. Physicorum. Sicut ergo non est bona consequentia, in constitutione mundi cœli & elementa, ac principales partes mundi fuerunt immediate à Deo facta, ergo etiam propagatione rerũ constitutarum oĩa fiunt immediate à Deo. Ita etiam in proposito consequentia ista non est bona. Christus in prima fundatione ecclesiæ dedit talem immediate Apostolis authoritatẽ, & discipulis suis. Ergo similiter nunc in processu, & propagatione ecclesiæ alij, qui sequuntur illos suscipiunt potestatẽ immediate à Christo, & non mediãte suo vicario generali. Non. n. valet ista consequẽtia. Iste succedit illi in aliqua iurisdictione, & potestate; ergo immediate habet eam ab eo, à quo prædecessor habuit. Clarissimum. n. est, quod non valet. Multi. n. succedunt alijs in similitudine officij, aut dignitatis, non autem in modo consequendi. Quidam. n. aliquando per immediatam institutionẽ à Papa, Alij per electionem, & confirmationem factam suo ordinario. Et ad probationẽ consequentiæ cũ dicitur, quod sicut Papa succedit Petro, ita Episcopi, & curati Apostolis, & discipulis. Respondetur quod hoc est falsum, quod eodẽ modo, quoniam Papa ita succedit Petro quod ex electione sua consequitur potestatem datam Petro sine aliqua institutione, aut confirmatione

Alexander de halis.

Albert⁹ magnus.

Prima probatio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Ad primũ argu.

confirmatione, Non autem sit Episcopi Apostolis, aut curati discipuli succedunt, vt ex ipsa eorũ electione cõsequãtur po testatem datam apostolis & discipulis, vt de se patet, alias nõ esset eis necessaria cõfirmatio, sicut nec in papa. Præterea ꝓ bario nulla est, qm̃ nõ est simile de Papa, qui est vĺis Vicarius Christi in tota vniuersali ecclesia, & de alijs prælatis, qui sunt particulares Vicarij, qm̃ particulares vicarij cõstitui possunt ab alia, quam à principali domino, qm̃ possunt constitui generali vicario. Nõ sic aũt est de gñali vicario, qm̃ pro amplitudine, & vniuersalitate potestatis, & authoritatis suæ non põt nisi à principali Domino immediate cõstitui. Et ideo nõ est simile. ¶ Secũdo respondetur ad rõnem ipsam primã, negando assumptũ, videlicet quod Apostoli, & Christi discipuli receperunt à Christo immediate potestatẽ iurisdictionis. Et ad authoritates inductas pro probatione eius respõdemus vt ibi dẽ. & etiã ad multas alias, & canones circa c. ita dominus. dist. 19. ¶ Ad secundam sumptã ex authoritate Ber. Respondetur quod Ber. dicens non solũ potestatẽ papalẽ, sed etiam aliorũ inferiorum prælatorũ potestates à Christo esse, verum dicit, qm̃ vt ait Apostolus ad Ro. 13. Omnis potestas à Deo, sed hoc nõ obuiat ꝓposito nostro, qm̃ p̃ hoc non negat, quin à Romano pontifice, qui in regimine ecclesię, & dispositione eius Christi vices gerit, vtpote generalis Vicarius eius, non dependeat immediate aliorum prelatorũ authoritas, cũ teste beato Paulo vbi sup ra. Oĩa, quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Ista. n. sunt simul. ꝙ potestas prælatorũ ecclesiæ sit à Christo & tñ mediante Romano pontifice eius vicario. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ loquendo de immediatione suppositorũ agẽtiũ, falsum est assumptũ, vnde nõ videtur, quod nobilior esset principatus vniuersi, in quo præsidet Deus, si ipse deus immediate cũcta ageret, oĩbus influeret, nullo intermedio ordine causarũ secundarũ, q̃ nũc sit, nec principatus hierarchiæ celestis nobilior redderetur, si lumẽ, qđ à superioribus per medios inferiores descendit, immediate à Deo in infirmos efflueret, quia per hũc modũ à prouidẽtia sua sapientissime ordinata Deus magis eos nobilitare videtur ipsos angelos superiores, dũ nõ solũ lumine suo eos splẽdere facit, sed etiã participatione potestatis cooperatores, & ministros facit illuminationis aliorũ. De quo beatus Diony. in fine tertij. c. celestis hierarchię, vnusquisq; hierarchiæ dispositionis ordo, ₰m propriã analogiam reducitur ad diuinã cooperationẽ, illa perficiens gratia, & à Deo data virtute, q̃ diuinitati naturaliter & supernaturaliter insunt. Et ab eo super essentialiter in inferiores actu sunt ad possibilẽ Deũ diligẽtiũ aĩorũ mutationẽ, sensus est, vt exponit Albertus magnus in. 2. parte theologiæ, ꝙ illuminati à Deo reducũtur ad dei cooperationẽ in hoc, qđ sicut sunt illuminati à Deo, ita alios illuminẽt, & perficiãt ꝑ gratiã, & virtutẽ datã illis à Deo: hæc ille. ¶ Ad quartã respondetur iuxta Dominũ Herueũ dicendũ, quod rõ non ꝓcedit: & causa est, quia duratio statutorũ, & officiorũ, in republica nõ mẽsuratur ₰m durationẽ vitæ statuẽtis, siue statuat aliqua pertinentia ad mores, siue statuat aliqua pertinẽtia ad iurisdictionẽ. Alioqui, quocũq; principe, vel plato moriẽte, oĩa statuta sua perirẽt, qđ falsum est, sed mẽsuratio taliũ habet mensurari ₰m qđ vult instituens, manẽte illa authoritate in republica, sicut etiã patet in principibus, qui fiũt per electionẽ, qa nõ est dubiũ, ꝙ talibus principibus moriẽtibus, ad huc manet statuta eorũ in vigore suo. & quantũ ad mores, & quantum ad officia, & gradus officiorũ. Et si arguatur, ꝙ, vt videtur, non põt manere gradus authoritatis, moriẽte habẽte eã, quia oportet ponere, vt videtur, qđ talis authoritas sit in aliquo habẽte sicut in subiecto. Dicendũ inquit Herueus, ꝙ talis authoritas, licet non maneat actu in aliquo subiecto, tñ manet virtualiter in acceptione principalis instituẽtis talẽ potestatẽ, q̃ possit ta'ia ordinare. Et hoc ipsa cõmunitas voluit, ꝙ esset in republica aliquis qui haberet talẽ potestatẽ statuendi talia officia, & talia statuta perpetua quousque ab habẽte consimilẽ ꝑtãtẽ reuocẽtur. Et cõsimiliter, q̃tũ ad hoc moriente papa, manẽt iurisdictiones, & statuta, quæ ordinauit ad manẽdũ ꝑpetue, donec ab habente consimilẽ potestatẽ, reuocentur, qa authoritas ipsius maneat ipso mortuo, non quidẽ in aliquo subiecto habẽte eã actu, antequã quis eligatur, sed in acceptatione Dei, qui sic ordinauit, nec reuocauit, & in virtute suæ ordinationis effectus sui vicarij durant, nõ solũ, quia tñ, q̃tũ vicarius durat, sed tñ q̃tũ vult cosdurare. Et ista duratio stat principaliter in virtute principalis instituentis, qui illũ Vicarium instituit, & in cuius acceptatione, & ex cuius ordinatione semper potestas vicariæ manet, vel virtualiter, vel actualiter simul in ecclesia, & similiter eius effectus. hæc Herueus.

Ad secundũ. Bernard.

Ad tertiũ.

Dionysius.

Albertus magnus. Ad quartũ.

Herueus.

4 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ nõ sit verũ, ꝙ qui Romanæ ecclesię priuilegiũ auferre conatur, hæreticus sit dicendus. Primo sic. Qui priuilegia aliarũ ecclesiarũ auferre conatur, non est hæreticus, ergo nec qui priuilegium Romanæ ecclesiæ auferre conatur. consequentia videtur bona, quia non videtur maior rõ de vna, quam de alia. Antecedens patet ex text. præsentis literæ. ¶ Secũdo sic. Contra fidẽ nulla tẽporis diuturnitate ꝑscribitur, cõtra ecclesiam Romanã, licet in alijs præscribatur cõtra eã spatiũ centũ annorum, vt. 16. q. 3. nemo. & extra. ca. cũ nobis. Ergo, qui auferre conatur priuilegia ecclesiæ Romanæ nõ est dicendus hæreticus. ¶ Tertio. Cũ multa priuilegia dicãtur Romanæ ecclesiæ durũ est dicere, ꝙ quicũq; conatur auferre aliquod priuilegiũ eius, sit hæreticus dicendus. ¶ In oppositum videtur litera præsentis text. ¶ Responsio. Notandum primo, ꝙ iuxta Hu. & Archi. tex. iste non intelligitur de singulis priuilegijs ecclesiæ Romanæ, sed de priuilegio superioritatis sue, & eminẽtiæ eius sup oẽs alias ecclesias, quo. s. à Christo caput instituta est, & mater oĩum ecclesiarũ.
5 De quo ponit̃ ista cõclusio. † ꝙ q hoc priuilegiũ auferre, vel negare contumaciter conatur ab ecclesia Romana, veraciter
a hæreticus est dicendus. a quę cõclusio est præsentis te. & probatur sic. Quicũq; pertinaciter asserit dogma ꝑuersum contrariũ catholicæ veritati est hæreticus. Patet ex c. hæreticus. & ex. c. inter hẽresim. 24. q. 3. Sed quicũq; conatur auferre, & ita per consequens negare pertinaciter priuilegiũ præfatæ eminentiæ capitalis dignitatis ab ecclesia Romana est huiusmodi, ergo talis est hæreticus. Consequentia est bona. Maior etiam patet. Minor etiam patet, quoniam negare Romanam ecclesiam caput esse omnium aliarum ecclesiarũ, est negare, Petrũ, qui Episcopus Romanus fuit, fuisse caput vniuersalis ecclesię, siue oĩm fideliũ, contra illud Io. 1. Tu vocaberis Cephas. i. fundamẽtũ ecclesiæ. cõtra illud Mat. 16. Super hãc petrã ædificabo ecclesiã. Itẽ vniuersalẽ pastorẽ ecclesiæ. contra illud Io. vlti. pasce oues meas. ¶ Secũdo sic. Quicũq; errat circa articulũ fidei est hæreticus. Sed qui conatur auferre priuilegiũ præfatę Romanæ ecclesiæ, errat circa articulũ fidei de vnitate ecclesiæ. ergo, &c. Maior patet. Minor patet, etiã talis errat contra illũ articulũ, vnã sanctã catholicã ecclesiã. Vnitas respectu ecclesię nõ tñ accipit̃ ab vnitate fidei spei, & charitatis, sed et ab vnitate vnius capitis, vnius princip s, vnius summi pastoris. Io. 10. Erit vnũ ouile, & vnus pastor. De qua vnitate in eo. loquit̃. 24. q. 1. cyprian. inqt. Supra vnũ ecclesiã vnã ędificat, & infra vnitatis eiusdẽ originẽ ab vno incipiẽte sua authoritate disposuit. ¶ Tertio q cõtumax est diuinæ dispositioni manifeste est hæreticus. 24. q. 1. hæc est fides. sed q auferre conat priuilegiũ ꝓfatũ à Romano põtifice, siue Romana ecclesia est contumax Christo, qui eã cũctis ecclesijs ꝓtulisse cognoscitur, vt dr̃ in pręsenti tex. ergo & c. ¶ Deĩcdũ est ad rõnes in oppositum. Ad primã respondetur, negando cõsequẽtiã qm̃ nõ est simile de Romana ecclesia, & de alio ecclesijs. Nam sicut solus Petrus à Christo caput, & pastor est institutus, à Christo immediate oĩum fideliũ sola ecclesia. s. Romana in qua vltimo residet, & quieuit, ita intelligitur à Christo immediate huius eminẽtię priuilegio dotata, & sublimata. Alię vero ecclesię nõ sic. ¶ Ad secundã respõdetur, negando consequentiã. Et rõ est, quia vt dicit tã Hu. in. c. in no-
6 uo. 16. q. 3. quam glo. in. c. cum nobis, ext. de rescrip. † pręscriptio hæc Romane ecclesię in rebus, & possessionibus, obtinet, non aũt in priuilegiis prælationis, quo super alijs ecclesiis obtinet principatũ, in talibus enim nulla currit præscriptio, quia de necessitate salutis est eam vt caput, & maiorem semper tenere. 93. di qui cathedrã. & 24. q. 1. rogamus. & c. scisma ¶ Ad tertiam patet respõsio ex dictis, quia vt dictũ est, nõ intelligitur textus iste de oĩb. priuilegij s sed tñ de priuilegiis prelationis, & eminentię ecclesiæ Romanæ, super alias ecclesias, &c. Litera. ¶ [Omnes, siue patriarchę]. i. Patriarchatus. Hu. [apicẽ.] Metropoles. genitiui sunt. i. metropolitici primatus. Hu. [Aut episcopatũ Romana ecclesia instituit] i. oẽs ꝑlatos, qui sunt in ecclesia in aliqua dignitate, vel officio. Hic gl. sumit arg. quod solus Papa põt instituere dignitates. Sed oppositum videtur haberi in. c. cum olim. de consue. & c. cũ
7 accessissent. de consti. ad quę. cap. Archidiacon. remittit. † Sed breuis solutio est, ꝙ inferior papa nõn põt Episcopalem aut superiorem instituere, sed solus Papa, vt de offic. de lib. quod translationem. cum concor. Item nec dignitates alias insolitas, vt dignitatem Cardinalatus in aliqua ecclesia põt inferior à Pa. vt

Primũ ar.

Scđum ar.

Tertiũ ar.

Opponit & Respõ.

a ¶ Hæreticus est dicẽdus & sic ipso iure excõicat^o. Pe. de An. in. c. excõicamus. nu. 1: &. 2. de here. & in c. nouerat. nu. 1. desenten. excõ.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Exponit literam.

Archid. à pa. vt exemplificat Arch. Aliam vero dignitatem vsitatam vt sacristam bene pôt, dum tñ alij non præiudicet, vt notatur in.c.cum accessissent.de cõst. & in.c.cum olim.de cõsue. [Illam vero.]f. Romanam.[Solus]non oportet exponere qđ Archi.dicit.i.præcipuus.quia ipse solus eam fundauit. [super petram fidei].i.solidissimam, & firmissimã fidei, super quã fundata est ecclesia Matth. 16.[mox].i.ab initio, quo ad nouum testamentum.[nascentis.]per os Petri prolatæ siue emanantis, cum ait. Tu es Christus filius dei viui,&c.[Vitę æternæ.clauigero.]f.Petro,[cui datæ sunt claues regni cœlorum.i. ad vitam æternã, vel dicitur clauiger æternæ vitæ, quicunq; ingreditur vitam æternam per vnitatem ecclesiæ, cuius Petrus princeps est ingreditur, sicut per clauigerum ingreditur quis camerã, vel alium locum clauibus firmatum. Hu. [Terreni simul].i. vniuersitatis laicorum, habet.n. Apostolicus potestatem super laicos, quo ad spiritualia. Hug. [cælestis imperij].i. vniuersitatis clericorum. Hu.[iura cõmisit]Matth.16. hic accipiunt aliqui ar. vt tangitur in gloss.& etiam Hug.tan-
8 git†quod Papa habet vtrunq; gladium.f.spiritualem, & temporalem, siue, quod papa habet principatum in temporalibus
Guido. & spiritualibus, vnde dominibus Guido Episcopus oluensis super decretũ dicit. Alijs vero non videtur hoc verum esse, quod tale argumentum sumi posset ex hoc tex. quia Dominus nõ dicit, quod Petrus esset Dominus temporalium, quia reges dominantur, vos aũt nõ sic. Dominus quoq; ait Matt. 17. Reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari.&c. Et cõsequẽter ait. Dominus Petro. Dedit principatum spiritualem ligandi in terra:& in cælis. Et hoc vocat Nicolaus papa sic terrenum, & celestem principatum, vt quæ ligarent in terra essent ligata & in celis, & quæ essent soluta in terra, essent soluta & in cœlis. Et ita Petrus recepit à domino principatũ spiritualem terreni,& cęlestis Imperij.hęc ille. Verum, quia super hac materia de potestate data Petro est varia opinio apud multos, etiam grauissimos doctores, sicut etiã nos in summa nostra de ecclesia circa finem secũdi libri tetigimus, pro nunc quid nobis appareat explicare supersedemus, vsq; ad.c.duo.di.96. Ad φ.c.se refert et Hu. Sed illud verbũ.f. Christus. de quo
Psal.32.b Io.1. In principio erat verbũ, &c.& in Psal.* Verbo dñi cœli firmati sunt.[Fundauit]cũ dicit. Tu es Petrus,&c. Ma. 16. Et dicit. Tu vocaberis Cephas. Io.1.[Illius].f. Christi.[Detrahit].f. iniustitiam, quia iniuste agit qui non reddit alteri quod iniuste, & sine ratione detinet, & qui non habet authoritatem detrahendi. Et hoc dico propter papam, quia sæpe de iure vnius detrahit, & alij confert, nõ tñ facit iniustitiam, quia plenã habet potestatem hoc faciendi, & generaliter disponẽdi de ecclesijs,& clericis, prout sibi placuerit:& expedire viderit.vt.9.q.3.cõquestus. &.c.cũcta.&.c.per principalẽ.nõ tñ debet detrahere iuri alicuius ecclesiæ siue cã sine rõne. vt dis. 99.nullus.& 25.q.2.de ecclesiasticis.Hu.[priuilegium.]illud .i.secundum φ ipsa est caput omnium ecclesiarum. Nam de alijs intelligi non pôt Hug.& Archi.[Conatur]ar.di.19.Nulli Anastasius.&.1.q.1.qui studet in hæresim, non large sumpto vocabulo.vt dicit Arch. imo proprie, quia dogma peruersum contrarium euãgelio. [hæreticus.]Et per consequens ipso iure excommunicatus. 19.di.nulli. Et est hic ar.† quod ratione
9 personæ offensæ grauius delinquitur.27.q.1.nuptiarum.[illi] .f.Christo.[contumax,&c.]Sanctus Ambrosius inducit testimonium authoritatis Romanæ, quia nisi ecclesia Romana tãtæ eminentiæ priuilegio à Deo fulciretur, tantus vir non haberet eam in tanta reuerentia, vt eam in omnibus sequi, vt magistram profiteretur.

2 *Potestas papalis authoritatis non potest causaliter esse ab hominibus, nec à quacunq; creata potestate. Nec ob ecclesia, siue ab ordinatione ecclesię.nu. 3. Nec à concilijs vniuersalibus nu 4. Nec ab Apostolis.nu.5. Nec ab imperatore, vel potestate seculari.num.6. Sed à solo Christo habuit principium.nu 7.*

8 *Sedes Petri non dicitur prima in qua sedit, sed vltima, in qua finaliter resedit legitime.*

9 *Cardinales vnde dicantur, & quare.*



Acrosancta Sequitur secundum.c.φ est sancti Anacleti papæ; & magister in continuando materiã inchoatã de prælatione Romanę ecclesiæ dicit, φ Romana ecclesia nõ ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinens, omnibus præfertur. Et potest diuidi hoc.c.in sex partes. In.1.fa- Diuisio.
cit quod dictum est. In.2. ostendit, quem ordinem habeant Patriarchales sedes. In.3.ostendit, qualiter inter Apostolos fuit discretio potestatis,& Petrus inter eos tenuit caput principatus. In.4.ostendit, φ eadem forma superioritatis,& prælationis, qua Petrus præfuit alijs Apostolis, est in successoribus obseruanda,& simili modo papa; qui succedit Petro, præsit Episcopis qui succedunt Apostolis. In.5. ostendit hoc ex obseruantia in veteri testamento. In.6.concludendo præminẽtiam Apostolicæ sedis dicit, φ ipsa sit caput,& cardo, quo domino disponẽte, omnes aliæ ecclesię regantur per orbem. 2.ibi.Oẽs sedes.3.ibi. inter beatos Apostolos.4.ibi. Qui eandem formam.5.ibi. Et non solum.6.ibi. Hæc vero apostolica Item prima in duas secundum duas rationes, quas assignat, quare Romana ecclesia sic alijs prælata. Prima ex institutione diuina, quia non ab Apostolis, sed ab ipso saluatore primatum obtinuit. secunda ex pręsentia Apostolorum Petri, & Pauli, quorum sanguine est consecrata. secunda ibi. Adhibita est societas. Pro pleniori intelligentia quærendum hic venit.

1 Vtrum. †Romana ecclesia habuerit à solo Christo primatum super omnes ecclesias. Et videtur, φ Primũ ar.
non, primo sic. Quod dependet ex pura electione, & voluntate, siue ordinatione Apostolorum non videtur à solo Christo pendere, patet: sed B. Petrus habuit principatũ super Apostolos,& ita super omnes fideles fuit ex electione, & voluntate Apostolorũ vt habetur in.c.pręsenti. & in.c. in nouo.di. 21.& in.c.dudum. 5. q. 6. Ergo videtur, quod ecclesia Romana non à solo Christo habuerit primatum.¶ Secundo sic. Scd̃m ar.
ex c.cõcilia.di.17. vbi habetur, quod sedi Romanæ conciliorum venerandorum Authoritas singularẽ in ecclesijs tradidit potestatem, vbi manifeste videtur, quod ecclesia Romana nõ à solo Christo habuit primatum, sed etiam à concilijs. Et cõfirmatur conclusio per simile de Imperatore, de quo vt dicit Hieronymus in.c.legimus.d.93.exercitus facit Imperatorẽ: ergo similiter clerus papam.consequentia videtur bona, qm sicut Papa præest in spiritualibus, quæ sunt propria populo. ¶ Tertio sic.ex.C. Constantinopolitano.di 96. vbi sic habe- Tertiũ ar.
tur quod Constantinus Imperator die sui baptismatis priuilegium Romanæ ecclesiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romani pontifices habebant caput sicut Iudices regem.&.j. itaque discernẽtes sancimus, vt principatũ teneat tam super quatuor sedes Alexandrinam. Antiochenam, Hierosolitanã & Constantinopolitanam, quantum etiam in vniuerso super omnes in vniuerso orbe terrarum dei eccclesias, & Pontifex qui pro tẽpore ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ steterit celsior, & princeps cunctis sacerdotibus, & totius mundi existat. Ecce manifeste apparet, quod tã Romanus pontifex, quam ecclesia Romana Constantino super alias ecclesias obtinuerit primatum. & per consequens non à solo Christo. Quartũ ar.
¶ Quarto arguitur. Collegium Cardinalium dat electo papatum eligendo ipsum ad talem statum,& dignitatem: ergo & authoritatem papalem: consequentia videtur bona, quia quicquid est causa causæ est causa causati, vt habetur in libro de causis. Sed cardinales eligentes ipsum; sunt causa, quod sit papa; ergo & potestatis, & officij eius. ¶ In oppositum est. c.præcedens.¶ Respondeo dicendum, sub aliquibus cõclusionibus. Prima est:† quod potestas, siue præeminentia papalis Prima conclusio.
2 authoritatis non potest causaliter esse ab hoĩbus. nec à quacũque creata potestate. ista conclusio, licet sit satis clara, probatur tamen sic. Nihil quod excedit oẽm potestatem creatã, pôt causaliter procedere à creata potestate, sed potestas papalis supergreditur oẽm potestatẽ creatam: ergo nõ potest causaliter ab ea procedere, siue deriuari, consequentia est formalis. Maior patet: quia semper causa est prior effectu. Minor est manifesta cum peccata remittere,& aperire cœlum pœnitentibus, ad quæ ordinatur potestas Papalis secundum illud Matth.16. quod Christus ait Petro. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque solueris,&c. supergrediatur oẽm virtutẽ creatam, vtpote soli deo ppriũ. vnde Chrisostomus Chrisosto.
exponens prædictũ verbum Christi, ait. Vide qualiter Christus reducit Petrum ad excelsam de ipso intelligentiam, hoc enim ei se promisit daturum, quæ sunt propria dei solius scilicet peccata soluere & ecclesiam immutabilem facere, inter tot persecutionum & tentationum procellas. Secunda con- Secũda conclusio.
3 clusio.† Præeminentia potestatis papalis non est ab ecclesia siue ab ordinatione ecclesiæ. Ista conclusio patet primo ex conclusione præcedente, quia talis potestas, cum exceda omnem et

tum vero est ecclesiæ sacramentum est illicitum,& ideo secundum iura prohibetur pro benedictione nuptiarum ne aliquid exigatur,hæc S.Tho.¶ Tertiadecima[dolos, & cōiurationes cauent,&c.]Cauere ista debent,qui debent esse simplices,sicut columbæ.Matth.10.vnde eis dicitur prima Petri.2.deponentes omne malum, & omnem dolum. ¶ Quartadecima est,vt odium fugiant Leui.19.Non oderis fratrem tuum, vnde Ioann.3. dicitur qui odit fratrem suum,homicida est[Emulationes]Ro.13.Abijciamus opera tenebrarum,& induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus,non in contentione,& æmulatione,& 2.ad Corin.12.Non sint inter vos contentiones,& æmulationes animositates, & detractationes,susurrationes,inflationes, & seditiones[inuidiam] Enumerat Apostolus inter opera carnis ad Gal.5.quæ, qui fecerunt regnum Dei non possidebunt, vnde Petrus concludens ait,primæ Petri 2.deponentes ergo omnē malitiam,omnem dolum,& simulationes, & inuidias. ¶[Quintadecima est ne sine vagi oculis] quod est signum interioris vagationis, quia impudicus oculus,impudici cordis est nuntius,vt dicit Aug.in regula & habetur.32.q.5.Nec solo¶Sexta decima est[vt nō sint effrenes lingua]quia Iacobi primo dicitur, si quis putat se religiosum esse,& non refrenans linguam suam, huius vana est religio sua.¶ Decima septima est[ne petulantia].i.lasciuia,&[fluido].i.lasciuo gestu,non incedant inuerecunde, vndique discurrendo,ꝙ non debent facere,quia incompositio corporis,qualitatem denotat mentis. Hu.[Sed pudorem,&c].i.quasi sic suauiter incedant, vt grauitate itineris maturitatem mentis ostendant.Et est ar.† ꝙ per exteriora deprehenduntur interiora.ar.dist.61.§.vlt.& di.50.si quis Diaconus.¶ Decima octaua est, vt obscænitatem.i. turpitudinem membrorum,& verborum[execrētur,&c.]quod debet facere,de quo.di.46.in.c.clericū.¶ Decima nona est [ꝙ virginū frequētationes,&c.]Nota frequētiā ꝓhiberi,nā ex frequētia sepe ꝓsumitur contra aliquā,vt di.32.hospitiolum,&di.34.c.1.& di.81.clericus.[Aut vnius matrimonij sederent]ꝙ intelligendū est de his, qui non vouerunt perpetuam continentiam, vel qui sunt infra sacros ordines. ¶Vigesima est[ꝙ seniorib.].i.prælatis,& maiorib.suis Hu. ad hebræo.13.Obedite præpositis vestris.¶ Vigesima prima[nec vllo iactantiæ,]quia q se humiliat,exaltabitur,&c. ¶Vigesima secunda est, ꝙ doctrinę ei primo exortari in doctrina sana[lectionib].i.doctrinæ.2.Ti.4.Attendite lectioni,& exortationi,& doctrinæ,& psalmis,ad Ephes. 5. Loquentes vobismet ipsis in psalmis, in hymnis, & canticis spiritualib. non carnalib. [scientiæ operam.] quia primo debent scire,quam docere,ne sit doctor, qui non fuerit discipulus,dicit Gregor,&c.

2 *Sacramenta,quæ sunt peccatoribus exhibenda, & quæ non.*
4 *Indignus quis dicitur dupliciter.*



TAles. Licet hoc. ca. quod est Clementis Papæ,cum spectare magis videatur ad examinationem clericorum,magis videtur ad sequentem distinc. pertinere, vbi tractatur de examinatione aliorum clericorum,quam ad præsentem, vbi agitur de examinatione Episcoporum,nihilominus quasi correlarie bene sequitur ad præcedens.c.vbi de vita, & honestate clericorum generaliter loquutus est, potest autem diuidi in duas partes.In prima ponit, ꝙ,qui digne sacramenta tractare non possunt, ad ministerium non eliguntur diuinum.In secunda respondet ad quandam obiectionem, quæ fieri posset,quia,si sic,tunc pauci forent ministri ecclesiæ.2.ibi.Melius est.Pro pleniori intelligentia huius capit. quæruntur hic.5.

1 ¶ Primum est, vtrum in promouendis requiratur sanctitas vitæ.

3 ¶Secundum est, vtrum Episcopus promouēs indignos ad ordines,peccet.

4 ¶ Tertiū est, vtrum excusari potest aliqua causa indignos promouens ad ordines.

6 ¶ Quartum est,vtrum in idoneè promotis in vsu,siue actu ordinis,aut officij sui peccet mortaliter.

7 ¶Quintum est,vtrum indigne promotus possit ex dispensatione vti officio,aut ordine sine peccato.

1 Ad primum. Sic proceditur,1& videtur, ꝙ in ꝓmouendis ad ordines non requiritur sanctitas vitæ. Primo sic,per ordinem aliquis ordinatur ad dispensationem sacramentorum.s. sacramenta dispensari possunt a malis,& à bonis.1.q.1.sacramenta,& ca. sicut: ergo videtur, ꝙ in clericis non requiratur sanctitas vitæ.¶ Secundo sic,non est maius ministerium, ꝙ Deo in sacramentis exhibetur, quam, quod ipsi principaliter exhibetur, sed à ministerio ipsius corporali non repulit Dominus mulierem peccatricem, & infamem,vt patet Lucæ, 7.ergo nec à ministerio eius in sacramentis tales sunt amouendi.¶ Tertio,per omnem gratiam datur aliquod remedium contra peccatum,sed illis, qui habent peccatum,nō debet aliquod remedium denegari, ꝙ eis valere possit.Cū ergo in sacramento ordinis gratia conferatur, ꝙ etiā peccatorib.hoc sacramētum dari possit.¶In oppositum est tex. præsentis literæ,quæ est beati Clementis. Secundo arguitur ex illo Leui.21. homo de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offeret panes coram Deo,nec accedet ad ministerium eius.Sed per maculam(vt dicit glos.)omne vitium intelligit:ergo ille,qui est in aliquo vitio irretitus, non debet ad ministerium ordinis adhiberi. ¶Respondet dicendum, ꝙ sanctitas vitæ requiritur in suscipientib.ordines,patet conclusio,dicit.n.Hierony. ꝙ non solum Episcopi præsbyteri, & Diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui præsident, sermone, & conuersatione præcedant,verum etiam inferiores gradus,& omnes,qui diuino oraculo deseruiunt, quia vehementer ecclesiam destruit meliores esse laicos, quàm clericos: ergo in omnib. ordinib.requiritur sanctitas vitæ.Ostēditur etiā veritas huius conclusionis,iuxta S.Tho.in 4.disti.24.sicut Dionys. dicit in 4.c.cœlestis hierarchiæ, vt subtiliores, & clariores essentiæ repletæ in fluxu solarium radiorum, lumen in eis superueniens ad similitudinem Solis ad alia corpora inuehunt, sic in omni diuino non est audendum alijs dux esse, nisi secundum omnem habitum suum factus sit Deo simillimus, vnde cum in ordine aliquis constituatur dux alijs reb.diuinis,patet,quòd tanquam præsumptuosus mortaliter peccat, quia cum conscientia peccati mortalis ad ordines accedit, & ideo sanctitas vitæ requiritur ad ordinem de necessitate præcepti,sed non de necessitate sacramenti,vnde si malus ordinatur, nihilominus ordinem habet, sed tamen cum peccato. Concordat Raymundus in summa dicens, ꝙ existens in peccato mortali,vel manifesto,siue occulto peccat mortaliter recipiendo ordines, sicut recipiendo alia sacramenta. distinctio quadragesima multi,& 45.di.& 11.q.3.audi.¶Ad rationes dicendum. Ad primam respondetur iuxta S.Tho.in 4. quòd sicut vera sacramenta sunt, quæ peccator dispensat, ita verum sacramentum ordinis recipit,& sicut indigne dispensat, ita indigne recipit.¶ Ad secundam respondetur,negando consequentiam, & ratio est, quoniam non est simile de uno, & de alio, quia illud ministerium erat tantum in executione corporalis obsequij, etiā licite peccatores facere possunt: Secus autem est de ministerio spirituali,ad quod applicantur ordinati, quia per ipsum efficiuntur medij inter Deū, & plebem,& ideo debent bona conscientia nitere, quo ad Deum,& bona fama quo ad homines.¶Ad tertiam dicendum, quod ratio non procedit, pro quo notandum iuxta S.Thom.& aliquæ medicinæ sunt,quę exigunt robur naturæ,alias cum periculo mortis assumūtur,& aliæ sunt, quæ
2 debilib.dari possunt.† Et ita etiam in spiritualib.quædam sacramenta sunt ordinata ad remedium peccati, & talia peccatoribus sunt exhibenda, sicut baptismus, & pœnitentia,illa vero,quæ perfectionē gratiæ cōferunt requirūt hominem per gratiam confortatum.Et ita est in ordine.

3 Ad secundum. Sic ꝓceditur.† Et videtur,quòd promouens indignos ad ordines,siue ad ministerium ecclesiasticum,non peccet.Si quilibet tenetur vitare peccatum quantum potest:si ergo Episcopus peccat indignos promouens,debet adhibere diligētiam maximam ad sciendum,an illi,qui accedunt ad ordines,sint digni,vt fieret diligens inquisitio de morib.& sciētia eius, quod tamen non videtur alicubi obseruari: ergo,&c.¶In oppositum est tex.præsentis literæ, vbi dicitur quòd non idoneus graue ordinatori inducit,graue autem onus non est,nisi onus æternæ damnationis: ergo mortaliter peccat,qui scienter indignum promouet.¶ Respondet dicendum, quòd Episcopus,vel quicunque alius promouens indignos ad ordines,mortaliter peccat. Ista cōcl. probatur

Prima probatio. probatur multipliciter. Primo ex illo Ezec. 44. Inducitis filios alienos in sanctuariũ dñi incircũcisos corde & incircũcisos carne, & improperat ibi dñs sacerdotib. veteri. test. ergo multo magis est hoc damnabile prælatis no. te. ¶ Secundo sic, minus peccatum est iam promotos non corrigere, quam ꝓmouere malos ad sacra ministeria, sed Hely mortaliter peccauit, non corripiendo efficaciter filios suos de malitia sua, vnde & retrorsum cadens mortuus est, vt dicitur primo re. 5. & etiam in. c. licet Hely. de simo. Ergo multo fortius peccat mortaliter Eps, qui indignum promouet. ¶ Tertio spũalia spiritualib. sunt præfereda in ecclesia, sed mortaliter peccaret, qui res ecclesiæ temporales scienter sub periculo poneret: ergo multo fortius, qui res spirituales sub periculo poneret. Sed sub periculo ponit res spirituales, quicũq; indignos promouet. s. animas ipsas: ergo talis peccat mortaliter. ¶ Quarto sic. A domino describitur fidelis seruus, qui est constitutus super familiam suã, & dedit illi tritici mensuram. Et ideo infidelitatis reus est, qui alicui super mensuram eius diuina tradidit, hoc autem facit, qui indignum promouet, & ideo mortale crimen committit, quasi summo domino infidelis, & præcipuè, cum hoc in detrimentum ecclesię vergat, & honoris diuini, qui per bonos ministros ꝓmouetur. Esset. n. infidelis terreno domino, qui in eius officijs aliquos inutiles poneret. Concordat cum S. Thom. dominus Albertus magnus, qui in 4. senten. distin. 24. ita dicit. Nulli dubium est mortaliter peccare omnem illum, qui indigne sciens promouet ad sacros ordines, vel ad curam pastoralem, vel aliquod ecclesiasticum beneficium.

(Margin: Secunda. — Tertia. — Quarta. — S. Thom. Albertus.)

4 † Qui notat consequenter, quòd indignus est dupliciter. s. contrarie, & priuatiue: contrarie, indignus, qui contrarium habet dignitati, & ille nullo modo est promouendus. Priuatiue autem est indignus, qui priuatur dignitate, contrarium tamen non habens, & in talib. propter necessitatem ecclesiarum aliquarum, quæ indigent literatis defensorib. possit dispensari, vt à communi haberet de ecclesia, donec addisceret, sed puto, ꝙ sine peccato mortali non posset ei conferri cura, vel præbenda, sed expensæ pro eis p ossent fieri de ecclesia, vel de beneficio ecclesiæ, quòd alteri interim committeretur, hæc Albertus, verum hæc commissio quantum ad parochialem ecclesiam modo nõ durat vltra sex menses, vt patet in constitutione Gregorij. 10. extra de elec. nemo. lib. 6. nec potest fieri, nisi sacerdoti, vt patet ibidem. ¶ Ad rationem in oppositum respondetur iuxta S. Tho. ꝙ ad minus hoc requiritur, ꝙ nesciat ordinãs ad contrarium in ordinando esse, sed etiam exigitur amplius, vt secundum m ensuram ordinis, vel officij iniungendi diligentior cura opponatur, vt habeatur certitudo de qualitate promouendorum, saltem ex testimonio aliorum, & hoc est, quòd Apostolus dicit ad Tit. manum cito nemini imposueris, &c.

(Margin: Ad arg. in oppositũ.)

5 **Ad tertium.** Sic proceditur † & videtur ꝙ aliqua de causa excusari possit promouens indignos, ne peccet. Tum primo propter paucitatem dignorum, sic ꝙ Episcopus indiget coadiutorib. in minorib. officijs constitutis, sed non posset eos inuenire in sufficienti numero, si talem idoneitatem in eis requireret, qualis à sanctis describitur: ergo, si aliquis non idoneos promouet, videtur, ꝙ sit excusabilis. ¶ Secundo propter nobilitatem aliquorum, ex quorum nobilitate honoratur ecclesia: ergo etiam, si tales minus idonei sint, excusatur promouens. Tum tertio, propter habilitatem quorundam ad gubernationem temporalium, sic arguendo. Ecclesia non solum indiget ministris ad dispensationem spiritualium, sed ad gubernationem temporalium, sed quandoque illi, qui non habent scientiam, vel sanctitatem vitæ possunt esse vtiles ad gubernationem temporalium, vel propter potentiam secularem, vel propter industriam naturalem: ergo videtur, ꝙ tales possit sine peccato promouere. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti litera, vbi dicitur, ꝙ melius est Episcopo habere paucos ministros, qui digne opus domini exerceant, quam multos inutiles. ¶ Respondet. dicendum, ꝙ nullo modo potest excusari à peccato mortali promouens scienter indignos, probatur conclusio sic, & maxime contra omnes tres causas assignatas in arguendo iuxta Albertum magnum. De veritate vitę propter nullam causam est aliquid omittendum. sed promouere idoneum est de veritate vitæ: ergo nullo modo est omittendum. ¶ Secundo sic, dicit Apostolus ad Rom. non faciamus mala, vt eueniant bona, sed promouere indignũ est malum: ergo, &c.

(Margin: Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit i contrariũ. Respõdet. — Albertus magnus.)

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta S. Th. ꝙ Deus nunquam deserit ita ecclesiam suam, quin inueniantur aliqui idonei ministri sufficienter ad necessitatem plebis, si digni promouerentur, & indigni repellerentur. Et si nõ possint tot ministri, inueniri, quot modo sunt, melius esset paucos ministros habere bonos, quam multos malos, vt dicit Clemens in præsenti. c. concor. Albert. ¶ Ad secundam respondetur. Dicit Alber. ꝙ ridiculosa, est causa illa, quæ est de generis nobilitate, ꝙ propter hoc malus possit promoueri, quia quãto nobilior, tanto nociuior, si malus est, nec puto, inquit Alber. quod sufficit hoc, quod non sit malus, sed puto, ꝙ necessarium est scire esse bonum per talem scientiam, qualem possibilem est haberi de homine. ¶ Ad tertiam, in qua dicitur, ꝙ alius non esset ita vtilis. Respondet, ꝙ nihil est, quia vt dicit S. Tho. temporalia non sunt inquirenda, nisi propter spiritualia, vnde incommodum temporale debet negligi, & omne lucrum sperni propter spirituale bonum promouendum. Concor. Albert. dicens, quòd omnis vtilitas temporalis, spirituali est postponenda.

(Margin: Ad primũ arg. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ.)

6 **Ad quartum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ inidoneè promotus in actu ordinis, & officij sui non peccet mortaliter. Primo sic, vouens virginitatem voto non solemni peccat mortaliter cõtrahendo, non tamen postea solicitando debitum, ergo, à simili suscipiens indigne ordinem, & officium ecclesiasticum peccat mortaliter, non tamen postea administrans. ¶ Secundo sic. Si in quolibet actu peccaret mortaliter, videretur esse perplexus, quia ex officio, & ordine tenetur administrare: ergo peccat mortaliter omittendo, item ex indignitate tenetur dimittere, ne ministret: ergo peccat mortaliter ministrando: ergo quicquid faciat peccabit mortaliter. ¶ Tertio sic. Vtendo ordine suo peccat mortaliter: ergo quilibet actus ordinis, quem facit est peccatum mortale. Et ita, cum in vna executione ordinis multi actus concurrãt, videtur, ꝙ multa peccata mortalia concurrant, quod valde durum videtur. ¶ In oppositum est tex. præsentis literæ. Secundo patet ex determinatis in superiorib. Sic. Sanctitas vitæ requiritur in susceptione ordinis, vt sit idoneus ad exequendum, sed peccat mortaliter, qui cum peccato mortali ad ordines accedit: ergo fortius peccat mortaliter in qualibet executione sui ordinis, patet consequentia, quia susceptio ordinis est propter executionem. ¶ Respondet, dicẽdum. ꝙ inidoneè promotus & quicunque alius in mortali peccato existens, peccat in vsu ordinis, vel officij sui. Ista conclusio probatur primo sic. 1. Reg. 6. dicitur ꝙ Oza percussus est, quia arcam tetigit, vt dicit Dionysius, quia indigne sanctis communicauit, percussio autem significat peccatũ mortale, quod interficit animam, cum ergo sanctiora sint quæ sunt noui testamenti, quam quæ sunt veteris testamenti, peccabit mortaliter omnis, qui indigne administrat in quolibet actu ordinis, vel officij: ergo in quolibet actu ordinis, & officij sui peccabit mortaliter. Secundo, iuxtà S. Tho. in 4. quicunque facit contra legem Dei peccat mortaliter, patet: dicit. n. Ambros. Peccatum est dictum, vel factũ contra legem Dei, sed lex Dei præcipit, quod homo iuste ea, quę iusta sunt, exequatur cum autoritate, cum autem quicunque hoc, ꝙ sibi competit ex ordine, facit indigne, ꝙ iustum est, indigne exequitur, & ita contra præceptum legis facit: ergo quicunque in peccato mortali aliquod sacrum officium tractat, cum indigne hoc facit, peccat mortaliter. Cõcor. dñs Alb. dicẽs in 4. sic vr̃ mihi, ꝙ peccat mortaliter quotiescunque scienter, & sine necessitate administrat ordinem, vel officium in quolibet actu, qui indignus est. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondet. negando consequentiam. Et ratio est secundum Albert. quoniam non est simile, quando in matrimonio contracto non manet votum, sed frangitur. Et ideo nõ continue omnem actum sequentem facit illicitum, sed in administratione manet indignitas, & omnis actus illicitus efficitur. ¶ Ad secundam respondet. secundum eundem negando, ꝙ esset perplexus, quia potest cedere officio, vt non administret, & erit expeditus, vel si male vult emendet peccatum, & administret dignus, & iterum est expeditus de perplexitate. Ad tertiam respondetur iuxta S. Tho. in 4. ꝙ quandoque exhibet se in aliquo actu ministrum ecclesiæ mortaliter peccat, & toties mortaliter peccat, quoties hu-

(Margin: Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit i contrariũ. — Respõdet. — Dionysius — S. Thom. Ambrosius. — Albertus. — Ad primũ arg. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ.)

ties hmõi actũ facit, quia vt dicit Dio. 1. c. ecclesiasticæ hierarchiæ. Immundis nec symbola. i. sacramẽtalia tãgere fas est, vñ tãgũt res sacras, quasi suo officio vtẽtes peccãt mortaliter. Secus autẽ esset, si in aliqua necessitate aliquod sacrum contingeret, vel exequeretur in illo casu, in quo etiã laicis liceret, sicut, si baptizaret in articulo necessitatis, vel si corpus Christi in terram proiectum colligeret, cum his
Aug. per omnia concordat Albert. Et addit, ꝙ si dicatur, quod hoc esset graue valde. Respondeo, ꝙ via lata est, quæ ducit ad infernum, & multi sunt, qui vadunt per eam, sicut habetur Matth. 20.

7 **Ad quintum.** Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ qui indigne ad ordines, siue ad officiũ
Primũ ar. ecclesiasticum accessit, possit ex dispensatione illo officio vti sine peccato: primo sic. Constat, ꝙ qui habet vniuersalitatem potestatis, potestatem habet dispensandi: sed dispensatio est iuris relaxatio: ergo Papa potest isti relaxare, ꝙ de iure tenetur facere, sed de iure tenetur esse dignus sciẽtia,
Secũdũ ar. & vita: ergo hoc relaxari potest ei. ¶ Secundo sic. Nos videmus hæc tota die fieri in curia Domini Papæ, de qua nõ licet præsumere, ꝙ in ea fiat aliquid iniustum: ergo vide-
Tertiũ ar. tur, ꝙ per dispensationem hoc fieri posset. ¶ Tertio. Nõ est nostrum iudicare de dispensatione: ergo videtur, ꝙ vel ille, cum quo dispensatur omnino deceptus sit vel ipse absol
Opponit ĩ contrariũ. uitur à peccato. ¶ In oppositum est, quod dicit Be. Bernar. ad Eugenium papam. quòd si dispensatio careat causa vtili
Secũda op. tatis publicæ, vel necessitatis legitimæ dispensatio, nõ dispensatio, sed dissipatio est, itera, quod ait glo. in c. non est, extra de voto, &c. dicit, ꝙ non est tutus, quo ad Deum ille, cum quo dispensatur, nisi subsit causa, & quod Papa di-
Respõdet. spensans peccat. ¶ Respondet dicendũ, ꝙ cum indigno nũquam ita dispensari potest, quin ipse peccet mortaliter in quolibet actu sui ordinis, vel officij, quãdiu est indignus: ista conclusio est S. Tho. & Alberti magni in 4. di. 24. & probat eam S. Thom. sic. Ius naturale est indispensabile, hoc autem est de iure naturali, vt homo sancta sancte pertractet, vnde contra hoc nullus potest dispensare, vnde etiam ipse
Albertus. dominus Papa, vt inducit dominus Albe. in quadã sua decretali protestatur, ꝙ vnumquodque papæ consciẽtiæ, quo ad Deum delinquit, & quandoque eo, ꝙ oportet mala tolerare, ne eueniant peiora, hoc modo dispensat, ꝙ in iudicio hominum eis hoc, super quo dispensatum est, obijci non
Ad primũ arg. potest. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam patet ratio ex dictis, ꝙ hoc cum tam ad ius naturale, quam diuinum pertineat, vt scilicet, qs sancta sancte pertractet, super hoc
Ad scdm. non se extendit potestas papalis. ¶ Ad secundam respondet. secundum Albertum, quòd abusiones non diminuunt malum, sed aggrauant. Et ideo, si in talib. dispensationibus prælatus aliquid facit, ipse peccat mortaliter, sed dum patitur necessitate mali compulsus, ne eueniat peius, tunc non peccat mortaliter, sed tunc non dispensat, sed dissimulat ad
Ad tertiũ. tempus, donec corrigi possit. ¶ Ad tertiam respondet. ẜm eundem dominum Albertum, quòd verum est, quòd non est, nostrum, quòd iudices simus, sed tamen nostrum est, quòd doctores sumus, vt cognoscamus, quid dignum, & quid indignum. & quid iustum est, & hoc alijs dicere, vnde non cognoscimus per modum iudicij, vt corrigamus, & pœnitentiemus, sed cognoscimus per modum sequentium, quid legi Dei concordat, & quid ab ea discordat, à quocunque homine agatur, siue superiore, siue inferiore,
Exponit literam. hæc Albertus. Litera sequitur. ¶ [Tales] vnde cui prohibitum est, consequens prohibitum consequitur antecedens, si. n. prohibita est tractatio sacramentorum indignis, quæ est consequens ad ordines: ergo & ipse ordo, qui est communis ad hæc. [melius]. i. eligibilius. Simile. 22. q. 1. considera. Hu. [sacerdoti]. i. Episcopo. [paucos] simile di. 60. si officia. [onus graue ordinatorum]. Tum primo, quia peccat mortaliter, si scienter tales promouet. Tum 2. quia grauatur turpi conuersatione eorum. Tum. 3. quia si certa scientia tales promouit, aut priuabitur potestate ordinarij, aut deponetur, vt distin. 50. ex penitentib. & di. 51. aliquantos. Tum. 4. quia incumbit ei onus prouidentiæ, quia tenetur omnibus prouidere, quos ordinauit, vt extra. de præben. Episcopus.

1 *Contradictio, si oborta fuerit, debent differri alienatio, electio, & consecratio, donec cognoscatur de causa.*

2 *Forma, quę sit seruanda in concilijs.*


Illud statuendum. Sequitur. cap. quod sumptum est ex. 4. concilio Carthaginens. quod capitulum diuiditur in duas partes. In prima ponit, quid agendum sit, si cõtra electum, aut consecrationem objiciatur crimen aliquod ad finem, ne consecretur, quia statuit, ꝙ debent certi Episcopi congregari, & discutere causam &c. In 2. petit approbari huiusmodi statutum per concilium. 2. ibi. Sed si hoc. Dicit ergo. illud statuendum.] Statutum est, quòd si contingat, sicut sæpe alias factum, quòd, cum Episcopi conuenerint. [ad eligendum]. i. ad electum examinandum, & consecrandum, tenetur hic improprie eligere, simile. 7. q. 1. remoto, &. 8. quæ. 1. Episcopo. Hu. [contra dictio [ita, ꝙ obiiciat aliquis, vel aliqui aliquod crimen electo, vel allegent iustã causam, quare non debeat consecrari, et velint probare, alioqui non debent audiri, quin ille consecretur, si maior pars consentit. vt di. 65. c. 2. & 3. nisi forte electus labore infamia, quo casu primo purgabitur, & est arg. †quod alienatio, electio, consecratio, & huiusmodi, si contradictio oborta fuerit, debent differri, donec cognoscatur de causa, [quia sępe] reddit causam sui statuti [nõ præsumant]. s. [tantum tres Episcopos accedere ad purgandum eum]. i. ad causam eius examinandum, & finiendam. licet. n. tres Episcopi sufficiunt ad eius consecrationem, tñ sex, & non pauciores debent esse in causa eius, cum accusatur, & hoc statutum est propter dignitatem electionis, qua. s. electus est in Episcopum. ¶ Quæritur, quare præcipitur iste se purgare cum Episcopis, cum non esset Episcopus. solutio, quia prope erat, ꝙ esset Episcopus, & ideo purgare se debuit, sicut Episcopus. Quod vero Episcopus, cum Episcopis habetur, extra, de purga. c. quoties, & 4. q. 4. mandastis, ne fiat vis in numero, quia numerus purgatorum redditus est hodie ad arbitrium præsidentis, siue iudicis, vt. 2. q. 4. Hu. c. omnib. [duos, vel tres]. s. alios qui. s. addãtur illis trib. qui prius ad erant. s. ad cõsecrãdũ [in eadẽ plebe] quia melius cognoscitur cõuersatio eius in loco in quo cõuersatus est, quam alibi, extra de elec. postquam, ne etiam aliquis scrupulus resideat in animo alicuius, vt 8. q. 1. licet. Hu. [vt discutiantur personæ]. s. an velit probare, an non, siue an debeant recipi, vel non, vel contradicentes vocat omnes, qui infamant eum, qui debent discuti, an sint tales, vel non, ꝙ eorum infamatio inducat purgationem, secundum Hu. Nam si infames, aut viles personæ essent propter infamationem talium, nõ compelleretur ad purgationem, vt 11. q. 3, inter verba. Postremo pertractentur, an sint talia, quæ induant purgationem, vel nõ. Nam si essent leuia crimina nõ debẽt cogi ad purgationẽ sed deberet ei iniũgi pęnitẽtia. 68. di. presbyteri. [cũ purgatus fuerit] intelligitur in eo casu, in quo accusator defecerit, & ex aliqua causa tale est crimen, ꝙ inducit purgationem, & ipse electus, est inde infamatus apud bonos, vel si non est inde infamatus intelligitur, [purgatus]. i. ostensus immunis, & innocens eo ipso, ꝙ accusator defecit. Hu. sub conspectu publico. s. publicè est infamatus, alias sufficit [secreta] sed contra. 15. q. 5. c. 1. ibi est solutio. Hic notat Ioann. Fan. ꝙ hoc. c. loquitur de ordinãdo. Nam aliud est de ordinando Episcopo, vel presbytero, aliud est de iam ordinato [hæc itaque.] Quoniam ordinatio publicè agitur, ideo publicè examinatur, & purgandum esse dicitur, cum. n. ex ipsa electionis cõtradictione suspectus habetur, ideo in publico purgabitur, vt qui in omnib. alijs pręficitur, ipsis omnib. irreprehensibilis videatur, vnde hoc est speciale, quia vndecunque sit orta infamia, & à quibuscunque, in hoc casu debet cogi quis ad purgationem, facilius. n. impeditur promouendus, quam deijciatur promotus, & ideo hic inducitur potius purgatio, ꝗ ibi. Et ideo dicitur, ꝙ secus sit in ordinato, vt in prælle, c. 15. q. 5. cap. 1. presbiter autem, vel episcopus, vel diaconus factus in publico purgari non cogitur, nisi à suo populo fuisset infamatus, siue accusatus 2. q. 5. presbiter Hu. & Arc. [ita demum]. i. non ante, quia pendente infamatione, & accusatione, nõ debet promoueri. vt. 81. di. tñ. ¶ Sed quærit, quid si pendente accusatione, ordinetur. Respondet. tunc consecratus & cõsecrãs deponentur arg. dist. 81. tantum. & aut. de sanctis. Episcopi. §. oportet. Hu. Sed qd si in tali casu accusator petit inducias ad prosequendum accusationem propter testes inueniendos, vel ob aliam causam. Credo respondet. Hu. quòd debeat audiri, dum modo modicæ sint tione

Margin notes (right column): Diuisio. — Exponit literam. — Quæstio. — Ioan. Fan. — Quæstio. Respõdet.

induciæ, & sufficientem cautionem dederit de accusatione prosequēda. Hu. Sed nunquid in tali casu reperietur accusatio laicorum contra clericum, cum generaliter accusatio laicorum contra clericos inhibeatur. Credo dicit Hu. ꝙ sic, dummodo sit de parochia illa. Nam illorum, qui sunt de parochia illa, causa agitur, quia omnium interest habere bonum prælatum, & quilibet illorum in tali casu videtur prosequi propriam causam, quo casu laicus recipitur contra clericum, vt 4.q.6.omnib.arg.ad hæc.16.q.7.fi-
2 lijs Hu. [Sed si hoc] secunda pars† ista est forma obseruāda in concilijs, vt statuta, quæ fiunt in concilio publice leguntur, postea interrogantur patres, si eis placet. Et ipsis respōdentib. placet. intelligitur statutum conclusum à consensu omnium confirmatum, &c.

1 *Monachus eo ipso, quòd quis efficitur, obligatur ad non habendum proprium.*
2 *Votum continentiæ exigere à promouendis, quare sit vtile.*
3 *Prælatus potest aliquid præcipere sub interminatione pœnæ etiam pecuniariæ.*


Vanquam. Sequitur.c.aliud ex concilio Toletano sumptum in quo prosequitur de promouendis ad ordinē dicens, ꝙ licet tales ex ipso, ꝙ promouentur ad aliquos ordines, teneantur viuere clericaliter, & sicut ordines ipsi exigunt, tamen, vt magis credant se teneri, iustum videtur, vt cum debeant ordinari, exigatur ab eis specialis cautio de articulis fidei tenendum, & de canonib. obseruādis, & de honesta vita ducenda, ac de obedientia suis maiorib. exhibenda, in qua cautione debeat pœna inferri, quam subeat transgressor.

Diuisio. Potest ergo.c. diuidi in tres partes, in prima dicit ad clericatum promouendos, vel promotos generaliter teneri clericaliter viuere, vt pote continenter, honeste, ac sub obedientia superiorum viuere. Secūdo assignat rationem, propter quam debeāt etiam speciali sponsione ad hoc se obligare. In 3. parte loquitur de pœna, quam subeant transgressores, &c.2.ibi. Solet.3.ibi. Pęna tibi. ¶ Litera dicit sacris .i. ecclesiasticis. [Astricti,] quia eo ipso, ꝙ suscipiunt aliquem ordinem tenentur viuere secundum regulam illius ordi-

Exponit literam.

1 nis licet ibi nihil exprimatur.ar.† quod si quis efficitur Monachus, eo ipso obligatur ad non habendum proprium, licet de proprio dimittendo non faciat mentionem.arg. 12. q.1.non dicatis, &.c nolo. Similiter eo ipso, ꝙ quis ordinatur in sacro ordine, vel efficitur Monachus obligatur ad cōtinentiam seruandam, licet non faciat mentionem de ea. ar.di.27.Diaconus, & di.84.cum in præterito, Hu. [expedibile].i.iustum, quamuis.n.qui ad sacros ordines promouētur, ad votum continentiæ astringantur, quia in susceptione sacri ordinis intelligitur emitti votum continentiæ, li-
2 cet non exprimatur, †vtile tamen est expresse exigere votū ab eis, dum ad sacros ordines promouentur. Primo, quia dum expresse viua voce vouet, magis erubescit frāgere, & timet, quod expresse vouit, habens præ oculis dictum Pro-

*Psa. 75.b. phetæ. Vouete, & reddite. Secundo, quia per hoc tollitur ignorantiæ excusatio, ne ad excusandas excusationes in peccatis, dicat ignorabam me ex voto ad continentiā obligari.3. quia per hoc ordinatus sua voce patet se debere cōtinere, & si non continuerit, maiori infamia puniatur fractor voti in presentia plurium emissi.4. quia, vt tangitur in litera solet plus timeri, quod singulariter pollicetur, quam ꝙ generali sponsione conducitur, quæ est.2.pars. [Consecrationem] Ecce videtur loqui de sacris ordinib. Alij dicunt, ꝙ de Episcopis tantum, quia ordinatio ipsorum potius dicitur consecratio, quam aliorum clericorum. [Hug. placiti sui].i.voti voluntariè emissi. [annotationem].i. scripturam, est.n. scriptura redigenda, vt si postea velit aliud facere, obuiet sibi propria scriptura. 1.q.7. saluberrimum. Hu. [vt fidem.] indecens.n.est, vt in ministerium fidei sublimaretur, qui fidem Christi non seruaret. Oporteret ergo corde credere per fidem ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem secundum Apostolum ad Roma.10. [iuste] sic dicit Apostolus ad Tit.2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo. Et certe, qui in sacris sunt, debent sobrie viuere, & iuxta tēperātiæ mensurā.1.q.5. Sobrij estote, & vigilate, vt in sacris sint sancti. Leuitis.19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum: debent etiam pie viuere, opus pietatis exercēdo, quia pietas ad omnia vtilis est 1.ad Ti.2.& 6. [vel iuste.] quantum ad proximum, pie quantum ad Deum, vel quantum ad se [Hu. contradicat] repellitur & contumaciter [preeminenti].i. prelato, quia hic interponitur [pactio.] non est arguendum, ꝙ sit simonia, quoniam pactiones istæ, cum licitę sint, & quæ de iure exigi possunt, non sunt prohibitæ extra, de elec. significasti, sed illicitæ prohibitæ sunt. 1. q.2. quoniam pro. Hug. [qui se scit] sanctum.n. & iustum est, vt qui obedientiam expetit à suis inferiorib. eam suis superiorib. impendat, hoc quippe iuris naturalis est, vt alteri faciat ꝙ sibi vult fieri. Matt.7.& Lucæ.6. & ponitur in prin. decreti. Humanum genus [obedientiam] obedientiam hanc omnes clerici debent suis prælatis, de conse.di.5.in omnib. [Pęna tamen].2.pars pœna, quam subeant, vel soluant, si non tenuerint promissionem, & potest intelligi pœna, vel de admittendo honore, & ordine, quasi sub periculo sui honoris, & ordinis hoc debet promittere, si non obseruauerit. 1. q.7. quoties, & de conse. dist.2. Ego Berengarius, vel de pęna pecuniaria, & est ar.† ꝙ prælatus potest aliquid præcipe- 3
re sub interminatione pœnę etiam pecuniariæ.ª Hu. Quod si in canone non exprimatur, de qua pœna intelligatur, si dicatur spirituali, vel pecuniaria. Respondetur, quod tunc ponitur pro arbitrio superioris altera illarum, quam magis viderit expedire. Nam secundum canonem congrue imponitur spiritualis, vt in præcedēti.c. Ego Berengarius, pecuniaria, vt 16.q.1. statuimus, & 21.q.1. si quis. Hu. & Ar. ecclesiasticæ consuetudinis, quasi hoc est de ecclesiastica consuetudine vt patet ex præmissis. concor. [inserenda placitis talium].i. scripturis continentib. vota, & promissiones eorum. Hu. [persoluenda].i. subeunda, vel proprie tenetur persoluenda, quo ad pœnam pecuniariam.

a ¶ Pęnæ pecuniariæ, non tamē pōt eā imponere in correctiōe criminum. vide elegāter Pet. de An. in c. irrefragabili nu.8. de offi. ordi.

De hinc. Postquam de electione Papæ, & examinatione Episcoporum, & doctrina quales esse debeant, & viuere Episcopi, & cæteri clerici, superius actū est, consequenter ponit, quomodo ordinentur personæ ecclesiasticæ in singulis ordinibus, siue officijs.

2 *Sacramentum ordinis habet aliquid pro materia.*
Et habet formam suam nu. 3.
5 *Characteris ordinis est actum.*
8 *Liber euangeliorum quare ponatur super capu: Episcopi in consecratione.*


Episcpus. Hic ostendit, qualiter Episcopus ordinetur, siue consecretur.d. ꝙ cum episcopus ordinatur, &c. Breue est, non diuiditur. Pro pleniori intelligentia huius. ca. & sequentium in hac distinctione, vbi de ordinatione, siue collatione ordinum ecclesiasticorum sit sermo, quæruntur quatuor, quia superius circa.c. cleros.di.21. plura alia circa hoc ordinis sacramentum disputauimus.

1 ¶ Primum: ergo quod hic quæritur est, vtrum sacramentum ordinis habeat aliquid pro materia, & aliquid pro forma.
4 ¶ Secundum est, vtrum in omnibus ordinibus imprimatur character.
6 ¶ Tertium est, vtrum character vnius ordinis pręsupponit de necessitate characterem alterius.
7 ¶ Quartum est, vtrum in ordinatione Episcopi sit de necessitate consecrationis appositio libri super caput eius.

1 Ad primum. Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ hoc sacramentum non habet materiam.

Primū ar. Primo sic. In omni sacramento, quod habet materiam, virtus operantis in sacramento est in materia, sed in rebus materialib. quæ hic adhibentur, sicut sunt claues, candelabra, libri, & huiusmodi, non videtur esse aliqua virtus sanctificandi: ergo hoc sacramentum non habet materiam. ¶ Se-

Secūdū ar. cundo in quolibet sacramento habente materiàm, requiritur contactus materiæ ad eum, qui suscipit sacramētum, sed à quibusdam dicitur, ꝙ tactus dictorum materialium ab eo, qui suscipit sacramentum, non est de necessitate sacramenti, sed solum porrectio: ergo productæ res nō sunt materia huius sacramenti. ¶ Tertio arguitur, ꝙ non habet

Tertiū ar. formam sic, quia si sic maxime essent illa verba, quæ dicit Episcopus. Accipe, & esto verbi Dei relator habiturus, &c. quæ verba dicuntur ordinando in Lectorem. Item verba ad Exorcistas sunt, accipite, & habitote potestatem imponen di, &c. sed ista, vt Magister sentētiarū in 4. ponit di.24. non possunt

non possunt esse formę in hoc sacramento:ergo,&c.Probatur minor primo sic.Sacramenta efficaciam habent ex forma,sed efficacia sacramentorum est ex virtutę diuina,quę in eo secretius operatur.Saltem:ergo in forma huius sacramenti debet fieri mentio de virtute diuina per inuocationem Trinitatis,sicut in alijs sacramentis, sed non fit.ergo non videtur esse forma.¶ Secundo sic.Impetrare est eius, qui habet authoritatem, sed autoritas non residet pœnes eum,qui sacramenta dispensat,sed ministerium tantum:ergo non debet vti imperatiuo modo, vt diceret sic Agite, vel accipite hoc, vel illud,aut aliqd huiusmodi.¶In oppositum arguitur, quia omne sacramentum consistit in rebus, & verbis,sed ordo est sacramētum: ergo habet aliquid pro materia,& aliquid pro forma. Respondeo Hu.in præsenti c.dicit,& repetit post ipsum Archid.ꝙ omnia,quæ fiunt in ordinatione Episcopi,vel presbyteri,vel alicuius inferioris,non est expressum,quæ sint de substantia,& quæ pertinent solum ad solemnitatem.Et hoc ideo dicit contingere quia nescitur,an in verbis,an in vnctione sola sacramentū conferatur,& an verba,& vnctio sint necessaria,nec etiam constat,quæ verba sint necessaria ad hoc, cum multæ orationes ibi dicātur, an illa tota sit de substantia sacramenti, & si non tota,nescitur,quæ pars.Non.n.in his sacramentis, sicut in Eucharistia, & Baptismo certa forma verborum est instituta. Et ideo nescitur, ad quæ verba,vel ad quem actum ordinantis ordo conferatur. Et ideo inquit non est incautum in talib.nihil temere asserere,hæc ille.Sed isti iudicio nostro minus bene loquuntur, vt puta homines,qui de sacramentis ecclesiæ non habent rectam intelligentiā. Cum.n.dicat Aug.super Ioannem. Accedit verbum ad elementum,& hoc commune sit omnib.sacramentis, ꝙ elementum sit sacramentum, quæ consistant in verbis, & in rebus sensibilib.& dubium non sit, ꝙ ordo non sit sacramētum, sequitur, ꝙ necessario sacramentum ordinis debeat consistere in verbis,quæ sunt forma sacramenti, & in elemento siue re sensibili, quia largo modo dicitur elementum. Non est ergo dubitandum apud doctos viros,quãdo in sacramento necessaria sint verba,sub quibus conferatur hoc sacramētum,& res sensibilis, in qua referatur effectus sacramenti, vnde dominus Bonauen. dicit in 4.ꝙ semper intelligendum est fuisse verbum aliquod, in quo exprimeretur potestas talis dari,licet autem nō fuerunt verba præfixa in sacra scriptura,nisi in solis duob.sacramentis, quib. dominus verba specialia ore proprio prędixit, nunc tamē necessarium est seruare formam ab ecclesia statutam,& approbatam,hæc ille.Vnde,quòd dicitur, ꝙ non est expressum,falsum est.Nam & si forte non est apud iuristas, est tamen expressum apud Theologos,vt patet in.4.dist.24. vbi ponitur forma,quę est obseruanda.Sit ergo ista conclusio.

Opponit contrariū. Respōdet.

Cōtra Hu. & Archidi.

Bonauentura.

2 †Sacramentum ordinis habet aliquid pro materia,probatur conclusio, plus.n. requiritur ad dispensandum sacramenta,quam ad suscipiendum,sed baptismus in quo datur potestas ad suscipiendum sacramenta, indiget materia.ergo & ordo,in quo datur potestas ad dispensandum. Est autem notandum circa hanc conclusionem secundum S.Th. in 4.d.24.ꝙ materia in sacramentis exterius exhibita significat virtutem in sacramentis agentem extrinseco omnino aduenire, vnde, cum effectus proprius huiusmodi.s. character non participetur ex aliqua operatione ipsius, qui ad sacramentum accedit, sicut erat in pœnitentia, sed omnino ex extrinseco adueniat, competit ei materiam habere,tanquam diuersimode ab alijs sacramentis, quæ materiam habent,quia hoc,quod in sacramento confertur,in alijs sacramentis deriuatur tantum à Deo,non à ministro, qui sacramentum dispensat, sed illud,quod in sacramento hoc traditur.s. spiritualis potestas, deriuatur etiam ab eo, qui sacramentum dat,sicut potestas imperfecta à perfecta. Et ideo efficacia aliorum sacramentorum principaliter cōsistit in materia,qui virtutem diuinam,& significāt,& continēt ex sanctificatione per ministrum exhibita, sed efficacia huius sacramenti principaliter residet pœnes eum, qui sacramentum dispensat. Materia autem adhibetur magis ad determinandum potestatem, quæ traditur particulariter ab habente eam complete,quam ad potestatem causandam, quod patet ex hoc, ꝙ materia vsui potestatis,hæc S. Tho. Est etiam differentia in materia huius sacramenti ad alia sacramenta, vt dicit Richardus de media villa,quoniā materia huius sacramenti non est vna communis cuilibet ordini, sed diuersis ordinib. diuersa, quæ autem sit materia in quolibet ordine infra dicetur.

S.Thom.

Richard.de media villa.

3 ¶Secunda conclusio.†Sacramentum ordinis habet formam suam, conclusio patet ex dictis,forma autem,vt dicit Magister sententiarum in. 4.di.24.exprimitur sub istis verbis imperatiuis. Accipe vel accipite potestatem, &c. Sed est notandum pro intellectu eiusdem formæ iuxta S.Thom.in 4.vbi.s.ꝙ hoc sacramentum principaliter consistit in potestate tradita,potestas autem à potestate traducitur, sicut simile ex simili.Et iterum potestas per vsum innotescit,quia potentiæ notificantur p. actus.Et ideo in forma ordinis exprimitur vsus ordinis p actum, qui imperatur, & exprimitur traductio potestatis per imperatiuum modum. Concor.dominus Albert.in 4. ita dicens, secundum diuersitatem sacramentorum diuersificantur formæ,vnde cum in ipso sacramento conferatur potestas ad actus diuinos, & circa diuina debet signari per modum traductionis potestas ab vno in alium, quemadmodum à domino signata est.Ioan.20. cum dicit.Accipite Spiritum sanctum,quorum remiseritis. &c. In isto.n.verbo intelligitur per simile, quantum ad modum omnis forma collationis ordinis signata & instituta, hæc Albert. Itē concordat dominus Bonauentura, qui assignans rationē quare forma huius sacramenti exprimatur modo imperatiuo,dicit sic. Pontifex summus gerit personam Christi,& personam superiorum,sicut dicit Isidorus lib.de officijs,& quoniam potestas secundum plus,& minus descendit,& secundum ꝙ quis præest confert, ideo rectissime modo imperatiuo vtitur,hæc ille.¶ His habitis dicendum est ad rationes in contrarium. Ad primam.respondetur, negando maiorem, quoniam hoc solum verum est in sacramentis, quorum efficacia principaliter consistit in materia, quod quid non est in hoc sacramento, sicut supra circa primam conclusionem dictum est.¶Ad secundam respondetur,ꝙ circa hoc reperimus duas opiniones. Vna est Alberti magni in 4.di.24.qui dicit, ꝙ non exigitur,nisi porrectio, & tactus est de bene esse,quia in hoc sacramento est forma significans traductionem potestatis, & hoc significat in porrectione tota,non expresse dissentiente eo,cui porrigitur, intelligitur.n.accepisse, quando non dissentire se ostendit, quando ad accipiendum est præsentatus.Et secundum hãc opi.respondetur,negando assumptum vniuersaliter. Aliorum est opinio,cuius videtur esse S. Tho.Nam dicit.Tamē ipsa verba formæ videntur ostendere,ꝙ tactus materiæ sit de essentia sacramenti, quia dicitur accipe huc, vel illud. Huius opinionis est manifeste Petrus de palude in 4.di.24. ita dicens. Nisi accipiat manu tangendo,nihil agi videtur, nec sufficit, ꝙ Episcopus porrigat materiam,nisi ordinandus tangat,quia quod tangit,non agit,vnde sicut aqua,quę non tangit, non imprimit characterem baptismi, sic nec liber,qui non tangitur ab ordinando.In omnib.n. sacramētis habentib. materiam sensibilem oportet eam sensibiliter applicari suscipienti sacramentum,maxime,quando in eius vsu consistit essentia sacramenti, vt in confirmatione, & Extrema vnctione, & Baptismo, hæc ille. Sed si quis vellet sustinere opinionem Alberti, responderet rationi huic Petri de palude, ꝙ est ratio sua procedit de sacramentis,quorum efficacia principaliter consistit in materia,quę virtutem diuinam,& significat, & continet, cuius non est hoc sacramentum, vt dictum est.s. ¶Ad tertiam,quæ est contra formā respondetur,negando minorem. Et ad probationem respondetur iuxta S. Tho.negando consequentiam,& ratio est,quia non est,simile de hoc sacramento,& alijs,quia alia sacramenta non ordinantur principaliter ad effectus similes potestati, secundum quam sacramenta dispensantur, sicut hoc sacramentum. Et ideo in hoc sacramento est,quasi quædam communicatio vniuoca.vnde in alijs sacramentis exprimitur aliquid ex parte diuinæ virtutis, cui effectus sacramenti assimilatur, non autem in hoc sacramento.¶ Ad quartam respondetur,ꝙ licet in episcopo,qui est minister huius sacramenti, non sit autoritas respectu collationis huius sacramenti,habet tamen aliquam autoritatem respectu potestatis ordinis,quę confertur per ipsum inquantum à sua potestate deriuatur.

S. Thom.

Albertus.

Bonauentura.

Ad primũ arg.

Ad secundũ.

S.Thom.

Petrus de palude.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

4 **Ad secundum.** Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ in sacramento ordinis non imprimatur character in omnib.ordinib.Primo sic.Episcopatus dicitur ordo,vt in.c.cleros.disti.21. & tamen in eo non imprimitur character:ergo,&c.¶ Secundo sic. Character ordinis

ordinis est quædam spiritualis potestas, sed quidam ordines non ordinant, nisi ad aliquos actus corporales. s. ostiarij, vel Acolyti: ergo in eis nõ imprimitur character. ¶ Tertio sic character est signaculum indelebile: ergo si collocat hominẽ in aliquo statu, impossibile est ab illo statu recedere, qñ fiat contumelia sacro, sed qui sunt in minorib. ordinib. cõstituti, possunt licite redire ad laicatum: ergo in eis character nõ imprimit. ¶ Quarto sic character est signaculum perpetuum: ergo manet in aĩa separata: ergo nõ debet imprimi, nisi ad actum perpetuum, sed actus ministerialis horum ordinum inferiorum non est perpetuus: ergo, &c. ¶ Quinto sic. Si in quolibet ordine imprimitur character, aut idem, aut in diuersis diuersim, non idẽ, quia impossibile est eandem rem pluries imprimi, non interueniẽte corruptione, non diuersi, quia different solo numero, vel spẽ, si solo numero, tunc plures qualitates eiusdẽ speciei cessent simul in eodem subiecto, quod falsum est, si spẽ, plures ex diuersis ₰m formã, & speciẽ manẽtibus diuersis, nisi sit vnũ & sic ex illis impossibile est vnum sacramentum constitui. ¶ In oppositum arguitur. Oẽ sacramentũ, in quo non imprimitur character, est iterabile, sed nullus ordo est iterabilis: ergo in quolibet ordine imprimitur character. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ vt S. Th. dicit, & etiã Bonauen. circa hoc diuersæ fuerunt opiniones. Quidam. n. dixerunt, ꝙ in solo ordine sacerdotali character imprimitur, sed hoc nõ videtur verum, quia actum diaconi nullus potest exercere licite, nisi ordinatus, & ita patet, ꝙ habet aliquã potestatẽ spũalem in dispensationem sacramentorum, quam alij nõ habent. Et pp hoc alij dixerunt, ꝙ in sacris ordinibus imprimitur character, non autem in minoribus, sed hoc iterum nihil est, quia per quemlibet ordinem aliquis constituitur supra plebẽ in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad sacramentorum dispensationem, vnde cum character sit signum distinctiuũ ab alijs oportet, ꝙ in oĩbus character imprimatur, cuius etiã signum est, ꝙ perpetue manent, & nunquam reiterantur. Et ideo est tertia opinio, quæ probabilior est, & cõior, ꝙ in oĩbus ordinibus imprimatur character, sicut rõnes factę ostendunt. Est. n. character signaculum distinctiuum, & perpetuũ, & hoc est in oĩbus ordinib. reperire, sicut dictũ est. ¶ Ad rõnes in oppositũ. Ad primã respondetur, ꝙ sicut supra dictum est circa. ca. cleros. di. 21. episcopatus non est ordo, ₰m ꝙ ordo est sacramentũ imprimens characterẽ, dr̃ aũt ordo, ₰m ꝙ ordo est officium quoddã, siue gradus ptãtis respectu quarumcunque actionũ sacrarũ. Et ita rõ non procedit. Vel respondetur 2. ꝙ licet in ordinatione episcopi non imprimatur character, ampliatur tñ character sacerdotalis, & datur sibi aliqua eminentia ptãtis respectu aliquorũ sacramentorũ, & aliquarũ actionum sacrarum, quæ semper manent cum ipso charactere ordinis, ablata oĩum iurisdictione. ¶ Ad secundã respondetur, negãdo minorẽ, dicimus. n. ꝙ quilibet ordo habet actũ circa ipsum sacramẽtum, vel ordinatũ ad sacramẽtorũ dispensationem, sicut ostiarij habent actũ admittendi hoĩes ad diuinorũ sacramẽtorũ inspectionẽ, & sic de alijs: vnde actus corporales oĩm ordinãtur ad spũales, & ideo in oĩbus requiritur spũalis ptãs. ¶ Ad tertiã respondetur dicẽdo, ꝙ quantumcunque hõ ad laicatũ se transferat, semper tñ manet in eo character, quod patet ex hoc, quia si ad clericatũ reuertatur, non iterũ ordinẽ quẽ habuerat, suscipit, ¶ Ad quartã respondetur vt dicit Richard. de media villa
5 iuxta dñm Bonauẽ. † Characteris ordinis duplex est actus. Vnus est actus ministerij ad illum ordinẽ pertinẽtis, & hic non est perpetuus. Per ipsum. n. characterem videtur, ad qđ ministeriũ habẽs characterẽ, fuit ordinatus, & hoc vel ad gloriam, vel ad ignominiam, secundum quòd vsus fuerit bene, vel male. ¶ Ad quintum respondetur iuxta dominũ Bonauen. quòd dupliciter est loquendum de characterib. Aut in se, Aut prout vniuntur in vnitate, & integritate sacramenti. Si in se, sic differunt, sicut diuersæ species numeri, sicut binarius, & ternarius. Si prout vniuntur in vnitate sacramenti, sic quemadmodum binarius, & ternarius constituunt senariũ, & habẽt rationem partis constitutiuæ, & complementum ponitur in senario. Sic intelligendum est in proposito, suo modo licet, non sit simile omnino, hæc ille. Cõcor. Richard. de media villa dicens, ꝙ in diuersis ordinibus imprimũtur characteres diuersi, non tantum numero, sed specie. Et quamuis ex differentibus specie non possit constitui vnum per essentiam, potest tamen ex illis integrari vnum vnitate, qua hoc sacramentum dr̃ vnum, &c.

Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. — Respõdet. — Ad primũ arg. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ. — Ad quartũ. — Ad quintũ. — Richard. de media villa.

1 **Ad primum.** Sic pceditur.†Et videtur, ꝙ in hoc ordine non imprimatur character. Primũ ar. Primo sic.Character, sicut patet ex eius diffinitione, consi gnat imaginem creatã increatæ, & collocat in aliquo statu Papali fidei, iste autem ordo non videtur hoc facere:ergo Secũdũ ar. non imprimit characterem.¶Secundo sic,perfectissimorũ sacramentorum est imprimere characterem, sed ille ordo non est perfectissimus,sed potius ordo sacerdotij:ergo vi- Tertiũ ar. detur,ꝙ nõ imprimit characterem.¶ Tertio in actũ illius sacramenti, siue officij, quod imprimit characterem,non potest aliquis nisi characterizatus primo,sed in actu istius ordinis potest non habens ordinem, vt patet manifeste:er Opponit ĩ contrariũ. go non imprimit characterem.¶In oppositum est tex.præ sentis.c.& ea,quæ.s.dispẽsauimus,ꝙ in omnib.ordinib.im Respõdet. primeref character.¶Respondeo dicendũ,ꝙ sine dubio di cẽdum est,ꝙ in hoc ordine imprimatur character,probaf concl.sic.Nihil collocat in gradu spiritualis potestatis immobiliter,patet,quia ostiarius,quantumcunq; deuiet,nun quam reordinatur,sed reconciliatur tñ:ergo,&c.¶Ad ra- Ad primũ arg. tiones.Ad primã respondetur negãdo minorem.Dicimus .n.iuxta dñs Alb.ꝙ ille character cõfiguratione facit, quia imprimitur imagini nostræ,vt in ptãte spũali imitemur eũ qui non dormitat, nec dormitabit custodiẽdo Israel,& po Ad secũdũ. nit in statu prælationis,in statu fidei,¶Ad secundã respon detur,negando etiã vñr minorem. Dicimus.n.iuxta Alb.ꝙ ordo iste est aliquid perfectissimi sacramenti, sicut pars to tius potestatiui est aliquid totius, & inquantum ordinatur ad illud,habet aliquid de effectu ipsius,& hoc est imprime re characterem ptãtis perfectæ.Aliter.n.nec esset pars pote statiua illius,& hoc facile,est videre, quia nisi Bailliuia det potestatẽ in parte,non erit pars potestatiua regni, quod ha bet dare potestatẽ perfectè, & si est in alijs.Nã pp indebili tatẽ,& fidei statũ,& configurationẽ ad ptãtem diuinam da tur potestas talis, vel talis per characteris impressionem, Ad tertiũ. hæc Albe.¶ Ad tertiã respondetur negando minorem,qm in actum huius ordinis nullus potest,nisi habens ordinem Dicit.n.Alb.magnus,ꝙ sicut à Christo,qñ expulit immun dos de templo,luxit quoddã diuinum lumẽ, vt dicit gl.Io. 2.quo territi fugerunt hi,qui violabant locũ sanctũ.Ita quę dam diuina virtus deterrendi immunda à loco sanctificato confertur ostiario, & ex tali virtute pellere immunda est actus ostiarij,& planum est,ꝙ hoc non põt,qui illam virtu tem non habet,vel vt.S. Tho. dicit nisi ex officio potest facere,nisi sit Ostiarius.

2 **Ad secundum.** †Respondetur ſm cõem senten tiam,ꝙ in traditione clauiũ ec- clesiæ,quam facit sibi Episcopus sub certa verborũ forma Exponit li teram quæ ponitur hic, imprimitur character ostiario, Litera. ¶[Ostiarius ab Arch.fuerit instructus.]Nota,ꝙ Arch.est il 3 le,qui debet instruere ostiariũ de his, quæ spectant ad eius officium.[Ad suggestionẽ].i.ad monitionem.i.Arc.suggerente,& significante.Hu.[Claues ecclesiæ].s.quibus claudi tur,& aperitur ecclesia.Non.n.loquitur de clauib.thesauri ecclesiæ, quia istas habet thesaurarius,siue Sacrista,vt pa tet de officio Sacristæ. ca.1.sed loquif de clauib.ianuarum ecclesiæ.Habentes.n.iudiciũ inter bonos,& malos,mũdos & immundos,fideles recipiunt,& infideles respuũt, & ex cõicatos repellũt,vnde ostiarij idẽ sunt,ꝙ ianitores,qui in veteri testamento ad custodiã templi electi sunt, ne ingre deretur in illũ aliquod immundum,[in omni re].i.aliquid de omnib.rebus.Stabãt.n.prout legitur in paral.26.in quatuor partib.templi,videlicet in oriente.in occidente, aqui lone,& austro,portas tẽpli singulas ita obseruantes,vt nec in puncto descenderent à ministerio. Hoc officium Christus impleuit,qñ dixit.Tollite portas, &c.Et qñ ementes, & vendentes de templo eiecit.Gui.in rationali.Dicit autẽ. Hug. ꝙ vasa, & vtensilia, si ecclesia esset ostiarius teneretur custodire.vt 25.di.c.1.

3 *Præsbyteri non Episcopi possunt conferre ordines ex generali, siue speciali commissione.*

4 *Conferre ordines nemo potest, nisi Episcopus ex ordinaria potestate.*

Psalmista. Sequitur ordinatio,si sit dicenda psalmi stæ,siue cantori.Pro pleniori intelligen tia huius.c.quæruntur duo.

1 ¶Primum est,vtrũm psalmistatus sit ordo.

2 ¶Scdm est, vtrũ pſbiter nõ eps possit ordines cõferre, &c

1 **Ad primũ.** Sic proceditur.†& vr,ꝙ psalmistatus sit ordo.Primo sic.ex.c.cleros.di.21.& ex. Primũ ar. c.plectis.di.25.vbi inter gradus, & noĩa officiorũ ecclesia sticorũ ponit Psalmistatus,& hoc expresse dicit Isid.6.Ety molog.2.¶Secũdo rõne sic:Prophetia psalmorũ nõ est mi- Secũdũ ar. nus nobilis,q̃ aliæ:ergo sicut est ordo in ecclesia deputatus ad recitãdũ alias prophetias.s.ordo lectoratus,ita vr,ꝙ debeat aliqs ordo deputari in ecclesia ad recitandũ psalmos, sed iste est psalmistatus:ergo &c.¶Tertio sic.Ad illa princi Tertiũ ar. paliter spãlis ordo exigitur, quã magis frequentant ministri ecclesiæ,sed psalmos plus oĩb. alijs pphetijs frequẽtãt: Quartũ ar. ergo spãlis ordo exigitur ad eos.¶Quarto Greg.super Eze. super illud psalm.Illic iter,quo ostẽdam salutare Dei.dicit, quòd psalmorũ cantu, aut datur spiritus cõpunctionis, aut Spũs prophetiæ,si cum attẽtione,& deuotione fiat, sed nõ fit ita in alijs prophetijs:ergo psalmi sunt maioris autorita tis,& sanctitatis,& vtilitatis,quã ceteræ prophetiæ:ergo de bet esse ordo ad eos, sicut ad alias prophetias legendas,vel Opponit ĩ contrariũ. erit pars ordinis Lectoris.¶Id cõtrariũ arguitur sic ex.c.psenti,oẽs ordines,sicut.ĩ.videbitur ab Episcopo dãtur,nõ à simplici sacerdote.Sed psalmistatus datur à simplici sacerdote vt dr in pñti.c.ergo sequitur,ꝙ non sit ordo. ¶ Scdo Secũda op. sic.Cantus psalmorũ est deprecatio,& oro quædã, hæc aũt à nullo est prohibẽda,sed quod à nullo prohibef,nõ habet ordinẽ,cũ ordo sit distinctarũ personarũ:ergo ad psalmos esse non põt.¶Rñdeo dicẽdũ, ꝙ psalmistatus proprie nõ Respõdet est ordo,sed officiũ ordini annexũ.Ista cõcl.est S. Th. Alb. Bonau.& Petri de tarãtasia,& aliorũ,quasi oĩm Theologo rũ,q̃ concl.patet sic 1.ex.c.illud nos.di.77.vbi Pelagius Papa ita dicit,qui ordinari mereẽ.i.si qs Eps esse mererẽsit pri mo ostiarius, deinde Lector, post exorcista, inde sacretur Acol.demũ subdiaconus,deinde Diaconus,& postea presbyter,& exinde,si meretur, eps ordinetur. Hic sufficienter gradus,& ordines distinguuntur, & nõ ponitur ordo Psalmistatus:ergo,&c.Et maxime, quia, inqt,primus ordo sit ostiarius,nec valet gl.quæ ait,ꝙ dr primus respectu sequẽtiũ,quia hoc mõ quilibet sequens respectu aliquorũ sequẽtiũ diceretur primus ordo,& nõ tñ ostiarius, vnde illa gl. est valde inepta.¶Scdo probaf concl.sic,quo ad ambas par tes iuxta dñm Bonau. psalmista, & cãtor pro eodẽ reputan Bonauentura. tur,vt patet ex.c. pñti. vbi dr psalmista.i.cãtor:psalmista.n. nõ solũ est psalmos cãtare,sed alios cãtus armonicos, sicut Antiphonarũ, & Rñsoriorũ.Lectionib. interserere,& hoc vt audiẽtiũ corda excitẽtur ad Dei laudẽ, & ad eruditionẽ Lectoris,& nõ afficiantur tædio in auditione verbi Dei.In hoc ergo,quod est ad laudẽ Dei,cũ illud sit oĩm fideliũ, & Albertus. cõiter,& simul,vnde,vt dicit Alb. est officiũ cõitatis totius corporis ecclesiæ in deuotione Deo seruiẽtis, & nõ offim ministrorũ,vt ministri sunt, vnde ꝙ inducunẽ eis horæ,& psalmi,hoc fit aut pro proficiendo eos in merito sanctitatis,sicut perfecti sunt in ptãte ordinũ.Ex hoc ergo,ꝙ est of ficiũ cõe ad laudẽ Dei, non oportet ad hoc spãliter ordinẽ deputari.In hoc aũt.ꝙ exhortatur corda ad eruditionẽ, & ad percipiendũ sensum,quẽ,pdicat Lector est officiũ anne xũ ordini Lectoris.Et sic patet, ꝙ stricte accipiendo ordines,& gradus psalmistatus nõ debet inter ordines cõputari,& ita accipit Isid.in capitulis in oppositũ assignatis,& in c.pñti cõcilium Toletanũ cũ de ordinatione psalmistæ loquitur,vnde notanter nõ ordinẽ,sed officium vocat.Et ita exponenda est litera vbicunq; reperiatur ordo nominatus. Cõcordãt Alb.& S.Th.vnde hac rõne dicunt aliqui,ꝙ cum datur ab epo,gaudet priuilegio clericali.¶Ad rões in op Ad primũ arg. positũ.Ad primã de capitulis decreti rñsum est. Ad secũdã Ad secũdũ. rñdetur iuxta dñm Bonau. negãdo cõñam, & rõ est,quia licet prophetia psalmorũ sit ęque digna,quo ad sensum,& intellectũ,sicut aliæ, nihilominus nõ tñ erudit per sensum verborũ, quãtũ ẽt excitat mẽtes per cãtũ musicorũ, & per emisionẽ vocũ resonãtiũ & hoc cõpetit multitudini.Alias vero pphetias cõpetit huic.s.lectori recitare, cui alij sunt intenti,ideo oportet illum,qui legit esse prouectũ non rõne eius,quod recitatur,sed ratione modi recitãdi. Sed dñs Albertus. Alber.videtur clarius dicere,ꝙ ideo rõ non procedit,& rõ est,quia prophetia vt est simpliciter litera in ecclesia, sicut sit in psal.non habet ordinem ad se ordinatum,sed vt est lecta cum explanatione,sicut fit per lectorẽ:sic.n.habet ordi nem dantẽ autoritatẽ hoc faciendi,quia adhuc indiget ptãte,& grã Spũs sancti.hæc Alb.¶Ad tertiã rñdetur ſm eun Ad tertiũ. dem Albertum negãdo vniuersaliter assumptum,qm qdã

frequentantur in ecclesia ad meriti cumulationem ad ministris ecclesiæ, & quædam ad fidelium communionẽ, vt communicent sacramentis, & quæ primo modo frequentantur non habent ordinem, sed liberum arbitrium gratia informatũ, vt mereri possint. Sed quæ secundo modo frequentantur, necessario habent ordinem, in quo conferatur potestas talia frequentandi, secundum ꝙ sacramẽta dicuntur esse ad exercitum ad actum gratiæ sacramentalis, qui frequenter est iterandus.

Ad quartũ. ¶ Ad quartam respondetur secundum eũdem Albertum, negando consequentiam: & ratio est: quia illa verba: quæ dicit Gregorius, nõ ostendunt necessitatẽ ordinis, sed vim orationum quo psalmi dicuntur ad gratiam promerendam.

2 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ presbyter non Episcopus possit ordines conferre.

Primũ ar. Primo ex præsenti. c. vbi concilium toletanum præsupponens psalmistatum ordinem esse, dicit, ꝙ absque conscientia Episcopi sola missione presbiteri officiũ accipere põt.

Secũdũ ar. ¶ Sc̃do arguitur. Abbates nõ sunt Epi, & Cor Episcopi, nõ sunt epi & tamen conferebant ordines, vt di. 69. quoniam similiter Episcopus, q̃ renũtiauit Episcopatui. extra de renunt. requisiuit.

Tertiũ ar. ¶ Tertio, de. c. statuimus, extra de supplen. neg. præl. & de. c. cum contingat extra de æta. & quali. or.

Opponit ĩ contrariũ. ¶ In oppositum arguitur primo sic. Isid. li. 7. Etymologiarum. c. 12. loquens de officio Episcopi dicit sic, ipse efficit, sacerdotes, atque leuitas, ipse oẽs ecclesiasticos ordines disponit: ergo ordines conferre ad nullum alium pertinet.

Secũda op. ¶ Secundo sic. Eius est in ecclesia ordines constituere, siue dispensare cuius est ecclesiam gubernare, sed gubernatio ecclesiarũ spectat ad Episcopos, q̃ sunt superintendentes: ergo & dispensatio ordinum.

Respõdet. ¶ Respondeo. Potestas conferendi ordines alicui potest dupliciter conuenire. s. ex ordinaria potestate, vel ex generali, siue speciali commissione, & secundum hoc sunt conclusiones.

Prima cõclusio. 3 Prima est, ꝙ secundo modo † s. ex generali, siue speciali commissione conferre ordines minores, non tamen maiores potest quandoque competere presbyteris, non Episcopis, potest. n. vt dicit S. Tho. Papa, qui habet plenitudinẽ potestatis pontificalis cõmittere non episcopo ea, quæ ad episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus Christi. Et ideo aliquis sacerdos simplex ex cõmissione potest conferre minores ordines, & confirmare. Non autem aliquis non sacerdos, neciterum sacerdos maiores ordines, qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, super qđ consecrandum Papa non habet maiorem potestatem, quã simplex sacerdos.

Secũda cõclusio. 4 ¶ Secunda conclusio, primo modo. † s. ordinaria potestate nullus potest conferre ordines quoscunque, nisi Episcopus. Ista conclusio probatur siue declaratur sic iuxta S. Thom. in 4. di. 45. potestas Episcopalis se habet ad potestatem ordinum inferiorum, sicut politica, quæ communicat bonum aliquod speciale, politia autem vt dicitur primo ethicorum, ponit legem inferiorib. artib. s. quisquã debeat exercere, & quantum, & qualiter. Et ideo ad Episcopum pertinet etiam in omnib. diuinis ministerijs aliquos collocare, vnde ipse solus cõfirmat, a q cõfirmati in quodã officio cõfitendi, cõstituũtur Et ideo etiam solus ipse virgines benedicit, quæ figuram gerunt ecclesiæ Christo despõsatæ, cuius cura ipsi principaliter committitur. Ipse etiam in ministerijs ordinum ordinandos consecrat. Et vasa, quibus vti debent, ea determinat sua consecratione, sicut & officia secularia in ciuitatibus distribuuntur ab eo, qui habet excellentiorem potestatem, sicut à Rege. hæc S. Tho. Hæc autem concl. habet etiam fundamentum ex sacra scriptura,

Bonauen. vt deducit Bonauentura, quia cum dominus duo genera discipulorum habuit, quosdam numero duodenario, quosdam in numero septuagenario. Primos Apostolos nominauit, super quos fundauit ecclesiã, ipsos tñ primo fundando in se. Alios simplices discipulos appellauit. Et Apostolis primo fuit collata potestas imponendi manus, & cõsecrandi, non autem simplicib. discipulis, sicut patet ex tex. & gloss. Act. 8. qm̃ Apostolis succedunt Episcopi, discipulis vero sacerdotes simplices successerunt, vt habetur di. 21. c. in nouo. Patet, ꝙ autoritas ordinandi, & manus imponendi secundum formam ecclesię primitiuæ Episcopis approprietur & solius ordinaria potestate cõueniat. vnde Apostolus scribens Ti. 1. ad Ti. 5. ait. Manus cito nemeni imposueris. Cõcilium etiã Spiritus sancti concordat, quo & scripturæ editæ sunt, & cõstitutiones ecclesiasticę, quia. n. ordo potestas est siue in ordine traditur, ideo ab eo debet tradi, qui ptãtẽ habet, & in quantum habet potestatẽ. Potestatẽ aũt, & gradus distribuere, & conferre non est cuiuslibet potentis, sed ei⁹, q in potẽtia supereminet, sicut patet in regimine curię secularis, &c. Ad hoc ergo, ꝙ recte tradatur, disposuit Spiritus sanctus, ꝙ tradatur ab eo, qui nõ solum ordinẽ habet, sed, qui habet ordines, per quos est potens, sicut & alij eminentia dignitatis, per quam potest super alios. Hunc aũt dicimus episcopalem, qui dicit ordinem cum eminentia, ideo patet, ꝙ duo requirũtur ad hoc, ꝙ Episcopus possit ordinẽ conferre. s. ꝙ ille habeat illũ ordinem, & ꝙ habeat episcopalem dignitatem, hæc Bonauen.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ non sit ad propositum, quoniam sicut ex superiori articulo patet. Psalmistatus non est proprie ordo. Ad primũ arg

Ad secundam, & tertiam respondetur, ꝙ illi abbates benedicti poterant minores ordines conferre, hoc autem non authoritate propria, sed ex generali commissione Apostolicæ sedis, quæ generalis cõmissio non se extẽdit ad omnes simplices sacerdotes, vt ex pręfato. c. cum contingat, manifeste colligitur in solis benedictis dicatur conuenire, cuius non sunt simplices sacerdotes. posset autem commissio specialis sicut dictum est aliquibus eorum fieri. Dicit autem Petrus de palude, ꝙ omnes presbyteri Cardinales possunt dare minores ordines ex consuetudine curiæ, &c. Ad scd̃m. & tertiũ.

Litera. ¶ [Psalmista]. i. cantor psalmis canendis. 21. di. c. 1. vbi Lectores, alibi cantores dicuntur clerici, vt 11. q. 1. de persona. [Absque conscientia Episcopi.] hic videtur, ꝙ talis ordo posset daria simplici sacerdote. Sed, vt iã visum est, omnia ista sunt falsa, & ꝙ psalmistatus proprie sit ordo, vnde etiam tex. iste non nominat eum ordinem, sed officium, & loquitur de ordinatione, qua talis ordinatur in officio, non tamen in ordine, in quo detur aliqua specialis spiritualis potestas. Est etiam falsum, ꝙ sequatur ex hoc, ꝙ ordo possit dari à simplici sacerdote potestate sua ordinaria. ꝙ dicaf in gl. de Abbatib. solutum est in conclusione, & ita cessant multa, quæ hic dicũt Iuristæ. Hu. & Arc. qui videntur procedere ex multis falsis præsuppositis secundum Theologos, qui profundiorem, & securiorem hunc intelligentiam in sacramentis. [Quod ore cãtas] verba. n. debent non dissentire ab intentione, sed deseruire. vt. 22. q. 1. is autem, vt quod sermo sonat, affectus sentiat. de conse. di. 2. re vera. in fi. [operibus comprobes.] dist. 56. dominus Hug. Exponit literam.

1 *Clerici comam nutrire prohibentur.*
4 *Corona est dispositio congrua ad ordines.*
Non tamen necessaria præsupposita ab ordinibus. nu. 5.
7 *Tonsuram Clericalem habentes in duplici sunt differentia.*
8 *Tonsuram potest conferre, quicunque potest conferre ordines,*
9 *Episcopus consecratus potest dare coronam.*
10 *Abbas, qui potest dare tonsuram, & qui non, & quibus.*
1 *Presbyteri Cardinales possunt conferre primam tonsuram.*
12 *Tonsuræ octo sunt effectus.*


Clerici. Hic secundum Arc. incipit. 7. pars huius di. In qua agitur de honestate clericorum in tonsura, & alijs comitantibus honestatem, vbi conclusio est,
1 † ꝙ clerici comã
a nutrire prohibẽtur, a quorum caput desuper rasum esse debet. Pro cuius partis pleniori intelligentia veniunt hic aliqua quærenda.

a ¶ Prohibẽtur Ad. Pe. de Anc. in. c. si qs nu. 1 de vit. & honest cle. & idem de Barb. ibid. num. 4.

2 ¶ Primum est. vtrum clerici debeant tonsurari, ita vt rasuram per modum coronæ habeant.
3 ¶ Secundum est, vtrum corona sit ordo.
6 ¶ Tertiũ est vtrum per acceptionem coronæ abrenuntiet bonis temporalibus.
8 ¶ Quartũ est, à quibus potest dari, siue cõferri corona &c.

2 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ ordinati non debeant tonsurari, siue coronæ rasuram habere.

Primũ ar. Primo sic. Dominus comminatur captiuitatem, & dispersionem his, qui tondentur, vt patet Deut. 22. de captiuitate nudati inimicorum capitis, & Hierem. 49. Dispergam in omnem ventum eos, qui in comam attonsi sunt: sed in ministri Christi nõ debetur captiuitas, sed libertas: ergo coronæ tonsura, & rasura eis non competit.

Secũdũ ar. ¶ Secundo sic. ad Gal. vlt. dicit Apostolus, ꝙ in Christo Iesu nec circuncisio valet aliquid, nec præputium, sed noua creatura:

ua creatura,ergo nihil valet in noua lege capillos tondere. ¶Tertio veritas debet respondere figuræ, sed figura coronæ præcessit in veteri lege in tonsura Nazareorum sicut dicit Magister sententiarum in quarta distincti. vigesima quarta. cum ergo Nazarei non essent ordinati ministeriũ diuinum,videtur,ꝙ ministris ecclesiæ nõ debeatur tonsura:vel rasura coronæ, & hoc etiam videtur per hoc quod conuersi qui non sunt ministri ecclesiæ tonduntur in religionibus.¶Quarto sic.Amotio capillorum significat amotionem superfluorum sed non pars superfluitatis:sed tota abiicienda est,ergo videtur,ꝙ totum caput debeat radi, & non in modum coronę.¶In oppositum est tex.pręsenti litere.¶Respondeo dicendum quod conuenientissime factũ, est,& institutum vt clerici siue ordinati tondantur & radantur in modum coronę.Ratio est iuxta S. Th. in 4.ita dicentis,ꝙ eis,qui ad diuina officia applicantur,competit tonsura,& rasura in modum coronæ. Tũ primo ratione figuræ, quia corona est signum regni,& perfectionis,cum sit circularis.Illi autem,qui diuinis ministeriis applicantur,adipiscuntur regni dignitatẽ,& perfecti in virtute debent esse. Tum etiam secundo competit eis ratione subtractionis capillorum,& ex parte superiori per rasuram ne mens eorũ temporalib. occupationib. à contemplatione diuinorum retardentur,& ex parte inferiori per tonsuram, ne eorum sensus tẽporalib. obuoluantur.Concordat dominus Bonauentura,qui valdé egregie istam conuenientiam ostendit ita dicens in sacramento ordinis datur potestas ad aliquod nobile officium exequendum,& hoc nõ omnib. datur nec dare debet ideo oportet personas hoc officium suscipientes primo consignari,& hoc signaculo, quod ostendat distinctionem,& ꝙ etiam fit in eruditionem.Nullum autem magis conueniens est,vt tonsura cum corona.Primo ratione situs,quia in super excellenti parte debet hoc signaculum poni,vt significetur officium nobilitatis, ad ꝙ parati sunt.Secundo vero quia tonsura inferior cum rasura superiori figuram circularem faciunt in capillaturam,& ita appellari potest corona,quæ significat eos parari ad regale sacerdotium secundum illud pri.Pe.2.Vos estis genus electũ regale sacerdotium.Ideo signum regale rectissime eis cõpetit ad discernendum.Competit nihilominus ad erudiẽdum,& hoc,quia in talis signi collatione est superfluitatis amotio,est summitatis capitis denudatio,est figuræ circularis impressio. In primo instruuntur clerici,quid sit vitãdum,quoniam superfluitas terrenitatis secundum illud Apostoli.1.ad Ti.vlt.Habentes alimenta,& quib.tegamur, his contenti simus. In secundo instruuntur quantum ad id quod est desyderandum,& quod est tenendum, & hoc est bonum supernum,vt ẽm illud Apostoli. Phil.3. nostra conuersatio sit in cęlis. In tertio instruunt,qualiter, sit perueniẽdum,figura.n. orbicularis simplicissima,capacissima & pulcherrima,in quo significatur,ꝙ simplices debẽt esse in monte Sapientię.1.simplicitate cordis,quærite illum dilatati in affectione.2.ad Corin.6.Os nostrum patet ad vos o Corinthi.Os nostrum dilatatatum est. Et pulchri in conuersatione,quia confessio,& pulchritudo in cõspectu eius & hoc est per mundiciam secundum illud psal. Ambulans in via immaculata,hic mihi ministrabat.Et sic patet quare clerici sic debeant consignari per tonsuram,& coronã. Nã tonsura dr̃ amotio capillorũ à parte inferiori. Sed corona amotio capillorũ orbicularum à parte superiori,vel posset dici etiam ipse circulus,& tunc corona vtrunque comprehendit,hæc dominus Bonauentura.¶His habitis,dicendũ ad rationes in op.venit.Ad primam dicẽdum,ꝙ dominus comminatur illis,qui huiusmodi tonsuras obseruabant ad cultum demonum,sed non his,qui faciunt ad cultum diuinum.¶Ad secundam respondetur,negando consequentiã, & rõ est,qa vt inquit S.Th.in 4.Ea quæ fiebant in veteri testamẽto,imperfecte representabat ea quæ sunt in nouo testamento.Et iõ ea,quæ pertinent ad ministros noui testamenti non solum significantur per officia Leuitarum sed per omnes illos,qui aliquam perfectionem profitebantur Nazarei autem profitebantur perfectionem quandam in depositione comæ,signantes temporalium contemptum, quamuis non in modum coronæ deponerent,sed omnino totum,quia nondum erat tempus regalis, & perfecti sacerdotii,& similiter etiam cõuersi tonduntur propter renũtiatione tẽporalium,sed nõ radũtur, quia non occupãtur diuinis ministerijs,in qbus diuina oporteat eos mente conteplari.¶Ad tertiam respondetur,quod ratio non sequitur: & ratio est, quia vt dicitS.Tho.non solum debet significari tempotalium abiectio, sed ẽt regalis dignitas in forma coronæ.Et ideo non debet totaliter coma tolli, & nec etiã indecens videatur. Nam vt dicit dominus Bonauentura in ipsa sanctificatione honestas debet attendi, & ideo non debent omnino capilli amoueri, pro eo, quod indecens videtur habitus,& forma clericalis.

Quartũ ar.

Opponit et respõdẽ.

Bonauen.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

3 Ad secundum: Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ corona sit ordo.Primo arguitur ex c.cũ contingat.extra de æta.& qua.or. quod per primã tonsurã clericalis ordo confert.¶Secundo sic.In oĩbus spũalibus exteriora fiunt propter interiora, sed extra fit signiculum in corona,ergo fit propter signaculum interius.Sed signaculum interius est character, ergo corona imprimit characterem.Sed quicquid imprimit characterem collocans in gradu dignitatis in ecclesia est ordo, ergo corona est ordo.¶Tertio sic.confirmatur.Corona dicitur signaculum,quo signantur in partem sortis ministerii diuini,& est signum sacræ rei.s.eleuationis mentis ad cœlestia, ergo videtur,ꝙ corona sit sacramentum,& non nisi ordinis, ergo,& ¶Quarto sic.Sicut ab Episcopo solum datur confirmatio,& alii ordines,ita & corona,sed in confirmatione, & alijs ordinibus imprimit caracter, ergo & in corona, & sic idem,quod prius.¶In oppositum est,quod supra dictũ est,quod non distinguuntur nisi 7.ordines. ¶Secundo sic. In ordinib.datur nobile sacramentum,hac per hoc debent cum magna solẽnitate dari.vnde non dantur,nisi in missa, sed corona datur etiã extra missam,ergo nõ est ordo.¶Respondeo,dicendum sub trib.conclusionib.Prima est,ꝙ corona non sit ordo,proprie de ordine sacramentali loquendo.Probatur ista conclusio,iuxta S. Thom. & Dominum Bonauenturam.In omni ordine datur aliqua potestas, sed in corona nulla datur potestas.ergo corona non est ordo: Maior patet ex diffinitione ordinis. Minor patet, quia in ipsa collatione coronę nulla mentio fit de aliqua potestate.Pro quo notandum iuxta Sanct. Thom. in quarto.quod ministri ecclesię à populo separantur ad vacandum diuino cultui.In cultu autem diuino quædam sunt, quæ per potentias determinatas sunt exercẽda,& ad hæc datur spiritualis potestas ordinis,quædam autem sunt,quæ communiter à toto ministrorum collegio fiunt, sicut dicere diuinas laudes,& ad hoc nõ exigit aliqua potestas ordinis, sed solum quædam deputatio ad tale officium, & hoc fit per coronam.Et ideo non est ordo,sed præambulum ad ordinem.hæc S.Tho.¶Secunda conclusio.†Corona est dispositio congrua ad ordines.Ista cõclusio probatur sic iuxta dominum Durandum,& Dominum Bonauenturam.In omni transitu de statu ad statum conuenienter interponitur aliqua media dispositio,sicut nouitiatus est media dispositio inter statum secularem,& religiosum,ergo inter statũ laicorum, & ministrorum ecclesię conuenienter ponitur dispositio media,hæc autem est tonsura clericalis, per quã illi,qui tonsurantur à statu laicorum separantur, & prepa rantur ad statum ministrorum, & quia separantur à statu laicorum deponunt capillos,& tonduntur in signum depositionis superfluæ curę temporalium,quia vero præparantur ad ministerium Dei,cui seruire regnare est.Ideo radũtur in modum coronæ,quæ est signum regale,religiosi vero non clerici tonduntur quidem sicut superius diximus, quia à statu secularium separantur,sed non in modum coronæ,quia non applicantur ad ministerium diuinũ. ¶Tertia conclusio est.†Corona nõ est dispositio necessaria præsupposita ab ordinib.Ista conclusio probatur iuxta Dominum Durandum sic.Essentialius se habet ordo prior ad sequentem,quam tonsura ad aliquem ordinem,sed nõ præexigitur de necessitate tonsura, sed tantum de congruitate,est ergo dispositio congruitatis,nõ necessitatis, respectu ordinis.Respectu tamen beneficii,vt dicit Pet.de Palude est necessitatis,& etiam respectu iurisdictionis ecclesiasticæ, quia ius spirituale non cadit in laicum, vnde non tenet collatio beneficii, vel commissio iurisdictionis facta non tonsurato. Non clericus enimnon est capax de transact. capitulo. ex literis. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur, quod ibi accipit large ordo,sicut superius diximus respondẽdo ad c.cleros.d.21.disputãdo,vtrum psalmistatus sit ordo,Largẽ.n.extenditur nomen ordinis,vt dicatur etiam ordo dignitas

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit ĩ contrariũ

Scd̃a opp.

Respõdet.

Prima cõclusio.

S.Thom.

4 Secũda cõclusio.

Tertia conclusio.

5 Durandus.

Ad prim arg.

gnitas cōsequens ordinē:vt episcopatus & dispositio ad or
Ad secūdū. dinem,vt corona,& officium annexum ordini, vt psalmi-
status.¶Ad secundam respondetur iuxta Dominum Albe.
& sanctum Th.quod exteriora in corona sunt propter in-
teriora,sed interius spirituale,quod respicit, sicut signatū
signo,non est aliqua spiritualis potestas, sed est reuelatio
mentis,ad diuina,vt sic disponatur homo ad recipiendum
Ad tertiū. ordinem, & ideo in corona non imprimitur character,
nec est ordo. ¶Ad tertiam respondetur negando, con
sequentiam ratio patet ex dictis, quoniam illa res spiri-
tualis,quam significat signum exterius coronæ nō est po-
Bonauen. testas aliqua spiritualis,siue character,vnde, vt dicit Domi
nus Bonauentura, esse sacræ rei signum, non est tota ratio
Ad quartū sacramenti,sed requiritur,ꝙ aliqua potestas in eo confera
tur,quod non sit in corona,vnde patet,quòd non est ordo.
¶Ad quartam respōdetur negando consequentiā, q̄a quā
uis per coronam non imprimatur character,tamen depu-
tatur homo ad cultum diuinum,& ideo talis deputatio de
bet fieri per summum ministrorum.s.Episcopum,qui etiā
vestes bn̄dicit,& vasa,& oīa,quæ ad cultū diuinū applicat.

6 **Ad tertium.** Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ per re-
Primū ar. ceptionē coronæ coronatus renūtiat
poralib.Primo sic.Qui tonsurantur,iubentur ab Episcopo
dicere.Dominus pars hæreditatis,&c.Sed sicut dicit Hie-
rony.Dominus cum his partib.s.transitorijs pars fieri de-
dignatur,ergo ore proprio videntur hæreditatē resignare:
Secūdū ar. ergo abrenuntiant temporalib.¶Secundo sic.Terrena ha
bens, necessario habet terrena cogitare.s.clericus ideo ra
ditur,vt dictum est superius,quia non nisi cœlestia debeat
cogitare,ergo vel signum est falsum, vel clericus nihil ter
renorū debet habere, & per consequens oīs talis abrenun
Tertiū ar tiat temporalib.¶Tertio sic.Terrenæ possessiones sunt in
iure Imperatoris,vt dicunt leges,& confirmat Augusti.su
pra.d.8.quo iure.Sed clericus nullum habet respectum ad
Imperatores,vel Reges:ergo videtur,ꝙ nihil terrenū de
Quartū ar. beat possidere.¶Quarto sic.Illi videtur annexa abrenuntia
tio temporalium, pro quo debet etiā prouidere, extra de
præben.non liceat.vbi dicitur.Ex corpore canonum nō li
ceat vlli Episcopo ordinare clericos,& nullas ei alimonias
præstare,sed duorum alterum eligat,vel nō faciat clericos
vel si fecerit,det illis,vnde viuere possint, ergo cū p tonsu
ram fiat homo clericus,videtur ꝙ tonsuræ abrenuntiatio
Quintū ar. temporalium sit annexa.¶Quinto sic, Ad maiorem perfe
ctionem tenentur clerici noui testamēti,quam veteris, vn
de Mat.5.ait dn̄s. Nisi abundauerit iustitia vestra, &c.Sed
Sacerdotib.& Leuitis dr̄ Deut. 18. Nō habebunt Sacerdo-
tes,& Leuitæ partē,& hæreditatē cū reliquo populo Israel,
ergo, si illi ad hoc tenebant, videtur multo fortius de cleri
Opponit ī cis noui testamēti.¶In oppositum est,quia Hieremias fuit
contrariū. de ordine sacerdotali,sicut patet in principio Hiere.1.sed
ipse habuit possessionem iure hæreditatis,vt patet Hie.32.
ergo clerici possunt habere patrimonialia bona,& alia bo
Respōdet. na temporalia.¶Respondeo dicendum, ꝙ clericus per ac
ceptionem coronæ non renūtiat patrimonio,nec aliis bo
nis temporalib.Patet tum primo,quia alias non videretur
differentia inter clericos seculares,& religiosos.Tum secū
do,quia terrenorum possessio non contrariatur diuino cul
tui,ad quem clerici deputātur,licet bene nimia eorum soli
citudo,quia vt dicit Gregorius.Affectus in crimine est, q̄
conclusio etiam colligitur ex.c.clericos 1.q.2.& ex ca.ego
12.q.1.vbi manifeste habetur,ꝙ clerici,qui non sunt pro-
fessi regularē vitam possunt habere proprium,vnde dicen
Bonauen. dum est iuxta Dominum Bonauenturam,ꝙ renuntiare tē
poralib.in eo,qui ecclesiæ deseruit,siue qui clericus sit p
fectionis est,non necessitatis. Vnde & hoc fuit in ecclesia
primitiua,ꝙ nihil habeat aliquis proprium,nihil suum es
se dicebat,& adhuc hodie per Dei gratiam inuenitur in re
ligionis perfectione.Ad hæc tamen non compellitur cleri
cus,nec iure diuino,nec humano.Veruntamen de bono,&
æquo minus debent insudare solicitudini temporaliū cle
rici,quam laici,qui expectant successionem in posterum.
Vnde vna ratio est,quia.s.expectant posteros.Alia ratio est
quia magis debent esse intenti ad spiritualia,& solitudo tē
poralis excludit.Et ideo autoritates loquuntur, quasi ipsi
omnibus temporalib.debeant cedere,& dimittere,sed hic
non intelligitur quantum ad possessionem,sed potius quā
tum ad effectum,nec ad hoc inducunt sibi in nouam obli
gatione super alios ex debito, sed solum ex bono & æquo,
hæc Dominus Bonauentura.¶Ad rationes in oppositum
dicendum.Ad primam respondetur primo ad maiorē iux Ad prim. arg.
ta Albertum, ꝙ clericus in tonsura nō renuntiat nisi solici
tudini hereditatis retrahenti ab officio clericali.Ad hoc n.
non tenetur laicus. Et ita intelligitur quod clericus dicit
ore proprio coram episcopo. Ad minorem cum ait Hie-
ronymus &c.Respondetur,iuxta sanctum Tho.quod do- S.Thom.
minus dedignatur fieri pars cum temporalib. vt ex æquo
cum alijs diligatur,ita.s.ꝙ aliquis ponat finem suū in Deo,
& in reb.mundi,non tamen dedignatur fieri pars eorum,
qui res mundi ita possident,ꝙ per eas à cultu diuino non
retrahuntur.¶Ad secundam respondetur iuxta dominū Ad. secūdū
Albertum,ꝙ clerici non prohibentur absolute terrena ha
bere,non retrahendo cogitatum à cęlestibus,siue in ordi- Ad tertiū
natione ad cœlestia, & hoc meritoriè, sed bene prohi-
bētur cogitare terrena,vt terrena sunt,& hoc solum signifi
cat tonsura,& reuelatio sensuum,& ita non est signum fal
sum.¶Ad tertiam respondetur iuxta Dominum Alber. ne
gando consequentiam,& ratio est,quia quod dicitur,ꝙ iu
re Imperatoris possident feuda,& alia,intelligitur quo ad
defensionem,& ideo,cum iustum tributum non subtrahi
tur principib.Alia potest possidere clericus,vel alius homo
officijs ecclesiæ mancipatus,hunc autem tex.Augustiui,vi
de expositum supra 8.d.¶Ad quartam respondetur negan
do assumptum, quoniam non omnibus clericis tenetur ēt
prouidere.Pro quo notandum iuxta Richardum de media Ad quartū.
7 villa,ꝙ † habētium tonsuram clericalem quidam sunt con Ricardus
stituti in sacris,& istis ordinatores, vel eorum successores de media
prouidere tenentur, cuius ratio est, quia ecclesiæ obligatæ villa.
sunt,nec valēt reuerti ad seculares actus, & de talib. intelli
gitur decretalis illa.Non liceat.Quidam vero non sunt cō
stituti in sacris,& istis non tenetur ecclesia prouidere, ni-
si quandiu ecclesiæ deseruiunt.Ex quadam tamen honesta
te,si pauper est,plus tenetur sibi ecclesia,quam alteri pau-
peri,quamuis etiam ordinatis in sacris non habentib.pro
prium sufficiens ad sustentationem naturæ,vel ad viuendū
secundum dignitatem status,vel personæ prouidere tenea
tur ordinator,vel successor eius.extra de præben.cum secū
dum Apostolum.tamen habentib.proprium sufficiens ad
sustentationem naturæ,& dignitatem status,& personæ, p
uidere non tenetur 1.q.2.Pastor ecclesiæ,vbi dicitur his,q
bus sua sufficiunt non debet pastori aliquid erogare.¶Ad
quintam respondetur negando consequentiam, quoniam Ad quintū
sacerdotes,& Leuitæ non renuntiabant omnib. temporali
bus,nec priuabantur possessionibus imo Leuitæ in veteri
testamento habebant ius in hæreditate paterna, sed ideo
non dicuntur accepisse partem cum aliis tribus,quia erant
super omnes trib.dispergendi ad docendum aliquos,quod
fieri non potuisset,si vnam determinatam partem terrę ac
cepissent,sicut aliæ tribus.

Ad quartum. Sic proceditur.In quo videndum
est de minstro cōferente tonsurā.
Erunt duo articuli iuxta Pe. de palude.in 4. sententiarum
dist.24.In primo.n.ponentur quatuor regulæ circa mini-
strum.In 2.ponentur octo effectus tonsuræ.Circa primum
notandum ꝙ sunt 4.regulæ.Prima generalis est†quod qui
8 cunque potest conferre ordines,potest conferre tonsuram
quia regula iuris ciuilis est,non debet cui,quod maius licet Prima regula:
quod minus est nō licere,& hoc nisi per accidēs prohibea
tur ab vno,& non ab alio,sicut quicunque alias potest da-
re tonsuram clericalem,qui dedit eam infanti, nisi religio
nem intraret,vel illiterato,seu absque sui superioris licen-
tia homini diocęsis alienæ,seu coniugato,nisi volenti reli
gionem intrare, aut ad sacros ordines promoueri, in ca-
su licito suspensus est per annum à collatione clericalis ton
suræ,non ordinum,vt in c.fi.de temp.ord.li.6.vnde si ali-
cui concedatur facere ordines alicubi,per consequens con
ronam,& confirmationem,quæ sunt præambula.¶Secun
da regula est, † ꝙ Episcopus consecratus, non autem iure
9 suo potest dare coronam,sicut & ordines de consuetudine Secunda regula.
& licet Priori tonsurari facere nouitium tonsura monacha
li,sub spe postea recipiendi ab Episcopo tonsuram clerica
lem,videtur autem ꝙ habens coronam monachalem, nō
clericalem possit profiteri religionem, tanquam clericus.
licet beneficium ecclesiasticum percipere non possit,quia
cum sit alias permistio in eodem ordine,in eadem religio
ne clericorum, & laicorum eandem regulam profiten-
tium,sicut profiteri posset illum ordinem,obligando se ad
ordine

ordinem secundum modum viuendi laicorum, sic clericorum: quamuis forte non sic esset de bigamo, quia qui non est clericus, nec actu, nec aptitudine, non potest obligari solemni voto religionis clericorum, licet si ordinatur recipe
10 ret characterē. ¶ Tertia regula est, †quòd Abbas potest dare tonsuram clericalem, ex quo est sacerdos, & benedictus, nullus autem inferior, quantumcunque prior conuentualis exemptus Magister ordinis, generalis minister, hæc potest, quia solis Abbatibus est concessum, in quibus tamen ita distinguuntur, quia aut [est] Abbas simplex, non exemptus: & sic potest dare tonsuram clericalem suis monachis, & nulli alii. extra de æta. & quali. c. cum contingat. & 63. d. quoniam. Si autem sit exemptus, & mitratus, qui etiam benedictionem super populum insignit' est potest eam dare secularib. in quos ecclesiasticā, & quasi epalem iurisdictionem obtinet. de priuileg. ca. Abbates. li. 6. Si autē simplex Abbas, qui potest dare coronam professo, det eam nouitio, & ille exeat non professus, non est clericus, nec percutiens eū incidit in canonem. Idem, si esset exemptus, & ille nouitius cui eam fecisset, non esset subditus, talis cui posset eam dare in habitu seculari, quia nō est monachus ante professionem de sentent. ex. religioso. §.

Tertia regula.

11 1. ¶ Quarta regula est, †quòd omnes presbyteri Cardinales possunt conferre primam tōsuram, sicut, & minores ordines conferre de communi consuetudine. s. curiæ: hæc te. Hostien. & post eum Io. An. c. 1. de supplen. negli. præla.

Quarta regula.

12 Quantum. Ad secundum articulū de effectu sciē dum est, † q tōsuræ sunt octo effectus ad præsens, Primus, quia gaudet priuilegio fori. s. vt non cōueniatur, nisi coram Iudice ecclesiastico, cui etiam non potest resignare pacto expresso. de fo. cōpe. c. si diligenti. ¶ Secūdus, quia gaudet priuilegio illo, si quis suadēte. quia excommunicatus, qui iniicit manus in eum violentas. vt in c. 1. de elect. coniug. sed istud priuilegium dat etiam tonsurā monachis, vt in c. religioso. de sen. ex. l. 6. ¶ Tertius effectus est, q liberatur à talijs & collectis. vt in cap. si. de vi. & ho. cle. & l. 2. C. de epi. & cle. ¶ Quartus, q de altari debet viuere, qui altari seruit, quamuis etiam non cogat, nisi ordinantem, & præsentantem ad sacros ordines promouere, & eidem prouidere, vt in c. fin. Apost. de præbē. in 6. ¶ Quintus, qa debet portare habitū clericalē, quē tñ si depor. it ēt temere, non propter hoc est excōmunicatus, sicut religiosus, qui temere dimittens habitum est excōmunicatus, sed si monitus nolit portare, nec laicus esse excommunicari potest. de vi. & hone. cle. si quis. ¶ Sextus, quia debet portare coronam clericus, nec comam nutriat, neque barbam, sed ex causa licet, sicut dicit versus. Tutius, vt peterem laici sub imagine romam, Fas fuerit, vt sinerem luxuriare coman, vnde excusantur clerici, & religiosi barbati, qui prædicant paganis, alter non recipiendi ab eis, non debent aūt dici habere coronam, qui cucufati cirros portant, vel faciunt, quia tonsura clericalis sic tondi debet, vt sit super aures. supra d. eo. nono liceat quemlibet. Et ad coronam deferēdam clerici sunt per Archi. compellendi. vt infra. e. di. c. clerici. Item excommunicandi sunt, si contempserint. vt infra e. d. si quis clericus, etiam, qui cum viduis, & virginibus cōtraxerint, si tōsuras, & vestes deferāt clericales, gaudēt priuilegio canonis. si qs suadēte, & priuilegio, fori ēt in cā criminali, sed non in aliis. Si autem tonsurā, & vestes nō deferant clericales, nullo gaudēt priuilegio clericali. de cleri. coniug. c. 1. li. 6. ¶ Septimus effectus est, quia non debent mercari, nec negotiis secularib. se implicare, alias ter moniti perdunt priuilegium clericale. vt in c. fi. de vi. & ho. cle. ¶ Octauus effectus, est quod non tonsuratus p Episcopū siue Monachus, siue laicus in missa publice legere nō debēt d. 41. clericus. & d. 35. q. 1. quoniam 21. q. 4. per totum, & de consec. d. 5. in omnib. & c. ¶ [Clerici. Litera sequitur: Quorum caput de super in modum sphæræ esse debet.] Licet. n. supra satis dixerimus de significatione tonsure, & rasuræ clericorum in modum corone, adiiciemus tamen ea quæ Magister sententiarum de hoc dicit in 4. d. 24. ait. n. corona regale decus significat, quia seruire Deo regnare est, vnde ministri ecclesiæ reges esse debēt, vt se, & alios regant, quibus Petrus ait. vos estis genus electum, regale sacerdotium, & c. Summitas capitis desuper nudatur, vt eorū mens ad Deum libera monstretur, quæ reuelata facie gloria domini contemplatur. Summitas. n. capitis est eminentia mētis, denudatio capit. est reuelatio mentis. Clericus. n. secretorum Dei non ignarus esse debet: tondentur etiam capilli vsque ad reuelationem sensuum. s. oculorum, & aurium, vt vitia in corde, & ore pullulātia doceantur præcidenda, ne ad audiendum, & intelligendum verbum Dei præpediatur mēs, p quo seruato reddet in excelsis corona, hęc ille.

Primus effectus tonsure. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Versus. Septimus. Octauus. Exponit literam. 1. Pet. 2.



Rohibete. Sequitur. c. quod quidam dicunt esse Aniciij papę, vt hic dicit rubrica. Alij Anacleti. Et potest esse amborum. In quo clerici comam nutrire prohibētur. Omnia plana sunt iuxta c. nō inuenit in Apostolo specialiter de clericis, sed in genere de viris, sed cum prohibeat generaliter omnib. viris comam nutrire, maxime debet intelligi prohibitū esse clericis, quorum vita debet esse munda ab omni superfluitate carnalis concupiscentiæ, vt pilos quasi superflua carnis radant clerici, vnde dominus præcepit Moysi. Nu. 8. Tolli Leuitas, & radant omnes pilos carnis suæ, vnde etiam ad Gal. 5. scribit Apostolus. qui Christi sunt carnem suā crucifixerunt cum vitijs, & cōcupiscentijs suis, iuxta c. 1. ad Corin. 11. vir, si comam nutriat, ignominia est illi Radant, rasura capitis clericorum fit etiam, sicut ait Beda in historia Anglorum in memoriam eius, q cum Bea. Petrus in Anthiochia prædicaret, abraserunt summitatem capitis eius in cōtumeliam nominis christiani, & dominicæ passionis, quod quidē hodie toti clero vertitur in honorem. Guil. in rationali [in modum sphære.] 21. q. 1. duo.

3 *Rigor canonum de clericatu in minoribus ordinibus, qualiter sit reuocatus.*

4 *Clerici præcipue in habitu debent se conformare, quantum possunt illis, inter quos viuunt, seruata semper honestate.*



Lerici. Sequitur ad idem hoc. c. sumptum ex concilio Agathen. & potest diuidi in duas partes secundum duo, quæ prohibentur clericis. Primum est comam nutrire. Secundum est vestes, & calciamenta non conuenientia religioni clericali, Secunda ibi: Vestimenta. Pro intellectu huius c. quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum hoc. c. se extendat ad clericos vxoratos, ita q clerici vxorati, non tamen bigami teneantur portare tonsuram.

2 ¶ Secundum est, vtrum clericus, qui recipit primam tonsuram tantum, posit illam deserere.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur, q tex. præsentis. c. non se extendat ad clericos coniugatos. Primo arguitur ex cap. Ioannis. extra de cle. coniu. vbi Papa scribit Episcopo Pictauensi, vt quendā clericum vxoratum, qui prius fuerat Acolytus non molestet, aut cogat portare tonsuram. Idem colligitur ex gl. prę sentis. c. quę ita dicit. Ego dico, q clericus coniugatus, non potest gaudere priuilegio clericali, nec debet facere tonsuram, cum hoc faceret in vituperium ordinis clercalis. extra de cleri. coniu. Ioannes. ¶ In oppositum videtur esse tex. præsentis. c. qui indistincte loquitur. Secundo est illud de vita, & hone. cle. clericus. & 32. d. placuit. ¶ Respondeo dicēdum, q de clericis, de quib. nunc est sermo distinguendū est. Aut. n. vtuntur, siue gaudēt priuilegio clericali, aut nō, si sic: tenentur portare tonsuram clericalem, extra de vi. & ho. cle. c. clericus. & no. gl. 28. q. 3. eos. & est casus in c. vno. de cle. coniu. li. 6. Si non. Aut hoc est vt euitēt ecclesiasticū iudicium, quod propter suum delictum formidant existimantes euadere facilius in curia laicali. Aut hoc non est p pter aliquod delictum, pro quo formident iudicium ecclesiasticum, sed quia uolunt se penitus ad actus laicales transferre, vtpote, quia volunt fieri milites, vel alia secularia negotia exercere. Primo modo tenentur portare, & compelli possunt, vt tonsuram portent, & iudicium subeant ecclesiasticum. Secundo modo non credo, q compelli debeant, immo vt in prædicto. c. Ioannis. habetur in fi. portatio tonsuræ in talib. in ministerij nostri vituperium redundaret. Et secundum istam distinctionem currunt iura hinc inde.

Primū ar. Opponit i contrariū. Respōdet.

2 Ad secundum. Respondemus iuxta glos. Guilielmi supra Raymundum, qui vt refert Io. in summa ti. 7. de Apostaticis, dicit. n. pro conclusione † q clericus [a] non in sacris constitutus ex rationabili causa potest, tonsuram dimittere. Et ponit tres casus. Primo ducendo vxorem, & sine scādalo vxoris fere non potest.

[a] ¶ Qd clericus. Adde Pe. de Anc. in c. Ioan. quasi per to. de cler. coniug.

potest.¶ Secundus est, Si non possit viuere de officio clericali, quia pauper est, & pauperum literatus, & magnam habet familiam, sustinere non potest nisi misceat se negotiationi, aut alijs negotiis secularib. cum de labore manuũ suarum, aut artificio viuere, non possit. ¶ Tertius casus est, si deuoluatur ad eum hæreditas cũ iurisdictione temporali, quam non potest adminstrare commodè nisi transferat se ad militiam, aut ad statum, & habitum laicalem, & idem in similib. casib. Dicit etiam, ꝙ hic est notandum: † ꝙ rigor canonum de clericatu in minorib. ordinib. reuocatus est, partim per contrariam consuetudinem, quam scit Papa, & non reuocat, partim per iura quædam, quæ postea in contrarium continue emanauerunt quantum ad quosdam casus. vt extra. de cle. coniu. Ioannes. & c. ex parte. & c. vltimo vbi dicitur, ꝙ miles recepta prima tonsura, eã deferre non compellitur. videtur etiam cõcordare Innocen. & gloss. in Apostolicis. super ca. tuæ fraternitatis, vbi dicit fatemur in ordinib. non sacris constitui, non dicuntur semper apostatare, si clericatum dimittam. extra. de vi. & ho. cleri. ex literis. & extra. de cle. coniu. Io. 84. di. quisquis. Addit autẽ gl. Gulielmi hic, ꝙ qui non ex rationabili causa, sed sola libidine viuendi laicaliter clericatum dimittit, mortaliter peccat. Et si de hoc constaret ad satisfactionem compelli deberet. Litera. ¶ [Clerici ab Arch.] in propria persona, vel autoritate, & præcepto ab aliquo alio. Hu. Quid si ibi non est Arch. fiat à Præposito, vel Archipresbytero, vel Decano. vel saltem quocunque alio de mandato Episcopi. [inuiti.] ar. ꝙ aliquis cogendus est ad bonum, iuxta illud Lucæ. 14. compelle intrare, & ꝙ bñficium est præstãdum inuito, vt di. 45. dist. & qui emendat. Hu. [Et vestimenta.] 2. pars. [deceant] quantum ad colorem, quia debeant esse rubeæ, vel virides, vel varij coloris. & quantum ad dispositionem, vel facturam, quia non debent esse scissa, & virgata, vel pertrita, & quãtum ad longitudinem, quia non debẽt esse breues, aut nimis longe, sed talares, vt 20. 1. q. 4. precipimus. & infra e. non liceat. & in cle. 2. de vi. & ho. cle. & quantum ad materiam, quia non de serico. nec de lana nimis pretiosa, vel nimis vili. 41. d. §. 1. vbi notandum † ꝙ clerici præcipue in habitu debent se conformare, quantum possunt illis, inter quos viuunt, seruata tamen semper honestate. arg. di. 4. erit autem. & d. 40. si quis virorum. Et nota, ꝙ ex causa peregrinationis, ꝙ timoris, vel huius similis licitum est clericis habitum transformare 21. q. 4. Episcopi. & de vi. & honest. cleric. Quicunque autem clericus virgulgata, vel partita veste publice vtitur sine causa, si beneficiatus est suspẽsus est à fructuum perceptione per sex menses, si non est beneficiatus: & est in sacris circa sacerdotium per idem tẽpus est inhabilis ad beneficium obtinendum, si habet dignitatem, vel beneficium cum cura, vel est sacerdos, vel religiosus, est suspensus per annum à beneficio, & per idem tẽpus sunt inhabiles ad obtinendum, quodcunque beneficiũ ecclesiasticum. de vi. & ho. cle. quoniam, &c.

Exponit literam.

3 (margin at "in similib. casib.")

4 (margin at "vel nimis vili")

1 *Clericus, cum comam relaxat, an sit cito excommunicatus.*
2 *Apostata an sit ipso iure excommunicatus.*



I quis ex clericis. Inducit consequenter c. istud quod est Gregorii, in quo ponitur pœna contra comam nutrientes. dicens: † clericus, cum comam relaxauit, veniat excommunicãdus. Breue est, non diuiditur. Sed notãdum, quod vt tangit Hu. & Archidi. Aliqui voluerunt dicere, vt Lau. ꝙ iste tex. debet intelligi, quando quis relaxaret comam ex contemptu, aut quando in ecclesia ministraret dantes intelligere, ꝙ clerici non debent compelli ad deferendum tonsuram in quolibet loco, sed tantũ qñ ministrarent in ecclesia, ita ꝙ liceat eis, cum sunt in peregrinatione, vel in scolis vel extra prouinciam suam sine peccato laxare comam & assumunt arg. ex c. non liceat infra. e. distinct. Sed isti nõ videtur benedicere quoniam tex. isti indistinctè loquitur vnde semper, & vbique debent clerici habere tõsuram clericalem, quia eam acceperunt in ordine. ar. supra. e. d. ecclesiastica. & 20. q. 1. vidua. & infra eo. cap. proximo. Ita sentit. Hu. & Ar. ita etiam Ber. de vi. & ho. cleri. si quis. nec obuiat argumentum à contrario in dicto c. non liceat. propter iura, quæ contradicunt, vt dicit Arch. & propter prauum intellectum, qui ex hoc suboritur. Nam prout notat ibi. Hu.

Archid.

Illud est argumentum quorundam ad excusandas excusationes in peccatis, vnde subaudiendum est, ibi maxime Archi. hoc tamen, quod dictum est de pœna relaxantis comã intelligendum est extra casum necessitatis. s. cum alias non patet securitas transeundi de loco ad locum, vnde cum quidam reprehenderetur à Papa. Respondit. Tutius, vt peterent laici sub imagine Romam, &c. vt supra. [Anathema.] non ipso iure, sed si admonitus cessare noluerit venit bene excommunicandus, vnde talis Apostata censetur. extra de Apostatis. c. 1. & sit infamis. 6. q. 1. infames. & 3. q. 4. si qs à suo. & à testimonio, & accusatione repellendus. vt 3. q. 4. beatus. Dicit autem hic gl. ꝙ non credit, ꝙ Apostata sit ipso iure excommunicatus. † Sed hic est destinguendum,
2 quod aut est Apostata à fide, & tunc ipse est excommunicatus. extra de here. excommunicamus. Aut est Apostata nõ à fide sed ab ordine suo deferendo habitum, vel insignia ordinis sui. Et tunc aut illa est regularis aut clericus secularis, si regularis ipso iure excommunicatus. vt ne cleri. vel mo. capitul. vt periculosa libr. sexto vbi dicitur quòd si quis quantumcunque religionem tacite, vel expresse professus in scolis, vel alibi temere habitum religionis suæ dimiserit, excommunicationis sententiam incurrit ipso facto. Si vero est clericus secularis tunc licet posset dici Apostata dimittendo habitum non tamen est excõmunicatus ipso iure, sed excommunicandus, vt voluit hic gl. & de vi. & ho. cle. si quis. & glo. in c. 1. de tempo. or. li. 6.

Excõicatus: Adde Petrum de anc. i c. tuæ n. 1. de apo. & quis proprie dicatur apostata vide arc. in c. pe. l. d.

1 *Corrupta non potest in virginem consecrari.*
2 *Monachus electus in episcopum non debet mutare habitum.*




Anctimonialis. Occasione vestiũ & tonsuræ clericorum, de quibus loquutus est, interserit hic magister Gratian. de habitu monialiũ, quæ perpetuo debẽt retinere habitum, semel sumptum, sicut tonsuram, & habitum clericalem, inducit autem hoc c. ex eodem Gregori. Breue est & nõ diuiditur, & est clarum. Litera. ¶ [Quia virgo.] sanctimonialis, quæ consecratur, debet esse virgo, vnde, ꝙ corrupta consecrari non posset, probat iste text. cum dicit sanctimonialis virgo. Io. de Fantuciis. [Episcopos] quia ab alieno non debet cõsecrari. vt d. 68. quamuis. & 26. q. 6. si iubet.
2 Hu. [Quib. semper vsa] ar. † ꝙ Monachus electus in Episcopum, non debet habitum mutare secundum Lau. Ad idem extra. de vi. & no. cle. in fi. semper dicit glo. & Hu. quia in le. & in infirmitate. vt 20. q. 1. vidua. Sed nota, ꝙ hoc non seruatur in omnibus religionib. nec astringere videtur maxime, cum ex constitutionibus de modo dormiendi, alique habent contrarium, vnde Fratres prædicatores in dormiẽdo non iubentur tenere, nisi camisiam laneam cum cingulo, & paruis caligis.

Continuatio.

Exponit literam.

1 *Moniales etiam sacratæ sacra vasa contingere, vel incensum ponere in altari non debent.*
2 *Celeritas suadetur in multis casibus.*



Acratas. Consequẽter prosequẽdo, de monialib. inducit hoc. c. Sotheri Papę
1 in quo præcipitur, † ꝙ moniales, etiam sacratę sacra vasa contingere, vel incẽsum ponere in altari non præsumãt. Litera. ¶ [Sacratas]. i. Deo dedicatas, de quib. magis videbitur. Hug. [vel monachas] propter cõuersas. [sacra vasa.] vt calicem, patenam, & huiusmodi. [pallas. i.] corporalia, vel ornamenta altaris. Hu. de conse. di. 1. altare. [contingere] ministrando, quod est officium virorum, de hoc. n. reprehendũtur, quia virilia officia exercebãt. Hu. quæ omnia] secunda pars. [quam citius poteritis censemus], incensendo iubemus. principiis enim obstandum est iuxta illud Principijs obsta, tarde medicina paratur, Cum mala per longas conualuere moras. Vbi notandum
2 † ꝙ celeritas suadetur in multis casib. Tum propter debitũ obedientiæ. d. 94. si inimicus. Secundo propter dispositionis rectitudinem. di. 65. de persona. Tertio propter transgressionis enormitatẽ. 27. q. 1. si homo, Quarto propter cõtinuationis Leprã 24. q. 3. resecandæ. Quinto propter vsurpationis modum. d. 8. mala. & hic. Sexto quia res est tẽpore peritura. de conse. d. 4. baptizandi. Septimo pp authoritatẽ rei iudicatę 2. q. 1. sicut. Octauo pp absentiam testium futurorũ. ff. ad carb. l. 3. §. duæ. Nono propter licitã diminutionem. ff si cer. pe. l. quod existimauerunt de istis casibus nota in

Exponit literam.

Versus.

ta in c.fi.de ele.li.6.per gl.quando autem celeritas dessuadetur,diximus supra.e.d.in cap.communis filius.

1 *Sacrarium,quid dicatur*
2 *Subdiaconus tempore immolationis non debet intrare sacrariũ & contingere vasa sacra.*



On oportet. Cõsequenter circa vasa sacra cõtingenda. Inducit doc.c.ex concilio Laodicensi.4.in quo ponit,quòd non licet sub diacono tempore immolationis sacra vasa contingere .s. vt ministret sacerdoti,calicem,& patenam,ꝙ est officiũ Diaconi.Litera. ¶ [In sacrariũ.]dicitur locus iuxta altare.ad quem soli Presbyteri,& Diaconi,& Subdiaconi tempore immolationis intrant,in quo loco Diaconus, assistit sacerdoti,& ei ministrat, & sic accipitur hic, & infra eod. licet. Dicatur etiam † sacrariũ locus vbi sacra vasa ponũtur.vt d.95.Presbyteri.dicitur etiam sacrarium ipsa ecclesia.vt 1.q.2.Sacerdos.Quod ergo hic dicĩt,intelligitur sic.† Non licet Subdiacono tempore immolationis intrare sacrarium,& contingere vasa sacra.s. calicem, & patenam, & huiusmodi vt ministret sacerdoti,scilicet,vt suggerat ei calicem,& patenam sicut Diaconus, sed bene potest ante intrare,vt Diacono sacra vasa iam dicta ministret.vt infra eo.non liceat.& sic illud non est contrarium ei,ꝙ hic dicitur.Hu.[contingere.]ministrando presbytero. *(margin: Exponit literam. — 1 — 2)*

1 *Stola non possunt vti Subdiaconus Lector psalmista legendo, vel psallendo.*



Inistrum. Sequitur.c.ex eodem concilio,in quo etiam circa ornamenta ministrorum dat regulam dicens,† ꝙ Subdiaconus Lector,Psalmista,legendo,vel psallẽdo nõ possunt vti oratio.i. stola. Breue est litera.¶[Ministrum].i.Subdiaconum,qui proprie vocatur minister. vt d.21.ca.1. [Orariis]. i. stolis, nec etiam aliis ornamentis Sacerdotalibus, vel Diaconalibus.Hu. [ostia.]secundum aliam literam.s.sacrarii,vel vestibuli,quod est iuxta altare,Ab ostio.n.illius loci,dum sacrificatur non debet discedere Subdiaconus,ne aliquod immundum,vel aliquis.qui non debeat,intret alia litera habet hostias.s.oblatas,hoc est in diebus pascalibus, quando omnes communicant,tunc.n.multæ hostiæ in altari ponũtur,quas debet custodire Subdiaconus,vsque ad consecrationem,dum sacerdos facit sermonem ad populum,vel intendit ad alia.Hug.[Item non oportet.]Sequitur aliud preceptum circa Lectorem,& Psalmistam,& ratio plana est, quia si stola vti prohibetur Subdiacono, multo magis Lectori,& Psalmistæ. *(margin: 1 — Exponit literam.)*


1 *Mulier quantumcunque docta,& sancta non debet concionari ad populum.*
2 *Abbatissa in claustro, vel in capitulo,vel in choro potest docere monachas, & conuersas & etiam conuersos, & eis prædicare.*
3 *Laici de iure non possunt prædicare.*
4 *Cruciferi,& Hospitalarij habent licentiam a domino Papa docendi,& prædicandi populo ad quem pergunt.*



Vlier. Consequenter Gratia.inducit hoc.c. ex 4.concilio Chartaginensi,in quo prohibetur mulierib.& laicis prædicare publice. Et potest diuidi in duas partes . In prima prohibet hoc mulieribus. In 2. prohibet hoc laicis.2.ibi, Laicus. Circa primum dicit,
1 ꝙ†[mulier quantũcunque docta,& sancta viros inconuentu].i. publice in ecclesia ascendendo pulpitum, & faciẽdo sermonem ad populum. Vnde Apostolus 1.ad Ti.2. Mulierem docere non permitto,sed esse in silentio,Tum ne mulieres,putent se debere cõferri viris. Tum,quia prædicare est officium sacerdotale, 16. quæsti.1. adiicimus,vnde mu-
2 lieres ab actu legitimo excludũtur.ff.de re.iur.l.2.†in claustro,vel capitulo,vel choro potest Abbatissa docere monachas,& conuersas,& ẽt conuersos, & eis prædicare. [Laicus]2.pars[præsentib.].s.nec ipsis absentib.vt extra. de hæ-
3 re.cum ex iniuncto.†Laici.n.non possunt de iure docere.i. prædicare.hoc est.n.officium sacerdotis vt 16.q.1. adiicimus,sed tamẽ in eorum absentia possunt exhortari, & admonere.Hu.[Ipsos rogantibus.]Sed quid de cruciferis, & hospitalariis.Respondet glo.ꝙ non sunt laici. sed Deo de-
4 uoti,vel conuersi.ar.12.q.1.duo 2.respondeo.† ꝙ habent à domino Papa generalem licentiam docendi, & prædicandi populo,ad quem pergunt.Hu. *(margin: Diuisio. — Exponit literam.)*



On oportet. Hoc.c.in eodem sensu legitur,in quo, & illud superius,non oportet.Et sunt quasi eadẽ verba,licet illud sit alterius concilij.s.Laodicen. & illud concilij Agathen.quædam litera habet[in sacros].i.nõ sacros.[ministros].i.Subdiaconos.i.qui non sunt in sacro ordine constituti,& loquitur secundum antiqua tempora,cum Subdiaconatus non computabatur inter ordines sacros,vt d.60.nullus.Hug. Alia litera habet non oportet,nisi sacros,& est litera planior, & credimus, ꝙ verior, & concordat etiam.c.sequens.



On liceat. Sequitur.c.ex concilio Bracharensi,vbi prohibetur omnibus in minoribus ordinibus constitutis portare vasa sacra altaris in processionib.& huiusmodi dicit hic gl.& Hug.quod vasa aliter capiuntur hic,quam supra,videlicet vbi continentur reliquiæ,& huiusmodi non licet portare in processionib.nisi Subdiaconis, sed iudicio nostro vasa vocat sacra calicem, & patenam. Tum,quia vocat ea altaris.Tum,quia consuetudo est in oppositum : in multis.n.locis videmus,quod,vbi plures reliquiæ portãdę sunt,vt non solum Subdiaconi portant, sed etiam Acolyti in processionibus.

1 *Stola vnde dicatur.*



On liceat. Sequitur aliud c.de eodem,& potest diuidi in duas partes. Diuisio.
In 1.ostendit,ꝙ non licet quemlibet tangere diuina ministeria, Secundo quod clerici non debeant comam nutrire.2.ibi,Nec oportet.Legitur sic.¶[Non liceat quemlibet ministeria.]vel vasa,qui bus sacrosancta conficiuntur ministeria.vel ipsa corporalia,talia.n.nuda manu tangere non conuenit alicui,nisi ad minus sit subdiaconus,nõ.n.cõuenit,nisi in sacris ordinib. constitutis,iuxta c.pręcedens.[aut Acolyto]hoc non videtur coniũgi cum oratione prædicta,quia videtur contradicere.c.præcedẽti,vt sit sensus,ꝙ sicut Subdiacono,ita Acolyto liceat manu nuda calicem, aut patenã, aut etiã corporalia tangere,sed est alia oratio per se:aut.i.Acolito in sacrario vasa dominica,non quidem calicem,& patenam,sed vasa in quib.præparat vinum,& aquam pro sacrificio altaris, ita,ꝙ aliud designet per ministeria,quæ tangere concedit Subdiacono,& aliud hic,per vasa quæ tangere conceditur Acolyto.[Nec oportet].2.pars sic ministrare . Ex hoc trahunt quidam ar.ad excusandas excusationes in peccatis,ꝙ si ministent,nec habeãt necesse ministrare,puta si sunt in scolis, vel alias extra prouinciam possunt comam nutrire, sed hoc supra reprobauimus in c.si quis ex clericis.e.d.[sed tõso capite]oportet eos ministrare[patentib.].i.nudis à capillis,quia supra aures debent esse tõsi.Hu.[Aarõ.[Leu.16. talarem.i.talos pertingentem,& cooperientẽ.11.q.4. Episcopi.Hu.†Sed quandoque talis vestis dicitur stola.21.q.4. nullus,à stolon quod est longum Archi. *(margin: Exponit literam.)*

1 *Paranymphi,qui dicantur,& vnde dicantur.*



Ponsus. Dictum est supra de sacramẽtis ordinum, qua celebratione debeant conferri,sed quia inter sacramenta maximum est sacramentum matrimonii, ideo hic interserit de matrimonio,ostendens qua celebratione perficiatur. Hu.& Arch.Et ponit duo secundum quod potest diuidi.c.in duas partes.In 1. ponit, ꝙ benedictio debeat præmitti . In 2.ꝙ post acceptam benedictionem à sacerdote,debeat sequi per unam noctem cessatio à carnali commistione 2.ibi, quam cum uel Paranim-
1 phis.†Paranymphi,uel paranymphiæ dicuntur custodes puellæ ei assistentes,& docentes qualiter se debeat habere à para,quod est iuxta, & nympha quod est puella . secundum Hu.uel sic dic.nympha.i.aqua secundum Lau.& Arc. [In uirginitate]uel castitateHu. [permaneant] consilium est, unde sine peccato, licet aliter facere, ꝙ sit concilium patet ex eo,ꝙ dicitur pro reuerentia,& ex eo,ꝙ dr alibi de biduo,uel triduo,ut 30.q.5.aliter.hoc idem c.habetur 30. q.5.sponsus.sed hic ex incidenti fuit insertum.Hu. *(margin: Continuatio. — Diuisio.)*

¶ Distinctio

¶ *Distinctio Vigesima quarta.*

1 *Ordinandi prius sunt examinandi.*
2 *Præiudicium aliquando capitur in bonam partem, & denotat temporis proprietatem.*
3 *Iudex debet iudicare secundum allegata*



Valiter. Hic intitulatur 24. dist. In qua magister Gratianus tractat de examinatione Sacerdotum, & omnium inferiorum clericorum, Et diuiditur iuxta gl. & Hug. in tres partes. In prima, ostēdit q̄ oēs sunt examinādi in ordinatione sua. Secūdo ostēdit, qualiter, & quando, & à quibus sunt examinandi. Tertio, & vltimo loco subnectit, qua pœna sunt puniendi, qui sine examinatione ordinātur. 2. incipit ibi, Qn̄ Episcopus 3. ibi: Si quis presbyter. Iste habet vnam conclusionem, videlicet (Diuisio.)
1 † q̄ ordinādi prius veniunt examinandi. Hanc regulam, siue conclusionem probat authoritate Apostoli scribētis Timotheo discipulo suo, & Episcopo 1. Ti. 5. [& manus] ordinatorias. Hu. large hic accipitur manus impositio. s. p̄ qualibet ordinatione, vel cuiuslibet ordinis collatione. Hug. [nemini cito imposueris]. i. non cito ordines, sed prius proba, & examinat, si sapiens, si religiosus sit, habeatque alia, quæ requiruntur ad idoneitatem eius [sine præiudicio]. i. præcedente, siue præiudicio examine [sine iudicio]. i. sine (Exponit literam.)
2 præmissa examinatione. † præiudicium aliquando capitur in bonam partem, & denotat temporis prioritatem quandoque sonat in malam partem, & significat damnum declinando in alteram partem, quam examinatio inuenit. Et
3 est ar. † quòd iudex debet iudicare, secundum allegata, sicut Episcopus secundum examinationem ordinare arg. 2. q. 1. Deus & 3. q. 8. iudicet. Hu.

1 *Episcopus non potest repellere præsentatum idoneum à patrono, nisi aliquis abijciat in persona eius.*
2 *Testimonium populi sufficit in examinatione alicuius.*



Vllus. Sequitur ad idem propositum cap. hoc sumptum ex concilio Carthaginen. cuius conclusio est, q̄ ante examinationem nullus clericorum ordinetur, quia q̄ per examinationem probatur idoneitas ad hoc. de elect. si forte li. 6. Breue est, & planum Litera. ¶ [Nisi Episcoporum] in quibus comprehendo, & clericos. Hu. [vel populi testimonio]. i. bona fama, & bona opinione habita de illo, vel acclamatione, vel attestatione. Duo dicit, & vtrunque sufficit, si ergo clericus est bonę opinionis, Episcopus non potest eum repellere à promotione nisi aliquid obiiciatur in persona eius. ar. proxi. ca. item ar. (Exponit literam.)
1 † q̄ patrono, qui idoneum repræsentat, quē episcopus nō potest repellere, nisi aliquid obiiciat in persona eius. ar. di.
2 63. principali item ar. † q̄ in examinatione alicuius sufficit testimonium populi. Aequiualet. n. examinationi, vt dicit gl. ar. d. 47. de Petro. vt. n. innuitur, notus examinari nō debet, sed tantum ignotus, quod multis locis obseruatur. In curia Romana non examinantur, qui de curia assumuntur. Hu. Sed hoc intelligendum, quando non habetur plena notitia, sed aliqualis, tunc bene debet fieri examinatio, & fit de facto.

1 *Sacerdos, & diaconus debent esse in qualibet ecclesia, si facultas ecclesiæ patitur.*



Resbyteri. Hic consequenter inducit aliud c. Gelasij Papæ. bene ad propositum suum principale, videlicet q̄ nullus debeat ordinari, nisi examinetur, & inueniatur idoneus. Et potest diuidi hoc c. in duas partes. In prima. n. narrat casum vacationis cuiusdā sacerdotis in ecclesia Sanctoniensi. In 2. qualiter ad petitionem totius cleri Papa p̄uidit. 2. ibi. Et ideo frater clarissime c. planum est, nec habet iuxta literam difficultates. licet gl. & maxime Arc. & sequētes eum, sicut Io. de Fantu. lōgam faciant phylateriam de collationib. præbendarum, & confirmationibus, ad quem spectent, de quibus, quia ad intelligentiam te. præsentis nihil operantur, non facimus mentionem in hoc loco. Litera. Casus est, vacante ecclesia ciuitatis Sanctoniæ, & mortuo sacerdote in ecclesia sancti Eleutherii martyris, q̄ erat sita in dioceși p̄dicta, Clerici præfatæ ciuitatis supplicarūt papæ, vt Iulianum Diaconum promoueret, in sacerdotem. & Fœlicissimum Subdiaconum promoueret in Diaconum Dominus papa vtrunque concessit, hoc committendo Cœlestino Episcopo, dum tamen reperirentur idonei. [Petitorio]. i. petitione nobis porrecta [Parochia]. i. diocesi, sic etiā sumitur 9. q. 2. Lugdunē. & 12. q. 2. bonæ. & extra. de dona, Apostolicæ in prin. Arch. [celebritate] quia seculares frequenter concurrunt ad locum illum pro diuinis [debere ordinari.] subaudi suggesserunt. Hu. [Et ideo]. 2. pars. [vita, & moribus.] propter hoc Gratianus inducit hoc c. quia facit ad propositum suum, videlicet q̄ nullus nisi prius examinatus, & repertus idoneus est ordinādus. [Contra canonum] alias maior non potest repellere comprobatū, & præsentatum à patrono, vel populo, qui præsentare potest. extra, de elec. quærelam. ad quod facit, quod notatur 16. q. 7. monasterium. & si huic aliquid obiiciatur visitator, debet cognoscere, eo. n. ipso, q̄ Papa cōcedit dignū, videtur permittere, vt de hoc ipso cognoscat. s. an sit dignus, & omnia sine quibus ad illud peruenire non potest. vt extra. de officio dele. præterea. in fine. & c. prudentiam. §. vlti. ver. explorari s̄m. Hu. Lau. & Arc. Et hoc satis colligitur hic à cōtrario argumento, quod est fortissimum. extra, de his, quæ fi. à præla. cum apostolica. in fi. Nam ad quem spectat ordinatio, & examinatio. extra de elect. venerabilem. non ergo debet eum promouere sine examinatione, quoniā opinio ordinandi in vno vacillare debet 33. d. laici. Arch. [constituta.] tunc nō pōt reprobari 65. d. de p̄sona. [statuimus te creasse] . i. ordinasse [illum]. s. prædictum Iulianū nomine uel tenore visitatoris, quia officium visitationis illius ecclesiæ tibi iniunxi [non tamen Cardinalis]. i. proprij, quasi principaliter regentis illā ecclesiam, à cardine, qui regit ostiū, quasi non, q̄ hoc ipso intelligas te proprium Episcopum illius loci effectum, in eadem significatione potest nomen Cardinalis sumi infra distin. 80. fraternitate. Hu. [& pariter Felicissimum subdiaconū subrogandum]. i. facies subdiaconum subrogandum ei ecclesiæ [in eius ministerio]. i. in locum Diaconi Iuliani. [Locus processionis]. i. frequentationis ad quem ad diuina officia audienda proceditur. s. ecclesia, vt de conse. d. 1. certum [nec ministro]. i. Diacono. ip (Casus literalis.) (Exponit literam.)
1 se. n. proprie dr̄ minister. vt di. 21. cleros. Et est argumentū † q̄ in qualibet ecclesia, si facultas ecclesiæ patitr̄, debet esse Sacerdos, & Diaconus. Alibi dicitur de duobus sacerdotibus. vt 7. q. 1. illud. Et est ar. cōtra pessimos, & auaros. Sacerdotes, qui in ecclesia sua nullum volūt habere socium. Hu. ¶ Sed surgit hic quæstio, quare isti clerici petierunt hanc sacerdotis prouisionem à Papa, & non potius à Metropolitano. Respōdet Hu. dupliciter. Tum quia forte recusabat hoc facere, vel quia ecclesia illa erat subdita immediate Papæ. Sed quare non petierunt hoc ab ipso visitatore. Respondetur forte hoc facere recusabat, vel non erat generalis visitator ad oīa, sed ad q̄dā spāliter datus, & sic, de aliis nihil poterat facere sine speciali mādato Papæ vel q̄ magis credo adhuc non erat iste visitator datus eis, sed tūc datus, cum papa hoc, quod hic dicitur, ei scripsit, & hoc perpenditur ex ipsa litera. Sed nunquid hoc poterant petere ab Episcopo vicino. Respondetur, quod poterant quidem, & ille poterat ordinare vocatus ab eis. ar. d. 65. si forte. sed noluerunt, & forte ex causa dimiserunt, puta quia non erant concordes, vel fortes, si iam habebant illum visitatorē, qui contradicebat secundum Hu. (Quæstio. Respōdet.)

1 *Promouendi ad episcopalem dignitatem sunt examinandi per Metropolitanum, & vicinos Episcopus.*



Piscopi. Sequitur ca. sumptum ex concilio Laodicen. in quo ponitur, quorum examine debeant Episcopi promouend examinari. Breue est, & non diuiditur. Conclusio ergo
1 c. est, † q̄ promouendi ad Episcopalem dignitatē sunt examinādi per metropolitanum, & vicinos Episcopos. Litera. ¶ [Episcopi]. s. p̄mouēdi. [Iudicio]. i. dispositione, & arbitrio [Metropolitanorum] ita vt intersit principaliter, vel authoritatiue, vt sumitur. d. 21. in nomine domini. & qui episcopus. & d. 51. qui in aliqua. & d. 62. nulla. Hu. [à plurimo tempore probantur]. i. probati sunt, de hoc 48. d. in principio. Arch. tales. n. & in ordinatione & in dignitate præferendi sunt. ar. d. 61. statuimus. & d. 75. c. vltimo. Hu. (Exponit literam.)

1 *Examinatio Episcopi debet fieri in ciuitate regulariter.*

2 Præbyteris

2 *Presbyteri,& Archipresbyteri debent repræsentare clericos suos Episcopo ad ordinandum.*
3 *Episcopi sua negotia potius debent adimplere per suos collaterales quam per extraneos.*
4 *Nati de fornicatione de iure non debent promoueri.*
5 *Ordinandi debent habere titulum.*
6 *Illiterati,& idiotæ non admittuntur ad ordines.*
7 *Iudices debent cauere,ne deuient à veritate.*
8 *Scrutinium duplex est faciendum ordinandis.*



Vando. Secunda pars huius d.vbi docetur, quando examinatio clericorũ fieri debeat. Et potest diuidi in 5. partes. In 1. assignat tempus examinationis dicens,ꝙ ordinãdi debeant.4.feria præcedente ordinationem venire ad examen. In 2. ostendit,quales esse debeant.hi qui ab Episcopo delegandi sunt examinatores ordinandorum, & de quib' examinare debeant ipsos ordinandos. In 3.admonet eos, q bus officium examinandi iniungitur,vt cauere debeant ne aut fauoris gratia aut muneris cupiditate illecti indignos aut minus idoneos præsentent Episcopo ordinandos. In 4. ponit pœnam examinatorib.transgressorib. In 5.ponit per quot dies debeat examinatio durare 2.ibi,Et tunc Episcopus 3.ibi,Ipsi autem 4.ibi:Quod si aliter fecerint 5.ibi:Igit. Litera.¶[Ciuitatem].Notat†,ꝙ ĩ ciuitate debet fieri examinatio,regulariter.n.Episcopi in sedib.suis debẽt facere ordines,& alia maiora,si tñ aliquo casu impediatur, põt esse alibi ar.32.d.c.1.[Cum Presbyteris]nota, ꝙ † Presbyteri, & Archipresbyteri debent repręsentare clericos suos Episcopo ad ordinandũ,& similiter & pęnitentiales suos ad ꝑcipiendũ pœnitentiã. vt d.50.in ca.quod vero tangit gl.ꝙ hoc officium.s.præsentare ordinandos spectat ad Archid. dicit Archidiac.ꝙ verum dicit gl.nisi aliter de consuetudine non obtineat præscripta.extra de off.Arc.dilecto,vbi ita notat Vincen.Põt etiam dici,ꝙ te.iste de solum presbyteris loquens loquatur,qñ ecclesia non habet Archid.quæ multę sunt ſm Lau.& Ar.[A latere].2.pars à latere,nõ.n.debet quærere extraneos,qui examinent ordinandos,sed potius suis collateralib.debet hoc iniungere,q̃ extraneis, sed etiã in examinationib.causarũ idem est faciendum ar. 2.q.6.si

Diuisio.

1

2

3 episcopus.†Similiter intelligo,ꝙ episcopi etiã alia negotia potius debent adimplere per suos collaterales,quã per extraneos. ar.d.25.perlectis.[prudentes]designat, quales debent esse isti delegati ad examinandum [gnaros].i.peritos. Nam imputaretur ipsi Episcopo,si forsan insufficientes, & malos,siue negligentes ad hanc examinationẽ faciendam, eligeret,tunc ex ipsorum delicto, vel negligentia tenetur Episcopus.extra de off.Arc.ea quæ.§.1.ſm Host.qui ita notat.extra de ęta.& qua.cũ sit.[Sanctionibus].i. canonibus [genus]vt si sunt nati de legitimo matrimonio, †quia nati

4 de fornicatione,de iure nõ debẽt promoueri.ᵃ vt 56.d.per

a totum,& extra de filijs Pres.per totum.vel vtrum sint liberi, vel serui, quia si sunt serui promoueri non debent extra.de ser.non or.per totum & 54.d.per totũ.[vitam].i. memoria,vel conuersatiõnẽ tam præsentem q̃ præteritę.Nã si prave viuant,vel vixerint,quia tunc repellũtur, si aũt honesta deprehenditur eorũ vita,admittuntur. Honestas.n.vitę debet hoĩes monstrare dignos ad hoc, nõ supplicatio,nõ gradus elegantior 1.q.1.quibusdam,& 23.q.4.excellentiam, ergo in ordinando præcipue vita est attendenda, vt hic dr̃ & ẽt 1.q.1.estote Hu.[patriã]qa si est ignotus, & qa de alia diocęsi est,nõ debet ordinari sine literis sui Episcopi. vt d. 71.fere per totũ,& d.98.c.j.& 2.Hu.[Aetatẽ]quia certus numerus annorum requiritur in singulis ordinibus,vt d. 77.

5 per totum.[Institutionem].i.si in aliqua ecclesia habeãt titulum.†Nã sine titulo ordinari nõ debent,vt d.70.& c.1.2. Hu.quod intelligo nisi ordinandus habuerit patrimoniũ, vel aliud beneficium ecclesiasticum etiã in monacho, hoc non est necessarium,vt legitur,& notatur.16.q.1.legi Arc [Locum]quia si in monasterio educati sunt citius admittũtur 56.d.c.1.& d.77.Monachus.Sæpe.n.ratione loci præsu-

6 mitur pro aliquo,vel contra aliquem Hug.[Literati.]quia †illiterati,& idiotæ non admittuntur,vt d.36.illiteratos,& d.38.si in laicis Hu.[in lege Dei].i.in iure diuino,& canonico Hu.[ante omnia].i.supr omnia præsertim Hu. [simplicibus].i.claris,& non obscuris,vt supra d.23. qui Episcopus. Sed hic põt q̃ri,vtrũ talis examinatio debet fieri ĩ quolibet ordinãdo.Põt dici,ꝙ minor sufficit in minorib.ordinibus,

Host.

a ¶Promoueri.Potest tamen postulari in Episcopum Pet.de Ancha.in c.in notuit.nu. 1.de elect.

sed ista maxime debet fieri in Diaconib.& sacerdotib.[ipsi autẽ].3.pars[cuiuscunque muneris]. Est.n.triplex munus, & quodlibet vitandum,vt 1.q.j.sunt nonnulli Hu.[Illicite] i.decepti,vel inducti [vt indignũ].i.simpliciter. [&].i. aut minus idoneum [quod si fecerint]. 4. pars [domũ Spiritus

7 sancti].Nota in hoc casu simonia interueniente ar.1.q.1.reperiuntur.si quis Episcopus Hu.[à vero].†similiter debent cauere Iudices,ne deuient à veritate 11.q.3.qui recte.[Carebunt].Sed videtur contra de simo.dilectus.§.vl.vbi Abbatibus recipientibus Monachos simoniace imponitur pęnitentia tantum,& non deponuntur,& hic dicitur, ꝙ tales præsentati simoniace,deponi debent sed ibi no.Host.ꝙ de excessu illorum constitit per modum inquisitionis,alias si constitisset per modũ accusationis deponi deberet: Vel dic vt not.i bi Gof.ꝙ licet in illa specie simonię remoueri possent Abbates secundum iuris rigorem,potuit tamen superior pęnam moderari,cum in illo casu sit arbitraria,& moderatur ibi pœnam Papa propter multitudinẽ, & propter monasteriorum vtilitatem:expedit. n. aliquando veteres prælatos administrare. vt extra de renuntia.c.1.[igitur per tres] 5.pars.[probati].i.inuenti idonei Arc. præsententur, si bene aduertatur,hoc ca.loquitur de duplici ꝑsentatione

8 ꝙ vt no.Host.in summa.§.quando debet fieri Arc.pro quo

b notandum iuxta ipsum Ho.†ꝙ duplex est scrutinumᵇ faciẽdum:Vnum ante ordinationem, quòd diligenter faciendum est,extra de elec.nihil est.§.Episcopi,& incipit in feria 4.præcedente sabbatum ordinationis,& durat per triduum vsque ad ipsum sabbatum,vt patet ex c.præsenti, & per Arc.de iure communi extra de off.Arc.ad hoc,& ca.vt nostrum debet fieri diligens inquisitio de vita ordinandi, & de genere,&c. De quib' in c.hoc dictũ est. Et sic in sabbato qui probati sunt Episcopo præsententur,vt hic dicitur in hoc c.Aliud scrutinium est in ipsa ordinatione, quando ordinandi præsentantur Episcopo ante altare,quando Ar. dicit.Postulat sancta mater ecclesia,&c.& ordinatione interrogante. Scis eos dignos. Respondet, quantum humana fragilitas,&c.Et ꝙ præsentator in tali responsione non peccat,dum tamen contra conscientiam non loquatur, vt extra,de scru.in or.fa.c.vno,alioqui contra 28. q.1. §.1.Nã quem dicit indignum,debet præsumere dignum,extra de præsum.dudum,ꝙ si Archidiaconum remordeat consciẽtia de aliquo,ꝙ non sit dignus,tunc antequam veniatur ad ordinationem, secrete debet Episcopo nuntiare extra de scrut.in or.fa.c.vno,& si Episcopus nolit desistere,Arc.debet subtrahere,& si non põt sine scandalo,debet ista verba dicere, tanquam minister ecclesiæ, quæ non iudicat de occultis,sed nullo modo crimen fratris debet publicare, concor.Innocen.

Quæstio.

Host.

b ¶Scrutinũ Scrutinei, quot sint substãtialia vide Pe. de Anc.in ca. quia ꝓpter nu.1.versi. 2. ergo de elect.

1 *Episcopus non debet ordinare sine clericis suis.*
2 *Episcopus debet inquirere an ordinandi sint bonæ famæ apud populum cui debent præesse.*



Piscopus. Ad idem sequitur hoc c.ex 4. concilio Carthaginen.in quo cauetur, ne Episcopus aliquem ordinet sine cõcilio suorum clericorum:Breue est.¶[Clericos non ordinat.]contra habetur 15.q.7.c.vlti.vbi dicitur,ꝙ solus Episcopus potest dare honorem,[solus]ꝙ,vt inquit gl.hæc dictio solus excludit

1 Episcopos alios,non clericos,†quia sine clericis suis Episcopus non debet ordinare.Alioqui cassari poterit ordinatio ar.56.d.c.1.Item est aliud contrarium d.67.reliqui:sed ibi soluitur Hu.[conuenientiam].i.sensum,[& testimoniũ]

2 .i.bonam famam,& opinionem de illis:vnde hic habes,†ꝙ Episcopus debet inquirere,an ordinandi sint bonę famæ apud populum ciuium,quibus debet preesse:hoc.n.intellige,quando sic ordinantur,ꝙ præficiũtur aliqui parochiis Hu.vel ciues debent consentire per bonam famam,& opinionem,quam de eis habent.Si ergo quis esset bonæ famæ apud ciues,hoc ipso ciues intelliguntur eum expetere, & eius promotioni consentire,quod non dissentit,vel contradicit,simile est in filio familias, quod eo ipso consentire intelligitur,patre pro dote agẽte,qđ nõ dissentit.ff.sol.ma. l.2.§.voluntatem,secundum Lau.Arc.Et ita habes secundũ Arc.ꝙ sufficit tacitus consensus populi in ordinatione clericorum in casibus positis in gl.Item notandum, ꝙ consensus clericorum non solum est necessarius.in ordinibus conferendis,vt hic sed in multis alijs:s.in dispensatione rerum

Exponit literam.

ecclesiæ

ecclesię 12.q.2.si qua de rebus.Item in alienatione 12.q.2. sine exceptione.& 10.q.2.hoc ius.Item in omnibus communibus negotijs,vt ꝙ omnibus incumbit,ab omnibus cõportetur extra de rescrip.accedentes.Arch.

1 *Ordinatus sine examinatione,deponi debet.*
2 *Papa si aliquid præcipit,præsumitur iustum.*



SI quis presbyter. Tertia pars huius di.hoc c.sumptum est ex Concilio Martini Papæ, vbi ponit pœnam contra eos,qui ordinãtur sine pręuia examinatione. Vbi nota, ꝙ tres casus continentur in hoc c. Primus est,†ꝙ si,quis sine
1 examinatione ordinatur,deponi debet,secundus est,si examinatur, in examinatione sua crimina confitetur,debet repelli,& non promoueri. Tertius est,si examinatur, & non confitetur crimina sua si postea inde cõuincatur,debet deponi:de primo casu sic inquit. ¶[Si quis presbyter Abijciãtur de clero].i.deponantur,eo.n.ipso, sine examine passi sunt se ordinari,cũ essent ignoti se ipsos indignos fecerunt quamuis alias erunt digni.[Aut]hic est casus secundus,cõstrue.[aut]si sunt examinati supple[& cum discuterẽtur].i. examinarentur,sicut confessi criminosa sua peccata, supplent aliquid sponde non iusti,quia nemo debet procedere seipsum.de pe.d.1.non tibi dico Arch. [Abijciantur ex clero].i.repellantur.i.non promoueantur ad illos ordines propter quos habendos tunc sunt examinati,& secundum hoc verbum,abijciantur in litera positũ, tenetur proprie, & improprie,quo ad primum,& tertium gradum, impro prie,quod ad istum casum.[Aut]hic est tertius casus. Construe sic.[Aut,si sunt examinati, & in examinatione nõ ꝓdiderunt crimina sua.]sed de istis post ordinationem[sunt ab alijs detecti]id est,accusati, & conuicti ordine iudicario. [Abijciantur ex clero.] Hoc autem intelligendum est de maioribus criminibus,quia si quis in minori crimine existens ordinari permiserit, non deponitur, sed imponitur ei pœnitentia.vt 68.d.c.1.Sed à quo deponentur.Credo dicit.Hu.quod à suo superiori,nõ autem ab illo, qui ordinauit,quia est ille deponi debet.Nam hoc.s.vt,ꝙ promoti sine examinatione abijciãtur,intelligitur generaliter dictum,hoc idem habetur infra 25.q.1.omne,quod & est ar. †ꝙ si aliquid præcipit papa,præsumitur iustum esse.ar. di. 40.c.1.& 11.q.3.absit.Hu.¶ Verum pro pleniori intelligẽtia huius c.maxime circa primum casum secundum Host. Sic distinguẽdũ est, quia si ordinatus sine examinatione sit ignotus quamuis alias dignus,tamen deponendus est,vt in c.si vero sit indignus,& ignotus,multo fortius est deponendus d.50.ex pœnitentibus.Si autem notus,& dignus tunc, in nullo peccatur,quia tales non sunt examinandi ar. in ca. nullus in hac distinctione.Circa secundum casum est notandum secundum Ho.ꝙ ordinandus tenetur cõfiteri crimina,seu impedimẽta notoria iuris,vel facti,nisi fuerit cũ eo dispensatum 50.d.ex pœnitentibus. Item tenetur prodere grauia,siue enormia,s.quæ etiam post pœnitentiam executionem impediunt,vt homicidium,simonia,in ordine,& huiusmodi.Illa vero,quæ non impediunt,non tenentur,vt extra de temp.or.c.fi.Si ergo fraudulenter defectus subticet,non habebit executionem ordinis sic suspecti extra de renunti.nisi cum pridem.§.personæ.Si vero confitetur,& dispensetur cum eo.securius erit secundum Innocẽ. vt vlterius non accusetur.alias secus 34.disti. c. vlti.Si vero non dispensetur,nihilominus ordinetur,non debet ordinatus in illo ordine admitti 81.d.si quis.Concor. Goffre.

Exponit literam. — Innocent.

¶ Distinctio Vigesima quinta.



QVod nullus. Hic incipit d.25.huius tractatus. Postquam in superioribus duabus di.magister Gratianus tractauit de ordinatione, & exminatione clericorum.Nũc in hac d.agit de ministerio ipsorum. Et potest diuidi ista distinctio iuxta glo.& Hu. in tres partes.In 1.ostendit,quid ad quemlibet ordinem ecclesiasticum pertineat.In 2.infert regulam Apostolicam, s.ꝙ oportet episcopũ esse sine crimine,&c.Et in tertia sumpta occasione ex pdicta regula,ponit significationes huius nominis crimen,vbi ostendit,quæ sunt mortalia, & quæ sunt venialia peccata,& sic terminatur d.2.Ibi, Nunc autẽ 3.ibi.Nomen autem criminis,&c.

Continuatio. — Diuisio.

1 *Isidorus an conuenienter assignet actus cuiuslibet ordinis.*
2 *Ostiariorum actus qui dicantur.*
Et quare dicantur ostiarij.nu.10.
3 *Exorcismi non habuerunt ita plenum effectum in veteri testamento,sicut in nouo.*
4 *Acolytus græce latine cero ferarius.*
5 *Lectoratus in casu necessitatis potest dari pueris.*
6 *Subdiaconatus ordo,quantum dignus sit.*
7 *Diaconi actus summus,& principalis,quis sit.*
8 *Actus aliqui immediate ordinantur ad deum dupliciter.*
9 *Quærere possumus ea,quæ scimus ad maiorem scientiam habendam.*
11 *Exorcistæ dicuntur adiurantes,vel inuocantes.*
1 *Adiuratione,quæ fiunt baptizandis in exorcismo,pertinent ad officium exorcistę.*



PErlectis. Hoc c.quod est B.Isidori, prosequitur primam partem distinctionis,& potest diuidi in duas partes. Nam primo Isidorus ostendit,quæ officia singulis pertineant ordinibus ecclesiasticis.in secundũ ostendit,quæ dignitates sub Episcopo habeãtur in ecclesia maiori:& quæ ad ipsas pertineant,& quibus preponantur. 2.ibi:Hi sunt ordines.Pro pleniori intelligentia huius c.& maxime,quo ad primam partem, q̃ritur hic.

Diuisio.

VTrum. †Isidorus in hoc capi.conuenienter assignet actus cuiuslibet ordinis. Et arguitur de singulis secũdum ordinem in litera positum, & primo argui
1 tur,quod non pertineant ostiarios actus,quos ponit in litera.Primo sic.Aperire, & claudere templum Dei, & claue materiali custodire ea,quæ sunt in ecclesia,sunt actus pure corporales,ergo videtur,ꝙ ad hoc non ordinetur,nisi ptãs corporalis. Omnis autẽ ordo est potestas spiritualis, ergo videtur,cum ordo ostiariorũ sit ordo spiritualis,quod vere isti actus assignati in literà,non sint actus eius.¶Secundo sic.In quolibet actu ordinis spiritualis debet esse aliqua vis spiritualis,quam habeant ordinati prę alijs,sed in apertione,& clausione ostiorum non habent aliquam potestatem spiritualem ostiaria,quam alij homines,ergo nec hoc debet poni actus ipsorum.¶ Secundo principaliter arguĩt de Exorcistis sic.Actus sacramenti nunquam eundem habent effectum in nouo,& veteri testamento,sed iste actus exorcizationis habet eundem effectum in nouo, & veteri testamento,sicut patet,vnde Salomon inuenisse dicitur exorcismos, & cõstat,ꝙ effectum habuerunt,ergo videtur esse actus sacramẽti noui testamenti.¶ Tertio principaliter arguitur de Acolytis. Et primo arguitur,quod inconueniẽter ordo Acolytatus sequitur ordinem Exorcistarũ.Actus spirituales debent corporalibus præeminere. Sed Acolytus non habet nisi actum corporalem, sed exorcista habet spiritualem,quia pellendi demones,ergo exorcista debet præferri Acolyto,sed hoc non fit in litera, ergo inconuenienter ponitur.¶Secundo sic Principalior actus Acolyti est ministrare de vrceo.cũ vino,& aqua pro sacrificio, quã sit præparatio luminarium,cum in illo primo,tanquã principali det̃ character,vt superius d.24.dictũest ca. Acolytus ergo inter actus attributos Acolytis illum debuit primo assignare: sed facit, ergo.¶Quarto principaliter arguĩt de Psalmista.Psalmistatus non est ordo, ergo non debuit hic assignare actum eius cum solum de ecclesiæ gradibus se dicat velle loqui.Antecedens probauimus supra.d.23.c. Psalmista.¶ Quinto pricipaliter arguĩt de Lectoribus sic.Multos videmus,qui habent ordinem,& istos actus facere nõ possunt,qui ponuntur in litera,maxime ea,quæ prophetæ vaticinauerũt,prædicare.Cum ergo omnis ille, qui habet perfectam potestatẽ ad aliqd faciẽdum posit,facere illud, quodcunque voluerit,videtur aũt,ꝙ illi lectores non habeant potestatem perfectam,aut ꝙ actus illi assignati non pertineant ad ordinem Lectoratus.¶Sexto arguitur de subdiaconis sic.Sicut dicit Aristoteles 10. ethicorum, operatio intellectus dignior operatione hominis, sed operatio, aut actus Lectoris est circa operationẽ intellectus, & Subdiaconi,secundum ꝙ videtur ex litera ista circa vasa quædam irrationalia,& innanimata.s.circa calicem, & patenã deferenda,ergo videtur,ꝙ operatio Lectoris sit dignior, quam

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Sextũ arg.

quam operatio Subdiaconorum, sed hoc non, quia, si sic, sequeretur quod ordo lectorum dignior esset ordine Subdiaconorum, quod esset inconueniens: ergo sequitur, quod ille non sit actus Subdiaconorum. ¶ Septimo sic principaliter de diaconibus. In litera videtur assignare nouem actus pertinere ad Diaconum, videlicet assistere sacerdotibus ministrando in sacramentis. Secundo oblationes fidelium inferre, & disponere in altari. Tertio componere mensam. Quarto crucem ferre. Quinto prædicare euangelium, & ceteras scripturas. Sexto officium nuntiare finitum. Septimo recitatio cathecuminorum. Octauo præmonere, aures habere ad Deum. Et nono, quod pacem donat, & annuntiat. Contra, vnius potestatis est vnus actus, sed ordo diaconi est vnus ordo: ergo ipsius est vnus tantum actus: ergo non habet nisi vnicum, ergo inconuenienter ponit nouem. Secundo, si dicatur, quod habet vnum principalem, & quod ille sit assistere sacerdoti in consecratione corporis Christi mediate supra altare. Contra: prædicatio euangelij fuit officium Christi. Constat autem quod officium Christi fuit simplicissimum, & diuinissimum. ergo videtur, quod nullum actum potest habere Diaconus digniorem. ¶ Octauo principaliter de sacerdotibus, arguitur sic. Actus ligandi, & soluendi est proprius actus sacerdotis, ergo videtur, quod iste actus debuit sacerdoti assignare, & non facit: ergo inconuenienter assignat actus singulorum ordinum. Secundo sic. Homo per baptismum est immediate Deo configuratus characterem figurantem suscipiens, sed orare, & offerre oblationes sunt actus immediate ad Deum ordinati; ergo quilibet baptizatus potest hos actus facere, & non soli sacerdotes. ¶ Nono arguitur de Episcopo sic. Episcopatus non est ordo: ergo inconuenienter tractat hic de actibus ad Episcopum pertinentibus: consequentia videtur bona. Antecedens patet, quoniam cum nullus actus possit esse excellentior, quam conficere corpus Christi, nullus potest esse ordo post Sacerdotium. ¶ In oppositum est authoritas beati Isidori, cuius est capitu. hoc. ¶ Respondeo dicendum, quod conuenienter beatus Isidorus assignauit in hoc loco actus singulis gradibus ecclesiasticis. Pro quo notandum iuxta sanctum Thomam in quarto, quod, cum consecratio, quæ fit in ordinum sacramento, ordinetur ad Eucharistiæ sacramentum, vt sæpe dictum est; ille est principalis actus vniuscuiusque ordinis, secundum quem magis proxime ordinatur ad Eucharistiæ sacramentum, & secundum hoc etiam vnus ordo est alio eminentior, secundum quod vnus actus magis de proximo ad prædictum sacramentum ordinatur, sed quia ad sacramentum, quasi dignissimum, multa ordinantur. Ideo non est inconueniens, vt præter principalem actum, etiam multos, actus habeat vnus ordo, & tanto plures, quanto est eminentior, quia virtus, quanto est superior, tanto ad plura se extendit. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum.

2 Ad primam de Ostiarijs, respondetur iuxta dominum Albertum magnum in quarta. † quod actus Ostiariorum, qui est custodire loca sacra, in quo sacramenta consecrantur, & populus communicat sacramentis ab immundis rebus, & hominibus, non est pure quid corporale; sed est ad spirituale ordinatum. Et ideo igitur ad hunc actum potestas spiritualis, quia spiritualia ordinata bene sunt circa corporalia. ¶ Ad secundam respondetur secundum Albertum magnum, quia superius circa distinctionem vigesimam tertiam, dictum est, negando minorem, quoniam Ostiario datur quædam vis diuina, vt arcere posset alios ab introitu templi, sicut Christo, fuit, quando eiecit ementes, & vendentes de templo. Sed quia (vt dicit sanctus Thomas in quarto,) hoc magis videtur pertinere ad gratiam gratis datam, quam ad gratiam sacramenti. Est secunda, responsio secundum eundem, quam Ostiarius suscipit potestatem, vt ex officio hoc agere possit, quamuis etiam, & hoc ab alijs fieri posit, sed non ex officio. Et ita est in omnibus actibus minorum ordinum, quæ possunt per alios licite fieri, quamuis illi non habeant ad hoc officium, sicut etiam in domo non consecrata potest dici missa, quam is consecratio sit ecclesiæ: hæc sanctus Thomas. ¶ Ad rationem factam contra actum Exorcistarum, respondetur iuxta Albertum, quod ratio non procedit. † quia Exorcismi non habuerunt ita plenum effectum

3

[Margin notes, left column: Septimũ ar. — Octauũ ar. — Nonũ ar. — Opponit & Respõ. — Ad primũ argu. — Albertus magnus. — S. Thom. — Ad secũdũ.]

in veteri testamento, sicut in nouo; vnde puto, quod non valebant in veteri, nisi ad curationem corporis. In nouo autem ad curationem etiam animarum. Et si ad corpora referuntur, tamen hoc fit, in quantum infirmitas corporis pendet ex mente, & sicut in nouo testamento habent hunc effectum, quem non habebant in veteri; debilitant etiam vim in fomite, quæ impedit perceptionem sacramentorum secundum Albertum. ¶ Ad rationem primam factam contra actum Acolytorum respondetur iuxta sanctum Thomam negando consequentiam. Et ratio est, quia ordo inter hos ordines assumitur, sicut dictum est, pœnes proximis ordinari ad Eucharistiæ sacramentum. Modo ita est, quod corporales actus Acolyti magis de proximo ordinantur ad actum sacrorum ordinum, quam actus Exorcistarum, quamuis sit aliquo modo spiritualis, quia habent Acolyti ministerium super vasa, in quibus materia sacramenti continetur, quantum ad vinum, quod vase continente indiget propter sui humiditatem. Et ideo inter omnes minores ordines ordo Acolytorum superior est. Ad secundum respondetur, negando consequentiam, quoniam licet principalior actus acolyti, sit quo ministrat in vrceolo, quam quo ministrat in candela
4 bro; nihilominus, quia denominatur ab isto secundo, † dicitur enim Acolytus græce, latine Ceroferarius. Et quia est actus magis notus. Ideo Isidorus primo illum, inter alios actus Acolyti posuit; non quia principalior esset. ¶ Ad rationem factam contra Psalmistam respondetur, quod sicut supra circa capitulum Psalmista. distinctione vigesimatertia, dictum est; licet proprie non, sit ordo; nihilominus largo modo prout ordo se extendit ad officium, vel ad aliquid annexum ordini, potest tamen dici ordo. Et ita de eo facit hic mentionem Isidorus. ¶ Ad rationem factam contra Lectores respondetur, negando
5 consequentiam, dicit enim Albertus magnus, quod in veritate, nisi necessitas vrgeat ecclesiam, nullus non literatus sufficienter debet ordinari, quia ad ordinem scientia exigitur literarum. † Si tamen est necessitas tunc potest conferri potestas, & expectari actus, sicut fit modo; quia satis pueris datur ordo iste. Hæc Albertus secundum hoc dicimus, quod licet non multi exire possint in actum potestatis illius propter impedimenta aliqua, vt puta propter defectum scientiæ. Nihilominus suscipiunt potestatem in ordine, illos actus ex officio faciendi, sicut sacerdotes, qui non habent iurisdictionem super aliquam plebem, vel personam aliquam, habent claues ordinis; sed in actum exire non possunt propter defectum materiæ, quam dat iurisdictio. ¶ Ad rationem factam contra actum Subdiaconi respondetur iuxta dominum Albertum, quod; cum ordo, qui in operatione sua vicinior est primam primo actui sacerdotij, sit nobilior, &
6 inter omnes ordines plus in operatione sua appropinquet. Subdiaconus præter Diaconum solum. † ipse est ordo dignior omnibus alijs, præter ordinem Diaconatus. Vnde ad rationem respondetur, negando consequentiam, quia licet (vt dicit Albertus) actus Subdiaconi sit circa vasa irrationalia, & inanimata, non tamen est circa ea, prout huiusmodi sunt, sed potius prout ad hunc ordinem, siue referuntur ad continentiam, corporis Christi, quod est dignius, quam totus mundus, etiam si millesies multiplicaretur mundus. ¶ Ad
7 rationem factam contra actus assignatus pertinere Diacono. Respondetur. quod, vt dicit Albertum † actus, summus, & principalis Diaconi est ministrare sacerdoti, in consecratione corporis Christi immediate super altare, ad hunc actum omnes alij referuntur, vt corporale componere, & super ipsum Hostias consecrandas ponere. Quod autem populum præmonet, dicendo, flectamus genua, leuate, & huiusmodi. Et quod dat patenam immediate sumens eam à sacerdote, quod recitat cathecumino, & prædicat, & cætera. Hoc totum ordinatur ad hoc, quod, populus digne communicet de manu Eucharistiam dispensantis. Vnde patet, quod ille est primus actus. Quod vero obiicitur, quod euangelium annuntiare, sit dignissimus actus, verum, est, qui potest fieri circa corpus mysticum, & hoc modo operabatur Christus salutem nostram, sed digniorem habuit actum circa corpus. Verum, quando de pane, & vino nobis sacramentum sui ipsius effecit, & ad illum actum accedit Diaconus mi-

[Margin notes, right column: Ad tertiũ. — Ad quartũ. — Ad quintũ. — Ad sextũ. Albertus. — Ad septimum.]

nistrando in altari, vt dictum est. ¶ Ad rationem primam factam contra actus sacerdotis, respondetur, quod Isidorus posuit actus principales, & communes omnibus sacerdotibus, absoluere autem peccatis non posuit, quia licet absoluere à peccatis sit solius sacerdotis actus, non tamen oēs sacerdotes habent executionem huius actus, siue vsum, quia ad hunc actum non solum requiritur potestas ordinis, quę communis omnibus sacerdotibus, sed etiam potestas iurisdictionis, quæ non est cōis omnibus sacerdotibus, siue presbyteris, & ideo conuenienter loquutus est. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiā. Pro quo notā

S. Thom.

8 dum iuxta S. Tho. † quod actus aliqui immediate ordinantur ad deum dupliciter. Vno modo ex parte vnius personæ tm̄, sicut facere singulares orationes, & vouere, & c. talis act⁹ cōpetit cuilibet baptizato. Alio modo ex parte totius ecclesiæ, & sic solus sacerdos habet actus immediate ad deum ordinatos, quia ipse solus potest gerere personam totius ecclesiæ, qui consecrat hostiā quæ est sacramentum vniuersalis ecclesiæ. ¶ Ad rationē factam contra actus Episcopi respōdetur, sicut superius dictum est, quod licet Episcopatus nō sit ordo stricte capiendo, dicitur tn̄ ordo, & est sciendum, ꝙ ordo dicit officium respectu quarūcunq; sacrarū actionum, siue gradum, aut eminentiam potestatis, & sic Isidorus accipit hic, vnde dicit, quod vult de omnibus ecclesiæ gradibus eloqui quid ad vnūquęq; pertineat. Litera. ¶ [Perlectis optatam salutem.] forte infirmus erat, & conualuerat vel simpliciter Not. eum significasse sibi suam salutem. Hug. [In consequentibus] id est, inferioribus partibus literarum post notificatam salutem. [impendis]. i. habes. [perquiris. qualiter ordinentur]. i. quibus ordinibus ipsa ecclesiastica officia competant. [Et licet omnia prudentiæ tuæ sint cognita] ar. tꝙ ea, quę scimus possimus quærere ad maiorē sciētiam habendam eo modo, quo possidemus, de iure commu

Ad nonū.

Exponit literam.

9 ni petimus confirmari ad maiorem authoritatem, vt. 12. q. 1. augeo. [Ad Ostiarium claues ecclesiæ.] quibus. s. ostia ec-

10 clesiæ clauduntur & aperiuntur: † vnde Ostiarij ꝑm Isidorū dicti sunt eo, quod ostijs templi præsunt, ipsi. n. claues ecclesiæ tenentes oīa intus. i. in communione ecclesiæ, extraque. i. extra communionem ecclesiæ, vnde sequitur exponendo fideles, &c. [excipiat]. i. deiiciat, non admittat. Hu. Si quæ vero capitula dicant, quod excommunicati, vel infideles possunt esse in ecclesia vsque ad missam Cathecuminorū abrogata sunt, quo ad hoc. Vnde nulli ibi communicandum est cum excōmunicato. vt. 11. q. 3. cū excōmunicato. No. quod Ostiarii idem sunt, quod ianitores, qui in veteri testamento electi sunt, ne ingrederetur in illud immundū. [in omni re]. i. aliquid de oībus rebus, stabant. n. vt legitur. 1. paral. 26. videlicet in oriente, in occidēte aquilone, & austro, portas tē-

11 pli singulas ita obseruantes. vt nec in puncto decederent à ministerio. [Ad Exorcistā.] † Exorcista[a] ex græco in latinū dicuntur adiurantes, vel inuocantes. Inuocant. n. super Cathecuminos, & super eos, qui habent spiritus immundos nomen domini adiurantes, vt egrediantur ab eis. [Super Cathecuminos]. i. instructos in fide ante baptisma. Hinc habetur,

12 † ꝙ adiuratione, quæ fiunt baptizandis in Exorcismo, pertinent ad officium exorcistæ, quamuis in quibusdam ecclesijs fiunt tm̄ per sacerdotes. Hu. Hoc officio vsus est Christus, quando septem demonia eiecit de Maria Magdalena. Lucæ. 8. & de aliquibus multis. Mat. 8. 12. & 15. de hoc. s. di. 23. aliquid diximus. c. Exorcista. [Ad Acolytum.] No. hic, quod Isidorus non seruat ordinem ecclesiæ in officiis ordinum Nam primus ordo est Ostiariorum. Secundus Lectorum. Tertius Exorcistarum. Quartus Acolytorum. Psalmista est in ecclesia officium, non autem ordo. Dominus Guido. [Præparatio luminarium.] ad accēdendum, & deferendū ante Diaconum, vel Episcop, quia præparatio in emptione pertinet ad thesaurarium, sicut dicit in fine. c. Hu. Acolyti autem secundum Isidorum cereos ferunt accensos, dum legitur euangelium. & ante sacrificium. [Suggesta pro Eucharistia celebrāda]. i. vasa in quibus ponitur vinum, & aqua. [subdiaconus præparat] ad Psalmistam. [benedictiones]. i. benedicamus domino, vel benedictus es domine, &c. [Laudes] Alleluia scilicet. vel Christus vincit Christus regnat. [& sacrificium] id est offertorium. [Responsoria]. i. officium missæ, & quicquid ad canendi peritiam pertinet. Hu. [ad Lectorē prędicare populis. Nota. vnde accipitur prædicare pro legere, vt dicit Hu. & similiter exponitur supra di. 21. cleros: vnde, cū quis ad lectoratum ordinatu, traditur sibi liber lectionum

a ¶ Exorcistæ. De ei⁹ officio vide in spe: de his qui alie. no. & tex. s. dist. 21. ca. cleros. versi. Exorcista in. l. 1. §. Medic. ff. de var. & extra or. cogni. Guido.

ab Episcopo, vt in ecclesia benedictiones pronuntiet. Christus hoc officium impleuit, qn̄ in medio seniorum librum Esayæ prophetæ legit. dicent. ad intelligentes. Spiritus domini super me, eo quod vnxit me. [Ad Subdiaconum Leuitis]. i. Diaconibus, hoc officio videtur vsus Christus, quando in Cana Galilææ de aqua fecit vinum, & quādo cœna facta mittēs aquam in peluium discipulorum, pedes lauit. [Ad diaconum & Baptismo, & Chrismate.] Hæc duo sacramenta sunt secundum duo sequentia. s. calix & patena. Non sunt sacramenta, quia in eis conficiuntur, & conseruātur sacramenta. Sacramentum enim Eucharistiæ, licet sit vnum, aliquando dicuntur plura propter pluralitatem materiæ iuxta illud in oratione communi ecclesiæ. Sumpta sacramenta, quæ sumpsimus, &c. vel dicuntur sacramenta id est, significantia, quia omnia vtensilia (quæ in ecclesia adhibentur) aliquid significant secundum Hug. [oblationes] id est, oblatas. [disponere altare] id est, extēdere corporalem [componere]. i. ornare. [crucem ferre.] in processionibus, licet hoc in paucis obseruetur. Hu. nec etiam in Romana curia videmus obseruari, vbi Subdiaconus ante papam portat crucem [prædicare euangelium]. i. legere, vel etiam exponere populo, vnde Stephanus prædicauit act. 7. & Philippus Diaconus actuum. 8. verum vt dicit Hu. hoc est officium, sacerdotis, vt. 16. q. 1. adijcimus. Hoc verum est, quod hic dicitur, cum Diaconus à sacerdote ad officium prædicandi inuitatur, & regatur sic enim legit, id est, prædicat Diaconus, vel etiam quilibet Clericus: Hugo. [& Apostolum] deficiente subdiacono. [prædicare] expone. i. legere, vel exponere ex delegatione, aut inuitatus à sacerdote, vel si habet curam alicuius ecclesiæ [officium præcum]. i. litanias, tamen in multis ecclesijs, & præsertim in ecclesia Romana hoc faciunt subdiaconi [recitatio.] excommunicatorum, ordinandorum, & baptizandorum, & mortuorum [prēmonent] cum dicit humiliate capita, &c. vel humiliate vos ad benedictionem [hortatur clamore]. i. inchoando litaniam, dicendo Kyre eleison in rogationibus. [donat pacem.] quam accipit à Sacerdote, dat Subdiacono, & annuntiat festiuitates, & terminos paschales. Hu. dicit hic Hugo. quod non est hic multum curandum, si non omnia, quæ hic dicuntur, intelliguntur à quolibet. cum non omnia fiant vbique, sed ad diuersas consuetudines diuersarum ecclesiarum requirenda sunt [Ad presbyterum conficere.] vnde ait dominus sacerdotibus. Hoc facite in meā commemoratiorem. Lucæ. 22. Tunc. n. Dominus Apostolos sacerdotes ordinauit, quibus dedit potestatem, vt ad quē admodum ipse ex pane corpus suum consecrauit, accipiens panem, ac dicens. Hoc est corpus meum. Et similiter accipiens calicem ait. Hic est calix, &c. Sic habentes ordinem sacerdotalem in virtute verbi Christi possint panem in corpus, & vinum in sanguinem cōuertere. [Christi orationes.] pertinet ad presbyterum, vt in missa orationes pro se, & populo fundat & populum, ad orandum inducat, vnde Sacerdos sæpe dicit in missa Oremus. & Macha. 1. orationes faciebant sacerdotes [benedicere dona Dei]. i. oblationes, & panem dandum populo benedictum. Hoc officium sacerdotum Christus excercuit, quando post cœnam panem & vinum in corpus, & sanguinem suum deuiua virtute conuertit dicens Apostolis [accipite, & comedite] Excellētius quoque vsus est hoc officiorum pro peccatis humani generis seipsum in Aracrucis obtulit patri. Idem Episcopus, & sacerdos, & hostia, & adhuc gloriosius implet dum sedens ad dexteram patris interpellat pro nobis [Ad Episcopum] Pauca ponit de pertinentibus ad Episcopum. Nam multa alia ad eum pertinent, vt di. 68. quamuis. & . 26. quæst. 1. Si iubet. [dū] iste tex. obscurus est: & diuersis varijs modis exponendi iste videtur nobis intellectus. Dum. i. quamuis vnusquisque clericus in singulis ordinibus præcessit id est pręcedat alios, non habentes eundem ordinem aliqua prærogatiua. [iste] id est Episcopus præest omnibus singulis, vtpote qui ordines habet omnes cum eminentia pontificali, & omnium est distributor, sicut stella quælibet aliam stellam excedit inclaritate, sol tamen omnes simul.

Iaco. 1.

1 *Dignitates omnes in ecclesia habentur per Episcopum.*
4 *Iurisdictio nulla est sine cohibitione.*
6 *Vicarius potest dare Vicarium in voluntaria iurisdictione.*

7 Matricula

7 *Matricula quid dicatur.*
8 *Minor potest præferri senioribus, si sit instructior, & melior.*

Exponit literam. 1 Hi sunt. Hic est secunda pars. Litera sequitur. Authoritate pontificali.targ. ꝙ omnes dignitates in ecclesia habentur per Episcopum, vt nullus absque eius authoritate per se potest aliquid agere, vt.16.q.7.nullus.Hug. [Archidiaconus.] hic sunt aliqua notanda pro sequenti litera ꝭm Hug. Primo, ꝙ officia Archidiaconi alia sunt in vna ecclesia, & alia in alia: & idem est de primicerio, & thesaurario. Raymund. Hic Raymundus in summa ti.de diffe. offi.§.6.dicit de officijs his.s.Archidiacon.&c.non loquor, quia eorum plura litates, & officia, quot sunt ecclesiæ tot sunt consuetudines. extra de consue.cum olim.in fin.& extra de exces. præla. ad hęc. Secundo nota.ꝙ nec in oĩbus ecclesijs inueniuntur istæ dignitates, & in quibusdam inueniuntur istæ, & plures aliæ.s. Decanatus præposituram. Archipresbyteratus, Cantoria. Succentoria, & Vicedonatur maiora, & huiusmodi. Tertio no.ꝙ qui in vna ecclesia ꝓpositus dicitur, in alia dicitur Decanus, vel Archidiaconus, & sic de alijs. Et ideo non est magna vis facienda in his, sed omnia referãtur ad diuersas consuetudines diuersarum ecclesiarum. [Cura incensi] portandi ad altare, & per ecclesiam.&.s.quis debeat portare incẽsum, sed cura emendi incensum, & inueniendi, pertinet ad thesaurium, vt dicitur in.c.fi.[sacrificij].i.officij.[Si quis Leuitarũ, &c. In dominicis diebus, aut solemnitatibus.] Nam in aliis diebus hæc dispositio pertinet ad Primicerium vt.j.eo.dicitur.Hu.[parochialium] intellige ruralium; quia ciuitatis parochię ad dispositionem pertinent primicerii.[ordinatio].i. dispositio, qualiter debeant se habere, præsertim, dum vacant, siue carent pastore, vt di.63.si in plebibus, sed non habet potestatem ibi instituendi clericos, vel prælatos sine speciali mandato Episcopi.ar.16.q.7.nullus.& extra de offi.Archid. cum sacris sit.[iurgia.] Dicit Hu. hoc esse verum, si põt sedare amicabiliter, vel amouendo, vel increpando debet hoc facere. Alioqui nuntiet Episcopo, ipse.n.ordine iudiciario non potest inde cognoscere, vel iudicare sine licentia Episcopi. vt di.94.dictum. sed hoc dicit esse falsum Arch.in hoc loco, quia postquam est Vicarius generalis Episcopi, & perpetuus habet ergo iurisdictionem ordinariam, vnde pro pleniori intelligentia eorum, quæ tanguntur hic in tex.quam in glos.& per Doctores, quæruntur hic tria.

2 ¶Primum est, vtrum Archidiaconus habeat iurisdictionem ordinariam.

3 ¶Secundum est, vtrum Archidiaconus possit excommunicare.

5 ¶Tertium est, vtrum possit sententiare super causis, in quibus habet cognitionem.

Primũ ar. 2 Ad primum. Sic proceditur. Et videtur, ꝙ Archidiaconus non habeat iurisdictionem primo tex.c.nullus.16.q.7.vbi Calixtus papa præcipit, quod Archidiaconus Archipresbyter, Præpositus, vel Decans nec officia, nec beneficia ecclesiastica sine consensu Episcopi tribuat. Secũdũ ar. & tertiũ ar. ¶Secundo ex.c.vltimo.extra de off.Arc.¶ Tertio si c. Archidiaconus est Vicarius Episcopi.vt extra de offi. Arch. c.i.ergo habet delegatam iurisdictionem, non ordinariam. Quartũ ar. ¶Quarto dicit Bar.ꝙ in Diocesi solus Episcopus habet ordinariam: ergo, &c. Opponit & Respõ. ¶In oppositum est tex.cum gl.¶Respondeo, hic videtur dicendum cum Henrico Boych super.c.Archidiacono.extra de off.Arch.c.1.cum alle.per Ber. in glo.vicaria enim perpetua dat, & tribuit iurisdictionem ordinariã vt patet de off.vic.c.tua.& extra de præscri.postulast.& hoc tenent ibi Goff. Vin.& Inn.& Host.& idem Arch. in.c.præsenti. Vel quæris, vtrum Archidiaconus, vt Archidiaconus, non vt Vicarius, & tunc distinguitur. Aut quæris, vtrum de consuetudine præscripta habeat eam, vel non, & tunc est cõclusio ꝙ sic quia consuetudo iurisdictionem tollit, & tribuit de elec.dudum.2.§.tandem.& de exces.prela. ad hæc. Et ad hoc facit.c.cum satis.de off. Arch. Item.ca. Romana.de off. or.li.6 Si vero quæris, an habeat de iure communi, tunc distinguitur, quia aut in Archidionatu suo, & super homines illius Archidiaconatus. Et tunc est conclusio eius, quod sit saltem in mediis negotiis. de elec.cum in cunctis.§. inferiora.& de exces.prælat.ad hæc ibi obsequio.& in gl.præsentis c.perlectis. In arduis vero negotijs siue in criminibus, quæ depositionis, vel longę suspentionis pœnam requirunt, iurisdictionem non habet. vt in.c.ad hæc.de offi. Arc.cum ibi no.per Inno.super versi.ardua. Aut quæris, vtrum habeat iurisdictionem ordinariam in homines de extra Archidiaconatum. Et tunc est conclusio, quod nõ.ff.de iurisdi.om.iudi. l.extra territorium. Ad primas duas authoritates Ad rationes in oppositum dicẽdum est, ad authoritates duas inductas respõdetur, quod per illas nõ habetꝰ ꝙ Arc.nõ habeat aliq̃ simpliciter iurisdictionẽ ordinariã, licet in aliquibus, quę aut sunt propria Epi sicut sunt illa, de quibus in.c.nullus.16.q.7. Aut sunt ea, quę non ex iure, de quibus, sed potius ex cõsuetudine religantur sicut ea. in c.voluntatum.extra de offi. Arch. Ad tertiũ. ¶Ad rõnẽ primã respondetur negando consequentiam, quoniam vt dicit gl. non obstat, quod sit Vicarius Episcopi, quia nihilominus est ordinarius iudex. Nam vicarius alicuius ecclesiæ perpetuus dicitur ordinarius.extra de præben.c.vltimo. Ad quartũ Ad secũdam rationem. Respondetur etiam, negando consequentiam quia licet Episcopus solus sit generaliter, & in qualibet parte diocesis in oĩbus negotiis ordinarius, nihilominus alij in diocesi habent ordinariam, sed particulariter tamen, & subsunt Episcopo.vt est videre de Archidiacono, vt de off.Arch.per totum patet etiam in aliis prælatis.

Ad secundum. Sic proceditur. Et videtur, ꝙ Archidiaconus non possit excommunicare. Primũ ar. Primo sic, quia excommunicatio dicitur solius Episcopi.vt.16.q.2.visis.in fi.cum si. sed Archidiaconus nõ apponit manus circa reseruata Episcopo. vt in c.nullus.16. q.7.ergo.¶Ad hoc respondetur iuxta Petrum de palude in.4.di.18. Respõdet. Petrus de palude. Omnis, qui de iure, vel de consuetudine habet subditos citare, & in foro cõtentioso ecclesiastico ius reddere potest, quia iudicium redditur inuitum. vt.ff.de verb.obli.in- 4 ter stipulantẽ.§.1. † & sine cohibitione nulla est iurisdictio, vt in.c.ex literis de off.dele. Eo ipso potest excommunicare. Archidiaconus habens curam, & Decanus ruralis potest excommunicare, si & ipse curam habet, similiter & Decanus, si non solum curam animarum habet: sed & causæ cognitionem, & decisionem, per quam facit ius actori de reo canonice coram se cõuicto. Aut successor sit, vel alius, ad quem per modum iudicij, vel fori contentiosi pertinet iurisdictio super clericos. Si autem talem curam sic iudiciarie cognoscere non habent, nec per consequens possunt excommunicare, cũ hæc sit iurisdictionis, & fori cõtentiosi. Verũ pp argumenta est notandũ iuxta gl.c. cũ in cunctis.de elec.quod aut Archidiaconus vult excommunicare cum solẽnitate illius canonis.11.q.3.debent.& cum aliquis. Et tũc dicẽdũ est ꝭm Innoc.& Host.quod non põt, quia illa excommunicatio est mera actio Episcopi.iuxta.c.allegatum in prin. Aut simpliciter excommunicare absque solennitate illius canonis; & Innocent. Hostiensis tũc põt excommunicare, vt dictum est. Et probatur de prębe n.referente.& de sen.excom.venerabilibus.li.6.& hoc tenet Arch.hic in isto.c. perlectis. in casu, in quo habet iurisdictionem suã, iurisdictio esset inutilis, quia iurisdictio absque cohibitione nulla est, de of.dele.ex literis: poterit ergo excõmunicare, sed fallit in casu, vbi consuetudo esset in contrariũ posset excommunicare, sic intellige.16.q.2.visis.&.24.q.3. corripiantur. ꝭm Henricũ Boyc. quod dictum est de Archidiacono, excepto illo, qui est vicarius Episcopi. Idem potest dici de alijs prælatis habentibus curam animarum, & iurisdictionem ab Episcopo secundum Inno. & vide quod notat Host.in summa de sen.ex.§.sed si quis.

5 Ad tertium. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ Archidiaconus non possit sententiare super causas in quibus habet cognitionem. Primũ ar. ¶Primo per.c.præsens, & per.c.ad hoc.de offi.Arch.vbi dicitur. Audiat iurgia singulorum.videtur ergo, ꝙ non possit decidere, quia illi, cui committitur audientia causæ, non potest illam diffinire vt extra de offi.dele.c. super quæstionum.§.2. Et videtur hoc expresse tenere hic Archid.in hoc.ca. perlectis.vbi ita dicit. Sententiam autem diffinitiuam proferre non potest, nec habet cognoscere de crimine, sed de iure habet curã circa iurgia, & vt Episcopo referat ꝭm Vinc.hæc ille.¶ In oppositũ Opponit contrariũ. Respõdet. ex Innocen.in.ca.ad hoc. Vnde ad text.ibi: Qui, vt audiat, supple, & decidat, quia iudex, de qua re cognoscit, &c.extra de causa pos.& pro.cum super.¶Respondeo secundum Hostien.recurrendum est ad consuetudinem, vnde sic videtur distinguendum iuxta Ioan.de Fantu. ꝙ si consuetudo super hoc aliquid disponit consuetudo illa seruanda est, vt in capi. fin.de offic. Archid. Et ita procedit Host. Aut consuetudo nihil disponit, & tunc videtur ꝙ iurgia non ardua possit audire, & per sententiam terminare, vt voluit Inn.& ad hoc facit textu. in dicto capitul. ad hoc. Cum dicit ardua, nisi adeo

ardua fuerint negotia, quæ absque sui superioris præsentia nequeant terminari, ergo à contrario vult text. quod si non fuerint ardua, poterunt per Archidiaconum terminari, & sic sententia diffiniri, & sic est tex. à contrario pro dicto Inno. Se quitur in tex.¶ [Pro reparandis.] quia hoc incumbit Episcopo, si partem fabricæ accipiat, & si non accipiat, similiter incũ bit Episcopo, vt eas reparari faciat à prælatis illarum, qui par tem illam accipiunt, vt. 10. q. 3. vnio. Hug. [suggerit]. i. refert facienda [sacerdoti]. i. Episcopo. Hug. [inquirit] vt. di. 63. si in pluribus. [Cum iussione Episcopi] Intelligo inquit Hu. speciali. Alij intelligunt generali simile. 80. di. nõ deberent. &. 16 q. 1. cunctis. [parochialium.] curialium Hugu. [gesta]. i. instru menta, & priuilegia ecclesiæ, quibus ipsa ecclesia munitur, & defenditur in libertate sua. [Collectum] s. communiter, vt di uidatur inter clericos pro labore, quem ferunt. s. sequẽdo Epi scopum. vt. 10. q. 3. relatum. &. 12. q. 2. charitatem. Vel loqui tur de alia pecunia inter clericos generaliter, & cõmuniter diuidenda, puta de decimis, & alijs; quæ afferũtur à fidelibus. Hu. [ipse] scilicet Episcopus. Hu. [distribuit] vel Archidiaconus loco Episcopi, siue eius authoritate. [denuntiat.] ex hoc capit argumentum Hu. ꝙ Archidiaconus non habet cognoscere, sed tantum Episcopo deferre, cum scilicet sua admonitione, vel interpretatione debita non potest emendare, quia. vt inquit, ordine iudiciario non potest ea iudicare, vel punire quia non habet iurisdictionẽ talem. increpare inquit potest, & corripere, & admonere; sed non punire cum non sit iudex; hæc Hu. Sed, vt exponatur litera iuxta determinata superius dicemus, quod hoc debet intelligi de excessib. arduis, dignis depositione, de illis nullus debet cognoscere, nisi Episcopus. vt. 1. q. 1. de persona. &. 15. q. 5. felix. [in sacrario]. i. in secreto loco, vel iuxta altare. [denuntiat] voce submissa, quasi decreto in hoc loco morem aliquarum ecclesiarum tangit Hugo. [Diaconus sequens]. s. in ordine, videlicet qui primo post illum ordinatus est, quia, qui prior est tempore, prior est Imperio, & in talibus in electione, & huiusmodi, vt de iure pa. capitul. vltim. [Archipresbyter] hic alio nomine dicitur Decanus. vt di. 50. in capite: hic subest Arc. in administratione tẽporaliũ, sed ei præest rõne ordinis qua rõne presbyter maior est Diacono. dist 93. legimus. Hugo. subesse non ratione ordinis, sed ratione dignitatis. In ordine ecclesiæ. Hu. [positos] in matricula. vbi ẜm ordinem ponuntur sacerdotũ nomina ẜm Iacobum, & intellige, siue sint canonici, siue vicarij ad diuina mysteria deputati ẜm Host. qui ita notat extra de off. Arch. 10. c. 2. in princi. Arc. [collectas]. i. orationes. sic extra de offi. Arch. c. 1. [orationes] quæ dicuntur circa principium missæ, dicuntur collecte, eo ꝙ sacerdos, qui fungitur ad deũ legatione pro populo petitiones omnium in se concludat, & colligat Arch. [iniunxerit] ad hoc extra de off. Arch. c. 2. in fi. vbi

6 dicit Goff. no.† Vicarium posse dare vicarium, quod in voluntaria iurisdictione locum habet; non in cõtentiosa. Arch. [ad primicerium] hunc dicunt quidam esse cantorem, sed in multis ecclesijs per se est primicerius, vel quia primus in choro in his, quæ pertinent ad eum, quia ipse præcipit, quid vnusquisq; debeat in choro legere, vel cantare, vel dicitur à primo & cereo, quia dignitatẽ habet vt in processione ei detur primus cereus; vel: vt ante Episcopum portet primum. Hu. & Archidiacono pertinet, vt disponat de eis in officio. s. quis eorum debeat hoc vel illud facere. Hu. [signum. s. aliquod, quo innuit cuilibet quid facere debeat pro vitę honestate seruanda quæ est, vt conueniant ad diuina officia. s. matutinum, missam: &c. [Responsoria] supra hoc officium dicit pertinere ad Archidiaconum, sed illuc intelligitur de Diaconibus, & Subdiaconibus, hoc autem intelligitur de alijs inferioribus clericis. Item illud intelligitur in diebus dominicis, & alijs diebus festiuis; istud in ferijs. Sed hęc solutio videtur elidi per illud quod sequitur pro solemnitate. Sed respondetur, ꝙ non dicitur hic; ꝙ sit officium primicerij ordinare quis clericorum debeat hoc facere, vel illud in diebus festiuis, sed dicitur qđ debet disponere de ordine; & modo canẽdi; & psallendi. s. an cum organo; vel sine organo; & an cum maiori; vel minori; vel modica solemnitate. Et hoc bene potest facere primicerius, licet Archidiaconus disponat quis clericorum debeat cantare, vel legere hoc, vel illud, qui sunt in vrbe. Nam cura illorum, qui sunt extra vrbẽ pertinet ad Archidiaconum, sed contrarium habetur di. 70. sanctorũ. ibi. n. dicitur, ꝙ capellæ pertinent ad præpositum, modo forte præpositum vocat Archidiaconum, vel primicerium. In diuersis. n. ecclesiasticis di uersificantur huiusmodi officia personarum, quod enim hic est officium Archidiaconi, alibi est officium præpositi, vel decani & sic de alijs. Hu. [sacerdoti]. i. Episcopo [pro diebus] hoc nunc non fit. quia omnibus notum est hoc, sed fiebat antiquo, quando non erat ita notus terminus statutus in omnibus ieiunijs, simile erat de termino Paschali, vt de conse. dis. 3. placuit obseruatione. Hu. [clericos]. s. qui sunt in vrbe. Nã de ruralibus pertinet ad Archidiaconum [distinguat] admonendo, corripiendo, increpando, minando, & si incorrigibiles fuerint, denuntiet episcopo, vnde statim sequitur [quos vero.] Nam iudicare vel damnare, aut punire non potest, nisi de licentia Episcopi speciali. Hu. Sed Arch. videtur annuere, quod excessus modicos posset punire, sicut dictum est de Archidiacono super versi. excessus dicit sic. s. grauiores, quæ grauiorem exigunt animaduersionem, quam ad eum pertineat. ar. ff. de off. proconsul. si quidem Io. de Fan. hæc Arch. [Basilicarios]. i. custodes Basilicarũ, quos faciet de Ostiarijs. hi Ro-

7 mæ dicuntur mansionarij. Hu.† [matriculas.] matricula dicitur tabula, vel charta, in qua omnium clericorum ecclesiæ alicuius nomina continentur conscripta, vt di. 50. contumaces. Matricula. n. dicitur tabula, vel charta in qua nomina viduarũ & orphanorum continentur conscripta, quam beatus Syluester dicitur habuisse, vt legitur in legenda eius. Hu. [legem] . i. dispositionem chori, vel rationem ordinis, vel temporis.

8 Hu. [eruditione]. i. doctrina, & sciẽtia. & est ar.† quod minor potest præferri senioribus. si sit instructior, & melior. ar. 23. q. 3. sicut excellentiam. quod credo, si seniores sint mali, vel non instructi, aliter non. ar. di. 25. c. vlti. &. 74. c. Episcoporũ. [Ad Thesaurarium ostiarij Basilicarum ordinatio.] non intelligitur, quod officium eius sit de ponendis custodibus, quia hoc est officium primicerij, sed cura, & officium eius est ordinatio, & prouidentia necessariorum [ad illa officia] est sensus. i. vt ordinet, & inueniat, quæ sunt necessaria ostiario in illo officio, vt puta de clauibus, & candelis pro basilica, &c. [luminariorum] & emat, & inueniat oleum, lampades, & candelabra & similia. Hu. in quo autem ordine debeat esse primicerius, vel Thesaurarius non inuenitur expressum in canone, in hoc sequenda est consuetudo illius ecclesiæ, vbi sunt, tamen videtur innui; quod debeant esse presbyteri. vt in illo c. cum in cunctis Hug. de omnibus istis officijs capitula sunt in primo decretalium.

1 *Officium Episcopi est prædicare populo in his, quæ ad fidem pertinent.*



AVdire oportet. Sequitur aliud cap. ex epistola quadam Clementis pertinens ad materiam, videlicet ad officia maxime Episcopi, presbyteri: & diaconi. Breue est non diuiditur. Summa est.† ꝙ offi-

1 ciũ Episcopi est prædicare populo in his, quæ ad fidem pertinent. i. de articulis fidei instruere. Presbyteri vero in his, quæ ad mores pertinẽt Diaconi, qualiter debeãt esse in ecclesia. s. qñ stare qñ sedere, qñ orare, & qñ audire. Litera.¶ [Audire oportet]. s. subitos [Eps] primo quia gerit personam Christi, qui est filius Dei, & audiendus, vnde vox de nube dicit. Hic est filius meus dilectus, sequitur, ipsum audite. Matt. 17. Auditur autẽ in episcopis, quibus ait. Qui vos audit, me audit. Lu. 10. Secundo debet audiri Episcopis; quia est pater spiritualis, vnde Ps. 33. Venite filij, audite me: & Prouerbiorum. 1. filij audi disciplinam patris tui. Tertio debet audiri, quia pronuntiat euangelium vitæ, & salutis. Lucæ 11. beati qui audiunt verbum dei, quia verba eius spiritus & vita sunt. Io. 6. [fidei.] ab ipso Episcopo instructio fidei suscipienda, docto. n. fidei est, vnde. 1. ad Timo. 3. oportet Episcopum doctorem esse. [monita.] quantum ad mores, & conuersationem. Sacerdotes debent populum instruere circa mores, mouendo, vt bene viuant, non quin hoc ad Episcopum perueniat, vnde Apostoli non solũ docuerunt fidem; sed etiã & mouent instruẽtes fideles; vt bene viuant & præcepta charitatis seruent vt patet in epistolis eorum. Sed quia altior est doctrina fidei, quam morũ, ideo magis fides docenda appropriatur Episcopo, tanquam maiori: licet vterque ad vtrũque teneantur; vnde vtrisque tam Episcopis; quam Sacerdotibus dicitur primæ Petri tertio. Dominũ aũt Christũ sanctificate in cordibus vestris: parati semp ad sanctificationẽ oĩ poscẽti vos rõnem reddere de ea, quid in vobis est, fide & spe. [Ordinem disciplinæ ecclesiasticæ.] s. quo ordine & distinctione in officijs

Marginal notes:

Exponit literam.

a¶ Dare Vicariũ. Vide Host. in c. clericos de off. vic. gl. in c. 1. eo. tit. li. 6. & in cle. 1. de reg. in gl. vel suspen so. bal. in l. 1. §. à p-fectis dele ga 3. p. l. à iudice. C. de Iudi & in le. 1. august. de le. 2. Pau. de c in l. 2. in fi. ff. de off. ei⁹ cui man. vide omnino. si Alex. in l. & quia in fi. ff. de iurisdi. omn. iud. & in l. filius de lega.

Archid.

Exponit literam.

officiis ecclesiasticis in ecclesia debeant se habere. Hugo. de conuersatione autem inte. debet diaconus instruere; cū presbyter talibus intendere non potest. 11.q. prima. sicut enim. Hugo. [Sacerdos quoque] verba sunt Gratiani de hoc supra. cap. ecclesiastica dist. in. 23. Pro quo inducit capitulum sequēs ex quinto concilio Toletano.



VNum. Breue est [orarium]. i. stolam, qualiter tamē sumitur. 27. q. 1. Monacho in princip. vbi de hoc Archidiacon. [propter quod] id est, quia [prædicat]. i. debet esse expeditus in prædicatione, ad quam multum operatur, quod si docet temporalia spiritualibus deseruire, ponitur etiam alia ratio ad literam vt expeditius, ad ministerium sacerdotis discurrat.

1 *Excusare non se possent à peccato omnes, qui sunt in paradiso, si hic viuerent excepta virgine beata.*
2 *Confessio peccatorum venialium potest confiteri laico.*
3 *Confessio venialium simpliciter non est de præcepti necessitate, sed de consilio.*
4 *Peccata venialia multis modis dimittuntur.*
5 *Crimen capitur dupliciter.*
6 *Lignum fænum, & stipula, quæ superædificari dicuntur supra positum fundamentum, an sint peccata.*
7 *Peccata venialia non dicuntur superædificari super fundamētum, quod dicitur fides.*
8 *Ignorantia iuris neminem excusat.*
9 *Diuturnitas peccati, an inducat mortale.*
10 *Pœna æterna, an debeatur conuenienter peccato mortali.*
11 *Inuidus dicitur, qui alterius fælicitate torquetur.*
12 *Veneficia dicuntur à veneno.*
13 *Vitia omnia, quæ hic nominantur, an sint peccata mortalia.*
14 *Peccata minima, quæ dicantur.*
15 *Taciturnitas dicitur peccatum mortale in prelatis.*
16 *Adulatio, quando sit peccatum mortale, & quando veniale.*
17 *Pauperibus, quare non debeant parari delitiosa, & nimium sumptuosa cibaria.*
18 *Iuramentum iocose præstitum, an semper illaqueat ad mortale.*
19 *Iurās falsum ex lapsu linguę, si aduertat se iurare, & falsum esse, quod iurat, non excusatur à peccato mortali.*

Cōtinuatio



NVnc autem. Hic incipit. 2. pars huius distinctionis vbi ostenso, qualiter in quolibet ordine sint examinandi, & ordinādi: nūc vult ostēdere quales debeant ordinari in quolibet ordine. & ex quo ordine, in quem debeat quis promoueri, & qui lapsi possint reparari, vel qui non, & à quibus debent accusari, vel cōdemnari, & qualiter, & sic Gratianus ordinat tractatum suū vsque ad. 12. causam. Ratione autem primi introducit, & pertractat. 13. capitula Apostolice per ordinē. vsque ad. 50. distinctionē, a. 71. vsq; ad di. 91. Si quę aūt alia interponit in distinctionibus vel in causis. s. 6. 7. 8. 9. 10. 11. incidētia sunt. Dicit ergo Gratianus. Ostenso supple, qualiter in quolibet ordine debeant ordinari, quales literati, honesti: virgines, monogami, non polygami, non viduarū vel corruptarum mariti: non corpore vitiati, non aliqua conditione obligati, vt di. 34. præcipimus. & di. 55. præscri. & .49. disti. in aliquo. & .2. q. 7. si quis Episcopis. Hu. [in quē gradū]. i. ordinem. i. minori ad maiorem gradatim. 69. di. si officia. vel [in quem gradū]. i. dignitatem [conscendere]. i. eligi. & hoc inuenitur. 60. di. per totū. Hu. [qui post] hoc facit di. 50 ponderetur. & .c. quia tua. & .ca. domino. & .c. si quis diaconus. Hu. [quibus culpa] hoc facit in distinctionibus, & in causis, & præsertim. 48. qm. & .45. hinc & .50. di. miror. & .c. si Episcopus. & .c. si quis viduā. & .ca. peruenit. & 51. d. aliquāto. & .c. qui in aliquo. 1. q. 1. presbyter. & c. si quis neq;. & .q. 7. si quis omnē. Hu. [quo accusante] quibus testificantibus: hoc facit à prima causa, vsq; ad decimā & præsertim. 2. q. 7. si q sunt. & .c. ipsi testes. & 6. q. 1. qui crimē & .c. infames. Hu. Cuius sententia hoc facit fere in oībus causis, & præsertim, 2. q. 1. In primis. & .3. q. 6. fere per totū. & . q. 9. c. 1. & .9. q. 2. c. 1. & .11. q. 1. inolita. & .c. cleric⁹. Hu. [Ad primum] regularem significationem. 13. capitula cōtinentem. s. hoc oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, non vinolentem, sed sobrium, prudentem, ornatū

A 50. vsque ad 72.

Exponit literam.

hospitalem, pudicum, doctorem, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositū, nō neophytum: hæc. 13. capitula per ordinem distincte exequitur Gratianus vsq; 81. di. [oportet Episcopum]. i. qui est eligendus, confirmandus, & consecrandus [in Episcopum]. i. ordinādū in Epm [esse irreprehensibilem]. i. non obnoxium reprehensioni. [hoc ad Tim.] s. c. 3. ad Titū. c. 1. autē [oportet Episcopum esse sine crimine] quod. s. dictum ad Titum videlicet esse siue crimine aūt. i. vt dicit Hiero. scribens: dicit. [Idem est]. i. cum illo, quod scribit ad Timo. videlicet esse irreprehēsibilē, quia Paulus dicit sine crimine. Et quia nomen criminis accipitur multipliciter. Ideo vt appareat in qua significatione ibi ponatur Gratian. distinguit eius varias opiniones, & acceptiones, & videtur quatuor ꝑm glo. assignare. Prima est vt. s. crimen dicatur, quodlibet peccatum tam mortale, quam veniale qualitercunq;, siue ex ignorantia, siue ex infirmitate, siue ex deliberatione commissum [intelligitur] nō in. c. sed alibi. vnde cato. nemo sine crimine viuit. & Iob. si fuero sine crimine. ar. de pe. dis. 2. si. n. inquit Hug. sed quod hoc modo, ita generaliter nomen criminis acceptum, nō accipiatur in prędicta authoritate Pauli probat ex hoc, quia sic omnis reprobaretur, cum nullus sit sine peccato, cum ait. [vnde in eadem prędicta epistola]. i. ad oceanum. Hieronymus. [res, quæ contra naturam est, vt sine peccato aliquis sit] contra naturā dicit. s. hoīs lapsi, quod in hac vita viuat, quis sine peccato ad minus veniali. & . §. re. 8. non est homo, qui nō peccet, & prima Ioā. 1. Si dixerimus; qm̄ peccatū non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est, super quo di-
1 cit Augu. li. de natura, & gratia. † ꝙ oēs, qui sunt in paradiso, si hic viuerent nō possent se excusare à peccato, excepta Virgine Beata Christi Matre, de qua Bernardus, super Missus est, dicit, quod sic ipsa plena gratia fuit, ꝙ nec venialiter peccare potuit; quod nulli sanctorum credimus esse concessum, vnde Hierony. ait propter eā. [Pœnæ contra naturam] quia per gratiam fieri pōt, vnde male dicit gl. hic qui ad Beatā Virginem addit sanctū Ioannem, cū priuilegium illud dicat Bernar. nemini alteri sanctorum, quā Beatæ Virgini esse donatū vel dicitur pœnæ, quia fieri non pōt, sensualitate repugnante, quæ est ex peccato Adę nisi per gratiam Christi adiuuetur. Dominus Guido. [vel contra naturam]. i. contra solitum cursum naturæ. Hug. [grex.] Talis debet in episcopum eligi, qui cunctos præcellat scientia & vita. 1. q. 1. vilissimus. 61 dis. in sacerdotibus. & cui cęteræ comparentur vt grex ouiū ad pastorem. Cui dicat Christus, pasce oues meas Io. vlti. [in epistola vero.] hic ponitur secunda acceptio nominis criminis. Secūdo modo ergo dicitur accipi crimē pro criminali peccato. i. quod irrigat infamia; & hoc est quod sequitur [vel]. i. de aliquo crimine de quo nisi fuerit purgatus non promouebitur. ī. c. primū. 1. q. 1. ventū. & .2. q. 7. testes. Hug. [accusatione] iudiciali [damnatione iudiciali]. i. de quo pōt quis accusari, & damnari ab homine, quod est: si processum est ad actum exteriorem, alias non. Latentia. n. peccata non habent vindictam vt. 32. q. 5. christiana. Hug. & ꝑm hoc non omne peccatū mortale est crimen, & hæc est proprietas huius nominis ꝑm rigorem suū, dicitur. n. à criminor criminaris. i. accusor accusaris. Hu. [quod aūt siue, &c.] s. exponetur. c. di. primū. [criminis appellatio.] hic ponitur tertia acceptio huius nominis crimiā nis: vnde tertio modo. Crimen dicitur omne peccatū, quod scilicet ex deliberatione procedit. [tantum] videlicet quod ex electione mali, siue ex industria, aut animi puerilitate, siue ex certa malitia. Quia vero in his verbis innuit, non oē peccatum procedere ex deliberatione, quia aliquod procedit ex ignorantia, & aliquod ex infirmitate. Inducit ad hoc authoritatem Bedæ. d. vnde Beda. [Alterutrum, peccata, quæ ex ignorantia, vel infirmitate humana committuntur] dicit loquitur de venialibus peccatis, quia multa sunt etiam mortalia, quæ ex infirmitate, aut ignorantia procedunt, de hac vero diuisione vide de pœ. di. 1. §. econtrario, & quæ ibi notauimus. [dicit, & præcipit] alterutrum confiteri]. i. ad inuicem. Ex hoc
2 capitur argumentum † quod laico potest confiteri confessio peccatorum venialium: vnde Beda & inducit Magister in. 4. sententiarum, distinctione decima septima inter confessionem venialium, & mortalium, distinguens super illum locū. Confitemini alterutrum peccata vestra ait; coæquali cotidiana, & leuia: grauiora vero sacerdoti pandimus; & quanto insserit tempore purgare curemus: quia sine confessione emendationis peccata nequeunt dimitti; sed & grauiora coæqualibus pandenda sunt; cum de est sacerdos; & vrget peri-

Guido.

Iaco. 5.

get periculum. Venialia etiam sacerdotis ablata copia, licet confiteri coęquali, & sufficit vt quibusdam placet, quod tamē intelligendum est, si tamen ex contemptu non pretermittatur sacerdos. Tutius tamen, & perfectius vtriusque generis peccata sacerdotibus pandere, & concilium medicinę ab eis quęrere, quibus concessa est potestas ligandi, aut soluendi. Notandum, quod Hugon. propter verbum illud Bedæ, vbi ait, dicit, & præcipit, tenet: quod sit in præcepto confessio venialium, & dicit, quod Beda con tradicit Gratiano, qui ait de pœ. di. 1. §. econtra ꝙ est concilij & nō præcepti: & nihilominus, quia Beda est maioris autho

Cōtra Hu.

3 ritatis, plus est ei credendum, sed salua pace Hug. † nec confessio venialiū simpliciter est de necessitate præcepti, sed tm̄ de consilio, nec Beda dicit contrarium, vnde dominus Bonauentura in 4. dist. 17. dicit ꝙ confessio venialiū non est in pcepto, est tm̄ in consilio. In præcepto non est, quia cum sint de natura sua venialia, per se possunt veniam consequi, siue p pœnitentiam internam, siue per exteriorem assumptam, siue etiam per pœnam purgatoriam, siue per aliud remedium cōpetens, & idoneum, quamuis de ratione sui generis non sit ea confiteri, necessarium tm̄ ea confiteri est cogruū, & maxime perfectis viris vtile est multum. Et ad authoritatem Bedæ ipse respondet, quod illud quod dicit, intelligendum est de venialibus, & tunc præcipere est docere ẜm illud Lucæ. 5. Præceptor per totam noctem laborantes, &c. verbum aūt, beati Iacobi quamuis propositum sit per modum imperatiui tm̄ pro mortalibus tenetur imperatiue, pro venialibus magis excitatiue; hæc dominus Bonau. Sequitur [qa facile dimittū tur] s. vt iam dictum est ex dicto domini Bonauent. De pluribus aūt modis, siue remedijs, quibus dimittuntur peccata venialia, vide de pœ. di. 1. §. tres aūt. ibi circa tertium articulū, de hac materia disputauimus, plane plura assignata remedia, facienda ad remissionem venialium, pōt tm̄ notari hic, ꝙ de

Bonauen.

4 lentur multis modis. † Primo per Eucharistiæ dignam sumptionem. de conse. di. 2. cum omne crimen. & c. si quotiescunque. Per aquæ benedictæ aspersionē de cōse. di. 3. aquam. Tertio per eleemosynarum largitiones. de pœ. di. 1. medicina. & c. quamobrem. Quarto per orationem dominicam. de pæ. di. 3. de cotidianis. Quinto per generalem confessionem, quę fit continue in ecclesia de pę. di. 3. de cotidianis. Sexto per Episcopalem benedictionem. 1. q. 1. dictum. & c. benedictionē. Septimo per pectoris pcussionē. Sic. n. publicanus orans pectus pcutiebat. d. Deus propicius esto, &c. Lucæ. 18. Octauo creditur ab aliquibus, quod etiam per benedictionem sacerdotis in missa. Nono etiam per dignam sumptionem sacramentorum quorūcunq;, cum per ea deleantur mortalia, quod est plus, cum conferant gratiam. [Quodcunq; vero ex liberatione] s. criminalia, non nisi per pœnitentiam, quia de talibus, & talia confiteri est in præceptum Eccle. siast. 2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus domini. [Nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminale, dū placet] hoc dicit S. Thom. in. 4. di. 12. non est intelligendū de qualibet placentia: quia si qualibet placentia faceret peccatū mortale, tunc omne veniale esset mortale: quia quodlibet veniale placet, cū sit voluntarium, sed talis placentia est intelligenda, quæ ad confirmationem spectat, in qua omnis humana peruersitas consistit, dum rebus vtendis fruimur, vt dicit Augu. hæc S. Tho. concor. Arc. dicens, dum placet, ita quod illa dilectatio præponatur deo. Sed quæritur, vtrum peccatū veniale poss t effici mortale. vide de pæ. di. 1. §. tres. vbi hanc materiam disputauimus. [Alias.] hic ponitur quarta acceptatio huius nominis criminis, vt dicitur hic in gl. & idem sentit. Hug. s. pro peccato. quod est damnatione dignum, cum ait [Alias eadem]. s. peccata. [significat, quæ semel commissa ad damnationem sufficiunt] hæc est quarta acceptatio nominis criminis, videlicet pro omni peccato, quod semel commissum dānationem meretur, siue veniat ex deliberatione, siue non, & hoc est peccatum mortale. Nam vt dicit Aug in homilijs super Ioannem. crimen est, quod damnationem meretur; veniale autem quod non meretur damnationē; & Greg. in. 21. more. c. 12. Omne crimen peccatum est, sed non econuerso, vnde multi sine crimine: sine pctō vero nullus, peccator animam polluit, sed crimen cā extinguit, hæc ille. Notandum circa hoc quod Alexand. de Halis in secundo mouens,

Quæstio.

Aldxander de Halis.

5 vtrū peccatū mortale, & criminale conuertantur. † Respondet, quod crimen capitur dupliciter. s. cōmuniter, & proprie. Communiter accipiendo conuertuntur crimen, & peccatū mortale. vnde Isidorus vnum pro alio accipit dicens, multi à crimine corrunt in crimen, qui distinguere sua facta minora contemnunt, qui cognitionem dei habentes, timorem eius negligūt, &c. Si vero capiatur proprie, tūc omne crimen est peccatum mortale, sed non cōuertetur, vnde Aug. super Io. Crimē est mortale graui accusatione, & damnatione dignissimum, sed non omne peccatum mortale est tale: ergo non conuertuntur. Item idem probat in epi. ad Ti. Oportet episcopum, & c. nō dicit peccatorē, vt in litera habetur [multa] videtur distinguere inter acceptionem criminis tertiam superius positam, in qua crimen acipiebatur pro peccato, quod ex deliberatione procedebat, quod commune est ad mortale, & veniale, & acceptationem istā quartam, in qua solū mortale peccatum dicitur crimen dicens, ꝙ multa ex deliberatione procedunt, quæ in consuetudinem. i. cōtemptum, possunt. n. venialia ita duci in consuetudinem, vt sic ex habitu peccans poterit sic libidinose, & inordinata affectione in illud, qđ erat veniale, tendere, tanquam in finem, ꝙ peccabit mortaliter, vt in tm̄ iterans mendacium iocosum, poterit ex habitu, & consuetudine mentiri, quod in eo ponet finē. & sic mentiens peccabit mortaliter [grauent post mortem] quia si hic non purgantur, oportet illa purgari post mortem, & puniri licet temporaliter in purgatorio, non tm̄ æternaliter, cum non sint mortalia, sed venialia, sola autem mortalia merentur dānationem æternam. [quadam ratione crimina]. s. ratione superius posita, in tertia acceptatione criminis, quia sæpe talia ex deliberata ratione procedunt, vel quia vt dicit Hu. digna sunt accusatione. i. confessione, & satisfactione, tamen mortifera, & capitalia non sunt. Idem est hic mortale, siue mortiferum, & capitale. Et quia faciendo differentiam inter peccata mortalia, & venialia, dixerat quod venialia, licet post mortem grauent, tm̄ æternaliter non perdunt. Inducit authoritatem Aug. ad probandum, quod de solis venialibus veniat intelligēdū, sic quod post hanc vitam in purgatorio sunt purgabilia. Pro huiusmodi literæ pleniori intelligentia quæritur. ¶ Vtrum

Quæstio. Primū ar.

6 † lignum fænum, & stipula, quæ superædificari dicūtur supra positum fundamentum, sint peccata venialia. Et videtur, quod non. primo sic. fides non habet ordinem, nisi ad bona opera: sed venialia non sunt bona opera: ergo videtur, quod non ædificentur supra fidei fundamentum. ¶ Secundo sic. Multæ sunt differentiæ, & quasi infinitæ peccatorum venialium, ergo videtur quod non possunt congrue per istas tres differentias significari. ¶ Tertio Esa. 5. super illud. Ve, qui coniungitis domum ad domum. dicit Hiero. hæretici dogmata dogmatibus coniungunt, & qui super fundamentum debuerunt ædificare aurum, & argentum, & lapides pretiosos, ędificarunt lignum, fenū, & stipulam. sed hæretici falsa dogmata cōfingentes, non venialiter, sed mortaliter peccant, ergo per lignum fęnū &c. non sunt venialia peccata intelligenda &c. ¶ In oppositum est tex. præsentis literæ, qui est beati Au. ¶ Respondeo dicendum ꝙ conuenienter per lignum fęnum, & stipulam hic designantur metaphorice peccata. Ista concusio probatur sic, & declaratur. Venialia charitati adiuncta possunt per aliquam pœnam consumi; ergo conuenienter secundum metaphorā significantur illis, quæ per ignem consumuntur, & quia quanto aliquod peccatū est grauius, tanto difficilius purgatur. In peccatis autem venialibus inuenitur alterū altero grauius. Ideo conuenienter diuersitas significatur per diuersitatem eorum, quæ facilius, & tardius consumuntur ab igne, & quia perfectio cuiuslibet quantitatis ternario comprehenditur propter principium, mediū & finē. Ideo triplex in litera ponitur, qa quædā sunt grauissima in genere venialium, & difficile purgabilia, & hęc per lignum significantur, quædam minima, quę per stipulam, quędam media, quę per fęnum significantur. Concordat dominus Albertus magnus, & Dominus Bonauentura qui in. 4. di. 21. ita dicit Apostolus loquitur de venialibus, inquantū sunt cremabilia. Cremabile autem, quod pręstat pabulum, & consumitur ab igne est in triplici differentia, quoddā. n. est, ꝙ durat diutius, quoddam quod citissime consumitur; quoddam medio modo. Primo modo dicitur lignum Secundo modo dicitur stipula, & tertium fęnum, quod tenet medinm inter vtrumque extremum, hęc ille. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est, ad primam respondetur iuxta Albertum, magnum quod in spirituali ædificio in quo est fides, quæ facit in nobis subsistere res sperandas, eo quod ipsa est prima accedentibus ad deum, sed in summo concludens est charitas, quę est vinculum perfectionis. Parietes erigens est spes se ad eterna protendens. Cardinales autem sunt materia: quæ

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Opponit & respon.

Albertus magnus. Bonauent.

Ad primū arg.

ria:quæ dant substantiam ædificiorū;hoc notato,dicendū est
S.Thom. 7 secundum eum; & secundum sanctum Thom.† quod venia lia non dicuntur superædificari sic super fundamētum,quod dicitur fides,quasi ex ipso fundamento stabilitatem sumant, sed aliquid dicitur super fundamentum poni tripliciter. Vno modo directo situ,quod supra fundamentum firmatur,& sic solum bona opera supra fidem formata, quæ fundamentum dicitur superędificantur. Alio modo dicitur esse super, quod
Psal.136.a est iuxta,sicut patet in Psal.* super flumina babilonis,&c.&dicitur sic,quod Parisius est supra Sequenam. Roma supra Tyberim.i.iuxta. Et hoc modo venialia ædificantur supra.i.iuxta,quia fundamentum non deserunt,sed simul cū fundamento sunt. Alio modo dicitur esse supra,quod est,post Eze.vltimo.super terminum Azer.i.post,vt gl.dicit,& sic etiam mortalia possunt dici superędificari.i.post,quę fundamentum de-
Ad secūdū Albertus magnus. struunt.¶Ad secundam respōdetur iuxta Albertum magnū, quod peccatum veniale non secundum diuersitates suarū specierum significatur his tribus,sed potius ꝯm suam quantitatem,quæ communicatur ad oēm spēm venialis ꝯm diuersitatem actus,& radicabilitatis,& adhærentiæ, à quibus procedit,dicit.n.philosophus,quod oīum extremorum determinatorum ꝯm quātitatē determinatam est mediū, vnde cum in sit veniale maximæ adhærētiæ,quæ pōt esse circa Deū, & minimæ,quæuis sensus est etiam veniale adhærentiæ mediæ.Et ideo tripliciter tm̄ quantitas venialis significatur, & hoc metaphoricè,sicut signatur esse diuersitas in diuersitate effect⁹: diuturnitas.n.manendi in igne ostendit quantitatem adherentiæ venialis.Constat autem ꝙ inter cremabilia, consumptibilia diutius manet in igne lignū,& minime stipula illa est sicca,& debilis,& cremabilis valde:medio modo fœnū.Et ideo per ista tria venialium diuersitas conuenientissime designa-
Ad tertiū. tur.¶Ad tertiam respōdetur iuxta S.Tho.& dominū Alber. quod in sacra scriptura præter sensum principalem, quē author intendit,possunt alij non incongrue adaptari,& sic Hier.
Exponit literam. per adaptationē quādā loquitur,& non ꝯm intentionē literalem Apostoli.Sequitur in litera.[vnde Au. in homel.i.sermone populari. vnde homelia dicitur ab omos,& laos quod est populus.s.os:siue sermo oris ad populum:Arch.[Apostoli].1. ad Cor.3.[si quis super hoc fundamentum]falsa securitate decipiuntur,dū credūt.s.authoritatē illam posse intelligi de peccatis mortalibus,quod falsum est,qm̄ post hāc vitam, qui in peccato mortali discedunt non ad purgatorium ignem vadūt de quo Apostolus loquitur,sed ad infernalē audituri illam irreuocabilem sententiam.Matth.25.Ite maledicti in igne ęternum,qui paratus est:&c.[Intellectus corrigendus est]quia erroneus est.Et ideo sequitur[quia ipsi se seducunt, qui sic sibi blandiuntur.]de hac falsa securitate. [In illo.n.igne transitorio].i.temporali,quia vt dicitur.ꝫ.e.di.c.qui in aliud. non est æternus[non capitalia].i.mortalia non capiuntur hic capitalia stricte,prout dicuntur ea mortalia capitalia. ex quibus alia oriuntur,quæ nec capitalia dicuntur hic, quæ inducunt decapitationem,siue depositionem,vel exilium,vel intrusionē carceris,quā interpretationem facit Arc. sed large pro quolibet peccato mortali,quo aufertur vita gloriæ,& quo ꝓprie offenditur caput nostrum Christus, & quo quis capitalem sententiam incurrit scilicet mortē æternam,sicut patet etiam ex illis,quæ enumerat esse crimina capitalia, vocat, ergo peccata mortalia maiora, cuiusmodi sunt omnia mortalia respectu venialium,de quibus subiūgitur[sed minuta.i.venialia, peccata purgantur[de quibus,& si non.]hic enumerat crimina-
a¶ Ignorātia iuris.ad de vidēdū Pe.de An. in.c.ex parte.el.1.nu. 8. de cōfes. 8 lia capitalia largo modo.[Aliqua.tar.†ꝙ ignorantia iuris[a] ne a minē excusat.d.16.ꝙ dicitis[ne desperatione]qa forte si oīa, vel multa mortalia enumeraremus,aliquem in desperationē, inducere possemus. Hu. enumerat aūt decem peccata mortalia.s.Sacrilegium.Homicidiū.Adulterium.Fornicatio.Falsum testimonium.Superbia.Inuidia.Rapina.Furtum.Auaritia, & si longo tēpore teneatur iracundia; & ebrietas, si assidua sit. Sequitur de pœna peccatorum mortalium.ꝫ.quicunq; aliqđ de istis peccatis,&c. [æterna illū flamma sine vllo remedio.] Circa hanc partem pro pleniori intelligentia quęruntur duo. Primo,vtrum diuturnitas peccati inducat mortale. Secundum est,vtrum conuenienter pœna æterna debeatur peccato mortali.

Primū ar. 9 **Ad primum.** Sic proceditur.†Et videtur,ꝙ diuturnitas peccati inducat mortale ex litera præsentis tex.vbi ait Augu.ꝙ iracundia,si longo tempore teneatur,& ebrietas, si assidua sit in numero peccatorū mortalium computantur.Cum ergo iracundia vniuersaliter non sit peccatum mortale,nec ebrietas.Nam si essent,non oporteret addere illam conditionem,vt diceretur de longitudine tēporis,aut assiduitate,ergo videtur, quod diuturnitas peccati inducit,vel efficit mortale.¶In oppositum arguitur.Albedo Opponit contrariū. magis,vel minus durans, non diuersificat speciem, similiter Respōdet. est in alijs accidentibus, ergo diuturnitas peccati non efficit mortale.¶Respondeo iuxta magistrū Alexandrum de Halis in secundo,ꝙ diuturnitas, siue assiduitas ratione sui, non inducit mortale peccatum. Ista conclusio potest sic probari Prima conclusio. iuxta S.Thom.in secunda secundæ.q.150.quæ assiduitas importat circunstantiam, quæ non trahit in aliam speciem peccati,& si nō pōt infinitū aggrauare : vt de veniali faciat mortale.¶Secunda cōclusio Alexandri est.Assiduitas pōt dici ꝙ faciat peccatum mortale ratione eius, quod rō, cum habeat sufficiens tēpus deliberationis, tenetur reprimere motus ve Secūda cōclusio. niales,ne procedat regimē peccati siue dominium. Et ideo dicit Aug. in litera quicunq; aliquid de istis peccatis in se dominari cognouerit,&c. Concordat S.Thom. vbi supra dicens. Diuturnitas facit ebrietatem esse peccatū mortale,non pro- S. Thom. pter solam iterationē actus;sed quia non pōt esse,ꝙ homo assidue inebrietur,qm̄ sciens,& volens ebrietatem incurrat,dū multoties experitur fortitudinem vini, & suā habilitatem, ad ebrietatē,hæc S.Thom.¶Ad rationem in oppositum patet responsio ex dictis iam sancti Thom. respondetur iuxta Alexandrum de Halis,ꝙ iracundia, aut ebrietas non pro lon Ad argūm. go tempore,aut assiduitate computatur mortale peccatū,sed ꝑ manifestum datur intelligi occultum.s.ipse contemptus rationis,quæ est in vita inueterata, & in ebrietate assidua.Et eodem modo intelligendum est in consimilibus. Et ideo dicit Apostolus ad Ephe.Sol non occidat super iracundiam vestram. Sanctus vero Tho. Eph.6. dicit in secunda secundę ira tūc est peccatum mortale,cum ex vehementia iræ aliquis excidat à dilectione Dei,& proximi.

10 **Ad secundum.** Sic proceditur. Et est responsum dist.1.de pœ.circa.§.quod autem omni peccanti.†Cæterum notandū est,quod omnia alia peccata mortalia enumerat.Raymūdus in summa sua.Vnde quęrens,quæ dicantur peccata mortalia, ita dicit:circa hoc notare potes peccata esse omnes transgresiones decalogi. Item quædam; quæ enumerātur ab Apostolo ad Ro.1.s.idolatria, quæ dicitur idolorum cultura,siue seruitus:vt dicit Isidorus 8.Etymo.vitium contra naturam;huiusmodi dicitur oīs cōmistionis modus;ex quo generatio sequi non potest vt dicitur sanctus Tho.super eandē epistolam Pauli[iniquitas] cuiusmodi est omne peccatum mortale.1.Io.3.Omne peccatū est iniquitas,sicut enim omnis virtus in proximum exequitur præceptum legis diuinæ,habet rationem iustitiæ. Ita etiā omne peccatum inquantum à regula legis diuinæ discordat habet rationem iniquitatis[malitia] quæ est habitus vitiosus virtuti oppositus;vt dicit sanctus. Thom.in gl.vnde ex mali S.Thom. Psal.51.a tia peccare dicuntur; qui ex habitu peccant:Psal.* quid gloriaris in malitia [Fornicatio]quæ dicitur ꝑut dicit sanctus Th. omnis illicitus concubitus.Thobiæ.4.Attende tibi ab omni fornicatione[Auaritia] quæ dicitur oīs immoderatus appetitus habendi.[Nequitia] quæ vt dicit glo.est temeritas; qua quis audet quod nequit implere quod maxime conuenit, vt dicit Sanctus. Thom. circa nocumentum proximorum quibus non potest aliquando aliquis pro voto nocere[In-
11 uidia] quæ est dolor de alieno bono † inuidus enim dicitur qui alterius felicitate torquetur. vt dicit gloss.[Homicidia] pluraliter dicit inquit gloss. quia sunt homicidia actus; & voluntatis [Contentio]quæ est vt dicit gloss. impugnatio veritatis per confidentiam clamoris [Dolus] qui dicitur cum aliud simulatur,& aliud agitur,vt dicit gl.[Malignitas.] quæ importat malum in genere, vt dicit sanctus Thom.in Psal.27.a est malum effectum in corde secundum illud Psal.* loquuntur pacem cum proximo suo,mala autem in cor eorum; vñ de gloss.inquit malignitas est mala voluntas; cum vltra non potest;vel de beneficiis ratione gratiam non referre [susurratio]quæ ut dicit gloss.est inter amicos discordias occulte seminare[Detractio]quæ est;vt dicit gloss.aliorum bona negare;vel minuere;vel vt dicit sanctus Thom. malum de aliquo occulte dicere [Contumelia] quæ est iuxta gloss.dictis; vel factis contumelias; & turpia in faciem alicuius inferre. [Superbia.] quæ vt dicit August. decimoquarto de ciuitate Dei est peruersæ celsitudinis appetitus. [Elatio] quæ vt dicit gloss.est non pati priorem,vel parem. Elatus enim dicitur; qui super alios effertur [Inuentio

maiorum] quę dicitur nouitatum pręsumptio [Inobedientia] quæ est qua quis non vult parere præceptis superiorum [Insipientia], quæ est, vt dicit gl. non discernere inter bonum, & malum [Incompositio] quæ dicitur inordinatus amictus corporis in habitu, & in incessu. Nam vt dicit gl. compositio corporis iudicat qualitatem mentis, consequenter adiungit eos, qui sunt sine affectione. i. sine dilectione Dei, & ꝓximi. [sine fœdere] id est, societate, sicut sunt illi qui alijs socialiter non conueniunt. [Sine misericordia] scilicet compassionis, respectu miserorum cōtra quos dicitur Iaco. secun. iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam de omnibus, subinugit Apostolus, qui talia agunt digni sunt morte ad

Ad gal. 5. d. Rom. primo. Stipendia peccati mors. Item in epistola ad Gal. manifestat aliqua peccata mortalia enumerās ait. * Manifesta sunt opera carnis. [Fornicatio] quæ dicitur opus luxuriæ, vt dicit glo. [immundicia] quæ iuxta gl. nominat vitium contra naturam [Impudicitia]. i. non publice viuere. [Luxuria] quæ dicitur hic, vt ait gl. quælibet superfluitas. [Idolorum seruitus] quæ est cultura Demoniorum. [veneficia.] quæ fiunt per

12 artes magicas: † & dicuntur veneficia à veneno, quia fiunt in nocumentum hominum, vt dicit S. Tho. [Inimicitiæ]. i. odia inueterata. [Cōtentiones] in verbis [Aemulationes] in factis; [Iræ.] Ira iuxta glo. dicitur subita tempestas animi in affectu nocendi [rixe] in effectu quando se adinuicē percutiunt [Dissentiones] quando aliqui partes faciunt in ecclesia vt scismatici [sectæ]. i. hæreses [inuidiæ] de alienis bonis [Homicidia. Ebrietates.] s. assiduæ [Comessationes] superfluæ, & his similia, quæ nunc prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequuntur. Sed circa hoc occur-

Primū ar. 13 rit quæstio. ¶ Vtrum sit verum † ꝙ omnia ista vitia nominata hic sint peccata mortalia, quod non videtur, quia multa enumerantur inter ista, quæ non videntur peccata mortalia, vt Ira. Cōtentio, Aemulatio, & Comessatio, & huiusmodi: ¶ In

Opponit i contrariū. oppositum arguitur ex dicto Apostoli dicentis, quoniam, ꝙ talia agunt, regnum dei non possidebunt. Nullus aūt excluditur à regno, nisi pro peccato mortali. ¶ Respondeo iuxta

Respōdet. sanctus Thom. super epistolam ad Galath. in hoc loco, quod omnia hic enumerata sunt aliquo modo mortalia, sed quædam quidem secundum genus suum, vt scilicet. Homicidium. Fornicatio Idolorum seruitus, & huiusmodi, quędam vero secundum suam consummationem, sicut ira, cuius consummatio est nocumentum proximi, vnde si accedit consensus de ipso nocumento est, peccatum mortale. Et similiter comessio ordinatur ad delectationē cibi. Sed si in hmōi delectationibus ponat quis finem suū, peccat mortaliter. Et ideo non dicit commestiones sed commessationes. Et similiter est intelligendum de alijs similibus. Et per hoc pa-

Exponit literam. tet respōsio ad obiectaSequitur in litera. ¶ [Sed æterna cū flāma, sine nullo remedio]. i. spe liberationis, quia ab illa pœna

14 nullus liberatur. Luc. 16. de diuite epulone. [quæ aut sunt] † iā consequenter ostendit, quæ sint minima peccata, & ponit. 14. primum [plus loqui, quam oportet delictis intelligitur, de quibus etiam non debet haberi sermo inutiliter, vel supfluè, vel cum nō decet. vt di. 43. sit rector. &. 22. q. 5. quoties. Hu. secundum [plus tacet] hoc verum est, qua ad subditos, vel nō

15 prælatos. † Nā in prælatis taciturnitas est pc̄tm̄ mortale vnde dicuntur canes non valentes latrare 43. di. sit rector. &. 40 di. si Papa tertium [importune petētem exasperat] tunc eleemosyna non valet ad vitam æternam. 45. di. duo Hug. quartū [ieiunantibus] intellige secundum glo. de diebus, in quibus non inducta ieiunia ab eclesia, quia in talibus prandere notabiliter ante tempus, sine causa peccaret mortaliter, sed de ieiunijs voluntate assumptis, vel pōt intelligi de ieiunio particulari in aliquo loco, vel collegio instituto, ꝙ nō obseruare est pc̄tm̄ veniale, quia scandalum generaret inter fratres. Hug. quintū est. [aut tardius ad ecclesiam ipsum, pigritia] non est pc̄tm̄. s. tarditas & negligētia. vt. 13. q. 2. qui oblationes. &. 16. q. 1. decimæ. Sextum [quoties excepto filiorum desyderio, vxorem suam cognouerit] etiam si propter solam delectationem cognoscat, dum tamen delectatio quæratur infra limites matrimonij, vt inquit. S. Th. in. 4. dist. 31. in fine. Septimū est, quotiens in carcere posito &c. q. 8. si discordes, &c. [hoc verū] est in subditis, sed in p̄latis, qui tenentur desidentes ad cōcordiam reducere, mortale videtur. 90. di. præcipimus. Nonum [si exasperauerit] moderata debet esset castigatio, vnde Apostolus. Nolite ducere filios vestros ad amaritudinem. Deci-

S. thom. mum est. [Si amplius fuerit blanditus adulari noluerit.] Dicit. n. S. Thom. in secunda secundæ quando quis sola auiditate delectandi alios, vel etiam ad euitandum aliquod malū, vel consequendum aliquid in necessitate, adulatus fuerit nō est contra charitatem. Vnde nō est peccatum mortale, sed venia

16 le. Concordat Alexander de Halis in secundo dicens. † Adulatio aliquando est mortale, aliquādo veniale, distinguitur. n. Aldxander de Halis. cum sit multiplex genus adulationis. Vnū est, cum dicit malum bonum, fouendo peccatorē in peccatis, & hoc est mortale. In alijs vero distinguitur, Aut fit intentione vt alij prosit & nulli obsit, & tunc veniale est. Si autem intentione nocendi alteri, licet alteri prosit, mortale dicitur: videtur. n. fieri ex libidine mortale. Si autem nec prodest, nec obest, sed contemptum Dei generat, propter assiduitatē mortale dicitur, hęc ille. Sed de ista, & de multis, quæ tanguntur hic alias erit plenior discussio in illis particularibus locis, vnde in. ca. clericis. di. 46. aliquid dicetur de adulatione, quia ibi, sicut hic gl. tangit, innuitur, quod sit peccatum mortale. Vndecimum est [si pauperibus.] Quidam dicūt, quod ista dictio, & sequens sunt ablatiui absoluti, & tunc expone. [parauerint]. s. sibi. Et ista litera magis videtur concordare cū originali Aug. quia Gratianus non semper sequitur formaliter literā Augustini, & hoc non conuenit, vt de conse. dis. 5. quinque. Alij legunt literam istam, vt dictio pauperibus sit datiui casus, & hoc est rationa

a bile, vt pauperibus delitiosa a nimiū atque sumptuosa nō parentur, & hoc multis de causis. Tum, quia inde pauperes prouocant ad libidinē, & excitant irritamēta gulæ, vt de cōl. d. 5. quinque. Tum, quia, sicut infamatur diues, si vtitur vilibus, vt. 41. di. non cogantur. sic infamantur pauperes, si vtantur delitiosis. Tū quia expēditur in delitioso cibo, sic pro vno paupere, sufficeret pro duobus, aut tribus, vel pluribus. Scriptū est. n. dispersit, dedit pauperibus. Istud tamen intelligendum, est si pauperes essent fortes, quia si essent infirmi, non esset peccatum præparare eis delicata cibaria. Duodecimum [fabulis otiosis] in rebus licitis, sine vtilitate, & causa prolatis, siue recitatis. Hu. [ratio]. i. pęna subeunda, nisi hic per pœnitentiā. Hu. [in die iudicij]. i. in tempore post mortem, vsque ad iudicium vltimum, dicitur. n. iudicij totum tempus à morte, vsque ad iudicium, quia totum illud tempus est, quasi præparatio ad iudicium. Decimumtertium est [incaute, & indiscrete] non adhibita omni cautela debita, & incaute. s. ex leuitate quadam [iurauimus]; & cum per hoc aliquam necessitatem adimplere non possumus [periuremus] dicit hic gl. hoc intelligendum est. Quis i. cando iurat, vbi videtur dicere, quod Contra gl.

18 iuramentum iocose præstitum non illaqueat ad mortale; † sed hoc non videtur verum. Nam vt dicit S. Tho. in secunda secundæ. q. 98. arg. 3. ad secundum ille qui ioco periurat non euitat diuinam reuerentiam, sed quantum ad aliquid magis

19 audet, & ideo nō excusatur à peccato mortali. † Ille autem, qui ex lapsu linguæ falsum iurat, si quidem aduertat se iurare, & falsum esse, quod iurat, nō excusatur à peccato mortali, sicut nec à Dei contemptu. Si autem hoc non aduertat, non videtur habere intentionem iurandi, & ideo à crimine periurii, excusatus est, hęc S. Tho. oportet ergo aliter intelligere Aug. in hoc loco, quam loquatur gl. vnde dicendum est, quod loquitur gl. vnde dicendum est, ꝙ loquitur de iuramento promissorio incaute, & iocose emisso, quod propter necessitatē occurrentem implere non possumus, sicut si iurasset incaute & quasi iocose, quod tibi dabo cras hanc, vel illam rem, & nō propter necessitatem implere nō possem, & hoc non est peccatum mortale, sed ponitur inter venialia. Decimum quartum est [quando cum omni facilitate, & temeritate maledicimus.] male dixit facilitate. i. leui motu, vel ex ludo. bene dicit, & temeritate. i. surreptione, quia cum quis scit talia verba maledictionis vel improperando, vel in optando profert, nō S. Thom. peccat mortaliter, sed venialiter, vt hic. Et dicit S. Tho. in secunda secundæ. alias est mortale. Et adhoc inducit. Augu. authoritatem Apostoli cum ait. quoniam hoc ad subintellectum refertur, quasi diceret bene dixit ex facilitate, vel temeritate. quia si ex odio, vel indignatione, esset mortale, quoniā scriptum est. 1. ad Corin. 6 maledicti ex odio, & liuore regnū Dei non possidebunt, vt distinctione. 46. clericus qui. &. 24. cum sancti.

a ¶ Delitiose. cibi deli ca ꝗ sunt ꝑmissi personis delicatis gl. & Ab. in. c. cū instantia, de censi.

2 *Culpa mortalis non potest post hanc vitam de lege communi remitti.*

3 *Culpa venialis potest post hanc vitam remitti in purgatorio.*


4 *Reatus omnis pœnæ veniali, & mortali peccato debitę remittitur in purgatorio.*

5 *Peccata venialia non mutant statum hominis, & nu. 16.*

8 Volunta-

8 *Voluntarium aliquid dicitur dupliciter.*
9 *Pœna purgatorij est voluntaria.*
11 *Purgatio animarum in purgatorio non fit ministerio demoniorum.*
12 *Pœna purgatorij non infligitur ministerio bonorum angelorum.*
14 *Pœna debita peccato veniali hic dimisso non potest expiari in inferno.*
Et quid de debita peccato mortali aut veniali etiam hic dimissio, quantum ad culpam remanente reatu. nu. 15.
17 *Peccandi triplex sumitur modus.*
18 *Sermo otiosus etiam assiduus non est peccatum mortale.*

Continuatio.



QValis hic quisque Quia mẽtio facta est de peccatis mortalib. & venialibus: & de pœna eorũ, nunc magister Gratianus ad pleniorem doctrinam inducit hoc dictum beati Gregorij, vbi ostendit, quod peccata in alia vita relaxari possunt, quia venialia, quæ. s. nõ sunt mortalia. Breue est, pro pleniori intelligentia quærenda veniunt quinque.

1 ¶ Primum est, vtrum post hanc vitam aliqua peccata remittatur.
6 ¶ Secundum est, vtrum à pœna purgatorij vnus liberetur citius alio.
7 ¶ Tertium est, vtrum pœna illa purgatoria sit volũtaria his, qui in ea purgantur siue puniuntur.
10 ¶ Quartum, vtrum animæ, quæ purgantur in purgatorio puniantur per Demones.
13 ¶ Quintum est, vtrum veniale peccatum adiunctum mortali in damnatis puniatur pœna æterna, vel temporali.

Primũ ar. 1 Ad primum. Sic pceditur. Et videtur, quod post hanc vitam nulla peccata remittãtur quantum ad culpam. Primo sic ex textu præsentis literæ, vbi ait Gregorius, qualis hinc quis discedit, talis in iudicio futurus est, quia lignum, vbi ceciderit, ibi erit. ecclesiastic. vndecimo: ergo, si aliquis exeat ex hac vita cum culpa veniali, Secũdum ar. aut mortali; cum culpa tali erit in iudicio, & per consequens in purgatorio non expiabitur. ¶ Secundo sic, super illud primo Io. q. est peccatum ad mortem. Dicit gl. quod Tertiũ ar. in hac vita non corrigitur, frustra post mortem eius venia postulatur, quod nulla post mortem culpa purgatur. ¶ Tertio sic, facilius est peccare, quam resurgere à peccato, sed existentes in purgatorio nõ possunt peccare, ergo nec possunt à peccato resurgere, & fortiori ratione nec illi, q sunt in inferno. Quartũ ar. ¶ Quarto sic, Culpa actualis non deletur nisi per contritionẽ sed post hanc vitam non erit contritio, quæ est actus meritorius, quia tunc non erit meritum, nec demeritum, cum secundum Damasce. hoc fit hominibus mors, quod angelis Quintũ ar. casus, ergo post hanc vitam non deletur aliqua culpa, & per cõsequens etiã nec in purgatorio venialis. ¶ Quinto sic, Veniale oritur ex fomite, fomes aũt est cioũcti, nõ aĩe ſm se, ergo & veniale, ergo soluto fomite, soluitur & veniale, sed fomes Oppositũ contrariũ. soluitur in morte; ergo & veniale, ergo nõ expiatur post hãc vitã. ¶ In oppositũ est tex. præsentis. c. in quo beatus Greg. ex Secũda op. presse ponit culpas veniales expiari post hanc vitam. ¶ Secundo est beatus Au. in. c. præcedenti exponens illud. 1. ad corin. Respõdet. Prima conclusio. 3. Si quis ædificat lignum fænum, & stipulam. ¶ Respondeo 2 dicendum sub tribus conclusionibus. Prima conclusio est. † Culpa mortalis non põt post hanc vitam de lege communi remitti. Ista conclusio probatur sic, quod est angelis casus, est hominibus mors, vnde sicut peccatum angeli fuit irremediabile, sic peccatum mortale hominis post mortem. Et hoc est peccatum ad mortem, p ro quo prohibet Io. orare. ¶ Secũdo sic, iuxta dominum Durandum. Voluntas in malo obsti- Durandus. nata non potest in actu suo reordinari, ita vt bonum velit, & bene, sed voluntas discedentis in peccato mortali est in malo obstinata, tã in hominibus, quam in angelis, vt communiter dicunt doc. ergo non potest reordinari, ita vt velint bonũ, Secũda cõclusio. & bene, sed aliter non dimittitur peccatum, quo ad culpam nisi quia voluntas reordinatur, ergo, & c. ¶ Secunda conclusio 3 † Culpa venialis potest post hãc vitam remitti in purgatorio. Ista conclusio probatur sic. Primo authoritate beati Aug lib. de vera pœnitentia dicentis, quod quædam culpæ leues in futuro remittuntur, nec potest intelligi, quo ad pœnam, quia sic Albertus magnus. omnes culpę quantumcunque graues per ignem purgatoriũ expiantur, ergo venialis, quantum ad culpam purgantur per ignem purgatorium. ¶ Secundo ratione probatur sic iuxta Albertum magnum. Ponatur casus, quod aliquis sit existens in gratia, habens tamen culpas veniales, sic in vltimo instanti & moriatur cum voluntate venialium, non dolens de ipsis: constat, quia ipse saluabitur, quia est in gratia, & venialia non auferunt gratiam. Constat idem, quod peccatum manens in voluntate, non remittitur, ergo videtur, quod necesse sit, q post mortem remittatur. Si forte dicas, quod conuertitur in mortale propter voluntatem iterandi, hoc ridiculum est, quod propter hoc verbum otiosum conuertatur in mortale, quia voluntatem habuit reiterandi. ¶ secundo sic, iuxta dominũ Durandus. Durandum. Ad dimissionem culpæ venialis sufficit reordinatio voluntatis per debitam displicẽtiam, sed hanc possunt habere existentes in purgatorio, cum nõ sint obstinati in malo; sed sint in charitate, nec sint totaliter in termino, sed circa; ergo in eis potest remitti peccatum veniale, quo ad culpam. Est autem circa hoc notandum, quod quibusdam visum fuit, quod etiam peccatum veniale non remitteretur, quo ad culpam post hanc vitam, & huius opinionis videtur esse Hu. quẽ etiã videtur sequi Arch. dicit enim, quod proprie, & vere nullum peccatum dimittitur in purgatorio, sed dicitur dimitti, quia eo punito qui licet misericorditer, statim transit ad gloriam, & sic in purgatorio peccatum dimittitur. i. punitur sufficienter. ita quod eius papa habet finem, hæc ille. Sed isti non dicũt Cõtra Hu: & Archi. bene, quia si peccatum veniale non remittitur, quo ad culpã, sed quo ad pœnam tantum, tunc nõ esset differentia inter venialia, & mortalia, quæ in hac vita remissa sunt, quo ad culpã, quia pœna illis mortalibus debita soluitur etiam in purgatorio, sicut etiã debita venialibus: vnde ista opinio omnino est irrationabilis. Et ideo dicendum est iuxta conclusionem positam cum sanctis dicentibus contrarium, videlicet quod culpa venialis in eo, qui cum gratia discedit post hanc vitam dimittitur per ignem purgatorium, quia pœna illa aliqualiter voluntaria virtute gratiæ habebit vim expiandi culpam omnem, quæ simul cum gratia stare potest. Sed contra hanc sententiam, qui oppositæ sunt opinionis arguunt sic, quia aut in fine vitæ pœnitet hominem de peccato veniali, aut non, si pęnitet, culpa remittitur ei, sed pœnam in purgatorio soluit. Si vero non penitet, peccat mortaliter, vnde dicunt, quia culpa venialis retardat à consecutione gloriæ, & post mortem, sic tempus perueniendi ad gloriam, qui de culpa veniali tunc nõ pœnitet, videtur diligere retardationem suæ gloriæ. Hoc aũt Durandus. videtur esse contra charitatem, quia summe debemus velle frui deo. ergo tunc peccat mortaliter: sed istud non valet, vt arguit Durandus, quia conuenit aliquem existentem in charitate cum multis venialibus obdormire, & obdormiendo mori. In tali autem pęnitente de veniali nullum nouum peccatũ est, cum pro tunc non sit in potestate eius pęnitere, ergo aut talis damnabitur, cum sit in charitate, nec saluabitur, nisi dimissa culpa veniali, quam secum portauit, ergo necesse est, q culpa venialis post hanc vitam remitti possit. Nec ratio eorũ cogit, quia qui in fine non pœnitet de peccato veniali, aut de eo non recolit, aut si de Deo recolat, non oportet, quod peccet mortaliter. Et ad probationem, cum dicitur, quod talis videtur velle retardationem gloriæ suæ. Respondet Durandus quod hoc nõ est verum, quia est, si dilatio gloriæ sequatur ad commissionem peccati venialis, non tamen oportet, quod sit volita vel cogitata. Item nec propter hoc gloria differtur, quia in purgatorio simul cum solutione pęne potest culpa dimitti. Et ita tantum retardat sola pœna, quantum pœna, & culpa simul. Vel dicendum secundum dominum Petrum Petrus de palude. de palude in quarto, quod si non vult pœnitere de veniali in morte, non oportet propter hoc, quod peccet mortaliter. Non enim plus tenetur homo peccatum expiare; quam vitare veniale, sed existens sine mortali, non tenetur necessario vitare peccatum veniale, ergo nec expiare hoc, vel illo modo. Et cum dicitur quod vult retardationem gloriæ, dicit Pe. de palude; quod nec ex hoc sequitur; quia velle retardationem gloriæ non est de se mortale: cum velle ad tempus separari ab amico, non sit contra amicitiam; vnde velle longam vitam etiam, si homo aduertat; quod propter hoc retardatur à vita beata; non est propter hoc mortale. Non enim omnis charitas cupit dissolui propter maius meritum, sed etiam, quia nõ vult spoliari, naturaliter enim refugit mortem, sed velle perpetuari in hac vita, non est sine mortali, velle autem prolongari propter delitias. non est sine veniali, hæc ille. ¶ Tertia cõ- 4 clusio. † In purgatorio remittitur omnis reatus pœnæ veniali, & mortali peccato debitæ. Probatur ista conclusio sic. Pœ- Tertia cõclusio. na purgatorij est grauior, quam pœna quælibet huius mundi quam

vt dicit Aug. & habetur. j. ca. ſed per pœnam ſatisfactoriam, quam aliquis in iſta vita ſuſtinet expiatur à debito pœnę; ergo multo fortius per pęnam purgatorij. ¶ Secundo ſic. Quicunque eſt debitor alicuius pęnæ per hoc à debito abſoluitur quod debitum ſoluit, ſed reatus nihil aliud eſt, quam debitum pœnæ, ergo per hoc, quod aliquis pœnam ſuſtinet, quantum debeat à reatu abſoluitur, ergo pœna purgatorij à reatu purgat: vbi notandum eſt iuxta Richardum de de media villa in quarto, quod animarum decedentium à corporibus in charitate quædam in hac vita totam pœnam ſibi debitam exoluerunt, & tales, cum non habeant aliquid purgandum non puniuntur in purgatorio, ſed à corporibus ſeparatæ immediate admittuntur ad vitę ęternę fruitionem. Alię ſunt, quę totam pœnam ſibi debitam non expleuerunt, & tales puniri poſt hanc vitam conſonum eſt diuinæ iuſtitiæ, nõ tamen ęterna pœna, ſed purgatoria. Ex quo. n. cum charitate decedunt, eas æternaliter puniri non eſt conſonum diuinæ iuſtitiæ, quia dignæ ſunt vita æterna, & quia adhuc ad aliquam pœnam ſunt obligatæ diuinæ iuſtitiæ, conſonum eſt, vt prius eam ſuſtineant, quam gaudium vitæ æternę recipiant, cum. il lo. n. gaudio non poteſt ſtare obligatio ad aliquam pœnam. Ab hac, ergo obligatione purgat ſiue liberat ignis purgatorius. ¶ His habitis, dicendum eſt ad rationes in oppoſitum.

[margin: Richardus de media villa.]

[margin: Ad primũ argu.] Ad primam reſpondetur dupliciter. Primo iuxta dominum Bonauenturam quod dictum Greg. ſecũdum quod ipſemet excepit illa, & etiam exponit literam Hugon. & Archidiaco. Secundo reſpondetur iuxta Sanctus. Thom. & dominum Durandum, & quaſi eſt idem, quod dictum Gregorij intelligendum eſt de æqualitate, in qua conſiſtit ſtatus, quæ non mutatur, niſi mutetur ſtatus & talis eſt gratia, vel culpa mortalis, qualis enim quis exit de corpore, talis in iudicio apparebit ſecundum has qualitates. Non autem eſt intel-
5 ligendum de ea, quę non mutat ſtatum, vt eſt culpa venialis; † venialia enim non mutant ſtatum hominis, quia nec tollũt nec diminuunt charitatem ſecundum quã menſuratur quãtitas gratuitæ bonitatis animæ. Et ideo per hoc, quod venialia dimittuntur, vel committuntur talis manet anima, qualis prius.

[margin: Ad ſecũdũ.] ¶ Ad ſecundam reſpondetur, ꝙ glo. loquitur de peccato mortali. Vel dicendum, quod quamuis in hac vita non corrigatur in ſe, corrigitur tamen in merito, quia hic homo meruit vt ibi illa pœna ſit meritoria ſibi, & ad oſtendendum veniam.

[margin: Ad tertiũ.] ¶ Ad tertiam reſpondetur iuxta dominum Bonauenturam, & dominum Durandum, quod aſſumptum illud facilius eſt peccare, quã à peccato reſurgere eſt verũ, quandiu liberũ arbitrium eſt flexibile ad vtrunque, ſed quando iam firmatũ eſt in bono, vt eſt in illis, qui iam ſunt in purgatorio, impoſſibile eſt peccare, ſed facile eſt peccatum deteſtari, cum hoc ſit bonum in qua deteſtatione conſiſtit ordinatio voluntatis, & dimiſsio peccati venialis, quo ad culpam.

[margin: Ad quartũ.] ¶ Ad quartam reſpondetur iuxta ſanctum Thom. negando minorẽ. Dicimus enim, quod poſt hãc vitam non poteſt eſſe meritum reſpectu præmij eſſentialis, ſed reſpectu accidentalis alicuius poteſt eſſe quãdiu manet homo in ſtatu viæ aliquo modo. Et ideo in purgatorio poteſt eſſe actus meritorius quantum ad remiſſionem culpe venialis.

[margin: Ad quintũ.] ¶ Ad quintam reſpondetur negando cõſequentiam, dicit. n. Bonauentura, quod licet ablato fomite, auferatur veniale quantum ad poteſtatem peccandi venialiter de futuro. non tamen oportet auferri veniale prius perpetratum, quia non omnis cauſa introducendi, eſt cauſa conſeruãdi, ſicut in multis exemplis patet, deſtructo enim cultello non poteſt infligi plaga, ſed cum cultellus deſtruitur nõ propter hoc oportet ſanari plãgã prius inflictam. Concor. Alb. per totum & ſanctus Thom.

6 Ad ſecundum ſic ꝓceditur. † Et videtur quod à pœna purgatorii vnus non liberetur citius quam alius.

[margin: Primũ ar.] Primo ſic. Quantumcunque merita ſint inęqualia tam in cœlo, quam in inferno, ſunt præmia, & ſupplicia ęqualiter durantia. Ergo pari ratione videtur, quod debeat eſſe in pœna purgatorij.

[margin: Secũm ar.] ¶ Secundo ſic, quanto grauior eſt culpa, & maior reatus tanto acerbior pœna imponitur in purgatorio. Sed quæ eſt proportio pœnę leuioris ad culpam leuiorem, ergo ita cito liberatur vnus à pæna illa, ſicut alius.

[margin: Opponit i contrariũ.] ¶ In oppoſitum eſt ſimilitudo Apoſtoli, qui ponit differentias venialium per lignum fœnum, & ſtipulam, ſed conſtat, ꝙ lignum diutius manet in igne, quam fænum, & ſtipula, ergo vnum peccatum veniale diutius punitur in purgatorio, quam aliud.

[margin: Reſpõdet.] ¶ Reſpondeo, dicendum eſt ſub iſta concluſione, qđ in igne purgatorij vnus citius liberatur, quam alius. Iſta concluſio eſt beati Augu. dicentis in Enchri. Poſt hanc vitam incredibile non eſt nonnullos fideles per ignem purgatoriũ, quanto magis, minus pereuntia dilexerunt tanto citius, tardiuſq; ſaluari. ¶ Secũdo ſic, iuxta ſanctum Thom. venialia quędam ſunt maioris adhærentię, quam alia, ſecundum quod affectus magis ad ea inclinatur, & fortius in eis figitur, ſed ea, q̃ ſunt maioris adhærentiæ tardius purgantur, ergo in purgatorio tantum alij cæteris diutius torquentur, ſecundum quod affectus eorum ad venialia fuerint magis immerſi. ¶ Tertio ſic, in foro pœnitentiæ reſpondet grauior pœna, non ſolũ quantum ad intentionem, ſed etiam quantum ad durationem, vt patet inſpicienti canones, in quibus pœnitentiæ taxantur, ſed iudicium eccleſiæ rectum conforme eſt iudicio diuino, ergo ſimiliter erit apud iudicium diuinum, quod qui grauius oſſẽdit, & diutius in culpa permanſit, pœna acerbiori punietur, & diuturniori.

[margin: Ad primũ argu.] ¶ Ad rationes in oppoſitum. Ad primam reſpondetur, negando conſequentiam, & ratio eſt, quia non eſt ſimile. Nam, vt inquit S. Tho. peccatum mortale, cui debetur ſupplicitũ æternũ, & charitas, cui debet pręmiũ paradiſi, poſt hãc vitam immobiliter radicantur in ſubiectũ. Et ideo, quantum ad damnatos, & ſaluatos eadem diuturnitas eſt vtrobique. Secus eſt in diſpoſitione peccati venialis propter quam animę puniunt in purgatorio, quia iſta nec eſt in eis inuiolabiliter radicata, nec æqualiter adhęret oĩbus. Et ideo à quibuſdam citius, quam ab aliis remouetur.

[margin: Ad ſecundũ] ¶ Ad ſecundum reſpondetur iuxta ſanctum Thom. negando conſequentiam. Et ratio eſt, quia acerbitas pœnę proprie reſpondet quantitati culpę. Sed diuturnitas reſpõdet radicationi culpæ in ſubiecto, vnde põt contingere, quod aliquis in purgatorio diutius moretur, qui minus affligitur, & econuerſo, hoc tamen videtur nobis intelligendum in eadem ſpecie peccati alias, vt arguit Richardus de media villa contingeret, quod quis minori peccato, in quo fuiſſet quis fortius, & diutius immerſus puniretur, quã pro maiore peccato, ac grauiori, quod non videtur rationabile. Quod autem purgatorius locus ſit dandus vide in. c. fuit diſtin. 7. de pœ. vbi de hoc loquuti ſumus.

[margin: Richardus de media villa.]

7 Ad tertium ſic proceditur. † Et videtur, quod pœna purgatorij ſit volũtaria.

[margin: Primũ ar.] Primo ſic: Exiſtentes in purgatorio rectũ cor habent, ſed vt dicit Ambroſius habens cor rectum conformat voluntatem ſuam diuinæ volũtati, ſed dominus vult eos purgare, ergo & ipſi ſe purgare volunt.

[margin: Secũm ar.] ¶ Secundo ſic. Omnis ſapiens vult illud ſiue quo finem ſequi non poteſt, ſed ſapiẽtes ſunt, qui ſunt in purgatorio, ergo videtur quod velint eſſe id, ſiue quo conſequi gloriam non poſſunt. Hæc autem eſt purgatio per pœnam, ergo purgari volunt per pœnam.

[margin: Tertiũ ar.] ¶ Tertio ſic. Infirmatus corporaliter ſecari vult. vt ſanetur. Cum ergo ſanitas ſpiritualis magis ſit eligenda, ergo quilibet exiſtẽtiũ in purgatorio vult vri ſi aliter curari non poteſt, ſed non poſſunt aliter curari ꝓpter ordinem diuinę iuſtitiæ: ergo volũt iſto modo purgari, vt dicitur. Si forte tu dicas (vt quidam antiquorũ dixerũt) quod tãtus eſt ſenſus doloris, vt collatio rõnis tota abſorbeat: & non poſſint cõferre, nec de vno nec de alio. Et ideo nec vnũ volũ nec aliud. Sed hoc falſum eſt contra dictum Gregorij in. 4. dialogorum, niſi. n. ſcirent ſe liberandos, ſuffragia non peterent, quod frequẽter fecerunt, vt Gregorius refert de multis.

[margin: Oppõnit i contrariũ.] ¶ In oppoſitum arguitur. Nullus petit liberari à pœna, quam voluntarie ſuſtinet. ſed illi, qui ſunt in purgatorio petũt liberari, ſicut patet per multa, quę in dialogo beati Gregorij narrantur, ergo non ſuſtinet illã pęnam voluntarie.

[margin: Reſpõdet.] ¶ Reſpondeo dicendum iuxta dominum Albertum, & ſanctum Thom. in. 4.
8 † aliquid dicitur voluntarium dupliciter. Vno modo volũtate abſoluta, & ſic nulla pœna eſt volũtaria, quia ex hoc rõ eſt pęnę quod volũtati contrariatur. Alio mõ dicitur aliqđ volũtarium voluntate conditionata, ſicut vſtio eſt voluntaria propter ſanitatẽ cõſequendam, & ſic aliqua pœna poteſt eſſe voluntaria dupliciter. Vno modo, quia per pœnam aliquid acqrimus, & ſic ipſa voluntas aſſumit pœnam aliquam, vt patet in ſatisfactione, vel illatam eam libenter accipit, & vellet eã non eſſe, ſicut accidit in martyrio. Alio mõ, quia quamuis per pœnam nullum bonum nobis accreſcat, tamen ſine pœna ad bonum peruenire non poſſumus, ſicut patet de morte naturali, & tunc volũtas non aſſumit pænã, & vellet ab ea liberari, ſed eam ſupportat, & quantum ad hoc voluntaria dicitur.
9 † Et ſic pœna purgatorij eſt volũtaria. Concordat dominus. Bonauentura, dicens. Aliqua pœna dicitur tripliciter volũtaria. Vno modo, quia aſſumitur à volũtate imperãte, ſicut eſt pœna pęnitentialis. Alio modo quia ſuſtinetur à volũtate acceptante

ceptante, sicut est pœna martyrum. Tertio est quædam pœna, quæ sustinetur à voluntate toleráte, vt puta pœna, quæ est in patiētia, ꝙ eius oppositum est in desiderio, sicut cū amãs. & desiderans sanitatem infirmatur, sustinet quidem infirmitatem, tanquã à Deo inflictam, attamen ab ea liberari procurat, & illud minime habet rationem volūtarij, hoc modo voluntaria est pœna purgatorij, voluntarie sustinet eam, & hoc propter tria. vt dicit Petrus de palude. Primo quia sciens eam à Deo inflictam, & volitam, vnde non murmurant sicut boni filij contra flagella patris, sed placet eis affligi, quandiu Deo placet. ¶ Secūdo quia sciunt flagella esse iuste, vnde quia charitas congaudet veritate, volunt sic iuste pati. ¶ Tertio, quia sciunt se aliter non posse saluari, vnde amore boni sperati volunt, sic propter illud affligi, & per hoc patet solutio ad obiecta.

Petrus de palude.

10 Ad quartum. sic proceditur. † Et videtur, ꝙ purgatio illa aĩarum in purgatorio fiat ministerio Demonum. Primo sic. In legenda beati Martini legitur, quod diabolus astabat ad eius obitum, vnde ibi dicitur, quod dixit beatus Martinus, quid hic astas cruenta bestia sed constans est, quod sciebat se non posse eum trahere ad infernum, cum sciret eum virum sanctum, ergo saltem volebat, si poterat eum ducere ad purgatoriū. ¶ Secūdo sic, peccatum veniale fit ex tentatione, tentationū aūt ministri sunt Demones, sed dicit autoritas, quod illos habebant tortores in pœna, quos habuerunt intentores in culpa, ergo videtur ꝙ tortores habebant in pœna purgatorij venialiter peccantes ipsos demones: quos hic intentatores habuerunt in culpa veniali. ¶ Tertio sic, Purgatio à peccatis competit iustis, & in hac vita, & post hanc vitam, sed in hac vita purgantur per pœnas à diabolo inflictas, sicut patet de Iob, & beat. Antonio, & de alijs sanctis in eremo constitutis, ergo etiam post hanc vitam demonum ministerio purgabuntur, qui sunt purgandi. ¶ In oppositum arguitur sic. Iniustū est, vt qui de alio triumphat, ei subijciatur post triumphū, sed illi, qui sunt in purgatorio, de Demonibus triumpharunt sine peccato mortali decedentes, ergo non subijcientur eis puniendi per eos. ¶ Respōdeo dicendū, quod sicut tangit dominus Bonauentura in. 4. dis. 2. quidã voluerunt dicere, ꝙ pęna purgatorij ministerio Demonum infligatur, pro eo, ꝙ in scripturis, aut vix, aut nūquam legitur, ꝙ bonus angelus bonos vexauerit, sed vexatio bonorum solum à malis fuit, sicut est exemplum de Iob, & Antonio & similibus: mali vero vexati sunt à malis, & à bonis. Et ratio huius videtur esse ꝭm eos, quia qui vexat alium, & affligit, quoddam odium habet, Diabolus autem odit bonos, & malos ob suam crudelitatem. Ideo vtrosq; affligit, cū sibi permittitur, sed ista positione huius posita, videtur aliter dicendum sub duabus conclusionibus; Prima conclusio est.

Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit i contrariū. — Respōdet. — Prima con clusio.

11 † Quod purgatio animarum in purgatorio non fiat ministerio Demoniorū. Ista cōclusio probatur authoritate beati Gregorij in. 4. dialogorum, vbi dicit, ꝙ animæ malorū reproborum per se ipsas descendunt ad infernū: ergo pari rõne, imo fortiori sine violentia, aut ministerio demoniorum aĩæ purgandæ descendunt in purgatorium. ¶ Secundo sic, iuxta Albertum magnum. Non est cōsensus diabolo factus in eo, qui peccat venialiter tm̄, imo habitualiter consentire Deo; ergo videtur ꝙ nulli per iustitiam debet subdi, nisi deo, ergo sola iustitia damnat, & non subditur tortori Diabolo. ¶ Tertio sic, ꝭm eundē in policijs videmus, ꝙ alius est puniens filium: & alius latronē, & hostem, super filiū est diciplina patris tm̄; super latronem, & hostem cōmissarius deligitur, ergo videtur, quod nostra iustitia exēplata sit à diuinis, quod similiter sit in dei iustitia. Constat aūt, ꝙ filij sunt, qui sunt in purgatorio, ergo super eos non debet esse, nisi disciplina patris. Et ita non est conueniens, vt in eos tortor funestus suscipiat puniē di potestatem. ¶ Quarto sic, Aĩæ puniūtur in purgatorio ad hoc, ꝙ purgentur, & ad cœlum introducantur, sed si demones haberent aĩarum purgationem, & liberationem, ergo talē purgationem, siue punitionē non administrant, sed fugiunt.

Albertus magnus — Secūda con clusio.

12 ¶ Secūda concl. † Pœna purgatorij non infligitur ministerio bonorū angelorū. Ista cūclusio patet, q̃m non est vero simile, ꝙ angeli boni conciues suos tã vehementer affligerent, sicut affliguntur animæ in purgatorio, sed magis credendū est iuxta dominum Petrum de palude, ꝙ eos visitent, & confortent sicut aliquis amicum suū in carcere, vel in infirmitate. Præterea, vt dicit dominus Bonauentura, nec de facili per scripturā hoc posset probari, non solum in se verum, etiam in simili, q̃m quamuis Iacob Patriarcha visus sit ab angelo lædi, cum emarcuit neruum femoris eius, hoc tñ magis fuit ad concupiscentiæ repressionem, quam ad grauem afflictionem, vnde dicendū est iuxta iam duas positas conclusiones, ꝙ afflictio, siue purgatio aĩarū in purgatorio sola diuina iustitia fiat, non aūt ministerio Demonum, nec etiam supernorū spirituū, nisi fortasis, vt dicit Bonau. q̃tū ad directionē. Credēdum. n. est inquit, ꝙ in egressu aĩæ à corpore assistūt, & spiritus bonus, & spiritus malus, vnus vel plures, & tunc secundum veritatē ferri sententiam, & si bona est per ministerium, boni angeli vel adducitur in cœlum, vel in purgatorium, quousq; postquam purgata fuerit, per eius ministerium educatur, ita ꝙ ipse solū deductor, & non tortor. Concordat S. Tho. dicens, ꝙ possibile est, ꝙ angeli boni deducãt aĩas ipsas ad loca pœnarū. s. purgatorij. Et addit, ꝙ etiam ipsi Demones; qui de pœnis hominum lætantur eas concomitantur, & assistunt purgandis. Tum vt de earū pœnis satientur. Tum vt si in eorum exitu de corpore aliquid recipiant. Concor. Alber. dicens. Puto, ꝙ Demones delectentur in pœnis earū, & ideo quandoq; leguntur assistere eis, hæc ille. Si vero sententia sit mala pro iudicato, tunc ministerio Demonum deducitur ad infernū hoc inquam vt dicit Dominus Bonauentura, tanquam magis probabile concedendū, & quamuis nihil sit in hac parte temere asserendum. ¶ Ad rationes in oppositum dicendū. Ad primã respondētur, negando consequentiam, ꝙ. n. de modo præsens erat in obitu beati Martini, non erat quia adduceret eum in purgatorium torquendum per eum, sed vt videret, si aliquid suū in eo reperiret, vt di. S. Tho. Aut, quia cupiebat insidiari calcaneo eius, vt dicit Bonauentura, ac per hoc pertrahere in abyssum. ¶ Ad secundam respondetur ꝭm dominum Bonauenturam, ꝙ autoritas illa est vera, vbi illa culpa remittatur, & homo pœniteat, & ita non habet locum in proposito. Secundum Albertum respondetur, quod cum venialis culpa, secundum quid sit peccatum, non oportet, quod vitæ nostrę radicetur, sicut mortale. Et ideo illa autoritas intelligitur de mortalibus. Et similiter Petrus de palude dicit, quod intelligitur de damnatis. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam, & ratio est secūdum magnum Albertum, quia alia ratio est ibi, & alia hic, quia hic est locus tentationum, & crescendi in merito, sed non ibi. Et ideo tētatores permittit hic officium tentationū exercere. sed non ibi. Concordat. S. Th. dicens, quia in hoc seculo, quando adhuc est locus, puniuntur homines & à malis angelis, sicut ab hostibus, sicut patet de Iob, & à bonis, sicut patet de Iacob, cuius neruus femoris angelo percutiente, emarcuit, & hoc etiam expresse dicit Dionysius in 4. c. de dis. no. ꝙ boni angeli interdum puniunt, &c.

Petrus de palude. Bonauent. Gen. 32. — S. Thom. — Ad primū arg. — Ad secundū — Pe. de pal. Ad tertiū. — S. Thom.

13 Ad quintum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ peccatum veniale adiunctum mortali, non puniatur pœna æterna, sed temporali. Primo sic. Dicit magister Hu. de sancto Victore, quod veniale peccatum, est cui debetur pœna transitoria. Cum ergo Deus non puniat vltra condignum; sequitur, quod Deus non puniat illud æternaliter. ¶ Secundo sic. Secundum distantiam culparum, debet esse distãtia pœnarū, sed culpa mortalis in infinitū excedit veniale, ergo & pœna pęnã, sed hoc non potest esse ꝭm acerbitatē siue ꝭm intentionem, quia acerbitas virtus est finita: ergo oportet, quod hoc sit secundum durationem, quod non esset, si veniale puniretur ęternaliter. ¶ Tertio sic, non est personarum acceptio apud Deum, vt dicitur Rom. 2. & actuum. 10. sed videretur acceptor personarum, si pro eadem culpa vnum puniret; & aliū minus, cū ergo nunc in purgatorio iustus non puniatur pro peccato veniali. nisi temporaliter; ergo videtur: quod etiam damnatus non puniatur nisi pęna temporali pro peccato veniali. ¶ In oppositum est illud Iob. in inferno nulla est redemptio. Sed si veniale peccatum in damnatis non puniretur pœna ęterna, sed temporali, esset in inferno aliqua redemptio: ergo, &c. Respon. dicendum sub his tribus conclusionibus iuxta sanctum Thom. & Albert. magnum;
14 & communiter alios doct. ¶ Prima est: † quod in inferno nō pōt expiari pœna debita peccato veniali; hic non dimisso. ꝑbatur hæc conclusio sic. Primo ex illo Matt. 5. non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. glo. i. minuta peccata; quia nihil impunitum relinquitur. Constat autem; quod cum peccato mortali decedens nihil potest reddere gratum Deo: ergo in æterno carcere clauditur etiam pro veniali: ergo veniale peccatum iunctum mortali æterna pœna punietur. ¶ Secundo sic. Iuxta Durandum Nunquam pœna expiatur, manente reatu pœnæ. Alioqui sequeretur quod aliquis reus pœnæ non pateretur pœnam, quod esset contra iustitiã; sed in

Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit i contrariū. — Prima con clusio. — Durandus.

sed in damnatis semper remanet reatus pœnæ debitæ peccato veniali, quod non fuit expiatum in vita præsenti; ergo semper remanet pœna. Maior patet, & minor probatur, quia reatus pœnæ est ex culpa. Culpa aũt, quæ non est in præsenti vita dimissa, non dimittitur in inferno, cũ nõ sit in statu viæ sed sit simpliciter in termino, semper ergo manet in eis culpa, &
15 per consequens reatus pœnæ. ¶ Secunda conclusio † pœna debita mortali peccato, aut veniali etiam hic dimisso, quantum ad culpam, remanente reatu, non potest expiari in inferno, patet conclusio, quia pœna, quæ non est Deo accepta, nunquã est satisfactoria, sed pœna Damnati non est Deo accepta, cũ ipse patiens non sit Deo acceptus; ergo semper manet debitor pœnæ; ergo damnati æternaliter pro venialibus punientur. ¶ Secundo sic. Iuxta Petrum de palude Gaudium sanctorum, siue essentiale, siue accidentale, vt aureola non habet finem, ergo nec pœna malorum, siue essentialis quę est pro peccato mortali, siue accidentalis quæ est pro veniali. ¶ Tertio declaratur conclusio sic. Si homo esset obligatus ad p̃cuniã certi valoris soluendo pecuniam nullius valoris nusquam liberaretur; & sic est hic, quia valor satisfactionis est ex charitate, sed damnati non habent, nec habituri sunt charitatem, ergo nunquam possunt exoluere pœnam: ergo omnis pœna debita æterna erit in eis: & sic patet falsitas opinionis contrariæ, cuiusmodi fuit Hugo, vt patet in c. præsenti vbi ita dicit. Non. n. credo, q̃ aliquis etiam malus puniatur pro veniali peccato æternaliter, quamuis hoc multi dicant; sed tm̃ temporaliter, hæc ille, vnde iste Hugo. quem in multis passibus tetigimus in hac lectura nostra non est in omnibus sustinendus, vnde magis standũ est doctrinę Theologorum. ¶ Nunc ergo dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur iuxta Albertum, quod dictum Hug. est intelligẽdum de peccato veniali, vt veniale est absolute, nõ autem de veniali adiuncto mortali, qm̃ peccatum veniale in subiecto non susceptibili gratiæ efficitur, tanquam non habens, nec habiturum veniam. ¶ Ad secundum respondetur, negando consequentiam. Et ratio est iuxta Alber. quia licet peccatum mortale, & veniale sint improportionabilia secundum se: per accidens tamen efficiuntur proportionabilia in duratione pęnæ eorum, si subiectum nõ sit expiabile à culpa, cui subditur sicut est in damnatis. Concordat sanctus Thom. ¶ Ad tertiã respon. negando minorem, dicimus. n. q̃ hic non est acceptio personarum, sed hoc prouenit ex diuersitate subiectorũ quia iniuste existente in purgatorio est gratia, cuius virtute culpa eius purgat, vel reatus, hac autem gratia caret damnatus. Et ideo culpa eius, vel reatus per pœnam expiari non potest. Litera. ¶ [Qualis.] hic intelligitur, vt dicit sanctus Tho. de qualitate, in qua consistit status, cuiusmodi est gratia, & peccatum
a mortale. a De istis. n. verum est, quod qualis hinc exit, talis in iudicio apparebit: secundum illud Ecclesiast. 11. lignum, vbi ceciderit, ibi erit. &. 13. q. 3. tempus. De quo etiam not. extra
10 de cele. miss. cum Marthe. in fine. † Peccatum autem veniale non mutat statum, ideo de eius qualitate hoc non venit accipiendum, vt immediate accipit illa. d. [sed tamen de quibusdam, &c.] veritas dicit Mat. 12. vbi ex verbis domini. † triplex
17 modus peccandi sumitur. Primus, quo peccatur ex infirmitate. Cũ enim quis peccat ex passione, & motus appetitus sensitiui, vt ira timore earum, secundum quod ex infirmitate inducta ex peccato, caro concupiscit aduersus spiritum, & isto modo dicitur peccare in patrem, quia ex defectu potentiæ, quæ approprietur patri, & dicitur remissibile, eo quod aliqd excusationis habet propter appetitum repugnantem rationẽ qui rationi obsistit, vnde hanc infirmitatem sentiens psalmista, ait psal. 6. quoniam infirmus sum sana me. &c. & Apostolus. Rogaui dominum, vt auferret ab eo stimulũ carnis, &c. 2. ad Cor. 12. Secũdus modus est, quo peccatur ex ignorantia; quam secundum Augustinum li. de li. ar. consequimur ex primo peccato, & isto modo dicitur peccari contra filium; quia contra scientiam, quæ filio appropriatur, & dicitur hoc peccatũ remissibile, quia aliquid excusationis habet ex defectu notitię, quam inducit ignorantia, vt facilius venientia consequatur, sicut Apostolus de seipso docet. prima ad Timo. primo dicens. Blasphemus fui, & persecutor contumeliosus, s; m misericordiam dei consequutus sum, quia ignorans feci. Et ideo loquitur non de ignorantia affectata, quia quis vult ignorare, vt liberius peccet, quia peccatum talis ignorantiæ est peccatum in spiritum sanctum, in quo ex malitia certa vult ignorare, & peccare, & reducere ad illam speciem peccati in spiritum sanctum, quæ dicitur impugnatio veritatis agnitę, vnde talis ignorantia non alleuiat, sed aggrauat peccatum, nec loquitur de ignorantia inuincibili, quę oĩo tollit voluntarium, quia actus ex tali ignorantia procedens non est peccatum, cum tollat omnino voluntarium: peccatũ autem secundum Augustinum lib. de vera religione. c. 3. adeo est voluntarium, quod si non fuerit voluntarium, non est peccatũ. Sed loquitur de ignorãtia illa, quæ ex negligentia oritur, quia potuit scire, & si sciuisset peccatum esse, non committeret. De qua ignorantia dicit Augu. lib. de. q. noui & vet. test. q. 67. Non omnis ignorans immunis est à pœna, ille. n. ignorans potest excusari à pœna, qui à quo disceret, non inuenit. Tertius modus est quo peccatur ex certa malitia, & dicitur peccatum in Spiritum sanctum, quia contra bonitatem, & sanctitatem, quæ Spiritui sancto appropriantur. Et dicitur irremissibile, quia secundum se est indignum venia. De isto peccato in spiritum sanctum. & qualiter dicatur irremissibile, & de speciebus vide de pœ. distin. 1. §. quod autem, quia ibi disputauimus plene. [datur intelligi.] à contrario sensu, quia. s. specialiter de isto negatur. [posse relaxari in futuro.] hoc verum est, de venialibus, de quorum remissione patet in articulis disputatis, de vno negatur, de altero conceditur. vt. 15. q. 3. de crimine. &. ff. de iudic. cum pretor. sic quod de vno conceditur: de alio negatur. vt. 45. di. disciplina. &. 1. q. 1. per Esa. [Assiduus otiosus sermo.] in rebus licitis Hug. & Gui. ar. † q̃ otiosus sermo, etiam assiduus non sit peccatũ mortale. [sine culpa.] similiter. Militia Mercatio, p̃curatio siue Administratio aliqua vix sine peccato fit. de pę. di. 5. fallas. & c. qualitas. in gl. ar. tutius ergo est subiici, quam præferri; & administrari, q̃ administrare. [Qui in aliud.] palea est hic. j. habetur de pæ. d. 7. §. vlti. vbi duo dubia disputauimus, quę tanguntur hic. Primum est, vtrum ignis purgatorius sit æternus. Secũdum est vtrum adeo sit grauius, vt excedat omnem pęnam, quam homo posset pati in hac vita, vide ibi [fructum conuersionis] id est fructuosam conuersionem, intelligitur enim hæc autoritas tantum de venialibus, non enim aliquis posset differre in aliam vitam conuersionem à mortali peccato: & fructum cõuersionis recipere, quia sero pœnitet. Hu. [supra] dicit Hu. forte hoc magis dicit ad terrorem, quam ad insinuationem veritatis, in quo loco grauissime errat Hug. cum aperte dicatur contra sanctos August. & Gregorium, & determinata p̃ nos ex doctrina doctorum, vbi supra. s. de pœ. di. 7. §. vlt. vbi manifeste declaratur, quod grauior sit pœna illa, quam omnis alia, quam in hac vita homo pati posset. [Alias autem ea tantum.] verba sunt Gratiani, vbi vt dicit tam Hu. quam Arc. ponit quintam acceptionem huius nominis criminis. [alias] .i. alio modo [perpetua.] nisi per papam, aut principem remittantur. [vnde Hieronymus] videtur velle Gratianus, quod in dictis Apostoli crimen accipiatur pro crimine tantum, quod infamat, vel pro infamia oriente ex tali crimine, quod non est verum, quoniam quodlibet crimen, quod à promotione, repellit, ibi intelligitur nomen criminis siue infamet, siue nõ. Et sic Gratianus per sequens. c. non probat propositum suum Hu. & Archi.

Secũda conclusio.
Pe. de pal.
Ad primũ arg.
Ad secundũ
Ad tertiũ.
Exponit literam.
a ¶ Peccatũ mortale, qđ ita contrahitur in omittẽdo, sicut in cõmittendo. Pe. de Au. in. e eũ exiiũcto nu 7. de ope. noul nũti. Et ligat ani mam. vide eundẽ in c. cum tanto nu. 3. de cõ suet.
Cõtra Hu.

1 *Promouendus in Episcopum, vel aliam dignitatem ecclesiasticam, an necesse sit, quod à die baptismi fuerit a crimine absolutus, siue alienus. & num. 2.*
Et an, qui crimine enormi fuerit maculatus post baptismum. num. 3.
4 *Peccans mortaliter post baptismum non potest promoueri.*
5 *Promotus, qui mortale crimen commisit, deijcitur.*
6 *Depositus ab ordine non potest restitui.*
7 *Crimina mediocria, quæ dicantur.*
8 *Crimina ante baptismum commissa non impediunt ad promotionem.*

PRimũ itaque sine crimine. iubetur esse Episcopus. Prosequitur autem Gratianus regulas Apostolicas circa promouendos incipit à prima dicens, quod promouendus in Episcopum debet esse sine crimine, & non tãtum tempore promotionis, sed etiam à tempore baptismi. Et potest hoc. c. diuidi in duas partes. In prima ponit regulã, In secunda inducit rationem. 2. ibi. Quo modo enim. ¶ Pro pleniori autem intelligentia præsentis, c. queritur. † Vtrum necesse sit, vt in Episcopum, vel aliquam dignitatem ecclesiasticam promouendus à die baptismi fuerit a crimine absolutus, siue

Diuisio.
Primũ ar

solutus, siue alterius. Et arguitur quod sic ex præsenti text.

1 Opponit contrariũ;

¶ In oppositum arguitur, quia si sic cum teste Hieronymo eod. distinctione. Nunc autem, pœnæ contra naturam fit, vt sine peccato aliquis sit, vt sic pauci, & quasi nulli promouerentur in ecclesia.

2 Respõdet. Prima cõclusio.

¶ Respond. dicendum sub duabus conclusionibus. Prima conclusio. † De necessitate præcepti est, vt promouendus in Episcopum vel aliam dignitatem ecclesiasticam actu sit sine peccato mortali. Ista conclusio satis patet ex capitulo qui Episcopus & in capitulo tales distinctione vigesimasecunda. Item patet ex illo Leu. vigesimo primo, de semine Aaron, qui habuerit maculam non offerat panem coram Deo, nec accedat ad ministerium eius: sed per maculam, vt dicit gloss. intelligitur vitium, ergo; &c. Secundo ista conclusio est probata in quæstione prima, quam disputauimus circa capit. præfatum tales. distincti. vigesimatertia, vbi ostensum fuit, quod non de necessitate præcepti, sed bene de consilio honestatis propter excellentiam status, & maiorem autoritatem vt, promouendus in Episcopum, aut aliam dignitatem ecclesiasticam à die baptismi sui sine crimine sit. Et ita videtur quod necessitas importata per ly oportet, respiciat tẽpus promotionis. Tum quia argutum est. Tum, vt inquit Hiero. & habitum est supra eod. di. §. nũc autem pauci. n. aut nulli promouerẽtur, quia pœnæ cõtra naturã est, vt quis sine pctõ sit. Tũ, quia videmus, quod dominus noster beatum Petrum, licet post baptismum grauissimè deliquerit, eum negando, nihilominus Episcopũ vrbis constituit dicens. Simon Ioannis pasce oues meas. &c.

3 Secũda conclusio.

¶ † Secunda conclusio de rigore iuris, qui crimine enormi fuerit post baptismum maculatus, non potest in episcopum, aut aliam dignitatẽ ecclesiasticam promoueri, pro cuius conclusionis declaratione. Est notandum, ꝙ Raymundus in summa titu. de lapsis. vt inducit Io. in summa circa lapsos ponit tres regulas ius commune cõtinentes.

Raymund.

4 Prima regula.

Prima est † qui peccauit mortaliter post baptismum non potest promoueri. vt in hoc. ca. primo. & quadragesimo. octauo dis. quoniam &. 50. distinctione. illud & primo quæs. septima si quis. cum multis alijs in gloss.

5 Secũda regula.

¶ Secunda regula est † promotus: qui mortale crimen commisit, deijcitur. distinctione quinquagesima qui semel. si Episcopus, si post ordinationem. distinctione octauogesimaprima si diaconus.

6 Tertia regula.

¶ Tertia regula est, † qui ab ordine deponitur, non potest restitui. distinctione quinquagesima capitulo primo secundo, & cap. peruenit. & cap. postquam. Istæ etiam tres regulæ colliguntur distinctione quinquagesima vt constitueretur in primo, vbicunque mitius agitur dispensatio est ibi. Has tres regulas etiam Hostiensis ponit, vbi supra. Secundo notandum quod circa intelligentiam istarum regularum tres fuerunt ab antiquo solemnes opi. vt etiam tangitur in gloss. huius ca.

Prima opinio.

Prima opinio dicit, quod omne peccatum mortale repellit promouendum deiicit iam promotum, & quod peccat mortaliter, qui post baptismum peccauit, qui se promoueri pmittit, vel si permanet in ordine iã suscepto, quantumcunq; egerit pœnitentiam, nisi sit cum eo dispensatum. Hęc opinio intelligit regulas, prout sonant ipsa verba, & est nimis rigida cum secundum eam, vt superius argutum est, nullus posset promoueri, & ideo non est tenenda.

Secunda opinio.

Secunda opinio intelligit prædictas regulas de magnis peccatis, quia minima post pœnitentiam non repellunt, nec deijciunt. argu. octauogesimaprima distinctione. Apostolus. & quinta quęstione quarta in loco. & interpretatur illa peccata magna, de quibus expressum est in iure, ꝙ debeant repellere, & deijcere. Hæc opinio non distinguit inter peccata occulta, & manifesta, & ideo tanqnam insufficiens non est tenenda. distinctione. quinquagesima de his vero.

Tertia opinio.

Tertia opi. intelligit prædictas regulas de manifestis. Occulta enim post pœnitentiam, non repellunt, nec deijciunt, imo de iure, qui talia commiserunt, possunt promoueri, & etiam si promoti sunt in susceptis ordinibus ministrare. distinctione. quinquagesima, de his vero sacerdotes distinctione quadragesimaoctaua. Quoniam hęc opinio non distinguit inter enormia peccata, & alia: & ideo tãquam minus sufficiens non est tenenda. extra. de accusa. inquisitionis vt ergo sine calumnia, & contrarietate procedat. Distingue, cum aliquis egit pœnitentiam de peccatis. Aut illa sunt enormia, aut mediocria, aut minora. Si enormia puta Homicidium voluntarium. Simonia. siue occulta, siue manifesta, repellunt promouendum, id est indignum faciunt vt promoueatur, etiam quamcunque egerit pœnitentiam, & deijciunt iam promotum. Ita autem expone, quia propter peccata non deponitur, quis siue deijcitur. distinctione, quinquagesima. miror. & primo, quæstione primo; ergo. & extra de accu. inquisitionis. sicut hic in gloss. dicit: scilicet super Raymundũ. super ver. si enormia, quod id quod hic dicitur de enormibus, sit restringẽdum, sicut magister. s. Raymundus, & exemplificando, videtur innuere solum ad Homicidium, & Simoniam in ordine.

Raymun.

Et si qua sunt alia, ita enormia; quod etiam post peractam pœnitentiam executionem ordinis susceptis impediunt. Secus est de alijs enormibus, qualia sunt, hæresis, Idolatria. Sodomiticum vitium. Incestus. Hugo. enim incestum dicit enorme crimen distinctione quinquagesima in princ. Bernar. etiam notauit extra de tempo. ordi. ex tenore, quod Adulterium periuriũ Falsum testimonium, & homicidium, de quibus agitur extra. eod. titu. scilicet de tempo. ord. cap. quæsitum.

Bernard.

Enormia sunt talia occulta, post pœnitentiam vero non deijciunt promotum, nec impediunt promouẽdũ, vt dicitur in illa decretali. quæsitũ pręter Homicidium. Bernar. etiam extra, de accusati. in gloss. supra. cap. inquisitionis. circa principium. dicit, quod hodie in nullo occulto crimine impeditur executio post peractam pœnitentiam præterquam in Homicidio, & Symonia, & concordat cum hoc Hostien. libro primo. cap. 11. de tempo. ord. cap. quarto.

Hostien.

Sed adducit, quod idem est de hæresi: in qua post vulnus sanatum, cicatrix remanet prima quæstione primo, ventum. Sequitur in Raymundo. Si vero sunt mediocria, distingue, aut sunt manifesta, aut occulta. In primo casu repellunt promouendum, & deijciunt iam promotum. distinctione quinquasimo, ex his vero Excepto crimine simplicis fornicationis. [a] quod licet mediocre sit, & manifestum non inducit depositionem, nisi admonitus nollet se corrigere. distinct. trigesimoquarto. fraternitatis. & distinctione. quinquagesima, quidem. & extra. de coha. cle. sicut. Intelligas autem hæc, quando sunt manifesta per sententiam. vigesimaquarta distinct. cap. vlt. Si autem per confessionem factam, etiam in iure sponte, & non motu probationẽ, non deponetur, ita precise, sed fiet, quod legitur. decimaquinta quæstione octaua, qui amiserit, si quis presbyter. vbi innuitur, quod talis si est. Sacerdos non cantat missam, nec diaconus euangelium. Alios autem ordines poterit exequi.

[a] ¶ Fornicationis. Fornicatio nõ punitur p dicta non iuratorũ, punitur ei infamatus de ipsa. Pe de anc. in c. tua nos. nu. 1 de cohabit. cleri & muli.

Hic tamen nota, quod si clericus confiteatur publice etiam extra ius se commisisse crimẽ tale, quod si vergit in alterius infamiam, & præiudicium, vtpote si confiteatur aliquam, tunc coniugatam se primitus deflorasse, vel se cum illa adulteratum esse, vel simile, sicut quidam fatui solẽt interdũ in talibus, vel cum male fecerint gloriari. Et licet dicant iura confessionem extra ius factam regulariter, non parere preiudicium confitenti, iste tamen debet suspendi ab officio, & beneficio. extra de excess. prælat. quam sit graue. Si vero sunt manifesta per famam, deficiente accusatore, & ꝓbatione legitima indicetur purgatio, qua præstita absoluetur, si in ea defecerit, deponetur. ex. de adul. significasti. & extra de purga. canonica. ex tuarum. In secundo casu, cũ sint mediocria, & occulta possunt remanere in susceptis ordinibus, & promoueri ad superiores. extra, de tẽp. ord. ex tenore & capit. quæsitum. Item Hostien. vbi supra.

7 † Vocãtur autem crimina mediocria quantum ad præsentem materiam Adulterium, fornicatio, furtum, fraus, dolus, sacrilegium, & alia multa; gloss. non omnia, quia ibi mentio fit de Homicidio de his, quæ enumerantur. distinctione 81: Apostolus. & distinctio. quinquagesima de his. & distinctione. quinquagesimaprima, si in aliquo. & distinctio. vigesimaquinta. §. criminis. idem Hostie. ver. quod autem vocetur. Non ob. quod dicitur. distinct. quinquagesima de his vero. in fin. vbi spes veniæ de misericordia dei promittenda est, quia illud intelligitur de misericordia habita, quo ad peccatũ, vel de misericordia iuris appellat magis ęquitatẽ, non rigorem, cum rigori semper præponenda sit æquitas. hæc in gloss. Si autem minora sunt, nec repellunt, nec deijciunt dicuntur autem minora crimina crimen venationis in clerico. Itẽ minora computantur alea, & ebrietates Trigesimaquinta. distinctione capi. primo. Item facere strepitum in synodo. quinta quæstione, quarta in loco. hoc intelligas nisi admoniti nollent corrigi, tunc enim fierent crimina grauiora propter contumaciam. vt ex eisdem. ca. colligitur. & hoc ex summa Ioan. pro quæstione prædicta sufficiant.

Exponit literam.

Litera. ¶ Primũ itaque sine crimine] ad Titum. 1. [iubetur.] sexto, quæstione prima cap. primo. Sed cum sit præceptum, cius trangressio est mortale peccatum. decimaquarta quæstione, prima. quisquis [quod ab alio verbo] primo ad Tim. tertio [irreprehensibilem] ex eo tempore, sicut dictum est supra. in secunda con-

cunda conclusione. Hoc videtur intelligendum esse consilij perfectionis, & honestatis Episcopalis, non præcepti, nec necessitatis. Nam multos bonos, & sanctos Episcopos legimus, qui post baptismum, & in sua iuuentute fuerunt capitalibus vitijs irretiti, qui ea per viam pœnitentiæ deleuerũt, & tandem sancte viuentes promoti sunt in Episcopos] nul-
8 la pctĩ] mortalis criminalis. [Conscientia.] ar. q crimina ante baptismum commissa non impediant ad promotionem, sed quod omnia commissa post impediunt, quicunque ergo post baptismũ cõmiserit aliquod mortale crimen, non poterit promoueri ar. Hic & distinctione quadragesimaoctaua quoniam. Hugo. sed debet confiteri episcopo suo, & dispensabit cum eo, & postea poterit promoueri ar. egregium octauo, quæstione prima in scripturis. in fine. vbi de hoc, sed ista sententia Hugo. nimis videtur rigida, & dura. Nam quis non coinquinauit pedes suos, postquam lauit. Et ideo dicebat Lauren. huic. ca. derogatum esse per illud, trigesimoquarto. distinctione Fraternitatis, Tamen secũdum intellectum Gratiani, quem ponit in. §. præcedenti. planum est hoc capi. Nam hic agitur de tali crimine, cuius infamia perpetua remã sit, vnde talis non debet promoueri secundum Lauren. Scripsit tamen finaliter Hugo. quod, licet quis non debeat promoueri, qui post Baptismum crimen commisit, sed cognitus debeat repelli, tamen defectus nostri temporis hanc nõ patitur manere censuram. trigesimaquarta distinctione. Fraternitatis Archid. [Quomodo enim] secunda pars. Assignatur ratio dicti [præses,] id est Episcopus contra talem potest dici illud Ioan. octauo, qui sine peccato est prius in eam lapidem iaciat, quia vt dicit Augu. qui alium iudicat, absque peccato illo esse debet ad Rom. secundo in quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Eadem enim facis. Minus quoque peccator corrigitur, imo exasperatur, cum ab eo corripitur, quem nouit sibi similem in culpa, & arguentem eum impatientia repellit.

Augu.

¶ Distinctio Vigesimasexta.



Ecce qui ordinatus est. Hic intitulatur vigesimasexta distinctione in qua magister Gratianus secundum capitulum Apostolicæ regulæ prosequitur; videlicet, quod oportet Episcopum esse vnius vxoris virum, quod negatiue exponendum est, id est non plurium. Non enim exigitur, vt qui promouendus est habuerit primo unam vxorem, sed si contingat eum habere vnam, non accipiat post secundam, si vult promoueri. Nam si bigamus promoueri non debet, nisi forte causa necessitatis vsque ad Subdiaconatum. Hu. litera. [in vtraq;] scilicet epistola ad Ti. & ad Tim. [post baptisma:] hoc dicit secundum Hieronymum, qui in hac parte non tenetur. vt. j. in. c. citius.

1. Tim. 3. Tit. 1. Exponit literam.

1 *Bigamia an inducat irregularitatem.*
2 *Bigamia, quid dicatur.*
Et in quibus casibus contrahatur. nu. 7.
3 *Monogamus, vnde dicatur, & vnde bigamus.*
4 *Irregularitas, quare sit annexa bigamię.*
5 *Defectus in sacramentis, quid dicatur.*
6 *Sacramentum duplex attenditur in matrimonio.*



Vnius vxoris. Hoc capi. est Hieronymi in epistola ad Oceanum, quod inducit Gratianus in confirmationem dicti sui, pro pleniori intelligentia huius capitul. & totius distinctionis præsentis.
1 ¶ Quæritur † vtrum bigamia inducat irregularitatem. Et arguitur, quod non: primo sic. Si bigamia irregularitatem causat, aut hoc est propter signũ incõtinẽtiæ aut propter defectum integritatis in signo ex parte sacramenti. Non propter primum, quia maius signum incontinentiæ est fuisse fornicatum cum pluribus, quam cognouisse affectu coniugali multas, sed qui cum multis fornicatus est non propter hoc est irregularis. Item nec propter secundũ, quia sicut matrimonium consummatum significat indiuisibilem vnionem naturæ humanæ cum vna persona Christi, ita matrimonium non cõsummatum significat vnionem vnius ecclesiæ, cum vno sponso. scilicet Christo, sed ille, qui habuit plures virgines, & nullam cognouit, non est irregularis: ergo Similiter nec ille qui habuit plures vxores, & vtranque cognouit. ¶ Secundo sic. Sicut se habet vna virtus ad aliam virtutem, ita vnum sacramentem ad aliud, sed vna virtus nõ impedit alterius susceptionem, ergo nec propter sacramentum matrimorij pluries iteratum impeditur homo à susceptione ordinis sacramenti. ¶ Tertio sic. Ille, qui nullam vxorem duxit, nõ est irregularis, & nihilominus in eo non est aliqua significatio cõiunctionis Christi ad ecclesiam, ergo nec erit irregularis, qui plures habent eadem ratione. ¶ In oppositũ est Apostolus. & cap. præsens, & extra de Bigamis per totũ. ¶ Respon. hic videnda sunt tria. Primo quid sit Bigamia, & vnde dicatur. Secundo de causis, propter quas Bigamiæ sit annexa Irregularitas, tertio de modis, quibus contrahitur.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit & Respõ.

2 Circa primum est sciẽdum, † quod Bigamia dicitur defectus ex secundis nuptijs prouenient. Hostien. hanc diffinitionem reprobat, quia non est conuertibilis cum diffinito; cum aliter contingat. Sed vt inquit Dominus Petrus de palude in quarto, distinctione vigesimaseptima. Simili modo reprobatur sua, in qua dicit, quod Bigamia sit irregularitas ex defectu prouenient sacramenti, quia etiam sine illo quandoque contrahitur, & si dicas quod loquitur de bigamia vera, & ppria, nihil est, quia sicut illa non est nisi ex defectu sacramenti, sic nisi ex secundis nuptijs; vnde diffinitio prima videtur
3 melior secũda. † dicitur autem monogamus, à monos quod est vnum, vel solum, & gamos coniugium, mulier, vel vxor, quasi vnius mulieris, vel vxoris vir bigamus dicitur à bis, & gamos quod est mulier in genitiuo, quasi diuisus, bis iteratus in mulierem, sicut & monogamus dicitur, qui non
4 sit iteratus, & trigamus ter iteratus. † Circa secundum notandum, q plures rationes assignantur propter quas Bigamiæ est annexa irregularitas. Prima vt est præcipue videtur propter defectum sacramenti, quia non est ibi sacramentum vnitatis, cum non sit vir vnius, ex quo diuisit carnem suam in duas, Hanc rationem assignat Aug. j. in. cap. acutius. & extra eod. titu. debitum. Eãdem rationem assignat Alber. magnus & sanctus Thom. in quarto, distinctio. vigesimaseptima qui ita dicit, per sacramentũ ordinis constituitur quis minister sacramentorum, vnde ille, qui habet alijs sacramenta ministra
5 re, nullum defectum in sacramentis pati debet: † defectus autem in sacramentis est, quando sacramenti significatio integra non inuenitur. Sacramentum autem matrimonij significat coniunctionem Christi ad ecclesiam, quæ est vnius ad vnam. Et ideo requiritur ad perfectam significationẽ sacramenti, vt vir sit tantum vnius vir, & vxor vnius vxor tantũ. Et ideo Bigamia, quę hoc tollit, irregularitatem inducit, hęc sanctus Thom. Concordat Alber. Circa quam rationem no
6 tandum † quod in matrimonio attenditur duplex sacramentum propter duplicem coniunctionem, quæ in ipso est saltem in matrimonio per carnalem copulam consummato. Prima significat coniunctionem Christi, & ecclesiæ, & hoc matrimonium dicitur fuisse initiatum in patriarchis, & prophetis, ratum in tempore gratię, scilicet in natiuitate Christi, quando ipse lapis angularis cæpit ædificare ecclesiam, vnã de iudeis, alterum de gentibus parietem erigens, consummatum est in cruce, vel ratum fuit in cruce, & consummabitur in patria. vnde Au. super illud *Psal. Nunqd, qui dormit, non adijciet, vt resurgat, ait. Notã, quod dicit, qui dormit, quia sicut de latere dormientis Adæ, quę erat forma futuri, assumpta est costa, de qua formata est Eua, ita dormit christus somno mortis, vt de latere dormientis, de quo fluxerũt sanguis, & aqua, quæ sunt nostræ redemptionis sacramenta, formaretur sibi sponsa sancta ecclesia. Ad idem est extra de baptismo, & eius eff. maiores. & extra de celebratione. missa. cum Marthæ §. quęsisti. & capitulo in quadam. Item in secunda coniunctione significatur vnio diuinitatis, & humanitatis facta in vtero virginali. Cum ergo tam coniunctio Christi, & ecclesiæ, quã vnio Diuinitatis, & Humanitatis vnita sit, & irreiterabilis, merito significatur in matrimonij coniũctione carnali, sed cum quis transit ad secundam vxorem, recedit ab vnitate tendens ad pluralitatem. Et ideo non poterit in toto significare dictam vnitatẽ, & irreiterabilem coniunctam, vbi enim significatum vnitum est, & significans vnũ esse debet. Hanc rationem ponit August. licet obscure in ca. sequen. acutius. ¶ Secũda ratio, quæ etiam signatur à sancto Thom. in quarto, & etiam à Durando consequenter est propter sanctitatem, quæ in his, quæ suscipiunt sacramentum ordinis, maxime debet apparere. Tum, quia spiritualia ministrant,

Pe. de pal.

Albertus S. Thom.

Augu. Psa. 40. b

S. Thom Durandus.

nistrant, scilicet sacramenta. Tum quia spiritualia docent, & in spiritualibus occupari debent: vnde cum concupiscentia maxime spiritualitati repugnet, per quam totus homo caro efficitur, non debet esse aliquod signum concupiscentiæ, permanentis in eis nec apparere, quod quidem apparet in bigamis, qui vna vxore contenti esse noluerunt. ¶ Tertia ratio, propter prærogatiuam. ordinum, & hæc ratio assignatur. infra. eod. capitulo vna. ¶ Quarta ratio, quia non habent frontem, siue authoritatem exhortandi viduitatem, qui frequentat coniugia, vt dicit Ambrosius, & ponitur infra eodem capitulo. vna. ¶ Circa tertium, vbi videndum quot modis contrahatur bigamia

7 notandum iuxta Doct. tam Theologos, quam Iuristas, quod Bigamia contrahitur in multis casibus secundum iura, qui in speciali distingui possunt in septem, licet aliqui doctores, & prædictis vnum casum sub alio comprehendant, sicut sanctus Thom. dicit in quarto qui solum ponit quatuor modos. ¶ Primus autem modus est, qui proprie dictus est. s. cum quis successiue, & diuersis temporibus duas vxores legitimas, & ambas cognouit trigesimoprimo, quæstione prima, aperiant. ¶ Secundus modus est, quando diuersis tẽporibus, quis habet plures, vnam de iure. & alteram de facto, & ambas cognouit. extra de Bigamis. nuper: hic quidem bigamus reputatur non propter sacramenti defectum, cum in veritate Bigamus non existat, sed propter intentionis affectum cum opere subsequuto, vt ibidem dicitur in fine. ¶ Tertius modus est, quando eodem tempore habet plures, vnam de iure, & alteram de facto, vel ambas de facto, & vtranque cognouit. vt in distinctione capitulo nuper vel corruptam de facto, trigesimaprima quæstione prima quomodo. & extra de diuor. gaudemus. ¶ Quartus est, quando contrahit cum vidua, ab altero merito cognita. trigesima secunda distinctione, feriatim. & trigesimatertia distinctione maritum. extra de Bigamu. debitum. Secus autem est, si relicta fuisset virgo, quia modo communiter tenent Doct. quod non esset tunc Bigamus. vigesima quarta distinctione, capitulo fin. ¶ Quintus est, quando contrahit cum corrupta à quocunq; alio scienter, vel ignoranter, & eam cognoscit distinctione, trigesimaquarta curandum. & capitulo, præcipimus. ¶ Sextus est, quando vxorem propriam scienter, vel ignoranter postquam cognita est ab alio. 34. distinctione si cuius. ca. se. ¶ Septimus, quando aliquis in ordine sacro constitutus, vel post factam professionem religionis de facto contrahit, licet de iure nõ possit. extra de biga. non ordi. nuper. &. capitulo, vlt. & capitulo super eod. in gloss. &. vigesimaseptima quæstione, prima, quotquot, sed talis non est irregularis propter defectum significationis in sacramento, cum ibi sacramentum non sit, sed quia sic statutum est, quod contra talem præsumitur de incontinentia inhærente, & vt etiam sacramentum ordinis in maiori reuerentia habeatur. Nota secundum Hostien. quod solus modus primus Bigamiæ est verus & proprius. Alij vero sex interpretatiue dicti sunt propter aliquam similitudinem, quam habent cum vero bigamo, aut ratione institutionis, vnde de his modis sequuntur versus. Si ducas viduam, vel quam corruperit alter. vnam post aliam binas, ne simul tua coniux. Cognita si fuerit bigamiæ lege teneris. Et si pollutam violasti virginitatem. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respond. quod propter vtrunque. Et ad probationem in contrarium negatur vtraque consequentia. Prima enim non valet, quia vt dicit sanctus Thom. licet in fornicariis sit maioris concupiscentiæ signum, non tamen concupiscentiæ ita adhærentis, quia per fornicationem vnus alteri non in perpetuum obligatur. Secunda etiam consequentiam non valet; quia licet matrimonium inconsummatum significet vnionem animæ cum Christo per charitate viæ, & plures animæ sic vniuntur christo, non tamen significat vnionem ecclesiæ cum Christo factam per assumptionem naturæ humanæ à diuina persona, sed matrimonium consummatum in quo est & coniunctio animarum, & coniunctio corporum, vnde sacramentum Christi significatur per matrimonium consummatum. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam, quia sacramentum matrimonij non repugnat susceptioni ordinis, vt patet in eo, qui vnam habuit, & virginem, sed defectus integritatis in sua significatione, qui defectus est in modis assignatis, quibus contrahitur Bigamia. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Et ratio est quod talis, vt dicit Guil. in gloss. super summam Raymundi, & etiam ponit Archidiaco. in prin. præsentis capitulo, defectus sacramenti hic appellatur impossibilitas significandi illas sacras vniones: sine coniunctiones, quæ impossibilitas non est in eo qui nullam habuit vxorem, quia & si non habuit habere tamen potest, vel potuit, sed qui bigamus semel est, non potest non fuisse Bigamus. Innocentius in gloss. extra de bigamus super capitulo, debitum. dicit, quod non requiritur in ordinibus hoc sacramentum, sed prohibetur defectus sacramenti, qui non est in eo, qui non contraxit: vnde exponitur vnius vxoris virum id est non plurium, &c. Litera. ¶ [Vnius vxoris] id est non plurium negatiue. Non enim oportet, sicut dictum est, quod habuerit vnam vxorem, qui promouendus est. [Monogamum, negatiue etiam legitur id est non poligamum id est non plurium vxorum, & sic verba affirmatiua exponuntur negatiue, vt prima quæstione, prima. Iudices, vigesimatertia, quæstione prima, si ea. [post baptismum] loquitur secundum. Hieronymum, cuius opinio corrigitur per sequẽs capitulũ [nouo] id est nõ noua to per baptismum. Hugon. [nec alia.] scilicet peccata, [pœnas.] pro peccato per se debitas, quoad forum dei, alias non diceret vnum, sicut plenius videbitur in capitulo sequenti.

Prim' modus. — Secundus. — Tertius. — Quartus. — Quintus. — Sextus. — Septimus. — Hostien — Versus. — Ad primũ asgu. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ. — Innocent. — Exponit literam.

1 *Bigamia siue irregularitas non tollitur per baptismum.*
4 *Amittere quando dicatur quis quod non habet.*
5 *A qua sola non est sacramentum baptismi.*


Cutius intelligunt. Hic inducit magister Gratianus beatum Augustinum, qui contrariæ opinionis est, quam fuerit Hierony. in præcedenti. capitulo voluit enim Hieronymus, quod si quis vnam habuerit vxorem ante baptismum & illa mortua, aliam post baptismum duxerit, non efficeretur irregularis siue inhabilis ad promotionem. Augustinus vero dicit econtra. Et diuiditur hoc. c. in duas partes, in prima ponit, quod habens vxorem ante baptismum, & secundam post baptismum, tanquam bigamus à promotione repellitur. In secunda duabus rationibus probat hoc. 2. ibi. sicut Pro pleniori intelligentia huius capitulũ & sequen. quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum bigamia tollatur per baptismum.
3 ¶ Secundum est vtrum fæmina corrupta possit inter virgines consecrari.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod bigamia per baptismum tollatur siue soluatur. primo sic autoritate beati Hieronymi super epistolam ad Tim. & positum est in capitul. præcedenti. ¶ Secundo sic, quicquid sordium deletur in baptismo sed bigamia est aliquod sordium, ergo videtur, quod deleatur in baptismo. ¶ Tertio sic, quod facit quod maius est, videtur etiam posse facere, quod est minus, sed maius est expellere omne peccatum, quam purgare bigamiam, & primum facit baptismus, ergo & secundum. ¶ Quarto sic in baptismo homo configuratur Trinitati increatæ, ergo videtur quicquid deformat configurationem illam tollit baptismus, sed bigamia deformat, cum sit quædam irregularitas; ergo videtur, quod tollatur per baptismum. ¶ Quinto confirmatur sic. Sacramenta nouæ legis sunt magis efficacia, quam sacramenta veteris legis sed sacramenta veteris legis soluebant irregularitates, ergo & baptismus qui est efficacissimum sacramentum in noua lege, soluit irregularitatem, & Bigamiam contractam. ¶ In oppositum est textu. præsentis capituli qui est beati Augustin. ¶ Respond. ad istam quæstionem. Dixerunt quidam inter quos fuit beatus Hieronym. quod ille, qui ante baptismum habuit plures vxores per baptismum sequentem ab irregularitate purgatur, vt patet in capitulo superiori vnius vxoris. quorum ratio est; quia, cũ baptismus tollat omnem culpã, & omnem pœnam, non videtur ratio quare non tollat irregularitatem. Sed Augustinus, & communis doctorum opinio tenent contrarium. iuxta quorum opinionem ponitur ista conclusio

Diuisio. — Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Quintũ ar. — Opponit contrarium. Respõdet.

2 conclusio; † quod per baptismum non tollitur Bigamia, siue irregularitas. Ista conclusio probatur, quia licet Baptismus tollat omnem culpam, & omnem pœnam pro actuali peccato debitam, quo ad forum dei: non tamen soluit coniugia, & per consequens nec irregularitatem, quę ex coniugio sequitur. Irregularitas enim Bigamiæ non adhæret Bigamo ex peccato, sed ex defectu sacramenti matrimonij in significando: hinc dicit Augusti. in hoc capitulo; quod acutius intelligunt, qui nec eum, qui cathecuminus habuit alteram, ordinandum censuerunt, quia de sacramento agitur, non de peccato. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum, est. Ad primam respondetur, quod Hieronymus in hac parte non tenetur, statur enim magis Apostolicæ sedi, vt sequenti capitulo, & August. in præsenti, & Ambro. infra. eodem in capitulo vna. Secundum autem sententiam beati Isidor. in capitulo domino sancto, distinctione quinquagesima. Quoties in gestis reperitur discors sententia, sententiæ astandum est, quorum potior est autoritas. Non est, dubium quod Apostolicæ sedis autoritas, potior sit. Capitulo si Romanorum distinctione, decimanona, nec mirum, quod inter Doctores etiam sanctos reperiatur aliquando varietas opinionum, quarum alteram necesse est fore falsam. quia sicut Spiritus sanctus non semper tangebat corda prophetarum, ita nec semper tangit corda expositorum, vt dicitur in quadam gloss. super Ezech. nec tamen propter hoc dicimus Hieronymum fuisse hæreticum. Tum quia non errauit contra fidem, & bonos mores. Tum & maxime, quia non defendebat hoc pertinaci animo, quod solum facit hæreticum. vigesimaquarta, quæstione tertia dicit Apostolus. Vel dicendum iuxta Albertum magnum, si quis vult saluare dictum Hieronymi, quod Hieronymus loquitur, quo ad faciliorem dispensationem cum isto faciendam, quam cum alio, præcipuè, si ignarus fuit, quod talis fuit adiuncta irregularitas. Concord. sanctus Thom. ¶ Ad secundam dicendum, negando minorem, quia vt dicit Albertus pœna est, & non sensus, sed damni. Est enim defectus quidam consequens, ex violatione sacramenti indiuiduitatis matrimonij, vt patet ex præhabitis. Et ideo non oportet, quod soluatur in baptismo, quia baptismus cōtra pœnas huiusmodi non ordinatur. ¶ Ad tertiam respondetur, iuxta eundem Albertum, quod illa propositio generaliter intellecta est falsa, nisi maius, & minus sint eiusdem generis, sicut expugnator centum hominum, & vnius, & huiusmodi, non enim oportet ita se habere, quando non sunt eiusdem generis: quia tunc etiam non habent proprie comparationem. Non enim est proprie magis vincere decima homines, quam comedere bucellam panis, & similiter est hic, quia expellere peccatum, & expellere pœnam non sunt eiusdem generis. Et ideo etiam non proprie dicitur vnum maius, quam alterum, Nec oportet, quod si baptismus, facit vnum, quod faciat & reliquum. Concordat sanctus Thomas, qui ait, non oportet, quod id, quod facit maius, faciat minus, nisi sit ad illud ordinatum, & hoc deficit in proposito, quia baptismus ad irregularitatem tollendam non ordinatur. ¶ Ad quartam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est secundum sanctum Thomam, quia baptismus configuratur Christo, siue in creatæ trinitati quantum ad virtutem mentis, non autem quantum ad statum carnis, qui consideratur in virginitate. Vel in diuisione carnis, vnde ratio non est ad propositum. ¶ Ad quintam respondetur, negando consequentiam, & ratio est secundum Thomam, quia non est simile de irregularitatibus veteris legis, & irregularitate Bigamiæ, vel huiusmodi in noua lege, quoniam illæ irregularitates ex leuibus causis, non perpetuis erant contractæ. Et ideo etiam per illa sacramenta auferri poterant. Et iterum erant ad hoc ordinata. Baptismus autem ad hoc non est ordinatus, & ideo ratio non procedit.

Ad primū argu.

Albertus magnus.

Ad secūdū

Ad tertiū.

S. Thom.

Ad quartū

Ad quintū

Primū ar.

3 **Ad secundum.** Sic proceditur, † Et videtur, quod fœmina corrupta posset inter virgines consecrari. Consecratio Episcopi maior, & dignior est consecratione virginum, sed Episcopus corruptus potest consecrari, ergo multo magis fœmina, quæ habuit virum, & corrupta est, potest inter virgines consecrari. ¶ In oppositum est text. præsentis, capituli. ¶ Respond. dicendum, quod fœmina corrupta qualitercunque, non potest inter virgines consecrari, patet ista conclusio, quia in fœmina corrupta deficit integritatis significatio matrimonij spiritualis, quod est inter Christum, & ecclesiam. Et ad rationem in oppositum respondet gloss. dicendo, quod ideo fœmina corrupta non possit inter virgines consecrari, & virqui vxorem habuit, in Episcopum consecrari, quia sacra virgo significat ecclesiam triumphantem, vbi non est macula, nec ruga, sed Episcopus ecclesiam militantem, vbi sunt boni, & mali. Sed ista solutio non placet Albertum magno: vnde dicendum est secundum eum, quod ideo non est simile de vno, & de alio, quia virgo velata significat ecclesiam in custodia amoris, & conformitate iuncta, & illius est nullum præter eundem amatorem admittere, vel admisisse, quia aliter non dicitur inter virgines, sed post virgines proxime sint. dicit Augustin. in gloss. super illud offerentur regi virgines, sed Episcopus significat sponsum purgantem, & illuminantem, & perficientem sponsam sibi vnitam, vt dicit Dionysius in ecclesiastica Hierarch. Et quia typus non est necesse in omnibus implere prototypum, ideo, vt dicit Apostolus ad Hebræos. ipse potest esse circundatus infirmitate. Et ideo potest habere multas imperfectiones, dummodo non habeat illam, quæ tollit sacramentum, sicut etiam velata multas potest habere imperfectiones, scilicet, inuidiæ, gulæ, & huiusmodi, dummodo careat illa, quæ aufert signum coniunctionis in casto amore: sed secundum gloss. prædictam. Si vero debet esse omnino pura, eo quod significat triumphantem, tunc non debet velari, si inuidia, vel superbia, aut ira, & huiusmodi fuerit maculata, quia nihil horum est in ecclesia triumphante, sicut nec fornicatio. Litera. ¶ [Acutius] scilicet quam Hieronymus, & sequaces Hugon. [intelligunt] scilicet illi. [qui nec alteram, & factus christianus habuit.] dico alteram, alterum enim de duobus dicitur, & est altera ab ea, quam christianus habuit. Hugon. [Censerunt.] idem si post mortem vxoris aliam cognouit. trigesima quarta, quæstione secunda, si quis secunda. Archidiaco. merito dico acutius, quia cum quæritur. An bigamus sit promouendus, agitur de sacramento, & si in eo deest potest promoueri, non autem agitur de peccato, non à promotione repellitur, quia peccauit, sed quia sacramentum ei deest: nec quæritur, an peccauit, sed quæritur, an sacramētum ei desit, & hoc est, quia de sacramento, &c. Hugon. & Archid. [Propter sanctitatem sacramenti] id est propter sanctum sacramentum, quod ei deest. [Sicut] secunda pars. Prima ratio. [vitiata] id est corrupta, etiam si violenter passa sit. vt trigesima secunda, quæstione quinta, ille. Hugon. [Non potest consecrari] non tamen propter rationem assignatam in gloss. vt per Hugon. & alios iuristas aliquos, sed propter rationem assignatam ex Alberto magno, quia deficit in ea signum coniunctionis in casto amore cum sponso. Sed nunquid poterit cum ista dispensari per Episcopum. Hanc quæstionem mouet Archidiaconus sed tu custodias eam soluendam. vsque ad capitula ille trigesima secunda, quæstione quinta vbi est proprius locus, & ibi notat de hoc aliquid Hugo. [Non peccasse.] contrahendo cum secunda trigesima secunda quæstione septima si quis multis. Normam sacramenti, quod exigitur regulariter ad suscipiendum ordinem [amisisse] non quod haberet, sed contrahendo cum secunda, amisit illud [fecit quod iam in
4 se habere non potest] & est argument. † quòd quis dicitur amittere, quod non habet, cum facit aliquid, propter quod illud habere non potest, argumen. vigesima tertia quæstione quarta Guilisarius. Hugo. [non ad vitæ meritum.] quia in eo non peccauit; [sed ad ordinationis ecclesiasticæ] id est, ordinis signaculum, quia hoc habere non potest, id est, quantum ad ordinem suscipiendum necessarium. Hugon. & Archidiacon. [vnius vxoris] etiam virginis, vt Episcopus signat. Ex hoc verbo capit gloss. argument. quod episcopus sit sacramentum, sicut ipsa aqua pro quo inducit illud prima quæstione prima detrahere, sed in hoc gloss. deficit in consequentia, & in exemplo, & in probatione. In consequentia deficit, quoniam hęc consequentia non valet, hoc significat illud: ergo est sacramentum illius, omnes enim res sensibiles sunt signa inuisibilium diuinorum. ad Romanoru. primo: nec tamen possunt dici sacramenta, præterea serpens æneus, de quo dicitur Numeri 21. signum fuit sacræ rei, nec tamen fuit sacramentum. ¶ Secun-

Opponit & Respō.

Ad argu.

Cōtra gl.

Exponit literam.

Quæstio.

Cōtra gl.

tum.¶ Secundo deficit in exemplo, quia falsum est, quòd
5 aqua sola sit sacramentum: sola.n.aqua non est sacramentum. Sed cum dicit Aug. accedat verbum ad elemētū, & fit sacramētum.1.q.1.detrahere. ¶ Tertio deficit in prolatione, quoniam ex autoritate illa, quam inducit 1.q.1. detrahe. non habetur, ꝙ sola aqua sit sacramentum, imo contrarium [vnitatem] fidelium collectam ex omnibus consequentibus: [vni viro] Christo subditum secunda Cori.11. despondi.n. vos vni viro virginem castam exhibere Christo. [Sicut duobus]. 2. ratio ideo fundatur sic. Quemadmodum .n. duobus dominis contrariæ voluntatis, videlicet Deo, & Diabolo seruire non licet, vt Mat.6. nemo potest duobus seruire dominis, ita nec ab vno.s. Deo recedere ad aliū.s. diabolum. Contra fidem.n. est dominum verum relinquere, & alteri non vero domino superstitiose, & apostatia adhęrere, ita nec duobus simul cōiugiis seruire licet, nec ab vno in aliud redire. Si quis vult promoueri, talis.n. apostare dicitur à via ordinationis, & promotionis.

1 *Bigamus, an dicatur, qui duas vxores habuerit successiue.*
2 *Iudicium idem debet esse in similibus.*
3 *Præceptum a deo, vel a lege non est peccatum.*
4 *Filij suscepti ante baptismum debent habere partem hæreditatis, nisi remaneant in infidelitate.*
5 *Iudæi baptizati non debent priuari possessionibus.*



Deinde opponitur. Sequit aliud c. quod dicitur esse Innocentii secundi, vbi confirmando id, quod dictum est in secundo c. præcedenti, multipliciter arguit contra eos, qui dicebant eum non esse Bigamum, qui ante baptismum habuit vnam vxorem, & postea aliam, & ita licite talem posse promoueri. Pro cuius opinionis pleniori intelligentia, & impugnationis eiusdem est sciendum, ꝙ pro confirmanda opinione sua inducebant duo alia fundamenta erronea, & ita istorum dicuntur fuisse tres opiniones. Vna quæ est primo principaliter, & aliæ duæ. Quasi fundamenta illius. Prima ergo, & principalis opinio illorum era ꝙ qui ante baptismum habuerat vnam vxorē, & post aliā: non esset bigamus, nec per consequens impediretur à promotione. ¶ Secunda opinio, quæ est primum fundamentū primæ est, ꝙ matrimonium, quod ante baptismum cōtrahitur soluitur in baptismo. ¶ Tertia opinio, quæ est secūdum fundamentum primæ est, ꝙ matrimonium ante baptismv contractū, non sit legitimū. Et ſm hoc diuidit hoc c. in 5. partes. In prima ponit opinionem contrariā principalem, cum primo fundamento. In 2. obiicit cōtra opinionem ipsam. In 3. obiicit contra fundamentum ipsum primum, siue opinionem secundam. In 4. obiicit contra secundum fundamentum, siue opinionem tertiam. In quinta reuertitur ad impugnandum opinionem secūdam secūda ibi: Quòd cum de vna. Tertia ibi: Sed obiicitur. Quarta. ibi Quid de talium filiis. Quinta ibi: Quæro, & solicitus. ¶ Pro
1 pleniori intelligen. huius c. quæritur.† Vtrum, qui duas vxores habuit successiue, dicatur Bigamus. Et arguitur ꝙ non: primo sic. Nunquam duabus coniungitur, qui cōiungitur vni, & non coniungitur alii, nisi solutus ab alia sed taliter cōiungitur, qui duas accepit successiue, ergo videtur, ꝙ nūꝙ coniūgit duabus: ergo nūquā efficit Bigamus. ¶ Secundo in antiquis tēporibus simul plures vni coniugi poterāt vno vxorio affectu, ergo multo magis plures successiue possunt coniungi vni in vno affectu vxorio sed vni affectu vxorio reqrit sua indiuiduitas sacramēti ergo in vna indiuiduitate sacramenti potest quis coniungi pluribus successiue. Cū ergo Bigamia non fiat nisi à violatione huius indiuiduitatis, ergo videt, ꝙ talis nō efficiat bigamus. ¶ Tertio sic, qui nunꝙ est vnius nunquam efficitur bigamus, sed iste nunꝙ est nisi vnius solius, ergo, &c. probatur minor. Non est dare tempus, in quo iste sit duarum, ergo habetur propositū. Quarto sic. de eo qui habuit vnam ante baptismum, & aliā post ante baptismum nullum est matrimonium, ergo talis non est dicendus Bigamus, consequentia patet, quia bigamia dicitur defectus consequens ex secundis nuptijs. vt supra visum est. Antecedens probatur, matrimonium est sacramentum ecclesiæ, sed baptismus est ianua sacramentorum, ergo infideles, qui non sunt baptizati matrimonium contrahere non possunt, sicut nec alia sacramenta suscipere. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. ¶ Respondet dicendum, ꝙ qui duas vxores habuit successiue, & vtranque cognouit, siue ante baptismum, siue post, bigamus est dicendus, & habet annexam irregularitatem. Ista conclusio patet circa capitu. huius d. vbi assignati sunt. 7. modi, quibus contrahitur Bigamia. Preterea patet, qm̄ quemadmodum dicit Alber. magnus in 4. sicut non fuit in Christo, nisi vna natura diuinitatis unitæ humanæ naturæ, & vnione vnita non iterata vnitas, ita oportet esse, ꝙ sit in signo, vnde cum talis, qui plures habuit vxores diuidatur in plures, & pluribus vnionib. patet, ꝙ non soluatur in eo sacramentum, & per consequens patet, ꝙ sit bigamus. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, & ratio est, quia licet talis actu non coniungatur nisi vni, tñ successiue pluribus coniungit, & ita vt dicit Alb. licet actu sit vnum sacramentū, tamen successiue sunt duo, sicut nunquam nisi vna hora diei, est & tamen successiue sunt multę vnde ratio non procedit. ¶ Ad secundam respondetur, iuxta dominum Albertum, ꝙ nunquam plures vxores fuerūt vnius, secundum perfectum statum matrimonii, sed ex dispensatione diuina, licuit, quandoque pluribus coniungi: Etiam præterea inter illos non saluabitur sacramentum, sicut nec hodie saluatur in Bigamis, & ita ratio nō procedit. ¶ Ad tertiam respondetur ad minorē, ꝙ licet iste actu non sit nisi vnius, est tamē diuisus in plures, quia diuisio manet in ipso etiam vxore mortua, vt patet ex præhabitis, & ita, cum determinatur in eo perfectio sacramenti, dicitur Bigamus. ¶ Ad quartam respondetur, negādo assumptum. Et ad probationem respondetur iuxta S. Tho. ꝙ matrimoniū non est tantum institutum in sacramentum, sed in officiū naturæ. Et ideo quamuis infidelibus non competat matrimonium, secundum ꝙ est sacramentum, in dispensati one ministrorum ecclesiæ consistens. Competit tamen eis, inquantum est in officium naturæ. Litera. ¶ [Deinde opponitur]. s. Hieronymo, & aliis pro opinione illa, videlicet, ꝙ qui habuit vnam vxorem ante baptismum, & aliā post, nō sit Bigamus, quia vt dicebat, ea, quam post baptismum habuit, videbatur prima. [quæ nouo homini]. i. innouato per baptismum, copulata est. [coniugium autem illud] quod. s. fuit ante baptismum, dicebant per baptismum sacramentum cum cæteris criminibus ablatum esse. [cum ceteris criminibus.] loqutio est ſm illud Mat.27. Crucifixi sunt cum eo alij duo latrones, sic d.56. Cenomanen. & c. Apostolica & capit. quia. [quod cum de vna.] hic Innocen. arguit contra, inducendo eos ad duo inconuenientia. Primum est, quia sequitur ex illorū opinione, ꝙ si quis ante baptismū tres habuit vxores, & post baptismum habuit quartam, ꝙ illa quarta vxor diceretur prima secundam eos, ꝙ est incōueniens dicere. [Et virginis.] deducit eos ad ſm inueniēs arguēdo à simili. [& virginis æque]. i. sicut quarta est prima. [æque]. i. simili rōne illa habuit tres viros ante baptismū, &
2 post baptismū ducitur ab alio virgo erit eā ducenti, & qui talem ducit, quā virginem ducat, à sacris ordinibus nō moueatur. Et est ar.† ꝙ in similibus idem debet esse iudicium. Hu. [quis oro]. i. deprecor. [istud] subaudi, si dicatur, ꝙ talis bigamus possit promoueri [non videt contra Apostolū]. 1. ad Ti.3. & Ti.1. [Sed obijcitur.] hic arguit contra secundam opinionem dicētem, ꝙ in baptismo quicquid in veteri homine gestum est, solutum est hoc reprobat dicēs in baptismo peccata deleri, non coniugia, quæ à Deo instituta sunt vnde ait, dicite, &c. [An crimina illa.] s. dimittuntur, quæ secundum præceptum domini complentur, quasi diceret non, sed tantum crimina præcepit Gen.1. masculum, & feminam creauit eos, benedixitque eis dicēs. Crescite, & multiplicamini: hoc tamen intelligitur dictum, postquam Eua
3 formata est de costa Adæ. Gen. 2. [nephas.] ar.† ꝙ illud, qđ præceptum est à Deo, vel à lege, non est peccatum 23. q.4. qui peccat. Deus autem peccati non est autor cum matrimoniū instituerit, & benedixerit, clarum est matrimoniū non esse peccatum, sed opus sanctum dñi benedictū [Salomon] confirmat autoritate Ecc.34. legitur elicitiuè. Consumatū, benedicens.n. dominus Adam, & Euam dixit. Crescite, & multiplicamini, & replete terrā [Quid de taliū.] hic arguit contra tertiā opinionem, siue ſm fundamentum primæ, in quo dicebatur, ꝙ matrimoniū ante baptismum nō esset legitimum, & hoc improbat rōne, & autoritate. Rōne sic, quia ex illa opinione sequitur, ꝙ filii inde nati non essent legitimi, & per consequēs nec hæreditatē habebūt, sed erunt spurii. s. de meretrice nati, aut naturales scilicet de concubina

Margin notes: Alber. mag. — Ad primū arg. — Ad secūdū — Ad tertiū. — Ad quartū — Exponit literam. — Prima op. aduersariorum. — Secūda op. — Tertia op: Diuisio. — Primū ar. — Scdm ar. — Tertiū ar. — Quartū ar — Opponit et Respō.

concubina nati, quos natura genuit, non honestas coniugii. vt trigesima secunda, quæstio. 4. liberi. Tamen quando quę omnes dicuntur naturales ad differētiam adoptiuorū vt trigesima, quæstio. 1. §. 1. & quæst. 3. cap. ita. Hug. coniunxit. hic arguit authoritate d[illegible]na, & est argumentum efficacissimum. [coniux.] Matt. tertio. [non separet] sine causa, & lege. 33. quæstio. 2. quos Deus. [Quæro] Hic reuertitur Papa Innocentius ad secundam opinionem, & improbat eam duabus rationibus vsque ad finem. Prima est, quia si esset verum, quòd matrimonium aboleretur in baptismo, sicut crimina, vt opinio illa secunda dicit, sequeretur, quòd manente eadem vxore, ante baptismum, & post baptismū filij habiti ante, & filij habiti post non essent fratres, nec simul
4 conuenirent ad diuidendum hæreditatem quod videtur absurdum. [ercifcundæ] id est diuidendæ. arg. † quòd filij suscepti ante baptismum debent habere partem hæreditatis. & hoc verum est nisi remanerent in infidelitate, a quia tunc debent priuari paterna, & materna hæreditate
5 .C. de here. leg. cognouimus. Et est arg. † quòd Iudæi baptizati non debent priuari possessionibus, quod verum est, vt extra de Iudęis, Iudæi; nō. n. debent esse deterioris conditionis propter baptismum, sicut de Monacho, qui intrat claustrum decima nona, quæstio. vltima cap. vltimo. [regeneratio spiritualis] id est baptismus. Hug. [creditur.] à vobis. [qua ratione defendi potest hoc] id est hoc malum [vacua.] arg. ea non esse alicuius momenti, quæ non formantur autoritate, vel saltem ratione, quod præcepit. Gene. nono & dominus Matth. decimo nono. [Nunquid] ecce secunda ratio quæ stat in hoc, quoniam si verū esset, quòd quicquid gestum est in veteri homine, totum in baptismo solutum esset: sequeretur, quòd omnia bona opera facta per aliquem ante baptismum in baptismo deperirent, quod manifeste falsum esse ostendit ex actibus Apostolorum, vbi actuum decimo, de Cornelio gentili dicitur, quòd orationes eius, & eleemosynæ fuerunt Deo acceptæ ante baptismum, nec deletæ in baptismo, imo augmētatæ, & maioris meriti factę sunt post baptismum, de qua historia etiam habetur septima, quæstio. septima, non omnes. & de con. dist. quarta, non dubito. Hu. [deperire.] quia nullum bonū euadit irremuneratum. [nuptiarum] ergo concludit ex dictis primo, quòd matrimonium nullo modo dicendum sit peccatum, nec ex peccato proueniens, nec sequela peccati est. Hug. & per consequens non solui in baptismo. Secundo, quòd matrimonium ante baptismum [integrum] id est sanum, & congruum manet Hugu tertio, quòd nec nomen prioris vxoris aboleri potest, id est quin habeat verum nomen vxoris, & per consequens, quòd inducens secundam post baptismum efficitur Bigamus [cum non si dimissum] secundum coniugium. [pro peccato]. i. quam esset peccatum. Hug. [Dei voluntate.] Gen. 9. tangitur autem hic in gl. & per Arch. An omnis infamia tollatur per baptismum, quo in sequenti c. disputauimus.

a ¶ In infidelita e. Quia filius indignus nō habetur pro filio quoad successioné l. si fili⁹. de iur. §pa. Bal. in l. liberti C. de oper. liber.

1 *Infamia an tollatur per baptismum. & nu. & nu 4.*
2 *Peccata deleantur in baptismo, quo ad omnem pœnam ecclesiasticam.*



VNa. Inducit consequenter ca. quod est beati Ambrosij, ad probandum, quòd qui duxit duas vxores, & vtranque cognouit, promoueri non possit, cùm talis sit Bigamus, etiā si vnam illarum habuerit ante baptismum, & aliam post: & diuiditur in duas partes. In prima ponit quod dictum est. In secunda assignat ad hoc rationes. Secunda ibi: Sed intelligere. Sed pro intellectu præsentis tex. & glo. tam præcedentis cap. quam istius quæri-
1 tur †, vtrum per baptismum tollatur infamia. Et videtur, ꝙ non ex præcedenti ca. vbi dicitur, quod peccatum non est solui inter peccata credi non debet. Item dicitur in præsenti cap. quòd in culpa dimitti potest. & infra quòd culpæ est in baptismo relaxatur. ¶ Secundo arguitur sic: Bigamiæ irregularitas non tollitur per baptismum, ergo nec infamia, consequentia videtur bona à simili. Antecedens patet ex præcedentibus capitul. Si dicatur, quòd nō est simile, quia infamia est sequela peccati, bigamia autem non contra ex hoc sequeretur, quòd melioris essent conditionis, quæ sequuntur ex peccato, quam quæ ex peccato non sequuntur. ¶ Tertio sic, per pœnitentiam non tollitur infamia secunda, questio. tertia. §. hinc autem colligitur: ergo nec per pec


Diuisio.
Quæstio.
Primū ar.
Secūdū ar.
Tertiū ar.

ptismum. ¶ In oppositum est glos. præsentis cap. & præceden. ¶ Respondet dicendum videtur iuxta Hug. Innocen. & Archidiacon. quòd infamia ex proprio delicto proueniens tollitur per baptismum, ita, quòd si quis ante baptismum erat infamis, puta condemnatus de adulterio, vel de furto, vel ipso iure, puta quia fecit vsuras, quo ad legem ꝓmotionis ei, non imputabitur. Ista conclusio videtur probari ratione ex tex. præsentis capitu. vt arguit Hu. in c. præcedenti: sic, Quod culpæ est, relaxatur in baptismo, vt hic dicit Ambrosius, sed peccatum relaxari, siue dimitti, non est aliud, quam ad pęnam non imputari, † delentur ergo 2
peccata in baptismo, quo ad omnem pœnam ecclesiasticā, quæ. s. est sequela peccati. ergo quo ad infamiam quę pœna esse peccati non dubitatur. ¶ Secundo sic: vt arguit glo. prę cedentis. ca. si peccatum non deleretur, quo ad infamiam, adhuc obesset post baptismum, quod negat Ambrosius in præcedenti. c. ergo conclusio vera: † de infamia vero, & irregularitate, quæ contrahitur ex homicidio: secundum veriorem opinionem est conclusio, quòd tollitur in baptismo, siue homicidium sit cum peccato, siue absque peccato. Hæc conclusio colligitur ex ca. si quis viduam di. 50. in glo. vnde Hu. & repetit glo. in præcedenti ca. si aliquis occidit mille homines ante baptismum omnis infamia, & irregularitas tollitur. vt dist. 50. si quis post acceptum, vt etiam patet in Paulo, qui ante baptismum fuit homicida, & tamen postea factus est Apostolus. vt 50. dist. §. econtra. Concor. etiam Innocen. extra. de homic. in glo. super ca. Presbyterum. hanc etiam opinionem dicit Goff. esse veriorē. ¶ Nūc dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur, iuxta Hug. ꝙ cum dicitur, ꝙ peccatum non est, &c. intelligendum est, ꝙ nec ex peccato prouenit, nec sequela peccati est, infamia autem pęna peccati est. Similiter ad alias autoritates dicendum est. Nam cum dicitur, ꝙ in baptismo culpa relaxatur, intelligitur etiam relaxari quod ex culpa sequitur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxa Guil. glossatorem, & Raymundum, qui ait, quod secus est De irregularitate homicidii, & Bygamiæ, quia irregularitas homicidii non est ex defectu sacramenti, sicut est irregularitas Bigamiæ & ideo irregularitas Bigamiæ ꝓuenit ex defectu sacramenti, non tollitur in baptismo, irregularitas autem homicidii sic. Vel respondetur, ꝙ non est simile, quia infamia est, sequela peccati, non autem bigamia. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam, quoniam baptismus maioris virtutis, & prærogatiuę est, quam pęnitentia. vt patet. Litera. ¶ [Vna tantum permittitur]. i. nō prohibetur Arch. [nobis]. i. ordinandis. s. quemcunque volumus promoueri ad aliquem ordinem. Hu. [lex est]. s. ordinandorum est proposita. [non iterare.] nec secundo ab alio iam ductæ, & cognitæ, alias non obesset, nisi esset à primo cognita. extra de Bigamis. debitum. & 34. d. Valentino. secūdum Hu. vel idem repetit [coniunctionem]. i. copulam carnalem, quod plerisque mirum videtur, & inde magis, cū etiam ante baptisma non solum post electionem mirum intrāsitiue. i. electo [muneri]. i. ordini, ꝙ sequitur est expositio. Hu. [&] pro. i. [pręrogatiuę ordinationis]. i. ordinis, qui quadam prærogatiua gaudet. Hug. obesse non soleant. arg.
4 † ꝙ infamia ex peccato orta in baptismo aboletur, alioqui peccatum obesset, si propter pœnam illius aliquid impediretur. [sed intelligere.] hic respondet rationi præfatæ. [lex aboleri] id est legitimum matrimonium, quod à Deo est institutum in coniugio [non culpa sed lex est] id est legitima institutio, quod culpæ est. Concludit ergo contra prædictam opinionem dicens, quòd in baptismo bene culpa relaxatur, nō autem matrimonium soluitur [quomodo autem] hic ponit vnā de causis propter quas Bigamus promoueri non debet, quam in princi. huius posuimus inter alias [Ioannes.] hic idem ostendit Ambrosius videlicet, ꝙ inter fideles verum sit matrimonium, & quod in baptismo non deleatur [dicit] Matth. sexto, & Lucæ tertio, de hoc & Matth. decimo quarto, [habere] quia frater non erat mortuus adhuc, sed abstulerat eam sibi alias secus 8. quæstio. 1. olim. Arch. [inter.] Concludit inter infideles coniugia esse. Nam filius, & eius vxor erant infideles [bigamus] Bigamus, sicut superius diximus cōponitur à bis, & gamos quod mulier, vel vxor, & sic dicitur bigamus, ꝙ habet, vel habuit plures vxores, [in sacerdotem.] quia à vero Sacerdote discrepat, qui vnam tantum sponsam ecclesiā habuit,

Opposi. et Respo.
Ad primā arg.
Ad secūdū
Ad tertiū.
Exponit literam.

habuit,& non plures.in glo.dicitur,vel in Diaconem adde tu nec aliquem ordinem,licet enim regula Apostolica specialiter loquatur de Episcopo,& Presbytero, & Diacono,tamen ad omnes alios ordines generaliter extenditur.vt distinct.vigesima quarta.cognoscamus.vt dist.81.Apostolus.Hug.& Archid.

1 *Verbum necessitatis,& coactionis non semper inducit necessitatem.*



QVi sine crimine. Inducit Gratianus ad confirmationem predictorũ Ambrosium in epistola ad Episcopum Versellen.quasi repetentẽ duo capitula Apostolicæ regulæ, ergo &c.
1 [tenetur]improprie ponitur[idem admitttitur, & non repellitur].q.d. promoueri,nisi aliud obstet.Et nota verbũ necessitatis,& coactionis non semper inducere necessitatem,sed quandoque accipi permissiue,sicut distinct.quinquagesima quinta,qui partem.& distinct. 50.domino. iuxta princi.[culpam non habet coinquinati] hominis quia non peccauit in hoc,ꝙ iterauit coniugium.[sed prærogatiua].i.sacramento,quod exigitur ad ordinem suscipiendũ propter prærogatiuam ipsius ordinis.Hu.&c.

¶ Distinctio Vigesima septi m a.

1 *Episcopus possit vti matrimonio contracto.*
2 *Clerici orientales,& occidentales,in quibus conueniant,& di ueniant.*



QVod autem. Hic intitulatur di. 27.Et potest diuidi in 4.partes.In prima magister Gratian. facit incidentem quæstionem.in 2. ad illius solutionem ostendit,ꝙ nullus debet ordinari in diaconum, vel sacerdotem, nisi professus continentiam.In tertia ponit quædam capitula, quæ videntur loqui in contrarium de vouentibus. In quarta, soluit ponendo distinctionem simpliciter, & solemniter vouentium.Secunda ibi: Si Diaconus.Tertia ibi:Quædam numerantes.Quarta ibi:Distinguendum est.Incidens autem est,quæstio,quam facit hic.
1 ¶ Vtrum Episcopus possit vti†matrimonio contracto. Et ostendit per sequens.c.quòd non potest.Hanc autem quæstionem interponit occasione illius,quod dictum est:scilicet oportet Episcopũ esse virum vnius vxoris administrationis,id est postquam ordinatus est.Nam administrat sacramenta Episcopalia:Archid.Nota etiã,ꝙ qa dictum erat de Bigamis,quòd præsumitur contra eos de in continentia.Ideo magister Gratianus supponit istam distinctionem & sequentes vsque ad trigesimã quintã,in qua redit ad propositum.Et ostendit,quomodo clerici debeant constituere tam orientales,quam occidentales. Vbi aduertendum, quòd clerici orientales,& occidentales in quibusdam con
2 ueniunt,& in quibusdam differunt.†Conueniunt autem in duobus:Primo,quia clerici in minoribus ordinibus constituti possunt licite contrahere,& vti contracto tam in oriẽtali,quam in occidentali ecclesia.vt trigesima secunda dist. si quis eorum.Secundo conueniunt in hoc,quia in maioribus ordinibus constituti scilicet Subdiaconatu,& Diaconatu,& Sacerdotio, & Episcopatu, nec apud nos, nec apud orientales possunt contrahere, nec potuerunt à tempore Apostolorum,& si in tali gradu contrahunt,de facto contrahunt,& non est ibi matrimonium.Hoc patet in sexta synodo,quæ in oriente fuit celebrata,& regulam illis statuit. vt distinct. trigesima secunda,si quis eorum.Est autem differentia inter orientales,& occidentales,quoniam illi,siue sint coniugati,siue non promouentur ad sacros ordines, nisi promissa continentia. vt distinctione. vigesima octaua, nullum.& distinct.trigesima prima,aliter.vnde si sunt coniugati exigitur,vt ipsorum vxores profiteantur continentiam,alias repelluntur.vt distinct.vigesima octaua, capitu. assumi & cap.præterea,à tempore autem Cyriaci, & Innocentij non licuit occidentalibus ad Diaconatum vel supra promoueri,nisi promissa continentia.vt distinc.octuagesima secũda,proposuisti.& capitul.plurimos,sed Subdiaconatum licuit vsque ad tempus Gregorii.vt distinct. trigesima prima cap.ante orientales.ergo licite vtuntur in sachris ordinibus matrimonio contracto. vt distinctio. 31. quoniam.& cap.aliter.Occidentalis non.vt dist.31.c.lex.& c.omnino.& c.aliter.Hug.

1 *Votum continentię, quod sit annexum ordini sacro,an sit conuenienter institutum ab ecclesia,quod sic.*
Et quod hoc ecclesia potuit facere dupliciter.nu. 2.
Et quòd fuerit expediens dupliciter.nu.3.
4 *Diaconus, vel Subdiaconus,qui in ordinatione sua votum continentię emisit,solemni voto tenetur astrictus.*



DIaconus. Hic introducit Gratianus hoc capit.quod est Marti. ad probandum,quòd episcopus non debet vti vxore sua.In quo dicit Martinus papa,quòd si quis,cum debet ordinari in Diaconem dixerit se nolle continere, sed velle accipere vxorem,non ordinetur.Si autem nihil dixerit, & ordinatus fuerit, & post ea vxorem acceperit,deiiciatur ab officio,& beneficio,& separetur ab vxore,& ita arguit de Episcopo à minori sic.Diacono,de quo minus videtur,non licet vti hoc matrimonio contracto propter votum continentiæ annexum ordini sacro,vt hic dicit Papa Martinus, ergo nec Episcopo,aut presbytero.Pro pleniori intelligentia huius c.imo huius distinctionis, & multarum sequen- Primũ ar
1 tium quæritur.†Vtrum conuenienter ab ecclesia sit institutum,vt ordini sacro votum continentiæ sit annexum, per quod clerici ad continentiam obligentur,& arguitur primo sic:Quòd typus,& veritas sibi respondent:ordo autem veteris legis typus fuit ordinis nouæ legis, ergo respõdent sibi sed constat,ꝙ ordini veteris non erat annexum continentiæ votum,cum sacerdotes illius temporis haberent vxores,& ducebant vxores in ordine existentes, ergo etiã in ordine nouæ legis deberet esse sic. ¶ Secundo, Matrimonium est in remedium concupiscentię, sed hic morbus maxime viget in clericis, vt patet, ergo eis nõ debuit denegari. ¶ Tertio ea,quæ sunt profectionis,per cõsilium debemus induci non mandato obligari .Si ergo abstinere ab omni muliere perfectionis est, non videtur, quod ad hoc debuerunt clerici per præceptum alligari. ¶ Quarto sic non est maioris perfectionis moderna ecclesia , quam primitiua,sed tunc non fuit indicta cõtinentia clericis ,ergo,nec nunc debuit indici. ¶ Quinto sic,prælatorum status debet esse perfectissimus,quia simul iniuncta est contemplatio cum actione ergo cum status clericorum debeat esse perfectus, videtur quòd statui eorum conueniat non tãtum generatio spiritualis per verbum, & exemplum,quantum ad statum contemplationis,sed etiam generatio prolis carnalis,quantum ad statum actionis, videtur ꝙ eis nõ debuit matrimonium interdici, quæritur ergo,quæ fuit ratio huius statuti. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti capitul.& multis alijs se. ¶ Respondet dicendum, quòd hoc statutum de continentia Clericorum fuit ab ecclesia conuenienter,& rationabiliter , factum, a quæ conclusio iuxta dominum Bonauenturam probatur ex tribus capitibus . Tum primo , quia ecclesia potuit,siue licuit,Secundo , quia decuit. Tertio , quia expediens fuit. † Po-
2 tuit autem ecclesia facere hoc dupliciter.Tum propter autoritatem prælatorum , & maxime põtificis summi. Tum propter consensum subditorum.Propter autoritatem nanque potuit, quoniam , si omnia sacramenta autoritatem recipiant in dispensante aliquo modo maxime sacramentum illud ordinis in cuius signum in ordinis datione loquitur , vt potestatem habens ille qui ordines confert, vnde & dicit. Accipe potestatem , &c. Et ideo illud onus, quod voluit summus Pontifex huic ordini siue sacramento alligare potuit,& sibi licitũ,sed huic autoritati, & potestati successit in latinis voluntas obtemperandi , quia tale statutum libenter super se receperunt,& hæc duo fecerunt statutum illud firmum.Sed Græci dederunt tergum, & qa non consenserũt in tam nobile statutũ,vt vasa sua seruarẽt mũda,ablatum est eis regnum.i. intelligentia scripturarũ. Et datum est genti facienti fructum eius, sic ergo patet, ꝙ potuit.Nec solum licuit,imo etiam decuit,& hoc pp duo: quoniam

Divisio. Quæstio. Scdm ar. Tertiũ ar. Quartũ ar Quintũ ar. Opponit et Respõd. a ¶ Factũ tõne vide per Pet.de An. in c.qđ ad te.nu.2.de cle coniu. Matth.21.

quoniam in actu carnali, qui est vsus matrimonii, vt plurimū est libido, & in cohabitatione, vt plurimū est solicitudo. Et libido, siue carnalis delectatio reddit fœtidum, & immundum, & solicitudo reddit diuisum. Et quoniam clericum in sacris ordinibus constitutum decet esse mundum, cum ferat vasa dñi. iuxta illud Esa. 52. Mundamini, qui fertis vasa domini, decet etiam esse solicitum, & attentum, vt solicite, & diligēter seruiat domino, & studeat, quomodo placeat Christo, ideo decens fuit eos ab vxoribus separari, vt per omnia fierent idonei cultores, & ministri altaris. Si. n. illi qui comedebāt panes propositionis, vasa munda habere debebant, vt habet primi Re. 21. quāto magis isti, qui agno immaculato assistunt, & dispensant, & sumunt, omni puritate, & sanctitate debent fulgere, & vasa sua custodire in sanctificatione, & honore, non est desiderij passione, vt loquit Apostolus 1. ad Thes. 4. Certe hoc non tantum decēs, sed etiam decentissimum iudicabit omnis anima, quæ est templum spiritus sancti, & non tantum decuit, sed etiam
3 expediens fuit, & etiam propter duo. †Primo propter vitandū irregularitatis periculum. Secundo propter vitandum latrocinium. Propter vitandum quidem periculum, quia similiter, quæ est vxor alicuius, si cognoscat alium virum, & ille vir cōiux eius postea cognoscat eā, iā irregularis est Et idem si vxor sacerdotis Greci fornicetur, iam amplius nec cum ea, nec cum alia potest rē habere, & quia difficile est abstinere, frequenter in irregularitatem inciderent, & cū piculo ministrarēt, si vxores haberēt. ¶ Secūdo vero propter vitandum latrocinium. Si. n. Epi & Archiepiscopi nunc filios haberent omnia bona ecclesiastica furarētur, & diriperent, ita, quod pauperibus pauca, aut nulla remanerent. Cū. n. modo congregent, & ditent nepotes, quasi gradibus incomputabiliter ab eis elongatos, quid facerent, si haberent filios legitimos. vnusquisque attendat quantum esset periculum, ideo prouidit spiritus sanctus hoc offendiculum auferre, & Dei consilio hoc statutum fuit in ecclesia sancta Dei, vt clerici ad sacros ordines venientes nullo modo matrimonio possent vti. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et ratio est duplex. iuxta Albertum magnū. Prima est, quia perfectior est veritas, quam typus, & figura. Et ideo nō mirum si plus inueniatur in veritate. i. ordine noui testamenti, quam in figura veteris testamenti. Secunda, quia figura illa non erat perfecta in omnibus figurans, quia licet ordo fuerit figura ordinis, tamen non fuit figuratus figura ordinati, quia illi sacerdotes fiebant in propagatione carnis tempore paucitatis fidelium, sed isti sunt propagationis spiritualis. Et ita ratio non procedit. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quia iuxta dominum Bonauēturam licet clerici indigent remedio, non tamen est solum remedium matrimonium ad vitādam fornicationem, sed multo nobilius remedium est macerare carnem, vnde quādo otium est, & nulla est carnis maceratio, sed nutritur, &, impinguatur venter tunc præstatur fomētum igni luxuriȩ & ideo aliquibus videtur continere non posse, sed si occuparent se bono exercitio, & carnem macerarent alio remedio, non indigerent. Et istud remedium est eis concessum, quia conuenit eorum statui. Aliud vero est remedium, quod non competit corū cœlebratui. ¶ Ad tertiam respondetur quod ecclesia nullum cōpellit absoluta impulsione, sed sub conditione, quæ est in voluntate hominis. s. si velit ordinē suscipere, & hoc non est compellere simpliciter, sed homo tunc se obligat, quando voluntariè sumit ordinem, oportet. n. quod accipiat ipsum cum suo onere, & ita ratio non valet, quia fundatur in falso. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta dominū Bonauēturam, quia hæc institutio non competebat, statui primitiuæ ecclesiæ. Tum propter paucitatem personarum. Tū propter paupertatem. Tum propter modestiam, & honestatem, Propter paucitatem, quia oportebat clericos fieri de nouo conuersos, qui vt plurimum vxores habebant, nunc autem à cunabulis instituunt: Propter paupertatem, quia tunc non erant diuitiæ in ecclesia, vnde non erant tantum tunc timendum de furto, sed post Dei dispensationem ecclesia temporalia habuit, ne charitate refrigescente tam in laicis, quam in clericis cultus Dei periret, qui dilatari deberet, vnde tunc non oportuit continentiam indicere. Tum propter modestiam, quæ erat in illis, sciebant. n. vxoribus melius, & temperantius vti, quòd ita patet responsio. ¶ Ad

Ad primū arg.

Ad secūdū Bonauen.

Ad tertiū.

Ad quartū

Ad quintū

quintam respondetur negando consequētiam, & ratio est iuxta dominum Bonauenturam, quod quædam est actio, quæ iuncta contemplationi non eam impedit, sed fortiorem facit, vt sunt opera misericordiȩ, & pietatis, quædam autē est actio, quæ mentem deiicit de arce, & talis est actio coniugalis, quia sicut dicit August. nihil mentem virilem adeo de arce deiicit, quam tactus membrorum fœmineorum, & hoc supra tactū fuit. Et ideo dico, quod clericis talis actio non competit, sed actio quantum ad opera misericordiæ, vnde cis commissa sunt bona pauperum dispensanda, vt in operibus pietatis ea impendant, non vt curam carnis in desiderijs faciant. Litera. [Diaconus.] secundum quod in glo. habetur hoc c. potest intelligi de Matrimonio contracto, & contrahendo, & secundum hoc diuersis modis exponitur: secundum autem, quod intelligitur de contracto, tunc exponitur sic. [Qui eligitur Diaconus]. i. ordinatur. i. debet ordinari in Diaconum, vt pote, Subdiaconus qui eligitur, & postulatur, vt ordinetur Diaconus [si contestatus pro accipiendo matrimonio, vtendo iam accepto]. i. quia à tēpore Apostolorum fuit prohibitum Subdiaconum contrahere, vt 84. di. cum in præterito, Sed poterit ne vti vxore Subdiaconus ita dist. 31. ante. & 27. q. 2. multorum. [iste sit contestatus]. i. requisitus publice, & coram multis, responderit [de Matrimonio]. s. olim contracto [accipiendo] id est, vtendo ad carnalem commistionem [non ordinetur] sed remaneat cum vxore sua, quia talis Subdiaconus non debet ordinari, nisi promissa continentia. [si in ordinatione tacuerit] & per quod præsumitur professus continentiam, quia qui tacet consentit. ar. dist. 28. Diaconi. & dist. 54. si seruus. cum multis alijs. ordinatus in Diaconum [desiderauerit] cum affectu de facto, copulando se illi carnaliter [à ministerio]. i. officio. [& clero]. i. beneficio. iste etiam separandus est ab vxore, quo ad copulam carnis, si ordinatus est, vxore sciente, & tacente, vel consentiente ar. c. qui, vxorem 33. q. 5. Secus, si ea non consentiente, vel ignorante. vt 22. q. 2. Agathosa, quia à tempore Honorij Papæ, & Lucij, & Syrici, & Innocētij, qui omnes longo tempore præcesserunt Martinum, nō licuit diaconis commisceri carnaliter vxoribus suis. vt di. 50. si quis Diaconus. & d. 81. minister. Hu. Si vero tex. intelligatur de Matrimonio contrahendo, tunc exponitur tantam de Diacono, qui eligebatur ordinandus, de quo tantum fuit quȩsitum [si contestatus fuerit]. i. contestando dixerit hoc [pro accipiendo] id est contrahendo de facto, quia de iure, non poterat. [Matrimonio non ordinetur.] Si vero in ordinatione sua tacuerit, & ordinatus in Diaconem [desiderauerit cum effectu,] id est de facto contraxerit [à ministerio] id est. officio. [& clero.] id est beneficio, & ordine clericali & separetur ab vxore tali. quia non est ibi Matrimonium. vt infra eadem. Presbyterum. & distinct. 32. eos. A tempore enim Syrici Papæ, & Innocentij, imo à tempore Apostolorum non licuit contrahere in Diaconatu. vt distinctio. 82. proposuisti. [hac autoritate.] verba sunt Gratiani. [qui vxores habent] per hoc videtur, quod Gratianus intellexerit præfatum capi. in secundo casu [vel accipere volunt] per hoc videtur in primo. Hu. [licet potest vti.] male dicit hic Gratianus, & falsum proponit. Hug. [Nam & si] ad falsum
4 probandum inducit aliud falsum. †Nam Diaconus, vel Subdiaconus, qui in ordinatione sua votum continentiæ emisit, solemni voto tenetur astrictus: vnde post Matrimoniū contrahere non potest, & si contraxerit debent separari. vt infra eadem presbyterum [nec ex violentia voti] id est licet violet votum. [coniugium post cōtractum potest dissolui] quod non asserendo, sed allegando hoc dicit, vt indicant sequentia capitula, hoc patet, ex sequenti. §. hic. Vel potest dici, quòd Gratianus loquitur. s. cum Subdiaconus factus est. Diaconus sine consensu vxoris, & tunc expone coniugium ante contractum, & secundum hoc sequentia capitula non respondent. §. Hu. & Archi. &c.


Exponit literam. Duplex lectura istius capituli.

Alia expositio.

Cōtra Gratianum.

1 *Matrimonium post votum simplex continentiæ, an sit dirimendum.*

2 *Votum est fortius vinculum, quam matrimonium, quantum ad id, cui fit ad quod ligat.*




Vidam nubentes. Tertia pars. Ponit hic c. 1. quod est beati August. quod videtur loqui in contrarium. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit, quorundam falsam

Diuisio.

dam falsam opinionem dicentium, indifferenter nubẽtes post votum castitatis esse adulteros. In 2. reprobat opinionem illam dicens, ꝙ imo grauiter peccant, qui tales, tanq̃ non legitime coniunctos separant. ¶ Pro pleniori intelli-
Ad primũ argu. 1 ligẽtia huiusmodi c. quæritur. † Vtrum matrimonium post votum simplex continentię sit dirimẽdum. Et videtur primo, ꝙ sic. Fortius vinculum præiudicat debiliori, sed vinculum voti est fortius, quam vinculum Matrimonij, quia hoc fit homini, illud Deo, ergo vinculum voti pręiudicat vinculo matrimonij. Et per consequẽs matrimoniũ sequẽs
Secũdũ ar. post votum simplex continentiæ non tenebit. ¶ Secũdo sic: Præceptum Dei non est minus, quam præceptum ecclesiæ, sed præceptum ecclesiæ adeo obligat, ꝙ si cõtra ipsum matrimonium dirimitur, sicut patet de illis, qui contrahunt in aliquo gradu consanguinitatis ab ecclesia prohibito, ergo cum seruare votum sit præceptum diuinum, videtur, ꝙ qui contra votum diuinum matrimonium cõtrahit, ꝙ ex
Tertiũ ar. hoc matrimonium sit dirimendum. ¶ Tertio sic. Irritãdus est cõtractus, in quo implicatur obligatio ad peccatũ mortale, sed in contractu matrimonij contracti post votũ simplex continẽtiæ, includitur implicatio ad mortale, quia includitur obligatio ad carnalem copulam, quæ est contraria continentiæ voto, ergo talis contractus est dirimendus.
Opponit ĩ contrariũ. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. quod est B. Augu. Et idẽ colligitur, extra de voto. c. 1. ¶ Secundo sic, Si votum sim-
Secũda op. plex matrimonium dirimeret, cum votum illud sit occul-
Respõdet. tum, quilibet posset simulare se vouisse, quandocunq; vellet alter cõiugum, matrimonium separare, etiam legitimũ sed hoc est incõueniens: ergo. ¶ Respondeo dicẽdum sub hac conclusione, ꝙ votum simplex cõtinentiæ, licet impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit cõtractum. Ista cõclusio, quo ad ambas partes ponitur, extra, qui cleri. vel vo. c. consuluit. & c. rursus, vbi Apostolica sedes ponit eam in forma, sed ratione sic probatur vtraque pars. Prima vero in qua dicitur, ꝙ simplex votum impedit matrimonium contrahendum, probatur sic. In actu matrimonij sub conditione, obligatio ad aliquid repugnat simplici cõtinentiæ voto, quia ibi includitur obligatio ad reddendum carnale debitum, si alter coniugum exigere voluerit, ergo contrahens post votum simplex continentiæ obligat ad frangendum votum suum, si voluerit cõiux, sed hoc fieri non potest sine peccato mortali: ergo simplex votum impedit matrimonium contrahendum. ¶ Secunda pars, q̃ dicit, quod non dirimit contractum: Probatur sic iuxta S.
S. Thom. Tho. in 4. d. 38. Per hoc res aliqua desinit esse in potestate alicuius, per quod transit in dominium alterius, permissio autem alicuius rei non transfert eam in dominium alterius eius, cui promittitur, & ideo non ex hoc ipso, quod aliquis rẽ promittit, desinit res illa esse in potestate sua. Cum ergo in voto simplici non sit, nisi simplex promissio corporis proprij ad continentiam Deo seruandam facta per votũ simplex, ad huc remanet homo Dominus corporis sui, & ideo potest ipsum dare alteri. s. vxori, in qua datione matrimonij sacramentum consistit, ꝙ indissolubile est, & propter hoc votum simplex, quamuis impediat contrahendũ vt dictũ est quia peccat matrimoniũ cõtrahẽs post votum simplex continentiæ, tamen quia verus contractus est, nõ
Ad primũ argu. potest matrimonium per hoc dirimi. Cõcordat dominus Bonauentura Richardus, & Durãdus. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur iuxta san
2 ctum Tho. negando aliquo modo minorem: dicimus. n. † ꝙ votum est fortius vinculum, quam matrimonium quantũ ad id, cui fit, & ad ꝙ ligat, quia per matrimoniũ ligatur homo vxori ad redditionem debiti, sed per votum Deo ad continentiam, tamen quantum ad modum ligandi matrimonium est fortius vinculum, quam votum simplex. Ratio, quia per matrimonium traditur actualiter vir in potestatem vxoris, nõ autem per votum simplex, vt dictum est potior autem semper est conditio possidentis. sed quantũ ad hoc simili modo obligat votum simplex, sicut spõsalia,
Ad secũdũ. vnde propter votum simplex sunt sponsalia dirimenda. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta sanctum Tho. quia præceptum prohibens matrimonium inter consanguineos, non habet in quantum est præceptum Dei, vel ecclesiæ, quòd dirimat matrimonium contrahendum, sed inquantum facit, quòd consanguinei eorum non possint transire in potestatem consanguinei, hoc autem non facit præceptum prohibens 2

matrimoniũ post votũ simplex, vt ex dictis patet. Et ideo ratio non sequit̃, ponitur. n. causa, ꝙ non est causa. ¶ Ad tertiam rñdetur, negando minorem, & ratio est iuxta S. Tho. Ad tertiũ.
& dñm Bonauen. & Richardum, ꝙ quamuis ille, qui cõtraxit per verba de præsenti post votum simplex, nõ possit cagnoscere vxorem suam carnaliter sine peccato mortali, qa adhuc restat sibi facultas implendi continentiæ votum ante matrimonium consummatum, intrando religionem, tñ postquam matrimonium est consummatum, cum iam potestas sui corporis plene translata est in suam cõiugem, est sibi factũ illicitum non reddere debitum vxori exigenti, tñ ex culpa sua. Et ideo ad hæc obligatio voti non se extendit vt ex dictis patet, tñ debet sacramẽto pęnitẽtię recõpensare pro cõtinentia nõ seruata, &c. Litera. ¶ [Quidam post Exponit literam.
votum simplex] continentiæ. [adulteros] male credunt isti, quia vt dictum est, licet simplex votum continentiæ impediat matrimonium, grauiter peccant, quia separant virum ab vxore sua vera 27. q. 1. nuptiarum. Hu. Hic gl. facit mentionẽ de voto simplici, & solẽni, & de modo solemnitatis eius, de quo 27. q. 1. est tractandum plenius.

1 *Factum minus licite, & regulariter quandoque tenet.*
4 *Pęna transgressionis propter adiunctum releuatur, & diminuitur.*



SI vir votum. Sequitur ad idem cap. hoc Theodori. breue est & nõ diuiditur. Sed pro pleniori eius intellectu quæruntur duo.
1 ¶ Primum est, vtrum vir, qui post votum simplex virginitatis cõtraxit, possit sine peccato exigere debitũ ab vxore.
2 ¶ Secundum est, vtrum potest sine peccato reddere debitum vxori exigenti.
1 Ad primum. Sic procedit̃. † Et videt̃, ꝙ qui post votum continentiæ contraxit, possit exigere debitum sic. Votũ ita repugnat dationi, quia ali- Primũ ar.
quis dat ius in corpore suo, sicut exigentię debiti, sed pri- Secũdũ ar.
mum stat, & tenetur reddere ei, cui ius in corpore suo dedit: ergo vr̃, ꝙ etiam exigere põt. ¶ Secundo Talis videtur à voto absolutus per matrimonium superueniẽs, cum ma- Opponit ĩ
trimoniũ sit vinculum fortius, quam simplex votũ, ergo vi- contrariũ.
detur, ꝙ possit exigere. ¶ In oppositum arguitur in tex. pręsenti, qm̃, qui votum fecit perpetuo seruandæ virginitatis q̃tum in se est deuouit carnalem copulam, ergo nõ põt eã exigere. ¶ Rñdeo dicẽdum, ꝙ tales, qui post votũ simplex Respõdet.
continentiæ vxorem duxit, debitum exigere non põt. Patet conclusio ex rõne facta, ista cõclusio est S. Th. Alberti magni, & Bonauen. & Richardi, & omnium quasi doctorum, & ponit ẽt hic Archid. Pro cuius declaratione iuxta S. Tho. in 4. vbi supra sciendũ, ꝙ talis quantũ ad ea, in quibus non est factus impotens, votũ continentiæ seruare adhuc post contractum matrimonium obligat̃ ad seruãdum, pp ꝙ mortua vxore, tenetur totaliter cõtinere. Et, quia ex matrimonij vinculo non obligatur ad debitum petendum Ad primũ
ideo nõ potest petere sine peccato. ¶ Ad rationes in opposi- arg.
tum. Ad primam respondetur, negando cõsequentiam. Et ratio est qua licet votum ita repugnet dationi. i. cõtractioni matrimonij, in quo ius in corpore suo alteri primo dedit, sicut exigentiæ post contractum, quia in vtroque peccauit. Aliud tñ est post cõtractũ soluere debitũ exigenti, hoc .n. exigit iustitia, ut unusquisq; reddat alteri, debitum suũ.
¶ Ad secundam rñdetur, ꝙ dominus Bona. recitat, & post Ad secũdũ
eum. Arch. in præsenti. c. dicunt quidam, ꝙ simpliciter uouens tenetur nunquam coire, nisi fortiori uinculo absoluatur. & quia matrimonium fortius, est ideo dicunt, ꝙ q̃ñ cõsummatur matrimonium, tũc oĩno soluitur à uoto, sed de eo penitentiam agere debet, quia uotum uiolauit, unde dicunt, ꝙ põt debitum exigere, sicut soluere. Sed hoc nõ credo, dicit Bonauen. s. ꝙ absoluatur à uoto, quantum ad matrimonium, nisi in quantum ius matrimonij impellit eum agere contra uotum, ar. opti. extra de iureiuran. quãto, ubi dicitur, ꝙ iuramentum debet obseruari, quatenus potest, sed ius matrimonij non compellit debitum exigere, quia hoc libertatis est sed compellit eum soluere, ideo dicendũ est, ꝙ sine peccato nõ potest petere, siue exigere, imo mortua vxore, tenetur omnino continere.
2 Ad secundum. Sic proceditur, † & uidetur, ꝙ ẽt nõ possit sine pctõ reddere nec Primũ ar.

ol uere debitū vxori exigēti,sic qa nihil de se sibi retinuit nulli in se aliquid dare potest,sed iste per votum nihil de se sibi retinuit,ergo nulli in se aliquid dare potuit,ergo nulli tenetur aliquid reddere.¶ Secundo sic,Cōstat,ꝙ iste se totum dedit Deo per votum,queritur ergo,per quid absolua tur ab illo,videtur,ꝙ per nihil,ergo adhuc tenetur.Si dicatur,quod per matrimonium.Contra ipse per actum matrimonij in carnali copula mortaliter peccauit,sed ex peccato non debet reportare commodum,ergo ex hoc non debet absolui à voto, ergo adhuc tenetur non reddere. ¶ In oppositum est tex.præsentis.c.Item ea,quæ dicta sunt supra Respondeo dicendum,ꝙ talis,qui post votum simplex matrimonium contraxit, tenetur soluere debitum exigenti vxori,& soluendo nō peccat.Ista conclusio patet,quia nullus peccat soluendo id,ad ꝙ est obligatus,sed qui matrimonium cōtraxit,est obligatus reddere debitum coniugi exigenti,cum in eum transtuleri potestatem sui corporis,ergo conclusio vera.¶ Ad rationes in oppositū simul respondetur.Ambo.n.præsupponūt vnū falsum,videlicet,ꝙ quis per simplex votum se det,cui se promittit,cum.n.vt dictū est,votum simplex continentiæ non sit nisi sui ipsius promissio ad continentiam seruandam,promissio alicuius rei non transfert dominium illius cui promittitur, vnde post promissionem ante traditionem rei promissæ promittens remanet dominus rei,& ideo si eam donet alii tenet donatio,quamuis aliquam satisfactionem facere teneatur, seu recompensationem, illi cui recompensam promiserat, & ita est in proposito,vt dictum est circa capitulum primum huius distinctionis.Litera.¶ [Si vir votum]. i. propositum
3 perpetuæ continentiæ habendæ.[non dimittat.]ar.†ꝙ minus licite,& regulariter factum,quandoque tenet.ar.d.46. de Iudæis.& d.52.solicitudo,& 7.q.1.Episcopus, & in multis alijs.[tribus]contra tales,qui contrahunt post simplex votum dicuntur peiores adulteris,vt 27.q.1.nuptiarum.in fine,sed adulteris septēnis pœnitentia iniūgitur,vt.33.q.2. hoc ipsum.Ergo multo fortius istis cum sint peiores.Solutio.potest dici,ꝙ non sunt peiores.Dicuntur tamen peiores in capitulo supra dicto,non quantum ad culpam,sed q̄tum damnum,quia cadunt à maiori bono.s.à statu virginitatis.Vel potest secundo dici,ꝙ licet sint peiores, quia isti in Deum peccant,qui maior est homine,tamen minus puniuntur,propter bonum matrimonij adiunctum,& est ar. †quod pœna transgressionis propter adiunctum releuatur & diminuitur.ar.32.q.2.quid cum aliis multis Hu. Et hoc sæpe conuenit,ꝙ minus punitur,qui magis peccat,sicut patet in vxoricida,qui minus peccat,quam matricida, & tamen magis debet puniri,vt 33.q.2.admonere,propter adiunctum etiam pœna quandoque augetur secundum id,ꝙ notat 27.q.1.virginibus.Arch.

Secūm ar. — Opponit et Respōd — Ad argum. — Exponit literam.


1 *Nubere velle post votum continentiæ an sit damnabile.*
2 *Vouentes peccant mortaliter nubendo,siue contrahendo.*


Ouentibus.. Hic inducit in contrariū probādo, ꝙ post votum cōtinētiæ nō liceat cōtrahere,imo, ꝙ tale votū dirimat cōtractū matrimoniū,sed hoc quātum ad hanc partem,verum est deuoto solemni.Breue est,& non diuiditur.Hoc c. est Hieronymi in li.de lapsu cuiusdā virginis. ¶ Pro pleniori in-
1 telligentia huius c.quæritur.†Vtrum post votum continentiæ velle nubere sit damnabile.Et arguitur,ꝙ non. Primo sic.Beata virgo vouit virginitatem,& tamen nupsit Ioseph & hoc non fuit nisi eius voluntate interueniente,ergo, &c. ¶ Secundo sic.Talis non videtur peccare,si non intēdat aliquod incompossibile,sed iste potest hoc facere,quia semp actu post contractum matrimonium potest religionem intrare,& nihilominus,licet hoc contrahendo intendat,contractus tenet matrimonij.¶In opppositum est te.B. Hiero. in hoc c.Respondeo dicendum iuxta sanctum Tho.in 4.d. 30.post votum virginitatis absolutæ factum,non potest aliquis in matrimonium consentire, sine peccato. Patet ista conclusio,quia si sit votum solemne, non est verum matrimonium. Si autem est uotum simplex, licet verum sit matrimonium, quod consequitur, tamen peccat contrahens.Nam ideo dictum est,ꝙ votum simplex impedit matrimonium .Cōcordat Ricardus de media villa dicens ꝙ contrahens,post votum continentiæ simplex nisi certifica-

Primū ar. — Secūdum ar. — Opponit et Respōd. — Ricard.de media vil.


tus fuerit per Spiritum sanctum, ꝙ Deus sic ordinauit, ꝙ nunquam sequeretur carnalis copula,peccat.¶Ad rationes in oppositum.Ad primam respōdetur,ꝙ votum beatæ virginis,vt dicit S.Th.iuxta magistrum sententiarum in 4.d. 30.non fuit votum solēne,sed simplex in corde expressum nec absolutum,sed sub conditione hac honestissima,nisi Deus aliter ordinaret.Et ideo potuit sine peccato ex speciali Spiritus sancti consilio cuius dispositio conditionaliter in sua vota cadebat in matrimonium consentire. ¶ Ad secundam respondetur iuxta dominum Richardum negando consequentiam,quia tales iura prohibent nubere, & ēt si ille,qui vouit,intendat religionem intrare ante matrimonij consummationem.Est.n.hoc prohibitum ad vitandum periculum fractionis voti.Periculum.n.esset,ne per cōtractum illum mutaretur propositum,ꝙ ante habebat, & ad vitandum consummationem alterius coniugis, quæ quodammodo confunderetur,si alter coniux cum eo matrimonium renueret consummare.Litera. ¶ [Vouentibus] Gratianus,& Hug.dicunt hoc intelligendum esse de vouētibus solenniter,sed salua pace eorum,quantum ad hæc nō debet fieri differentia inter vouentes simpliciter aut vouē-
2 tes solemniter,†quia omnes vouentes peccant mortaliter nubendo siue contrahendo,siue volendo nubere, quoniā, vt dicit gl.licet nubere sit bonum,non tamen vouentibus, sed damnabile,vnde expresse ponitur in sequenti.c.

Ad prim. arg. — Ad secūdā — Exponit literam. Cōtra Gratianū & H.


I nupserit virgo. Sequitur, ad idem hoc.c.quod est Hieronymi li.1.contra Iouinianum.¶ [virgo, quæ non vouit diuino cultui,dedicauerat]per habitus religionis assumptionem,& professionem.[irritam primam fidem].s.voti,graue.n.est uenire contra fidem à se ꝓmissam.ff.de consti.pecu.l.1.Arch.Apostolus 1.ad Ti.5. dicit,adolescētiores viduas deuita.cum.n.luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt, damnationem habentes, quia primam fidem irritam fecerunt.Et,ne quis dicat,ꝙ de viduis loquitur Apostolus,subiungit Hierony.vbi supra. Si autem hoc de viduis dictum obiecerit, quanto magis de virginibus præualebit.

Exponit literam.

1 *Mulier,quæ sumpsit habitum religionis, & in ea professionē fecit,& postea contraxit,an compelletur ad obseruantiam voti continentiæ,& ad permanendum in religione.*
2 *Vidua non potest accipere velamen consecrationis.*


Vod interrogasti. Capitulum hoc aliud inducitur ad idem propositum,quod est Nicolai Papæ.Et diuiditur in quatuor partes.In 1. ponit casum cuiusdam viduæ,quæ ficte sumpsit habitum religionis,& in ea professionem fecit, & postea contraxit.In secunda respondet,quid agendum,dicēs, ꝙ talis compellenda est non modo seruare votū emissum, sed etiam,ꝙ propter attentatam fictionem debitam pœnitentiam agat.In 3.inducit rationem ad hoc.In 4. confirmat exemplis responsionem suam,Secunda ibi:Bonū mihi videtur:Tertia ibi: Nam si consenserimus, Quarta ibi: Quid.n.profuit.¶ Pro pleniori intelligentia huius.c. quæ-
1 ritur.†Vtrum mulier prædicta compelletur ad obseruantiam voti continentiæ, & ad permanendum in religione, Et arguitur ꝙ non.Primo,sola veli assumptio,siue habitus etiam,si sit professorum, non inducit solemnitatem voti, quia solus habitus non facit Monachum.de regu.porrectū ¶ Secundo sic.Illa non veraciter, sed ficte fuit Monacha, cum non intenderet veraciter profiteri,in professione autem potius debet attendi veritas,quam factum,vt in c.1.ꝙ metus causa.Ergo,si in veritate non fuit Monacha,non videtur compellenda,vt in religione maneat.¶ Tertio sic.Ille,qui profitetur,intendit se obligare Deo ad custodiam religionis,vt in c.non dicatis 12.q.1.sed ista in corde non intendebat monachare,seu profiteri,ergo,cū Deus intueatur cor:& iudicet secūdum veritatem,ista nō videtur obligare ad permanendum in religione.¶ In oppositum est te. præsentis.c.Respondeo dicendum,quòd cōuenienter prædicta mulier compellitur ad obseruantiam voti emissi: licet ficte,& ad permanendum in religione.Pro quo notandum,ꝙ hic est duplex modus dicendi,quidam.n.in hoc casu dicunt,ꝙ quamuis quis ficte suscipiat habitum religiosum,si tamen suscipiat secundum formā canonicam,& promittat

Diuisio. — Primū ar. — Secūdū ar — Tertiū ar. — Opponit et Respōd. — ¶ Habitū. Habitus so la susceptio & delatio nō obligat religioni. Pe.de Anc. in c.cō sul. n.1.q cler. vel vouen. Sed hī cū aliquo adiuncta ibidem nu.2.

mittat seruare talẽ habitũ,& viuere ſm eũ,fit ei præiudiciũ nec poterit postea deponere,quamuis velit iurare, ꝙ non ea intentione sumpserit,ꝙ perpetuè deberet retinere.arg. 27.q.1.viduas valere. Alij vero dicunt, vt Hu.& non ea intentione, vt sit Monachus vel Monacha,sed ob aliud, puta propter coactionem famis,vel propter motum alicuius. s. Principis,vel raptoris,& corruptoris,vel propter aliud, ꝙ ille non sit Monachus,vel illa Monacha:& debet absolui à monasterio,vt extra de his,quæ metus causa fi. perlatum, vbi de hoc.Sed si non põt hoc probare,fit ei præiudicium & cogitur perseuerare in proposito,vt hic dicitur,probare intelligo per legitimos testes,vel per violentis. mã præsumptionem.Nam si vellet hoc asserere per iuramentũ,nõ creditur ei, ne detur occasio multis exeundi de monasterio,vt extra de re.c.tamen,& c.vidua. In quo casu loquitur illa Palea 27.q.1.viduas velare. Si vero hoc põt probare ꝑ legitimos testes,vel per violẽtam præsumptionem distinguit,aut sic finxit ꝑꝑ rem inhonestã, puta aliquis intrauit monasterium, Monacharum, vt eis,vel aliqua illarum abuteretur, vel aliqua cõtulit se ad monasteriũ Monachorũ, vt ipsi ea abuterent, fit ei præiudiciũ, non quia ille fit Monachus,vel illa Monacha, sed ad cautelam ꝑpter seruandã ecclesiasticam disciplinam:& ne detur alijs licentia peccãdi,& propter fraudem,& dolum,qui nemini debet esse locrosum,& ꝑꝑ delictũ,& propter illusionẽ, quia monasterio illusit,debet detrudi in idem,vel potius in aliud Monasterium,vt 27.q.1.si qua Monachorum,& 81.d.si quis clericus.& c.Romanus,si tamen est,laicus potest decapitari, 27.q.1.si quis rapuerit.& 36.q.2.si quis non dicam.Si vero finxit propter rem honestam,sicut propter famam vel propter metum,vel pœnam compertorũ, vel huiusmodi, sicut iã multę positę sunt in monasterijs à patribus suis, vel ipse intrauerunt per se nõ fit ei præiudicium,& potest exire,& deponere habitum.Ista ergo,si fictionem suam honestã probasset per legitimos testes, nõ fuisset coacta redire ad Monasterium,vel reassumere habitum, sed si fictionẽ, allegabat,illam tamen non probabat,& ideo contra eã pręsumebatur,ꝙ hic faceret fraudem.s.allegare se ficte intrasse,vt sub eo prætextu posset exire,& ideo cõuenienter coacta fuit redire ad Monasterium. ꝙ Hic habitis, dicendum ad rationes venit.

Ad primũ argu.

Ad prima respondetur, ꝙ ratio non procedit,quia ista mulier non solum habitum monachalẽ habuit,sed etiam professionem fecit,vt patet in litera, adhibitis solemnitatibus fieri consuetis in professione,vnde in tex.dicitur,nec legitime in voto suo permãsit,& ita conuenienter cogitur reuerti ad Monasterium.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundam respondetur,quod duplex forus distinguitur.s.pœnitentialis,& contentiosus.In 1.foro planum est,ꝙ staretur intentioni dicentis,ꝙ corde non fecit promissionem,quia forus insequitur veritatem tantũ,ad hoc de spon.tuæ,& ꝙ ibi notatur.Et ita procedit ratio.Sed in foro contentioso,si factũ est ambiguum, quia potest duplici intẽtione fieri,si potest per aliqua signa extrinseca tempore,quo gessit,actum apparere de intentione,tunc censetur obligatio,& ius præsumit assumpsisse eo animo, vt ligaretur, quia qñ est, quod aliter non cõstat de animo,recurrimus ad actiones extrinsecas,& secundum illas præsumimus de intrinsecis, vt est hic casus, nec creditur ei post factum, ne turbetur ecclesiastica regula,vt dicit tex.hic.ar. 6.quæ.7.per laicos. Eo n.ꝙ habitum assumpsit monachalem,nec discedere potest in aut.de sanctissi.Epis.§.si vero Cõstantinopolitano,&.§. si.si vero Monasteriũ ad hoc.in aut.quomodo oportet Episcopos.§.semel.licet.n.ita allegaret fictionem,tamen, hoc probare non potuit,quia si potuisset,probari,ꝙ hoc simulate fecisset, non fuisset compulsa redire ad Monasterium vt dictũ est.

Exponit literam.

Et per ista patet responsio ad tertiam quoniã in foro cõtentioso statur allegatis,& his q̃ apparent. Quod vero ista simulate fecisset, & ex honesta causa non probauit.Et ideo cõuenienter,& iuste redire ad Monasteriũ fuit compulsa. Litera.¶ [Quod sacrum velamen].s.religionis,

¶ a Vidua ad de c.vidua,& ibi doc.& Abb. de re. & tunc perdit dignitatẽ q̃ sitã ex ꝑsona viri Alexan.in l.fi lij.§.vidua ad municipa.

2 a †quia velamen consecrationis nõ posset accipere vidua, de qua loquitur hic,vt 20.q.1.de votis,& 23.q.5.ille[imposuit]qu ia non datur viduæ,sed ipsamet accipit,& imponit sibi de altari,vt 27.q.1.viduas vbi,vt ait Arc.ꝙ hæc fœmina,licet velum conuersionis,vel etiam professionis acceperit.i.qui tantum conuersis,vel professis deputatus est,nõ tamen præsumitur eam velle fieri conuersam,aut professã nisi al.quæ præsumptiones hoc iuuent,vt puta,quia cũ solemnitate accepit,puta conuocatis parentibus,vel de altari,vel de ecclesia, vel si accepit ab Epõ, vel Abbate, vel simplici Monacho,vel Sacerdote,vel cum ea solemnitate, qua consueuit aliis profitentibus dari,& sic intelligitur 27. q.1.viduas 2.& hic.& extra de regula.ad nostram.& c. seq. & c.vidua.vbi ita notat Inn.[finxit]fictione intentionis,nõ operis.i.dicit se finxisse,vel ficte sumpsisse velamen. Hug. finxit etiam ex causa honesta,sed mulier hoc probare non poterat,ꝙ dic,vt no.extra de reg.vidua.& c.3.alias contra dicere,ꝙ legitur,& no.extra de priuil.tuarũ.§.verum. vbi dicitur,ꝙ hoc capitulum intelligitur, quando factum est ambiguum.Arch.[Sanctimonialem esse]potest exponi.i. Sanctam,& bonam.q.d.re vera fuit Monacha, sed tamen habuit malam intẽtionem, sicut pręsumitur ex post facto: ipsa.n.fingebat religionem,sed nõ erat religiosa,& ideo reuerti cogitur,quia fictionem probare non potest. [bonũ] 2.pars,vbi respondet interrogationi factæ de præfata fœmina.[Nam si consenserimus]tertia plana est vsque in finem. Hu.[ꝙ oĩa sacramẽta]qua.n.rõne isti cõcederetur fingere sumptionem habitus regularis, eadem ratione concederetur,ꝙ in omni habitu, & sacramẽto ecclesiastico possit fieri idem,in quibus eadem est ratio, idẽ debet esse iudiciũ: ar.d.4.denique.[quid.n.profuit Simoni.]4.pars.Primũ exẽplũ de Simone mago. de quo act.8. habet, ꝙ credidit Philippo,& ab eo baptizatus,sed ei à fide apostatãti nũ profuit baptismus,sed obfuit,& in peccatum simoniæ cecidit deterior effectus[sicut Ananias]secundum exemplum.[mentiti sunt.]act.5.

1 *Votum solenne an dirimat matrimonium contractum.*

2 *Votum continentiæ non solemnizatur, nisi per susceptionem ordinis sacri, aut per professionem factam in religione modo debito aut per susceptionem habitus,&c.*

3 *Irritatum licet aliquid fuerit,quia de iure non tenet,tamen puniendum est.*



Presbyteris. Consequenter inducit ad idem propositum.c.hoc, ꝙ est Calixti Papæ,in quo ponit ꝙ constituti in ordinibus sacris,aut Monachi professi existentes,nec concubinas habeãt, nec matrimonia contrahant,& si quæ cõtraxerint de facto (quia de iure non possunt:)ad votum solẽne sunt compellendi,cum nõ solum impediat matrimonium sed dirimat iam contractum,Disiungantur etiam de facto, quia talia non sunt vera matrimonia,& compellantur ad aliquam pęnitentiam subeundam.

Diuisio.

Et diuiditur in duas partes.In 1. ponit quoddam dictum.In 2.inducit Gratianus pro concordia præcedentium capitulorum, quandam distinctionem de voto simplici,& solemni.Secunda ibi,Hic distinguendum.¶ Pro pleniori intelligentia huius c.quæritur. Vtrum

1 †votum solemne dirimat matrimonium contractum. Et arguitur ꝙ non,

Ad primũ argu.

Primo sic extra,qui cleri.vel vo.ca. rursus dicitur,ꝙ simplex votum apud Deum non minus obligat, quã solemne,sed matrimonium contractum post simplex votum,non venit dirimendum,ergo nec post solẽne.

Secũdũ ar.

¶ Secundo sic,solemnitas voti non magis roborat votum quã iuramentum,sed matrimoniuum cõtractum post simplex votum iuramento firmatum,non est dirimendũ,ergo nec contractum post solemne continentiæ votum.

Tertiũ ar.

¶ Tertio sic votũ solẽne nihil habet, ꝙ nõ possit votũ simplex habere, quia votum simplex põt habere scandalum, cum possit esse in publico,sicut votum solẽne.Similiter ecclesia deberet statuere,ꝙ votum simplex dirimeret matrimoniũ contractũ,vt multo peccata vitarentur, ergo qua ratione simplex nõ dirimit matrimoniũ,nec solemne votũ dirimere debet.

Quartũ ar.

¶ Quarto sic.In cõtractu matrimonii nihil implicatur repugnans solẽni continentiæ voto.quia non implicat obligatio ad carnalem culpã,cum post contractum matrimoniũ posset alter coniugũ,altero inuito,renuere matrimonii consumationẽ,si religionẽ intrare noluerit,ergo nulla videtur ratio,quare nullum sit vinculũ matrimoniale,ꝙ post votũ solẽ continentię contrahit.

Opponit in contrariũ.

¶ In oppositũ.est tex. præsentis c.& 3.c.ꝑcedenti.Ite. xtra,qui cle.vel vo.in c.insinuante,vbi habet expressus casus de nobili muliere, q̃ votũ castitatis emiserat,& in habitu,& in religione remanserat, & postmodum matrimonium contraxerat,quę tandẽ ad reassumendum habitum, & seruandum,quod vouerat per censurã ecclesiasticã compellitur.

Respõdeo.

¶ Respondeo dicendum

dum,ꝙ matrimonium contractum post solemne votum continentiæ,est dirimendum.Ista conclusio probatur sic. Ille,qui facit votum solemne contrahit matrimonium spirituale cum Deo, ꝙ est multo dignius,quã materiale matrimoniũ. Ait.n.Apostolus: ad Cori.11. Despondi.n.vos vni viro,&c. sed matrimonium carnale impedit aliud contrahendum,& dirimit post contractum,ergo similiter votum solemne.Est autem hic notandum iuxta sanctum Tho.Bonauen.& Durandum,ꝙ quidã assignauerunt pro causa Scandalum,dicentes,ꝙ trãsgressio voti solemnis est peccatum,& scandalum.Transgressio vero voti simplicis est peccatum solum,sed hæc causa nõ valet, quia transgressio voti simplicis potest esse cum scandalo,vtpote quando veniret ad notitiam multorum,& transgressio voti solemnis sine scandalo,vtpote si quis vouit solemniter contrahit in regione longinqua,vbi eius conditio ignoratur. Tum secundo,quia insolubilitas matrimonij est de veritate vitę quæ non est propter scandalum dimittenda:Alij dicunt,ꝙ hoc est propter statutũ ecclesiæ,sed hoc etiam non sufficit. Tum quia assignanda esset aliqua causa statuti. Tum, quia si hoc esset propter solum statutum,ecclesia posset statuere totum contrarium,vel dispensare in statuto illo, quorũ vtrunque est falsum.Dicẽdum est ergo cum S.Tho.& alijs doctoribus ꝙ votũ solẽne ex sua natura habet, ꝙ dirimat matrimonium contractum,inquantum.s.homo promisit sui corporis potestatem Deo,id ad perpetuam continẽtiã tradens,vt ex dictis patet in disputatione habita supra circa c.quidam nubentes,& ideo non potest ipsum tradere in potestatem vxoris matrimoniũ contrahendo,& quia matrimonium,quod sequitur tale votum nullum est,ideo votum prædictum derimere dicitur matrimonium contractum.Concordat magister Richardus de media villa, qui primo præmittit iuxta glo.c.rursus extra,qui cleri. vel vo.

(S.Thom. Bonauen. Durandus. — S. Thom. — Ricard.de media vil.)

2 Quod votum continentiæ non solemnizatur, nisi per susceptionem ordinis sacri,aut per professionem factã in religione modo debito,aut per susceptionem habitus religionis,qui solum profitentibus dari cõsueuit, nisi forte sit alicubi consuetum similem habitum dari nouitijs,& professis,& hic modus non videtur esse nisi quædam professio tacita,vel præsumpta,morari etiam vltra annum in religione,sine protestatione de non profitendo est,quædam præsumpta professio,extra de re.ex parte in te.& in gl.quo posito arguit,sic.Quodlibet aũt prædictorũ modorũ vouens dat alteri potestatem super seipsum ad continentiæ promissæ obseruationem,qui autem dedit rẽ alicui ad aliquẽ vsum, non potest eandem rem dare alteri ad vsum contrarium.Et quia in contractu matrimonij coniuges mutuo sibi concedunt potestatem suorum corporum ordinatam ad vsum continentiæ contrarium:ergo non tenet matrimonium contractum post solemne continentiæ votum.

Ad primũ arg. ¶Nũc ad rationes in oppositum dicendum est.Ad primam respondetur, negando consequentiam. Et ad decretalem dicimus,ꝙ illi comparatio est, intelligenda, quantum ad genus peccati,quia vtrique peccãt mortaliter, tum transgrediens votum simplex,quam votum solemne, sed non quantum ad grauitatem,nec quantum ad impedimentum matrimonij propter causas iam dictas.

Ad secũdũ ¶Ad secundam respondetur iuxta sanctus Thom. negando consequentiam, quo fit obligatio, & ratio est, quia licet iuramentum plus obligat ex parte exquam votum, nihilominus votum solemne plus obligat quantum ad modum obligandi, in quantum actualiter tradit hoc, quod promittit, quod non fit per iuramentum,& ideo non sequitur ratio.

Ad tertiũ ¶Ad tertiam respõdetur negando assumptum,dicimus.n. ꝙ votum solemne habet actualem exhibitionem proprii corporis,quã non habet votũ in simplex,vt ex dictis patet, & ideo ratio ex insufficientia procedit.

Ad quartũ ¶Ad quartam respõdetur,negando assumptum. Dicimus.n. ꝙ in contractu matrimonij includitur aliquid repugnans voto absoluto, & solemni continentiæ,quia licet ante carnalem copulam non sit omnino translatum corpus vnius in potestatem alterius, est tamen translatio facta conditionalis, nisi.s.alter coniugum ad frugem melioris vitæ conuolet, non est dubium,quin hoc repugnet voto absoluto, & solemni perpetuæ continentiæ,& ita ratio non procedit.

Exponit literam. Litera.¶[Presbyteris,vel Monachis]omnibus,siue sint clerici, siue non. Hu.[Matrimonia]de facto.[contracta]de facto.[disiungi.]

3 vt 27.q.1.vt lex.[Ad pœnitentiam]ar.ꝙ licet aliquid irritatur,quia de iure non tenet, tamen puniendum est, quia præsumptũ est ar.d.28.presbiter & 12.q.2.monemus. Hu. in 1.gl.sup ea adde.Hæc decretalis hodie est reuocata, sed in prima compilatione fuit secunda. Archi.[Hinc.]2.pars. Hic ponit Gratianus distinctionem simplicis solemnis voti,vt soluat contrarietates prædictorum c.quæ videntur esse circa vouentes continentiam.Est.n.votum simplex,& solemne.Simplex est,quod impedit matrimonium contrahendum,non tamen dirimit contractum:votum aũt solẽne est, ꝙ solemnizatur aut per susceptionem sacri ordinis, aut per professionem religionis tacitam,vel expressam,tale impedit matrimonium contrahendum,& dirimit contractum,& de tali loqui Hiero.Nicolaus,& Calixtus.De 1. autem loquitur Aug.[Alij sunt]ponit duos modos solemnizandi votum.s.in succeptione sacri ordinis, & in assumptione habitus religionis.[propositum].i.habitus,sic 28.q.1.c.2.quod.n.ibi prius vocat propositum,postea vocat religionis habitum.Hu.

Virgines. Inducit aliud c.B.Hiero.in li. cõtra Iouinianum: quod deseruit etiam proposito.Breue est,& planũ.¶[Adulteræ]adulterium committit, quia Christum dimittunt cui spiritualiter nupserunt.In consecratione.n.vouent solẽniter virginitatẽ, & solemni voto se desponsant Christo cui fidem promittunt,tãquam suo sponso. Et ideo cum sit despõsata cum viro Christo,astrigunt se debere ei virginẽ castã exhibere 1.ad Corin.11.& 27.q.1.quæ Christo.Tales tem post consecrationem nubentes rectę adulteræ dicunt, quia relicto vero sponso luxuriantur cum adulteris.[incestæ]dicuntur etiam incestæ,quia per votum Christo dispõsatæ omnib. christianis,qui sunt vnum in Christo, & sunt fratres in Christo,& etiam per baptismũ,vt 12.q.2.ꝙ abstulerit.factæ sunt affines sic, ꝙ commiscendo se illis, quibus spirituali affinitate sint propinquæ,committunt incestum. Mouet hic Arch.quæstionem,quare simpliciter vouens,si contrahat tenet matrimonium,& non idem in solemni vouente,ad quam responsum est supra iuxta S.Tho.ad quam reducitur responsio Archidiaconi. — Exponit literam.

¶ Distinctio Vigesima octaua.



Ecce. Hic intitulatur 28.d. vbi adhuc continuat de cõtinentia clericorum.Et diuiditur in 11. partes ẜm Arc. In 1.probat,ꝙ nullus debet esse Subdiaconus,nisi promissa castitate.& hoc probat per duo capitula. In 2.probat,ꝙ prę lati ecclesiarum parochialium debent facere professionem Episcopo.In 3.probat,ꝙ habens paruam filiam non debet esse Episcopus.In 4.de ordinatione iuuenũ qui ab infantia ecclesiasticis officijs mancipãtur.In 5.pbat,ꝙ nullus debet esse sacerdos, Diaconus aut Subdiaconus,nisi promissa castitate.In 6.ponitur pœna Sacerdotibus concubinarijs.In 7.probatur,ꝙ relictæ Diaconorum & Sacerdotum nubere non audeant. In 8.probat,ꝙ nullus debeat esse Episcopus habens filios,filias,vel vxorem.In 9. ostenditur sacerdotes non debere dimittere proprias vxores.In 10.ponit pœnam presbyteri contra habentis matrimonium.In 11.ponit,ꝙ clerici licet sint mali nõ sunt à Laicis iudicandi vel in eorum officijs contemnendi, quandiu tolerantur ab ecclesia,Secunda ibi,de his assumi, qñ presbiteri.Tertia ibi: Postquã, Quarto ibi:De his.Quinta ibi: Assumi.Sexta ibi:presbyter.Septima ibi:quia sunt.Octaua ibi: De Syracusanæ,Nona ibi:Si quis docuerit,decima ibi: byterum, Vndecima ibi:Consulendum.Litera.¶ Sine voto]expresso,vel tacito.Eo.n.ipso,quod sponte accedit ad talem ordinem,intelligitur vouere.Hu.&c. — Diuisio. — Exponit literam.

1 *Ecclesia ordinans,quod nullus ordinetur in sacro ordine, nisi promissa continentia,aut,quod nullus possit cõtrahere in sacro ordine constitutus.an potuerit facere hoc prę iudicium clericis circa matrimonium vel circa continentiam*

2 *Votum continentiæ quare exigatur in sacro ordine.*



Nullum. Sequitur primũ c.ꝙ est B. Greg.ad Petrũ diaconũ, & diuidit in duas partes In 1.cõstituit nullus ordinet in suddiaconum nisi qui se caste victurum promiserit.In secunda assignat ratione huius statuti.Secunda ibi:Quia nullus.Pro intellectu — Diuisio.

intellectu huius.c.facit quæstio, quã disputauimus in superiori distinctione circa.ca.diaconus, in qua ostensum est, quantum conuenienter, & nobiliter fuerit institutum ab ecclesia Dei, quòd in sacris ordinibus constituti debeant vouere castitatem.¶ Sed quæritur† vtrum ecclesia ordinãs. ꝙ nullus ordinetur in sacro ordine, nisi promissa continentia, aut ꝙ nullus posset contrahere in sacro ordine constitutus, potuerit facere hoc præiudicium clericis circa matrimonium, vel circa continentiã, cum hoc potius sit res voti, quam præcepti.vt.32.q.1.integritas.Respondeo iuxta Hu. & gl.hic, ꝙ ecclesia illud statuendo nemini fecit præiudicium.Non.n.ad ordinem, vel ad continentiam, vel ad non contrahendum aliquem cogit, sed in ordine, quem dat potest imponere legem, quam vult, sicut quilibet alius in traditione rei suæ, vt.ff.de pactis, in traditionibus, vnde sciens quidam constitutionem ecclesiæ sibi præiudicat, dum spõte se ordinari permittit, simile est de illo, qui intrat monasterium, cum iam non licet habere proprium. Nemo.n. cogitur ad intrandum, vel abrenuntiandum proprijs, sed dũ ipse sciens regulam Monachatus sponte intrat sibi præiudicat, ne possit habere proprium, quod ei primo licebat, & adhuc licet oĩbus de iure communi: similiter sibi præiudicat in matrimonio contrahendo, quia iã non potest contrahere, nec votum irritare, si de licentia vxoris intrauit. Similiter sibi præiudicat, quicunque sponte abrenuntiat ꝓprijs, vel vouet perpetuam castitatem, vel facit aliquid, propter quod iam non licet sibi, quod de iure communi omnibus licet.Litera.¶ [Nullum, nisi, qui promiserit] s. ꝑ solemne votum.i.nisi, qui per votum perpetuæ continentiæ emiserit expresse, vel tacite, adeo.n. continentia apud occidentales iam robur in sacris ordinibus obtinuit, ꝙ si quis sponte recipit ordinem sacrum, etiam si nõ exprimat ore intelligitur vouere, & ita tenetur ad cotinentiam seruandam, sicut si votum expresisset. Sed ecce in animo non habet contrarium.Respondeo.nulla est obiectio, quia etiã si exprimit votum ore, potest in animo tenere contrariũ, & non consentire, nihilominus tamen tenetur ad continẽtiam, quia ideo violenter præsumitur vouisse, quòd probatio in contrarium nulla reciperetur.¶ Sed quæritur,† quare specialiter interrogatur, & exigitur votum continentiæ in sacro ordine, si ita est, ꝙ eo ipso, ꝙ quis recipit sacrũ ordinem, intelligitur vouisse.Respondetur, ꝙ hoc fit ad cautelam, quia solet plus timere, quod speciali mandato iniũgitur, & plus se teneri credunt, quando specialis cautio exigitur, vt di.23.quamquam. Nota, ꝙ antequã ordo Subdiaconatus fuerit in sacros ordines annumeratus, non imittebatur ei volum solemne cõtinentiæ, vt papa Martinus hoc non indixit subdiaconis, sed diaconis, sed postea annumeratus est, & ideo Gregorius instituit hoc, quod in præsenti c.continetur.[quia nullus] secunda pars, hoc idem habetur dist. 31. ante [ministerium] altaris. Sed nunquid Acolytus ministrat altari, non ita, sicut diaconus, & superiores. Subdiaconus.n.sublimius ordinatur, ipse.n.sacra vasa corporis & sanguinis domini portat [approbata] per bonam famam, & voti emisionem.Hu.

Quæstio. — Respõdet. 1 — Exponit literam. — Quæstio. 2

DEcernimus. Sequitur secundum.cap. ad idem, & est Innocentij secũdi, diuiditur in duas partes. In prima ponit, quod clerici in sacris, constituti, matrimonium cõtrahentes, vel concubinas tenentes deponuntur ab officio, & beneficio. In secunda rationem reddit.secunda ibi, cum.n. Litera.¶ [Decernimus vxores] de facto. Hug.[aut concubinas.] Sed nonne, & ille vxores sunt concubinæ sic. Sed ducuntur de facto, & tenentur sub nomine vxorum. Hug. [officio, & beneficio] hæc duo ideo cõiungit simul officio, & beneficio, quia hæc connexa sunt, cui aufertur vnum. & reliquum, vt di.82.c.eos, & hoc est verum regulariter. Secus tamen cõtingit ex dispensatione, quod retinet aliquis beneficium, amisso officio, ne cogatur mendicare, & ad secularia negotia se conuertere, vt extra de cleri.non ordin. c.2.& di.50.accedens, studeat.&.j.e.presbyterum. Aliquando econuerso, amisso beneficio, retinetur officium, vt.1. q.5.præsentiũ.Hu.[careant] & ab vxoribus, & à concubinis separentur.s.c.presbyteris.di.proxi.& 27.q.1.vt lex.Hu.& Arc. Dicit autem hic glo. ꝙ minus agit cum eis decretalis, quæ iubet eos amoueri ad 40.dies vt extra de cohab. cle.sicut dicit Arch. Adde, vt hoc, ꝙ dictum est, cesset, vt hic [careant] si promoti non cessauerint, ſm Lau.[cum.n.] secun-

Diuisio. — Exponit literam

da pars assignat tria, propter quæ subdiaconus debet esse sine vxore in sanctimonia castitatis. Primum est, quia subdiaconi dicuntur templum Dei.1.ad corin.3.nescitis, quia templum Dei estis vos. Licet.n. omnes, sancti in templum Dei sint, hic tamen appropriatur, subdiaconibus, quorum est sacra templi ornamenta tractare, vt eis illud conuenit: 2.Corinth.6.vos estis templum dei viui. Secundum est, quia dicuntur vasa domini, pro quo conuenit eis sacra vasa tangere, vt qui sacra vasa contingunt, velut sacra vasa domini mundi esse debent, vt dicant cum Apostolo. 2. ad Cori.7. mundemus nos ad omni inquinamento carnis, & spiritus, & Esa.52.mundamini, qui fertis vasa Domini. Tertium est, quia dicuntur sacraria spiritus sancti, pro eo ꝙ ab eis debent sacra custodiri, vel in sacrario reposita, ideo mũdi esse debent, quia sacrarium spiritus sancti conuenit eos esse, de quibus Sapien.14. cõstituit inter seruos suos sacra. Guido.[Sacrarium].i.in quibus reposita sit gratia, spiritus sancti, tanqnam in sacrario.Hug.[in cubilibus] sit reposita gratia spiritus sancti, tãquam, &c.[in cubilibus.] Turpe est .n.vt ministri Deo ministrãtes, qui debẽt esse sancti, vt Leuitici.11.in cubilibus polluantur, vnde ad Roma. 13. dicit Apostolus. Non in commessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & immundicijs, sed induimini dominum Iesum Christum.

Guido.

1 *Diaconi possunt habere curam animarum.*

QVando. Hic incipit secunda pars huius di.in qua instituit, ꝙ prælati ecclesiarum parochialium debent facere professionem Episcopo, ꝙ caste, & pie viuãt sub timore Dei. Et diuiditur in duas partes. In prima facit.ꝙ dictum est. In secunda assignat rationem, qua exigatur ista professio expressa, Secunda ibi. Vt dum eos. Omnia plana sunt. Litera.¶ [Constituuntur] .i.instituũtur prælati.[& diacones] ar.† ꝙ diacones possunt habere curam animarum, & hoc verum est, imo inferiores, dummodo sint adulti ita, quod in breui possunt promoueri ad ordines maiores, vt extra de æta. & qualita. or. præterea, & extra de præben.li.6.& in.c.si pro clericis pauperibus, sed hoc fit ex dispensatione, vt dicit gl. quæ dispensatio, vt dicit Archi. est in corpore iuris clausa, ideo omnibus episcopis est permissa.ſm Ala.& Goff.[oportet eos professionem] fiebat expressa antiquitus ista professio, vt 13. distinct. quamquam hodie non oportet exprimere eo ipso, quo ordo sacer suscipitur continentiæ votum susceptũ esse intelligitur, vt dicto.c.quamquam.[vt caste] vt perpetuam continentiam seruent, de subdiaconibus tacet, quia tunc temporis promouebantur, non promissa continentia. [pie].i.religiose.[vt dum.] secunda pars, talis autem professio expressa exigitur ad cautelam, quia solet plus teneri, quod speciali obligatione debetur, vt distinctio.33.quamquam. Et ideo sequitur [vitæ sanctæ disciplinam retineãt.]

Diuisio. — Exponit literam; — 1

1 *Eligentes scienter indignum possunt priuari potestate eligendi.*
2 *Indignum se sentiens, & permittens se ordinari vel eligi, peccat, & deponi debet.*
3 *Longa continentia, quæ dicatur.*

PRiusquam. Hic incipit tertia pars, in qua beatus Gregorius cassat quandam electionem cuiusdam, quia repertus est habere filiam paruulam, ex quã præsumebatur de incõtinentia eius, & potest diuidi in duas partes. In prima cassat electionem, reprehendendo tam electores, quam ipsum electum, ꝙ presumpsit consentire electioni suæ. In secunda assignat causam tam cassationis, quam reprehensionis factæ. Secunda ibi.nam qua præsumptione. Planum est. Litera.¶ [Ad altera.] quia non ab omnibus, vel maiori parte fuit electus quod.n.maior pars facit, omnes facere dicuntur, vt dis.65. c.1.di.85.c.1. Arch.[paruulam] hæc erat magna præsumptio contra eum de incontinentia. [nec alij eum eligere] †quia scienter eligentes indignum poterant priuari potestate eligendi, vt extra de ele.& elec.cum in cunctis.[consentire] †qui.n.sentit se indignum, & permittit se ordinari, vel eligi, peccat, & deponi debet, vt di.50.ex pœnitentibus. & di.24.cap.vltim.[Nam qua].2.pars.[Longam] sed quærit Arc.† quando dicemus eum habuisse longam continentiã, Respondet.

Diuisio. — Exponit literam. — 1 — 2 — 3

Respondet videtur, si præcessit spatiũ.20. annorum. C. de long.temp.prescip.per totam.Alij dicunt, ꝙ forte sufficiũt quinque anni.ar.ff.de priuile.cre.l.creditores.Alij ꝙ illa di catur longa continentia, quæ fuit tanta obseruata, quanta habetur.77.dist.quicunque, & hoc videtur tenere Laur. & Io.infra.ea.di.de syracusanæ.in glo.1. Aliquando longum dicitur,quod concluditur spatio nouem mensiũ.vt de con secra.di.4.ne quod. in prin.&.c.Iudei,ẜm Arch.sed credo, ꝙ istud habebit arbitrari superior, vt consideratis circunstantijs, & eius conuersationem habeat arbitrari, an præsu matur,ꝙ de cætero cõtinentiam seruabit,& poterit Iudex informare arbitrium suum,ẜm practicam prædicti.c. quicunque.Io.de fantu.[teste] quia constabat illam esse filiam eius,& erat paruula,constabat de incontinentia patris.Sed quare electio.siracusani habentis filios,& vxorem fuit con firmata,& non istius.Ad hoc respondetur, quia ita placuit papæ, vel quia multa fuerunt, quæ illam dispensationem persuaserũt.s.scandalum populi cõis,& concors ab electio omnibus vnanimiter facta,præces Cethegi patritij,vel for te aliorum. Sed pro isto nulla faciebant, sed multa contra istum,s.quia non concorditer fuerat electus, nec à maiori, & saniori parte, & quia multum præsumebatur de inconti nentia istius propter filiam paruulam,&c. — *Io. de Fan.*

1 *Infantia est vsque ad septennium.*
2 *Pueri possunt habere beneficia. Et quare suscipiuntur nutrien di sub clericali regula, & tonsurantur. nu.3.*
4 *Pueri,qui sunt in monasterijs in habitu monachali,quare inter rogantur in 15 anno.*
5 *Coniugium,quare dicatur necessitas.*
6 *Clericus fornicans sacrilegium committit.*
7 *Ecclesia,an possit statuere idem in minoribus ordinibus, quod statuit in maioribus de voto, & de matrimonio.*



E his. Hic incipit quarta pars distinctionis,in qua ex concilio Toletano secundo docetur perscrutari de conscientia, iuuenum cum attingunt plene.18.annum, in quo in proximo debent ad sacros ordines ꝓmoueri,an velint contrahere Matrimonium vel perpetuam promittere continentiam. Et potest diuidi hoc.c.in quinque partes. In prima ponit disciplinam, qua pueri traditi ecclesijs secularibus debeant erudiri.In secun da quomodo.18.anno completo debeãt perscrutari, & inquiri,an velint contrahere, an perpetuam continentiã seruare.In tertia ponit, quando viam cõtinentiæ acceptantes debeant ordinari.In quarta ponit,ꝙ qui semel professi fuerunt continentiam, non debeant ad nuptias terrenas recurrere, alias veniunt puniendi.In quinta stat licentiam recusantibus seruare castitatem,cõtrahendo Matrimonia, addendo,ꝙ si etiam post renũtiare voluerint opera carnis, possit recipi ad sacros ordines altero tamen coniuge consentiente.Secunda ibi.At vbi. Tertia ibi. Quibus si gratia. Quarta ibi.Cauendum.Quinta ibi. Quibus autem omnia plana sunt.Litera.¶ [De his]hoc.c.non loquitur de pueris, quos patres offerunt monasterijs,vt sint ibi Monachi, vel Canonici regulares,sed de illis,quos tradunt ecclesijs secu laribus, vel regularibus cathedralibus ad erudiendũ.Hug. — *Diuisio* — *Exponit literam.*
1 [infantiæ].i.pueritiæ:improprie.n.ponitur.†Nam infantia est vsque ad septennium. Hu.[officio clericatus] quasi dicat.Ex quo legere,& officium ecclesiasticum addiscere ce
2 perunt. Hu.glo.dicit.ar.†ꝙ pueri possunt habere beneficia dicit Archidia.adde,& præbendas,quod dic,vt no.extra de præben.super, & tunc non credo eos habere vocem in ca. cum alijs.ar.ff.de decurto.l.spurij.§.minores.&.C.de testa. mili.l.vlt.& no.extra de æta.& quali.c.2. Alij dicunt aliter, vt ibi notat Inno.extra de no.ope. nun. c.2. in gl. vlt.in fin. Sed hodie dic,vt extra de elec.ex eo.li.6.Arch.Quæ autem ætas requiratur in promouendis ad beneficia, habetis per Imo extra de temp. ord.capi.secundo, & per gloss.& Ioan. And.in.c. super inordinata.de præben. & per Archidiaco. in.c.si eo tempore.de rescrip.li.6.& per Gui.de monte lau. in cle.ff.de æta.& qua. Io.de Fant.[detonsi] tm̃ sine ordine. Hu.merito autem huiusmodi pueri,qui suscipiunt nutriẽ — *Ioã. And. Guil. de mõte laud.*
3 di sub clericali regula tonsurantur.†Primo in signum,ꝙ ipsi eliguntur, velut Leuitæ in ministerium ecclesiæ,de quibus Nume.8.ꝙ radant,pilos carnis suæ. Secundo in signũ, ꝙ ipsi nazareis, qui domino sanctificabantur, succedunt, tanquam ministri Iesu Christi Nazareni:de nazareis dr̃ Nume.6.ꝙ radant caput in die consecrationis suæ in figuram, ꝙ qui ad clericatum dedicatur, debet consurari in signum sanctimoniæ,& puritatis, vel ministerio lectorum traditi, prout eorum ætas patitur.Hu.nomine Lectorum tres primi ordines,vel etiam omnes minores intelliguntur.Hug. [In domo ecclesiæ]debent.n. esse simul in aliquo conclaui ecclesiæ,& ibi doceri,& informari ab aliquo Magistro eis præposito.12.q.1.c.1.Hu.[at vbi]secunda pars, in 18.ann. iste est annus plenæ pubertatis, quia tũc plenius feruet san guis,institu.deposi.a.merorem, & ideo huiusmodi inquisi tio differebatur vsque ad illud tempus,quia tũc debebant — *Quæstio.*
4 promoueri in subdiaconos.¶†Sed quæritur,quare illi, qui sunt in monasterijs in habitu Monachali interrogantur.in 15.q.1.illud respondetur,quia si amplius ibi morarẽtur,fie ret eis præiudicium,nec possent postea exire. Ex quo.n.cõ uersantur,vt monachi,si statim ex quo sunt in parte,in qua Monachatus tenet,non contradicunt,intelliguntur cõsentire in Monachatum, sed si per 40.annos clerici sint in minoribus ordinibus,non fit ex eis præiudicium in voto, vel Matrimonio.Et ideo non exigitur,vt de hoc interrogẽtur, nisi cum debent ordinari in sacro ordine.s. subdiaconatu, sed quia subdiaconi solent ordinari à 20. anno. Ideo dicit eos cõcilium Toletanum hic in text.interrogãdos esse post annum.18.s. in 19.anno, vt habita dliberatione per illũ, & sequentem post 20.annum ordinentur Subdiaconi, si con tinentiam elegerint.Hug.[plebisque]vt si reuocetur in dubium,possit probari, quia forte aliquando vellent iustificare, quid promisissent.vt.2.q.2.oportet, vel vt robore propter circunstantes confecti continentiam amplectantur,& promittant.Hug.vel hoc fit ad solemnitatem.[perscrutantur].i.inquirantur,passiue tenetur,& cogantur ad alterum vt 32.di.Lectores ẜm Lau.Ar.[quibus]Tertia pars.[absque
5 coniugali necessitate].i.coniugio,†necessitas nominatur, quia grauis, est sarcina coniugij, multas habens annexas necessitates,indigentias,curas,& tribulationes,vnde Apostolus.Tribulationes carnis patiuntur.s.coniugati, quã graui sarcinam coniugij contemplantes discipuli domini dixerunt Christo, si talis est causa viri cum vxore, non expedit nubere.vt 32.q.7.omnes.& 33.q.5. qui scit.[arctissimæ viæ].s.continentiæ,quæ difficilis est ad capiendũ,& à paucis capitur.Pauci.n.inueniunt absque corporali delicto.vt di.50.quia tua,vel dicitur arctissima,quantum ad imperfectos,quia vt dicit Dominus in euangelio. Non omnes capiunt verbum istud,quia dura est via continendi inexpertis.vt 33.q.5.tunc saluabitur.[Leuissime.Matth.11. Iugum .n.meum suaue est,ꝙ onus meum leue, gratia eius adiuuãte,sed videtur hoc repugnare ei,quod dictum est[arctissimæ viæ.] Sed respondetur arctissima via est insipientibus, nõ diligentibus. Sed leuissmum iugum est perseuerantib. & diligentibus.Iuxta illud Augus. Omnia difficilia facilia, & prope nulla facit amor.Hug.vnde etiam omnia libenter sustinet verus pœnitens,de pœni. dist.3.perfecta.Ex quo.s. assuescit,quia nihil assuetudine maius, Arch.[à 20.anno].i. post 20.vt di.77.Subdiaconus.[25.peregerint]ergo post totum.25.annum impletum debet quis ordinari, vt dist.78. di.placuit.Hu.Nunc vero possunt in.18.subdiaconi fieri.in 20.anno Diaconi in 25.sacerdotes,vt est text. de omnibus istis,in clemẽ.vt hi.de ęta.& quali.[si id adimplere posset.] Hoc dicitur propter fragilitatem,vel ruditatem, vel ignorãtiam literarum,quia difficile est congrue adimplere officium diaconi,vel presbyteri,vel episcopi,vt dist.40. ante omnia. [Cauendum] quarta pars.[terrenas].s.seculares,& temporales.terrenas dicit nuptias,quia quæ mundi sunt,faciunt cogitare.1.ad Cor.7.terrenas etiam dicit, quia terrã replent,virginitas autem replet cœlum.32.q.1.nuptiæ.[nuptias]de facto contrahendo palam.Hu.[furtiuos].i.latẽtes. — *1. Cor.* — *August.*
6 & illicitos.Nam & si palam fiat, dicitur quandoque furtiuum,& 64.di.extra,& 93.di.illud,& de conse.di.1.certum. Hu.[sacrilegij]ar.†ꝙ omnis clericus fornicans sacrilegium committit, violat.n.sacrum ordinem. ar. 27. q.1.impudicas,&.c.virginibus,&.c.si quis sacro.Hu.[extranei].i.à concubinis,& vxoribus separentur,quia non est ibi Matrimonium.[Quibus autem]quinta pars[licentiam] quam dedit Apostolus. 1.ad Cori.7.vnusquisque habeat vxorem suam. [Auferre non possumus.]Sed nonne ecclesia abstulit illam in sacris ordinibus, dico ꝙ non, sed quilibet aufert illam sibi,dum sponte suscipit sacrum ordinem,vt.s.in prin.huius,non

ius.di.dictum est, vel dico potius, ꝙ illa licētia non fuit data ab Apostolo omnibus, quia non monachis, non conuersis, nō deuotis, non Clericis in sacro ordine existētibus, vnde super illum Apostoli locum, habeat vnusquisque vxorem suam, uidetur innui talis sensus in quadam glo. & per hoc quod dicit vxorem, excluduntur illi qui non possunt cōtrahere, vt in sacris ordinibus constituti Deo deuoti cōuersi Monachi, ꝙ.n. sancti patres sanxerūt, hoc apostolum assensisse credimus: ergo alijs fuit ab apostolo permissa copula nuptialis. Non autem illis, quibus nō licet habere vxores. Hu. Sed quid est, ꝙ dicit non possumus. † Nunquid

Quæstio. 7 posset ecclesia statuere idem in minoribus ordinibus, quod statuit in maioribus de Voto, & Matrimonio. Respondetur, ꝙ sic, sed tunc papa non aufert illam licentiam, sed quilibet sibi, quicunque volens suscipere talem ordinem. Praeterea illa constitutio non arctaret iam promotos, sed tantum promouendos, quia qui iam est promotus tantum in minoribus ordinibus nec à Papa, nec ab alio potest prohiberi à Matrimonio, & de talibus loquitur hoc cōcilium. Et ideo dicit, non possumus. Re vera non negat, quin etiam posset statuere, ꝙ nullus contraheret in minoribus ordinibus, & quod nullus promoueretur ad aliquem minorum ordinū, nisi premissa continentia [pari]. i. communi consensu ipsorum, & vxorum suarum. Hug. quia aliter non posset. 27. q. 2. sunt qui dicunt hoc verum si fuerit vxor virgo, quia si fuisset corrupta, non posset, vt. 34. di. curandum.



ASsumi. Hic incipit quinta pars huius distinctionis, est. c. constitutio Concilij Arelatē. videlicet, ꝙ nullus debet esse sacerdos, vel diaconus, nisi promissa castitate. Breue est, & non diuiditur. Litera ¶ [Conuer

Exponit literam; sio] ad continentiam perpetuam. [promissa] ab vtroque, s. viro, & vxore, & est facienda vis in verbo conuersio, quasi sine versione. s. à viro, & ab vxore, quia sola promissio viri non sufficit, nisi vxor hoc idem promittat, vt patet in. c. cōiugatus, de conuer. coniuga.




PRæterea, &c. Ex eodem concilio cōstitutio ista emanauit, quod in diacones non ordinentur coniugati, nisi prius conuersionis proposito professi cū vxoribus suis castitatē: omnia plana sunt. Verū ex illa argumētaẽ Grat. ex illo. ca. assumi à cōtrario sensu secundum illum modum argumentandi. s. ꝙ de vno prohibetur, de alijs conceditur, sed dicendum, ſm

Exponit literam. Cōtra Gratianum. Hu. ꝙ vacat. ar. à contrario sensu. Litera sic legitur. ¶ [Priori autoritate]. s. assumi [coniugij]. i. vsus coniugij contracti. Nam de cōtrahendo, nihil dicitur, aut innuitur in illo. c. Hu. [cum ad sacerdotium tātum] hoc male, & mendaciter ponit Gratianus, quia ex. c. non habetur tātam. Hu. Et ideo propter hoc, ꝙ tex. dicat, ꝙ non possit ordinari in sacerdotium vxoratus, non sequitur: ergo potest diaconus vxorari, vnde non videtur hoc argumentum procedere à contrario sensu sequenti. s. præterea proxime posito, videtur permitti secundum illum modum argumentandi, quod de vno prohibetur, specialiter, alijs conceditur, vt di. 25. qualis, sed vt dictum est vacat ar. à contrario sensu, vel intelligitur præmissum. c. ſm ea tempora quæ subdiaconi ordinabantur, non promissa continentia ſm eadem tempora intelligitur sequens. c. Hu. & Arc.

1 *Contraria licet proponere sub protestatione, dummodo non sit contra substantiam actus.*

2 *Intrans Monasterium ea conditione, vt liceat ei habere proprium, non propter hoc poterit habere.*



DIacōni. Hoc. c. loquitur in eodem casu, & est concilij Ancyrani

Casus. Casus. Subdiaconus vult ordinari in diaconum, proclamat, protestando se nolle continere: episcopus tamen ordinat eum, si ille postea accipit vxorem, debet separari ab vxore illa, quia cō trahere non potuit, sed remanebit in officio ecclesiastico.

Exponit literam. Planum est. Litera. ¶ [Quicunque subdiaconi ordinantur diaconi]. i. ad diaconatum. Hu. [in ordinatione]. i. tempore ordinationis ad diaconatū protestati sunt. Nota hic in glo. de viribus protestationis. Arc. Quod aut protestatio est cōtra substantiam actus, siue negotij, de quo agitur, aut non, in primo casu non valet, nec iuuat protestatio, vt recipiatur quis in canonicum, habita protestatione, præbendam recipit, extra de consti. cum M. & de præben. dilectus. 1. & 2. Si vero non sit contra substantiam actus, & fiat causa iuris sui conseruandi, & vt damnum euitet, valet protestatio. extra de offi. ordi. pastoralis. & 1 . q. 3. §. præscriptionum, cum multis alijs. Item si subest iusta causa, extra ꝙ metus causa. c. 1. & de appel. si iustus metus. 7. q. 1. pontifices. Si nō subest iusta causa, tunc distingue, aut est nuda, aut vestita. Si est nuda protestatio per contrarium actum tollitur, extra de consti. cum. M. ibi sine præiudicio, & de cleri. ægrotan. in fi. Si vero vestita sit puta conuentionalis, tūc valet, & sic intelligo, extra de elec. cumana circa prin. & . ff. qui. mo. pi. vel hipo. so. si debitor. §. 1. cum multis alijs. s. in iudicio facta tollitur per actum contrarium ipso iure, sicut appellatio, & extra de offi. dele. gratum, sed tamẽ factum contrarium valet de ord. cog. cum dilectus. 1. responso. & de testi. delecti. 1. responso. Et ideo semp cauti aduocati repetunt, & dicunt salua protestatione, quam feci adhuc dico hoc, &

1 hoc, † Nam sub protestatione licet cōtraria proponere, qđ intelligo dummodo non sit contra substantiam actus, vt. s. dixi. Arc. [Continere] supple & tamen episcopus ordinaue- Archid. rit eos. Hu. [hi si]. i. quāuis. [ad nuptias] de facto, quia de iure non potest contrahere in sacro ordine, nec potuit à tempore Apostolorum. Hu. [in ministerio]. i. in officio diaconali. q. d. non cum vxoribus, quia in hoc tātum prodest eis autoritas episcopi, ꝙ manẽt in ministerio, siue officio. Hu. cum non possit contra licentiam à se concessam venire. ff. de adop. l. post mortem, & extra de cleri. coniu. diuersis, & in gl. seq. Arc. [separabuntur tamen] ab vxoribus, quas de facto duxerunt. Hu. [licentiam] ducendi vxores, ꝙ tamen nō potuit, vt di. 32. de illo, & quod sequitur sic exponitur. [dedit]. i. dedisse videtur, quasi interpretatiue, cum eos ita clamantes ordinauit. Ecce isti, quamuis peccauerunt, non tamen deijciuntur, quia excusantur autoritate episcopi tantum, vt non deijciantur à clero, sed ab vxoribus separētur. Hu. & Arc. ¶ Sed quæritur, quare in matrimonio fit eis prę- Quæstio. iudicium cum ita reclamauerint, & dixerint se nolle, nec posse continere. ¶ Respondeo, iam erāt subdiaconi, & ideo Respōdet. non poterāt contrahere. Et eodem modo fieret eis præiudicium, si sic fuissent ordinati ad subdiaconatum, & sic cōtraxissent. Et ratio est, quia postea se ordinari permiserunt quāuis in primo reclamarūt. Et ita videnẽ recessisse à priori voluntate, quia hoc non poterat stare cum illa. Præterea si reclamāt etiam in actu ordinandi, idem dico, quia per illud, sponte faciunt. s. permittunt se ordinari, præsumiẽ voluntas contraria reclamationi. Et est argu. † ꝙ si quis intrat

2 Monasterium ea conditione, vt liceat ei habere proprium non tamen poterit habere per ipsum factum, quod facit intrando, præsumitur non habere voluntatem habendi proprium. Hug. [tacuit] in ipsa ordinatione ad diaconatum se velle habere vxorem, & nolle cōtinere. [professi] interpretatiua. [si postea] & ita tacendo quis loquitur. ff. si ex noxa. causa. l. vbi. Nam eo ipso, ꝙ tacuerunt de incontinentia, clamauerunt de continentia secundum Lau. Archid. [conuenerunt] de facto. in glos. ponitur, in quibus conueniant, & in quibus differunt orientales, & occidentales, inter continētiā. Nos posuimus in prin. distinctionis pręce. vbi vide.

1 *Pœnę istæ an conuenienter hic ponantur.*



PResbyter. Hic incipit sexta pars huius distinctionis, in qua ponitur pœna sacerdotibus fornicarijs secundum Archid. Et inducit Gratianus, hoc ca. argumentando à contrario sensu, quasi non sit idem, in subdiacono, & diacono, sed idem in toto ex eis, quantum ad contrahendum Matrimonium, & fuit à tempore Apostolorum. Hu. & est. c. hoc concilij Neocesarien. Et potest diuidi in duas partes secundū Diuisio. duas pœnas, quæ ponuntur in eo. Vna contra presbyterum ducentem vxorem. s. ꝙ ab ordine deponatur, contra Fornicantem, seu adulterantem, ꝙ deponatur ab officio, & inter laicos agat publicam penitentiam: secunda ibi. Qui si ab ordine. i. officio tantum secundum glo. quia de misericordia seruatur ei beneficium. Hu. eijciatur. i. priuetur, Hu. ¶ Pro intellectu huius. c. quæritur. † Vtrum conuenienter ponan-

1 tur istæ pœnæ. Et videtur ꝙ non. Et primo de prima argui- Primū ar. tur sic. Secundum mensuram delicti, debet esse plagarum modus, sed presbyter ducens vxorem plus peccat, quā qui fornicatur, ergo plus debet puniri, sed hoc non fit hic, probatur

batur minor secundum Hu. quia presbyter ducens vxorē, primo facit contra illam prohibitionem, ne quis in sacro ordine contrahat. secundo agit cōtra votum castitatis. Tertio, quia illudit tanto sacramento, sicut est Matrimonium: ergo plus peccat. De secunda arguitur. Tum propter illud confirmandum, di. 50. c. 1. vbi dicitur, ꝙ sacerdoti non debet iniungi pœnitentia solemnis. Item per illud. 82. di. presbyter, vbi dicitur, quod sacerdos non debet publice pœnitere inter laicos. ergo &c. ¶ In oppositum arguitur autorita te concilij, cuius est præsens. ca. respōdeo, ꝙ conuenienter positæ sunt istę pœnæ. Et ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam primo dicitur, quòd verum est, quod plus peccat ducens vxorem, & quantum est ex ipsa conditione peccati, plus merebatur puniri, sed quòd iste non punitur plus procedit ex misericordia iuris. Et causa misericordiæ est, vt dicit gloss. & Hug. quia forte credidit sibi licite ducere vxorem. Secundo potest dici, negando præsuppositum, videlicet quod ducens vxorem minus puniatur, quia sic debet expelli ab ordine id est, ab officio, & beneficio, & secundum hoc plus punitur sacerdos ducens vxorem, quam fornicarius secundum Hug. ¶ Ad secundam rationem respondetur, quòd primum. capitu. distinctio. 50. intelligitur de solemni quam clericus facere non debet, hoc vero loquitur de illa, quam presbyter agere potest. Ad secundam autoritatem respondetur, quòd loquitur quando crimen est occultum, sed hic loquitur, quando crimen est publicum, & publica delicta publico egent remedio, vt de pœnitnen. distin. 1. quamuis, &. §. hoc ergo, &c.

(Margin: Secūdū ar. — Opponit et Respōd. — Ad primū arg. — Ad secūdū.)

1 *Iudex non debet semper relaxare pœnam criminis.*
2 *Noxa dicitur à nocendo.*
3 *Maritus alicuius nō debet recipi ad sacrum ordinem, nisi vxor eius promittat perpetuam continentiam, remanendo in seculo, vel transeundo ad religionem.*
4 *Medium probatur per duo extrema.*



Via sunt culpæ. Hic incipit septima pars huius dist. in qua probatur, ꝙ vxor subdiaconi, vel presbyteri post mortem Mariti contrahere non potest, & hoc per tres autoritates in tribus. ca. sequentes, secundum Io. de Deo. Et potest diuidi hoc. c. quod est beati Gregorij in registro in tres partes. In prima præmittit proemium ad probandum, ꝙ veritas semper est inquirenda, vt sic pateat, an accusatus sit innocens, aut non. In secunda proponit querelam. In tertia puidet cōmittendo. Secūda ibi. Itaque. Tertia ibi. Ideo fraternitatem. Sūma. c. est ista. Petrus procurator patrimonij sancti Petri tradidit Marito quandam fœminam, quæ dicebatur vxor fuisse cuiusdam diaconi iam præmortui, procedente tempore ille Petrus fuit ab illa procuratione remotus, & loco eius fuit cōstitutus Fantinus, qui prædictum Petrum volebat punire de eo, ꝙ vxorem diaconi Matrimonio copulasset, vnde ille Petrus de hoc conquestus est domino Papæ excusans se tribus rationibus in litera positis, ostēdendo, ꝙ illa mulier nō fuerat vxor prædicti diaconi. Scribit ergo Gregorius, cuidam episcopo, vt de controuersia ista cognoscat, & si inuenerit, ꝙ illa fuerit vxor diaconi Petrum non permittat inde molestari. & sic patet faciliter litera. ¶ [Culpa est relaxare in toto vel in parte.] †Non ergo iu-
1 dex semper debet relaxare pœnam criminis, & hoc verum est cum quis non vult pœnitere, nec ambo desistere, vt 23. q. 4. est iniusta, & q. 5. prodest. & 24. q. 2. legitur præsertim si in eo timetur ꝑturbatio in futuro, vt 23. q. 1. noli, sed nec etiam tunc videtur parcendum esse, cum multi corrumpūtur exemplo illius, & multi inficiuntur, quia facilitas venię tribuit incentiuū delinquendi, vt 23. q. 4. est iniusta. Hug. [quærenda. Nam veritas sæpius exagittata magis splendescit in lumine, vt 35. q. 9. graue. Item cum aliquis accusatur, inquirenda est veritas, ne iudex iudicet de intrinsecis contra illud Apostoli. 1. ad Cor. 4. Ante tempus nolite iudicare, donec occulta. s. per diligentiæ inquisitionem fuerint manifesta nec iudex potest iuste iudicare, nisi per inquisitionem cognouerit veritatem, vnde prouer. 12. qui ꝙ nouit, loquitur, iudex iustitiæ est [noxa]. i. culpa [crimē pecca
2 tum secundum Papiam. †Et dicitur noxa à nocendo. Arch. [Itaque peruenit defensorem] patrimonij beati Petri. Hug.

(Margin: Diuisio. — Casus capituli. — Exponit literam)

[inquantum]. i. sicut Hu. sic di. 50. quantum. 27. q. 2. multorum. Io. de Fantucijs Arch. [conductor]. i. defensor, & procurator patrimonij sancti Petri. Hug. [fuerit]. s. Petrus ipso facto, & præsentia corporali, vel saltem autoritate, mos est. n. in quibusdam locis, ꝙ nullus sine principis cōtrahat autoritate, & præsertim maiores in Sicilia secundum Hu. [Cōiugem] sed potius cōcubinam. Io. [asserit] Nunquid iste ad talem probationem tenebatur. Dicit Hug. ꝙ non, sed ipse sponte subijt talem probationem ad sui defensionem. Forte aduersarius contra eum inducebat aliquas præsumptiones. s. quia illa diu fu erat cum Diacono. Et quia ei seruiebat, tanquam marito, & huiusmodi. Et ideo ipse contra illas voluit inducere suas præsumptiones ad probandum, ꝙ non fuerat vxor diaconi. Et Gregorius videtur voluisse, ꝙ istis præsumptionibus staretur, nisi fortius probaretur in contrarium. Hu. [nec eam virginem] Ecce prima ratio, siue præsumptio, quia si illa fuit corrupta, quando venit ad diaconum, diaconus non posset promoueri, tanquam maritus corruptæ. Ita enim repellitur maritus corruptæ, sicut maritus viduæ, vel Bigamus. 34. distinctio. præcipimus, & distinctio. 51. qui in aliquo, sed iste postea fuit promotus: ergo patet, ꝙ non erat eius vxor, quia non videtur verosimile, ꝙ corruptam sibi copulasset, quæ eius promotionem deberet impedire. [Denique] secunda ratio, siue præ-
sumptio sic. Non. n. Maritus alicuius debet recipi ad sacrū ordinem, nisi vxor eius promittat perpetuam continentiā, remanendo in seculo, vel transeundo ad religionem. [religiosam vestem] hoc tamen non videtur de necessitate talē habitum assumere, vt in gl. sed tantum est de necessitate caste viuere, quia ad hoc solū se astrinxit, sed de hoc plenius infra videbitur. Hoc autem hæc non fecerat, & ille est ordinatus in sacro ordine: ergo præsumitur, ꝙ illa non fuit eius vxor. [Adijciens] Tertia ratio, siue sumptio, ꝙ illa non fuerit vxor. Nam, quia primo, & postea male vixit, præsumitur, quòd medio tempore non bene vixit, & ita non fuerit matrimonialiter iuncta cum prædicto diacono, cum videatur fuisse meretrix, vel dicentium, quòd hæc præsumptio non probat, quòd non fuerit vxor eius, sed probat duo præcedētia scilicet quod virgo non peruenit ad eū ex eo, ꝙ postea male vixit, præsumitur, ꝙ non fecit votum nec vestem mutauit. Et similiter secundum hanc lectionē est arg. †ꝙ per duo extrema probatur medium. s. non fuisse vxorem diaconi. Hu. [hortamur] ꝑ hoc verbū mandatur iurisdictio. sic. 2. q7. sicut. [affatibus]. i. allocutionibus. Arc. [si constiterit non fuisse in coniugio] supple, & ipsum fuisse ordinatum, & ea sciente, & non reclamante. Nam si nescisset, & non reclamasset, & dixisset se nolle continere, non fieret ei præiudicium, quia videtur cōsentire, & vouere, & est ar. ꝙ per duo extrema probatur ꝙ si qua tenet, & permittit virum suū ordinari in sacro ordine, intelligitur vouere, nec poterit postea nubere: votum. n. vxoris, quod intelligo simpliciter emitti in promissione continentiæ, solemnizatur in ordinatione mariti, vir. n. & vxor sibi cōmunicant actiones, vt 30. q. 4. si quis secundum Goffr. qui ita notat in summa de conuer. coniu. §. 1. Arc. Non. n. quærit, vtrum vouerit, sed vtrum vxor diaconi fuerit. ar. di. 32. seriatim, sed cōtrariū habetur. 27. q. 2. multorū. vbi dicitur, ꝙ vxor subdiaconi contraxit licite. Respondetur, ꝙ illud ca. loquitur de subdiacono pro tempore, quo non promissa continentia, ordinabatur. Hu. [Memorato] cum ista causa delegato cōmunicatur examinanda, quare impositio pœnæ alij demādatur, & quare ad ipsum remittit, à quo appellauit. Respondeo, non appellauerat. Præterea pœna ita forte committitur alteri, quia debebat puniri pœna sangninis, quam episcopo nō licet inferre, vel sic placuit papæ, qa noluit offendere Fantinum, qui habebat iurisdictionem in terra sua. [Memorato] ergo præcipit istum tradi aduersario contra id. 3. q. 7. quod suspecti. Respondetur, ꝙ non erat eius aduersarius, aut inimicus. [disiungantur] quia illa non potuit contrahere, cum votum fecisse intelligatur, & solemne in ordinatione mariti sui, vt dictum est. [Si vero in eius]. s. diaconi. Hug. No. quòd, vt hic dicit Hug. Gratianus hoc. capi. adducit ad probandum, & ostendendum, quòd Diaconi, & subdiaconi licite contrahant, & matrimonio contracto ecclesiæ. Sed Gratianus hoc. c. male intellexit, potius potest allegari in contrarium, quia si vxori diaconi, vel subdiaconi, vel presbyteri non licet contrahere, multo minus licet ipsi presbytero diacono, vel subdiacono.

(Margin: Io. de Fan. — 3 — 4 — Archid. — Cōtra Gratianum.)

Si mulier


Si mulier. Quia in præcedenti.c. dictum est, ꝙ illa erat separanda a viro si fuerat vxor diaconi. Ideo inde sumpta occasione ostendit in his duobus.c. generaliter, ꝙ nulla relicta presbyteri, vel diaconi, vel episcopi, potest contrahere, & si contraxerit, nõ est ibi matrimonium, sed sunt excommunicandi, quousq; separentur, secundum. Hu.& Arch. Pro istius & c. sequentis pleniori intelligentia quæruntur duo.

1 Primum est, vtrum relicta episcopi, aut presbyteri, siue diaconi possit contrahere.

2 ¶ Secundum est, vtrum talis relicta, quæ consensit in ordinatione mariti sui teneatur intrare religionem.

1 Ad primum. Sic procedit.† Et vr, ꝙ relicta Epi, aut presbyteri, &c: possit contrahere sic. Ista relicta nunquã vouit solemniter: ergo cõtrahere põt: ergo inconuenienter matrimonium contractum iubetur separari. Antecedens patet, & consequentia videtur bona. ¶ Secũdo sic. Nullus potest alterum obligare ad ea, quæ sunt perfectionis, sed continentia est de his, quæ ad perfectionem pertinent: ergo mulier non arctatur ad continentiam ex hoc, ꝙ vir eius promouetur ad sacrum ordinem, & per consequens potest contrahere. ¶ In oppositum est tex. præsentis.c.& seq. Respondeo dicendum, ꝙ relicta prædicta contrahere non potest, ideo quoniam eo ipso, ꝙ talis consensit virum suum promoueri ad sacros ordines, aut tacuit, cum tempus, & locum reclamandi habuit, præsumitur consensisse, vnde amplius reclamare non potest & ex consensu suo lex continẽtiæ sibi indicet, nec potest requirere virum, vt dicit Bonauentura in expositione literę in 4. distinct. trigesima septima. non potest etiam cuiquam nubere, & infra habetur. 32. distinct. capit. feriatim. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam iuxta gl. hic negando antecedens, dicimus.n. ꝙ votum illud, ꝙ intelligitur facere vxor, in consentiendo maritum accedere ad sacros ordines, est solenne, in solẽnizatione voti Mariti solemnizatur votum vxoris consentientis, vir.n.& vxor sibi communicant actiones, vt.30.q.4. si quis, secundum Goff. & idem notat Hosti. extra de regu. ad Apostolicam. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam & ratio est, quia non est verum, ꝙ nullus arctauerit vxorem ad cõtinentiam, sed ipsa se arctauit, consentiendo marito suo ꝓmoueri ad ordinem sacrum, vt dictum est circa principiũ c. huius di. patet etiam veritas huius quæstionis ex determinatione sequen. quæstionis

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Opponit & Respõ.

Bonauen.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ.

2 Ad secundum. Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ relicta illa non teneatur religionem intrare. Primo sic. In muliere illa est consentire, quomodo vult, sed iste ordinatus non tenetur ad castitatem, nisi quantum viuit: ergo, si illa consentit caste viuere, dum viuit maritus, videtur, quod hoc sufficit ad hoc, ꝙ maritus ordinetur: ergo post mortem illius viri ipsa potest nubere alteri: ergo non tenetur intrare religionem. ¶ Secundo sic. si fornicatus esset vir, & dimissus propter fornicationem, ipsa non tenetur continere, nisi dum viueret vir: ergo videtur, ꝙ hoc etiam sufficiat ordinato, ꝙ contineat, dum viuit: ergo nõ tenetur religionem intrare. Tertio sic. Ista mulier non tenetur ad castitatem ex eo, ꝙ ille suscepit ordinẽ, nisi eo vinculo, quo ipsa subiecit legi viri, sed sicut dicit Apostolus ad Rom.7.& 1.ad Cor.7. mulier est subiecta legi viri, quanto tempore viuit, ꝙ si dormierit vir eius, soluta est à lege viri. ergo cũ de parte vitæ, qua viuit post mortem viri, non subiaceat viro, videtur, quòd in illo non obligatur ad castitatem ex hoc, ꝙ Maritus recipit, ordines: ergo non tenetur intrare religionem. ¶ In contrarium arguitur. Votum castitatis viri per ordinem quodammodo solemnizatur, sed non possunt perpetuo separari vir, & mulier, nisi per votum ex vtraque parte solemnizatum, vel quasi solemnizatum: ergo mulier talis tenetur ad votum continentiæ perpetuæ solemnizatum, vel quasi solemnizatum, sed hoc est per religionem: ergo &c. ¶ Secundo sic, quamdiu ista relicta non vouet perpetuam continentiam, tandiu est timor de castitate sua, quamdiu votum hoc faceret, nisi de castitate timeret, sed quamdiu est talis timor nõ potest vouere continentiam: ergo non potest ordinem suscipere, cui est annexum votum perpetuę continentiæ, sed suscipit ordinem: ergo non timet amplius de castitate vxoris: ergo vouit perpetuam continentiam, quasi solemniter & sic intrare religionem. ¶ Respondeo dicendum, iuxta Albertum magnum in 4.di.37. ꝙ talis mulier tenetur ad perpetuam castitatem, & si iuuenis est, de cuius lapsu timetur, tenetur intrare religionem. Si autem talis non est, debet esse in loco honesto in castitate perpetua. Colligitur ẽt ex gl. ista conclusio præsentis c. vnde pro pleniori intelligẽtia huius conclusionis videtur dicendum. quia aut ille, qui est promouendus, debet ordinari in episcopum, & tunc siue sit vxor ætatis iuuenis, siue antiquæ, debet transire ad monasterium, nec sufficeret, si vouerẽt castitatem remanẽdo in seculo, & de hoc est casus in c. sane. de conuer. coniu. licet aliqui (vt dicit glo.) voluerint hic distinguere, an vxor fuerit suspecta, vel non. Si primum communiter tenetur, & voluit gl. hic quæ dicit, ꝙ est speciale in vxore episcopi. Idem tenet Ioan. And. in dicto.c. sane. super gl.& tenet Innocen. eo. tit. cum sis. Et est ratio, quia speciale est propter ordinis excellentiam. Item alia ratione, quia si vxor remaneret in seculo, minus forte visitaret episcopum, ducendo secum alias mulieres, etiam suspectas. Item ipsa intercederet pro multis contra iustitiam, vnde, vt præcauerẽtur ista, sic fuit statutum à iure. Aut promouendus non debet ordinari in episcopum, & tunc aut alter vult transire ad religionem, & tunc distinguitur inter mulierem suspectam, & nõ suspectam, si mulier est iuuenis, & sit suspecta, non sufficeret professio continentiæ, sed debet transire ad religionẽ. Si autem non est suspecta, tunc potest, promissa continentia, remanere in seculo, vt est casus de conuer. cõiu. cum sit & c. vxoratus, & c. ad Apostolice. Si autem maritus nõ vult trãsire ad religionem, sed effici clericus secularis, tunc, si vxor non est suspecta, sufficit, ꝙ voueat castitatem, etiam remanẽdo in seculo, & hic est casus. de cle. cõi. sane.&.c. cõiugatus, tenet, ꝙ nõ possit remanere in seculo, si debet profiteri trãseundo ad religionẽ, & hanc partẽ tenet ẽt Hos. dicẽs, ꝙ si vxor profitẽtis, quia iuuenis cõpellit trãsire ad religionem, vt supradictum est, multo fortius vxor ordinandi, quia facilius potest clericus secularis postea visitare eam, remanet in seculo, quam potuisset ille, qui trãsit ad religionem, & in visitatione est suspicio, nec vxor forte sibi daret repulsam, vt de filijs presby. literas, & de coha. cle.c. r. ideo cum maior non sit ratio in vxore clerici, quã in vxore profitentis, ideo idem ius erit in vtroque. Contrarium tenet Io. super.c. proxi. qui dicit, ꝙ sufficit, ꝙ vxor illius qui transit ad ordines sacros, voueat perpetuam continentiam, ipsa remanente in seculo, sed ista contrarietas saluatur per ea, q̃ ponit gl. præsentis.c. vbi ait, nisi de ea habeatur suspicio, extra de conuer. coniu. cũ sis ꝓditus, & ita concordat cũ superiori sñia. Ista est sñia. S.Th. in 4. di.47.q in solutione vnius argumenti ait, si vxor. sciat, & de eius consensu vir eius ordinem sacrum susceperit, tenetur continentiam perpetuã vouere, non tamen tenetur religionem intrare, si sibi non timeat de periculo castitatis, hæc S.Tho. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est secundum Alber. magnum, in 4.di.37. quia licet in vxore sit vouere, vel non vouere, cum vouere sit volũtatis, tñ eo modo, quo dat licentiam viro, intelligitur etiam ipsa vouere, votum autẽ viri solemnizatur.& perpetuatur per ordinem, & ideo ipsa etiam perpetuare, & solemnizare intelligitur votum suũ, & hoc ideo ex simili, & communi consensu, ꝙ se inuicem absoluant, vt dicit Alb. Verum non ex hoc sequitur, ꝙ omnis talis relicta debeat religionem profiteri, sed sicut, & q̃n dictum est in corpore quæstionis. Ad secundam respondetur. negando consequẽtiam, & ratio est, quia sicut dicit dominus Albert. vbi. s. non est simile, quia vir fornicatus tũc amittit ius, ꝙ habet in corpore mulieris, per peccatũ suũ, muliere econtra retinente ius in corpore viri, & ideo remanet libera, hoc autem non amittit, nisi per volũtatem consimilem in vtroque, & ideo necesse est perpetuari votum suum. ¶ Ad vltimam respondetur ꝑm Albertum magnũ, ꝙ verum est, quia mulier eo vinculo impeditur, quod subiacet legi viri, quo ad debitum carnis, sed illud debitum nõ absoluitur quocunque voto, sed tantum voto perpetuo, qđ intelligitur solemnizari in voto viri, vt sępenumero repetitũ est. Litera. ¶ [Si mulier relicta]. i. vidua. [presbyteri] vel diaconi [coniungit cuiquam] alij. [duplici]. i. duplicato, [& iterato]. i. secundo. [coniugio] de facto. Hu. [castitati]. i. admoniti. [hanc]. i. vt castitatem, i. propter castitatem seruandam, seu propter uotum castitatis implendum, quod fecit uxor illa,

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit ĩ contrariũ.

Secũda op.

Respõdet.

Hostiensis

S.Thom.

Ad primũ arg.

Ad secũm

Albertus

Ad tertiũ

Exponit literam.

uxor illa,& intelligitur de illa.quæ in ordinatione uiri uouet,uel tacet,unde præsumitur uouere.Hu.& Ar.[separentur]quia non fuit ibi uerum Matrimonium.[aut certe,si in criminis]ponitur pœna,quia si separari uoluerint,sunt excommunicandi. Ecce, ꝙ ex susceptione sacrorum ordinū per uirum inducitur impedimentum in personam uxoris, inhabilitans eam ad matrimonium contrahendum.

1 *Vidua relicta episcopi presbyteri, vel diaconi si matrimonium contrahit excommunicatur,*

2 *Viaticum semper dari debet pœnitenti, etpetenti in extremis.*



Si qua vidua. Sequitur ad idem hoc. c.qđ est ex concilio Martini. vnde summa eius .† Si qua uidua relicta episcopi presbyteri & diaconi matrimonium contraxerit,excommunicetur . Secundo nunquam communicet, nisi in ultimo uitæ pœnituerit.Litera.¶ Si qua conuiuium sumat.]vult dicere,ꝙ excommunicetur. Archid.quia cum excommunicato non est licitum comedere. 11.q.3. ad mēsam.Et esset,ne idem de uxore Monachi.Ita cum quadam distinctione,quæ dicetur.ij. 32. feriatim. [nunquam communicet]corpori,& sanguini Christi,si contumax excommunicata fuerit.ut 11.q.3.cum excommunicato, & hoc dicitur in odium criminis.27.q.1.uirgines.Hu.& Archid.uel dic [nunquā].i.dum perseuerauerit in crimine Hug [subueniant]si peruenerit,†quia semper petenti,& penitenti in extremis debet dari uiaticum.ut 50.di.pęnitentes. Hug.& Archi. Si quæritur, quare non fit mentio hic de subdiacono.Respondet glo.quòd tempore Gregorij promouebantur,non promissa continentia , nec fiebat uxoribus aliquibus aliquod præiudicium. ut 27.q.5. multorum. &c.

Exponit literam;

1 *Episcopus non debet fieri habens filios,& vxorem, nisi in necessitate,& remota causa impedimenti*

2 *Obedientia respicit imperium superioris.*

3 *Dilatio fit multis de causis*

4 *Electio regulariter debet esse intra tres menses.*

5 *Vota eligentium possunt mutari ante confirmationem.*

6 *Electio an aliquod ius acquiratur ante confirmationem .*

7 *Eligendum est,quod melius est in dubys.*

8 *Dispensatio an sit necessaria in eligendo vxoratum ad episcopatum.*



De syracusanæ. Hic incipit. 8. pars huius di.in qua probat secundum Arch.†ꝙ nullus debet fieri episcopus habens filios, & vxorem, nisi in necessitate, & remota causa impedimēti.s.ꝙ per tales res ecclesiæ non lædentur.Io.de Fan.unde summa.c. est. Syracusani elegerunt in episcopum quendā habentem vxorem, & filios, & ideo Pelagius nolebat confirmare illum vel ordinare, & distulit confirmationem, & ordinationem per annum , sed postea propter scandalum populi (clerici enim persistebant in sua electione,& quia nullus in illa ecclesia reperiebatur idoneus) ordinauit illum,recepta cautione ab eo de indemnitate rerū ecclesiasticarum. Et quia Patricius Pelagium ab initio renuerat pro illo electus.Ideo nunc Pelagius ei scribit ostendens,quia distulit ordinationem illam facere. Et potest diuidi in tres partes . In prima.n.narrat excommunicationes suas,quare tm̄ distulerit confirmationem illius electi.In secunda præmissis rationibus eum mouentibus,electionem tandem confirmat.In tertia , ad cautelam cautionem exigit ab eo , de indemnitate rerum ecclesiæ.Secunda ibi,sed quia,Tertia ibi.suadere.Plana sunt omnia. Litera. ¶ [De Syracusane Antistite].s.nunc , quia iam erat episcopus,tamen Papa hoc scripsit.Lau.Hu.& Arch.[obedire.]propter nimiam humilitatem, im proprie loquitur Pelagius papa, 2 cum sit omnibus superior nulli habet obedire,nisi Deo,cuius uicesgerit in terris, eo,†ꝙ obedientia respicit imperiū superiorum. Deut.17. ergo debet exponi obedire.i.condescendere, annuere gratiose[multiplex ratio.] sapienti non debet displicere,si quod petit,aut negatur,aut differtur pp causam,& rationem[personæ qualitas].assignat duas rationes dilationis . Prima est personæ qualitas, quia forte erat decrepitus . uel illiteratus secundum Hu.uel superstes.[Ecce]secunda ratio.[periclitari].i.dilapidari, diminui,uel cōsumi.Hu.[ad cautelam.]ar.aliquid faciendum esse ad cautelam,alibi pœnitentia imponitur,ut dist.50.presbyteros, 3 ubi inuenies,quæ,& quot fiunt ad cautelam.Hug. Nota† dilatio fit,& uitatur acceleratio multis de causis, ut notauimus supra in.c.communis filius.di.23.& ponit eos gl. in.c. si.de elec.li.6.quandoque propter rei uouitatem, ut di.33. communiter,quandoque propter rei dignitatem,ut di.71. miramur,quandoque propter metum incommodi, ut 12. q.2.sine exceptio.quandoque propter certitudinem habēbam.ut 17.q.2.si quis incognita,quandoque propter honestatē,ut 27.q.2.institutum.quandoque propter sacramenti periculosam iterationem,vt de conse.di.4.cum itaque,qn̄doque propter rei suscipiendæ reuerentiam, ut de consec. di.4.ne quod absit, quandoque propter reuocandi , quod factum est,difficultatem, hoc habet locum in legibus condendis,ut di.4.in istis,in sententijs pronuntiandis,ut 2.q.1. dominus in personis promouendis,ut hic, & 8.q.2.c.2.Hu. [integro penè anno.]hic aperte colligitur,ꝙ electio,& cō-
4 secratio episcopi differuntur in casu,†Nam regulariter electio debet esse in fra tres menses,ut di.50.postquam,& consecratio infra alios tres,ut di.100.c.1.potest tamen differri in maius spatium,causa faciente.dis.75. quoniam.&.7.q.1.
5 constitutum.[In melius posset peruenire electio]ar.†ꝙ uota eligentium possunt mutari ante confirmationem,ut dicit gl.ar.ꝙ uota eligentium sunt ambulatoria usque ad cōfirmationem.di.61.studij , & di.63.quanto,& extra de ele.
6 cum terra. Item ar.† quòd nullū ius acquiratur electo ante confirmationem,ut extra de acc. super his.cum alijs . Sed hic dicit Hu.& Arc.quòd hoc non sit uerum,sed nobis uidetur gl.dicere uerum, quando ius electo prouenit ex confirmatione,ut alias diximus supra[Sed quia] secunda pars. Et ponit tres causas, quare tandem illa electio fuit confirmata.Prima,quia electores in voluntatis suæ proposito irreuocabiliter persteterunt.Secunda,quia nullus est in eadē ecclesia repertus.s.quem vellent, vel tam idoneus[nisi longioribus]nisi forte interim alij subsisterent ibi, maxime,cū nullum volebant de alia ecclesia , cum de gremio ecclesiæ prælatus sit eligendus,vt di.61.quid proderet. Tertia.[ne sæuirent].i.aliquid peius facerent.[didicimus]ꝙ sic insanirent.Hu.No.hic,ꝙ creditur vni testi.8.q.3.talia.86.di.tan-
7 ta[inter huius autem ambiguitates.]ar.†ꝙ in dubijs, quod melius est eligendum est.ar.di.24. sicut Hug. Et in dubijs semper est in meliorem partem interpretandum , vt.ff. de reg.iu.l.quoties.[causam.s.metum , & suspicionem dilapidationis.Hu.[principalis].i. principium , vt in aut.quomodo op.col.1.vbi est lex, ꝙ nemo habens filios , vel nepotes in episcopū promoueatur,siue eligatur,& est ar.quòd nullus habens filios , vel vxorem debet eligi in episcopum,vt di.61.Catinensis,& in prædicto aut.quomodo op. Et hoc regulare est, licet dispensatio quandoque inducat aliud,vt hic.Quid, si non habet vxorem,vel filios Monachos, quid iuris sit in omnibus istis.c.inuenies.di.61.Catinensis Hu.dicit tamen gl.hic,ꝙ illud de aut.quomodo op .col.1. all.potest intelligi,quando filij mali sunt,vel nepotes. Nam propter tales ab alijs legitimis actibus remouentur,vt 6.quest. 1.qui crimen,vel quando ita tenere diligit eos,ꝙ præsumitur,ꝙ ratione ipsorum dilapidet bona ecclesiæ,vt hic. Idē est,si habet patrem,vel si habet fratres de quibus est timor, alias non repellitur quis propter vxorem, vt filios , cū hoc permittat Apostolus dicēs, Oportet episcopum vnius vxoris esse virum,& est ar.ad hoc 12.q.2.eps qui filios,& ex.de
8 test.c.1.& de succes.ab intesta.cum dilectus, hæc glo. †Sed an hic necessaria sit dispēsatio.Inno.extra de test.c.1.tenet ꝙ semper requiratur dispensatio.Host. vero ibi tenet contrarium allegat dictum Apostoli.Oportet episcopum vniꝰ vxoris,&c.Et dicit, ꝙ beatus Petrus habebat filiam suā Petronillam tempore suæ promotionis,& beatus Clemens 4. habebat etiam duas filias, qn̄ fuit promotus, aliqui vero sequuntur Inn.alij.Host.[Salua dispositione concilij]vel[consilij]& est melius,vel hoc est , ꝙ solet dici,salua autoritate Romanæ ecclesiæ,quasi volo propter hoc fieri præiudiciū mihi,vel alij meo successori, quoniam in consimili casu aliter possumus disponere , & quoniam possum adhuc aliter disponere de hoc eodem facto , si aliter visū fuerit.Hu. & Arc.[qua de re.]Tertia pas.[cautionem]iuratoriam forte,sed potius credo,quòd hæc cautio non fuit,nisi scriptura,in qua descripsit substantiam suam, & promisit indemnitatem rerum ecclesiasticarū.Hu.¶ Sed nunquid hæc cautio,est exigenda.Respondet Hug. ꝙ à maiori siue superiori non à

Casus ca:

Diuisio

Exponit literam .

Arc.pro gl.

Innocent. Host.cōtra

non à subditis,nisi forte post confirmationem[descriptione]quasi inuentario rerum suarum facto. Hug.12.q.1.sint manifestæ. Arc.[vsurpare.]vitium superfluitatis notat,si.n. indiguerint,cum omnib. alijs teneatur, multo fortius suis. 31.di.omnino.& 86.di.non satis,[quæsitus]dicunt quidam speciale esse in hoc casu,vt talis episcopus vnumquemq; acquirat suæ ecclesiæ.vel officij ecclesiastici, hoc.n.non poterit relinquere suis,sed illa,quæ intuitu suæ personæ,vel iure successionis,vel de proprijs rebus ad eũ deuenerint, cuicunque voluit,poterit dimittere,vt 12.q.3.ca.1.& 2.[nihil vltra].s.de bonis ecclesiæ. Hu. ¶[,Sed quæritur,vtrum hoc, quod dicitur de habente vxorem,& filios electo in episcopum sit obseruandum in quolibet alio prælato ecclesiæ.s. ꝙ ab eo sit exigenda huiusmodi cautio.Respondetur secũdum Hug. ꝙ hoc regulare est,ꝙ habens filios, vel nepotes non debeat promoueri ad aliquam dignitatem, vel prælationem ecclesiæ. Sed si contingat talem promoueri ex dispensatione ad aliquam dignitatem,exigenda est ab eo talis cautio,quia eadem causa adest.s.metus,& suspicio dilapidationis,& vbi est eadem causa,& eadem ratio,idem debet esse iudicium.vt 19.q.2.c.1.

Quæstio. Respõdet. Quæstio. Respõdet.

Ecce. Iste.§.est Gratiani, & potest diuidi in duas partes.In prima vult concludere,vel arguere ex prædictis.c.ab illo.c.assumi,vsque huc,ꝙ siue sit diaconus, siue presbyter,licite possit vti matrimonio,iam contracto. In secunda respõdet ad authoritates, quæ videntur dicere cõtrarium,incipit autem argumentari, siue allegare pro conclusione sua ab vltimo.c.ad hoc inducto,nisi ecclesiasticæ, & de licentia sui metropolitani,vt di.60. nullus, sed hodie iure communi eligitur,extra de tem.or.à multis.glo. quia ergo modo argumentatur ex alijs superioribus.c.& suspẽditur conclusio vsque patet:ergo.vnde igitur,hic suppositum construitur cum illo verbo patet supple.¶[Item,quia authoritate Gregorij].i.quia sunt culpæ. Hug.hic tamen, quod dicit Gratianus,non habetur ex illo.c.Gregorij,imo potius contrarium.s.n.non licuit recte sibi contrahere: ergo multo minus ipsi,sed ipse male intellexit, illud in parte illa relicta Diaconi Et ex illo nunc argumentatur,licet male,quia cum ea ante sacrum ordinem contraxit.Hug.vnde Gratianus multũ male soluit in quibusdam locis huius.§. sicut patebit.Et hoc ideo,quia credebat,ꝙ olim licite presbyteri diaconi,& subdiaconi in sacro ordine possunt etiam contrahere.[Item quia in Neocæsariensi].s.eod. presbyter [Anchiritana].s.e. diaconi[Sed quid] secunda pars.Incipit soluere,quæ ab illo.§.videntur esse dicta contra priora.ca. de continentia clericorum.Hu.& Arc.[Subministrare]de rebus ecclesiæ,si indigeni,vt dist.31.omnino[illud Gregorij].s.quia sunt culpæ,prima solutio nullius est momenti, nec stare potest,quia ante sacrum ordinem eam habuerat, vt ex illo.c.aperte colligitur. Et quia à tempore Apostolorum nõ licuit contrahere in illo ordine, nec ẽt in subdiaconatu,vt di.84.cum in præterito.[continentiæ votum]quoniam possunt contrahere, non dicit verum Hug. vel, quia hæc est optima solutio.Hu.Laur.& Arc.illud supra.c.presbyter,& illud.c.diaconi, male intellexit, & ideo male determinauit neutra eorum solutio stare potest,vt dicit Hu. & gl.[Ex tempore]hæc solutio stare non potest.quia in.ca. continetur professi continentiam imponitur etiam eis pœnitentia,si postea contraxerint,erat ergo indicta continentia in ministris altaris,male ergo dicit, & præsertim cum à tempore sexte synodi,imo à tempore Siricij sit in sacro ordine introductum,quo ad non contrahendum, vt dist. 32. si quis eorum,& 84.cum in præterito.Hug.[ex loco.] Nec hæc solutio stare potest,quia, vt dicit glo. redebat Gratianus,ꝙ in orientalium ecclesia diaconi possent contrahere, sed hoc non est verum,quia hoc est commune tam orientalibus, quam occidentalibus, vt.s.dictum fuit, ꝙ in sacris ordinibus constituti contrahere non possunt, & hoc à tempore Apostolorum,licet orientalibus liceret vti ma rimonio iam contracto,nobis autem non licet.vt dist.31.aliter. Nec licuit in sacerdotio,& diaconatu à tempore.Sirici,qui fuit antiquissimus,vt di.82.proposuisti,&.c.plurimos,à tẽpore autem Gregorij in subdiaconatu,vt di.31.c. ante Hu. Sed dicit hic Arc.ꝙ cum reuerentia istorum.s.Hu. & Laur. quorum fuit gl.ista.Non intellexerunt Gratianũ,quia Gratianus vult dicere.quia licet ita esset statutum prius, vt dicit hic gloss.per capitu.quod allegat.84.dis.cum in præterito.Non tamen illa ecclesia,vbi diaconus erat,susceperat votum continentiæ,vt dicit magister in litera, sed videtur nobis ꝙ gl.& Hug.melius intellexerunt dicentes Gratianum, ꝙ male intelligebat.c.præfatum Gratianus,quam Archid. Tum, quia non loquitur Gratianus specialiter de diacono alicuius specialis ecclesiæ, sed loquitur generaliter de diaconibus quarumcunque ecclesiarum,sicut.c.de quo loquitur,in cuius principio sic dicitur diaconi.quicunque.Tum secundo,quia tota ecclesia occidentalis suscepisset in communi continentiam in ordinibus sacris ex ca.allegatis,quo modo potest intelligi,ꝙ illa particularis ecclesia non susceperit votum cõtinentiæ,cum alijs,cum turpis sit pars,quæ suo toti non consonat,di.8.c.quæ contra mores,vnde stan dum videtur cum glo.& hoc etiam intelligitur ex sequentibus capitulis.[Item opponitur.] In hoc.§. magister Gratianus contra præmissa, scilicet solutionem datam, inducit duo.c.& solutionem contrarij ponit in sequenti distinctione secundum Bar.Brixiensem,& infra dist.30. in prin. secundum Archid.

Diuisio. Exponit literam. Cõtra Gratianum. Aut potius Ancyrana. Archid. Contra Archid.

1 *Contẽnens vxorem in casu a iure concesso,peccat mortaliter.*



SI quis docuerit. Hic incipit.9. pars huius di.& est.c.ex canone Apostolorum sumptum,cuius Apostoli conclusio colligitur ex litera.Litera¶[Si quis docuerit]hoc faciebant Manichæi.[contemnere] quantum ad debitum reddendum, vel ad cognoscendum causa prolis. Hug. ista duo capitula intelliguntur, & possunt habere triplicem intellectum secundum Hu.possunt.n. intelligi primo secundum antiqua tempora,quando sacerdotes licite vtebantur Matrimonio ante contracto,sicut faciunt nunc Græci. Secundo possunt intelligi ꝯm moderna, tpa de Græculis,& sic sunt localia. Tertio possunt intelligi ꝯm moderna ẽt de nr̃is p̃sbyters [sic contemnere]quo ad curam,& solicitudinem,& exhibitionem necessariorũ,quod esse non debet,vt.infra dist. 31. 1 omnino.]Anathema sit.] Ecce pœnam docentis præfatam doctrinam.ar.† ꝙ contemnens vxorem in casu à iure concesso peccat mortaliter,probat tex.quia vult, ꝙ excommunicetur.Io de Fant.

Exponit literam. Io de Fan.



SI quis. Sequitur ad idem.c.hoc, quod est concilij Gangrẽsis. Breue est.Summa est, ꝙ qui discernit ab alijs.i.vitet presbyterum cõiugatum,dicens,quòd,qui vxorem habeat,ei offerre non debeat. Et ideo hac de causa ab eius oblatione anathema sit.i.ꝙ excommunicandus est.ipso facto non est excommunicatus.Sed nota,quòd istud.cap.intelligitur de orientalibus, & secundum illa tempora ante promissionem factam in ecclesia occidentali, in quibus poterant vti etiam sacerdotes Matrimonijs contractis,vel quantum ad prouisionem necessariorum,sicut in.c.superiori.

1 *Nuptiæ dicuntur non legales tribus modis.*
2 *Ignorantia iuris partim excusat,licet non in toto.*
3 *Dare nemo potest,quod non habet.*
4 *Clericus excommunicatus, aut suspensus,an debeat dicere horas priuatim.*
5 *Promotus ad sacrum ordinem,non potest postea contrahere, licet ignoret constitutionem ecclesiæ.*



PResbyterum. Hic incipit. 10. pars huius dist.& potest diuidi hoc c.quod est sextę synodi in duas partes In prima ponit, ꝙ presbyter contrahens, suspendatur ab officio sacerdotali, ita vt nec missam cantet,nec populo benedicat.In secũda assignat rationem huius pœnæ.Secunda ibi. sufficit.n. Circa primum notandum,ꝙ secundum Hu. Gratianus inducit hoc.c. argumentando à contrario sensu, ꝙ sacerdos potest habere vxorem sic,presbyter non potest habere secũdã:ergo põt habere vnã. Vel sic p̃sebyter põt contrahere nuptias nõ legales ergo põt legale, vel illis cõtractis vti in sacerdotio. Vel sic presbyter debet separari ab vxore: ergo non diaconus,vel subdiaconus,vnde manifeste videtur, ꝙ Gratianus hoc.c.interpretatur de secundis nuptijs,quas vocat non legales.i.non canonicas, presbyteris inhabiles, & ita videtur primas nuptias cũcedere presbyteris. Sed dicẽdum,ꝙ vtreque sunt detestandæ presbyteris,qua.n. ratione conceduntur primæ,& secundæ,& numerosiores, gñalis est licẽtia Apostoli, mulier mortuo viro nubat,cui vult tantum

Diuisio. Cõtra Gratianum.

tantum iu domino, male igitur Gratianus videtur intelligere hoc.c.sextæ synodi, cum à tempore Apostolorũ nunquam in hoc ordine licuit contrahere. Vnde quicquid alij dicant, intellige hoc c.de omnibus nuptijs in sacerdotibus contractis,& omnes sunt non legales presbyteris, quia nec primas, nec secundas potest contrahere presbyter, & si de facto contraxerint, separandæ sunt, vt hic dicitur, quia non est ibi matrimoniũ. Hu. hoc idem habetur extra de Bigamis.nuper.Arc.¶ [Nuptijs]primis, vel secundis[non legalibus.]quia contractis in sacerdotio.Hu.[vel non legalibus]

Exponit literam;

1 quia legibus prohibitis:nota iuxta Arc.† ꝙ tribus modis dicuntur nuptiæ non legales, vel illegitimæ, quædam.n. sunt ipso iure, vt consanguineorum,& monachorum, & voto solemni coniunctorum,& de istis intelligitur tex.iste: secũdo quædam sunt non legales, quia sunt omissæ aliquæ solemnitates à lege inductæ, quæ tamen non sunt de substantia, & istarum omissio non inducit separationem, de quibus.4.q. vlti. aliter. Tertio, quædam dicuntur non legales intuitu personarum, vt sacerdotum, quibus interdictũ est in ecclesia orientali, vt secundo non contrahant. [Ab officio]sacerdotali tantum intellige. Nam psalmos,& antiphonas cum alijs cantabit, sed non cantabit missam, nec benedictionem dabit Hug.& Archid. [abstinere]dic, vt legitur, & not.extra de cle.coniu.sane sacerdotis, Archid. [præcipimus]hoc verbum præcipimus ponitur hic proprie, & improprie, respectu.n.illius verbi cathedram, ponitur improprie, sonat.n.i.permittimus, respectu illius verbi abstinere ab officio, tenetur proprie, & sic verbum semel positum ponitur proprie,& improprie, sic 24.dist.c. vlti. & ff.si cer. pe.l.certi & ff.de off.proconsu.l.2.& 32.q.4.ca.2. Nota hoc beneficium dispensatiue dimitti, oblato officio, cum regulare sit vtrunque auferri, cum alterum aufertur, vt dist.84. quisquis.Hu.& ratio est, ne ad secularia negotia reuertatur in opprobrium ordinis clericalis.93.di.diaconi Arch.[sufficit] secũda pars[consequens].i.conueniens.Hug. [traditio sanctificationis].i.qui benedicit, sanctificat, quantum in se est, vel quia per benedicentis ministerium Deus tradit sanctificationem,& gratiam 1.q.1.dictum Hug.& Arch.[Qui vero hanc].s.sanctificationem [non habet ignorantiæ]de

2 ignorantia iuris intellige,†quę partim excusat,& si non ex toto.di.82.proposuisti &.c.plurimos,& 24.q.1.si quis dederit.Hug.quis autem adeo stultus fuerit, ꝙ licite possit contrahere putauerit.cum ab initio prohibitum fuerit, vt dist. 84.cum in præterito. Et ideo mitius agitur, cum eo. De ignorantia facti intelligi non potest,hoc.n. excusaret ex to

3 to, cum etiam sapiens fallatur.Hu.[quomodo]ar.†ꝙ nullus potest dare, quod non habet.ar.1.q.1.c.1.& de consec.dist. 4.quomodo.Hu.& Arch.[non publice, nec priuatim benedicat].i.officium sacerdotis exerceat.s. non cantet missam, nec benedictionem det, quòd est proprium sacerdotum, sed alia officia cum alijs exercebit.Hug.& Archid. Et ecce nota, quòd aliud est de suspẽsione simplici ab officio sacerdotali tantum, & aliud de suspensione, quæ sequitur excõmunicationem, quia primo modo suspensus non est priuatus potestate exercendi alia officia, vtputa cantare psalmos, dicere cum alijs in choro, suspensus vero excommunicatus sic, quia cum excommunicato non est communi-

4 candũ.11.q.3.cum excommunicato.¶ Sed hic est q. Vtrũ clericus excommunicatus, aut suspensus debeat dicere horas priuatim. Et videtur ex hoc.ca.ꝙ non, quia inquit nec publice, nec priuatim. Respendetur iuxta gl.& Hu.ꝙ tenetur dicere,& hæc est conclusio omnium doctorum,&.c.2. de sen.ex.li.6.sed priuatim non autem solemniter ecclesiã officiando, sic.n.nullas horas, nulla officia dicere debet, vel cantare, vt colligitur.q.si quis episcopus.Hu.hoc etiam no. de cle.ex.c.2.li.6.& c.illud,& de hoc est tex.bonus extra de homi.sicut dignum.§.fi. Ab illis.n.quæ sunt oneris, non est absolutus, quia propter culpam non debet esse melioris cõditionis, vt extra de fi.presby.c.2.& ff. de reg.iu.non fraudatur.vnde, sicut ante, si ratione ordinis sacri tenebatur ad horas, ita & post.16.q.1.legi, & dicit Io.mo.& sequitur eũ Io.And.in.c.1.de sen.ex.li.6. ꝙ non debet dicere dominus vobiscum, verum est differentia sicut supradictum est inter excommunicatum suspensum, vel depositum, quia excommunicatus etiam priuatiue non potest dicere horas, cum alijs, quia non est ei communicandum, vt supra. Sed nunquid hoc contradicit dictis superius, vbi dictum est, ꝙ suspensus poterat alia officia exercere cum alijs, vt cantare,&c.dicendum est, ꝙ non, quia vt dictũ est superius iuxta præsens.c.intelligitur de suspenso tantam ab officio sacerdotali, & non de suspenso simpliciter ab officio ecclesiastico[sed sufficiat ei, ꝙ præsidet].s. inferioribus ordinibus in quibus præsidebat ante officium missæ.Hu[nuptię] de facto soluantur, non, ꝙ teneant, sed, quia tenere videntur. Ideo debent solui de facto.Hu.[priuatus]per hoc aperte intelligitur, ꝙ non fuit Matrimonium, cum per hoc ami

Quæstio.

Respõdet.

Ioã.mon.

5 serat ministerium,& hoc est ar.† ꝙ si quis promouetur ad sacrum ordinem, quamuis ignoret constitutionem ecclesiæ, & si cum ordinatur, habeat propositum contrahendi, non poterit tamen de cetero contrahere,& debebit continere.arg.27.distin.diaconus, & supra eod.diaconi, secundum Hugutionem.

1 *Laici possunt vitare clericos concubinarios notorie.*

2 *Crimen omne quodam modo dicitur occultum.*



Consulendum. Hic incipit.11.pars huius di. est autẽ hoc Papæ Nicolai, quod potest diu di in duas partes. In prima ponitur consultatio populi Bulgarorum, qui cum haberent apud se sacerdotes multos, qui habebant concubinas,& dubitarent, quid super hoc facerent, consuluerunt dominũ Apostolicum, an tales sacerdotes deberent abijcere, & ab eorũ officio abstinere. In.2.ponit̃ respõsio papæ ostẽdẽs duabus rõnibus, ꝙ non debeãt eos abijcere. Tũ, quia crimẽ erat occultũ. Tũ quia eorũ, cũ essent laici non erat iudicare de sacerdotibus.2.ibi. In quo Litera.¶ [Consulendum vxorem [de facto].i.fornicariam concubinam, vt 27.q.1.de filia. Et quia in eodẽ casu loquitur Nicolaus.15.q.vlti.c.fi.[in quo respõdemus] secunda pars[super malos]Matt.5.[deijcere] hæc est vna causa, quare non possunt deijcere illos, quia eorum crimina occulta sunt. Hu. [quoniam nec iudam à numero discipulorum]Mat.26.[deiecit] cum non esset accusatus,& crimen eius erat occultum.2.q.1.nihil, &.ca.vnus. Hu.& Arc.[Verum]hic ponitur alia causa, quare non possunt eos abijcere, vel ab eorum officio abstinere, quasi dicat, non solum propter prædictam causam non potest eos abijcere, verum etiam, quia de presbyteris vobis nec iudicandum est.¶ Sed contra 8.q.1.Vereor. Respondetur, ꝙ licet verum sic, ꝙ Laici clericos quandoque iudicant, melioris vitæ comparatione, vt ibi dicitur, sed non iudiciaria potestate, vt hic dicitur.Hug.Item contra 32.di.c.nullus,&.c. præter hæc,& de coha.cle.vestra, vbi dicitur, ꝙ laici licite possunt abstinere ab officio taliũ presbyterorum, tanquã suspensorum ipso iure per sententiam canonis. Responde-

Diuisio

Exponit literam

Opponit & Respõ.


1 tur,†ꝙ aut clericus est concubinarius notorie, & ita procedit obiectio, quia possunt laici vitare clericos, nec illo casu vt dicit Hu.& Arc.laici iudicant de clericis secundum præceptum Apostolorum, obseruantes licite abstinent ab officio talium. Aut sunt concubinarij occulti,& tunc non est licitum abstinere ab eis. Idem si fuerint manifesti, non tamẽ notorij. Ita procedit tex, vt hic apparet ex eo, ꝙ dicit vxorẽ habentem. ¶ Sed contra istam responsionem videtur esse, quia iste intellectus, qui loquitur de manifesto, alias non notorio, nõ videtur cõgruere textui, quia inducit exẽplũ de Iuda, cuius crimẽ erat occultũ, & ita nulla vr̃ probatio, nisi de crimine occulto intelligeretur, Respõdeo 1.†m

2 Hu.& Arc.†ꝙ quodã modo omne crimen dr̃ occultũ, antequã quis, de eo sit accusatus,& cõuictus. Secundo, ꝙ nec de Iuda allegatur exẽplũ tñ, quia eius crimẽ erat occultũ, sed potius, quia iõ nõ est eiectus, quia nõ accusatus.[inuestigãdũ] vt reprehendatis imperiose, vel accusetis.2. q.1.c.1.3.4. & 5.& c.oues.Hu.& Arch.[Episcoporũ iudicio.]Nã ipsi.n. sunt iudices ordinarij clericorũ in parochijs suis.11.q.1.de persona.Hu.ad idẽ.2.q.7.si quis episcopus, vbi de hoc Arc.

Opponit

Respõdet.

¶ Distinctio Vigesima nona.



Sed notandum. Hic intitulatur di.29.quia in superiori distinctione quædam cap.posita sunt contraria & in. §. ecce eiusdem distinctionis dixerat quædam ex tempore & loco esse intelligenda, nunc in hac distinctione ad solutionem multorum cõtrariorum ponit, ꝙ quædam sunt capitula localia, quædã temporalia,

Continuatio

temporalia, quædam casualia, quæ non sunt trahenda in cõsequentiam in alijs locis, vel temporibus, vel personis, vel causis. Si ergo aliqua capitula videntur contradicere, diligenter est cõsiderandũ, q̃ illorũ sunt talia vel talia, & ita nõ videbuntur sibi contrariari. Sed hoc non est ita intelligendum, vt dicit Hu. ꝙ oĩs contrarietas possit sic tolli, sicut solent quidã decretistæ dicere hoc est locale, vel tpale, vel psonale, vel casuale. illud est ius regulare cõe. Et sic solẽt dicere qui dã legistæ, vbi hoc est ius nouũ, illud est vetus, nõ .n. vno medicamine oẽs morbi possunt curari, vt in. c. necesse. Non ergo de omnibus capitulis est hoc intelligendũ sed bene in multis hæc solutio habet locum, & diligenter est considerandum, vbi habeat locum, vt non fiat noua expositio in canone, vel in iure. arg. 32. dist. relatum, & 24. q. 1. non auferamus.

1 *Constitutio cessare debet, cessante causa.*
2 *Labyrintus, quis dicatur.*
3 *Veritas sæpius agitur, & agitata splendescit in lucem.*



Sciendum. Inducit ad hoc. c. hoc. quod est beati Isidori. li. 2. soliloquiorum. In quo ponit quatuor considerationes habendas esse in intelligentia, capitulorũ canonũ sanctorũ patrum, de quibus in expositione literæ. [Ex causa.] prima cõsideratio. [Ex causa] pp quam data sunt, vt o ĩa capitula sequentis di. propter hæreticos sunt instituta, & sicut neophytis est statutum, vt non promoueantur ad episcopatũ, ne in super-

Exponit literam.

1 biam extollantur, vt di. 48. §. 1. & c. 2. † Cessante aũt causa,
a cessare debet constitutio, ª vnde beatus Ambrosi. adhuc cathecuminus in episcopum est electus, vt di. 61. §. his omnibus. [Ex persona.] secunda, vt de Augustino, qui ob personæ prærogatiuam fuit datus Coepiscopus alij episcopo adhuc viuenti, & incolum de Maguntino, cui personę prærogatiua, cõcessum fuit eligere sibi successorem, vt 7. q. 1. petisti. Intuitu etiam personæ sæpe mitius agitur cum vno, quã cũ alio, vt di. 41. non cogantur, & di. 86. tanta, & 14. q. 6. c. talia autem non trahuntur in consequentiam in alijs personis. [Ex loco] vt de monasterio, quod impetrauit ne vnquam alius monasterij eligeretur in episcopum, vt 16. q. 1. Item de clericis orientalibus, quibus permittitur in sacris ordinib. vti matrimonio contracto, vt di. 31. q̃m aliter. Et etiã rõne loci remoti aliquid quandoque constituitur, vt di. 63. cum longe, & di. 92. 93. iuxta & 24. q. 1. pudenda. [Ex tempore] quarta cõsideratio ex tpe, sicut de Anglicis, quibus permissum fuit in tertio, & quarto gradu contrahere, vt 35. q. 3. quædam, & sic de monachis, & Laicis, qui instante necessitate temporis à Gelasio permissi sunt ascendere ad sacerdotium Monachi per annũ, Laici pãnum, & dimidium, vt di. 60. prẽscis, & di. 77. monachus [modi]. i. varietates, & diuersitates [Labyrintum]. i. confusionem, & intricationẽ. † q̃m
2 Labyrinthus fuit fabulosa domus à Dedalo adinuenta, siue facta Labyrinthus dicta, quia multa habebat diuerticula, ita quòd vix poterat inde aliquis exire. Hug. [ante indicẽt] quod non est faciendum. 11. q. 4. eorum, qui 15. q. 3. c. vlti. & 1. q. 2. c. 1. & 2. Dicit etiam Apostolus. 1. ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare. Dr̃ etiã Prouer. 7. qui iudicat, ꝙ nouit. Iudex iustitię est, & Philosophus 1. ethic. Vnusquisque bene iudicat de his, quæ nouit [perquirẽt] quia inciuile est iudicare de lege, nisi tota lege perspecta. ff. de leg. & const.
3 inciuile. † Veritas. n. sępius agitur, & agitata splẽdescit in lucem, vt 35. q. 9. graue, de istis etiam dicit, & vide, quod diximus in prologo huius lecturæ circa articulum primum.

a ¶ Adde Pe de Anc. in c. & si christus nu. 15. de iureiu. & in ca. cũ cessãte nu. 3. de appe.

Qui quod nouit loqtur, iudex iustitię est.

1 *Edictum de testibus est prohibitorium.*



Regulæ. Indicitur ad idem hoc. ea. quod est beati Gregorij in registro. ¶ [Regulæ]. i. cõstitutiones quædam cões Hu. [negotio] . s. c. proxi. hæc dr̃ causa. Vel forte negotium dr̃ tm̃ illa causa, quæ specialiter considerat constitutionem. s. vt suspectus de dilapidatione ante cognitionem causæ nõ restituatur, vel si non est remotus, remoueatur. Nã tale negotium talẽ exigit legẽ, vt 3. q. 2. quia ea, & ibi, quia in causa matrimonij recipiantur cõsanguinei, etiam propinquiores, vt 35. q. 5. & vt in causa ecclesię ciuili recipiantur testes domestici, vt 14 q. 2. super prudẽtia, talia negotia talia exigunt constituta. Sed dicit Io. de Fan. ꝙ id, quod dicit gl. non est verum, quia vt dicit, de iure cõi est, vt domestici admit-

Exponit literam.

Io. de Fan.

1 tantur. C. de repu. l. consensu, & extra de testi. insuper. † Nã edictum de test. est prohibitorium, vnde quilibet admittitur, qui non prohibetur. ff. de testi. l. 1. Arc. Tu dic, ꝙ gloss. dicit verum, quin imo domestici, etiam regulariter repelluntur, & quod plus est in causa Matrimoniali, patet de testi. in literis, sed ꝙ in causa ecclesiæ admittantur, ex dispositione legis disponentis ex causa est, ꝙ admittantur, vt patet in dicto. c. insuper, & hoc est, quod Io. voluit dicere hic, ꝙ ex causa admittatur in causa ecclesiæ testimonium domesticorum contra prędictum. c. in literis, & sic põt saluari dictum gl. secundum Io. de fant.

Progl. cõtra Io. de Fant.

1 *Collyrium, quid dicatur.*
2 *Soluere nemo potest omnia vno modo.*



Necesse. Sequitur ad idem hoc. c. quod est Hieronymi sup epistolã ad Ephe. Et põt diuidi in duas partes. In 1. ostendit, ꝙ oporteat ad intelligentiã scripturarum diuersitates locorum, temporum, & personarũ cõsiderare. In secunda probat hoc exẽplis Ioan. euãgelistæ, & apostoli Pauli 2. ibi. Quomodo. Litera ¶ [Necesse] vt locorũ remotorũ, copiosorũ, vel indignorũ nobiliũ, vel ignobiliũ, religiosorũ, vel nõ. Hu. [& tẽpore] ₰m ꝙ sunt pc̃tã, vel nõ ₰m ꝙ sunt copiosa, vel indigna, ₰m, ꝙ aliqua sunt imperfecta, vel diui. Hu. [& hoĩm] quorũ quidã senes, & quidam iuuenes, quidam boni, quidã mali, quidam mansueti, quidã mali effreni, quidã firmi in fide, quidã infirmi, & debiles, & hmõi. Hu. [Diuersas causas]. s. finales. 35 q. 3. quod scripsi Arc. [& argumẽta]. i. rõnes. Hu. [origines] . i. principia originalia. [hanc]. s. illæ scripturæ. [quomodo] secũda pars. i. sicut. Io. scribens Apocalip. 1. & 2. & 3. [in Apocalypsi]. i. in reuelatione. in vnaquaque earũ, vel vitia specialia. [vnde angeli]. i. episopo ecclesiæ. Ephe. Apocaly. 2. & 3. Scio inquit opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quæ sustinuisti propter nomen meum, & non fecisti, sed habeo aduersus te pauca, charitatem tuã reliquisti, & similiter cæteras ecclesias. Smyrnam, & Pergamum Tyatiram Sardis. Philadelphiam Laodiciam. [loquitur] de pe. di. 2. §. si. n. Et sanctus Apostolus aliter reprehendit Romanos, aliter Corinthios, aliter Galathas, aliter Ephesios, aliter Colossenses, aliter Philippenses, aliter Thesalonicenses, aliter Hebreos, quia diuersis diuersa competũt, sicut diuersis in firmitatibus diuersæ medicinæ [sine collyrio]. i. medicina. collyrium sonat, ꝙ vitia oculorum tergat. secundum Papi.
1 & Isido. vnde dicit Hu. † ꝙ collyrium dicitur vnctio facta
2 ad tergendas feces oculorum ar. † contra illos, qui omnia contraria volunt soluere vno modo, i. dicendo, hoc est ius nouum, illud vetus, vel hoc est regulare, & cõmune, illud locale, vel temporale, vel personale, vel causale. Hug.

Diuisio.

Exponit literam

¶ *Distinctio Trigesima*



Illud autem. Hic intitulatur trigesima dis. in qua soluit oppositionem, quam fecerat in 28. distinctio. in tribus cap. scilicet in ca. si quis docuerit, & in. ca. si quis discernit, & in . c presbyterum, & dicit, ꝙ prædicta tria c. intelliguntur ex causa, & tempore. Ex causa, scilicet propter quosdam hæreticos, scilicet Manicheos, qui coniugia detestabantur. Et inde sumpta occasione per totam hanc distinctio. introducit quædam capitula concilij Gangrensis statuta ex causa, non, quòd cessante causa cessare, debeant, sed, quòd ex causa sunt statuta, & expressa, de detestatione errorum quorundam hæreticorum: & potest diuidi hæc distinctio in tres partes. In prima ponit 15. cap. in quibus anathematizantur varij errores, quorundam hominum stultorum. In secunda interpretatur concilium præfatum quædam capi. in prima parte posita. In tertia detestatur, & anathematizat quasdam superstitiones Manicheorum. Secunda ibi, Hoc autem. Tertia ibi. Si quis presbyter. Nota inquit Hug. hanc solutionem, scilicet, quòd dicta sint, ex causa modi conualere, si illa capitula intelligantur de commistione carnali Apostolorum, supra distinct. proxi. Si quis docuerit. [Gangrensi] supra distin. proxi. si quis discernit [sexta synodo]. s. c. presbyterum. [Ex tpe.] de hoc habetur, infra di. proxi. [capitulum] de hoc tractatur in hac distinc.

Diuisio.

[quorvdá aliorum] hæreticorum, cõtra quos [in Gágrẽsi] oĩa capitula sequen. vsq; ad vltimũ sunt Gangren. Cõcilij.

2 *Parentes habentes filios non possunt licite ingredi religionem, neglecta cura filiorum.*

3 *Filij non debent religionem intrare, parentibus in necessitate constitutis, & cura eorum indigentibus. & nu. 5.*

6 *Professus religionem non, debet absque licentia sui prælati exire claustrum ad subueniendum necessitatibus parentum.*

8 *Parentum si vnus est fidelis, & alter infidelis, & ambo pariter indigent, potius subueniendum est fideli.*

9 *Parentes relinquendi sunt, quo ad infidelitatem, & heresim.*

10 *Anathema sit hoc verbum an sit latæ sententiæ, vel dandæ.*



I qui filij. Hoc est primum c. in quo ponitur detestatio superstitionis illorum filiorum, qui occasione diuini cult⁹ præsumunt, & maxime fideles parentes desere rere, necessaria eis denegando, tales anathematizando. Verum pro pleniori iutelligẽtia huius. c. quæruntur tria.

1 ¶ Primum est, vtrum propter obsequium præstandum parentibus, debeat aliquis retrahi ab ingressu religionis.

4 ¶ Secundum est, vtrum religiosus iam professus, si videat patrem suum esse in necessitate, etiam absque prælati sui licentia possit exire claustrum ad subueniendum patri.

7 ¶ Tertiũ est, vtrum patri infideli in necessitate constituto sit à filio catholico potius subueniendum, quam extraneo fideli in pari necessitate constituto, &c.

Primũ ar. 1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videt, ꝙ pp obsequium præstandum parentib. debeat aliquis retrahi ab ingressu religionis. Primo ex. c. præsenti, vbi concilium Gágren. dicit, si qui filij parentes maxime fideles deseruerint occasione diuini cultus, hoc iustũ esse iudicantes, & non potius debitum honorem parentib. reddiderint, vt hoc ipsum in eis reuerentur, ꝙ fideles, anathema sit. ¶ Secundo sic. (Secũdũ ar.) Non licet prætermittere, quod est necessitatis, vt fiat id quod est liberum voluntati: ergo videtur, ꝙ non debeat aliquis prætermittere obsequium parentum propter religionis ingressum. ¶ Tertio sic, (Tertiũ ar.) Maior videtur subiectio filij ad parentes, quam serui ad dominũ, quia filiatio est naturalis. Seruitus autem ex maledictione peccati. vt patet Gen. 9. sed seruus non potest prætermittere obsequium domini sui, vt religionem ingrediatur, aut sacrum ordinem assumat, vt habetur. j. di. 54. si seruus. Ergo multo minus filius põt obsequium patris prætermittere, vt ingrediatur religionem. ¶ In oppositum est quod habetur Mat. 4. (Opponit contrariũ.) ꝙ Iacobus, & Ioannes relicti retibus, & patre sequuti sunt dñm: ex quo, vt Hylarius dicit docemur Christum sequuturi, & secularis vitæ solicitudinẽ, & paternæ domus consuetudine non teneri. ¶ Respondeo dicendum (Respõdet.) sub tribus conclusionibus iuxta S. Tho. †Prima est, (Prima cõclusio. 2) ꝙ parẽtes habentes filios non possunt licite ingredi religionẽ, neglecta cura filiorum. Probatur ista conclusio. Parentes. n. cũ habeant rationem principij filiorum, inquantum hmõi p se eis conuenit, vt filiorũ curã habeant: ergo non licite conuenit alicui habẽti filios religionem ingredi, omnino prætermissa cura filiorum. i. non prouiso qualiter educari possẽt, dr̃ 1. ad Ti. 5. ꝙ si quis suorũ curã non habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior. ¶ Secundo conclusio. (Secũda cõclusio. 3) †Quod parentibus in necessitate constitutis, ita ꝙ eis commode aliter, q̃ p obsequium filiorũ subueniri non posset, non licet filijs prætermisso parẽtum obsequio, religionem intrare. Ista conclusio patet rationibus factis in principio quæstionis. Patet etiam hac ratione iuxta magistrum Nicolaum de lyra (Nicolaus de lira.) super Mat. 15. c. Patre incurrente necessitate bona, de quibus filius potest sibi administrare, iam sunt partim sibi debita, de alieno aũt nullus põt Deo sacrificium facere, vnde talia, cum sint altaris, Deo offerre non est licitum, vnde hoc est transgredi præceptum de honore parentum: ergo parentibus constitutis in necessitate, modo prædicto non est licitum eorum obsequium reliquere propter religionis ingressum. Item potest probari, sic iuxta Henricum de gandauo (Henricus de gãdauo) quolibeto sexto. Minor obligatio potest differri, & postponi p p maiorẽ, minor obligatio est, qua homo voluntarie obligatur promisso, vel voto homini, ad ea, quæ sunt consilij, q̃ quo obligatur deo naturaliter ad ea, q̃ sunt præcepti, quia in obligatione prima põt homo dispensare, vt summus pontifex, non autem in obligatione secunda: Cum ergo prouidere parẽtibus in sua necessitate ptineat ad diuinũ præceptum. Honora patrẽ tuũ, & matrẽ tuã, &c. Patet, ꝙ non licet, hoc prætermisso, intrare religionem, ꝙ est consilij. ¶ Tertio concl. est, (Tertia cõclusio.) ꝙ parentibus nõ existentib. in tali necessitate, vt filiorum obsequio multum indigeãt, vt puta quia per operam, vel aliorum auxilio illa necessitas potest subleuari possunt filij prætermisso parentum obsequio, religionem intrare: ergo etiam contra præceptum parentum. Patet ista conclusi. Primo ex illo Matth. decimo qui curat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus, vbi dicit gl. male facit, qui carnalẽ affectũ præfert spirituali. Secundo sic. Per annos pubertatis quilibet ingenuus libertatem habet quantũ ad ea, quæ pertinent ad dispositionẽ sui status, præsertim in his, quæ sunt diuini obsequij: ergo sequit, ꝙ homo liber licite põt parentibus cõtra dicẽtibus ingredi religionẽ. Tertio, quia magis est obtemperandum patri spirituũ, vt viuamus q̃ parẽtibus carnis, vt Apostolus ad Hebr. 12. dicit. Vnde dñs reprehendit Mat. 8. & Lucæ. 9. discipulum, qui nolebat eum sequi intuitu paternæ sepulturę, erant. n. alij, per quos id opus impleri poterat, vt dicit Chrysostomus, p p quod Hierony. in epistola ad Rusticum Monachum dicit. Licet pater tuus in limine iaceat, licet mater tua vbera, & pectus ostendat percalcato perge patre, percalcata perge matre, & ad vexillum crucis Christi euola, summum genus pietatis est in hac fuisse crudelem. ¶ Ad rationes in oppositum Ad primam respõdetur, (Ad primũ arg.) ꝙ hoc c. intelligitur iuxta secundam conclusionem. & dum. s. parentes multum indigent, & non sunt alij per quos posset necessitati parentum subueniri. ¶ Ad secundã (Ad secũdũ.) respondetur eodem modo, ratio procedit iuxta secundam conclusionẽ, & ita conceditur. Si vero arguens extendere vellet rationem contra secundam conclusionem. Respondetur, negando consequ ẽtiam extra casum necessitatis, de qua in secunda conclusione. Et ratio est secundum S. Tho. (S. Thom. 2. 2. p. 189. ar. 6.) quia filij in religione constituti, possunt etiam implere aliquo modo præceptum de veneratione parentum, quia pręceptum de honoratione parentum non solum se extendit ad corporalia, sed etiam ad spiritualia, & reuerentiam exhibẽdam. Manifestum est autem, ꝙ illi, qui sunt in religione implere possunt præceptum de honoratione parentum pro eis honorando, & eis reuerentiam, & auxilium impendendo, secundum, ꝙ religiosos decet, quia etiam illi, qui in seculo viuunt, diuersimode parentes honorant secundũ eorum conditione. vnde ratio non procedit. ¶ Ad tertiam (Ad tertiũ.) respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta S. Thom. quia cum seruitus in pœnam peccati inducta sit, ideo per eam aliquid adimitur homini, quod alias ei competeret, ne. s. libere de sua persona possit disponere. Seruus. n. in id, quod est domini est. Sed filius non patitur detrimentum ex hoc, quòd est subiectus patri, quin possit de sua persona libere disponere, transferendo se ad obsequium Dei, quod maxime pertinet ad hominis bonũ, &c.

4 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, quòd religiosus, etiam professus, videns patrem suum in necessitate constitutum possit licite, etiam absque licentia sui prælati claustrum exire, & subuenire patri. (Primũ ar.) Primo sic ex tex. præsentis cap. vbi videtur manifeste haberi, quòd propter cultum Dei non sunt prætermittendi parentes in necessitatibus suis. ¶ Secundo sic, (Secũdũ ar.) non est prætermittendum mandatum Dei propter hominum traditiones, vnde dominus Matth. 15. contra quos dicit. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. Sed ad subueniendum parentibus homo astringi videtur per hoc præceptum diuinum. Honora patrem tuum. In quo quidem honore intelligitur subuentio: ergo non videtur, quòd non obstantibus religionis obseruantijs, quæ sunt hominum statuta, debeat aliquis religiosus exire claustrum ad subueniendum parentibus secundum præceptum Dei. ¶ Tertio sic. (Tertiũ ar.) Factum de his, quæ supererogationis, non præiudicat illis, quæ sunt de necessitate præcepti, cum implere præceptum sit necessitatis, fouere autem talia non secundum votum religionis est de his, quæ sunt supererogationis, subuenire autem parentibus in necessitate est de necessitate præcepti, ergo per votum religionis per professionem solemnizatum, non absoluitur aliquis, quin teneatur administrare parentibus, sicut ante, ergo per consequens tenetur exire claustrum

re claustrum propter necessitatem parentũ ẽt contra volũtatem superioris. ¶ In oppositum arguitur sic. Spiritualia semper præferenda sunt carnalibus, sed religiosi per professionem se obligarunt ad obsequium spiritualis patris, s. dei cui magis tenentur, ꝫm illud ad Heb. 12. quãto magis obtẽperabimus patri spirituali, & viuemus: ergo nõ debent sui ordinis obedientiam, siue obseruantiam dimittere, vt parẽtibus ministrent. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Th. quolibeto. 3. Art. 16. † ꝙ aliter est dicẽdũ de illo, qui nondũ religionem intrauit, & aliter de illo, qui iã in religione est professus. Ille. n. qui nondum religionem intrauit sicut dictum est in articulo precedenti circa secundam conclusionem, si videat patrem suum in magna necessitate, cui per aliũ modum subueniri non possit, non debet religionem intrare, sed tenetur ministrare parentibus, maxime, si absque peccati periculo possit in seculo manere, postquam vero quis est in religione professus tunc est ista conclusio, † ꝙ talis nõ tenetur, nec debet absque licẽtia sui prælati exire claustrũ ad subueniendum parentũ necessitatibus, licet debeat semper salua ordinis sui obedientia satagere per se, vel per aliũ vt suis parentibus subueniatur, si in necessitate fuerint constituti. Ista conclusio est S. Tho. in quolibeto præfato & magistri Nicolai de lyra super Matt. 15. & etiã dñi Vlrichi in summa sua. Ista conclusio etiã probatur iuxta S. Th. qui sic ait postquã aliquis est in religione ꝓfessus est mortuus mũdo, vnde per spiritualẽ mortem deo obligatur à cura impẽdenda parentibus, sicut etiã deo obligaretur per mortẽ corporalẽ, & ideo non peccat, nec contra præceptum Dei agit si in claustro remaneat sub præcepto prelati, parentũ administratione prætermissa. Est. n. factus impotens ad reddendum debitum ministerium absque propria culpa. Secũdo probatur eadem conclusio iuxta magistrũ Nicolaũ de lyra vbi supra, qui sic ait. Ex dictis patet falsitas illius opinionis, quæ dicit, ꝙ filius post professionem factã in religione tenetur exire claustrum ꝑ necessitatem parentum, etiam contra voluntatem sui prælati, falsitatem huius opi. ostendit ex hoc, quia per talem professionẽ filius est deo iã consecratus: ergo ꝑ necessitatẽ parentũ non debet contra votum venire, hoc etiam patet per aliã rationem, quia filius, cum venit ad ætatem adultã, sicut põt inuitis parentibus licite matrimonium contrahere, vel ad sacerdotiũ promoueri, ita etiã religionẽ ingredi, cessante tñ necessitate parentum, sed per sacerdotium excusatur de hoc, ꝙ non tenetur subuenire patri per vsum armorum, si ab hostibus inuaderetur, quia iam non est sibi licitum pugnare corporaliter, similiter per matrimonium excusatur, ꝙ non tenetur manere cum patre, quia est obligatus vxori, ergo multo fortiꝰ per professionem factam in religione excusatur à subueniendo parentibus, nisi ꝫm modum conuenientem suæ regulæ, & per consequens non debet ꝑ hoc cõtra votũ obediẽtiæ facere: ergo esset inobediens hæc faciẽdo. Item põt probari sic præfata conclusio. Per ingressum religionis homo absoluitur à redditione debiti, quo tenebatur vxori: ergo eodẽ modo videtur filius absolui à subiectione, qua tenebatur patri, vel matri, nisi ꝫm modum conuenientẽ suæ regulæ, consequentia videtur bona, qm̃ non minus votum obedientiæ annectitur regulæ monachali, quam votum castitatis. ¶ Est autem notandum, ꝙ huic sententiæ contrariatur Henricus de Gandauo quolibeto 6. q. 19. dicẽs, ꝙ sicut patre existente in necessitate filius tenetur differre religionis ingressum, ita incurrente patre necessitatẽ, debet filius exire claustrum ad subueniendum necessitati paterne, quã opinionẽ sic nititur probare. In omnib. potestatibus ordinatis, potestas superior potest reuocare edicta potestatis inferioris, & suis edictis eam infringere, aut annullare non potest econuerso. Nunc autem ita est, ꝙ dicta potestas super omnes est. Nullum ergo edictum potestas humana, siue sit publica, vt est potestas prælatorum, & principũ, siue sit priuata, vt est potestas liberi arbitrij, potest in aliquo infringere edictũ diuinum, seu in aliquo derogare eidẽ, aut ipsum omnino annullare, quare, cum edictum de honorãdo parentes diuinum sit, votũ autem siue permissum simplex de intrando religionem, aut solemne, quod est professionis de perpetuo in ea persistendo ad edicta humana pertinet, in nullo ergo potest votum, siue humanum promissum infringere edictum diuinum de honorando parẽtes. ¶ Sed istis non obstantibus dicendum est, sicut prius. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam patet responsio in præcedenti articulo, ibi. n. data est intelligentia tex. præsentis. capitul. magna quidam differentia est de bonis nondum Deo consecratis, & de bonis iam deo consecratis. Nã vt ait magister Nicolaus de lyra super Mat. decima quinta licet patre incurrente necessitatem, bona de quibus filius potest sibi administrare, iam sunt sibi debita. Et ideo cum de alieno nullus possit Deo sacrificium facere talia Deo offerre non est licitum, quia hoc est transgredi præceptum de honore parentum. Secus tamen, si filius bona sua Deo vouisset, vel consecrasset, antequam parentes essent in necessitate positi, quia tunc non esset licitũ de eis prouidere parentibus, quia si esset deo votum factũ de aliquo immolatio, non posset immutari. Si autem de aliquo immolatitio, non poterat mutari, nisi per redẽptionẽ, hæc ille. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Tho. in quolibeto prædicto, negando consequentiã. Et ratio est, quia religiosus tenetur adimplere id, quod ad religionẽ pertinet non solum ex humana traditione, sed etiam ex præcepto diuino. Obligatur. n. ex voto emisso ad obediendum prælatis suis. Impletio autem voti cadit sub præcepto diuino. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta magistrum Nicolaum de lira vbi supra, ꝙ per professionem non absoluitur religiosus à præcepto diuino veruntamẽ absoluitur ab aliquo modo implendi præceptum, quia præceptum de honore parẽtum est affirmatiuum, & ideo non obligat ad semper, sed pro loco, & tempore, & alijs debitis circunstantijs, quæ aliquando variantur secundum conditionem ipsius implentis præceptum, quia aliquis modus subueniendi patri efficitur inconueniens, & illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status liciti, imo perfecti, sicut subuenire patri per defensionem armorum efficitur per sacerdotij statum, tenetur tamen subuenire ei alijs modis suo statui conuenientibus. Ita eodem modo per votum obedientiæ subuenire patri contra voluntatem sui superioris efficitur illicitum ipsi religioso, tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus professioni suæ. ¶ Ad vltimam rationem, quæ est Henrici de gandano respõdetur, ꝙ ratio non procedit. Tum primo, quia sicut dictum est, ꝙ religiosus tenetur implere, quæ ad religionem pertinent non solum ex humana traditione est, sed ex diuino præcepto, & ita non est ad propositum, quod dicit, quòd potestas diuina non potest infringi ab humana. Tum secundo. quia licet per religionẽ absoluatur ab aliquo modo implendi illud præceptum, non tamen absoluitur simpliciter ab eo sicut dictum est: tenetur. n. subuenire patri modo conuenienti suæ professioni. Tum tertio, ratio non procedit de eo, qui antequam pater suus incurreret necessitatem, Deo iam consecrata est, talis. n. cum nihil proprium sibi retinuerit, non videtur sine licẽtia, prælati sui, qui locum Dei tenet, posse obsequijs alterius mancipare. Tum quarto, quia religiosus per professionem cũ mundo sit mortuus, & ita à mundanis actionibus liber factus est impotens, sine tamẽ propria culpa ad impendendum ministerium patri, vt dicit sanctus Thom. nullus autem tenetur ad impossibile, vt extra de regul. iur. libr. sexto.

Opponit ĩ contrariũ. — Respõdet. 5 — 6 — S. Thom. Vlrichus. — Nicolaus de lyra. — Henricus de gãdauo cõtrariã tenet opi. — Tenet primam opi. — Ad primã arg. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ. — Ad quartũ. — S. Thom.

7 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, quòd potius sit subueniendum extraneo fideli, quam patri infideli. Primo sic argumento, quod inducit gloss. Ambrosi. super cantic. super illud ordinauit in me charitatem, & inducit Magister senten. in tertio. distin. 29. Ait. n. Multorum est charitas inordinata. Quidam. n. id, quod est primum ponunt tertium, vel quartum, sed primo diligendus Deus, secundo parentes. Deinde filij. Postea domestici, qui si boni sunt, malis filijs sunt ꝓponẽdi, ex qua authoritate videtur colligi, quòd extranei boni sunt præponendi malis parentibus: ergo, &c. ¶ Secundo sic. Id est magis diligendum, quod nulla ratione debet odio haberi, quam id, quod aliqua ratione est odiendum, sed pater infidelis secundum aliquã rationem nobis est, odiendus, vnde Lucæ. 14. dicitur. Si quis non odit patrem, & matrem, &c. homines autem boni nulla ratione sunt odiẽdi: ergo videtur, ꝙ magis amandus sit extraneus fidelis, & iustus quam pater infidelis. ¶ Tertio sic per charitatem conformamur Deo, sed Deus diligit meliorem: ergo & homo per charitatem, magis debet extraneum diligere, quàm patrem infidelem, aut aliquem huiusmodi sibi coniunctum, & per consequens magis bene facere, cum teste Gregorio. signum dilectionis sit exhibitio

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar.

hibitio operis.¶In oppositum est gl.præsentis.c.item est il
Ad primū arg. lud primæ ad Ti.5.vbi dicit apostolus,qui suorum, & maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & infideli deterior est:ergo magis est cura habenda propinquorum,& maxime patris, quam quorumcunque extraneorum.¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ
Respōdet. potius est subueniendum patri in necessitate constituto, et si sit infidelis, quam cuicūque alteri,infideli eadem necessitatem patienti:probatur, ista conclusio. Primo sic,ex eo,quod ait Hierony.super Eze.ꝙ post Deum omniū patrem diligendus est pater.¶ Secundo eadem conclusio elicitur ex eo, ꝙ in præceptis decalogi specialiter mandatur de honoratione parentum,vt patet Exodi.20. ergo sequitur,ꝙ illi,qui sunt nobis magis coniuncti,cuiusmodi est pater,sunt a nobis specialius diligēdi. ¶ Tertio patet eadem conclusio ex illo,quòd ait beatus August.in 1.de doctrina christiana cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum vel quaruncumque rerū opportunitatibus astrictius tibi, quasi quadam sorte iūgunt. ¶ Quarto,ratione sic probatur conclusio. Gratia, & virtus, imitantur ordinem naturæ, qui ex diuina sapientia institutus est. Est autem talis ordo naturæ,vt vnumquodque agens naturale prius magis diffundat actionem suam ad ea,quæ sunt sibi propinquiora, sicut ignis magis calefacit rē sibi magis ꝓpinquā, & similiter Deus in substantias sibi magis propinquiores proprius, & copiosius dona suæ bonitatis diffundit, vt patet per Dionysi.quart.c.ca.ecclesiasticæ,Hierar. Exhibitio autem beneficiorum est quædam actio charitatis in alios.Et ideo oportet, ꝙ ad magis propinquos simus magis benefici,sed propinquitas vnius hominis ad aliū potest attēdi secundum diuersa,in quibus sibi ad inuicem homines communicant,vt consanguinei in naturalis originis communicatione,cōciues in ciuile, fideles in spirituali,& sic de alijs & secundum diuersas coniunctiones, sunt diuersimode diuersa beneficia dispensanda.Nam vnicuique est magis exhibendum beneficium pertinens ad rem illam, ſm quam est nobis magis coniunctus,simpliciter loquendo.Vnde in his,quæ pertinent ad naturam,plus debemus diligere consanguineos.In his autem,quæ pertinent ad ciuilem conseruationem, plus debemus diligere concines, & in bellicis plus commilitones. Potest tamen hoc variari secundum diuersitatem locorum, & temporum. & negotiorum. Nam in aliquo casu est magis subueniendum extraneo,puta, si sit in extrema necessitate, quam etiam patri,
Ad primū a. non tantam necessitatem patienti.¶ Quibus habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur primo iuxta S. Tho.in 3. in fine.di.29.dictum Ambrosij, cum dicit,ꝙ domestici(si boni sint) malis filijs sunt præponendi,non est accipiendum in illis,quæ ad naturalem communicationem pertinent,sicut est hereditatis,diuisio,educatio,& huiusmodi,nisi forte superabundans malitia filiorū eos indignos paterno beneficio faciat.¶ Secundo respōdetur,ꝙ authoritas Ambrosii non est ad propositum, quia non loquitur de patre, de quo est quæstio ad præsens. qđ vero dicit gl.respondēdo huic authoritati, ꝙ intelligenda sit de affectu,non de beneficiorum exhibitione. Nam magis debemus diligere extraneos,bonos,quam propinquos malos,licet illis debeamus potius subuenire, non dicit verum,qm licet extraneo,qui est deo propinquior maius bonum ex charitate velimus. Ad charitatem.n.pertinet,velimus iustitiam Dei seruari, ſm quam meliores perfectius beatitudinē participant, nihilominus propinquiores, vel interiori dilectionis affectu diligimus ad illud bonum,hec secundum S.Tho.tam in secunda secundæ,quam in tertio scripto.¶ Ad secundam respondetur, negando consequen-
Ad secūdū. tiam,& ratio est, quia in Patre, siue in propinquis nostris non præcipimur obedire, ꝙ propinqui nostri sunt,sed hoc solum,ꝙ impediunt nos à Deo, & in hoc non sunt propinqui,sed inimici ſm illud Matt.20.Inimici hominis domesti-
Ad tertiū stici eius.¶ Ad tertiam respondetur,negando consequētiā, dicimus.n.cum S.Th.in tertio,quod in hoc conformamur Deo,ꝙ diligimus eos magis,qui nobiscum magis communicāt, sicut, & ipse eos,qui secum magis communicāt,magis diligit,quamuis non sint idē,qui nobiscum, & cum eo
Exponit literam. magis cōmunicant.Litera sequitur ¶ [Si qui.]Certum est secundum philosophum 8. ethicorum, ꝙ filij tenentur ex debito iustitiæ subuenire parentibus,vnde præceptum est

Exo.20.Honora patrem tuum, & matrem tuam maxime fideles.Nam,& si infidelibus debeant filij subuenire, maxi
8 me fidelibus,vt disti.86.non satis.ar. †ꝙ si vnus de duobus parentibus est fidelis,& alter infidelis,& indigeant equaliter, & non possit filius subuenire vtrique, potius debet subuenire fideli,quam infideli.[deseruerint.]quo ad exhibitionem beneficiorum,siue subuentionis.In beneficijs.n. debemus proponere patrem cuilibet etiam sancto extraneo,si non possumus vtrique subuenire, qualiscunque sit, dummodo æqualiter indigeat.Nam si pater non indigeret ad mortem, & alter, sic potius subueniendum esset extraneo,vt di.86.pasce.[occasione Dei cultus.] Erant quidam hæretici,qui dicebant etiam parentibus necessaria subtrahi debere,& Deo offerre, sicut scribę & Pharisei docebant filios.Iudeorū facere, & dicere patribus suis munus quodcunque ex me est,tibi proderit,& sic tali occasione subtrahebant necessaria parentibus,& eos afficiebant fame.quos reprobat dominus tanquam transgressores diuini pręcepti.Matt.15.d. Quare vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram.Nam dominus dicit, honora patrem tuum, & matrem tuam.Vos autem dicitis, quicunq; dixerit patri,vel matri.i.licite potest dicere, munus quodcunque ex me est.s.Deo oblatum,vel consecratum tibi proderit,supple magis,quasi in tuis necessitatibus foret expositum, sed, ꝙ sic facientes non adimpleant præceptū Dei,sed magis trāsgrediantur, subiungit.[Et non honorificauit patrem suum.]s. qui tali occasione subtrahit necessaria patri suo,vel matri, vnde sequitur.[Et irritum fecistis mandatum Dei.]propter traditionem vestram. Hypocritæ,vbi no.† ꝙ licet occasione diuini cultus parentes infide-
9 les, aut heretici non sint relinquendi in necessitate constituti,quo ad beneficia, bene tamen sunt relinquendi, quo ad infidelitatem,& heresim,quæ in omnibus est detestanda,vnde dominus ait.Qui reliquit patrē, aut matrem, aut fratres, aut sorores propter me, centuplum accipiet, &c. [Honorem debitum & necessaria subministrādo, & reuerentiam exhibendo.Hu.[anathema sit].i.anathematizētur
10 nisi velint respicere.¶ Sed hic merito surgit quæstio† vtrū Quæstio.
hoc anathema sit datæ sententiæ, vel dandæ. Hug.dicit ꝙ omnia ista cap. intelligentia sunt datæ sententiæ, Sed tamen posset dici,quòd, cum quicunqne talia prædicet hæreticus sit,quia hæreticus est, qui fingit, vel sequitur nouas sectas.24.quæst.tertia, hæreticus. Cum ergo hæc sit hæresis damnata,videtur, quòd qui eam sequitur sic excommunicatus ipso iure,vt 24.quæst.prima, Achacius. Et ita videtur,quòd hoc cap. sit latæ sententiæ, & similiter alia, quæ sequuntur.

1 *Mulier, an possit sibi licite amputare, siue præscindere comam, quod non nu. 2. & 3.*



Væcunque mulier. Sequitur secundum.ca. in quo ponitur detestatio, & anathematizatio secundæ superstitionis,quæ aliquę mulieres iudicantes ita religioni conuenire comā sibi datam a deo ad velamen,quam ad memoriam subiectionis amputant,& præscindunt. Sed pro pleniori eius intelligentia quæritur, † Vtrum licite possit mu-
1 lier sibi amputare, siue præscindere comam Et arguitur, ꝙ Primū ar.
nō primo ex isto.c. ¶ Secundo ex sententia Apostoli,vnde Opponit contrarii.
hoc.c.sumptum est.Prima ad Corin.11.vbi expresse ponit, Respōdet.
non decere mulierem comam deponere. ¶ In oppositum Prima cōclusio.
arguitur sic. Sanctimoniales tondūtur:ergo videtur,quòd hoc sit licitum, quoniam alias sacra monialium religio hoc non admitteret.¶ Respondeo dicendum sub dua-
2 bus conclusionibus. Prima conclusio est, † quòd indecentissimum est, quòd mulieres, siue laicæ comam tondant,siue præscindant. Ista conclusio est, huius capit. Est etiam primo Apostoli Pauli prima ad Corint. vndecimo. Cuius conclusionis videntur esse plures rationes. Prima est,quia tales mulieres comam tondentes, videntur agere contra dispositionem diuinam, quæ illis comam dedit ad ornamentum. Propter quod Apostolus, vbi supra ait. Turpe est mulierem tonderi, & infra mulier si comam nutriat gloria est illi, quia data est illi ad ornamentum, vnde subditur, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. ¶ Secunda ratio, quia mulieres sic comam tondentes, siue præscindentes, videntur agere contra naturale

naturale ius, quod patet sic ratione Apostoli quia cum mulier naturalem habeat inclinationem ad comã nutriendã, vnde ad hoc student, vt in pluribus diligenter videtur, ꝙ contra ius naturale agant, quæ tondentur. Esa.24. Trãsgressi sunt fędus sempiternum.i.ius naturale.¶ Tertia ratio sumitur, quia est signum subiectionis in muliere. Est.n. sicut ait Apostolus vir gloria Dei, mulier vero gloria viri, gloria vero Dei est reuelanda, gloria vero hominis est occultanda, propter quod decens est caput mulieris velari. mulier.n. cum sit creata propter virum in adiutorium.s. generationis, sicut patiens est propter agẽs, & materia ꝓp formam. vnde dicitur Gens.2. Non est bonum esse hominem solum faciamus ei adiutorium simile sibi, mulier naturaliter subiecta est viro, velamen autem capitis est signum subiectionis, vnde mulier sicut dicit apostolus debet habere velamen super caput suum, quando Deo assistit orando & per hoc ostenditur, ꝙ non immediate subest Deo, sed subijcitur etiam viro sub Deo, hæc.n. significat velamen, quod capiti supponitur, vnde alia litera, vt dicit S. Thom. super capitulo habet, ꝙ mulier debet habere potestatẽ super caput suum, & idem est sensus. Nam velamen est signũ potestatis, secundum, ꝙ in psalmo dicitur.* Imposuisti ho-

*Psa: 65.c.

3 mines super capita nostra,¶ Secunda conclusio.† Mulier nõ

Secũda cõclusio.

tantum comam amputans, sed ita facere conuenire religioni christianę iudicans siue asserens, non modo peccat contra honestatem, sed ẽt errat cõtra scripturã sanctãquã Apostol⁹ docet 1. ad cor.11. de qua in superiori cõclusione ista cõclusio est manifesta. ¶ Vnde ad rationes in oppositum dicendum, ꝙ tex. iste intelligitur de laicis mulieribus, & non de religiosis fœminis, quæ ecclesiæ, & deo dicatę sunt personæ, vt 12.q.1. duo. Et huius ratio potest assignari duplex, secundum S. Thom. super epistolam ad Corin. loco supra nominato. Primo quidem, quia religiosæ mulieres ex hoc ipso, ꝙ votum viduitatis, aut virginitatis assumunt Christo desponsatæ promouentur in dignitatem virilem, vt pote liberatę à subiectione virorum, & immediate Christo coniunctæ. Secundo, quia mulieres intrantes religionẽ assumunt pœnitentiæ lamentum. Est autem consuetudo virorum, ꝙ tempore luctus comam nutriãt, quasi hoc sit suæ conditioni conueniens, mulieres autem econtrario tẽpore luctus comam deponunt, vnde dicitur Hier.7. Capillum tuum tonde, & sume in directum planctum. Litera, ¶ [Quæcunque mulier].s. Laica. [religioni iudicans.].i. asserens conuenire, in hoc iudicaret contra Apostolum, qui dicit hoc non conuenire, vt patet ex dictis. [ad velamen].i. ornamentum [ad memoriam subiectionis] propter eandem causam semper debet habere velum in capite, vt. 24. q.5. mulier. Hug. [resoluens ius subiectis.].i. tollens.i. negans se subiectam esse viro. [Anathema.] hic videtur esse latæ sententiæ, cum talis assertio sit contraria tam dispensationi diuinæ, quàm authoritati Pauli Apostoli, vt in conclusione dictum est.

Ad arg.

S. Thom. in exp. sup ep. ad Co. c.11. Lu.2.

Exponit literam.

1 *Matrimonium, an sit bonum, siue coitus coniugalis sit licitus quòd sic nu. .. Et hoc triplici causa. nu.3.*

4 *Deo aliquis coniungitur dupliciter.*



SI qua mulier. Sequitur tertium.c. in quo ponitur detestatio tertiæ superstitionis. Erant.n. quædã mulieres, quæ propria voluntate à coniugibus discedebant, Matrimonium, siue nuptias damnantes, vnde tales anathematizantur. Pro cuius.c. intelligentia, & quorundam aliorum sequentium ve-

1 nit hic quærendum.† ¶ Vtrum matrimonium sit bonum, siue coitus coniugalis sit licitus. Et arguitur multipliciter per hos hæreticos, ꝙ non, authoritate. & ratione. Authoritate primo ex illo Corint.7. bonum est viro mulierem nõ tangere, ex quo videtur, ꝙ malum est tangere.¶ Secũdo.ĩ. ea. reliquum est, vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes.¶ Tertio Mat.5. dicitur, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est, &c. sed non determinat, quam mulierem, coniugem, vel non coniugem, sed generaliter intelligit, & ita de coniugibus.¶ Quarta rõne sic. Nihil separat à Deo, nisi peccatum, vnde Esa.59. iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, sed actus matrimonialis diuidit hominem à Deo. vnde Exo. 19. præcipitur populo, qui debebat Deum videre, ꝙ non accedat ad vxores suas. Et Hieronymus dicit, ꝙ in actu matrimoniali, spiritus sanctus corda prophetarum non tãgit: ergo sequitur, ꝙ talis actus non sit licitus.¶ Quinto sic. Nihil excusatur nisi peccatum, sed actus matrimonialis indiget excusari per bona matrimonij: ergo est peccatum.¶ In oppositum est tex. præsentis.c. vbi excommunicantur damnantes nuptias. Secundo sic. Nullum malum potest à Deo esse institutum, sed Matrimonium est à Deo institutum. Gen.1. benedixit Deus illis.s. ad Adæ, & Euæ. dicens. Crescite, & multipli. &c.¶ Respondeo, dicendum, ꝙ sunt quidam hæretici, qui quondam Catani, nũc aute Paternij vocantur, qui damnant nuptias, actum matrimonialem, dicẽtes illicitum, & peccatum, in quo errore, vt dicit magnus Albertus in 4. di.25. de se perhibent, ꝙ sunt filij fornicationum, & meretricum. Et ideo nihil iuris in hæreditate temporali debet eis dimitti sicut nec aliquid iuris habent in

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Quintũ ar. Opponit ĩ contrariũ. Respõdet.

2 hæreditate æterna, sed isti hæretici mentiuntur, non intelligentes, nec de quibus loquuntur, nec de quibus affirmant. † Vnde dicendum est, quod matrimonium bonum sit, & nuptiæ uenerabiles, & actus matrimonialis licitus, quæ conclusio probatur multipliciter. Primo sic. Nullum peccatũ est in præcepto, sed actus matrimonialis est in præcepto. Primo ad Cor. septima vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro, mulier.n. sui corporis potestatem non habet, nec vir similiter: ergo sequitur, ꝙ actus matrimonialis sit licitus.¶ Secundo sic, per dominum Durandum iuxta sententiam S. Tho. Actus, quo humana natura producitur, & in specie conseruatur, impossibile est, ꝙ sit de se malus, quin in eo possit inueniri medium virtutis, adhibitis debitis circunstantijs, sed actus generationis carnalis est necessarius ad humanæ naturæ cõseruationem, & productionem indiuiduorum sub specie ipsa humana: ergo impossibile est, ꝙ sit de se malus, quin in eo possit inueniri medium virtutis, adhibitis debitis circunstantijs, quæ adhibentur per matrimonium. ergo matrimonium est bonum, & licitum maior patet, quia actus naturæ à Deo institutæ, qui ſm ordinationem diuinam est ei inditus ad conseruationem speciei, non põt de se esse malus, nisi ipsa natura esset mala, & à Deo mala instituta, vt senserunt Manichæi. Minor de se patet. Quod autem in tali actu adhibeantur debitæ circunstantiæ per matrimonium, patet sic, quia actus, qui fit propter debitum finem cum his, quæ fini congruunt, est debite circunstantionatus, sed talis est actus matrimonij: ergo, &c. maior patet, quia prima bonitas in actu est circunstãtia finis, secundum quam oportet de his, quæ fiunt ad finem, iudicare. Minor declaratur, quia finis actus generationis, vt pertinet ad matrimonium est generatio prolis, & educatio eiusdem ad cultum Dei, & hoc est de se bonum, ad hunc autem fidem debite consequendum, requiritur determinatio patris, & matris, non.n. debite, & solicitè proles educaretur, si parentes essent incerti, hæc autem educatio non attenditur solum, quo ad corpus, vt in alijs animalibus, sed quo ad animam, vnde ſm Philosophũ habemus à parentibus esse, nutrimentum, & disciplinam, ad hoc autem requiritur multum tẽpus, propter quod parentes non solum debent esse determinati, sed mutuo obligari nõ solum ad modicum tempus, sed ad totum tempus vitæ suæ, præcipuè cum parentes debeant thesaurizare filiis suis, qui de se nihil debent, nec est cuiuslibet facere acquirere de nouo ad sufficientiam. Cum ergo omnes istæ conditiones sint in Matrimonio, quòd est legitima coniunctio maris, & fœminæ indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, patet, quòd actus carnalis, prout pertinet ad matrimonium, non est vetitus debitis circunstantijs. Et sic

Durandus.

3 patet, ꝙ Matrimoniũ bonũ signum sit, & actus matrimonij licitus.† Et vt addit Alexander de Halis in tertio. Hoc confirmatur triplici de causa, videlicet causa prolis, & secundum hoc est officium multiplicandæ naturæ, vnde prima ad Tit. quinto, inquit apostolus, volo iuniores nubere, & procreare filios. Item causa reddendi debitum, & secundum hoc est opus iustitiæ, & secundum hoc dicit Apostolus prima ad Corinthio. septimo, vxori vir debitum reddat. Item fornicationis vitandæ causa, & secundum hoc est remedium concupiscentiæ primo ad Corint. septimo, vnusquisque propter fornicationem, supple vitandam, suam vxorem habeat, prima autem causa ordinat coitum coniugalem ad Deum. Secunda ad proximum. Tertia ad seipsum. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad authoritatem primam

Alexander de Halis.

Ad primũ arg.

respondetur iuxta magistrũ Alexandrũ de Halis, ꝙ Apostolus loquitur de statu ante coniugiũ, & quantũ ad illũ statũ, dicit bonũ esse nõ tãgere. Post cõtractũ vero matrimoniũ dicit esse debitum, vnde dicit. 1. ad Cor. 7. ꝙ vxori debitum reddat. Et quod obijcitur non tangere bonum est: ergo tangere malum, non sequitur, sed tangere illicite, bene autem sequitur, ꝙ non tangere melius est, quam tangere, secundum, ꝙ dicit
August. Augus. de bono coniugali. Bona quædã nobis donata sunt à Deo, quæ per se sunt appetenda, vt sapientia, salus, amicitia, quædam vero propter aliud sunt necessaria, vt coniugium, quicunque vero his, quæ pp aliud sunt abutitur, pp quod sunt instituta, peccat, quicunque vero his vtitur ad id, propter quod instituta sunt, bene facit, qui vero
Ad secũdũ. abstinet melius. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Tho. & Albertum, ꝙ Apostolus in illis verbis non prohibet Matrimonij actum, sicut nec rerum possessionem, cum. ĩ. dicit, & qui vtuntur hoc modo sint, quasi non vtentes, sed in vtraque fruitionem prohibuit, quod patet ex ipso modo loquendi, non. n. dicit sint non vtentes illis, vel non habentes
Ad tertiũ. sed quasi non habentes, vel non vtentes. ¶ Ad tertiam authoritatem respondetur, negando consequentiam, & ratio est iuxta Alexandrum de Hal s in tertio, quia per mulierẽ, non vxor intelligitur per intentionem decalogi, quẽ explicat sermo Christi. In decalogo autem Exod. 2. dicitur expresse, non concupisces vxorem proximi tui. Si autem intelligeretur de vxore propria, adulterium esset copula coniugalis, nec conceptus in tali copula à Deo promitteret, nec conceptus in matris vtero sanctificaretur; quod patet esse factum in Ioanne baptista. Lucæ. 1. cuius cõceptus est à deo parentibus promissus, & ipse in vtero matris sanctificatus, dicente angelo Spiritu sancto replebitur ex vtero matris
Ad quartũ. suæ. ¶ Ad rationem quarto loco positam respõdetur iuxta
4 S. Tho. & dominum Durandum, † ꝙ aliquis Deo coniungitur dupliciter, vno modo ẽm habitum gratiæ, & charitatis, & quod separat hanc coniunctionem semper est peccatum mortale. Alio modo ẽm actum contemplationis, & dilectionis, & hec coniunctio põt separari per aliquod, quod non est peccatum, sed per solã animi occupationem circa res exteriores quantuncunq; licitas. Prima coniunctio nõ separatur per actum matrimonij, sed secunda tñ, quia in actu carnali deprimitur mens, & quasi absorbetur propter delectationem intensam, & propter hoc illis, quibus cõpetit contemplari, aut sacra tractare, indicitur pro illo tpe abstinendum ab vxoribus. Et ideo populo, qui debebat Deũ videre præceptum fuit non accedere ad vxores, & ẽm hoc etiam dr, ꝙ spiritus sanctus, quantum ad actum reuelationis secretorum, non tãgebat mentes prophetarum in actu
Ad quintũ. matrimonij. ¶ Ad vltimam rationem respondetur iuxta dominum Durãdum, & Petrum de Palude, ꝙ illud, quod excusatur à tanto, & non à toto, est malum, quod autem excusatur à toto, nullo modo est malum, sed habet aliquam similitudinem mali pp quod indiget excusatione, & quia actus matrimonialis non est malus, habet tñ similitudinẽ propter corruptionem concupiscentiæ cum actu fornicatio in specie naturæ. Ideo dr excusari per bona matrimonij, quæ sunt quædam debitæ circunstãtiæ. ¶ Si qua mulier, hæc litera de se plana est, nec indiget alia prosecutione.

1 *Vituperantes per arrogantiam in coniugio positos errant in duobus.*

2 *Virginitas, quæ non habet adiunctam humilitatem, parum valet.*




I quis propter Deum. Sequitur quartum c. in quo ponit̃ detestatio superstitionis quo-
1 rundam, † qui votum castitatis propter deum profitentes in coniugio positos per arrogantiam vituperant: hi. n. errant in duobus, quia licet virginitas præferatur nuptijs. 32. q. 1. nuptiæ, non tamen propter hoc nuptiæ sunt vituperandæ. Tum secundo,
2 † quia parum valet virginitas, quæ nõ habet adiunctã humilitatẽ, decet. n. virginẽ esse humilẽ, exemplo beatę Virginis Lucæ 1. de se ait. Quia respexit humilitatẽ Ancillę suæ.



I quis virginitatẽ. Sequit. c. 5. in quo ponitur detestatio alterius superstitionis eorum. s. qui, & si virginitatem profiterẽtur, quia continentiæ perpetuæ propositum bonum, & sanctum esset, sed quia æstimant nuptias abominabiles, siue damnabiles esse, quod supra falsum esse ostendimus, omnia plana sunt; Merito propterea tales anathematizantur.

1 *Mulieres vtẽtes habitu virili sine causa sunt excommunicatæ.*




1 I qua mulier. Sequitur. c. 6. † In quo ponitur detestatio alterius superstitionis mulierum quarundam vtentium virili habitu, iudicantiũ ita eis cõuenire e. ¶ [Suo
Exponit literam: proposito]. s. malo. s. meretricio. Hæc faciunt q̃dam meretrices, vtũtur. n. scissis, & virilibus vestibus, vt licẽtius peccent habiliores. n. sunt tunc ad prostulẽdũ, & licentius possunt intrare ad alios, & conuersari cum eis, vnde hoc detestari videtur sacra scriptura Deut. 22. vbi dicitur. Nõ induetur mulier veste virili, nec vir vestietur veste feminea, abominabilis. n. est apud Deum, qui facit hæc, verum si mulier habuerit propositum bonum. s. vt peregre proficiscatur, vel vt castitatem seruet cum alias timeat de illa amittenda, vel si aliquis casus necessarius occurrat, nõ peccat, si tũc virili veste vtatur, vt facilius periculum vitare possit, vel opus bonum, & honestum propositum perficere. Hu. [virili]. s. scissa. [curta.] habili. Hu.



I quis hoc. Sequitur. c. septimũ, in quo ponitur detestatio alterius superstitionis quorundam, qui in contemptum diei dominicæ eadem die ieiunabant, dicit tales anathematizandos, An die dominica ieiunandum sit disputabimus circa di. 2. de cõse. in c. ne quis ieiunet, vbi vide. Lite
Exponit literam ra. ¶ [Si quis dominico.] Sed contra. ĩ. di. 76. vtinam, vbi dr, ꝙ bonum est ieiunare omni tempore, & ꝙ die dominica Apostolus ieiunauit solutio, statim subditur, cum subiungitur in textu, in eiusdem diei contemptum. In cõtemptũ. n. illius diei non est ieiunandum. s. vt credat quis illam diem paris, aut minoris prærogatiuæ, quã alios. Et iõ conteptus diẽ abstineat à cibo, præsertim, cum alijs diebus non ieiu-
Ioan. 20. net, sed magis gaudẽdum est in eo propter gaudium resurrectionis. Gauisi sunt, inquit, discipuli, viso domino, & in psal. 116. Hæc est dies, quam fecit dominus exultemus, &c. Sed, si ex suo speciali proposito, vel necessitate aliqua ieiunet ea die, sicut in qualibet alia, non peccat, dummodo hoc non faciat in contemptum diei, & ecclesiasticæ cõstitutionis, & ꝙ sic debeat intelligi patet. ĩ. e. si quis ꝑsbyter, & 26. q. 7. sacerdos, & de conse. di. 3. ieiunium, & c. ne quis.

1 *Abstinentia ordinatur ad continentiam*

2 *Constitutiones ecclesiæ creduntur rationabiles, & perfectę.*



I quis eorum. Sequitur c. 8. in quo ponitur detestatio alteri⁹ superstitionis quorundã, qui viuentes in proposito abstinentiæ. i. austeritate vitæ propterea ꝙ aliqua singularem austeritatem supportare possunt, superbiunt, & cõia ecclesiæ ieiunia contemnunt, dicentes illa, aut parua, aut leuia esse, & per consequentis nullius, aut parui esse momenti. Ista est sententia cap. ¶ [si quis proposito continentiæ]. i. abstinen-
1 tiæ. † Abstinentia enim ordinatur ad continentiam, vnde Hug. de sancto Victore. Gaudeat, qui potest parce viuere, parca enim vita occidit vitia, libidinem extinguit, virtutem nutrit, animum roborat, mentem ad celestia eleuat. [propter necessitatem]. i. austeritatem. & pœnitentiam corporalem, quam patitur, siue supportat in corpore. [superbiat] contemnendo, dicens ea nullius, aut parui esse momenti, quia rara, & leuia sunt. Hug. [Totius.] id est, vniuersalis. [iudicans] id est condemnans. [perfectam rationem] id est constitutionem. perfectam. & rationabilem ec-
2 clesiæ communium ieiuniorum. Hug. † ecclesia. n. cum regitur à spiritu sancto eius constitutiones rationabiles, & perfectæ esse creduntur.

Exponit literam. Hu. de sancto victor.

1 *Error eorum, qui dicebant memorias sanctorum spernandas in ecclesia, an sit iuste condemnatus.*




I quis per superbiam. Sequitur canonum, in quo ponitur detestatio alterius superstitionis quorundam, qui se tanquam perfectos existimantes, congregationes, quæ fiunt in ecclesijs sanctorũ martyrũ accusant, & oblationes ibi factas spernendas dicunt.
Exponit literam.

¶ [Et

¶ [Et memorias].i. festiuitates celebres sanctorum condemnandas credunt, in quibus omnibus hæretici, qui dicuntur Paternij errant, & eorum errorem sequuti sunt
Quæstio. Respōdet. 1 Valden. ¶ Sed quæritur†, vtrum error eorum, qui memorias sanctorum spernendas dicebant in ecclesia, sit iuste cōdemnatus. ¶ Respondetur ꝙ sic. Primo, quia est contra vniuersalis ecclesię consuetudinem, & constitutionem, quę habetur extra de ferijs, & maxime in cap. conquestus. vbi plurima alia festa, quam dies dominica obseruari, & honorari præcipiunt, sicut patet de die natalis dñi, & sancti Stephani, & c. de quibus ibi. ¶ Ceterum præfatus error ostendit merito detestandus multipliciter. Primo, quia si dies victoriæ factæ per Iudith. festiuam da Iudæis præcepta fuit & in numero sanctorum Iudæorum connumerata, vt patet Iudith 16. multo magis dies victoriæ sanctorum, qui de diabolo triumpharunt, & fide vicerunt regna. ad Heb. 11. debent festiuari, & in numero sanctorū Dei cōputari, & certe multo magis, quanto sancti Dei martyres maiori victoria fuerunt insignes & perfectione sanctitatis omnipotēti deo fuerint magis accepti. ¶ Secūdo, quia si dies, qua acceperūt Iudæi templū, & ciuitatem, & die qua templi purificatio facta est, festiuanda pręcipiebatur etiā per octo dies omni anno, vt patet 2. Mac. 4. multo rationabilius dies victoriæ sanctorum, in quibus ipsi sancti acceperunt ciuitate Hierusalem cœlestem, & thronum gloriæ, & templum quod ipsi sunt purificati ab omni labe peccati, sunt cum multum deuotione, & reuerentia festiuandæ. Ad hūc etiam detestandum faciunt rationes, quas assignauimus de conse. di. 3. c. 1. propter quas ecclesia rationabiliter celebrat festa sanctorum, & maxime martyrum celeberrimos triumphos.

1 *Error Valdensium, & Bohemorum circa missam.*



SI quis docet. Sequitur. c. 10. in quo ponitur detestatio, & condemnatio alterius superstitionis quorundam hæreticorum docentium, contemptibilē esse ecclesiam, & congregationes, quæ in ea fiunt per fideles, vt puta confraternitates, solemnitates sanctorum, conuentus, concilia prædicationes, & similia. Isti grauiter peccant, contra quos dicit Apostolus. 1. ad Cor. 11. An ecclesiam Dei contemnitis. Et potest sumi ecclesia tam pro congregatione fidelium, quam pro domo sacra, quæ non est contemnenda ꝑm illud psal.* Domū tuā
*Psa. 92.a. 1 decet sanctitudo dñe.† Ad horum errorem reducitur error Valdensium, & Bohemorum, qui missam, celebrare dicuntur sine sacris indumentis, non in locis sacris, & sine altari portatili, de ecclesia consecrata non curantes, sed vbicunque volunt, siue in stabulo, siue in molendino, siue in refectorio, super vna tabula, & vna tauallia celebrant missam, qui. 1. errant in hoc, ꝙ contra morem laudabilem, & sacrū ritum ecclesiæ Rom. quæ ob reuerentiam tanti sacramenti instituit, vt sacerdotes non nisi in vestibus sacris, & in domibus Deo consecratis, & super altare missa celebretur, sicut patet de conse di. 1. per multa. c.




SI quis extra ecclesiam. Sequitur. cap. 11. in quo ponitur condemnatio alterius superstitionis quorundam errantium, qui contemptis sanctionibus ecclesiasticis populos priuatim congregarunt, ecclesias sibi sine episcopi concilio, & authoritate facientes, tales vero anathematizantur. Litera. [extra ecclesiam]. s.
Exponit literam. spiritualem. i. fidelium congregationem, vel potest intelligi de ipsa corporali ecclesia, quam nullus debet ædificare sine authoritate episcopi, qui antequam incipiat ædificare debet ibi figere crucem. de cons. di. 1. nemo. Hu. [cum presbytero agat]. i. vt eos presbyter seorsum regat sine consilio episcopi, sicut Paterni, & post eos Valdenses, & temporibus nostris Bohemi fecerunt sibi varias congregationes cum quibusdam presbiteris sine authoritate non modo episcopi Romani, qui est episcopus episcoporū, summus pōtifex, sed etiam sine consilio, & authoritate propriorum episcoporum. Vnde isti merito tanquam Acephali, tāquā temerarij, tanq̃ scismatici, & hæretici sunt cōdēnati, male sapiētes circa vnitatē ecclesiæ, & dispositionem diuinæ maiestatis.



SI quis nuptias. Sequitur 12. cap. in quo ponitur detestatio alterius erroris, siue superstitionis eorum qui nuptias damnant. Ita, vt coniugatos dicant nō posse regnum cœlorum ingredi. Iste error reprobatus est. s. c. di. e. si qua mulier.

2 *Abstinere an debeamus pro nunc a sanguine, & a carne idolo immolata, ac suffocata, quòd non nu. 2.*




SI quis carnem. Sequitur capi. 13. In quo ponitur reprobatio alterius superstitionis quorundam errantium, qui fideles manducantes carnes damnabant, & damnant. Anathematizat ergo synodus eos, qui fideles carnes comedentes tēporibus non prohibitis ab ecclesia, præter sanguinē, & carnem idolo immolatam, aut suffocatam, damnat, reprobat & anathematizat. ¶ Verum pro pleniori intelligentia hu-
1 ius. c. venit merito quærendum.† ¶ Vtrum pro nunc debeamus abstinere à sanguine, & à carne idolo immolata, ac suffocata. Et arguitur multipliciter, ꝙ sic. Primo ex text. præsentis. c. 2. ex eo. ꝙ ad terminationem cōtentionis, quę erat Ad primū arg.
inter fideles conuersos de gentibus, & de Iudeis, diffinitum ab Apostolis, & alijs legalibus euacuatis, publicato euangelio, legitur actuum. 15. quod abstineatur à suffocato, & immolato sanguine, quæ immunda reputabantur: ergo videtur, ꝙ adhuc currat illud præceptum. Ad secū. arg. ¶ Tertio confirmatur idem ex illo, quod Rabanus ait idē Act. 15. hæc necessaria sunt, sine quibus non est salus. Tertiū ar. ¶ Quarto sic. Præceptum fuit ante legem non comedere sanguinem. Gen. 9. & in lege Leuiti. 7. & post legem actuum 15. ergo semper est obseruandum. Quartū ar. ¶ In oppositum arguitur ex illo ad Ro. 14. Omnia munda sunt mundis, inquit Augustinus, nullus culpabilis est cibus, aut immundus, sed solum inordinatio concupiscentiæ in cibo est culpabilis. Opponit i contrariū. ¶ Item est illud, quod habetur Matt. 15. non quod intrat in os coinquinat hoīem, &c.
¶ Respondeo. Notandum, ꝙ vt tangit tam magister Alexāder de Halis in 3. quam S. Th. in 1. 2. q. 103. ar. 4. triplex opinio est circa hoc. Respōdet. Quidam. n. (vt inquit S. Tho.) dixerunt, S. Thom.
ꝙ illa prohibitio Apostolorum non erat intelligenda ad literam sed ꝑm spiritualem intellectum, vt. s. in prohibitione sanguinis intelligatur prohibitio Homicidij. In prohibitione suffocati intelligitur prohibitio violentiæ, & rapinæ. In prohibitione inuiolatorum intelligatur prohibitio idolatriæ, fornicatio autem prohibetur, tāquam per se malum, & hanc opinionem acceperunt ex quibusdam gl. qui huiusmodi præcepta iustitiæ exponunt, & huius opinionis detur esse gl. in hoc. c. quę ita dicit. Quod autem dicit de sanguine, & de carne suffocata, hodie non tenet, quia tantum in figura fuit prohibitum. Hæc gloss. Sed contra hanc opi. sunt duo Primum est, quia, vt arguit S. Thom. homicidium, & rapina etiam apud gentiles reputaretur illicita, non oportebat super hoc speciale mandatum dari his, qui erant ex gentilitate conuersi ad Christum. Secundum est, sicut arguit magister Alexand. de Halis, quia si ita est, vt Alexander de Halis.
opinio illa dicit, quod præceptum illud Apostolicum intelligitur de necessario obseruandis, quantum ad ordinem, qui est ad Deum, est prohibitum abstinere ab immolatis simulacrorum, propter ordinem ad proximū est prohibitum abstinere à suffocato, & sanguine. propter ordinē ad se prohibitum est abstinere à fornicatione. Nam si hæc sunt de necessarijs ad salutem, nullo modo potest fieri contrarium sine reatu culpę mortalis. Sed comedere de immolatis simulacrorum, hoc est de idolaticis potest fieri licite, cum sit sine conscientia idoli, & sine scandalo, sicut ostenditur. 1. ad Cor. 10. Si quis infidelis vocat vos, omne, quod apponitur vobis manducate nihil interrogantes propter conscientiam, conscientiam autem non tuam, sed alterius, ex quo relinquitur, ꝙ hoc non sit de necessarijs ad salutem. ¶ Secunda opinio est dicentium, quòd omnia illa comestibilia sunt prohibita, non proter obseruantiam legalium, sed propter gulam reprimendam. Vnde dicit Hiero. super illud Ezech. 44. omne morticinium, &c. Condemnat sacerdotes, qui in Tacdis Tiscodis Gruibus, & cæteris huiusmodi, hæc auiditate gulæ non custodiunt. ¶ Sed contra hanc opinio. arguit primo. Iuxta sanctum Thom. quia S. Thom.
si ista esset bona ratio cum multa alia cibaria sint magis delicata, & gulam magis prouocantia, quam ista illa magis fuissent prohibita, quæ tamen non sunt. ¶ Tertia opinio est, quæ est sanior, & quam tam S. Th. quam Alex. de Halis sequuntur Dicentium, ꝙ ad literam ista fuerunt prohibi-

ta, non ad seruandum cerimonias legis, sed ad hoc, ꝙ posset conualescere vnio Gentiliũ, & iudæorũ simul habitãtiũ. Iudæis.n. propter antiquam consuetudinem sanguinis, & suffocatum abominabilia erant. Commestio autem immolatorum simulacris poterat in iudeis generare contra Gentiles suspitionem reditus ad idolatriam. Et ideo ista fuerãt prohibita in tempore illo, in quo de nouo oportebat conuenire in vnum Gentiles, & Iudæos, procedente autem tẽpore, cessante causa, cessat effectus manifestata euangelicę doctrinę veritate, in qua dominus docet, quod nihil, quod per os intrat, coinquinat hominem, vt habetur Matth. 15. & quod nihil est reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, vt dicitur. 1. ad ti. 4. Fornicatio autem prohibetur specialiter, quia gentiles eã non reputabant esse peccatum. Ex quibus colligitur conclusio responsiua ad quæ-
2 stionem videlicet.† Quod Isto tempore non obligamur, siue non tenemur abstinere à præfatis comm stibilib.s. sanguine, & suffocato, & c. ista conclusio, licet satis pateat ex superioribus, probatur tamen sic iuxta magistrum Alexandrum de Halis. Abstinere à sanguine animalis, & suffocato aut præceptum morale, aut cerimoniale, non morale, qm̃ non est in corde hominis scriptum, vel inditum rationi. Omne autem præceptum morale est iudicium conscientiæ. Si vero est cerimoniale, constat, ꝙ non erit tempore gratiæ obseruãdũ, & sic habet propositũ. ¶ Secũdo sic. Comedere cum sanguine, aut est prohibitũ, quia malum, aut est malũ quia prohibitum. Nõ primo, quia alias non foret verum verbum Saluatoris Matth. 15. dicentis, quod intrat per os, non coinquinat hominem. Si secundo scilicet malum, quia prohibitum: ergo recta prohibitione non erit malũ, sed retractatur ab Apostolo ad Ro. 14. dicente. Scio, & confido in domino Iesu, quoniã nihil est commune.i.immundum per ipsum.i. post aduentum eius, vt gl. exponit: ergo non erit vlterius obseruandum, & sic patet conclusio. ¶ Nunc ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam de præsenti.c. respondetur primo, ꝙ, vt dicunt Hu. & Arc. hodie non tenet hoc, c. quoniam videtur iam ei derogatũ. (Ad primũ arg.) ¶ Secundo respondetur, quia vt iam diximus, retractum, siue reuocatum fuit per contrariam consuetudinẽ per Apostolum Paulum. ¶ Sed contra hanc rationem posset obijci sic. ad Ro. 13. dicitur. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, ibi dicit gl. ꝙ mandatum inferioris, nõ soluit mandatum superioris. (Opponit ĩ contrariũ.) Cum ergo consilium Apostolorum superius sit Paulo, mandatum Apostolorum non potest solui per Paulum: ergo est adhuc tenendum. Ad hoc respondetur iuxta magistrum Alex. de Halis. in tertio, ꝙ ratio nõ procedit. (Respõdet.) Tum primo, quia Paulus retractauit illud præceptum non autoritate propria, sed diuina. Matth. 15. Non, ꝙ intrat os coinquinat hominem. Tum secũdo, quia diuina inspiratione hoc fecit vnde 1. ad Cor. 14. Si quis autem videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat, quæ scribo vobis, quia domini sunt mandata. Tum. 3. quia retractationi Pauli accessit approbatio Apostolica, Petrus cõfirmauit quicquid in suis epistolis dixerat Paulus. 2. Pet. vl. Carissimi satagite immaculati, & inuiolati inueniri, & subdit carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scribit vobis in omnibus epistolis suis. ¶ Ad secundam respondetur iuxta magistrum Alexãdrum, ꝙ præceptum illud Apostolicum de suffocato, & sanguine potest intelligi duobus modis, vel spiritualiter de humano sanguine non effundendo de homine suffocando, vel ad literam de non manducando suffocatum animal, vel sanguinem: vnde Deuter. duodeci. super illud. Caue ne sanguinem comedas, dicit glo. ad literam apostoli hoc receperunt Actuum 15. sed in sanguine prohibetur homicidium, & fraternum odium. Qui.n. odit fratrem suum homicida est. Prima Io. 3. Primo modo præceptum est obseruandum semper, Secundo modo præceptum fuit, non simpliciter, sed ad tempus, quantum.s. ad statum ecclesiæ primitiuæ ad pacem dandam inter conuersos ex gentibus, & Iudeis, sicut supradictum est. (Ad secũdũ.) Et ideo pro illo tempore currebat, sed iam cessante causa, cessat obseruãtia illius. ¶ Ad tertiam de autoritate Rabani, ꝙ hæc sunt necessaria. (Ad tertiũ.) Respondetur, qđ si intelligatur secundum primum modum de effusione sanguinis humani, & suffocatione hominis, verum est, ꝙ simpliciter sunt necessaria, quia sine illis non est salus, & tunc non intelligitur abstinere ab immolatis simulachrorum cum veneratione. Si vero intelligatur specialiter secundo modo, de non comedendo sanguinem, &c. tunc dicuntur necessaria, non simpliciter, sed secundum statum illum, in quo propter scandalum proximorum erat à talibus abstinendum, secundum quòd dicit Apostolus. 1. ad Corinti. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. ¶ Ad quartam respondetur, negando consequentiam, & ratio est iuxta, Alexan, quia licet etiam post legem fuit prohibitum, illud non fuit prohibitum, quia malum esset simpliciter, sed quia occasio mali, vnde sicut ante legem Noe facta est prohibitio de manducando sanguinem, & hoc propter pronitatem hominum ad effundendum sanguinem humanum, vt horrerent effusionem sanguinis humani, sicut patet Genes. nono. (Ad quartũ.) In lege vero propter pronitatem ad idolatriam, quæ circa sanguinem exercetur maxime. In primitiua ecclesia propter pronitatem ad dissidium a fide, & scandalũ ex zelo cerimoniarum facta est prohibitio ab Apostolis de eodem, quantum ad illum statum, & mutato illo statu, debuit mutari, & vlterius non obseruari. Litera. ¶ [Si quis carnem manducantem ex fide].i. de numero fidelium. vel. [ex fide].i. cum bona conscientia, ꝙ ideo dicit, quia si cum scrupulo conscientiæ manducaret, putans non esse manducandum, peccaret. (Exponit literam.) Omne.n. ꝙ non est ex fide.i. secundum conscientiam, peccatum est. Hu. & Arc. manducantem.] Dico cum in religione.s. ecclesiastica.s. ꝙ tempore prohibito illam non comedat [crediderit condemnandum] manducantem sanguinem, & carnem idolo imolatam, & suffocatam: talis.n. iuste cõdemnabitur. Hu. & Lau. Sed hoc intellige eo modo, quo dictum est supra in quæstione. Notat autem hic Arc. suscipiens ab Hu. ꝙ quidam dicunt hæc fuisse prohibita in veteri, & in nouo testamento in figuram dominici sanguinis, & dominicæ carnis.s. vt non crederemus sanguinem vel carnem domini cæteris cibis admisceri, vel in stomachum descendere, quod non fit, vt de conse. dis. 2. tribus, &.c. non iste. Sed istud non est bene dictum, quoniam nos credere debemus, ꝙ tam corpus Christi, quam eius sanguis descendant in stomachum, si illuc descẽderint species, sub quibus in sacramento sunt, vnde nos in præfato.c. tribus de conse. di. 2. sufficienter improbauimus, iuxta Theologos, maxime opinionem eorum, qui intrante specie in ventrem, corpus Christi negant intrare in ventrem, siue stomachum. (Contra Arc. & Hu.) Sequitur in Archidiacon. Alij vero aliud ministerium assignant. per sanguinem.n. in quo est sedes animæ, intelligitur anima. Sanguinem.n. comedere, est animam eneruare, & eius vires conterere, & consumere, quod non est faciendum; per suffocationem intelligitur curiositas, & cupiditas, per carnem suffocatam intelliguntur curiosi, & cupidi, qui dum per solicitudines cœlesti desiderio corda priuant, quasi aditum vitalis flatus claudendo necãt, hos non debemus comedere.i. nobis incorporare, & adiungere, & associare, vt in talibus eos sequamur, & sic significata seruantes illis licite vesci possimus. Ego credo inquit Arc. cum Hu. potius consuetudinem in talibus esse seruandam, quæ est optima legum interpres, extra, de consue. cũ dilectus. Nam fere vbique tali prohibitioni derogatum est longa consuetudine vtentium in contrarium, hæc ille. Nobis autem magis placent, quæ superius ex S. Tho. & Alexandro induximus.

1 *Parentes habentes filios non possunt licite ingredi religionem, neglecta omnino cura filiorum.*


2 *Pater compellendus est, vt filium suum alat in scholis, cum propter honestam causam sit absens.*



SI quis dereliquerit. Sequitur ca. 14. in quo ponitur detestatio, & reprobatio alterius superstitionis, & erroris quorundam, qui proprios derelinquunt filios necessaria eis denegando, arbitrantes sub occasione continentiæ, siue religionis filios esse contemnendos. Isti merito veniunt reprobandi in vtroque. Primo in hoc, quod filios non alunt, sed relinquunt, cum educatio filiorum est de iure naturali, vt in cap. ius autem naturale. distinct. prima habetur in cuius signum. Patres (vt inquit Apostolus, secundo, ad Corintios duodecimo,) thesaurizant filijs, scilicet ad eorum educationem, & sustentationem. Secundum in hoc, quòd credunt, quòd occasione etiam religionis

religionis filii contemnendi. Nam sicut supra.e.distinctio. circa capitulum primum.dictum est ex doctrina B. Thomæ.in 2.2.q.189.articulo 6.†Parentes habentes filios[a] non
1 possunt licite ingredi religionem, neglecta oīno cura filio rum,& ratio est,quia parentes,cum habeāt rationem principii filiorum, in quantum huiusmodi per se eis conuenit, vt filiorum curam habeant: vnde non possunt licite religionem ingredi, omnino prætermissa cura filiorum id est,non prouiso, qualiter educari possint, vnde 1.ad Ti. quinto dicit Apostolus, si quis suorum curam non habet,& maxime domesticos,fidem negauit,& est infideli deterior,cum plus peccet,agit.n.contra legem naturæ,& scripturæ infidelis autem eodem genere peccati peccans,solū videtur peccare contra legem naturalem.Litera plana est. Dicit autem hic Arc.ar.†φ pater compellendus est,vt filiū
2 suum alat in scholis,cum propter honestam causam sit absens.ar.22.q.4.inter cætera.Lau.

a¶ Habētes filios.Quia pater & filius sunt copulati nexu diuino. Bal.in l:cū in adoptiuis.ver.ibi cum. n.C. de adop.



SI quis virorum. Sequitur 15.cap.In quo ponitur detestatio alterius superstitionis quorundam, qui in quodam pretioso genere vestimentorum iustitiam ponebant.In alia vero communi veste hominem non posse saluari dicentes. Horum stultitiam rationabiliter reprobat, & anathematizat hoc Concilium,quoniam si teste Apostolo.ad Ro. 14. Regnum Dei non est esca,& potus.i.vsu istorum non acquiritur regnū Dei,nec amittitur, multo minus vsu alicuius vestimenti,dicendum est acquiri, aut amitti regnum dei sed acquiritur virtutibus,& peccatis amittitur, vnde vnusquisque potest vti quibuscunque vestibus statui, cōditioni, aut religioni suæ cōuenientibus, secundum consuetudinē religionis absque peccato.Litera plana est.[Pallio.] est genus pretiosæ vestis:Hugu.Birris,id est grossis,& vilibus indumentis.Hug.&c.

1 *Nouitates nemo debet introducere,quibus antiqua statuta remoueantur.*
2 *Humilitas proprie Christo appropriatur.*
3 *Fides proprie appropriatur beatę Virgini Mariæ.*
4 *Charitas est virtus ecclesiæ.*
5 *Patientia specialiter attribuitur prædicatoribus.*
6 *Iustitia est virtus prelatorum.*
7 *Obedientia est virtus religiosorum.*
8 *Continentia est virtus clericorum.*
9 *Simplicitas sancta est virtus laicorum.*
10 *Coniugati legitime viuentes dicuntur caste viuere.*



HAec autem. Sequitur 2. pars huius d.in qua concilium interpretatur aliqua,quę dicta sunt in præcedentibus.c.& hoc ideo,ne.s.impugnādo aliquos qui sub specie religionis, aut pietatis alenas sectantur doctrinas, indicaretur religionis propositum,& obseruantiam continētiæ impugnare,siue condemnare.Dicit ergo.[Si hæc autem]. s. quæ dicta sunt in prefatis ca.ita scripsimus tanquam abiicientes eos,qui,&c.[sed eos habitum eius].i.propositum continentiæ.Hu.[& in superbiam,&c.sed,& hoc.] noua introducūt
1 [præcepta].i.instituta.ar.†contra eos,qui nouitates introducunt,quibus antiqua statuta remouentur.vt di. 11. quis nesciat.Hu.ar.contra quosdā nouellos religiosos,qui relictis suorum sanctorum patrum statutis nouas institutiones introducunt, tam in habitu, quam in cibo, quam in rigore disciplinæ,vt vix iam habitum portent proprium religionis suæ,licet glorientur in nomine. [Laudat hic].i. status.Primo virginum.2.Viduarum in castitate viuentiū. 3.Religiosorum 4.coniugatorum.5.diuitum,qui pietatis, & iustitiæ sunt operib.dediti. De primo dicit [admiramur] .i.laudamus virginitatem.[cum humilitate]qualis fuit beata Virgo,& sanctæ virgines prudentes, quæ cum Christo intrant ad nuptias,de quibus Mat.25.tales.n.laudat,nō eas quæ ex continentia superbiunt, vnde ergo dicit cum humilitate,quia vt dicit Bernardus super, Missus est pulchra permistio virginitas,& humilitas,non mediocriter placēt Deo illa omnia,in qua humilitas cōmendat virginitatē,& virginitas exornat humilitatem.Notat hic Archi.aliqua, quæ magis respiciunt prædicationem,quam expositionē magistralem decreti,dicit.n.super verbo.[cum humilitate]φ humilitas omnia ista temperat,& ne mirum,cum ipsa
2 sit virtus. †quæ Christo appropriat,& quæ dicitur propria virtus Christi:vnde Apostolus libenter gloriabor in infirmitatibus meis,vt inhabitet in me virtus Christi i.hu
3 militas,† Virtus autem, quæ appropriatur Beatæ virgini est fides,vnde de ipsa dicitur Beata,quæ credidisti, &c. &, de ipsa cantat ecclesia specialiter,cunctas hæreses sola inte
4 remisti,†Virtus ecclesiæ est charitas,vnde in illo versu,Fiat pax in virtute tua:dicit gl.i. charitate,& loquitur ibi de virtute Hierusalem.i.ecclesię,& Augustinus dicit vnitas nos
5 compaginat,quam facit charitas,†Virtus, quæ specialiter attribuitur prædicatoribus,est patientia.Vnde in psal.*Be
6 ne patientes erunt, vt annuntient. †Virtus prælatorum est
7 iustitia.Sap.1.Diligite iustitiam,qui iudicatis terram.†Virtus religiosorum est obedientia,quam ipsi profitentur super omnia,& melior,est quam victimæ. 8. q. 1. sciendum.
8 †Virtus clericorum est continentia:vnde eis dicitur in Lu-
9 ca.Sint lumbi vestri pręcincti &c.†Virtus autem laicorum est sancta simplicitas:vnde in Iob legitur. Boues arabant, & asinæ pascebantur,& Petrus dicit.Quasi modo geniti in fantes,&c.[Continentiam.] scilicet viduitatis[cum castitate.]supple laudamus.Hic est secundus status, continentiā .n.vt dicit S.Tho.in 2.2.vocant,quidam,per quam aliquis ab omni delectatione venerea abstinet,vnde & apostolus ad Gal.5.continentiam castitati cōiungit. Et sic continētia perfecta principalis quædam est virginitas,de qua iam supra dixit.2.vero viduitas,de qua hic dicit.[religionem.]Ecce tertiū statū acceptissimū maxime, qa perfectio religionis consistit in humilitate Christi secundum illud Mat.19. Si vis perfectus esse vade,vēde omnia,quæ habes,& da pauperibus,& sequere me[renuntiationes]quas faciunt assumentes religionis statum cum humilitate, dicit & bene, quoniam dicit beatus Bernardus in epistol. ad Henricum, castitati,& charitati,& per cōsequens religioni, humilitas in tantum est necessaria,vt absque illa non istæ quidem videantur esse virtutes.[& nuptiarum.]quartum statum.[vinculum,quod secundum castitatē]. i. quod non interuenit
10 adulterium,arg.†quod coniugati legitime viuentes,dicuntur caste viuere.d.31.Nicæna.& 31.q.1.Dominus.[Et diuites.]Quintum statum hominum ponit,in quo condemnātur,qui diuites damnant.Nam Abraham diues,& cęteri patriarchæ,& Iob diues,& Dauid:qui tamen sancti fuerunt, In nouo.n.testamento multi sancti,reges,& alij quam plures diuites per ecclesiā canonizati sunt. Nō obuiat autem hoc euangelio,vbi dicitur Lucæ.18.quod facilius est camelum,&c.quoniam ibi illud intelligitur de his qui principaliter ponunt spem suam in diuitijs, preponentes diuitias Deo contra omnem iustitiam,hic vero fit sermo de diuitibus,qui ordinem iustitiæ seruantes, spem non in diuitijs, sed in Deo ponunt,qui sic habent eas,quasi non haberent, non.n.interdicitur habere pecunias,vt 12.q.1. exemplum domini.accipite,&c.

Exponit literam.

Psal. 91 c.

Luc,12.

1.Pet.2.

S.Thom.

Bernardus

Quo intelligatur illud Lu.Facili? est camelū

1 *Pœnitenti a solennis inhibetur clericis.*
2 *Presbyter,si iniungit alicui,vt flectat genua omnibus diebus, etiam dominicis,an teneatur ille obedire.*
3 *Abstinens ab aliquo,quod potest fieri bono,& malo animo debet cogi ad illud,& postea,si vult,abstineat.*
4 *Clericus infamatus,si deficit in purgatione,debet deponi.*
5 *Catholicus non reputatur,qui in anno non communicat.*



SI quis presbyter. Hic incipit 3. pars huius distinct. vbi ponuntur quorundam superstitiones,& eorum detestatio.vnde hoc c.diuidit in tres partes.In 1. reprobat superstitionem ieiunantium Dei dominica.In 2. statuit,φ à pascha vsque ad pentecostem non fiant prostrationes in ecclesia in solennibus diebus,sed recto vultu fundantur orationes ad dominum. In 3. condemnat eos, qui execrantur vsum carnium. Secunda ibi: similiter. Tertia, ibi:Si quis etiam non pro abstinentia.plana sunt omnia. Litera.¶[Si quis.]prima pars.[propter publicam]. i. manife-
1 stam,non tamen solemnem: † quia solemnis pœnitentia inhibetur clericis.vt dist. 50.confirmandum [religione]. i. superstitione.Hug.[Manichæi.]subaudi faciunt de hoc supra.e.d.3.c.si quis hæc.[Similiter].2.pars.[Canō antiquus] de conse.d.3.quoniam sunt.[vsque ad Pente. non prosternant se]

Diuisio.

Exponit literam.

nant se]flectendo genua in ecclesia publice intellige. Nam in occulto possunt. Hu. extra de Fer. c. 2. §. 1. Sed contra. 16. q. 7. sacerdos. Ibi. n. dr, quod diebus remissionis flectenda sunt genua, quod hic non negatur. Hug. Sed hic surgit que-
Quæstio. 2 stio. †Vtrum, si presbyter iniungit alicui, vt flectat genua
Respōdet oībus, diebus et dominicis, tenetur ne ille obedire, Respō det Hu. ꝙ non, quia presbyter non potest derogare iuri cō muni. Vel dicas, quod tenetur flectere priuate, non publice. [Gaudium resurrectionis.] assignat rationem, quare stā tes oramus, vnde Augus. in li. ad inquisitiones Ianuarij dicit. Dies post resurrectionem domini celebrantur in figura non laboris, sed quietis & læticiæ: propter hoc & ieiunia relaxantur, & stantes oramus, quod est signum resurrectionis, vnde post resurrectionem stetit Iesus in medio discipulorum suorum, vt scribitur Lucæ 24. & diebus etiam dominicis hoc obseruatur. s. ꝙ stantes oramus, quod verū est dum in choro dicuntur horæ, Potest tamen quis in secreta oratione, sicut dictum est flectere genua, sicut faciebat sanctus Lucas qualibet nocte, & Phil. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur, & c. [Si quis]. 3. pars: [Non pro abstinentia.] Quia hac de causa licitum est, abstinere, sicut faciunt Monachi. de consec. d. 5. carnem. [Sed pro execratione escarū] tanquam immundorum ciborum, sicut faciunt Manichæi [abstinet]. i. præsumitur abstinere. Hu. [placuit.] sancto concilio, Vt prægustet. Ecce, ꝙ suspectus cogitur comedere,
3 vel degustare. ar. †ꝙ si quis abstinet ab aliquo, quod potest fieri bono, & malo animo, debet cogi ad illud, & postea, si vult abstineat. Si ergo quis non vult iurare, quia dicit, se olim promisisse, ꝙ nunquam iuraret, si habeatur suspectus, quod hoc faciat pro aliqua Hæresi, vel malitia, debet cogi ad iurandum. Hu. [nec suspicionem hæresis.] Ecce quod loquitur de suspecto nec credo, ꝙ de alio sit intelligendū, ꝙ hic dicitur, nisi de suspecto in fide, vel hæresi. Hu. Et est ar.
4 †ꝙ clericus infamatus, si deficit in purgatione, quia non vult, nec potest se pugnare, debet deponi. extra de simo. de
Quæstio: Respōdet. 5 hoc autem. 2. q. 4. c. penul. & vlt. †Sed ecce aliquis non communicat in anno, habetur suspectus, nec reputatur catholicus. vt de cons. d. 2. seculare. cum duobus. c. se. Quæritur ergo, an sit cogendus communicare, siue suscipere eucharistiam: Respondent gl. & Hu. ꝙ non, quia illa à malis, nō recipitur sine peccato mortali, cum iuxta Apostolum 1. ad Cor. 11. Iudicium sibi māducat. & idem de con. d. 2. c. si nō sunt. & c. se. & c. qui. & c. timorem. Cogendus est tamen vt pæniteat, & sic reddat se dignum. ar. de conse. dist. 2. si quis impetrat. & c. hi. qui Hu.

¶ *Distinctio Trigesima prima.*



Empus. Hic incipit di. 31. & continuatur ad præcedentia sic.
Cōtinuatio Supra d. 28. §. ecce posuit quandam solutionem ad capitula, quæ videbantur contraria super continētia clericorū, dicēs, ꝙ pcedētia c. videlicet si qs docuerit, & qs discernit. considerabantur ex cā. Hic autem in hac di. ponit secundam solutionem dicendo, ꝙ
Diuisio intelligantur ex tempore, quia. s. nondum erat indicta continentia clericis. Et diuiditur hæc dist. in 4. pars. secundum glo. In 1. ostendit à quo tempore Subdiaconi non sunt ordinati, nisi promissa cōtinentia scilicet à tempore Gregorij, hoc instituit 2. tractat de iugi continentia Sacerdotum, & Diaconorum, & Subdiaconorum. In 3. interserit, ꝙ presbyteri, & Diaconi, & Subdiaconi, quamuis non debeāt cō misceri carnaliter suis vxoribus, necessaria tñ eis debēt ministrare. 4. annectit differentiam inter orientales in continentia 2. ibi: Sacerdotibus. Tertia ibi, In. §. Potest & aliter
Exponit literam. intelligi, Quarta ibi, Aliter se habebit orientalium traditio ecclesiarum. Litera. ¶ [Tempus quoque.] quia sicut in huiusmodi contrarietate soluenda, attendendus est locus, & causa, & etiam tempus attendi debet, & ex eo capitur consideratio præfatorum capitulorum, vnde subiungit quia nondum.

1 *Pelagius an peccauerit prohibendo, ne clerici debitum redderent vxoribus.*
2 *Cogendus nemo est ad continentiam.*
3 *Successor potest cassare statutum sui prædecessoris, si iniustitiam contineat.*



Nte trienium. Casum huius cap. sic collige iuxta Hug. & gl. consuetudo obtinuit, vt in Sicilia, quidam coniugati promouebantur ad Subdiaconatū, non promissa continentia, & simul vtebantur matrimonio contracto, & beneficio ecclesiastico, quod postea à Pelagio prædecessore beati Gregorii fuit prohibitum, subalternatiue. s. vt altero essent contenti, videlicet, vel retinerent officium, vel à consortio vxorum cessarent, de qua prohibitione, siue constitutione Gregorius facit mentionem 27. q. 2. multorum, procedente vero tempore idem Pelagius aliam constitutionē edidit puram & absolutam, in qua præcise prohibuit, vt Subdiaconi nullo modo commiscerentur carnaliter vxoribus suis, postquam prohibitionem quidam Subdiaconi constitutionē illam obseruantes, continuerunt ab vxoribus, quidam vero non. Qui cum vellent postea promoueri ad Diaconatum dubitauit Petrus, qui forte erat ibi Legatus Romanæ ecclesiæ, & consuluit Gregorium Papam, an tales possent promoueri, qui continere noluerunt post prohibitionem & rescribit Gregorius in c. præsenti. & facit 4. Primo ostendit, quando illa prohibitio fuit facta, s. ante trientium. 2. ostēdit, ꝙ illa prohibitio fuit iniqua, & ideo cassanda, iniquum est. n. aliquem vxoratum compelli ad continentiā q in nullo fecerit sibi præiudiciū 3. cassat illā prohibitionē, & facit generalem constitutionem de continentia seruanda in Subdiaconatu circa promouendos. s. ꝙ nullus Episcopus faciat de cetero aliquem Subdiaconum, nisi promissa continentia 4. respondent consultationi illius, & dicit, ꝙ illi, qui continenter vixerunt post illam prohibitionem, licite possunt promoueri, sed qui noluerunt cōtinere post illam prohibitionem, nunquam promoueantur, omnia plana sunt. Litera. ¶ [Ante triennium prohibiti]. s. à Pelagio Papa. [more ecclesiæ Romanæ] in qua seruabatur ordo conti nētiæ in Subdiaconis: & nullus promouebatur in Subdiaconum, nisi promissa continentia. Sed nō erat adhuc inde generalis constitutio facta, quam nunc facit Gregorius, sumpta occassione ex prohibitione Pelagij facta de Subdiaconis Siciliæ. Hu. & Arc. [nullatenus misceant nec in reddedo, nec exigēdo. Hu. & Arc. [vxoribus.] quas ante prohibitionē, & ante Subdiaconatum duxerant. [quod mihi durū,
1 & incompetens]. 2. pars. †Sed nunquid peccauit Pelagius sic prohibendo, ne redderent debitum vxoribus, videtur, ꝙ sic, quia videtur fecisse, vt dicit glo. contra preceptum domini. s. vt nullus dimittat vxorem, nisi causa fornicationis: vnde Gregorius dicit illud fore durum, & incompetens. Preterea, si non fuisset malum, quare Gregorius illud reuocasset. Vel potest dici, quod nō peccauit, quia hoc præcepit non simpliciter, sed sub conditione, si vxores possent induci ad continentiam, & sic de bene placito, & voluntate eorū ipsi continerent, sed quia erat occasio mali. s. fornicationis. Ideo Gregorius illud reuocauit. Et dicit illud fuisse durum, & incompetens. vnde licet simpliciter non potuerit præcipere, vel integritatem seu arctare eos ad continentiā 32. quæstio. prima integritas. subalternatione tamen potuit eos arctari eis volentibus continere de consensu vxorum suarum propter reuerentiam sacramentorum, vt vel abstinerent ab vxoribus, vel cessarent ab officijs, quod iam fecerat iste Pelagius, & euis antecessor. vt 27. q. 2. multorum. Hu. [videtur, vt qui vsum non inuenit]. i. non voluit non approbauit, non habuit, non cæpit. Hu. [nec promisit] expresse, vel interpretatiue, nec in aliquo sibi preiudicium facit ad hoc est inculcatio Hu. [compellatur] quod esse non
2 debet ar. d. 33. seriatim. Hu. & Arch. Et est etiā ar. †nullus est cogendus ad continentiā, res. n. voti, & non præcepti. 32. q. 1. integritas. Hu. vnde dicitur infra. [Inde videtur]. 3. par. ar.
3 a †ꝙ successor a potest cassare statutum sui prædecessoris, si iniustitiam contineat, & si præstet exēplum mali 11. q. 3. si Episcopus. Et idem est in alienatione rerum. extra de re. ec. non alie. si quis presbyterorum [in deterius.] s. fornicationis, & adulterii [omnibus Episcopis] ergo generalis fuit hæc constitutio, licet occasione eam faciendi, fuit prohibitio facta Subdiaconis, Siciliæ. [Nullū facere Subdiaconū.] hæc est vera litera, quia de Subdiaconis loquebantur. Alii habent Diaconum de cōiugatis Subdiaconis, sed hæc cōstitutio

Exponit literam.

Quæstio

a ¶ Successor potest etiam reuocare, qđ prædecessor suus improuide attentauit. Pet de Anch. in c. vt commutationes. n. 1. de rerū permu. & male gest. idem in c. sacrosancta n. 1. de elec.

stitutio facta erat à tempore Syrici Papæ.vt dis.82.propo-suisti,& à tempore Concilij tertij Arelaten.vt d.28.assumi. [promisit expresse]sed hodie sufficit, q quis volens susci-piat sacramentum ordinis, vnde ecclesia sic constituendo, nullum præiudicium fecit alicui in Matrimonio,vel incō tinentia,q ideo rationabiliter potuit hæc statuere, pro-pter Sacramentorum reuerentiam,& ministrorum mun-diciam.Hu.[quatenus præterita mala].s.vota violenter ex-torta[violenter non exigantur].i.per violentiam.[& futu-ra mala.]quæ.s. sequerentur ex huius votis per violentiam extortis.[caute].i.discrete caueantur.[Qui vero].4.[laudan di.]s.de obedientia,quod intelligendum est,si de volunta-te vxorum continent,alias non essent laudandi[voluerūt] cum possunt habere,& haberent forte consensum suarum vxorum,& licentia vxorum nolebant vti,alias non vide-tur,q in aliquo essent puniendi.Hu.[volumus promoueri nisi promissa continentia.Hug. [Ad altaris ministerium] ad officium Subdiaconale.Hu.[Approbata.]28.dist.c.1. di. 32.cap.nemo.

1 *Mundicia castitatis debent ministri ecclesiæ esse ornati.*
2 *Ministri ecclesiæ quare debeant esse pudici multæ sunt causæ.*



Causa Hic secundum Archi.Incipit.2.pars huius d.In qua magister Gratianus assignat causam per se capitula sequentia,qua re continentia indicta sit in sacro ordine, di-cens,quod causa huius constitutionis.s.q con tinētia seruetur in sacro ordine mundicia fuit Sacerdotalis,& reuerentia sacramentorum. Hu. [Aposto-lus].1.ad Corint.7.non dicitur ita formaliter, sicut hic di-cit Gratianus,sed sic habetur.Nolite fraudare inuicē, nisi forte cōsensu, ad tempus, vt vacetis orationi, vbi dicit gl. sic,nisi forte ex consensu ad tempus:vt.s.ex condicto absti-neatis propter gratiarum actiones:vnde subdit, vt vacetis expeditius orationi, vt etiam misereatur Deus mundius exorandus est:& si munda sint coniugia,tamen etiam à li-citis abstinendum est,vt facilius ad effectum educatur ora tio,hæc glo.ordinaria.Si ergo iuxta Apostolum ipsis laicis abstinendū est propter expeditiorem orationis effectum, multo fortius cessandum est clericis in sacris ordinibus cō stitutis.Vnde circa causam assignatam de con tinentia Sa-

1 cerdotum notandum,† q mundicia castitatis multum de-cet ministros ecclesiæ esse ornatos:vnde & apud Gentiles Sacerdotes hanc summo studio seruabant.Nam prout ait Plato Thimei li.1.apud Athenienses prædicti sacerdotes se-paratim à cætero populo conuiuebant, ne aliqua propha-na contagione eorum castitas pollueretur.& Seneca li.de-clama.1.c.loquens de virginibus ministrantibus in sacris Gentilitatibus. q à Sacerdotio repellentur captiuæ,prosti tutæ,& homicidicæ,nec cum poterant petere sacerdotium quia sacerdos debet esse castus cum castis,& purus cum pu ris,vnde inquit,indignam te sacerdotio dicerem,si tran si-res per lupanar. & de hoc Hierony. contra Iouinianū Tre uis inquit Stoicus,vir eloquentissimus vita antiquorum sa cerdotum narrans ait,q omnibus postpositis negotijs sem per in templo fuerunt,& rerum naturas,causasque , ac sy-derum rationes contemplati sunt,& nunquam cognatos, liberos,propinquos quidē quiderunt ex eo tpe, quo cœpis-sent diuino cultui deseruire,à carnibus,& vino semper ab-stinentes.Item ibidem recitat Hieronymus verba Iosephi. li.2.c.18.de Phariseis,& Saduceis & Esseis,quorum nouis-simos mirum effert præconijs,q vxoribus,& vino semper abstinerēt,& cotidianum , ieiunium verterent in naturam & de multis alijs ibidem narrat gentilibus,de quibus super sedemus gratia breuitatis.Si ergo Flamines Gentiles, siue Sacerdotes in superstitiosis cultibus suis, & ritib.seruiētes Sathanæ,sic à lasciuijs se abstinent, & à negotiis secularib. se subtrahūt, & castitatem tanto rigore obseruant, vt quie tius,& purius possint ministrare in ritibus suis,quales de-bent esse sacerdotes Dei altissimi ,vt digne seruiant eis, q-bus commissi sunt,siue quibus commissus est populus Dei redemptus sanguine suo:vnde eis dicitur in figura.Exo.12. renes vestros accingetis.s.comesturi agnum pascalem . & Exo.29.indues tunicis lineis,& cinges baltheo Aaron,& fi

2 lios eius.Est consequenter notandū,q vt notat Frater Gu-lielmus de petra alta in summa sua.†Causæ multæ sunt,qua re oportet ministros ecclesiæ esse pudicos,& mundos,pri-ma est,quia ipsi debent Deum placare.ecclesia 44. tempo-re iracundiæ facta est reconciliatio.Placare.autem nō pos-sunt,nisi placeant,& placere non possunt si carnaliter vi-uant ad Roman.octauo qui in carne sunt placere non pos-sunt.Bernardus.Vt filiis iræ,qui nondum Deo reconcilia-ti reconciliationis alienę negotium,quasi Gens,quæ iusti tiam fecerit apprehendit.¶ Secunda est quia ipsi sunt lo-co Dei,& ideo ipsi viuere debent,vt Deus.s. spiritualiter, non carnaliter, Deus autem spiritus sanctus est.Io.4.Apoc. 1.vidit Io.similem filio hominis præcinctum ad mamilas Zona aurea.i.continentia.¶ Tertia causa est,quia ipsi offi-cium habent.Malachiæ 2.dicitur de sacerdote Angelus do mini exercituum est,dicitur autem de sacerdotibus Exod. 19.Sacerdotes,qui accedunt ad dominum sanctificentur, ne percutiam eos.¶ Quarta causa,quia eorum officiū est, intendere spirituali generationi,quæ sancta,& munda est. Io.1. dedit eis potestatem filios Dei fieri, qui nō est sangui nibus,&c.& ideo non decet eos esse immundos,& execra-biles,¶ Quinta causa est,quia ipsi contractant sancta:vnde decet eos esse sanctos,& mundos mente,& carne. Leuitici 21.incensum domini,& panes Dei sui non hominum , vel animalium offerunt,& ideo sancti erunt,& in eodem ha-betur,qui habuerit maculam, non offerat panes domino deo suo,nec accedat ad ministerium eius,macula vero tur pissima & fedissima est luxuria,quam poluit Salomon in gloria sua.Ecclesia 46.& Leuitici 22.Qui accesserit ad ea, quæ sanctificata sunt,in quo est immundicia,peribit corā domino.¶ Sexta est,quia oportet eos mundare alios.Ideo oportet eos esse mundos,quia,vt dicitur Ecclesiastici. 34. Ab immundo quid mundabitur:vnde Machabeorum 4.di ctum est Leuit.Sanctificamini, & mundate domum domi ni,& Neemiæ 12.dicitur mundati sunt Sacerdotes, & Le-uitæ,& mundauerunt populum.¶ Septima causa est, quia ipsi sunt ministri regis altissimi:vnde decet,vt ipsi sint dei proprij,& toti.Et ideo nec etiam coniugati esse debent,ex quo vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier 1.ad Corinth.7.

1 *Continentia in sacro ordine, quare fuerit instituta.*
2 *Sacerdotum nomine Diacones, & subdiacones intelliguntur.*
3 *Causa permanente,res ei cohærens permanere debet.*




Sacerdotibus. Hic consequenter in ducit magister Gratia tianus primum c.de sex,quibus ostendit cau-sas institutionis continentiæ in sacris ordini-bus.Et est hoc ca.venerabilis Bedæ super Lu

1 cam. Breue est, non diuiditur . † Causa autem institutio-nis continentiæ sacri ordinis est, quia debent assiste-re altaribus,siue ad placandum Deum,siue ad offerendum sacratissimū sacramētū corporis, & sanguinis Christi.Si.n. q assistere debeant altari in veteri lege ad offerendum pa-nes materiales,ad offerenda sacrificia animalium mortuo rum iubebantur mundi esse.Exo.19.Sacerdotes,qui acce-dunt ad dominum sanctificentur,ne percutiam eos, quan-to magis decet esse mundos eos,qui assistere debent altari in quo non carnes vitulorū,aut hircorū,vt olim in lege.sed ipsemet Saluator noster Christus , verus Deus , & verus, homo immolatur , & sumitur:merito ergo dicitur Leui. 21.quod superius inductum est , quia habuerit maculam, non offerat panes Deo suo,nec accedebat ad ministerium

2 eius.Litera.¶[Sacerdotibus.]†quo nomine intelligo Dia-conos,& Subdiaconos.Hu.Pro quo est tex.qui ita exponit. extra de coha.cle.& mulie.ca.si quisquam clericorum.[vt semper].i.cotidie.Hu.vel horis debitis Arch.sic in psal.33 ait propheta Benedicam dominum in omni tempore,sem per laus eius in ore meo:& Apostolus ad Ephe. 5. Gratias agentes semper.& 1.ad Tessa.5.semper gaudete,sine inter missione orate.glo.cęterarum horarum. Semper ab vxo-

3 ribus continendum.Ar.†q causa permanente,res ei cohę-rens permanere debet.arg.d.61.§.his omnibus.Hug.præ-cipitur ipsis presbyteris,qui iam voto continentiæ obliga ti sunt,& ideo continentia iam est eis in precepto. vt 31.q. quarta.§.his ita.



Episcopos Presbyteros. Consequenter ponit c.presens,quod est secundi Concil.j Car-taginen.vbi assignatur Secunda ratio,quare cō tinentia sit ordi sacro imposita,quia.s. tales diuinis sacra-mentis de

Margin notes: Exponit literam. Plato. Seneca. Hierony. Gulielm⁹ de petra al Bernardus Exponit literam.

nentis deseruiunt, rationabile omne est, vt tales sint mūdi, & caste viuant propter castitatem, & reuerentiam sacramē torū: vnde Leuiti.22. qui accesserit ad ea, quæ sanctificata, sunt in quo est immundicia peribit coram domino. Litera. ¶ [Episcopos, vel qui sacris].i. Subdiacones. Nam & si Subdiaconi sacramentis deseruiunt, vt di.40.c.1. & 84. cum in præterito. Hu. & sic expone. [vel].i. & secundum Hu. vel si non fiant hic mentio de Subdiaconis, ly vel legatur expositoriè sic, id est eos, qui sacramentis, &c. Et est expositio omnium præmissorum. [decet].i. oportet post præceptū, quia vt dicit Hieronymos, quod præcipitur imperatur, & quod imperatur, necesse est fieri.

Exponit literam.

1 *Vxorum vsus, quare concessus est Sacerdotibus veteris legis & non sacerdotibus noui testamenti.*
2 *Baptizari potest qualibet die.*



Enere debet ecclesia. Sequitur ca. tertium, quod est Innocentii ad idem, arguit enim exemplo, siue ratione sumpta à Sacerdotibus veteris legis. Honestatem legis continentiæ datæ Sacerdotibus, & ministris altaris in noua lege. Et potest diuidi hoc.c. sic. Primo.n. ponit legem continentiæ, sic arguendo. Isti, qui dum ministrabant, in templo pro vice sua, debebant abstinere à complexu vxorum suarum, ergo, cum ministri noui testamenti continue debent seruire in ecclesia cōtinue debent continere. In secunda probat conuenientiam illius, ratione sumpta à veteri testamento secunda ibi: nam priscis temporibus planum est. Litera. ¶ [Tenere debet] verbum necessitatis [in sua ecclesia.] in suis ministris.s. Sacerdotibus, & Leuitis continentiam castitatis, & hoc est, quod sequitur. [Vt omnino,] quia rationem signat ministerij diuini necessitatib.] 21.q.3. hi, qui 92.d.c. vlt. & supra e.c. Arc. [Scriptum est.] Leui.19. Cum rationale sit, vt, qualis est dominus tales sint & ministri eius bene inquit. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. [Nam].2. pars. [Priscis temporibus anno primo] in 7. sicut alibi dies capitur pro anno, vt 33.q.2. hoc ipsum Dauid.n. volens ampliare cultum diuinum instituit 24. Sacerdotes summos, quorum vnus tātum erat maior, qui dicebatur princeps Sacerdotum, & præcepit vicissim ministrarent singuli de Sabbato in sabbatum, & secundum sortes dedit cuiquam hebdomadam suæ vicis, qui Sacerdotes Leuitici generis, dum ministrarent in templo, pro vice sua abstinebant ab vxoribus: & manentes iuxta templum non redibant ad domos suas, vsque sua septimana completa esset.i. per alias 24. Sicut de Zacharia legitur Lucæ 1. vbi dicitur ꝙ cum impleti essent dies officij sui, abiit in domum suam. [quibus] hic videtur respondere cuidam tacitæ quæ
1 stioni videlicet † Cur sacerdoitbus veteris legis concessus est vsus vxorum, & non sacerdotibus noui testamenti. Respondet, quod illis.s. sacerdotibus veteris legis concessus fuit vsus vxorum, quia in successione sanguinis erat successio officii sacerdotalis. Vnde ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron ad sacerdotium, &c. Hoc autē non est in sacerdotio euāgelico, hic nullꝰ succedit patri in bñficio ecclesiastico. Potius.n. sunt alii promouēdi, q̄ filii clericorū. ergo exigitur, vt istis concedatur vsus vxorum, deficiente causa, ob quam concedebatur illis. Hu. quanto magis hi sacerdotes nostri temporis sine cessione sunt, quia dignitates ecclesiasticæ, & ecclesiastica beneficia, non debent relinqui iure hæreditario, nec deferri sanguini, vt 8.q.1. Moyses, &c. se Hu. [nec poterit dies] quia à sacrificiis diuinis, si sacrificium dr̄ officium diuinum, verū est ꝙ dicitur. Si autē dicaī officiū Missæ, siue confectio corporis, & sanguinis Christi, sacrificiū sic nō est generaliter verum, sed eximunī duo dies.s. dies passionis, & dies sabbati paschæ, vt de conse. d.3. sabbato. Hu. qui duo dies nulli reputanī propter paucitatem, sic infra de consecra. distinctio. nona & re vera. glos. baptizatis si opus est quenquam baptizari si-
2 ue cum est necessitas, & est Archid. † ꝙ qualibet die possit baptizari, quod verum est, nec ob. id de con.d.4. proprie, quia illud loquitur de baptismo solemni, qui fit cum cerei benedictione, & nouem lectionibus, qui fit tantum bis in anno, Hic autem loquitur de eo, qui fit cum illa solemnitate secundum Hu. [Apostolus].1. ad Corinth.7. [Iuge.] i. continuum.

Diuisio

Exponit literam.

Quæstio & Respōdet.


1 *Admittendi, qui sint ad sacrificia.*
2 *Superiori non est licitum admittere ad sacrificandum clericos non continentes.*



Os ad sacrificia. Sequitur ad idem propositum.c. hoc 4. quod est eiusdem Innocen. ad Exuperium Episcopum Toletanum, breue est, & non diuiditur. Dicit.n. ꝙ † soli illi ad sacrificia admittēdi sunt, qui non solum cum alia, sed etiam cū vxore exercent officium carnale. Ratio huius dicti est duplex: Prima, quia sacrificia nostra non carnalia, sed spūalia sunt, ministri autem debent se conformare ministerio suo secunda quia carnalia spiritualibus obsistūt, & sunt spiritu mortificanda: vnde nisi facta carnis mortificaueritis, non viuetis, inquit Apostolus. Ad Romano. octauo. Non ergo licet Sacerdotibus ob carnale opus vxoribus vti. Litera.
2 ¶ [Eos. fas sit. Iar. † quod superiori non sit licitum admittere ad sacrificandū clericos non continentes, & sic videtur quod cum talibus Episcopus non dispenset Ioan. de Fantu. [qui vel].i. etiam. [cum vxore.] ne dum cum alia non exerceant ex voto facto. Hu. &c.

Io. de Fan.


1 *Iudicium idem debet esse, vbi eadem est ratio.*



I laicus. Sequitur 5.c. ad idem propositū ꝙ est Hieronymi contra Iouinianum, & arguitur primo à minori sic. Si laicus expedit ad orādum, siue orationi liberius vocandum oportet eum abstinere ab amplexu coniugali, maxime decet sacerdotes, quib. orare semper incumbit, & sacrificare, semper à Matrimonio cessare. Breue est. Litera. ¶ [Non potest orare.] In actu .n. carnalis concubitus secundum Philosopum 7. Ethicorū Mens totaliter absorbetur, ne quis existens in venerea delectatione potest aliquid intelligere: in illo actu.n. homo comparatur iumentis insipientibus, &c. vt dicitur psal.48. Cum ergo actus orādi sit actus rationis, vt dicit Cassiodorus. Oratio inquit est oris ratio, patet, ꝙ in actu carnalis cōcubitus, & venereæ delectationis non potest laicus, siue clericus orare sicut oportet. Si ergo laicus vult deuote orare, vt oportet, debet à complexu vxoris abstinere secundum consilium Apostoli. prima ad Corint.7. [Semper].i. continue. [est Matrimonio carendum] quo ad vsum carnalem. Hic plus litera esse non debet. Hu. ar. † ꝙ, vbi est eadem ratio, idem debet iudicium Arch. dist.19.c.1. Item, si aliqua habet cohærentiam, vel conuenientiam inter se, ꝙ iuris est in vno, & in altero, & vno probato, reliquum probatū intelligitur. ar.34.d. si quis viduam, & 26. di. deinde. & 3.q.6. hic quippe. vbi de hoc Hu.


Exponit literam.

Cassiodor.



Vod autem. Supra magister Gratianus dicit, ꝙ illa duo c.28. dis. si quis docuerit. & c. si quis discernit emanauerunt ex causa, s. ꝓpter Manichæos, qui nuptias detestabantur. Et ꝙ hoc sit verū probat, probat, & allegat ad hoc. hæc duo.1.c. Hu. & Arc. Litera. ¶ [Illud.] s. ꝙ dictum est supra d.28. si quis docuerit. & c. si quis discernit. [Illud.] Dico de coniugio sacerdotum, non reprehendendo in primitiuo tempore, cum liceat eis Matrimonio, iam contracto. Hu.

Exponit literam.



I quis. Sententiam huius. cap. & seq. habuisti supra d.30. in cap. si quis nuptias. & si quis presbyter. secundum Hu. vnde nō est opus hic aliud dicere, quoniam etiam hæc capitula absque causa videntur hic posita, vnde dicit Laur. quare magister ista duo.c. nescio, quia iam dictum erat, nisi vt tædium generaret.


Quicunque. Iam dictum est, ꝙ sententia supra habita est huius c. &c.

Potest & aliter. Hic incipit.3. pars. huius distīctionis. Et continuatur sic ad præcedentem. Dictum est supra di.30. in prin. & supra. eo. d. in princ.3. §. quod autem, quòd aliter vno modo potest intelligi, quod dictum est supra dictum distinc. 28. si quis docuerit. dicendum, ꝙ ex tempore poterat intelligi. Nunc vero subiungit alium modum intelligendi, cum ait: Potest & aliter, &c. Tex. est planus.

Cōtinuatio

1 *Lectorum nomine omnes inferiores ordines intelliguntur*
2 *Sacramentum ordinis accipiens astringitur ad continentiam.*

Lex continentię



Ex continentiæ. Ad probandum intellectum datũ in.§.præcedenti ad superiora.ca. Inducit hic magister Gratianus aliqua.c.in quibus ostendit,quod promoti ad sacros ordines, sic tenẽtur abstinere à complexu vxorum,quas prius aut laici,aut in minoribus constituti,acceperant, vt tamẽ eas à cura sua non abijciant,quando eis necessaria prouideãt.Omnia plana sunt.Litera.¶[Lex ministris].i. Diaconinis:& Subdiaconis,qui ministrant altari, vt di.60. c. vlt. *Exponit literam.*
1 [Lectores].i.constituti in minoribus ordinibus. †nomine.n.lectorum omnes inferiores ordines intelliguntur,vt d. 32.Lectores,quia frequentius exercent vsum legendi, quã
2 aliud officium.Hu.[cœpit eis non licere.]Arc.†ꝙ hoc ipso quis ad continentiam astringitur,ꝙ ad sacramentum ordinis peruenitur,etiam si ore eam nõ promittit,vt d.27. Diaconus.& d.28. Diaconi.& d.84.cum in præterito . Item ar. quod in mutatione status aliquid incipit non licere, quod prius licebat vt 12.q.1,nolo.& 22.q.2. ne quis arbitretur. 26.q.1.nuptiarum.32.q.vlt.c.vlt.Hu.spirituale.[coniugiũ] 32.dist.feriatim.[dimittere]quo ad curam,& necessarioru exhibitionem,sed bene quo ad concubitum,& cõiunctionem carnalem.[Sed,qui habent] Apostolus 1.ad Corin. 7. dicit,qui habent vxores,sint quasi non habentes.[quo].i.vt cessent.Item quo ad locum separari,vt d.32. Presbyter quidam.& d.77.Episcopus.& 27.q. 2. sunt.Si tamen sunt adeo senes,maritus,& vxor, ꝙ nulla iam suspitio sit de eis, possunt in eadẽ habitatione esse , sed in diuersis locis,& separatis,vt disti.81.volumus. Si iuuenes sunt,nõ videtur ꝙ debeant cohabitare.ar.d.77. Episcopus. Hug. [quasi non habentes].i.ab eis abstineant. Hu.

1 *Episcopus potest esse habens vxorem viuam cum dispensatione.*
2 *Accipere potest aliquis de prędicatione.*
3 *Historia tripertita,quare dicta fuerit.*



Omnino. Sequitur aliud c.ad idem propositum,quod est ca .Leonis Papæ 9.contra epistolam Nicetæ Abbatis.Et potest diuidi in duas partes.In 1.probat,quod ministri altaris vxoribus,quas ante sacros ordines duxerunt non debent vti ad concubitum post susceptos ordines sacros,sed debent eis in vitæ necessariis prouidere.In secunda reprehendit Abbatem prædictum male textum quendam Apostoli intelligentem 2.ibi:Vide insipiens.Plana sunt omnia.Litera.¶[Omnino non licere *Diuisio.* *Exponit literam.*
1 Episcopo.]†ergo,qui habet vxorem viuam,potest esse episcopus, quod verum est secundum Hug.ex dispensatione,vt di.28.de Syracusanæ,vbi de hoc.[Sed ei victum].i.necessaria,vt 28.d.§.Ecce.sed quod.& infra &.§. vt igitur . & supra e.§.potest.in fi.Arch.& dic[necessaria.] s. manifesta. 16.q.1.c.si cupis.in fi.[Largiatur]etiam de bonis ecclesiæ, si indigeat.Hu.[sicut sanctos Apostolos]probat hoc exemplo Apostolorum,qui secum ducebant mulieres , non vt vxores ad concubitum carnalem,sed vt sorores ad subuentionem in necessitatibus,vnde gl.super illud 1.ad Corinth. 9.Nunquid non potestatem habemus sororem mulierem circunducendi,sicut & cæteri Apostoli , & fratres domini, & Cephas.dicit glo.Ambrosij:Non hos reprehendit Apostolus,sed eorum more sibi probat licere:Mulieres.n.desiderio doctrinę dñicę,& cupiditate virtutũ sequebant̃ Apostolos ministrantes,sequi voluit ostendens quid debetur à plebibus euangelicis.Ideo etiam,ne viderentur alienæ à salute. Lege ergo sic. [Sororem].s.fide circunducendi nobiscum propter sumptus ministrantes , sicut cæteri Apostoli,vt habetur actu.6.& sint fratres Domini.i.cognati domini,qui maiores sunt Gal.& Iacobus,& Ioannes , qui videbantur columnæ esse, &c. & sicut Cephas, qui maximus, est inter Apostolos, vnde Cephas interpretatur caput.Sanctus Tho. super epistolam ad Corinth.[vide.]2.pars.Inuehit , & loquitur contra istum Nicetam Abbatem dicẽtem, quod licebat Episcopo presbytero, & Diacono amplecti vxorem suam,& carnaliter cognoscere,& ad hoc inducebat authoritatem Apostoli suprapositam,sed male intelligebat,vnde dicit vide,&c. mercede pdicationis . Nota hic *S.Thomæ*
2 argumentum,†ꝙ de prædicatione potest quis accipere secundum Lau.ad hoc,quod le.& no.extra.de sen.excomm. cum voluntate.§.prædicatores.Vnde dic.[mercede prædicationis].i.de his,quæ acquirebant prædicando secundum Hu.& Arch.Sed ista expositio non placet nobis , quoniam non videtur verum,id,quod præsupponitur,quod tamen ponit.Hu.gl.in hoc loco videlicet,ꝙ Apostoli secum ducerent mulieres pauperes,quæ eis seruirẽt in præparãdis cibariis,& pannis,& capitibus,& pedibus abluendis,quas ipsi Apostoli pascerent.& sustẽtarent de his,quæ acquirebãt prædicando.Ista quidem non videntur consonare puritati prædicationis apostolicæ,nec paupertati,& simplicitati cõuersationis sanctissimæ eorum . Nam vt inquit Hieronymus in epistola ad Exuperiũ.Nemo Apostolis pauperior fuit.Vnde,quod hic dicitur,vt mercede prædicationis sustentarentur ab Apostolis de acquisitis in prædicatione eorum:sed de Apostolis,quoniã ipsi Apostoli sustentabantur ab ipsis mulieribus,quę desiderio doctrinæ sequebant̃ eos, sicut de mulieribus,quæ sequebantur Christum ministrãtes ei dicitur Lucæ.8.& 12.& hoc est mercede prædicationis,quia vt dicit Apostolus prima ad Corin.9.dominus ordinauit his,qui euãgeliũ annuntiant,de euangelio viuere. [Hinc & illud]infra distin.32.Presbyter.[Sed obiicere tri- *Cõtra Hu. & glo.*
3 ptitæ.]†quia illa historia dicta est tripertita,quia in tres partes distincta est,& vt quidam dicunt , à tribus authoribus sm̃ successionem temporis editas secundum Hu. & Lau.

1 *Lex Nicena quæ voluit distinguere,quod Deus coniunxit an fuerit iniqua.*
2 *Contrahere nunquam licuit in sacro ordine à tempore Apostolorum.*
3 *Maiori parti non semper statur,nec pluralitati.*
4 *Maior pars quomodo intelligatur.*
5 *Canonicus vnus potest se opponere pro defensione suæ ecclesiæ.*



Nicæna. Ponitur prima obiectio hic, quia in hac synodo Nicæna non est permissum statui, ꝙ sacerdotes non cognoscerẽt carnaliter vxores suas,quas habuerunt ante sacros ordines,ne eis esset occasio luxuriæ. Et diuiditur hoc cap.in tres partes.In 1.ponit legem,siue statutum quod Nicæna synodus intẽtabat ponere.In 2.obiectionem Pãnucij suadẽtẽ, ne talis lex poneret̃. In 3.ponit sententiæ ipsius Pannucii approbatio per synodum.Secunda ibi:Surgens.Tertia ibi:Synodus.Plana sunt omnia.Litera. ¶[Nicęna leges].i.regulas.Nam nomine legis hic lex canonica designatur,vt 30.q.5.qualis.Hug.& de hoc no.1.q.1.ventum,in gl.i,consuetudo.& q.7.si quis omnem.Arch.[videbatur.]sed non faciebat secundum Hu.[legem].i.regulam hanc,vt.s.Episcopi,&c.¶Sed quęrit Hu. *Diuisio.* *Exponit literam.*
1 †Nonne lex illa erat iniqua,cum vellet distinguere , quod Deus coniunxit, Respõdet,quod potest dici,quod iniqua erat,& ideo infringi meruit.i.non recipi,sicut illa,quæ habetur supra d.e.c.1.vel possunt excusari sancti Patres Niceni Concilii sic.Scilicet,quod vouerũt eos continere , si possent habere consensum vxorum suarum,& sic nec cogi poterant, si nollent,cum nec votum fecissent vel interpretatiue:Vel tertio dicendum,quod nolebant hoc statuere de cõiugatis iam promotis,sed de promouendis, quasi volentes statuere,quod postea nullus promoueretur ad illos ordines,nisi promissa continentia.Hu.Sed prima responsio videtur vera propter dictam sententiam Pannucij,qui secundũ hoc iuste contradixit Arc.[Ante consecrationẽ].i. ante sacros ordines receptos , quia postea nõ potuerũt cõtrahe- *Quæstio. Respõdet*
2 re,& est bonum ar.†ꝙ nunquam à tẽpore Apostolorum licuit contrahere in sacro ordine.ar.d.23.si quis eorum.& d. 84.cum in præterito.Hu.Sed magister Gratianus est cõtra vt infra ea d.c.1.vbi de hoc Lau.Sed pro Hu.est supra d.28. §.Ecce Arch.[Pannucius]proprium nomen est 2.pars.[Castitatem].s.coniugalem,quæ seruatur etiam cum propria, vxore[concubitum].s.qui fit causa reddendi debitum , vel causa prolis.Hu.[Castitatem].s.coniugalem , quæ seruatur in matrimonio,sed vidualis,vel virginalis[non grauamẽ] .i.malam,& onerosam,quæ induceret occasionem fornicationis,& hoc est,quod sequitur.[Occasio fornicationis] Hęc fuit causa,quare cassata fuit constitutio Pelagij.s.dist. e.c.1.[Illud.n.]hic reuocauit fiendum Pannucius,quod ibi reuocauit Gregorius.Hu.[hoc] licet esset nuptiarum , hoc additum est,nisi,quod crederet,quod Pannucius propter se ita toti synodo se opponeret.[synodus quæ].Tertia pars
3 [Laudauit]ar.†ꝙ non semper statur maiori parti, nec pluralitati:

litati. Sed hic queritur, vtrum standũ erat dicto illius Pãnucii, & non dicto ipsius Synodi. Et videtur, ꝙ non, quia in actibus vniuersitatis requiritur cõsensus maior is partis. 60. d. c. 1. 2. & 3. Super hoc dubio allegat Arc. p, & cõtra. & quod requiratur maior pars: allegat iura iam inducta, sed quod non requiratur allegat hunc text. & de elect. ecclesia vestra. & extra de his, quæ fi. à ma. par. c. j. & ff. de ser. ru. pre di. l. per fundamentum 12. q. 2. non liceat &. ff. de pactis. l. maiorem. Et soluens dicit, quod regulare est, quod semper statur maiori parti in omni dispositione, vel ordinatione vniuersitatis, & authoritatibus sanctorum & in datione tutorum, & in remissione facienda accedentibus, & in similibus. Sed maior pars est, quæ maiori rõne, & pietate ducitur distinctio. 9. sana quippe & distinctio. 40. multi in fi. & 4. q. 3. item iurisiurandi. Tamen in dubio pro pluralitate præsumitur. dist. 41. nullus nisi specialiter probetur contrarium. vt de elect. dudum & c. congregato. Et hoc dicit hic Arch. fuisse dictum Tancr. & Phi. qui ita notant in d. c. de his, quæ fi. à ma. par. c. vult. ergo Arch. quod illa dicatur maior pars, quæ maiori rõne, & pietate ducitur, quasi velit ꝙ stetur saniori parti, licet minor. Et hanc opi. tenet Compost. in c. ecclesia vestra de elec. Sed hanc opi. ibi reprobat Io. An. & merito: qa in actibus capitularib' requirit̃ copulatiue maior Pars, & sanior vniuersitatis, vt dicit tex. in d. c. ecclesia. Et pro tanto dic: quod si agitur non de gerendo actu sed de impediendo, ne actus fiat per vniuersitatem, & tũc, quantum ad impediendum sufficit contradictio minoris partis, imo vnius solius, magis rationabilem causam assignantem, quam faciat maior pars, vt est hic casus, & in præ c. 1. de his, quæ fi. à ma. par. c. Et hoc modo posset intelligi Arc. hic. & hoc respectu dr̃ maior pars, quantum ad impediendum. Si autem agitur de actu gerendo ad finem, vt valeat, & tunc gl. in capitu. cum omnes de constit. dicit: quòd aut spectat ad plures, vt singulos, & tunc requiritur omnium consensus, vt ff. de seruit. rusti. præd. l. per fundum, vbi, si conceditur seruitus, per fundum plurium, non aliter conceditur ius, nisi omnes reddant. Aut psectat ad plures, non tamen vt collegium, sicut in pluribus patronis vnius ecclesiæ, & tũc requiritur maior pars, & dicitur isto casu maior pars non respectu omnium habentium ius, sed respectu aliarum partium, quæ essent minores, vt notant doctores de iure patro. quoniam, & in ca. ecclesia de elect. Aut spectat ad plures, & collegium, & tunc requiritur maior, & sanior pars, vt patet in d. c. ecclesia. Fallit tamẽ in electione Papæ, vbi duæ partes requiruntur, vt de elect. licet, Ioan. de Fan. Ex his patet responsio ad quæstionem, videlicet, ꝙ merito standum fuit dicto Pãnutij, cum hic esset actus prohibitionis. Et iste assignaret rationabilem causam iure nanque communi potior est conditio prohibentis. ff. cõmuni d. 50. sabinus & 33. q. 5. si dicat, quia potior est conditio mulieris contradicentis, quam viri castitatem vouere volentis, vnde ibi habetur in hoc glo. fi. in fi. dicitur ar. ꝙ vnus canonicus potest se opponere pro defensione suæ ecclesiæ. alle. de concess. præben. & parte, vbi dicit Gof. hoc esse verum, etiam si capitulum ipsius ecclesiæ nollet defendi, & hoc in fauorem ecclesiæ Archidiacono. Secus autem esset, si vellet agere, quia non admitteretur sine mandato, extra de iudi. causam de quo etiam ponit Archidiaco. 12. quæstio 2. non licet.

(Margin: Quæstio. Respõdet. — 4 — Compostellanus. Ioan. And. — Io de Fan. — Goffres 5)

1 *Coniux coniugi non tenetur reddere debitum quolibet tempore, vel loco.*
2 *Sacerdos Græcus, si se transferat cum vxore sua ad latinos, & ibi moram faciens, an sit permittendus celebrare, si velit uti vxore sua.*
3 *Sacerdos orientalis inuita vxore, et contradicente an possit promoueri.*
4 *Sacerdos orientalis quandiu abstinet ab vxore, quis debet administrare.*



VONIAM. Ponitur hic secũda obiectio sumpta ex sexta synodo vniuersali. Et potest diuidi hoc c. in tres partes. In prima præcipit clericos non compelli ad continentiam. Secundo præcipit, vt sacerdotes vxorati tempore orationis abstineant. In tertia parte imponit pœnam contra facientibus: Secunda ibi: Item oportet. Tertia ibi: Si qu. Pro intelligentia huius c. est notandum, quod, quia occidentales clerici continebant, vertebatur apud aliquos in dubium. Vtrum pariter tenerentur continere orietales. Ideo hoc dubium resoluens sancta synodus, dicit. ¶ [Quoniam]. i. quamuis] Hu. & Arc. [in Romani caonis] supra distinct. 28. Diaconus & c. presbyteris. & d. 28. c. 1. & 3. Hu. [Ordinati]. i. ordinantur. Et sic est tempus pro tempore de conse. d. 2. in Christo pater & ff. ne quid in loco publico l. 2. §. deinde. [Confiteri]. i. confessos esse in sua ordinatione, intellige facta de consensu vxorũ, alias nõ possent denegare debitum vxori [quamuis] inquã hæc nos [tamen ne] scilicet illi orientales, qui nunquum receperant prædictum canonem, aliter agentes videantur transgressores. [antiquum canonem Apostolicæ diligentiæ]. i. regulam Apostoli dicentis, vt vir reddat debitũ vxori, & econuerso vt 33. q. 4. c. pen. Hu. [Legales]. i. legitimas, s. consecratas ante sacrum ordinem Hu. [cõnubia]. s. carnales commistiones, [à modo valere.] Sed nonne voluit tempore Nicæni Cõcilio primo à principio ordinis clericatus poterant vti clerici vxoribus, quare ergo dicit Amõ. So. Re vera valuit. Sed sicut dictum est reuocabatur in dubium tẽpore huius synodi quia videbant occidentales, ꝙ non continebant, & ita modo incipiebat valere per reuocationem in tempore opportuno, per hoc innuitur, ꝙ cessare debet tempore ministerij. Non. n. coniux coniugi tenetur reddere debitum quolibet tempore, vel loco, licet Gandulphus videatur dicere contrarium, vt dicit glo. & intellige hoc de illis, qui per votum non fecerunt sibi præiudicium Hug. [quicunque.] videtur hæc litera sibi repugnare, videtur. n. dicere, quod coniugatus existens in sacro ordine nõ prohibeatur promoueri ad eundẽ ordinem sacrum propter vxorem. Respondetur, ꝙ non repugnant, quia loquit̃ de cõiugatis promouendis ad sacros ordines, & est sensus. Quicunque fuerit inuentus futurus diligens. i. dignus in Subdiaconali ordinatione. i. tempore ordinationis ad talẽ ordinem. i. in examinatione, quæ fit cum debet ordinari, & promoueri ad talem, vel talem ordinẽ. Hu. [ascendere.] s. orietales. Sed quærũtur circa hoc c. duo principaliter. Primum est. Vtrum, si sacerdos Græcus se trãsferat cum vxore sua ad latinos, ibique moram faciens, sit permittendus celebrare, si velit vti vxore sua. Ad hanc quæstionem respõdet dominus Archi. hic, ꝙ sic, quod probat multipliciter. Primo, quia iste sacerdos de iure contraxit, vt in hoc c. quoniã & supra c. proxi. Secundo iste nunquam promisit continentiam tacite, vel occulte, ergo ad eam seruandam nullo modo est compellendus, cum res sit voti, non præcepti 32. quæstione prima, integritas. & 20. q. 1. Tertio inuita vxore, non potest cõtinentiam profiteri. 27. q. 2. sunt quædam. Et hanc sententiam tenet Bar. Brixi. prout notat in sua quæstione dominicali, quæ incipit sacerdos quidam. Alij contra, si de hoc esset scandalum inter alios clericos, vel laicos & ar. ad hoc d. 8. quæ contra. & d. 12. illa vide infra in c. placuit se. d. de hac quæstione vide Host. & Io. And. in c. tamen de temp. or. ¶ Secundo quæritur vtrum vxore contradicẽte, sacerdos orientalis possit promoueri. Ad hãc quæstionẽ respõdet Hu. quod sic: quia, vt inquit, nullum fit vxori præiudicium. Sed gl. hic arguit contra dicens, qod certe præiudicium fit, quia post mortem viri, non debet cõtrahere. Item in alio fit ei præiudicium, quia tempore vitæ suæ nõ debet ei commisceri, cum vir inuita vxore, non possit orare 33. q. 4. Apostolus. Sed dicendũ iuxta Hu. & alle. & obiecta per glo. Ad primum respondetur. Primo iuxta Archid. qui ait quod ratio istius gl. nõ videtur bona. Nam in vxore orientalium non habet locum, quod dicitur in c. quia sunt culpæ. 28. distinctio. & cap. se, quia continentiam non promittũt tacite, vel expresse, quæ tamen est ratio, quare vxor occidentalis non contrahit post mortem promoti. Et hoc videtur probari in gl. vlt. præfati c. quia sunt. vbi dicitur, ꝙ si ea ignorante ordinatur, nullum fit ei præiudiciũ, & hoc etiã habetur 27. q. 2. multorum. de hoc etiam habetur 28. d. si qua vidua Arch. Vel dicendum vt dicit Hu. ꝙ non est nouum, quod alicui de facto alterius fiat præiudiciũ. vt di. 55. si euangelica & d. 34. si cuius & de conse. d. 4. quamuis. Præterea ipse sibi videtur facere præiudicium, cum sciẽs talem constitionem nubet illi, qui ea inuita potest ascendere ad sacrum ordinem Hug. [Oblationes sanctorum]. i. sacramentorum, vt supra e. d. tenere. Sed queritur, quandiu abstinebit ab vxore, qui debet ministrare? Respõdet Hu. forte sufficit, ꝙ eadem nocte pro reuerentia sacramenti, sicut cotidie

(Margin: Diuisio — Exponit literam. — Quæstio. — Respond. — Cõtra Grã du'phum. 1 — Prima qõ. — Respond. 2 — Secũda qõ 3 — Respond. — Quæstio. Respõdet. 4)

dicitur de sponso,& sponsa,vt 30.q.5.sponsus. Sed nonne cotidie sacerdos debet offerre,vt supra e.d.tenere.Sunt er go duo in ecclesia eadem,quę offerebant,sicut fiebat in ve teri testamento,vt supra e.d.tenete quod si hoc nō est,nec potest esse:Dico ꝙ præmissa confessione securè accedat ad immolandum,licet ea nocte vxorem cognouerit,dummo do eam non cognouit causa exsaturandę libidinis arg.d.6. argumētum Hu.[Si quis:]Tertia pars[cōtra Apostolicos] canones,vt supra e.c.regulam,& præceptum Apostoli, de quo præmissum est.Vel Apostolicos,s.Apostolorum,& san ctorum patrum in concillio existentium [Diaconorum] supple,& Subdiaconorum. Nam supra de tribus dixit,s.de Presbytero Diacono, & Subdiacono: vnde & modo in ꝓhibitione intelligi debet,& de tertio, s. Subdiacono repeti tū Hu.Not.ꝙ iste canō est sextæ synodi,& sexta synodus, generalis,& vniuersaliē est,vt d.16.sancta octo & 1.q.7.con uenientibus.Non tame iste canon est vniuersalis:vel generalis:nisi dicatur vniuersalis:vel gñalis:quia in generali synodo est editus. Sed non est generalis, vel vniuersalis, quia non omnis vniuersaliter astringit,sed tantum orientalem ecclesiam,& sic non omnia edicta in generali concilio,generalia sunt.i.generaliter omnes astringentia.Sed pone,ꝙ sic esset.An ecclesia licite potuerit statuere cōtrariū, vt nullus promoueretur ad sacrū ordinē,nisi promissa cōtinentia:dicendum quod sic secundum Hu. Sed nonne, & hanc vltimam constitutionem tenentur recipere Græci. Respōdet Hu.ꝙ non qa nō sic est emissa: vt ecclesia orieta lis ad illam recipiendam cogatur. Non.n.quicquid statuit, Romana ecclesia vult,vel cogit: vt ab omnibus obseruet:/ Sed nonne Papa præcipere posset Græcis,vt tenerent hanc constitutionem,s.ꝙ nullus ibi promoueretur ad sacrū ordinē:nisi promissa continentia:Dico ꝙ potest,tāquam prælatus eis,vt d.22.de Constantinopolitana,& 24.q.1.rogamus,sed non vult,parcit enim eis,qui infirmi sunt, vt 3.q. 5.quia specti Hug.

Quæstio. Respōdet

Hoc autem ex loco. Hic magister Gratianus soluit prædictam obiectionem dicens,ꝙ hic duo c.non sunt vniuersalia,sed localia sunt:quia non habent locum,nisi in orientali ecclesia.Et similiter illa cap.localiter possunt intelligi 28.si quis docuerit,& si quis discernit Hu.& Arc.

1 *Clerici in orientali ecclesia vtuntur Matrimonio in sacris constituti.*



Aliter se habet. Hic confirmat magister Gratianus solutionem datam authoritate Stephani Papę
1 d.quod aliter se habet,&c.†Sententia est,ꝙ in orientali ecclesia clerici matrimonio vtūtur in sacris constituti.Secus in occidentali. Omnia pla na sunt.Litera.¶[Matrimonio copulantur]per hoc verbu m inquit Hu.fuerunt multi decepti: & decipiuntur hodie dicentes,ꝙ olim omnibus licuit contrahere in sacro ordine,& nunc non:licet orientales cœci sunt,& in cœcitate suos relinquunt auditores.Nusquam.n.à tempore Apostolorum licuit contrahere in sacro ordine,vt d.84.cum in præterito,& d.32.si quis eorum & supra ea.dist.Nicena,qđ hic dicitur,sic intelligo.[copulatur].i.carnaliter commiscentur.Sæpe.n.inuenitur copulari pro carnaliter commisceri,& copula pro carnali commistione, vt supra c.proxi. 30.q.1.nosce.& 27.q.2.Agathosa c.priusꝗ Hu.vnde vt dicit Arc.opinio:de qua in gl.reprobatur: quia nō possunt dicere,ꝙ c.infra d.proxi.si quis eorum locum habeat in occidentali ecclesia,vel ꝙ ei sit constitutū:quia iam constitutū erat per Gregorium:vt Subdiaconi continerent, vt supra e.c.1.Et quod Gregorius præcesserit sextam synodum planum est:quia pręcessit Agathonem,cuius tempore celebrata est 6.synodus,secundum Lau.& Arch.[Istius autem ecclesiæ]vel.id est, occidentalium [à Subdiacono] inclusiue tenetur[coniugium]id est carnalem commistionem cum propria vxore.

Exponit literam.

Similiter. Verba sunt Gratiani: vbi dat intellectum ad capitula quędam supra inducta c. Nicolai supra d.29.consulendum.[Ex loco]non dicit verum, ꝙ ex loco intelligatur illud c.quia illi iam receperant continentiam,quod patet ex litera illius c.vbi dicitur,ꝙ erant reprehensibiles secundum Hu.& Lau.nisi velis soluere per hoc,quod hic dicitur ex integro Arc.[quod autem]2.pars.

Quæstio.

Responsio est ad tacitam obiectionem.diceret quis, quid est ꝙ dicis,ꝙ orientalis ecclesia non suscepit cōtinentiā in ministris altaris.Nonne sacerdos,qui contraxerit, punitur in synodo?Respondet,ꝙ non erat vxor:sed fornicaria.Hu. [Secundæ]non dicit verum:quia nec primas,secundas licuit vnquam contrahere in Sacerdotio.Et qua ratione cō ceduntur primæ:& secundæ:& tertiæ:& sic deinceps Hu. Vincentius dicit, ꝙ ibi intelliguntur non legales nuptiæ, quando contraxit cum vidua,extra de Biga.à nobis,& hoc ibidem ipse Vincen.notat Arch.[si quis]supra d.28.vel localiter-Hic distinguendo falsum innuit Hu.[Illud quoque Martini]hoc nondum allegauit,sed postea allegabit di.34. si Subdiaconus.

¶ *Distinctio Trigesima secunda.*

2 *Ordo dicitur dupliciter.*
3 *Sacramentum ordinis,quare habet ordines.*
5 *Sacerdos minus sanctus,formaliter melior est potestatiue quā laicus eo melior.*



Seruanda. Hic intitulatur 32.d. in qua magister Gratian⁹ consequitur de continentia clericorum Et diuiditur iuxta Arch.in sex partes.In prima dicit,ꝙ constituti in sacris ordinibus seruare debent continentiam.In minoribus vero ordinibus cōstituti ad hoc nō cogunt. Et hoc probat ꝑ tres authoritates.In 2.per duo c.Dicit,quod debet audire missam publici concubinarij. In 3.ponit differētiam inter sacramenta celebrata,à malis, & catholicis,quæ in necessitate possunt sumi,& sacramenta ab hæreticis celebrata, q̄ nullomodo possunt sumi,præter baptisma.In 4.ponit,qualiter debeant puniri,qui in sacris constituti recipiunt vxores,vel retinent concubinas: in 5.vt clerici possint facilius seruare continentiam præcipitur eis:vt vitent fœminarum familiaritatem, & cohabitationem.In 6.ostenditur,qui comprehenduntur presbyterorū appellatione.Secunda ibi:Nullus Tertia ibi:in §. Verum Quarta ibi:In.§.Prohibentur.quinta ibi:interdicit.sexta ibi:Presbyterum ergo. Circa primum dicit,quod seruanda est continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis.Pro intellectu eorum,quæ tanguntur in gl.quæruntur hic duo tantū ad præsens:quia de ordine plura sunt disputata tam in distinctione 21.circa cap.episcopus cleros, quam d.23.circa c.Episcopus.

Diuisio.

1 ¶Primum ergo,quod hic quæritur est vtrum ordines conuenienter distinguantur per sacros,& non sacros.
4 ¶Secundum est,vtrum in quolibet conferatur gratia gratum faciens.

1 **Ad primum.** Sic proceditur†Et videtur,ꝙ ordines non conuenienter distinguantur per sacros,& non sacros.Primo sic,omnis ordo vniuersaliter,& essentialiter est sacramētum.Sed omne sacramentum dicit rem sacram:ergo omnis ordo est sacer.¶Secundo sic.Secundum ordines ecclesiæ non deputatur aliquis, nisi ad diuina officia:sed omnia talia diuina officia sunt sacra:ergo omnis ordo est sacer.¶Tertio idem videtur colligi ex c.infames 6.q.1.& in cap.nullus 28.q.1.vbi oēs ecclesiastici ordines vocantur sacri.¶In oppositum arguitur ex textu præsentis c.in quo innuit differentiam inter ordines sacros,& nō sacros,& in c.sequē.manifeste¶Respōdeo sub ista conclusione,quod conuenienter distinguuntur ordines per sacros,& nō sacros: quoniam ita est,quod quidam sunt sacri:& quidam sunt non sacri. Patet conclusio: quoniam ordines sacri impediunt matrimonium contrahendum,& dirimunt iam contractum,vt satis colligitur ex ꝓsenti distinctione.Sed quatuor ordines inferiores non impediunt contrahendum,nec dirimunt contractum,vt habetur infra e.c.Lectores:Ergo sequitur:ꝙ isti quatuor ordines non sunt ordines sacri.Pro cuius conclusionis plenio
2 ri intelligentia est notandū cum S.Tho. in 4.d.24.†ꝙ ordo dicitur sacer dupliciter.Vno modo secundum se:& sic qui libet ordo est sacer,cum sit sacramentum quoddam. Alio modo ratione materiæ,circa quam habet aliquem actum, & sic ordo sacer dicitur,qui habet aliquem actum circa rē aliquam consecratam,& sic sunt tantum tres ordines sacri .s.Sacerdos,Diaconus,qui habet actū circa corpus Christi, vel sanguinem

Primū ar. Scđm ar. Tertiū ar. Opponit i contrariū. Respōdet. S. Tho.

vel sanguinem consecratū,& Subdiaconus,qui habet actū circa vasa cōsecrata,& ideo et eis cōtinentia indicit, vt sancti,& mūdi sint,qui sancta tractat:† Quare autē hoc sacramentum ordinis,gradus habet, vt. s. diuidatur per sacros & non sacros.

Bonauen.

Ratio est iuxta Dominum Bonauenturam, in 4.d.24.quia ordinat ad dispensandum sacramentum dignissimum,& ministrandū in templo Dei. Ad ministeriū autem illud concurrunt quædam officia digniora,& quæminus digna: & si oīa requirant ministros sanctos: illa tamen,quæ attēduntur circa altare, circa portationē vasorū sacrorum,& circa oblationem sacrificii consummandam potissime requirūt ministros sanctos. Iuxta illud Esai. 51. mūdamini,qui fertis vasa domini. Sanctitas autem vel sanctificatio potissime consistit in continētia.Et ideo sunt quidam ordines,qui requirunt continētiā in ministris, quædā vero minime.Ideo recte ordines,quidam sacri dicuntur, quidam non sacri,non ratione sui,sed ratione materiæ, & ministerij,ad quod requiritur sanctitas in ministro.Et sic patet ratio huius d.ordinum per sacros,& non sacros.

Albertus.

Cōcordat Albertus in quarto d.24.dicuntur sacri isti ordines propter sanctitatem,quæ indicitur ministrantibus in eis. Oportet.n.habere votum continentiæ,vel simpliciter, vel secundum tempus,simpliciter, vt in occidentali ecclesia, quia non dantur isti tres vltimi ordines,nisi vouentibus,& obseruantibus castitatem perfectam,secundum tempus autem in primitiua ecclesia,vt in ecclesia orientali, si in matrimonio ordinem suscipiunt permanent in matrimonio, sed tamen,quādiu ministrant,separantur ab vxoribus suis, & iterum illa mortua aliam ducere non possunt, hæc Albertus.¶ Nunc dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primū arg.

Ad primam patet responsio ex distinctione data.Concedimus .n.quod omnes ordines secundum se sunt sacri, quia signa sunt sacra:& sacræ rei:sed ab hac ratione non dicuntur hic ordines sacri,sed vel quia habent actum circa rem sacratā, siue à consecratione ministri,vt dictum est.

Ad secūdū.

¶ Ad secundā patet responsio ex dictis.Concedimus.n.quod ratione illa omnis ordo sit sacer:sed negatur, ꝙ sit sacer ab ea ratione, qua hic nominantur ordines,quæ dicta est.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiam respondetur simili modo, quod in illis locis ordines ecclesiastici vocentur sacri illa ratione communi, quæ supra assignata est.

4 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non in quolibet ordine conferatur gratia gratum faciens,

Primū ar.

primo sic, Ordo tam in ecclesia triumphante,quam militante est ad illuminandum purgandum,& perficiendum,sed istos actus exercēt in ecclesia triumphante superiores,& inferiores sine noua collatione gratiæ gratum facientis,ergo similiter in ecclesia militāte purgatur:illuminatur,& perficitur homo per hoc sacramētum ordinis absque susceptione gratiæ gratum facientis.

Secūdū ar.

¶ Secundo sic:Communiter dicitur, ꝙ sacramentum ordinis ordinatur contra ignorantiam,sed cōtra ignorantiam non datur gratia gratum faciens,sed gratia gratis data,quia gratia gratum faciens magis respicit affectum, ignorantia autem intellectum respicit.

Tertiū ar.

¶ Tertio sic,ordo diuisionem importat,sed membra ecclesię non dicuntur per gratiam gratum facientem,sed secundum gratiam gratis datam,de qua dicitur primę ad Corint.12.Diuisiones gratiarum sunt:ergo in ordine nō datur gratia gratum faciēs.

Quartū ar.

¶ Quarto sic, Nulla causa præsupponit effectum suum, sed in eo,qui accedit ad ordines præsupponitur gratia, per quā sit idoneus ad executionem ordinis,ergo talis gratia non confertur in ordinis collatione.

Opponit i contrariū.

¶ In oppositum est glo.in præsenti c.Secundo,Sacramenta nouę legis efficiunt,quod figurant,sed ordo per septenarium significat septem dona spiritus sancti,quæ non sunt sine gratia gratum faciente,in ordine dantur.

Respond.

¶ Respondet ad istam quæstionem, vt dicit magister Richardus de media villa,ꝙ alij dixerunt gratiam gratum facientem dari in ordinatione tanquam necessariam ad actum ipsius oridinis,dicebant.n. Sacerdotē malum conficere non posse:sed hæc opinio est erronea. Alij dicunt non esse necessariam ad actum ordinis exequēdū aliā ordinationē nisi gratiæ gratum facientis collationē. Dicūt enim ꝙ,qui maiorem gratiam talem habet, in altiori gradu est.Et ita maiorem potestatem habet,vt pote deo propinquior:vnde,dicunt ita posse conficere bonum laicū sicut sacerdotem,

Cōtra Valdenses.

sed hæc opinio,quæ est Valdensium est hæretica,quoniam,quamuis melior laicus sit in altiori gradu bonitatis,& sanctitatis,quam minus bonus sacerdos, non tamen est in altiori gradu potestatis, quantum ad
5 actum ecclesiasticæ hierarchiæ: † vnde Sacerdos minus sanctus formaliter melior est potestatiue, quam laicus eo melior:vnde respondeo ad quæstionem ponitur ista conclusio. Quod in collationem cuiuslibet ordinis confertur ordinato gratia gratum faciens, si suscipiat ordinē digne. Ista conclusio probatur sic, primo iuxta sanct.Thom.in 4. distin.24.Dei perfecta sunt opera,vt dicitur Deuter.32.Et ideo,cuicunque datur potentia aliqua diuinitus, datur ea, per quæ executio illius potētiæ potest congrue fieri, ꝙ esse non pōt,nisi gratia gratum faciens assistat,dicendum ergo,ꝙ talis conferatur in ordinis collatione.

Richard.de media villa.

Secundo postea dctur sic,iuxta Richard.de media villa.Dicit.n.natura nō dat tm̄ effectū suo effectui:id,ꝙ est necessariū ad executionem sui naturalis actus, sed etiam id, quod requiritur ad idoneam actus executionem:vnde non tantum dat pedes,& tibias ad ambulandum:sed etiam illorum membrorum decentem dispositionem,nisi à casu præter intentionem naturæ,quandoque contrarium accidat propter inobedientiam materiæ,vel propter aliquod aliud accidens impediēs,sic videtur, ꝙ aliquo modo a simili Deus,q principaliter est causa effectus cuiuslibet sacramenti,non tm̄ imprimit potestatem ordinato necessariam ad exequendum actum ordinis:sed etiam dispositionem conuenientem,& idoneam ad dignam illius actus executionem.Non est autem dignus exequi ordinis actus, qui non habet gratiam gratum facientem.Sicut.n.non est dignus ministrare Regi terreno ille,qui est eius inimicus,vnde talis se ingerens diuino ministerio,præter necessitatis articulum, non placat Deum sed offendit,vnde ad rationes in oppositum dicendum.

Ad primū arg.

Ad primam respondetur negando consequeniam,& ratio est, quia non est simile, quoniam in angelis beatis, cum sint pleni gratia, & cōfirmati in ea ad idoneam suorū actuum executionem, non est necessaria nouæ gratiæ collatio,aut præexistentis collatio,sed tantum ad illuminationem purgationem,& purificationem, seu perfectionem, eorum,de quibus loquitur Dionysius,sufficit diuinorum secretorū reuelatio,vnde dicit Dionysius 7.c.angelicæ hierarchiæ,ꝙ purgatio,& illuminatio,& perfectio est diuinæ scientiæ assumptio.

Ad secūdū

¶ Ad secundā respondetur iuxta S. Th. negando consequentiam.Et rō est:qm̄ ordo datur nō in remedium vnius personæ,sed totius ecclesiæ:vnde, quod dr̄ contra ignorantiam dari,non est intelligendum ita,ꝙ per susceptionem ordinis pellatur ignorantia in suscipiente, sed quia suscipiēs ordinem præficitur ad pellēdum ignorātiam in plebe.Et ita rō non est ad propositū.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiam respondetur ēt negando consequentiā:& ratio est iuxta S. Tho.qm̄ licet dona gratiæ gratum facientis sint communia oībus membris ecclesię:tamē illorum actus diuinorū secundum quæ attenditur d.in membris ecclesiæ,idoneus susceptor aliquis esse non potest:nisi charitas assit,quæ sine gratia gratu faciēte esse non pōt.

Ad quartū.

¶ Ad quartā respōdetr̄ negādo consequentiā.Et rō est iuxta S. Tho.qm̄ ad idoneā executionē ordinū non sufficit bonitas qualiscūq;,sed reqrit bonitas excellēs,vt sint illi, qui ordinē suscipiunt,& sup plebem constituuntur gradu ordinis,ita & superiores sint merito sanctitatis.Et ratio præexigebatur gratia,quæ sufficiebat ad hoc,ꝙ digne annumeret in plebe Christi.Sed cōfertur in ipsa susceptione ordinis amplius gratię muneris, per ꝙ redduntur ad maiora idonei.

Richar.de media vil.

Concor Richar.de media villa dicit,ꝙ sacramentum ordinis non causat gratiam, inquantum præexigitur ad eius dignam susceptionē, sed in quātū requiritur ad actus ordinis idoneam executionē: vnde,cum ab habente gratiam ordo suscipitur, augmentum gratiæ datur.alia vero, quæ tanguntur in gloss. sicut de diffinitione characteris, & quod tangit Arc.an in quolibet ordine imprimatur character], nos supra distinctio. 21.disputauimus.

1 *Clerici nomine intelliguntur omnes ordinati*

2 *Illicita aliqua sunt ratione personæ, quæ alijs personis sunt licita.*

3 *Episcopatus est ordo.*

Mnium Sacerdotum. Hoc est primum c.qđ inducit magister ad probandum, ꝙ in sacris ordinibus constituti debeant continentiā seruare. & est

& est Leonis papæ. Et potest diuidi in tres partes. In prima ponit rationem constitutionis continentiæ in ordinibus sacris scilicet propter excellentiam electionis, eliguntur enim ad dignitatem magnam.s.ad tractanda diuina ministeria. In secunda parte ex illa infert specialiter de Subdiaconis quod eis interdicitur carnale connubium. In tertia arguit ar gumento sumpto à minori, quod idem sit de aliis superioribus ordinibus. Secunda ibi. Cum.n. Tertia.ibi. Quod & si in hoc. Omnia plana sunt. Litera. ¶[Omnium sacerdotum].i. eorum, qui sunt in sacris ordinibus constituti, nomine enim sacerdotum intelliguntur Diaconi, & cæteri. Superiores, vt dist.80.si quispiam.& extra.de coha.cle.c.2.†ita nomine clerici intelliguntur quandoq; omnes ordinati, vt.11.q.1.de persona.[tam excellens est electio.] vnde Augustinus lib.de singularitate clericorum: Contemplamini, quid sit populo sancto præesse, & considerate quale sit diuinis sacramentis insistere, alterum placare debet, qui per alterum viuunt, & talis conuenit cura synceritatis sacramentis, qualia sunt sacramenta ipsa, quibus exhibent officium seruitutis, ne contra dominum offendant ipsi, qui tractant aut contra populum incipiant impedire, quod prædicant. [Alijs membris].i. laicis, vel clericis in minoribus constitutis. [Illicita] arg.†quod ratione personæ aliqua sunt illicita, quæ in alijs personis sunt licita ar.dist.27. Sacerdotes, & di.88. Fornicarij, secundũ Hu. 15.q.2.habent. &.32.q.5.qui viderit. &.11.q.3.præcipue. Lau. Et ad idem di.proxi.lex continentiæ.vbi de hoc. Archidiaco.[Cum enim] secunda pars.[extra clericorum].s. in sacris constitutorum. [Carnale connubium].i.carnalem commistionem. Hug.[sint tanquam non habentis] scilicet illi, qui antequam ordinem sacrum susciperent vxores habebant, isti sint, tanquam non habentes.i.ab eis abstineant. Hug.[singulares].s.soli diuisi [separati ab vxoribus].i.non contrahãt Hu.[ꝙ si in hoc ordine].s.Subdiaconali.3.pars [qui quartus à capite].i.ab Episcopali ordine simili.dis.50. quia tua.argu. †ꝙ Episcopatus est ordo.ar.di.54.si seruus, & dist.93.Diaconus. Et dicitur Episcopatus ordo caput, quia est superior ordo Hu. Sed hoc intellige de ordine largo modo dicto, vt. §.di.21.circa.c.cleros.[distinctius] de ordine [in primo ordine.].s.Episcopali, quia dicitur primus non ratione temporis, sed dignitatis, vel primus.i.superior omnibus. Hu. secundum enim beatum Dionysiũ in de ecclesia.hierarchia. Sublimior ordo est Episcoporum [secundo].s.presbyterali, [tertio [Diaconali.[Nec dum refrenasse.] Non enim quis est promouendus ad ordinem sacrum, nisi cuius castitas ante sit ꝓbata. vt di.28.nullum, & dist.31.ante.Hu.


Exponit literam. (margin)
1 (margin)
Augu. (margin)
2 (margin)
3 (margin)
Dionysius. (margin)



VLtorum. Sequitur secundum ca. quod est beati Gregorij, quod magister Gratianus inducit ad probandum supra dictam conclusionem, videlicet, quod in sacris ordinibus constituti, debeant ab vxoribus abstinere. Nam vult, quod nullus promoueatur, in subdiaconum, nisi continentiam, se seruare promittat, & potest diuidi hoc c. licet palea sit apud multos, quod habetur.27.q.2.in duas partes. In prima narrat, quomodo contra consuetudinem quandam quæ in Episcopatu Catinensi inoleuerat. quo subdiaconi cõmiscerent se vxoribus, papa prędecessor suus prouiderat. In.2.præcipit, quid fieri debeat in futurum.2.ibi. Et post aliqua. Plana sunt omnia. ¶[Eligerent] hodie non datur talis electio, quia existentes in sacris ordinibus debent oĩo à suis vxoribus abstinere in ecclesia occidentali, propter votum solẽne continentiæ, quod in susceptione ordinis sacris emittitur. [Speciosus] nomen proprium esse videtur. [Suspendit se] quo ad suspensionem facti non autem quo ad se ipsum sententiã protulerit. Io.de Fantuciis [post aliqua] 2.pars.

Diuisio. (margin)
Exponit literam. (margin)

1 *Constituti in minoribus ordinibus possunt contrahere Matrimonium.*
2 *Clericus coniugatus, an possit habere beneficium ecclesiasticũ.*
3 *Clericus coniugatus in minoribus constitutus, quantuncunque clericaliter viuat, non potest obtinere dignitates, personatum, seu beneficium cũ cura, vel alia beneficia maiora nu.4.*
5 *Clericus coniugatus, quantuncunque clericaliter viuat, in ecclesia occidentali continere nolens, non potest sine dispensatione obtinere beneficium, etiam simplex ecclesiasticum. Potest tamen ab ecclesia suscipere stipendium sustentationis. numero 6.*
7 *Clericus coniugatus clericaliter viuens, spem habens redeundi ad clericatum potest ex dispensatione obtinere simplex beneficium ecclesiasticum.*
Et quis tali casu possit dispensare. nu.8.



SI qui. Ad idem propositum, quo supra inducit magister Gratianus.c. istud qđ est beati Gregorii ad Augustinum Episcopũ. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit regulas inter clericos extra sacros ordines existentes, ꝙ possint cõtrahere matrimoniũ. Et quod, clericaliter viuentes stipendio ecclesiæ sustẽteur. In.2.ponit circa quod tales, qui stipendijs ecclesię debent sustentari, debeant viuere sub ecclesiastica regula.2.ibi.[De eorum ergo stipendio. Litera. ¶[Si qui.] hoc.c. est pars illius.12 q.1.quia tua. Archi. [non possunt] de facili, vel volunt Hugo. quia non omnes capiunt verbum hoc.34.q.5. tunc saluabitur [continere].i.continenter viuere. Hu.[debent].i.possunt vel permittantur. sic.2.q.1.nonnunquam. Archid.&. j.e.dis. præter hoc. Hug.ar.†quod constituti in minoribuss ordinibus possunt contrahere Matrimonium. extra de cle.coniu. c.1.[stipendia] ergo possunt habere stipendia clerici coniugati. Pro pleniori intelligentia huius partis, quærendum merito venit. ¶†Vtrum clericus coniugatus possit habere beneficium ecclesiasticum. Et arguitur ad partes. Et primo parte affirmatiua arguitur ex pręsenti.c.2.e x.c. quia tua.12.q.1.3. ex.c. Siracusani. vbi habens vxorem electus est in Epm, confirmatus.4.ex.ca. Ioannes extra de cle.coniug. vbi expresse mandatur. ꝙ clericus coniugatus in minoribus constitutus non compellatur portare coronam, nisi habuerit beneficiũ ecclesiasticum. ¶ In oppositum ar.ex.c.1.&.2. ¶ Respond. sub quatuor conclusionibus. Prima †clericus coniugatus in minoribus constitutus, quantuncunq; clericaliter viuat, non potest obtinere dignitates, personatum, seu beneficium cũ cura, vel alia beneficia maiora. Ista conclusio habetur expresse extra de cle. coniu.in.ca.cum decorem, vbi ita sic dicitur. Eos, qui publice sunt vxorati, non admittas de cætero ad ecclesiasticas dignitates, Honestas, siue rationabilitas huius cõclusionis ostenditur in eodem.c. cum dicitur quas non possunt sine prauo exemplo, & graui scandalo retinere. ¶ Secunda conclusio †Clericus publice coniugatus, volens clericaliter viuere, puta tonsuram, & habitum clericalem portãdo, & à negotijs secularibus abstinendo, non potest obtinere beneficium etiam simplex ecclesiasticum. Ista conclusio habetur in c.diuersis: extra de cle.coniu. Et rationem huius assignans Innocen.3. dicit quia cythara cum psalterio male concordat.i. vita mundana, & laicalis, cum vita clericali, & spirituali. ¶ Tertia conclusio.† Clericus coniugatus, quantũcunque clericaliter viuat, in ecclesia occidentali, continere nolens, non põt sine dispensatione obtinere beneficium, etiam simplex ecclesiasticum. Ista conclusio habetur in ca. sane. vbi Alexander.3. ita scribit Affrodiensi Episcopo. Prouideas attentius. ne deinceps clericus coniugatus ad ecclesiastica beneficia, vel ad sacros ordines admittatur, nisi voueret perpetuam castitatem. Item gl.in.c.cum decorem. super versi. dimissis ait; quia coniugati simplicia ecclesiastica beneficia possidere non possunt. ¶ Quarta conclusio.† Clericus cõiugatus clericaliter viuens, & ecclesiæ seruiens põt ab ecclesia suscipere stipendium sustentationis. Ista conclusio patet ex.c. pręsenti. & ex.c.quia tua.12.q.1. ¶ Quinta conclusio †Clericus coniugatus clericaliter viuens, spem habẽs redeundi ad clericatum, põt ex dispensatione obtinere simplex beneficium ecclesiasticum. Ista conclusio patet ex.cap. Ioannes extra de cle. coniu. vt dicit Hosti. in summa titulo eodẽ. ¶ Hic posset quæri.† Quis posset tali casu dispensare, & Io.An.in.c. Ioãnes, & in.c.diuersis fallacijs. de cle.coniu. tenet, ꝙ solus Papa, & eũ ibi sequitur.d.Car.Flor.& Pe.de An. dicũt hoc esse verũ, si est beneficiũ curatũ, sed si est simplex tenẽt, ꝙ sufficiat dispẽsatio Epi. Et hoc ibi tenuit Abbas antiquus, & etiã Spec.in ti.5.§.nũc de Episcoporũ.ver.25. Sed Io.de Imola.in.c. Ioãnes. dicit, ꝙ tutior est opinio Io. An. q̃ ibi sequitur Abbas de Sicilia. Sed bñficiũ sine titulo, qđ põt etiã Laicus obtinere, sine aliqua dispẽsatione ſm Innocẽtiũ ibi. de quo est gl.in.c.cũ.M.de cõsti. ¶ His habitis, dicẽdũ est ad rõnes in oppositũ. Ad primã, & secũdã rñdetur dupliciter. primo ꝙ in dictis.ca. vt dicit Hos. in sum.ti.de vi.& ho. cle.§.1. sit sermo nõ de stipẽdijs, q̃ debeãtur rõne canonici tituli, qa cõiugat⁹ clericus canonicũ titulũ habere nõ põt. vt p c.san.& alia iura alle. Sed de stipẽdijs, q̃ pstant̃ tãquã pauperi de gr̃a poti⁹, q̃ de iure, & sic põt intelligi.1.q.1. Sacerdos. Itẽ de consue-

Diuisio. (margin)
Exponit literam. (margin)
1 (margin)
2 (margin)
Ponit quatuor argu. (margin)
3 (margin)
Opponit & Respõ. Prima cõclusio. (margin)
4 (margin)
Secũda cõclusio. (margin)
5 (margin)
Tertia conclusio. (margin)
6 (margin)
Quarta conclusio. (margin)
7 (margin)
Quinta cõclusio. (margin)
8 (margin)
Quæstio. (margin)
Io.de imola. (margin)
Ad argum (margin)

de consuetudine aliquarum ecclesiarum beneficium percipiunt, vt pulsent campanas, & hostia aperiant, quæ seruanda etiam erit in hoc casu.c.quia tua.12.q.1. quod nunquam de iure obtinuit, ꝙ coniugati clerici haberent beneficia ecclesiastica, vnde hoc, quod dicitur specialiter fuit concessum Anglicis. Sed loquitur canon de clericis vxoratis pauperibus, quibus ecclesia tenetur prouidere specialius, quam alijs pauperibus, cum ecclesiæ deseruiant, dicit etiam, ergo huiusmodi coniugatis tanquam eleemosinam, non tanquam præbendam debitam, & assignatam ratione officij clericalis, hęc ille. ¶ Secundo respondetur iuxta gl.in.c.quia tua.12.q.1.dato, quod licet alias fuerit concessum hoc, hodie tamen non tenet, vt dicit Hug. hoc nunc euacuatum est per Alexandrū tertium.in.c.sane.extra de clericis coniugatis.[Exterius]12.q.1.necessaria.& de conse.di.5.in omnibus, vbi dicitur, ꝙ omnes clerici simul comedere, & dormire debent. Respon. iuxta gl.1.q.2.Sacerdos, ꝙ tex.iste loquitur de clericis vxoratis, quibus subuenitur de bonis ecclesiæ, tanquam pauperibus, dicit[exterius] quia isti non starent cum alijs honeste, textus vero alij loquuntur de clericis non vxoratis, quibus subuenitur de bonis in communi, & debent simul stare & vnum habere refectorium commune[scriptū] s.actuum 2.&.12.q.1.c.1.[De eorū].2.pars.[Sub ecclesiastica regula.] licet enim sint coniugati, & separati ab alijs, debent tamen viuere clericaliter, debent.n.habere habitum, & coronam clericorum, & à negotiatione abstinere, & armis, vt di.88.Fornicarij.&.20.q.3.Hu.c.eos vnde non debent conueniri, nisi coram Iudice ecclesiastico: & qui eos percutit, incidit in canonem. Cum conuersi Monachorum etiam gaudeant hoc priuilegio.extra de sent.ex. parochianos. Ex toto.n.debent abstinere ab illis, quæ non competunt, nisi laicis, si gaudere volunt priuilegio clericali.vt in gl.12.q.1. quia tua. Idē Innocen.in.c.fi. de vi.& ho.cle.idem Ioan. And.post Archi. de cle.coniu.ca.1.li.6.[illicitis.] dicit Gregorius. Ille solus ab illicitis, & quandoque etiam à necessarijs abstinere studet, & tales non sunt illi, de quibus dicit beatus Bernardus. Clerici sunt habitu, & actu milites, sermone histriones, gestu meretrices. Occupatione rerum secularium negotiatores, ad hoc. 23.q.5.si apud Arch.[Cor.& linguam, & corpus.] tria ista tāgit, quia maxime istis tribus peccatur, scilicet cogitatione, loquutione, & opere.

1 *Papa an possit dispensare in voto solenni continentiæ. Quod sic quantuncunque sit solennizatum.nu.3.*
2 *Monachi nomen, vnde sumatur.*
4 *Obligatio duplex est in voto.*
5 *Papa licet non possit facere, quod professus non fuerit professus potest tamen facere, quod non sit obligatus religioni, nec ad vota religionis.*
6 *Papa dispensauit cum Rege Aragonum prius Monacho.*



E illo clerico. Ad idem quo supra inducitur hoc.ca.qđ est Nicolai Papæ. in quo reprehēdit Archiepiscopum Viennensem eo, ꝙ quendam subdiaconum licentiauerat accipere vxorem. Breue est, & non diuiditur. Pro pleniori intelligentia huius.c.& eorum, quæ tanguntur in glo. venit quærendum. ¶ Vtrum in voto solemni continentiæ potest papa dispensare, vt puta, ꝙ in ordine sacro constitutus, aut qui religionem aliquam approbatam certam professus est, possit Matrimonium contrahere. Et videtur, quod non primo sic ex.c.cum ad monasterium, de statu mona. In cuius decretalis fine dicitur; ꝙ abrenuntiatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulæ Monachali; vt cōtra eam nec etiam summus Ponti. possit licentiam indulgere. ¶ Secundo sic. Ad idem arguitur ex illo Eccle.26. Non est condigna ponderatio animæ continentis, sed in illo voto, ꝙ nullam recipit recompensationem dispensari non potest ergo &c. ¶ Tertio sic, quia si papa posset dispensare in casu pdicto ille, cum quo dispensaret possit licite ad seculum reuerti, & contrahere Matrimonium, patet. Nam ponamus, quod quis intrasset religionem post Matrimonium initiatū & non consummatum, & eo professo, vxor eius contraxisset cum altero, tunc sequeretur, quod aliquis viuente legitima vxore eius, posset cum alia contrahere. Hoc autem non videtur. quia Mat.19. dicitur, ꝙ deus cōiunxit, homo nō separet; ergo, &c. ¶ Quarto sic. Nullum votum est dispensabile, quod in melius commutari non potest, sed votum religionis commutari nō potest in melius, cum omnia alia vota in ipsum cōmutari possint, ergo in voto solemni religionis dispensari nō potest. ¶ In oppositum ar.ex gl. præsenti. c.Secundo sic. Vna ratio dispensandi in voto est, si sit impedimentum melioris boni: sed votum cōtinentiæ etiam, si sit solemne, potest esse impedimentum melioris boni. Nam bonum commune est diuinius quam bonum vnius. potest autem per continentiam alicuius impediri, bonum totius multitudinis, puta si quando per cōtractum matrimonium aliquarum personarum, quæ continentiam vouerunt, posset pax patriæ procurari; ergo videtur ꝙ in solemni voto cōtinentiæ posset dispensari. Respond. circa hanc difficultatem reperitur vna opinio, tam inter Theologos, quā inter canonistas. Quidam enim dicunt, ꝙ Papa nō potest dispensare in voto solemni continentiæ. Et huius opinionis ratio diuersimode assignatur à diuersis, secundum ꝙ varia in voto continentiæ solemni possunt considerari. Cōsiderari enim possunt tria. Primo quidem materia voti.s.ipsa continentia. Secundū est ipsa perpetuitas voti, cum.s.aliquis voto se astringit ad perpetuam obseruantiam castitatis, siue continentiæ. Tertium est ipsa solemnitas voti. Dicunt ergo quidam, ꝙ votum solēne est indispensabile ratione dignitatis ipsius materiæ, videlicet ipsius cōtinentiæ, quam tantæ dignitatis esse dicunt, vt cōdignam nō possit recipere recōpensationem. Quod vero cōtinentia nō recipiat recōpensationem dicunt haberi ex illo Eccles.26. quod inductū est arguēdo in prin. nō cōdigna ponderatio cōtinentis animæ. Cuius rationem quidam assignant. Primo, quia per cōtinentiam homo triūphat de domestico inimico, & quia per cōtinentiam homo perfecte cōformat Christo secundum paritatem corporis & animæ. Sed iste modus dicendi nō videtur sufficiens, quinimo fundatur in falso, qm̄, vt tam sanctus Thom. quā Durandus & Richardus; & Henricus de Gandauo arguunt. Bona animæ, vt pote contemplatio, & oratio sunt multo meliora bonis corporis, & magis Deo nos conformant, vnde non videtur esse ratio, quare non possit in voto cōtinentiæ dispensari dignitas ipsius cōtinentiæ, præsertim cum Apostolus prima ad Corin.7. Ad continentiam inducat propter contemplationem dicēs, quod mulier innupta cogitat, quæ dei sunt, finis autem potior est eis quæ sunt ad finem. Et ita cōtemplatio, cum videatur finis virginitatis, vel continentiæ, est aliquid melius vtroque, cum ergo possit dispēsari in voto contemplationis, vel orationis, nō obstante eius dignitatis excellen. vt cum quis contemplatiua vita dimissa transfert se ad actiuam præcepto superioris: ergo fortiori ratione potest dispensare in voto continentiæ. Alij vero assignant rationem indispensabilitatis voti solēnis cōtinentiæ ex parte perpetuitatis, differunt.n. quia votum continentiæ, non potest prætermitti sine hoc, quod ad cōtrarium vōti dilatatur. quod nunquam licet in aliquo voto. Sed nec iste modus videtur sufficiens, imo fundatur in falso, quoniam vt arguit sanctus Thom. tam in scripto, quam in secunda secundæ. Sicut vti carnali copula est continentię cōtrarium, ita comedere carnes, vel bibere vinum est contrarium abstinentiæ, & tamen in huiusmodi votis de abstinentia, & peregrinatione potest dispensari. Tertij assignant rationem indispensabilitatis voti solemnizati per professionem religionis ex parte solemnitatis, & hunc modum dicendi sequitur sanctus Tho. in.2.2.q.88.ar.11.& alij sequaces eius. Vnde in loco pnominato, quod papa in prædicto voto dispensare nō possit, ita pbare nititur. De leuitici vlt. habetur ꝙ, quod semel sanctificatum est domino, non est in alios vsus commutandum. Nō potest facere aliquid ecclesiæ prælatus, vt id ꝙ est santificatū, sanctificationē amittat, etiam in rebus inanimatis, puta ꝙ calix consecratus desinat esse consecratus, si manet integer, vnde multo minus potest facere aliquis prælatus, vt homo deo cōsecratus, quādiu viuit cōsecratus esse desistat. Solēnitas aūt voti in quadā cōsecratione, seu benedictione vouētis cōsistit, quæ adhibetur in professione certæ regulæ. Et ideo nō pōt fieri per aliquem prælatū ecclesiæ, ꝙ ille, qui votū solēne emisit desistat ab.eo ad quod est cōsecratus, puta ꝙ ille qui est sacerdos, non sit. Sacerdos licet possit prælatus ob aliquā causam executionē ordinis inhibere. Et simili rōne papa no pōt facere, ꝙ ille qui est professus religionē nō sit religiosus. Et subiūgit cōsequēter S. Th. Est aūt cōsiderādū Vtrū cōtinētia sic essentialiter annexa pōt manere solēnitas cōsecrationis sine debito cōtinentiæ, ꝙ nō pōt contingere, si sit essentialiter

Primū ar.
Secundū ar
Tertiū ar.
Quartū ar.
Opponitur contrariū.
Thomas, Durandus, Henricus

sit essentialiter annexum ei ad quod uotum solemnicatur.
Non est autem essentialiter annexum debitum continentię
ordini sacro: sed ex statuto ecclesię; vnde dicitur ꝙ per eccle
siã possit dispẽsari in voto cõtinẽtię solẽnizato p susceptio
nem sacri ordinis. Est autem debitũ continentiæ essentiali,
statui religionis, per quem homo abrenunciat seculo totali
ter dei seruitio mancipatus, quod non potest simul stare cũ
Matrimonio, in quo incumbit necessitas procurandæ vxo
ris, & prolis, & familię, & rerum, quæ ad hæc requiruntur,
vnde Apostolus dicit prima Corin. 7. quod, qui est cũ vxo
2 re solicitus est, q̃ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & di
a uisus est † vnde nomen Monachi a ab vnitate sumitur per op
positum ad diuisionẽ prædictam. Et ideo in voto solemni-
zato per professionem religionis non potest per ecclesiam
dispensari, & rationem allegat decretalis, quia castitas est
annexa regulæ Monachali: hæc sanctus Thom. Sed iste mo
dus dicendi B. Tho. non placet Domino Durando, nec ma-
gistro Henrico de Gandauo, nec domino Petro de palude,
nec magistro Richardo de media villa, cum sint alterius cõ
clusionis, nituntur respondere ad rationem factam beati
Tho. vnde ad illud, quod inducitur de Leui. c. vlt. quod id
quod semel est Deo consecratum, non potest in alios vsus
commutari. Respondet dominus Durandus, ꝙ verum est
passim, & indifferenter: potest tamen in casu, & in magna
vtilitate, vel necessitate, vnde Dauid, & qui cũ eo erant co-
mederunt panes domino consecratos, nec tamen peccaue-
runt, quia necessitas excusauit eos, vt habetur primi Re. 21.
& hodie si quis Laicus periculose sitiret, nec haberet, cum
quo biberet, nisi cum calice consecrato, non peccaret, si in
eo biberet: & si in talibus excusat necessitas personalis, for
tiori ratione vtilitas communis. Et similiter videtur dicen
dum in proposito, ꝙ consecratus domino per votum conti
nentiæ solemnizatũ potest dispensatiue tradi ad Matrimo-
nium propter bonum commune. Quod autem dicitur in
minori, quod per solemne votum continentiæ quis conse-
cratur domino, &c. posset dici, quod ista consecratio, quæ fit
in sacri ordinis susceptione, & professione religionis, omni
no se habet ad votum continentiæ per accidens, & hoc ipsũ
concedit S. Thom. de consecratione, quæ est in susceptione
sacri ordinis. Et idem etiam vr̃ dicendum de benedictione
quæ est in professione religionis, quia ad professionem nul-
la benedictio ex necessitate requiritur, sed solum emissio
voti in manu prælati, quia si nulla adderetur, vera esset pro-
fessio, & obligaret æque apud Deum, & homines, sicut ha-
bita benedictione, quemadmodum dicitur de eo, qui ma-
net in religione transacto anno probationis, qui reputatur
vere professus absq; benedictione aliqua, quando etiã bene-
dictio additur, illa magis respicit votum obedientiæ: quam
continentiæ, quia est benedictio habitus, qui est signum, ꝙ
deferentes similem habitum viuunt in simili obedientia, ꝓ
pter quod videtur, quod sicut potest dispensari in voto con
tinentiæ solemnizato per susceptionem sacri ordinis, ita qñ
solemnizatur per professionem religionis, hæc Durãdus. Si
mili quasi modo respondet magister Henricus de gandauo
quolibeto. 5. q. 18. quod deo sanctificatum est manẽs sancti
ficatum, nõ potest mutari per dispensationem in alios vsus,
s. contrarios, potest tamen commutari in vsum magis pro-
ficuum, in quo virtute saluatur votum, nec soluitur quemad
modũ, si necessitate vrgente lapides altaris in aliquem aliũ
vsum magis proficuum dispensatiue conuerterentur, nec est
in aliqua differentia, siue essentialiter siue accidentaliter sub
voto cadat, qualitercunq; n. quis ad indifferentia se obligat
siue voto, siue iuramento, siue facto, in omnibus intelligi-
tur, excepta superioris autoritas, extra de iureiurando, veniẽ
3 tes. hæc ille. ¶ Vnde est alius modus dicendi. † Quod papa
potest dispensare in voto continentiæ, quantumcunq; solẽ-
nizato, vbi communis vtilitas totius ecclesiæ, aut vnius Re
gni, vel prouinciæ exposceret, hæc conclusio, quæ est etiam
sancti Thom. in quarta distinctio. 38. probatur multiplici-
ter. Primo sic ratione sancti Thom. Non potest homo per
votum se obligare, ab eo in quo tenetur alteri obedire: vn-
de per votum alicuius non potest fieri præiudiciũ suo præla
to, qñ debeat eius mandatis parere, cum fuerit opportunum,
vnde si prælatus viderit expedire ex aliqua rationabili causa,
vel propter ipsum, qui vouit, vel propter alios, quod votũ
non seruet põt eum ab obseruatione voti de obligare, q alias
de iure obligatus erat. Cum ergo talis possit imminere ne-
cessitas, ꝙ posset alicui iuste prohiberi, ne continentiam, aut

a ¶ Nomen monachi. Monach'. a monos, quod est solus vel singularis quia per se sol' agere debet. 16 q. 1. c. a in gl. & in l. decernimus. C. de Episcopis & cle. & in authen. de mona. §. scimus. in gl. Monasticã & Ab in causam de Iudi.

Henricus degãdauo

religionem vouerit; videtur, quod eadem necessitate occur
rente, põt etiam in voto dispensari, hæc S. Tho. Secundo pri
dicta conclusio sic probatur, ratione domini Durandi sic. S
in voto solemni continentiæ dispensari non posset, aut hoc
esset propter excellentiam materiæ, aut ratione solemnitatis
adhibitę. Non propter primum sicut patet ex superioribus.
Non propter secundum, vt probabitur; ergo. Quod autem
solemnitas voti non obstet, quin tale votum sit dispensabi-
le patet considerando, quod solemnitas voti addit ad votum
Addit. n. solum perfectionem quandam accidentalem, sicut
enim in sacramentis, & rebus cæteris differunt ea, quæ sunt
de necessitate ab his, quæ sunt de solemnitate, ita, quod solẽ
nitas non addit, nisi quendam decorem accidentalem, cũ er
go essentialiter sit quædam obligatio quicquid obligationis
4 est in voto, totum est ibi exclusa solemnitate. † Est autem in
voto duplex obligatio, vna solius promissionis, & hæc est
in voto simplici. Alia est promissionis, & traditionis rei pro
missæ; & hoc in voto perfecto, essentialiter enim perficitur
votum, cum sit quædam promissio in hoc, quod res promis
sa traditur. Et ex hoc habet votum, ꝙ dirimat Matrimoniũ
contractum, etiam si nulla solemnitas adderetur, quæ quan-
do additur nihil obligationis addit, sed solum decorem. Ex
quo potest sic argui. Illud, sine quo votum est essentialiter p
fectũ, nec addit voto aliquam obligationẽ, nõ impedit, quin
in voto posset fieri dispensatio. Sed solennitas voti est huius
modi, vt declaratũ est, ergo non impedit, quin in voto con-
tinentiæ, quantumcunque solemnizato posset fieri dispensa
tio. ¶ Tertia sic. secũdum Bernardum. pro charitate institu
tum, contra charitatem militare non debet. Sed, si non pos-
set dispensari in voto solemni continentiæ, tunc aliquando
militaret contra charitatem, sicut quando pro dispensatione
pax vnius regni posset acquiri, ergo in tali casu licet dispensa
re. Hanc ergo conclusionem tenens Petrus de palude. in. 4.
dist. 38. dicit sic. Conclusio est, quod papa potest dispensare
in voto solennizato per professionem, ita, quod teneat. Ma
trimonium post contractum, quia papa, cum instituit, ipse
cum vult destituit. Vnde sicut põt facere, quod matrimo-
niũ teneat in gradu ab ecclesia prohibito, ita põt facere, ꝙ te
neat post professionem, cuius solemnitas est per ecclesiam,
quæ facit omnes personas tales in habiles, non. n. substantia
voti facit personam illegitimam, quæ est à iure naturali, vel
diuino, sed solemnitas, quæ est per ecclesiam, potest autem
esse sufficiens causa dispensandi: vt si Rex. Saracenus cũ to-
to populo suo promittit conuersionem, si sanctimonialis ali
qua cuius amore captus esset daretur ei in Matrimonium,
5 vel ecõuerso. Et ꝙ posset licere patet. † Quia licet papa non
posset facere, ꝙ professus non fuerit professus, põt tñ face-
re, quod non sit obligatus religioni, nec ad vota religionis,
quia in omni obligatione intelligitur autoritas Papæ exce-
pta, sicut non potest facere, & calix non fuerit consecratus,
sed bene potest ipsum deordinare ab hoc, ad quod per con
secrationem est dedicatus, vt si prohibeat, ne cum calice san
cti Dionisij celebretur in memoriam, & reuerẽtiam ipsius:
Vnde nõ erit, Monachus obligatus ad castitatem, si papa ir-
ritat obligationem, tanquam ecclesiæ contrariam, & maio-
ris boni impeditiuam, & per consequens poterit contrahe-
re, & sic de aliis votis † sicut fecit Regi Aragonum prius Mo
nacho, quem propter regnum compulit exire ab ordine ad
contrahendum, hæc ille. ¶ Huic conclusioni magister Hen
ricus de gandauo, vbi supra adhærens eam sic fundat. Ait. n.
quod omnia humana facta, quę non sunt de genere suo, con-
tra legem naturæ, aut diuinę edita, vt in continentia virgina
li viuere, vel in Matrimonio: propria habere, vel non habe-
re, & huiusmodi sunt indifferẽtia, vt fieri possint. & nõ pos-
sint, & non sunt mala, nisi quia aut lege humana sint prohibi
ta, aut ex voto, vel iuramento suscepta, non debent prohibe
ri, nec ex iuramento, aut voto suscipi nisi quia pro loco, &
temppore, & huiusmodi sunt occasio mali, aut promotio bo
ni, vel simpliciter, vel huic. Idcirco dico, quod cum pro loco
& tempore & huiusmodi sunt occasio mali, & impedimen
tum boni vel simpliciter, uel huic reipublicę, tunc non so-
lum potest sed debet fieri in eis dispensatio. Cum ergo vo-
tum quamtumcunque solemne, & quęcunque huiusmodi
sint de genere talium, dico quod occurrentibus causis di-
spensationis in talibus, non solum, potest legislator in eis
dispensare; imo debet & reuocare; quicquid in contra-
rium actum est: & ad hoc cogere, si opus est; hęc il-
le. Eandem conclusionem tenet magister Richardus de

Bernardus.

Petrus de palude.

Henricus de gãdauo

media villa. Similitudo eam fundat, quod oē votum, quod est de his quę supererogationis sunt; dispensabile est, quia in quo libet tali voto potest inueniri causa rationalis dispensationis: s. profectum maioris, vel vitatio mali, siue per comparationem ad vouentem, reformatio enim pacis inter regna maius bonum est communitati, quam cōtinentia vnius personæ, & etiā in tali casu, si persona, quæ cōtinentiā voueret, nubat per obedientiam Papę sua obedientia magis meritoria est, sibi quam continentia, quantū ad præmium substātiale: hæc ille. Concordant cum istis doctoribus plures alii, non modo theologi, sed etiam Canonistæ, maxime Innoc. super. c. cum ad monasterium. & Hugon. car. & Hostien. in summa ti. de vo. re. Hanc etiam opinionem sequitur Arch. in. c. sunt quidam. 15. q. 1. ¶ Vnde his habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam in. c. cum ad monasterium. Respondetur iuxta magistrum. Henricum de Gandauo, quod secundum communem vsum loquendi de cense tur impossibile ad quod homo non debet inclinari, vt faciat nisi in summa necessitate, & cum summa difficultate quemadmodum de assuetis ad mala dicitur, quod bene agere non possunt, & sic sumitur hic. Et ideo dicit glo. non potest. i. non consueuit. Et ideo tales dispensationes debent rarissime fieri; & cum difficultate, nec in consuetudinem deduci. Cōcordat dominus Durandus dicens, quod intellectus decretalis illius est, quod in talibus Papa non potest dispensare, aut quia non potest passim, & prolibito voluntatis, sed solum pro magnis, & arduis causis recompēsantibus votū cōtinentiæ solemnis. aut quia non potest dispensare in istis. supposito, quod religiosus maneat in religione, quia hoc implicat contradictionem, sed ipse facere potest de religioso non religiosum, & per consequens in votis religionis dispensare, quando hoc exigit necessitas, vel euidens ecclesiæ vtilitas. hæc ille. ¶ Ad secundam respondetur iuxta præfatum Henricum, quod in autoritate illa accipitur continentia large pro omni virtute comparata ad temporalia bona, quibus non potest recompensari, vnde super illud ponderatio glos. interlinearis, opes. s. mundi, & sapientiæ secularis, & per illud continentis. gl. interli. quæ christo fuit in spirituali scientia inserta, qua sapientia dei animas electorum imbuit, & tribuit eis custodiam, & efficaciam operis, nec eos à se declinare permittit, vnde cum virgo post votum ex dispensatione, & obedientia nubit, non contrarium vitium incontinentiæ incurrit, sed vnam continentiam in aliam mutat, quæ licet sit minor genere, maior tamen sit obedientiæ connexione. Concordat Richardus de media villa dicens, quod autoritas intelligatur per respectum ad temporalia, nō quod in nullo actu sit maior ratio meriti, quoniam in obseruatione continentiæ, quia in sustinendo martyrium maius est meritum, vnde & aureola martyrum nobilior est, quam virginum. ¶ Ad tertiam respondetur, quod nullum sequitur inconueniens ex illo. Nam, vt ait dominus Durandus, sicut non est incōueniens post Matrimonium consummatum alterum mori, & sic matrimonium dissolui, & nihilominus, si mortuus suscitaretur, posset contrahere cum alia, prima viuente, sic non est inconueniens, quod post matrimonium initiatum per ingressum religionis, quasi per mortem spiritualem solutū si religiosus per dispensationem suscitaretur ad vitam ciuilem, quod contrahat cum aliā prima manente vel viuente, nec propter hoc habet plures vxores, sed vnam tantum, cū primum solutum fuit matrimonium. Concor. Pe. de palude & Richardus. ¶ Ad quartā respondetur negando minorem; dicitur enim iuxta magistrum Richardum quod si votum, religionis non posset commutari in melius bonum priuatū potest tamen commutari in melius bonum commune. Talis etiam conditionis potest esse ille, qui vouit, quod illud votum posset commutari in aliquod bonum magis expediēs sibi, quamuis non posset commutari in maius bonum simpliciter. Litera sequitur. ¶ [De illo vsq; ad] Subdiaconatum inclusione tenetur. Hug. [viam autoritate] fuit stultus, quia nullus Episcopus potest in tali casu dispensare. Hug. [vxorē duxerit] de facto, quia ibi Matrimonium non fuit. Hu. [permittit] vt clericis constitutis in minoribus ordinibus, vt. j. e. di. placuit. Hu. [damus]. i. dare debemus, nec possumus. Hu [propter votum solemne] extra de statu mo. cum ad monasterium, in fi. secundum Hug. & Lau. sed istorum expositio, non tenetur iuxta iam dicta, sed dicendum est iuxta gl. quod papa potest dispensare. Et secundum hæc exponitur litera [Non licentiam damus] id est non solemus dare, nisi raro, & pro maxima, & euidenti in causa, & hoc de plenitudine potestatis.

Innocent.

Primū ar.

Henricus. de Ganda.

Durandus.

Ad secūm.

Richard. de media villa

Ad tertiū. Durandus.

Ad quartū

Exponit literam.

1 *Officia clericorum Concubinariorum notoriorū, an sint à fidelibus audienda, quod non. nu. 4.*
2 *Clerici concubinarij notorij aliquo trium modorum sunt suspensi, quo ad se, & quo ad alios.*
3 *Et quare sint vitandi nu. 8.*
4 *Inuitans sacerdotes fornicarios ad diuina peccat mortaliter.*
5 *Fideles audientes missam sine diuina officia concubinorum notoriorum peccant mortaliter.*
Et non petita licentia possunt ab eis recedere. nu. 6.
7 *Notorium quid dicatur.*



VLlus. Hic incipit secunda pars distinctionis vt dicit Archid. In qua probat per duo. c. sequentia. clericorum notoriorum concubinariorum diuina officia non esse audienda. Et diuidi potest in duas partes. In prima ponit prohibitionem. In secunda confirmat illam autoritate. 2. ibi. Vnde pro pleniori intelligentia huius c. & sequentis quæritur. ¶ † Vtrum clericorum concubinariorū notoriorum officia sint à fidelibus audienda. Et videtur, quod sic. Primo missa concubinarii notorij non minus valet, quā missa castissimi sacerdotis, ergo videtur, quod æque est audienda missa vnius, sicut alterius, consequentia videtur bona. Antecedens patet ex illo, quod Augustinus ait in libr. de corpore christi, quod in ministerio corporis, & sanguinis domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote. ¶ Secundo sic, Dicit Augustinus nec in homine bono, nec in homine malo aliquis sacramenta fugiat, sed sacerdotes, dum fornicarij notorij verum cōficiunt sacramentū, ergo videtur, quod non sint vitandi in eorū officijs. ¶ Tertio sic. Multa peccata grauiora, quam fornicatio, sed non est prohibitum audire missas sacerdotum aliter peccantium: ergo etiam non debet esse prohibitum audire missas fornicariorum. ¶ In oppositum est text. præsentis. c. & se. ¶ Respon. Pro declaratio. istius materiæ sit ista conclusio. † Clerici concubinarij notorij aliquo trium modorum, vtpote quorum crimen est notorium per sententiam, vel per confessionem in iure factā, vel per rei euidētiā talē, q̄ nulla tergiuersatione celari pōt sunt suspensi ipso iure, & quo ad se & quo ad alios. Ista conclusio patet autoritate tam ex. c. præsenti. & se. quā ex. c. quæsitum. extra de coha. cle. & mu. vbi manifeste habetur ista conclusio. Ratione vero probatur eadem conclusio quo ad ambas partes, quo ad primam vero partem in qua dicitur, quod tales suspensi sint, quo ad se ipsos patet conclusio sic. Quilibet in peccato mortali constitutus est suspensus, quo ad se. Patet cū oīs talis peccet mortaliter exequendo ordinem suum in mortali peccato existens, faciens contra diuinæ legis præceptum, quæ ait deut. 16. Iuste, quod iustum est exequere. Item patet eadem conclusio per Dionysium in epistola ad Demophil. Item eadem conclusio colligitur, dis. 6. c. testamentum, &. 1. q. 1. sacerdotes, in fi. & ex. de tempo. or. c. vlt. Secunda vero pars conclusionis videlicet, quod tales fornicarii notorij sint suspensi ab officio, quo ad alios, patet ex. c. quęsitum, extra de coha. cle. & mu. ¶ Secunda conclusio † peccāt mortaliter, qui scientes iura tales fornicarios sacerdotes inuitant ad celebrandum diuina. Patet conclusio ex dictis. cum tales sint tam apud se, quam apud alios suspensi, & ita interdictum est eis exequi diuina officia. Ista conclusio est beati Tho. in quolibeto. 10. vbi ita dicit. Quicunque. n. sacerdos in peccato mortali celebrat, peccat mortaliter, vnde si constaret illum inde esse in peccato mortali, si inducerem eum ad celebrandum peccarem mortaliter, & hoc est pp ius naturale. quia hoc est prouocare eum ad peccatū mortale, hæc ille. Et ita patet clare cōclusio. ¶ Tertia cōclusio † rōnabiliter interdicitur fidelibus audire missam, aut officia concubinariorum notoriorū patet conclusio iuxta Dominum Bonauenturam in 4. dis. 13. Tum primo in pœnam peccati eorum quia non sunt digni audiri. Tum secundo, vt confusi de culpa ad gratiam redeant. Tum tertio, vt alij retrahātur ab eorū imitatione, vnde vt dicit idem dn̄s Bonauētura hoc est opus iustitiæ, misericordiæ, & puidētiæ. Quarta conclusio † fideles audientes missam, siue diuina officia cō cubinariorum notoriorum peccant mortaliter, nec excusantur nisi

Diuisio

1

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Oppositū & Respon. Prima cōclusio

2

Secunda cōclusio.

3

Tertia cōclusio.

4

Bonauent. Quarta cōclusio.

5

fantur, nisi ignorantes iura. Ista conclusio probatur ratione sic. Ecclesia præcipit sub anathematizatione, qđ nullus audiat à clerico concubinario notorio diuina, vt patet in.c.qui si presbyteri.di.81.vt dicit Gregorius, quod si huic saluberrimo præcepto obedire contemnunt, idolatriæ peccatum incurrunt, ergo quicunq; audiunt missam aut diuina officia à fornicariis notoriis, peccant mortaliter; postquam fuerint de iure informati, patet consequentia, quia facere contra huiusmodi mandatū ecclesiæ est peccare mortaliter, qui.n.traditione canonicā ex contēptu transgreditur, effici iubetur anathema.vt in.c.si quis omnem.1.q.7. qm̄ blasphemare spiritum sanctum non incōgrue videtur, qui contra canones nō necessitate compulsus, sed voluntarie, aut proterue agit, vt in.c.violatores.25.q.1. Sed nunquid fideles propter hoc non

Quæstio. possunt excusari, vt non peccent mortaliter audiendo diuina officia à talibus fornicariis; eo quod sustinentur à prælatis

Respon. sanctus Tho. in quolibeto.10. quod non, quia hoc,

Respōdet. quod sustinentur à prælatis, est vel propter negligētiam, vel propter miseriam, & defectum prælatorum ipsorū, qui non sunt apti, vt corrigant alios, cum multa in se corrigenda committant. Aliquando etiam propter timorem, vnde propter hoc non excusantur, hæc sanctus Thom. ¶ Quinta conclu-

6 sio licet fidelibus non expetita licentia vel sententia alicuius superioris recedere à notoriis fornicarijs, vno de tribus modis expressis.s.in.c. quæsitū, & eos vitare, tam in audien-

Quinta cō clusio. tia diuinorum officiorum, quam in susceptione sacramētorum. Patet ista conclusio, quoniam fideles ad hoc licentiantur ex canone, qui est superioris autoritatis, vt patet ex.c.allegatis: ergo non tenentur aliam alterius licentiam expectare, alias licentia canonis redderetur inutilis, & frustra, quia

Innocent. nihil operaretur: Item ista conclusio est domini Innocentij in.c.vestra extra de coha.cle.& mu.vbi ita dicit, hoc dicimus generale, quod omnium suspensorum à iure, etiam sine sententia hominis, si crimina pro quibus ius eos suspendit ab officijs, vel quocunque alio actu sunt notoria, per facti euidentiam, quod cuique licet eos vitare in his quæ interdicta sunt, licet adhuc ipsi suspensi tolerentur à suis prælatis, hæc Innocentius ad idem est Arc.2.q.7.sacerdotes. Itē Io. An. in

Ioan. And. novella.in.ca.vestra.de coha.cle.& mu. idem Ioan.de.lig.ibi

Io. de lig. idem. Henricus ibidem, vnde in eo, ꝙ gl. videtur sentire, ꝙ

Henricus. requiratur admonitio, si nollet abstinere, tunc est cessandū:

Cōtra gl. non vr̄ verū, quia q̄tū ad hoc, quod videtur in officio suo, nō est necessaria admonitio, ex quo est fornicator notorius, qa suspensus est. quo ad se: & quo ad alios, ita vult glo. in fi. Nec obuiat prædictæ conclusioni.c consulendum.di.28. vbi Nicolaus papa dicit, quod laici non debeant abijcere, vel contēnere Presbyterum habentem vxorem. Secundo dicit, quod de vita clericorum à laicis iudicandum non est, sed Episcoporum iudicio, quicquid est: est reseruandum, ne videatur Episcopalibus sententijs præiudicium inferre. Ad istam respondetur, quod non militant; non quidem primum, quia prouincia Hūgarorum, quam trasmarinam constat esse, cui scribit, & nondum indixerat sibi continentiam, vt eorum presbyteri essent deponendi, si inuenirentur vxoribus coniungi, quāuis ob hoc satis essent reprehensibiles. Ad secundum respondetur. quod in casu præsenti abstinendo à missa, & officiis talium notoriorum fornicatoriorum non fit præiudicium diffinitionibus Episcoporum, sed magis Apostolicorum sententiis, & præceptis obeditur. A summis nanque pontificibus, vt in præsenti capitu.& sequen.& Nicolao, & Alexandro, & Gregorio firmissima constat præceptione mandatum, vt nullus eorum missam audiret, qui notorie in fornicationis crimine iacet, nisi pœniteant. Verum contra hanc conclusionem sunt aliqui, & specialiter Dominus Camera-

Petrus de cen. in quodum sermone suo qui incipit, designauit domi-

haliaco. nus, & alios.72.&c. qui, vt ait, cohibita collatione cum magi

Io. Ierson. stro. Io. ierson. Cancellario Parisien. ponit istam conclusionem. Quod nullus parochialis, siue spiritualis subditus debet euitare curatum suum, aut prælatum à suis se ministeriis, vel officiis ecclesiasticis publice separando, nisi præuia sui superiorum senté. vel denominatione fuerit publicatus: quam conclusionem nititur probare ex triplici ratione. Nā dicere contrarium, inquit est dare subditis occasionem triplicis scandali. primo quidem rebellionis, & inobedientiæ. Secūdo discordiæ, & diuisionis. Tertio temerariē dijudicationis hæc quantum possumus debemus tollere, & eorum occasiones excludere. Cum sint turbatiua ecclesiasticæ politiæ. Quantum ad primum, cum experientia doceat, quod laici clericis oppido sunt infesti, si generaliter, & confuse detur eis præceptum, vel licentiā vitandi curatum suum, sine superioris sententia, vel autoritate, poterūt leuiter, & rebellando dicere ꝙ non ipse obediendum, & allegare, quod est fornicator publicus, quia forte colloquium vel consortium modicum viderunt eum habere cum mulieribus. Quantum ad secundum manifeste patet hanc licentiam esse fomitem scismatum, discordiarum, & cōtentionum inter subditos alijs dicentibus de curato, quia bonus est, aliis, quod non, sed vitandus, quoniam non est omnium æqualis discretio vel affectio, nec inter ea, quæ iuris, & facti sunt cognitio. Quantum ad tertium constat, quod si curatus fuerat heri publicus fornicator, potuit tamen pœnitere, & secundum iudicium sui confessoris, aut superioris obtulit se dimissurum, concubinam suam tempore, & loco, quia non subitò hoc tenet ur semper facere, sed in certo casu posset hoc rationabiliter differri, sicut nec pęnitens astringitur remouere à se subito, quicquid fuit, aut est sui peccati occasio, tunc ergo parochianus vitando illum vere absolutum peccabit, non.n. debet leuiter suspicari, aut temerarie iudicare nunc, vel alias quod ipse, qui se diuinis ingerit careat beneficio absolutionis, nisi dum autoritate Iudicis fuerit publicatus, & tunc tā diu vitabitur, quo vsq; fuerit publica absolutione nouiter absolutus, alias securus est, quod subditus possit & debeat iudicare curatum, vel prælatum suum pœnitentem, & bonum, quantum potuerit subito à spiritu sancto visitari, & pęnitere, & confessionem suam actu, vel voto perficere, & per consequens pia, & sana conscientia potest eum non vitare, hæc verba præfati domini. ¶ Sed hæc positio non placet no-

Cōtra opi nio Petri de haliac. bis. Tum, quia ab Apostolicæ sedis doctrina, & præcipuorū doctorum in iure diuino, & humano deuiat. Tum quia fouere videtur notorios concubinarios in fetibus eorum, attenta maxime prælatorū ecclesiæ negligentia, circa correctionem, & punitionem illorum. Tum quia rationes eorum parui aut nullius videntur esse momenti, non quidem prima vbi dicunt, quod data conclusione contraria, datur occasio inobedientiæ, & rebellionis. Dicimus quod hoc est falsum, imo cum vitare tales notorios concubinarios cadat sub præcepto, & ita per consequens fit de necessitate salutis, sitque ad correctionem prædictorum concubinariorū, prædicta conclusio non est occasio inobedientiæ, & rebellionis, sed adimplet obedientiam superiorum, qui ita mandāt, & promouet ad bonum, quia ad correctionē multorū. Et ad probationem respondetur, quod non est ad propositum, quoniam conclusio illa non valet, quod quicunq; suspectus de consortio mulierum veniat vitandus in diuinis officiis, sed qui notorius est concubinarius, illo.s. genere notorietatis, de quo loquuntur iura superius inducta, vnde nullum scandalum est, si parochiani zelo fidei succensi, & ob salutem sui presbyteri autoritate ecclesiæ, quam in hoc casu iura eis concedunt, non propria præsumptione ipsum notorie fornicantem vitent: quia in vitando miserentur, non vitando deserunt in suum, & illius detrimentum. Præterea dato quod sit scandalum, non est curandum, quia vtilius scandalum nasci permittitur, q̄ veritas relinquatur, vt in.c.qm̄ q scandalizauerit, de regulis iuris. Est.n. regula doctorum, ꝙ vbi de scandalo agitur, ꝙ veritas vitæ etiam si sit scandalum non sit relinquēda signanter in his, quæ sunt de necessitate salutis, vt est in hoc casu obedire præceptis. Secunda rō etiā non militat, vbi dicunt, ꝙ talis licentia vitandi illos esset fomes scismatū, & discordiarū inter subditos, quibusdam dicētibus, quia bonus est: &c. dicimus.n. ꝙ hoc est falsum, qm̄ vbi est manifestū, ꝙ sit manifestus, siue notorius cōcubinatus illo notorietatis genere supra dicto: nullus subditorū, q sanæ mentis sit, dicit talē notoriū concubinarium bonū esse. imo in hoc oēs cōcordabūt, ꝙ ille sit malus, & indignus accedere ad diuina, dicit.n. Inno. in.c.vestra ex.de coha. cle.&

Innocent. mu. Notoriū est, qđ ita se exhibet oculis hominum, ꝙ nō est inficiationi locus, in tali ergo nō habet locū rō prædicta. Pręterea tertia rō nō procedit, vbi dicūt, ꝙ notorius fornicator pōt pœnitere &c. Dicimus.n. ꝙ hoc verū est, ꝙ cōcubinarius notorius pœnitere pōt, sed ex hoc non sequitur, ꝙ nō peccet subditus audiēdo missam illius, anteq̄ sciat eū iā pęnituisse, nec in hoc subditus est dicendus leuiter suspicari, aut temere iudicare de eo maxime, cū adhuc videat eū concubinæ suæ conuiuentē in eadē domo, sicut ante, & per sepe viderint illum celebrantem diuina in concubinatu notorio persistentem. Si enim iuxta regulam iuris. Semel malus

 semper

semper præsumatur esse malus, quanto magis, qui pluribus vicibus cognoscitur fuisse malus, debet talis præsumi, manifeste veraciter pænituisse. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in princ. quæstionis. Ad primam respondetur dupliciter. Primo negando consequentiam, quia non prohibetur missa fornicarii notorii audiri à fidelibus, quia ipsa minus perfecta sit in sacramento, quam missa boni sacerdotis, sed rationibus assignatis supra in tertia conclusione scilicet quod non sunt digni audiri. Secundo respondetur ad antecedens iuxta sanctum Thom. Alber. & Bonauenturam, quod de missa possumus loqui dupliciter, aut quantum ad id, quod est essentiale in ea. s. corpus christi, & sic à quocunque dicatur æqualiter bona est, quia opus operatum æqualiter bonum est, & virtuosum, vel quantum ad id, quod est annexum sacramento, & quasi secundariũ. s. orationes, deprecationes, quæ fiũt pro viuis, & defunctis, & sic missa boni sacerdotis melior est, quia nõ solũ habet efficaciã ex opere operẽto, sed ex opere operãte. Et iõ cæteris paribus, melius est audire missam boni sacerdotis, quàm mali. ¶ Ad secundã respõdetur, negando consequentiã, non enim vitãtur sacramẽta in fornicariis notorijs, tanquam sint inania, aut indigna, aut minus perfecta, quinimo illa venerantur, vnde hostia à talibus sacerdotibus consecrata est adoranda. Et si reseruetur, licite potest sumi à sacerdote legitimo, sed vitantur ipsi administrantes, vtpote indigni, & temere se ingerentes celebrationi diuinorum, qui omni iure ab eis suspensi sunt. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est iuxta sanctum Tho. in tertia parte, quod licet fornicatio non sit grauior cæteris peccatis, tamen ad eam sunt homines proniores propter carnis concupiscentiam. Et ideo specialiter hoc pctm sacerdotibus prohibitũ est in ecclesia: ne aliquis audiat missam cõcubinarij sacerdotis, sed hoc sicut supradictum est; est intelligendum de notorio, vel per sententiam, quæ fertur in conuictum, vel per confessionem factam in iure, vel quando non potest peccatum aliqua tergiuersatione celari. Litera. ¶ [Nullus indubitanter]. i. siue dubitatione, ita. s. quod sine crimine sit notorium, quo casu sacerdos ipso iure est suspẽsus ab officio autoritate Nicolai. & Alexandri: & Gregorij, vt di. 81. si qui presbyteri. Nec obstat, c. consulendum, supra dist. 28. c. vlt. & 15. q. vlt. quoniam hic loquitur de notorijs fornicarijs in capitulis vero alle. de toleratis ab ecclesia [aut subintroductã rõne]. s. alicuius domestici, officii, vel ministerii, vel pro faciẽda veste, vel suẽda, vel pro facienda coquina, & huiusmodi, & etiam conuersa, quæ sub specie conuersionis cohabitat clericis potest dici subintroductæ. Hug. & Archi. [sub excommunicatione statuit]. i. sub
3 sententia suspensionis † hic assignat rationem, quare vitandi sunt notorii fornicatores. quia. 1. ecclesia eos suspendit, vt dicit Hu. hoc. c. fuit datæ sententiæ, quo ad suspensionẽ; & nõ quo ad excommunicationem, vbi notat, quod canonum datæ sententiæ alij suspendunt tantum, vt hic. &. c. se. & di. 81. si qui Presbyteri. &. 11. q. 3. cum excommunicato si quis. Alij anathematizant, vt 17. q. 4. si quis suadente. &. 24. q. 1. c. 1. 2. &. 3. patet ergo, quod cum tali presbytero contumaci licite possunt fideles loqui; & comedere, sed non audire officium eius aut recipere ab eo sacramenta, nisi forte in vlt. articulo, vt. j. e. verum. Tangit autem hic Arch. quod cum dicitur, quod à talibus, abstinendum sit, intelligendum est, si tamen admoniti prius cessare nolint; tunc. n. abstinendum est ab eorum officio, aliter non. 81. di. si qui presbyteri, secundum Lau. & sic etiam intelligit Hu. Et si quæratur, quia debet eum admonere, dicit Hu. quod quilibet Episcopus potest eum admonere & quilibet tenetur eum admonere, qui scit crimẽ illius. Sed alij dicunt, quod eo ipso, quod est notorium cessandum est ab eius missa nulla præmissa monitione, quis suspensus est, & quo ad se, & quo ad alios, extra de cohabi. cle. & muli. c. vlt. Sed licet hæc sententia sit dura, vt dicit Archidiaco. videtur tamen iusta, & verior illa, nec obuiat huic sententiæ. c. nonne. 8. q. 4. vbi dicitur, quod ante sententiam non debet sacerdos vitari, quoniam ibi loquitur tantum de suspectis, aut manifestis etiam, hic autem de notorijs. Manifesta quippe sunt quædam, quæ tamen non sunt notoria, vt extra de app. consuluit.

Ad primã. S. Thom. Albertus. Bonauent. Ad secũdũ. Ad tertiũ. Exponit literam.

2 *Clericus notorius, fornicator celebrans incurrit irregularitatem.*
Et à quo possit dispensari nu. 3. 4.
6 *Clericus notorie concubinarius viuens, & sic perseuerans vs que ad mortem sine pœnitentia, non est cum aliis fidelibus sepeliendus.*
8 *Fructus beneficij excommunicati vel suspensi, cui debeant applicari.*
9 *Beneficia concubinarij notorij, an possint ilico alteri conferri.*
11 *Suspensus perpetuo ab officio, est suspensus à beneficio, & numero. 12.*
13 *Suspensio clerici concubinarij notorij non solum refertur ad sacerdotes, sed etiam ad alios clericos in sacris existentes.*
14 *Presbyterium, quid dicatur.*
15 *Episcopus potest detrahere portiones illis, qui sunt extra ecclesiam.*


PRæter hoc. Sequitur secundum, capitulum huius partis, quod est Alexandri. Et diuiditur in quinque partes. In prima sacerdotibus notorijs fornicariis interdicit missarum celebrationem, & cæteris in sacramentis existentibus executionem officiorum. In secunda prohibet, nec in choro cum alijs caste viuentibus sedeant. In tertia suspendit à fructu beneficiorum. In quarta statuit vitam communem aliis clericis caste viuẽtibus. In quinta præcipit, vt laici soluant decimas clericis cõtinentibus. Secunda ibi; nec in Presbyterio. Tertia ibi. nec partem ab ecclesia. 4. ibi præcipientes. 5. ibi. Deinde, & decimæ. Pro pleniori intelligentia præsentis. ca. & maxime quo ad principales partes eius, quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primũ est, vtrum clericus notorius fornicator contra prohibitionem præfatam celebrans incurrat irregularitatem.
5 ¶ Secundum est, vtrum clerici notorii fornicatores sint admittendi in ecclesia ad simul diuina celebranda cum alijs clericis.
7 ¶ Tertiũ est, vtrum clerico notorio concubinario fructus beneficiorum sint subtrahendi.
10 ¶ Quartũ est vtrum suspensus ab officio, sit suspensus à beneficio.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod clericus notorius fornicator celebrans: non incurrat irregularitatem, quia (vt habet glo. in præce. c.) licet notorius fornicator ipso actu sit suspensus, tamen per contrarium actum ipso iure restituit ei officium, licet celebrat. hoc autem non videtur habere veritatem, si fornicator notorius incurrit irregularitatem. ¶ In oppositum est communis opinio doctorum. ¶ Pro responsione sit ista conclu-
2 sio, † quod notorius fornicator celebrãs, incurrit irregularitatem. Ista conclusio probatur sic. Quicunq; suspensus à canone à diuinis, siue ab officio celebrans incurrit irregularitatẽ: sed clericus notorius fornicator est à canone suspensus ab officio, ergo talis celebrans incurrit irregularitatem, ista consequentia est bona. Est. n. formalis. Maior patet tam ex cap. cum æterni, de sen. & re iudi. quam ex. c. cum medicinalis, de sen. ex. lib. 6. Minor etiam patet tam ex ca. præsenti quam ex præcedenti, & ex. c. vlt. de coha. de cle. & mu. patet etiam cõclusio autoritate: dicit. n. Inno. in. c. cum medicinalis, de sent. ex ita. super ver. à diuinis, hæc est cã, quare incurrit irregularitatem, iste si post hanc suspensionem celebret, siue suspendatur à diuinis, siue ab officio, siue ab executione officii, siue à celebratione missæ, siue quolibet alio huiusmodi est irregularis si contra interdictum faciat, & infra. Notorius autem fornicator, & simoniacus bene fiunt irregulares, si celebrant, quia ipsi sunt suspensi à canone, idem dicit Hosti. ibidem; & in. c. tanta. de simonia: quod si aliquis est suspensus ab officio propter crimen quantum ad se, & quantum ad alios, siue à canone, siue a iure semper fit irregularis celebrando, idem Arch. in. c. cum æterni. de sen. & re iu. lib 6. de quo latius per Henricum in c. si celebrat, de cle. ex. ¶ Secunda conclusio. † Quod
3 clerici concubinarij notorij effecti, vt præmittitur, irregulares per solum Romanum ponti. vel eius vices habentẽ, possunt super hac irregularitate dispensationem obtinere: hæc conclusio aperte colligitur in. c. cum æterni. de sen. & re iud. libr. 6. & ca. 1. de sentent. ex. eod. libro vbi Ioan. And. in glos. super verb. per Romanum, dicit nota casum specialiter reseruatum Romano pon. Item Bernard. super capitulo; clerici. de cler. ex quærit. † Nunquid Episcopus potest cum talibus,
4 dispensare, siue legatus de latere. Respon. quod nec Episcopus, neq; synodus dispensare põt. ar. 11. q. 3. si quis Episcopus dãnatur. &. c. se. item Ho. in summa. e. ti. §. fi. vbi dicit, dic ergo, quod cũ illo, qui admonitus desiltit põt Epus, si voluerit dispensare

Primũ ar. Opponit contrariũ. Prima cõclusio. Innocent. Hostiensis. Secunda cõclusio. Quæstio. Respõdet.

dispēsare quo ad hoc,quod non deponatur,non tamen,quo ad irregularitatem contractam,sicut tenet consuetudo,hæc hæc Hostiens. vnde Henricus post istos doctores in capitulo, si celebrat de cler.extra ministrati. dicit, quod notorij fornicatores,quãtũq; pœnitentiã egerint,nunquã celebrare debent ante obtentam à sede Apostolica dispensationẽ alioqui contrahunt irregularitatem. Nemo ergo sibi blandiatur: aut quauis alia opinione fallatur.His habitis , dicendum est ad rationes in oppositum. Dicimus enim,ꝙ gl. illa non facit contra, quoniam non dicimus , quod fornicarius ipso facto incurrat,irregularitatem , sed, quod in fornicatione notoria existens celebrans incurrat irregularitatem,vnde si pœnitet antequam se immisceat executioni actuum , à quibus suspẽsus est,non incurrit irregularitatem aliquam.

Ad argum.

5 **Ad secundum.** Sic proceditur,†Et videtur,quod clerici fornicarij notorii sint admittendi in ecclesia ad simul diuina celebranda cum alijs clericis.Ad hanc quæstionem breuiter respondet tex.cap. præsentis sub ista conclusio. quod non sint admittendi. Patet ista conclusio in tex.vbi istud consilium Alexandri papæ sic ait.Nec in presbyterio,qui dicitur locus, vbi clerici manent cum celebrant diuina, vt de conse.dis.2 sacerdotum. Cũ his ad diuina officia;qui præfatæ cõstitutioni obedientes fuerint

Respõdet. Prima conclusio.

6 maneant . ¶ Secunda conclusio est†Quod clericus notorie concubinarius viuens,& sic perseuerãs vsq; ad mortem sine pœnitentia,non est cum alijs fidelibus sepeliendus,quæ cõclusio satis primo colligitur,13.q.2.ca.non existimemus , & c.quæsitum,&.c.quibus.&.c.pro obeuntibus.&.23.q.5. placuit.& q.7. quicunq;. In quibus omnis notorius in peccato mortali decedens,prohibetur in cæmiterio sepeliri. Alij vero hanc conclusionem probare nituntur ex.c.omnis vtriusque sexus,extra de pœ.& re.quia,vt aiunt talis notorie in cõcubinatu perseuerans vsque ad mortem , non videtur adimpleuisse præceptum illud de solum saltem in, anno fecisse confessionem , & recepisse sacramenta communionis, prout debebat,

Secũda conclusio.

7 **Ad tertium.** Sic proceditur;†Et videtur , quod clerico notorio concubinario non sint subtrahendi fructus beneficiorum suorum , ita vt etiam ex eis non debet sustentari,dicit enim gl.in.c.studeas.di.50. videtur, ꝙ licet clericus sit suspensus vel ab homine , vel à canone,tantum sibi relinqui debeat,vnde se & suos posit sustentare.¶In oppositum videtur esse tex.præsentis.c.vbi dicitur,quod nec partem ab ecclesia suscipiat, vbi dicit Archi. in hæc verba patet hic,quod ab ecclesia beneficium non habebit etiam sic nec electionibus intererit.ar. hic secundũ Innocentiũ,quod dic,vt not.extra de coha.cle.& muli.sicut & talibus possunt laici subtrahere decimationes.s. voluntarias oblationes,ex quo ab eorũ officijs abstinere debent, alias decimas non,cum ad ecclesiam pertineat , in cuius damnum factum prælati non redundat.16.q.6.si Episcopum . & extra de excep.cum venerabilis,ſm Hu.& Arch. ¶ Respon.dicendum videtur ad hoc iuxta Io. de Fantucijs sub distinctione: quia aut à potestate excommunicati, vel suspensi dependet vt possit facere, quod ipse sit, & maneat excommunicatus, aut suspensus, vt puta,quia ipse stat contumaciter in crimine,propter quod incurrit excommunicationem , aut suspẽsionem . Et tunc est conclusio , ꝙ tali subtrahendi sunt fructus beneficij,nec est ei de illis subueniendum, etiam quantum ad necessitatem vitæ, nisi sit in periculo mortis, siue in extrema necessitate constitutus,quia tunc in tali casu subueniendum foret ei.96.dist.non satis,&.c.pasce fame Et hanc conclusionem ponit gl.super ver.subtrahantur,in fi.in.c.pastoralis,& extra de appel. vbi ita dicit, ꝙ suspensus ab officio,nihil debet de beneficio ecclesiastico attractare , alias est deponendus, & in hoc comparatur excõmunicato, extra de cle.ex.minis.c.2.&.3.hæc gl. Item hanc tenet Archidiacon. in hoc loco,sicut patet supra. Aut ab excommunicati , & suspensi potestate non dependet, vt possit facere, ꝙ excommunicatio,& suspensio tollatur,tũc est conclusio , quod est eis prouidendum de fructibus,quo ad sustentationem vitę. Et ad istum intellectum debet intelligi glo.in dicto.c. pastoralis.circa principium,& gl.inducta in ar.primo,de.c. studeat

Primũ ar. Opponit i contrariũ

Respõdet

Quæstio. 8 dist.50.& hæc,de quæstione. ¶ Sed quæritur.† Cui debent interim applicari fructus beneficij excommunicati vel suspensi. Ad quod respondet gloss.super versi.suspensus,in cle. 2.dist.6.& ho.cle.dicens;quod si sint distributiones cotidianæ,accrescunt alijs clericis interessentibus diuinis: insti. de le.§.eadem,&.ff.de vsufruc.acqui.l.2.in fi.Si sint fructus beneficij distincti accrescunt ecclesiæ,& in illius vtilitatem cõ

Respõdet

9 uertuntur, extra de cle. nonresi.c.,plu. Item quæritur † vtrũ beneficia ipsius cencubinarii notorij possint ilico alteri conferri. Respondetur,quod non,nisi per sententiam priuetur: vnde Innocen.super.c.sicut, de coha.cle.& mu.dicit sic,de notorio fornicatore,item nisi priuetur per sententiam , non poterunt eius beneficia alteri conferri. Et ideo necessarie est monitionem præcedere, vt hic dicit, & .c.se.

Quæstio. Respõdet.

10 **Ad quartum.** Sic proceditur. † Et videtur quod suspensus ab officio non sit suspẽsus à beneficio,& maxime suspensus à iure , quoniam pœna non debet extendi de cle.ex.c. statutum.li.6.Et quia si idem voluisset conditor canonis de suspensione ab officio, hoc dixisset de decimis,ad audientiam.¶ Secundo arguitur, quod hoc etiam tenere videtur Host.de re iu.c. cum æterni.lib.6. & hoc per eum in summa sua ti.de verb.sig.§.si.in fine . Idẽ tenent aliqui alii.¶ Tertio,arguitur sic.Si suspensus ab officio ipso facto esset suspẽsus à bñficio; sequeret,ꝙ supflue ad deretur,cum in iuribus dr̃,ꝙ quis suspẽsus ab officio, sit etiã suspẽsus à beneficio,qm̃ secunda suspensio includeretur sub prima.¶ In oppositum arguitur , quoniam beneficium datur prc pter officium . Et per consequens, cui interdicitur vnum.s.officium,interdicitur,& reliquum.s. beneficium vt patet.81.di.si quis sacerdotum,&.c.eos qui.¶ Respondeo licet de hac materia Doctores plura dicant,& plurium eorum sententiæ, & opiniones narrentur in cle.cupientes,de pœ.& Henricus super.c.cum dilectus,extra de consue.plura ponat Ad presens placet nobis responsio Ioã. de Fant. quam facit in hoc.c.iuxta sententiam Pauli in cle.1.de priuile. vbi respõdendo ad quæstionem distinguit,quia aut quis est suspensus ab officio perpetuo,aut ad tẽpus, aut simpliciter. Si primo, scilicet,quod sit suspensus perpetuo, tunc est conclusio pri-

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Opponit i contrariũ. Respõdet Io. de Fa.

11 ma.†Quod suspensus perpetuo ab officio,est suspensus etiã à beneficio , patet conclusio , quia talis suspensio habet vim priuationis.Et idem est,quod depositio,vel deportatio,vt notat Arc.83.di.c.3. Cum ergo beneficium detur pp officium quod facit in ecclesia,extra de rescrip.c. si.li.6. & talis perpetuo sit ab officio remotus,sequitur,quod etiam remotus sit à beneficio . Si secundo modo fiat suspensio,s. ad tempus, tunc aut loquitur de beneficio, quod datur interessentibus

Prima cõclusio.

12 horis diuinis,sicut sunt cotidianæ distributiones.¶ † Tunc est secunda conclusio , quod suspensus ab officio est etiam suspensus à tali beneficio.Patet conclusio, quia seruitus talis beneficij non datur,nisi interessentibus horis diuinis , vt de cle.non resi.c. 1.lib.6. Aut loquitur de alio beneficio , vt de præbenda,& similibus,&tunc sit ista tertia conclusio,quod suspensus ab officio non est ipso facto suspensus à beneficio nisi in senten.iuris , vel hominis exprimatur, pro quo facit de temp.ordi.c.vel non est compos,vbi habetur, ꝙ suspenso ab officio ad tempus mandatur prouideri de bñficio competenti.Ad idem de censi.exigit,in fi.li.6.vbi habetur,quod vsque ad satisfactionem suspenditur ab vtroque.s.officio,& beneficio,quasi non sufficiat alterius expressio,nec potest tali suspenso negligentia imputari, vel contemptus , cum ante tempus non posset absolui à suspensione facta vsque ad certum tempus,vt no.gl.in cle. 1.de hæreticis.Si vero tertio suspensio sit facta simpliciter, tunc dicit Paulus , quod ex vi vocabuli suspensus officio non est suspensus à beneficio.Sed an per sententiam possit sibi seruitus distrahi . Est distinguendum, quia aut suspensio est facta ex leui causa , aut pro graui delicto,si leui,tunc est quarta conclusio, quod non debet ei beneficium subtrahi . Ista conclusio patet, quia non, nisi propter magnam causam , quis debet priuari beneficio suo.16.quæstione septima, inuentum . Et ita procedit opi. Abba.in c.à crapula.de vi.& ho.cle.quod est verum,nisi esset in mora petendi absolutionem , vel nisi confessionem contemneret , & hoc casu procedit opinio Tancred. ex trade ætat. & qualit.cum bonæ . Si vero suspensio sit facta ex graui delicto tunc bene possunt sibi fructus subtrahi . vt probatur in.c.inter.Et ita procedit opi. Goff. quam etiã hic reciat Archi.hæc omnia procedũt:nisi in sententia iuris , vel hominis aliud exprimatur , quia tunc sententia esset seruanda,& ita procedũt iura de hac materia loquentia, secundum Paulũ ibi.¶Ad rationes in oppositum dicendum . Ad primam respondetur,quod ratio non procedit , quoniam licet vniuersaliter suspensus ab officio,non sit suspensus à beneficio,nihilominus in multis casibus ita fit,vt in casibus supra

Secunda cõclusio. Tertia cõclusio. Quarta cõclusio. Ad primã opp ositi.

nominatis in distinctionibus factis. Præterea ratio non esset ad propositum, quia de cõcubinario notorio expressum est in iure, vt patet in c. præsenti, quod sit etiam à beneficio suspensus. Nota etiam, q; distinctio Hostiensis de suspenso ab homine, & suspenso à iure non placet, vnde ei contra dicit Io. in præsenti. c. quod etiam tangit Io. An. in gl. c. cum æterni. de sen. & re. iudi. li. 6. & in cle. cupientes, de pœnis. ¶ Ad secundum respondetur, quòd ratio procederet, si vniuersaliter suspensus, quomodocunque ab officio foret suspensus à beneficio, quod non est verum, vt dictum est, Sequitur Litera. ¶ [Preter hæc, audiat.] etiam si Episcopus eum abstineat, cum & ipse Episcopus ob hoc deponatur, 83. dist. ca. 2. Lau. quod dic, vt no. 3. dist. eos. Archid. [introductam]. s. ca. proxi. [quicunque.] verba sunt synodi vsque illuc præcipientes [Nicolai papæ.] additum est ab Alexandro, hæc enim synodus præcessit Nicolaum, quod patet ex eo, quod in præcedenti. c. Nicolaus inducit hoc. c. huiusmodi synodi, vel forte præcedens. c. est secundi Nicolai, hic autem in synodo fit mentio de primo Nicolao, qui hanc synodum præcessit. Hug. [palam duxerit] fac vim in verbo. ad. 3. eo. ver. attamen Archi. [non reliquerit] quasi diceret, statim. Cum eam reliquerit eius missam poterimus audire secundum Ioa. de Fan. & Archid. vt tamen dicit Innocen. in. c. sicut, extra de coha. cle. & mu. Ipse tamen non debet celebrare sine dispensatione, & absolutione ex quo notum sit crimen eius. 81. di. ministri. & nota. 50. disti. Sacerdotes. Contra dicimus per hoc patet, quod iste canon est datæ sententiæ, quo ad suspensionẽ ipso. n. iure suspendit, & sententiam suspensionis profert. Hu. & Archid. [non cantet] presbyter [euangelium] Diaco-
13 nus. Hug. [Epistolam] Subdiaconus. Hug. Nota ar. † quod suspensio clerici concubinarij notorij non solum refertur ad Sacerdotes, sed etiam ad alios clericos in sacris existentes; vnde sicut. Sacerdos non debet administrare celebrando missam. sic nec alij debent ministrare in ordine suo, hoc probat text. hic referendo verbum missam ad Sacerdotes, & verbũ euangelium, ad Diaconum, & verbum epistolam, ad Subdiaconum. Verum, si hæc tria referantur solum ad Sacerdotem vt. s. Presbytero notorio concubinario prædicta tria interdicantur, non probaret hoc text. Sed vr̃ referri ad singulos, & hoc per text. quia de his talibus supra expressit text. Et ita etiam replicat in versi. percipientes. [in presbyterio] secunda pars. i. in choro † Presbyterium enim dicitur locus, vbi
14 clerici manent, cum celebrant officia. vt de consecra. distin. 2. Sacerdotum. Hug. Sed quærit Hug. Ecce, quod Episcopus propter pecuniam, vel propter aliud tolerat istum talem. Est ne suspensus talis toleratus. Respondet, quod sic, quia à canone, sicut & ille est excommunicatus, qui verberat clericum, licet Episcopus non vitet eius communionem [nec potestate] tertia, pars [nec partem] de coha. cle. & muli. Si autem Archid. [Suscipiat] patet hic, quod beneficiũ ab ecclesia non habebit, nec cum alijs sedebit, etiam nec alijs electionibus, intererit. ar. hic secundum Innocen. quod dic: vt no. extra de cohabit. cle. & mu. sicut latius dictum est in tertio articulo quæstionis, vnde quidam ex hoc arguunt. quod cum isti notorii concubinarij non faciunt fructus suos, quos percipiunt ab ecclesia, reprobo eorum statu durante, tenentur ad restitutionem omnium perceptorum tempore tal s suspensionis ecclesiæ faciendam [præcipientes] quarta pars. [dormiant] vt extra de vi. & hon. cle. quoniam. Et isti simul viuentes gaudent priuilegio illius decretalis. § indulgemus, & etiã vt no. 16. q. 1. decimas à populo. &. 17. q. 4. nullus clericorum Et idem tenet Goff. vt ipse etiam notat ex ra, qui cle. vel vo. c. 1. & de senten. excommu. Monachi & ca. licet. Quoniam licet decretalis videatur tantum intelligere de religiosis. Tu tamen dicas, quod intelligitur de non religiosis, siue nõ Monachis. Et hoc patet ibi ex text. vbi dicit, beneficium: quod constat Monachos non habere a. 12. q. 1. nolo. & c. non dicatis, & sic intelligit etiam ibi Host. Arch. Ad idem est Hugo. hic ita, dicit argu. pro communi vita clericorum. vt. 22. q. 1. necessaria, & de conse. distinct. 5. in omnibus. Et dicunt quidam, quod est consilium. Alij dicunt, quod intelligitur hoc statum de regularibus. Ego autem, inquit, credo, quod intelligatur de omnibus. Nunquid ergo omnes sunt trãsgressores, qui aliter faciunt. Respondet, quod non, quia papa scit contrariam cõsuetudinem, & non inhibet. [Deinde] quinta pars [oblationes] quæ fiunt deo; vel ecclesiæ, inter viuos, & mortuos, vel causa mortis secundum Raymundum, vt de cõsecr. dist. 1. omnis christianus. &. 16. q. 7. quicunq; Archidi. [ced.

Cõtra Hostiensem. Ad secũdũ.

Exponit literam.

Quæstio

a ¶ Nõ habere. Si quis religionẽ, profitetur ita qd possit retinere propriũ & vti matrimonio. An istorũ retẽtio vitiet professionẽ, vel teneat, pfessio his relectis. vi ð̃ pulchre Pe. de An. in. c si con ditiones. nu. 10. de cõd appo.

dantur.] nota, verbum sic. 12. q. 1. duo in fin. Archid. fideliter vt integre, & non minus, nec peius, quam debeat. Hug. [inde positione,] vt. 10. q. 1. decretum, &. 16. q. 7. c. 1. qui debent
15 inde facere quatuor partes. 12. q. 2. nobis, & cap. Vulteranæ, & c. concesso, & c. quatuor arg. etiam † quod Episcopus potest detrahere portiones illis, qui sunt extra ecclesiẽ, 1. q. 7. placuit. in fin Hu. [Separentur] ar. quod laici excommunicandi sunt, qui decimas, vel oblationes soluere nolunt. ar. 13. q. 2. qui oblationes. & 16. q. 1. statuimus. [reuertimini.] extra. de deci. parochianos.

2 *Sacramenta non sunt suscipienda à fidelibus ab hæreticis schismaticis, & excommunicatis.*
Et talia scienter suscipiens, peccat mortaliter nu. 3.
4 *Tolerari qui dicantur ab ecclesia.*
7 *Attribui aliquid dicitur alteri dupliciter.*
8 *Audientes diuina, aut sacramenta suscipientes à criminosis sacerdotibus, non sunt proprie, & secundum se loquendo idolatræ.*
9 *Simoniacus an sit suspensus quo ad se, & quo ad alios.*
10 *Laici ex mandato papæ, vel alterius Episcopi possunt causam spiritualem pertractare, excommunicare, & suspendere clericos, & nu. 11.*

Rerum principia. Secundum Archi. hic incipit tertia, pars huius distin. In qua ponitur, quæ differentia sit inter sacramenta celebrata à malis catholicis, vt in necessitate possent sumi, & sacramẽta ab hæreticis, quæ nullo modo possunt sumi, præter baptisma. Sed iudicio nostro. §. iste pertinet ad partem præcedentem, nec introducit hic differentiam intra sacramenta, quasi principali intentione, nisi ex consequẽti, quia. s. dictum erat quod sacerdotes cõcubinarij notorij deberent vitari, & hoc videbatur contrarium beato Augustino, & Hieronymo dicentibus sacramenta nec in bono nec in malo esse fugienda, ideo magister Gratianus pro solutione prędictæ contrarietatis quæ videbatur esse interdicta sanctorum, introducit hunc. §. siue capitul. Et potest diuidi in quinta partes. In prima dicit, quòd principia autoritatum prędictarum, in quibus prohibebantur fideles audire missam notoriorum concubinariorum, sunt contraria Hieronymo, & Augustino, qui Christi sacramenta nec in bono, nec in malo dicunt fugienda. In secunda vero pro responsione ponit determinationem quandam, quam Vrbanus papa fecit ad quæstionem, quæ vertebatur in dubium, seu quærebatur. An sacramenta, essent suscipienda à criminosis ministris dispensata, siue exhibita. In tertia respondet ad quoddam argumentũ, quod hæretici faciebant. In quarta posita responsione opiniones Cypriani, & sequacium circa sacramenta hæreticorum, quæ nulla esse dicebant, vnde baptismum exhibitum per hæreticos, lauacrum diaboli autumabant, ostendit sacramentum baptismi in forma ecclesiæ datum ab hęreticis ratũ esse, ac ab eis in articulo necessitatis licite posse recipi. In quinta concludendo elicit ex dictis cãm prohibitionis suscipiendi de manibus criminosorum hominum sacramenta, videlicet, non quia vera non sint. s. in confusionem, & correctionem prædictorum criminosorum sacerdotum. 2. ibi: sed Vrbanus. 3. ibi porro. 4. ibi sciendũ vero est. quinta vbi Prohibentur. Pro pleniori intelligentia huius. capi. veniunt quęrenda tria.
1 ¶ Primum est, vtrum sacramenta a Sacerdotibus criminosis exhibita, siue dispensata sint à fidelibus suscipienda.
5 ¶ Secundum est, quare specialiter prohibetur à canonibus, quod missa vel sacramenta non recipiantur ab hæreticis schismaticis, simoniacis, & notorijs concubinarijs quam de aliis,
6 ¶ Tertium est, vtrum fideles suscipientes sacramenta a supradictis criminosis, videlicet notoriis concubinarijs &c. sint idolatræ dicendi.

1 Ad primum. sic proceditur. † Et videtur, quod sacramenta à sacerdotibus criminosis exhibita sint à fidelibus suscipienda. Primo autoritate Hieronymi & Augustini cæterorumque sanctorum patrum, vt dicitur in præsenti. c. Christi sacramenta nec in bono nec in homine malo, fugienda demonstrant. ¶ Secundo sic. Corpus Christi verum figuratiuum est corporis Christi mystici sed à sacerdotibus, quantumcunque criminosis verum corpus christi consecratur; ergo videtur, quod illi qui sunt de corpore mystico, possint ab eis sacramentum suscipere. ¶ Tertio sic: virtus diuina præualet malitiæ humanæ, sed sacramentum

Diuisio.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

sacramentum diuina virtute continet gratiã.& causat:ergo, quantumcunque sit criminosus,aut etiam hæreticus, qui dispensat, consequetur gratiam,qui ab eo suscipit sacramentũ.

Opponit in contrarium. Respõdet.

¶ In oppositum est tam in.c.pręsenti: quam in præcedenti, vbi prohibetur audire missam notorii concubinarij, ergo multo magis suscipere ab eo sacramenta. ¶ Respondeo hic duplici distinctione opus est,vna ex parte criminosorũ ministrorum,alia ex parte sacramentorum . Ex parte quidem ministrorum criminosorũ est distinguendum, quia isti sunt in duplici genere, quidam enim sunt ab ecclesia præcisi, vt sunt hæretici,scismatici, & excommunicati. Alij vero, licet sint criminosi,non tamen sunt ab ecclesia præcisi,& isti sunt in dupl ci differentia. Quidam enim sunt criminibus irretiti siue occulte,siue manifeste, propter quæ tñ nec ab homine nec à canone suspẽdũtur ab administratione diuinorũ. Alij vero sunt criminibus irretiti,pp quæ ab ecclesia à dispẽsatione sacramentorũ sunt suspẽsi,& sunt cõcubinarij, notorij & simoniaci. Ex parte vero sacramẽtorũ est distinctio faciẽda, qa quoddã inter alia ex maximę necessitatis,sicut est baptismus,qui est regñatio hoĩs in vitã spiritualẽ, qa pueris aliter subueniri non põt.vnde Io.3. nisi qs renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto,non potest introire in regnum dei. Adulti etiam non possunt aliter, quam per baptismum plenam remissionem consequi,& quantum ad culpã, & quantũ ad pęnam. Quibus distinctionibus habitis fit ista prima conclusio.

Prima conclusio.

2 †Ab hæreticis,scismatis, & excommunicatis non sunt a fidelibus sacramenta suscipienda, nisi baptismus tantum in articulo necessitatis. Ista cõclusio,quo ad ambas partes habetur in.c.præsenti. Ratione vero, quo ad primam partem probatur sic, Ab illis sacramenta recipienda non sunt, qui ius non habent dispensandi ecclesiæ sacramenta, cum tam hæretici & scismatici,quam excõmunicati sint ab ecclesia præcisi: ergo à nullo illorum sunt sacramenta suscipienda: Secũdo sic: Ab illis non sunt sacramenta suscipienda,cum quibus maxime diuinis non est communicandum,sed hæreticis, & scismaticis,& excommunicatis non est communicandum, vt patet;ergo ab eis sacramenta non sunt suscipienda. Patet etiã prædicta conclusio . quo ad secundã partem ex.c.præsenti ratione,sumpta ex necessitate huius sacramenti, quoniam vt inquit sanctus Tho. Ad misericordiam eius,qui vult omnes homines saluos fieri pertinet,vt in his, quæ sunt de necessitate salutis,homo de facili remedium inueniat. Inter omnia autem alia sacramenta maximæ necessitatis est baptismus, sicut dictum est. Et ideo homo vt circa hoc remedium tam necessarium defectum pati non possit,institutum est,vt materia baptismi sit communis.s.aqua, quæ à quolibet haberi potest,& minister etiam baptismi sit,quicunq; siue Laicus, siue Christianus,siue paganus,aut Iudeus ,dum tamẽ formã ecclesiæ obseruet,ne propter defectum baptismi homo salutis suæ dispendium patiatur.

S. Thom.

Secũda conclusio.

3 ¶ Secunda conclusio† grauiter peccat,qui ab hæreticis,scismaticis, aut excommunicatis sacramenta præter baptismum in articulo necessitatis scienter suscipit,siue sint occulti,siue manifesti. Ista cõclusio probatur . Tum ex.c.præsenti. Tum ratione sic iuxta sanctũ Tho. in.3.parte sic. Tales.s.hæretici.scismatici,& excommunicati,quamuis habeãt potestatem sacramenta dispensandi : tñ non ea recte vtũtur, sed peccant vtentes, sed quicunq; communicat alicui in peccato, particeps peccati efficitur , vnde. Secũda canonica Io.legitur.c.1.ꝙ qui dixerit ei.s. hæretico, aue,communicat operibus illius malignis;ergo sequitur, qđ peccat,qui à talibus sacramenta suscipit . Secundo sic:iuxta Alexandrum de Halis in.4. Quicunq; communicat excõmunicatis iubetur excommunicari,quod maxime intelligendũ est in diuinis , vt enim habetur. 12.q.3. sanctis canonibus cõstat esse cautum , vt quicunque excommunicatos communicauerit, excommunicetur. Idem in c.sicut Apostoli. Sed tam hęretici,quam scismatici sunt excommunicati;vt extra de hære.ad abolendam . Ergo, quicunq; ab illis in casu non cõcesso sacramenta suscipit,grauiter peccat , cum in diuinis illis communicet.cõsequentia patet, quia nullus excommunicandus venit,nisi propter peccatum mortale , vt est text. in.c.nemo Episcoporum.3.q.5.ver. tñ. Sciendum est,ꝙ notanter diximus in conclusione, scienter suscipit sacramenta: quia vt inquit Alex.de Halis . Si quis credens aliquem esse catholicum,qui esset hæreticus, & ab eo susciperet rite sacramenta,non peccaret sed etiam reciperet gratiam . De criminosis vero alijs occultis,siue manifestis toleratis ab ecclesia. i.qui non sunt per ecclesiæ sẽtẽtiam ab executione ordinis priuati,vt exponit sanctus Thom.in 3.parte,vel qui iudicio Episcoporum nõ sunt suspẽsi,vt dicit magister Alexander de Halis in.4. sit ista conclusio à talibus criminosis licet sacramenta suscipere,quemadmodum Archid.in præsenti.c.

S.Thom.

Ale.de Hal.

S. Thom.

Alexander de halis.

4 dicit.† Nota,quod ab ecclesia tolerari videntur, donec cõdẽnentur.3.q.7.§.vlt.8.q.4.nõne.extra de purga.c. cõstitutus. De talibus ponitur ista conclusio. Probatur primo autoritate Nicolai Papæ.15.q.vlti.ca.sciscitãtibus.vbi ita ait. Sciscitãtibus vobis si à sacerdote,qui fuerit comprehensus in adulterio,si sola fama respersus debeat communionem recipere aut nõ. Respõdemus nõ potest aliquis: quamtumcũq; pollutus sit,sacramẽta diuina polluere.&.ĩ. Idcirco ab eo,vsq; quo Episcoporum iudicio reprobetur , communio percipienda est. Item extra de coha.cleri. & muli.c. vestra. dicit Lucius. 3.in fi. Sine dubitatione itaque teneas,quod a clericis & presbyteris,quãtũcunq; fornicarijs,quãdiu tolerãtur.nec habẽt operis euidẽtiam,licite diuina ministeria audiãtur,& alia recipiantur ecclesiastica sacramẽta:hæc ibi. Et ratio ordinationis istorum pontificum est, quia isti tales , vt dicit sanctus Thom.in.3.parte.quamuis sint suspensi, quãtum est ex sententia diuina, nõ tamen quantum ad alios ex sui ratione. Et ideo vsque ad sententiam ecclesiæ licet ab eis communionẽ recipere,& eorum missam audire, vnde super illud. 1. ad Corin.5.cum huiusmodi nec cibum sumere. Dicit glo. Augustini . Hoc dicendo voluit hominem ab homine iudicari.ex ar.suspicionis,vel etiã extraordinario vsurpato iudicio , sed potius ex lege ei secũdũ ordinem ecclesiæ,siue vltimum cõfessum,vel accusatum, & cõuictum,vnde, quod nullus taliũ extraordinario iudicio vitetur,sed potius hoc fieri debeat secundum iudicium ecclesiæ rationabiliter dicitur , quoniam alias,vt dicit sanctus Thom. in expositione prædicti textus. posset error contingere. Si vero arguatur contra , quia videtur,quod suscipiẽs à talibus peccatoribus sacramenta, quod peccat cum videatur eum inducere ad peccandum.petendo ab eo sacramentum,quod ille non potest cõferre nisi peccãdo. Ad hoc respondetur iuxta dominum Durãdum in.4.di. 5.quod cõsequentia non procedit,quia cum malus minister posset in momento pœnitere de peccato commisso,probabiliter ignoratur ab eo,qui ab eo petijt sacramentum, an ille pœnituerit, an non. Et in talibus semper est melior pars supponenda. Non ergo peccat suscipiens sacramenta à tali, supponendo eum pœnitentem,nec etiam supponendo contrarium,quia si pœniteat,siue non,petens sacramentum,omnino non inducit ad peccãdum, cum ipse solum petat ius suũ. Et ille si vult potest sine peccato exhibere ; Loquendo vero de sacerdotibus criminosis suspensis, quẽadmodum sunt notorij concubinarij,& simoniaci, ponitur ista conclusio. A talibus nõ sunt sacramenta suscipienda; nisi baptismus tempore necessitatis. Ista cõclusio patet primo ex.c.præsenti. Secũdo quia tales sunt suspensi & quo ad se,& quo ad alios, vt.s. patet in.c.nullus.& in.c.præter hæc.& in.c.quęsitum . extra de coha.cler.& muli. & ex de simo.tanta. Tertio iuxta sanctum Thom. Nullus debet recipere sacramenta contra ordinationem ecclesiæ,quia talis per inobediẽtiam ecclesiæ peccaret indignus accederet,sed ordinatio est ecclesiæ à talibus, cũ sint suspensi,sacramenta nõ recipere. vt patet in.c.præsenti.& primis pręcedentibus.ergo conclusio vera. Ista etiã est sententia magistri Alexandri de Hal.in.4.q.3. in quibus est dispensandum corpus christi,vbi ita dicit. A nullo tali, loquendo de notorio fornicatore,& simoniaco, est suscipiendum hoc sacramentum,nec aliud, & qui suscipit,peccat.hęc ille. Concordat Albertus magnus in.4.di.43.¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur.quod dictum illud Hieronymi,& Augustini dicentiũ quod sacramenta in malis non sunt fugienda est intelligendum,sicut dicitur in litera,communiter à doctoribus,quod non sunt fugienda talium sacramenta , quasi non sint vera sacramenta ab illis collata,imo credimus illa vera , & rata esse, veneramur illa:vnde hostia à talibus consecrata est adorãda, & si reseruetur licite potest sumi à sacerdote legitimo; sed refugimus culpam indigne ministrantium; vt dicit sanctus Thom.in.3.parte,vel vt dicit in.4. non refugimus suscipere sacramenta à malo ministro ; quia malus sit sed propter ecclesiæ prohibitionem , vel dicendum vt dicit Alexander de Halis.in.4.ꝙ August.loquitur de malo tolerato ab ecclesia. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam , & ratio est iuxta sanctum Thom.in.3.parte,quia vnitas corporis mystici est fructus corporis veri percepti. Illi autem ,qui indigne

S. Thom.

Durandus.

S.Thom.

Ale.de Ha.

Albertus magnus.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ

indigne percipiunt, vel ministrant, priuantur fructu. Et ideo non est sumendum ex eorum dispensatione sacramentū ab eis, qui nō sint in vnitate ecclesiæ. ¶ Ad tertiā respondetur negando consequentiam. Et ratio est iuxta sanctum Tho. in 4. quia quamuis sacramenta virtutem suam non amittant, tñ in eo, qui indigne accedit contra obedientiam ecclesiæ faciens, effectum non habent.

Ad tertiū:

Ad secundam Sine argumentorum præiudicio respondetur iuxta Alber. magnū

Respōdet. Albertus 5 in. 4. distinction. 13. quod ideo magis canones prohibent ab hæreticis scismatis, simoniacis, & cōcubinarijs notoriis missam audire, & sacramēta suscipere, quam ab aliis peccatorib. quia ipsi peccant directe contra ipsum Sacramentum. Est .n. sacramentum hoc totum fidei & canticum vnionis corporis mystici per charitatē Christi passi; & maximæ gratię ita quod in se continet autorem omnis gratiæ, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ, & gratiæ Dei abscōditi, & est etiam maximæ spiritualitatis: sed fidem operantē in sacramēto violat Hæreticus, corporis autem vnitatem scismaticus, gratiam autem incorporabilē vilem, & sub pretio ponit Simoniacus. fornicator autem per carnalem immunditiam contrariatur spiritualitati sacramenti. Et ideo isti pręcipue arcentur à celebration. Concordat sanctus Thom. in

S. Thom. 4. di. 14. & dominus Bonauentura per totum.

6 Ad tertiam. Sic proceditur. † Et videtur, quod suscipientes sacramenta à prædictis criminosis sacerdotibus .s. notoriis concubinarijs, & simonia-

Primū ar. cis non sint dicēdi idolatræ. Primo sic idolatria, vt dicit beatus Isidorus interpretatur idolorum seruitus, siue cultura, sed suscipientes sacramenta à sacerdotibus criminosis, non colunt nisi vera sacramenta, nulli etiam creaturæ, cultū deo debitum exhibere videntur; ergo nullo modo dicēdi sunt

Secūdū ar. idolatræ. ¶ Secundo sic. Idolatria destruit fundamentum religionis Christianæ .s. fidem, sed audire missam concubinariorum, aut simoniacorum sacerdotum non destruit fidem, ergo tales sacramentum ab illis recipientes non possunt di-

Opponit i contrariū. ci in veritate Idolatræ. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. Secundum est illud. 1. Regum. 3. quod propheta Samuel dicit, quoniam peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus, idolatriæ noli acquiescere. ¶ Respondeo dicendum † q

Respōdet. 7 aliquid attribuitur alteri dupliciter. Vno modo simpliciter. Alio modo per similitudinem aliquam, sicut dicit Aristoteles. 7. Ethicorum, quod incontinentes, quandoque dicuntur intemperati; quia faciūt, quæ intemperati faciunt, sed nō eo

8 dem modo, & secundum hoc ponitur conclusio talis. † Qd audiētes diuina, aut sacramēta recipiētes à prædictis criminosis sacerdotibus, non sunt proprie, & secundū se loquendo idolatræ. Patet ex rationibus suprapositis, sed dicuntur idolatræ secundum aliquam similitudinem, sicut Simoniaci dicuntur hæretici. 1. q. 1. quicunque. &. 1. q. 7. patet. & hoc propter similitudinem actus, vt dicit sanctus Tho. in. 4. dist. 25. quia ita operantur, ac si existimarent donum Spiritus sancti possideri, quæ æstimatio est hæretica. Similiter auaricia dicitur ab Apostolo ad Colossen. 3. idolorum seruitus, non quidem, quod sit secundum speciem idolatria, sed tantum ꝟm similitudinē, vnde sanctus Th. in. 2. 2. q. 118. ar. 5. dicit. Auaricia comparatur idolatriæ per quandam similitudinem, quā habet ad ipsam, quia sicut idolaria subijcit se creaturæ exteriori. ita etiam auarus, nō tñ eodem modo. Ita dicendum est de inobedientia, quod non sit absolute loquendo idolatria sed dicitur sic per quandam similitudinem, quia in inobediētiam contēnitur Deus sicut & in idolatria licet non sit ęqualis contemptus. vnde sanctus Thom. in. 2. 2. q. 105. ar. vl. di-

S. Thom. cit, q illa cōparatio Samuelis, cum ait, quod quasi scelus idolatriæ sit noli acquiescere. Et ideo est nō cōparatio æqualitatis, sed similitudinis, quia inobedientia redundat in contemptum Dei, sicut & idolatria, sed idolatria magis, hęc sanctus Tho. Concordat Alexander de Halis in. 2. dicens ꝟm quandam similitudinem contumaciæ, inobedientia dicitur idolatria propter peccati enormitatem. Qui. n. Inobediens est deo, seruitutem, quam debet deo recedit à cultu Dei, & sic quo ad hoc conuenit cum idolatra, licet non sit tanta sceleris de formitas: hæc ille, & per hoc patet responsio ad ratio-

Exponit literam. nes. Litera sequitur. ¶ [Rerum harum] .i. duorum capitulorum præcedentium .s. c. nullus. &. c. præter. Hu. [Hieronym.] vt. 1. q. 1. sicut Christus. [Augustino] vt. 1. q. 1. si fuerit. & cap. neque in homine. [Cæteris] vt Gregorio. 1. q. 1. multi. & ca. non nocet. & Nicolao. vt. 15. q. vlt. c. vlt. Hu. qui dicunt à ma

lo sacramenta posse percipi. [Sed Vrbanus] secunda pars [in epistola sua] vt habetur in gl. [quidam hæreticus] Nota, q miserat quandam epistolam præposito sancti Vincentij, in qua fecerat ei quæstiones, quæ hic habenť. & alias q̄ habētur 1. q. 3. Saluator. Quibus, cum respondere non posset pręposi tus, epistolam ipsam misit Vrbano Papæ consulens eum super illis quæstionibus, nūc papam rescribit ei primo ponens illas quæstiones, & earum solutiones. Prima quæstio est hæc .s. an sint recipienda sacramenta à criminosis. Secunda contexetur complexione. An criminosi conficiant vera sacramenta, an non. In eadem epistola missa tibi à te mihi. [adulterum]. 36. q. 1. §. cum ergo sanctimonialiū. &. 27. q. 1. si quis Episcopus. c. sciendum. Ad hoc in quā respondet, quod criminosi conficiunt, & à quocunq: criminoso, siue hæretico, siue alio conficiantur sacramenta, dum tamen in forma ecclesiæ conficiant, sancta sunt, & veneranda, quo ad suā essentiam & virtutem, & recipienda sunt, nisi hæresi, aut scismate sint irretiti, aut suspensi. [Scismate hæresi] oēs. n. tales sunt excommunicati in se: & quo ad veritatem ꝟm Hu. [& veneranda] vnde hostia consecrata ab illis est adoranda [vel veneranda] .i. suscipienda à talibus. Hu. [quandiu ab ecclesia tolerantur.] Et sic respondet duabus quæstionibus. [Sequentes Augustinum] super Ioan. homil. 5. contra Donatistas. [baptizari] .i. mundari à peccatis. Io. primo. hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. [Columba] .i. bonus, & simplex catholicus. [ministerium] .i. officium malorum conficientium, & ministrantium sacramenta. [Attamen] ponit quandam exceptionem factam à prædecessoribus pontificis ab illa generalitate criminosorum, qui nec scismate, nec hæresi sunt polluti. Exceperunt. n. ab illis aliquos .s. notorios concubinarios, & simoniacos, quoniam licet isti vera sacramēta conficiant ecclesiæ formam seruantes: nihilominus ab eis sacramenta suscipienda non sunt. [Nicolaus] .s. in. c. nullus [Gregorius] di. 81. si qui. Hug. [tales] .s. fornicarios, & simoniacos. Si constiterit per sententiam, vel propriam confessionem in iudicio factam, aut facti euidentiam. Hu. Nota literam indistincte loqui, vnde dr, quod locum habeat, siue tales sint in sacris, siue in minoribus ordinibus constituti. Ad idem extra de coha. cleri. & mulie. vestra. in c. vlt. in princ. & hoc tenet Inno. vt no. eo. titu. sicut. Ad idem. 81. di. si qui ministri. in fin. Nam eadem est ratio in vtrisq;. Nam licet ꝟm quosdam requiratur admonitio, quo ad hoc, vt subditi eos vitent in diuinis, & sic volunt intelligere. 81. di. si qui. vel quantum ad hoc, vt possint totaliter beneficijs spoliari, & sic intelligunt. extra de cohab. cleri. & muli. sicut. &. c. si autem. non tamen requiritur admonitio, quo ad suspensionem. Nam, quo ad hoc, ius eos admonet iudicare. Arch. [Et vt peccandi.] Duas causas assignat huius prohibitionis .s. vt pœna vnius sit metus multorum. vt. 2. q. 3. si mala. & q. 7. quapropter. Secunda vt ipsi rubore confusi ad pœnitentiam reuocentur [huiusmodi] .s. verecundiæ confusos (simoniacorum) hoc. c. vt etiam dicit gl: intelligiť de notorio & etiam Alexander de Halis. in. 4. dicit. Quidam dicunt hoc intelligendum esse de. Simoniaco notorio, sicut de notorio fornicatore. Aliter dicunt alij, & melius q intelligiť etiā de Simoniaco occulto, quia talis est suspēsus à canone, vt patet m̄. q. reperiuntur non tm̄ quo ad se, quia ita est quilibet peccator, q est in pctō mortali sed ēt quo ad alios qui sciunt, qui vitabunt eum saltem in occulto. ¶ Verū pro

Alex ander de Halis.

Quæstio.

9 pleniori intelligentia huius partis posset quæri. † vtrum Simoniacus sit suspensus, quo ad se, & quo ad alios. De hac materia licet Archid. multa dicat in hoc loco. Nihilominus pro clariori veritate habenda, est distinguendum iuxta Ioannem de Fantucciis sic. Quidam sunt. Simoniaci in beneficio, vt qa simoniacus conuenit in dando, vel recipiendo præbendam, & tunc aut tale crimen est notoriū, & tunc est conclusio, & ipso iure est suspensus talis. Simoniacus, & quo ad se, & quo ad alios, vt est casus secundum vnum intellectum in. c. accusato. extra de simo. & hoc posuit Arc. disti. 50. de his. super gloss. quod intelligendum est, quando ipse commisit simoniam, dando pecuniam: sed si alius dedit pecuniam pro beneficio ipso ignorante, tunc licet sit notorium, non propter hoc esset suspensus ille, qui beneficium suscepit, vt notat Innocen. extra de simo. c. tanta alleg. 1. quæstione. 1. præsentis. Aut illud crimen est occultum: & tunc est conclusio, quod talis non est suspensus ipso iure, sed est suspendendus ꝓprima, quæstione. 2. capitulo. 1. 2. &. 3. Et tamen ratione illius beneficii nec temporaliter, nec spiritualiter, licite administrat, sed peccat mortaliter administrando. Quidam sunt simoniaci

Respōdet

Prima cō clusio.

Secūda con clusio.

moniaci in ordine dando, & tunc si quærimus de recipiente ordinem vitio simoniæ est conclusio. Quod talis suscipiens ordinem simoniace est suspensus ipso iure, & quo ad se, & quo ad alios etiam, quantumcunq; sit occultum, quia (vt dicunt Goffredus, & Hostiensis, quorum est ista conclusio) talis habet characterem vitiosum. 1. q. 1. capitulo quibusdam. & sic intelligit capitu. allega. in glo. [reperiuntur.] vt in c. tanta. de simo. sed etiam omnium aliorum ordinum primo præceptorum, & per cõsequens etiam administrationis in temporalibus. 81. distin. eos. Et potest esse ratio, quia licet plures sint ordines, vnum est tamẽ ordinis sacramentum, & est hæc conclusio Innoc. in c. per tuas de simo. Aut quærimus de dante ordinem vitio simoniæ. Et tunc sit ista conclusio, quod talis non est ipso iure suspensus, patet, quia per hoc nõ perdit ordinis executionem; patet hoc de simo. c. penult. vbi Episcopus ordinans quendam vitio simoniæ, non perdit executionem, sed suspensionem per triennium, vt ibi patet. Hoc etiam, vt dicit Arc. hic bene colligitur ex prædicto. c. reperiuntur secundum Innoc. qui intelligit ex elapso termino, siue aliqua dispensatione recuperat executionem, cũ pœnæ sint emolliendæ. de pę. di. 1. §. pene. hoc est verum, qñ ordinans esset simoniacus occultus. quia si foret manifestus, tunc est conclusio, quod talis simoniacus semper suspensus esset, vt hic, & not. in. c. reperiuntur. hic alle. per gl. secundũ. Arch. Notant autem Vincen. & Goff. in ca. penulti. de simo. quod illa suspensio, de qua ibi loquitur, vbi dicit, quod suspẽsus non poterit, per alium relaxari, nisi per papam. Ratio est secundum eos, quia papa eam sibi reseruat. extra de senten. excom. nuper. quod forte verum est inquit Arch. quantum ad ordinantem, & præsentantem, & durante tempore suspẽsionis. s. illo triennio, quo elapso isto dicto Inno. videlicet, ꝙ non requiratur alia dispensatio. [Et in fornicatione iacentiũ] id est perseuerantium. Hug. [de istis notoriis fornicatoribus] id est, quomodo sint ipso iure suspensi quo ad se, & quo ad
10 alios satis dictum est [prohibeatis.] argumen. † quod laici ex mandato papæ vel alterius Episcopi possunt causam spiritualem pertractare, excommunicare, suspendere clericos. vt in glo. quia excommunicatio est iurisdictionis potius, quam ordinis; Sed hoc. c. non videtur hic elici, quoniam ista commissio facta ducibus, non est collatio potestatis ad tractandum causam spiritualem, sed potius conuocatio brachij secularis in adiutorium, quia istis committebatur, vt supplerent defectum ecclesiæ; quia cũ deficit ecclesia, debet iuuare brachiũ seculare, vt. 23. q. 5. administratores. & c. principes. † Sed quæritur, vtrum laicis posset communicari potestas excommunicandi clericos dicit gl. ꝙ papa, qui habet plenitudinem potestatis potest hoc facere, hoc etiam dominus Petrus de palude in. 1. 2. di. 18. concedit. Dicit enim, ꝙ alicui carenti corona clericali aliquis inferior papa nõ potest committere iurisdictionem, nec gladium spiritualem contra consuetudinem ecclesiæ generalẽ, sed hoc Papa posset, & laico, & mulieri committere, cum sit pure positiuum, licet non possit mulieri dare ordinem. quod ad diuinum, cui tantum posset dare coronam, quod est humanum.

Tertia conclusio.

Quarta cõclusio.

Innocent.

Quinta cõclusio.

Quæstio.

Pe: de pal.

1 *Ordinati a scismaticis non debent reordinari, quando postea redeunt ad vnionem.*

2 *Sacramenta, quæ præcedunt baptismum, non sunt sacramenta.*

Exponit literam.

PORRO. Tertia pars, sunt verba Vrbani vbi respondet ad obiectionem hæretici. [Syllogisticæ,] id est captiosa deductione. Et vocat Hieronymus in epistola ad Oceanum. Et prima contra Iouinianum talem syllogismũ cornutum, quia ad. vtranq; partem astringit, & ad inconueniens deducit, quasi percutiens vtroque cornu, vt patet in ꝓposito. Nam, si in aliis sacerdos non conficit corpus, & sanguinem Christi, nihil obest sua malitia contra reuerentiam veri sacramenti. Si vero, dicas, quod vere conficit, cur contemnitur si ab indignis præsumitur. Et respondetur tali syllogismo, quod vere tales conficiunt, si in forma ecclesiæ conficiant, & sanctum, & adorandum est sacramentum, sed indigne ministrantibus, aut indigne sumentibus obest, Dicit ergo sic. [Si corpus, & sanguis Christi non sunt]. s. in sacramento criminosorum sacerdotum. i. si ipsi non, conficiunt, & sanguinem christi, & corpus, nec per consequens alia sacramenta. [Effectũ suæ virtutis]. i. veritatis habent, quo ad essentiá. Hug. [ꝙ obest agentibus]. i. conficientius, vel suscipientibus, cum nihil faciant. [Quod si habent.] effectum suæ virtutis veritatis, cui spernuntur. [si]. i. quamuis ab indignis ministris [præsumitur] id est per præsumptionem præsumptiue, conficiuntur. Hug [ad hoc] repetit propter longam interpositionem. Hugo. [proprias virtutis dignitates] quo ad virtutem sacramentorum ipsorum, & quo ad effectum. quantum ad suscipientes, dum illi tolerantur, vel quantum ad suscipiẽtes in necessitate, vel ignoranter, & si illi non tolerentur. Hu. [agentibus] sacerdotibus suscipientibus laicis, vel clericis. Hug. [contra statuta] obsunt. Hug. [nisi forte] hic excipit sacramentum baptismi. quod potest suscipi à quocunq; quantumcũque criminoso, in articulo necessitatis [ne] id est, vt. [sine baptismate; aut communione] glo. vult hic, & Hu. per verbum hoc, vel cómunione, ꝙ à Fornicarijs notoriis. & simoniacis possunt in necessitate accipi duo sacramenta. s. baptismus, & eucharistia. Sed iudicio nostro sequendo ea, quę supra diximus iuxta sanctum Tho. & Alex. de Halis non est verum hoc, quoniam solum excipit sacramentum baptismi, qui baptismus dicitur communio, quia per ipsum quis incorporatur Christo, & ita fit membrum eius, & ecclesię; vnde August. lib. de baptismo paruulorum, dicit quod ad hoc valet baptismus, vt baptizati christo, incorporentur vel ponitur, & tenetur expositione communione. s. ecclesiæ, quam quis per baptismũ consequitur. [Excedat] id est decedat [eis inquam non tantum obsunt] ponit grauitatem peccati audiẽtium diuina, siue suscipientium sacramenta à prædictis criminosis [vere Idolatræ sunt]. s. per quandam similitudinem, vt exposuimus in quæstione. [ordinationum]. i. ordinum, seu sacramentorum aliorum [confectio] improprie ponitur. [exponitur]. i. collatio. Siue vero referantur ad sacramẽtum eucharistiæ, qđ aliquãdo dicitur pluraliter iuxta illud in ora tione sumpta sacramenta, & c. benedicitur. [Confecto aliter] . i. in alio casu. Hu. [permissum est]. s. in articulo necessitatis, susceptio ordinum, vel sacramentorum. Hu. [Samuel]. 1. Re. 15. [ariolandi] id est diuinandi, & quasi scelus. Idolatriæ; vbi nota, ꝙ signanter Samuel dicit, quod vt per hoc designet, ꝙ inter contumaciam inobedientiæ & propriè Idolatriã siue inter contemptum hic, & ibi, sit magna inæqualitas. sicut supra in quæstione tetigimus, non dubium: quin grauius quidẽ peccatum sit idolatria. quam inobedientiam, simpliciter loquendo, vt patet, manifeste [hæc]. s. quæ dicta sunt de veritate sacramentorum, quæ conficiuntur à criminosis, & quod obsunt administrantibus, & sumentibus à simoniacis, & notoriis fornicariis [hæc quidem dicta sunt de malis qui intra ecclesiam sunt. [Cæterum] cõsequenter loquitur de præcisis scismaticis, & hæreticis, qui sunt iá dãnati, & pręcisi ab ecclesia. Hug. [sacramenta quoniam extra ecclesiam sint] vbi non est locus veri sacrificii. 1. q. 1. extra. Hug. [formam] id est veritatem habent, quia vera, & integra sunt. 1. q. 1. quod quidẽ. & de consec. di. 4. ostenditur. [Non autem virtutis] id est gratię effectum [nec ipsi] sumendo cum indigne sumát, nec etiã qui ab eis scienter sumunt contra mandatũ ecclesiæ [iudiciũ siue manducant & bibunt]. 1. ad Corin. 11. [Nisi cum ipsi. s. hæretici [initiati]. i. consecrati simile de consec. distin. 2. quia corpus [per manus impositionem]. 1. q. 1. Hugo. Et ita sacramenta collata ab hæreticis, & scismatis non reprimunt effectum in recipientibus illa, nisi redierint ad vnitatem ecclesiæ, & tũc nõ ordinãtur, sed manus eis imponitur † vnde ordi-
1 nati à scismaticis non debẽt reordinari ᵃ quãdo postea redeũt
a ad vnionẽ ecclesiæ, nec impositio manus, quæ fit eis, vt hic tex. dicit potest dici noua ordinatio, patet prima. q. 1. manus [sciendum] ponit illam contrarietatem Augustini, & Cypriani & eam soluit. [Canones Apostolorum] non quos fecerũt Apostoli: sed Apocriphi, qui intitulantur nomine Apostolorum. vt di. 16. canones. Hugo. [quorum simplex ex relatio] sicut ibi mulier, quæ damnauit, saluauit ly quorum refertur ad veros canones, & non ad falsos. [Apocriphos] qui. s. falso intitulãtur nomine Apostolorum, vel non est magnum incõueniens: si dicatur, quod Apostoli hoc dixerũt: ꝙ ignorantia secundum Hu. & Archid. Sed solutio prima est melior; quia nec videtur bene dictum, ꝙ Apostoli post susceptionem spiritus sancti errauerint in cõstitutionibus suis: cum pleni spiritu sancto, veritatis magistro essent: vnde eis dictum est. Mittam vobis spiritum veritatis, qui docebit vos omnẽ veritatem. Io. 15. [Orientalis] in toto; vel in maiori parte. Hug. [& Romana ecclesia in parte] quia non vtitur omnibus. Hic potest solui contrarietas. quæ de canonibus Apostolorum videtur esse inter Zepherinum; & Leonem; & 6. synodum. di. 16. c. 2. & 3. [Lauacrum.] Si hoc dixissent: quo ad effectũ: apud he-

a ¶ Reordinari. Repelluntur tñ ab offi. Pe. de An: in c. frater nitati nn: 1. qđ scisma pót tñ eo dispensari ibi, nu. & quis cum eo possit dispensare ib. . n. 6.

apud hæreticos vel in detestationem hæresis, vel de illis hæreticis, qui extra formam ecclesiæ baptizabant, non maledixissent, sed hoc dixerint, quia non credebant veritatem, sacramentorum esse apud hæreticos: alias iniuste essent reprehensi ab Aug. & alijs. Hu. & Arch. [Ecclesiastico more] idest in forma ecclesiæ. Hug. [Alia cōsideratio] re vera alia, quo ad participandum, & in multis alijs, non quod alia sacramenta ab hæreticis in forma ecclesię ministrata, non sint vera, sicut & sacramentum Baptismi. [Est quippe & ordine prior.] Est enim ianua omnium sacramentorum, vnde eo non recepto, nullum sacramentum recipi potest. vt. 1. q. 1. cum Paulus. & extra de presbyteris non baptizatis. c. 2. [necessarios] comparatiuus est inusitatus, & contra regulam artis grammaticę Hugo. Baptismus ideo dicitur magis, quia ipse potest suscipi sine alijs sacramentis, sed alia sine ipso non, vnde si cōtingat aliquem ordinari ante baptismum, nihil recipit. 1. q. 1. si quis confugerit. Item sine eo non potest aliquis contrahere cum Christiana, vel aliqua cum christian. 24. q. 1. caue. Item sine eo non potest haberi salus, sed sine alijs potest. de cons. dis. 4. firmissime. & c. nulla. Item per ipsum dimittuntur mortalia & venialia, sed per alia tm̄ venialia. Item per ipsum omnia peccata dimittūtur, ita pleniarie, & perfecte, quod si quis statim discedat, nullam pœnam sentiat, de pe. di. 7. nullus. [Expectat] quod non est in alijs, nec etiam in cordis contritione regulariter, & ideo non debet contemni si ab aliquo haberi
2 potest. Hug. † Ex hoc autem, quod dicit manifeste probatur quod ea quæ præcedunt baptismum non sunt sacramenta, quia baptismus est prior, & ianua omnium sacramentorum:
a ¶ Oīum sacraméto rū Adde Pe. de Au. in. c. veniens. nu. 1. de presb. nō bapti. & in. c. quāto. nu. 6. de pe diuort.
a a vnde, si alicubi interueniatur illa, iam non sacramenta sic intellige]. i. significantia, vel sacramenta. i. sacramentalia, & præludia, & præparatoria veri sacramenti. s. baptismi. Hu. & Arch. [prius baptismate.] de cōse. di 4. nulla præter. Hu. [sanctus est] electione ponitur, quasi hoc bonum est, & nō illud Hu. [Ab hæretico.] Secus est de corpore Christi, quod nec etiam tempore mortis de manu hæretici est sumēdum. 24. q. 1. si quis dederit. [sufficit enim credere.] de conse. distin. 2. vt quidam [quam inæternum perire] quidam dicunt, quod intelligitur hoc tātum de pueris propter illud, quod dicitur de conse. dist. 3. Baptismi vicem. Sed dico & etiam de adulto, & discreto sane intelligitur, qui si nollet ab hæretico baptizari, cum posset, contempti sacramenti reus fieret. vt hic. & 24. q. 2. si quam & de conse. di. 4. baptismi vicem [non dubito.] Hu. [sequuti sunt] id est, istam sententiam tenuerunt. Hug. [Siritius.] Sed cum iste præcesserit Aug. quomodo dicitur, quod sequutus fuerit Augustini sententiam. Sed dico, quod prior quandoque dicitur sequi posteriorem, quando. s. in eadem sententia est cum eo. Hugo. [Gregorius magnus.] Credo, quod iste fuit doctor egregius, qui composuit moral. Hu. & Archid. [prohibentur ergo.] quinta pars. Concludit Gratianus ex. c. Vrbani sententiam solutionis contrarietatis, quam mouit in principio. §. [quantum ad formam]. i. essentiam, & effectum gratię quæ conferuntur, quantum in se est digne ea sumentibus iuxta ordinationem ecclesiæ, vel effectum in casu necessitatis, scilicet in articulo mortis, vel totum referatur ad veritatem sacramentorum. Hugo. &c.

1 *Clerici non possunt contrahere matrimonium post ordinem sub diaconalem susceptum.*

2 *Contrahere matrimonium, an licuerit in sacris apud Græcos.*



SI quis. Prosequendo materiam inchoatam magister Gratianus ostendit, qualiter debeāt puniri omnes, qui in sacris recipiūt vxores, vel retinent concubinas, dicens quod debent à clero submoueri, & vxores mancipari seruituti. Et hoc probat per. 8. autoritates sequentes Io. de Fant. & Archid. qui dicit, quod hic inchoatur quarta pars huius dist. hoc. c. est sextæ synodi, in qua constitutum est à patribus † quod clerici post ordinem Subdiaconalem susceptum, contrahere matrimonium non possunt. Breue est non diuiditur. Pro pleniori intelligentia huius ca. quæritur. ¶ † Vtrum apud Græcos, siue orientales licuerit in sacris contrahere matrimoniū. Et videtur, quod non. Primo ex ca. aliter. dist. 31. vbi papa Stephanus dicit. Aliter se habet orientalium traditio ecclesiarū, aliter huiusmodi sanctæ. Romanæ ecclesiæ. Nam eorum sacerdotes Diaconi & Subdiaconi matrimonio copulantur, & hoc modo non licite; ergo &c. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. Respondeo, dicendum iuxta gloss. hic. & Hugo. & etiam secundum


Io. de Fa. — 1 — Primū ar. 2 — Opponit & Respō.

Thom. Albert. magnum, & Bonauenturam; & Richard. de media villa sit conclusio ista. Quod Græcis nunquam licuit post susceptum sacrum ordinem, matrimonium contrahere quod patet primo ex isto capi. quod est sextæ synodi, quæ fuit orientalis apud grecos, quæ etiam pręficit eis regulam viuendi, vt dist. 31. licentia. Secundo patet ex ca. presbyteris. dist. 27. quod est Calixti papæ, qui est vnus de antiquissimis summis pōtificibus. Tertio ex. ca. cum in præterito. dist. 84. vbi colligitur, quod à tempore Apostolorum non licebat in sacros constitutos contrahere matrimonium. ¶ Ad ratione in oppositum de. ca. aliter. Respondetur, quod verbum illud Matrimonio copulantur, exponendum, est. i. vtuntur, vt exponit glo. ibidem, quia licet sacer ordo impediret in eis. Matrimonium contrahendum, nō tamen, vt dicit sanctus Tho. Matrimonij prius cōtracti, possunt enim Matrimonio prius contracto vti, quamuis non possunt Matrimonium de nouo contrahere. Sed de hac materia vide. s. eo. di. placuit, vbi plenius disputauimus. Litera. ¶ [Si quis eorum ordinem] quasi dicat postea non. Ad argum. — Exponit literam.



LEctores. Sequitur capi. quod est concilij Carthaginens. 4. vbi instituitur, quod cōstituti in minoribus ordinibus ad annos pubertatis viuentes admoneātur, aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. Breue est & non diuiditur. Litera. ¶ [Lectores] hoc nomine generaliter comprehenduntur omnes in minoribus ordinibus constituti. vt dist. 32. lex. Hug. [pubertatis]. s. plene quæ in. 18. anno. vt di. 28. de his. & insti. de adop. §. minorem. vbi nota, quod plena pubertas consideratur secundum naturam cōtractus, in quo fit probatio, quia si actus talis, in quo alias sufficiant. 15. anni, illa dicitur plena pubertas, vt in matrimonio ex parte viri. & 12. ex parte mulieris. vt extra de despon. impube. puberes. Si autem est talis actus in quo requirat maior ętas tūc ætas. 14. annorū non dicetur plena pubertas, quod nota pro statutis disponentibus, ꝙ minores nō admittantur ad actus, nisi sint plenæ pubertatis. Ioan. de Fantuciis non præcepto, sed exhortatione secūdum Hu. & Lau. [Cogantur] id est admoneantur, quia ad neutrum debent cogi. s. nec ad contrahendum, nec ad continendum, quia ista debent esse voluntaria, non coacta de Matrimonio patet, de spon. cum locum. De continentia patet. 32. q. 1. consilii. s. di. 27. c. vlt. vel cogantur proprie, sub quadam alternatione, vel disiunctione, vt 74. di. c. vlti. non tantum absolute. Et ita. aliquid, quod per se, & simpliciter imperari nō potest. sub alternatione tamen, & disiunctione imperari posse. arg. 27. q. 2. multorum. Hugon. Exponit literam. — Io. de Fan.

1 *Episcopi tenentur facere obseruari canones, & pręcepta summorum Pontificum.*




SVbdiaconibus. Sequitur cap. quod est beati Gregorii in registro, in quo præcipit: vt subdiaconi continentiam seruent perpetuam. de hoc. s. habitū est. Litera. ¶ [De singulis]. s. in sacris ordinibus constitutis, vel de singulis, id est subdiaconibus, vt continentiam seruent statuimus. s. di. proxima. c. 1.
1 [nec illam diffinitionem.] argu. † ꝙ Episcopi tenentur facere obseruari canones, & præcepta summorum pontificum. ar. ad hoc. cle. 1. de offic. ordi. Exponit literam.

2 *Casus specialis, in quo libera persona propter delictum suum redigitur in seruitutem.*

3 *Punitio fœminarum cum clericis adulterantium pertinet ad Iudicem ecclesiasticum.*

5 *Christiani, & fideles propter debita eorum reducti ad serui tutem dicuntur esse.*



EOs qui. Sequitur ad eandem materiam, hoc. ca. quod est Vrbani, quod pōt diuidi in tres partes. In prima ponit, quod diaconi, & ita cæteri in sacris constituti Matrimonium contrahentes ab officio, & beneficio deponantur. In secunda, si ab Episcopo moniti, non desistant per iudicem secularem vxores eorum, vel concubinæ in seruitutem redigantur. In tertia ponit, quod si Episcopi in horum reperiantur consentire prauitatibus illorum, suspendantur ab officio. Secunda ibi. Quod si. Tertia ibi, si vero. Pro pleniori intelligentia præsentis ca. quæruntur duo. Diuisio.

1 ¶ Primum

1 ¶ Primum est vtrum conuenienter fornicariæ presbyterorum puniantur, cum præcipiantur redigi, in seruitutem.

4 ¶ Secundum est, vtrum hoc respiciat omnes concubinas, quæ morantur in sacris constitutis.

Primū ar. 1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur. Quod non conuenienter iubeantur puniri Primo sic, quia talis fœmina fornicaria clerici pōt esse serua alicuius alterius domini, quo dominus priuabitur iure suo, sine culpa sua. Secundū ar ¶ Secundo, quia alibi in ca. quidam clerici. 81. dist. dicitur, quod debeat vendi talis fœmina. Tertiū ar. ¶ Tertio sic in c. 1. fraternitatis. dis. 34. iubetur tonderi in monasterio professura continentiam. Quartū ar. ¶ Quarto, quia cum talis fœmina sit laica, ad Iudicem secularem videtur pertinere proprio iure punitio illius, & non ex indulgentia ecclesiastica. Opponit & Respō. ¶ In oppositum est autoritas canonis. ¶ Respondeo dicendum, quod conuenienter assignata est punitio concubinæ, siue vxoris clerici. Pro cuius intellectu, & responsione ad rationes in oppositum est sciendum, quod canon iste iuxta Hu. Præcipit quod tales fæminæ fornicariæ, quas clerici matrimonialiter sibi post sacrum ordinem copulauerunt, vel vxores olim legitimę copulatæ, quasi consensu promoti sunt, & postea eis commiscentur, iubentur redigi in seruitutem ecclesiarū. s. earum, in quarū ignominiam peccatum eorum redūdat, vel eas vendant extraneis pretio dato ipsis ecclesiis eorum. Sed distingue, quia talis fœmina aut est libera, aut ancilla, sed siue sit libera, siue ancilla, debent admoneri, vt separentur, quod si fecerint, imposita sibi pœnitentia dimittant ita feminam. Si autem noluerit separari, si fœmina est libera, & non est suspitio, quod debeat redire ad clericum, debet per Episcopū redigi in seruitutem ecclesiæ clerici, in cuius ignominiam hoc redundabat. Si vero est suspitio de hoc, vēdatur per Episcopum extraneis, vt distinct io. 81. quidam clerici. Si vero hoc, vel illud non potest per Episcopum fieri, vel alium iudicem ecclesiasticum, quia fœmina potens est fiat per Iudi-

2 cem secularem, vt hic dicitur. †Et est iste casus specialis, & notabilis, in quo libera persona, propter delictum suum redigitur, in seruitutem. Idem credit esse dicendum Hu. siue illa sit ancilla ecclesiæ, siue propria clerici, siue aliena. s. alicuius alterius. Verum quidam distinguunt de ancilla. s. si est suspicio, quod debeat ad eum redire, quod tunc vendatur extraneis, vt distins. 81. quidam clerici, si non est de hoc suspicio, promissa continentia, debeat retrudi in monasterium. vt di. 34. fraternitatis. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primū argu. Ad primam respondetur iuxta Hugo. ꝙ dato quod illa fœmina sit ancilla alicuius alterius, nihilominus debeat subire pœnā istam Et ꝙ in isto Dominus ancillæ debeat priuari iure suo fauore ecclesiæ ex delicto ancillæ, hoc .n. introductū est in fauorē ecclesiæ, & in odiū criminis ancillæ, N. sæpe Dominus priuatur iure serui nō culpa sua sed culpa serui dānū dantis. Sicut. n. seruus sæpe facit conditionē domini deteriorem. s. vt dominus teneatur damnū resarcire vel seruum noxæ tradere, sic exigente delicti detestatione, sæpe dominus priuabitur iure suo sine culpa sua. Seruabitur ergo in ancilla aliena, quod in propria, & idem in ancilla qua libet quod in libera, proles autem talis liberæ, vel Ancillæ debent mancipari seruituti ecclesiæ de cuius clerici ignominia est vt. 15. q. vlt. cum multis. Ad secūdū ¶ Ad secundam respondetur Pro intelligētia c. quidā clerici. quod. c. illud, quidam clerici, loquitur de ancilla, istud de libera vt dicit Archid. Vel secundo respondetur iuxta Hug. qui non distinguit de ancilla, & libera, ꝙ pœna venditionis datur il i fœminæ, de qua est suspicio, quod redeant ad clericum. Ad tertiū. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta Hugo. quod illa, vt ex eodem. c. colligitur, nō erat Matrimonialiter copulata cum clerico existenti in sacris, de qua loquitur hoc. c. vt. j. in seq. vt etiam videtur innuere in glo. in prædicto. c. fraternitatis. Ad quartū.

3 ¶ Ad quartam respondetur† ꝙ talium fœminarum punitio pertinet de debito ad iudicem ecclesiasticum, & non secularem. iuxta tex. in. c. si cōcubinæ. extra de sen. excom. quod etiam ostenditur ex quatuor capitibus. Primo quia si sunt vxores legitimæ, planum est, quod ratione virorum dicūtur de foro ecclesiæ, quia legitima vxor sortitur forum ex persona viri. ff. de iurisdi. omnium Iud. cum quædam. Si autem sunt focarię Matrimonialiter de facto copulatæ similiter potest dici ratione viri de foro ecclesiæ, & quia & si non de iure, de facto tamen Matrimonium interuenit. Secundo, eorū punitio pertinet ad ecclesiasticum Iudicem, quia ratione familię sunt de foro ecclesiæ, omnes enim de familia clericorum, & eorum rustici videntur esse de foro ecclesiæ. arg. 89. dist. iudicatum & 12. q. 2. ecclesiarum seruos. Tertio, istarū fœminarum punitio ad Iudicem ecclesiasticum pertinet, & non ad secularem, quia non iure ciuili, sed iure canonico; talis fœmina efficitur ancilla. Et ideo, quo ad hoc intelligitur exempta à iurisdictione principis. Quarto, quia ratione delicti talis persona efficitur de foro ecclesiæ; sæpe enim ratione delicti efficitur quis de iurisdictione alicuius, cui primo non erat subiectus, vt. 6. q. 3. placuit. Et ita ratione delicti ecclesia iudicat de talibus. Cum enim sacerdos Deo vouerit castitatem constat, quod illa fornicaria commisit incestum, & sacrilegium. 17. q. 4. quisquis. Ioan. de Fant. debet ergo hęc pœna infligi per Iudicem ecclesiasticum, scilicet Episcopū. Io. de Fan. Si vero non potest per illum data licentia, fiat per seculare, vt hic, & tenetur principi obedire, vt vigesimo tertio. q. 5. principes. Hugo. & c.

4 Ad secundam. questionē, qua quærebatur† vtrū hæc pœna respiciat omnes concubinas, quæ morantur cum clericis in sacris cōstitutis, siue nomine vxorum, siue non. Respondet Hu. & glo. hic, ꝙ non sed credit quod pœna sit statuta tantum de proprijs vxoribus, quæ post votum eis commiscentur, & de illis, quæ nomine Matrimonij coniunguntur clericis in sacro ordine cōstitutis, & non de alijs. ar. hic. & 15. q. vlt. cum multæ. Respōdet. Ad idē est Dominus Archidiac. qui ait hanc sententiam sequuntur Vincen. & Innocen. extra de coha. cle. & muli. c. 2. in fine. Si autem non teneatur, sed vt concubina, imponatur ei pœnitentia pro adulterio, & sacrilegio. vt. 27. q. 1. quæ Christo. Litera. ¶ [Eos, qui post Diaconatum.] Quidam dixerunt hoc. c. esse factum ante constitutionem, qua Subdiaconis iniuncta est continentia, sed hoc non est verum, quia duo sequen. Exponit literam. c. sunt eiusdem Vrbani, cuius est hoc, vbi aperte loquitur de continentia Subdiaconorum. Dico ergo hic Subdiaconos non excludi. Hu. & Archid. Quidam corrigunt istam literā dicentes post Diaconatum, alias subdiaconatum, vt Lauren. & Archid. qui sequuntur eum. Sed dicit Hug. quod hoc nō exigitur, quoniam de talibus. s. Diaconis fuerat quæsitum. Et ideo de talibus respondit, non excludens subdiaconos, vxoribus ante sacrum ordinem sibi legitime copulatis, quorum consensu promoti fuerant ad sacrum ordinem. Hugo. [vacare] commiscendo. Hug. [vel vxoribus] id est fornicarijs eis copulatis Matrimonialiter de facto [vacare] cum eis contrahendo, & commiscendo. Hug. [remouemus] videtur esse casus datæ sententiæ, quod verum est, quo ad suspensionem, si factum est notorium, & post admonitionem perseuerauerint in delicto. Hu. [vel remouemus] id est remouendo iudicamus. vt dist. 50. si quis Diaconus. & dist. 81. ministri. & in proximo. c. Hu. & Archid. [beneficio] regulariter hæc duo semper coniunguntur. 81. dist. si quis. & c. si quis sacerdotum. & c. eos. Hug. Archid. [Qui si.] secunda pars [indulgemus] id est licentiam damus. Ad idem. 17. dist. nec licuit. secundum Laurē. & Arch. [fœminas] id est fornicarias, quas Matrimonialiter sibi post sacrum ordinem copulauerunt, vel vxores olim legitime sibi copulatas, quarum consensu promoti sunt, & postea eis commiscentur. Hug. Et tales vxores postea cognoscendo, incestum committunt, & filij sunt illegitimi, vt legitur, & no. 81. dist. minister. Archi. [seruituti] ecclesiarum eorum, vel eas vendant extraneis, pretio dato ipsis ecclesijs eorum. Hu. †Nota, ꝙ Christiani & fideles propter debita eorum reducti ad seruitutem, serui dicuntur. Ioan. de Fant. [Si vero Episcopi.] Tertia pars. amulctetur] id est suspendatur ab officio spatio duorum mensiū Io de Fant. si consenserit [per negligentiam] id est quādo non corrigunt ex negligentia, vt. 1. q. 1. quicquid. Si vero consenserit interueniente pretio, aut precibus, deponendum veniūt. 83. di. ca. 1. videtur. super verbo suspendatur. dicit gl. 1. deponatur. 1. quæstione. 1. nullus. & extra de simo. nemo. vbi tales simoniaci censentur.

1 *Ordo sacer dicitur tripliciter.*



Erubescant. De eadem materia sequitur hoc ca. quod est eiusdem Pontificis, vbi est conclusio, quod in sacris constituti, nisi abiecerint à se mierculas, & caste vixerint à suorum graduum dignitatibus sunt deijciendi. Litera. ¶ [Iudicio spiritus sancti] cuius instinctu canones conditi sunt. c. violatores. 25. q. Exponit literam.

res.25.q.1.[in tribus gradibus.] Tres tantum ordines dicuntur sacri, ut diximus in principio præsentis distinctionis, & ibi vide, quomodo sacrum dicitur multipliciter. Nihilo-
1 minus Hugo. hic ponit quod sacer ordo dicitur tripliciter. Primo modo, quia deputatus est sacro officio, id est ecclesiastico, vel clericali, & secundum hoc quilibet ordo est sacer. vt.1.q.1.§.quolibet.&.6.q.1.infames.& 28.q.1.nullus. Secundo dicitur sacer ordo ille tantum: cui continentia est indicta, & cuilibet sacro contingere, ministrando altari, & isto modo sunt sacri, ordines tres. s. Subdiaconatus. Diaconatus, & presbyteratus. Tertio dicuntur sacri illi, in quorũ collatione imponitur manus, & secundum hoc duo erunt sacri ordines, videlicet presbyteratus, & Diaconatus. Sacerdoti enim & Diacono imponitur manus, cum ordinantur, & non Subdiacono, nec reliquis. vt d.23. presbyter. & c. Diaconus. & hodie etiam imponitur Subdiacono. vt extra de sacramen. ite. vel non. cap.1. & sic patet, quod sacer ordo, quandoq; accipitur generaliter, quandoq; specialiter. Hu. & Ioan. de Fantucijs. [De manifestis] ipsius rei euidentia, aut propria confessione sponte sua facta, aut legitima probatione facta per testes, vel instrumenta, de alijs autem iudicare non possumus. Illa. n. soli deo sunt relinquenda, qui de occultis plenam cordium habent notitiam. Ipse. n. nouit cogitationes hominum. Psal.93. & 1. Regum.2. Ipsi præparantur cogitationes. Homo enim videt, quæ in facie. Deus autem intuetur cor eorum. 1. Regum.16. Ipse enim est scrutans renes, & corda Psa.7. Hinc ipse solus de occultis cordis iudicat. arg. 2. q.5. consuluisti. & .6.q.1. si omnia. 24.q.3. deus qui &. 32.q.2. christiana. [Cognitor] examinando. Hug. [iudex] sententiando. Hugo. vel cognitor accusando, & testando: Deus enim testis est, & accusator: & iudex. [de occultis.] 9. quæstione, tertio, aliorum.

Hugo. Io. de Fa.



Nemo Sequitur ad idem capitulum hoc qđ etiam est eiusdem Vrbani Concilio Melden. præsidens. Conclusio capituli est, qđ, ad sacros ordines non, nisi virgo. vel promittẽs castitatem, & qui vnicam, & virginem habuit vxorem, assumi debet. Breue est, & non diuiditur. Pro pleniori intelligentia huius capituli, quo ad vltimam eius partem quæruntur duo, quæ mouet gloss.

1 ¶ Primo vtrum contrahens cum corrupta, quam credidit virginem, possit ad sacros ordines promoueri.

2 ¶ Secundum est, vtrum qui contrahit cum ea, quam primo fornicario concubitu cognouit, Bigamiæ irregularitatem incurrat, vt promoueri non possit ad ordines sacros.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod contrahens cũ corrupta, quam credidit virginem, possit promoueri ad sacros ordines. Primo sic. Hæc est pura ignorantia facti; ergo si esset ibi peccatum in toto excusaretur; ergo multo fortius excusatur à pœna; ergo non debet reputari talis irregularis ad hoc qđ ad sacros ordines recipiendus sit. ¶ Secundo sic. In his, quæ non aperte mala sint, intentio nomen operi imponit, sed iste intendit contrahere cum virgine, & fecit quicquid in se est, vt cũ virgine contrahat, ergo videtur, quod non puniatur in irregularitate Bigamiæ ex hoc, quod non inuenit eam virginem. ¶ Tertio, iste non diuisit carnem suam in plures: ergo videtur, quod non sit bigamus, & ita videtur, quod possit ad ordines promoueri. ¶ Quarto, nullus videtur posse contrahere irregularitatem, nisi voluntarius, sed iste inuoluntarius duxit corruptam, quia credebat ducere virginẽ, quod alias nõ fecisset. ergo videtur, quod talis non incurrat irregularitatẽ. ¶ In oppositum est tex. præsentis. ca. Respondeo dicendum, quod talis promoueri non potest cum veraciter sit bigamus. Est. n. maritus corruptæ. dist.51. qui in aliquo Nam in tali casu non excusat error, nec violentia. 32.q.5. ille autem. Lex promotionis factum requirit non voluntatem. 15.q.1. cap. vlt. Ista conclusio est domini Alberti, sancti Thom. Petri, & Vlrichi, & etiam Raymundi, Hugo & Hostien. & gl. huius capituli. Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam & ad secundam respondetur iuxta Albertum, quod rationes bene procederent, si hic ageretur de peccato, sed hic non agit nisi de sacramẽto. Ratio autem, quare Bigamus est, quia sua vxor non est vnica. ¶ Ad secundam respondetur dupliciter, negando antecedens, & ratio est secundum Vlrichum, in summa sua, quia cum vna caro fit cum illa, quæ carnẽ suã diuisit, hæc diuisio etiam in ipsum transfunditur. Secundo respondetur negando consequentiam. Et ratio est secundũ Albertum magnum, quia licet ille non sit diuisus, nisi in vnã & sacramentum bene maneat, quantum ad hoc, quod ipse est vnicus, violatur tamen quantum ad hoc, quod non, est vnius siue vnicæ, quia mulier, cum qua contraxit est diuisa, & sic discordat à natura desponsatæ à Christo, & ideo est irregularis. ¶ Ad quartam respondetur negando assumptum. Et ratio est iuxta sanctum Tho. in.4. quia irregularitas non est pœna inflicta, sed defectus quidam sacramenti. Et ideo non oportet: quod semper sit voluntaria Bigamia ad hoc φ irregularitatem causet. Et ideo ille, qui vxorem duxit corruptam, quam virginem credidit, irregularis est eam cognoscens.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit & Respõ.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ.

Ad quartũ.

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, φ contrahens cum ea quam prius, fornicario concubitu defloraüit Bigamiæ irregularitatem incurrat, ratione sic. Iste non duxit vxorem virginẽ, sed corruptam: ergo secundum capitulum præsens, & secundum capitulum qualis. 30.q.5. & multa alia iura vbi dicitur, quod vxor debet esse virgo, & casta, & desponsata in virginitate ipse est irregularis, & Bigamus. ¶ In oppositum est decretalis illa debitum. extra de Bigamis. Respondeo dicendum, quod in hac materia sunt opiniones, vt tangit hic Archid. & Dominus Albertus, & sanctus Tho. in.4. Quidam dicunt, quod talis non est irregularis, siue Bigamus, & quod promoueri potest, quia talis non diuisit carnem suam in plures, nec in illa in duos, & est vnus vnicæ, & econuerso, quod videtur sufficere. Ista opi. probatur. extra de Bigamis. debitũ. in fine. in glo. v. ti. & extra de cleri. coniug. sane. & extra qui fil. sint legi. tanta. Istam opinionem tenet Raymundus, & Goffre. & Ber. & Archid. in præsenti. c. & Alber. magnus, & sanctus Tho. & Vlrichus. Aliorum opi. est sicut Hu. & Hostiẽ. quod talis sit Bigamus, & promoueri non possit, ratio eorum est: quia virgo debet esse pro tempore, quo Matrimonium contrahitur ad hoc, φ contrahens non fiat irregularis. Inducunt capitula inducta in argumento. Nos stamus cum prima opinione, quam sanctus Tho. & Albertus amplectuntur. ¶ Ad rationem in contrarium respondetur primo, quod iste non duxit vxorem corruptam ab alio, sed ab eomet, qui eum duxit: vnde vt dicit Albertus magnus in.4. Iura illa in oppositũ loquuntur de his, quæ ab aliis, & non ab illis eisdem corrũpũtur, qui postea contrahant cum eis. Vide etiam Archidia. hic dicit, φ ſm hanc sententiam debet exponi, quod dicit virginem. i. non ab alio cognitam. Secundo respondetur iuxta dominum Vlrichum in summa, quod cum omnia præcedentia legitimentur per sequens Matrimonũ, sumitur siue reputatur in hoc casu, quasi in virginitate esset despõsata. Litera. ¶ [Nemo virgo] saltem putatiue. [aut castus.] Si vero non est talis, licet putetur talis ipse quidem non debet accedere, & si accedit peccat. Ordinator vero excusatur ignorantia. Hu. [virgine.] Circa hoc motæ sunt duæ quæstiones, quę tanguntur in litera.

Primũ ar.

Opponit & Respõ

Raymũd.

Ad arg. Albertus.

Exponit literam.

2 *Ordo sacer ex sui ratione habet quandam congruentiam quod Matrimonium impedire debeat.*

Et etiam ex statuto ecclesiæ. nu.5.

3 *Ministerium diuinum, vt digne exequatur, duo sunt necessaria.*

Similiter ad ministerium ecclesiarum. nu.4.

6 *Matrimonium est sacramentum ecclesiæ ratione significationis & est officium naturæ.*

7 *Ecclesia, qualiter interdicat.*

8 *Iura quando aliquid prohibent fieri, & non additur aliquid aliud vltra prohibitiones, tantum sunt prohibitiones, & statuta.*

10 *Consuetudo, si est solum particularis ecclesiæ approbata tantum, siue introducta per Episcopum cum consensu clericorum potest inducere impedimentum, quo ad contrahendum Matrimonium. Non tamen potest in tantum se extendere quod possit dirimere Matrimonium contractum. numero.12.*

11 *Episcopus potest facere constitutionem cum consensu clericorum suorum, quod nullus ordinetur in Acolytum, nisi castitatem promittat.*

13 *Consuetudo approbata per Papam potest non modo impedire Matrimonium contrahendum, sed etiam dirimere contractum.*

14 Episcopus

14 *Episcopus latinus, an possit ordinare Græcos in ordine sacro non promissa continentia.*



Lacuit. De eadem materia sequitur hoc cap. quod est concilii Carthaginẽ. quod ca. potest diuidi in duas partes. In prima de constitutis in sacris ponitur, quod tales abstinere debent ab vxoribus, & non cõtrahere. In secunda ponit de constitutis in minoribus ordinibus, quod seruetur consuetudo ecclesiarum. Secunda ibi: cæteros vero. Pro pleniori intelligentia præsentis. c. quæ runtur duo. — Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum sacer ordo impediat Matrimonium.

9 ¶ Secũdum est, vtrum consuetudo possit aliquod Matrimonium inhabilitare.

1 Ad primum. Sic proceditur. † & videtur. Quod sacer ordo non impediat Matrimonium. Primo sic. Sacramentum non est contrarium sacramẽto: ergo nec Matrimonium ordini, sed nihil impedit aliud, nisi quod est contrarium ei; ergo videtur, quod sacramentũ non impediat sacramentum. ergo nec ordo Matrimonium. — Primũ ar. ¶ Secundo, Typus, & veritas sibi respondent, ordo autem veteris testamenti typus fuit nouæ legis: ergo respondetur sibi. Sed constat, quod sacerdotes veteris legis ducebant vxores in ordine existentes, ergo & in nouo hoc facere possunt, ergo ordo non est impedimentum Matrimonii. — Secũdũ ar. ¶ Tertio, Matrimonium significat coniunctionem Christi, & ecclesiæ, sed hoc præcipue conuenit significari in his, qui sunt ministri Christi. s. ordinatis, ergo ordo Matrimonium non impedit. — Tertiũ ar. ¶ Quarto sic. Idem est ordo apud nos, & apud orientales, sed apud orientalem ecclesiam Sacer ordo non impedit Matrimonium, vt videtur innui in hoc. c. aliter. di. 31. ergo nec apud occidentalẽ. — Quartũ ar. ¶ Quinto sic. Si sacer ordo impedit Matrimoniũ, aut hoc esset rõne ordinis, aut rõne voti aut ratione statuti. Non ratione ordinis, quia sic omnis hõ impediret, quod non est verum de minoribus ordinibus, vt patet in. c. præsenti. &. ca. sequenti. &. s. dist. 2. de his. Nec ratione voti annexi, quia tunc ordo sacer, & votum non essent duo impedimenta Matrimonii, sed vnum. Non ratione statuti, quia Matrimonium contractum contra interdictum ecclesiæ non dirimitur, & sic sacer ordo, quamuis impediret Matrimonium contrahendum, saltem non dirimeret contractum. — Quintũ ar. ¶ In oppositum est tex. præsentis capituli. ¶ Respondeo. Hic erunt duo articuli. In primo repetetur distinctio, ordinum sacrorum. In secundo respondebitur quæstione sub certis conclusionibus. — Opponit & Respõ. Circa primum est sciẽdum, quod diximus in principio. 32. distinctio. Ordinum quidam sunt sacri, quidam vero non sacri. Sacri sunt, quorum actus ordinant ad sacramentum altaris in conficiendo ipsum, vel præparando materiam, vt subdiaconi, vel offerẽdo eam sacerdoti, vt diaconi, vel in consecrando ipsum, vt sacerdos. Et dicũtur sacri, quia ordinati in eis sunt quorum actus, aut habent sacra tangere, non sacri autem sunt quorum actus ordinãtur ad disponendum populum, vel remouendum malum hominem, vt ostiarius vel malum Demonem vt exorcista, vel disponendo ad bonum, siue secundum intellectum; vt Lector siue secundum affectum vt Acolyti, & dicuntur non sacri, quia promoti in eis non habent tangere sacra. hoc supposito pro primo articulo. ¶ Circa secundũ articulum, sit ista cõclusio iuxta sanctum Thomam in. 4. sic distinctione. 37. — Prima cõclusio.

2 † Ordo sacer ex sui ratione habet quandam congruentiam, quod Matrimonium impedire debeat, siue, vt dicit Durandus dispositiue habet impedire Matrimonium contrahendum, & dirimere contractum. Ista conclusio probatur sic iuxta dominum Durandum. Minister debet congruere ministerio ad quod ordinatur. si contraherent, ergo constituti in sacris non debent contrahere. Minor declaratur, quia clerici in sacris sunt ministri Dei, quo ad confectionem, & dispensationem ministeriorum, siue rerum ecclesiasticarum. — Durandus.

3 † Ad ministerium aũt diuinũ digne exequendum, duo sunt necessaria. Vnum ex parte corporis, s. puritas, actionis, vt possint diuina munde tractare, & ex parte animæ, libertas contemplationis, vt possint spiritualibus intendere, vtrunq; autem horum impedit Matrimonium. Tollit enim puritatem, quia maculat corpus, & contẽplationem aĩæ, quia occupat illam circa negotia secularia, propter quod tollit idoneitatem ad diuinum ministerium.

4 † Similiter ad ministerium ecclesiarũ sunt duo necessaria. s. diligentia in admininistrando, & cautela in obseruando. Matrimonium autem impedit diligentiam, quia occupatus extra propria, minus curat, & minus diligens est circa communia. Impedit etiam cautelam, quia in priuatos vsus vxoris. & filiorum frequenter bona pauperum expenderet. Et ideo congruit, quod promoti in sacris non possint matrimonium contrahere. Et sic patet, quod sacer ordo ex sui ratione habet congruentiam impediendi matrimonium, & ita dispensationem impediat contrahendum, & dirimat contractum. ¶ Secunda conclusio est.

5 † Quod sacer ordo ex statuto ecclesiæ habet completiue, quod actu impediat matrimonium. — Secunda cõclusio. Ista conclusio patet quoniam præfatam congruentiam cognoscens est ecclesia spiritu sancto docta fecit clericos in sacris constitutos personas illegitimas ad Matrimonia contrahenda, & si de facto contrahunt, dirimi debent, tanquam nulla. vt habetur extra qui cleri. vel vouen. c. ex literarum. & ex. c. præsenti. Et eadẽ ratione debet eis indici contumacia, quando ordinentur, siue consentiant, siue nondum ordinem sacrum suscipiant, ex tunc sunt inepti, & illegitimi ad contrahendum ex statuto ecclesiæ. Concordat Albertus magnus his duabus conclusionibus in. 4. di. 37. vbi querens, vtrum sacer ordo impediat matrimonium vbiq;, & semper vel localiter, & tẽporaliter. Respondet, quod quantum est ex parte continentiæ, est impedimentum vbique, & semper, sed quia congruitas ista nõ dicit, nisi aptitudinem, & non necessitatem, sed potius causatur necessitas ab ecclesiæ statuto. Ideo quantum ad necessitatem separandi Matrimonium est illud locale, & temporale, hæc Albertus. — Albertus. Quibus habitis, dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta sanctum Thom. & dominum Durandum negando Minorem. — Ad primũ argu. Pro quo notandum. † quod Matrimonium est sacramentum ecclesiæ ratione significationis, & quo ad hoc non opponitur ordini sacro. Item est in officium naturæ, ratione carnalis generationis, & quo ad hoc opponitur, i. disconuenit ordini sacro: quo actus spiritualis illud impedit, vt prius dictum est in ꝓbatione primæ conclusionis. Concordat Albertus dicens, ꝙ licet sacramẽtum non contrarietur sacramento, potest non congruere actui, & officio alterius sacramenti, & impedire ipsum. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiã iuxta Dominum Albertum, quia perfectior est veritas, quã typus, & figura. Et ideo plus inuenitur in veritate, quã in typo, & obiectum illud tenet bene de figura, perfecta, sed etiam non in omnibus fuit figura, quia ordo tantum fuit figura ordinis, & non ordinatus figura ordinati, quia illi sacerdotes fiebant in propagatione carnis tempore paucitatis fidelium. Isti sunt tempore propagationis spiritualis. — Ad secũdũ. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam, & ratio est ẜm Albertum magnum. qm̃ peccat ẜm æquiuocationẽ, quia metaphorica est similitudo illa, & non ad literam referenda, Et est ac, si obijceret ridens est lætus, pratum ridet: ergo pratum est lætum. — Ad tertiũ. Albertus. Concordat S. Tho. dicens, ꝙ constituti in sacris ordinibus, significat christum nobilioribus actibus, quã illi qui matrimonio sunt coniuncti, vnde ratio nõ sequitur. — S. Thom. ¶ Ad quartam respondetur negando minorem, qm̃ vt dicit sanctus Tho. Ordo vbique impedit matrimonium contrahendum, quãuis non habeat, vbique votum annexum. Patet s. in. c. si quis eorum, ea. di. quod. ca. fuit sextæ synodi. — Ad quartũ. Ad id vero, quod inducitur ex. c. aliter. dist. 31. respondetur, qđ vbi citur, quod eorum sacerdotes, & diaconi Matrimonio copulantur, exponitur. i. matrimonio copulato vtuntur. vt glo. dicit ibidem, qm̃ vt dicit S. Tho. in. 4. dist. 37. quod licet apud Græcos sicut apud Latinos ordo sacer impediat Matrimonium contrahendum, non tamen Matrimonij prius contracti vsum, possunt enim Matrimonio prius contracto vti, quamuis non possint de nouo Matrimonium contrahere. — S. Thom. Apud vero occidentalem ecclesiam impedit vtrũq; scilicet Matrimoniũ, & vsum, nisi forte ignorãte aut contradicente vxore vir ordinem sacrum susciperet, quia ex hoc non põt, ei præiudicium generari. ¶ Ad quintam respondetur iuxta Dominum Durandum in. 4. quod sacer ordo impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, non ratione ordinis absolute, sed ratione sua sacer ordo, & hoc dispositiue, nec ratione voti adiuncti, quia ex nullo statuto votum põt adiungi alicui facto, nisi vouens voluntarie consentiat, etiam si verbo diceret, & mente non consentiret, quia votum est mere voluntatis, sed impedit completiue ex statuto ecclesiæ faciendo personas illegitimas ad contrahendũ postquam sacrum ordinem susceperunt. — Ad quintũ. Concordat Scotus in 4. di. — Scotus.

in.4.di.37.dicens. Ordo impedit matrimonium suscipienti illud, non quia ordinatus vouet, nec quia votum est ordini annexum, sed propter præceptum, & statutum ecclesiæ: quo suscipienti sacros ordines inhibetur Matrimonium contrahere. Et quod dicitur, quod Matrimonium contractum cōtra interdictum ecclesiæ non dirimitur, dicendum est, ꝙ nō

7 est simile. Pro quo notādum† quod ecclesia aliqua interdicit simplici prohibitione, ne fiant, sed si facta fuerint, non irritat. Alia vero interdicit non solum prohibendo, ne fiant, sed statuendo, & irritum sit, & inane, si contra statutum fiat, & tūc non solum prohibetur faciēdum, sed etiam irritatum factū. primo modo interdicitur Matrimonium contrahi tempore feriato, vt in pluribus casibus, sed secundo modo prohibetur in susceptione sacri ordinis. Concordat Scotus, vbi supra, vbi dat istam regulā, † ꝙ ubi iura aliquid prohibent fieri

8 & non additur aliquid aliud vltra prohibitiones, tantū sunt prohibitiones, & non statuta illegitimationis. Et ideo si contra tales simplices prohibitiones aliquid fiat, factum est, & tenet illud factum. Sed si additur talibus prohitionibus, ꝙ si aliquid contra illas fiat, illud sit irritum, & inane, tunc illegitimantur personæ facientes contractum, sic prohibitum, sic hic statuit ecclesia, ꝙ si tales ordinati ordinibus sacris, contraherent, & separentur, & reddantur ministerio ecclesiæ. extra qui cleri. vel vouen. c. insinuante. Et ideo contractus post talem prohibitionem est nullus, quia personæ sunt illegitimatæ per ecclesiam. hæc ille

9 Ad secundum. Sic ꝓceditur. † Et videtur, quod consuetudo ecclesiæ non possit ad Matrimoniū inhabilitare. Prima sic, quia consuetudo contra ius diuinum non valet. vt. s. dist. 5. per totum. Sed Matrimonium est de iure diuino, vt quos deus coniunxit homo non separet, nec etiam mandatum summorum pontificum tollere non potuit. vt. 25. q. 1. sunt quidam. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. vbi dicitur cæteros vero clericos ad hoc non cogi, sed consuetudinem vniuscuiusque ecclesiæ obseruari debere. ¶ Secundo videtur esse. c. super eo. de cog. spirituali, vbi tex. expresse videtur dicere, quod consuetudo pōt inducere impedimentum circa Matrimonium. ¶ Respondeo, videtur distinguendum, quia si consuetudo est solum particularis ecclesiæ, approbata tantum, siue introducta per Episcopum cum consensu clericorum. Sunt istæ conclusio

10 ones. † Prima ꝙ talis cōsuetudo potest inducere impedimentum, quo ad contrahendum Matrimonium, hæc conclusio probatur ex præsenti. c. vnde vt dicit Archid. hic, si longa alicuius ecclesiæ consuetudo habeat, ꝙ Lector, siue Acolytus vxorem non ducat, illis quidam ducere non licebit, veruntamen si contraxerit matrimonium ratum erit, & ipse ab officii administratione cessabit, & ecclesiæ stipendijs carebit, patet etiam ista conclusio ex eo, quod Hu. & Archidiaconus no

11 tant. in. c. certe. 12. q. 1. † Episcopus potest facere constitutionem cum consensu clericorum suorum, ꝙ nullus ordinetur in Acolytum, nisi castitatem promittat, si Episcopus constitutionem de hoc potest facere; ergo etiam consuetudo hoc

12 potest inducere. ¶ Secunda conclusio. † Consuetudo particularis ecclesiæ quantumcūq; per Episcopum cum cōsensu clericorum fuerit introducta, non potest intantum se extenderet, vt possit dirimere Matrimonium contractum. Ista conclusio satis colligitur. extra de spō. duorum. c. tua fraternitas. Dicit Hug. in præsenti. capi. cuius est ista conclusio, ꝙ non potest aliquis præter papam facere constitutionem, vt in tali vel tali ordine nō esset Matrimonium, si quis contraheret: vnde etiā Archid. in presenti. c. dicit sic, vt enim æstimo non tantum potest ista consuetudo contra coniugij sacramentū, vt impediat contrahendum, & dirimat contractum ꝑm Io. de Fan. & hanc sent. sequitur Vincen. Inno. & Gostre. prout not. extra de cogna. spirituali. c. 1. vbi de hoc. Nam licet consuetudo in matrimonio contrahendo, valeat, non tamen in iam contracto: ar. extra de spō. duorum. c. licet. & c. tuas ꝑm

13 Inno. ¶ Tertia conclusio est: † ꝙ consuetudo approbata per papam potest non modo impedire Matrimonium contrahēdum, sed etiam dirimere contractum. Ista conclusio est Host. maxime in summa titu. de cognatio. spirituali, vbi circa articulum. Quis sit effectus speciei cuiuslibet cognationis spiritualis formaliter, ita dicit. Dic, quod consuetudo approbata per papam, potest inducere impedimentum, & remouere in his, in quibus Papa posset, sicut est in gradibus canonica, constitutione prohibitis, & alijs similibus. ar. de consang. & affinit. quia circa. Secus in prohibitis diuina lege, in quibus loquuntur contraria: hec Host. ¶ His habitis, dicendum est ad rationem in oppositum. Et primo secundum Hostiens. Dicit enim Hostien. vbi supra quod multa alia impedimenta per constitutionem ecclesiæ sunt inducta, quibus interuenientibus, separantur coniūcti à deo per hominem. Sed nō debemus dicere, quod homo separet, ex quo fit autoritate papę, imo deus hoc fecit, quia Romanus pontifex non puri hoīs, sed veri Dei vicem in terris, &c. vt de trans. Episcopo inter corporalia. & capitulo quanto. Et ideo potest de iure supra ius dispensare, inducendo impedimentum de nouo: vt sicut statuit de ordinibus maioribus, ita posset statuere de minoribus, vt in nullo eorum posset quis contrahere, post quam constitutionem, si quis contraheret in minori ordine, non esset matrimonium. Secundo potest respōderi quod coniunctio Matrimonialis facta contra constitutionem papæ siue consuetudinem ab eo approbatam, non esset coniunctio facta per Deum, & ideo ratio nō procedit. ¶ [Placuit] hoc. c. intelligo de contrahendo Matrimonio. Hugon. [Priora] quia etiam à tempore Apostolorum hoc fuit statutum. s. vt tales non possent contrahere [abstinere ab vxoribus ducēdis] id est vt non contrahant. Hugo. quod nisi fecerunt, &c. omni beneficio ecclesiastico priuandi sunt. [Cæteros] id est in minoribus ordinibus constitutos. [vniuscuiusque ecclesię consuetudinem] particularem scilicet, vt si consuetudo loci habeat, vt in minoribus ordinibus constituti non contrahant: hoc obseruetur, siue ꝙ contrahant, hoc obseruetur ab illis, qui volunt. Aliqui volunt: vt gl. referre consuetudinem hanc de qua loquitur hic text. non ad matrimonium, sed ad beneficia, vt si consuetudo sit, quod Acolyti vxorati habeāt beneficia, ipsa conseruetur. Sed ista expositio videtur nobis longe à proposito, & intellectu patrum illius concilij & ideo de ipsa parum curamus in capitulo isto mouet. Hugon. Quid si clericus Græcus transiret ad latinos, vel aliqs de nostris ad Græcos, quid iuris esset circa istos de Matrimonio contrahendo. Sed de hoc diximus nos circa. capitu-

14 lo quoniam distinctione trigesimaprima. ¶ Item mouet † vtrum noster Episcopus posset ordinare Græcos in ordine sacro, non promissa continentia: Respond. quod potest, si ordinet eos non pro clericis suis, sed pro clericis alicuius Episcopi Græci, puta aliquis Episcopus illius Græci impeditus rogat per literas Episcopum nostrum, hoc est ecclesiæ occidentalis, vt ordinet eos, alias non potest, verbi gratia. Aliqui clerici volunt effici clerici occidentalis ecclesiæ absoluti ab illa ecclesia, nō debent promoueri à nostro Episcopo in sacro ordine, nisi promissa continentia. Similiter dico de Græco Episcopo, qui si ordinat aliquos latinos in sacro ordine pro suis clericis, debet eos ordinare non exacta continentia. Si vero ordinat eos ex ligatione pro clericis occidentalis ecclesiæ, non debet eos ordinare, nisi promissa continentia.

4 *Coniuges, quando contraxerunt matrimonium, & non est copula consummatum, alter inuito altero, etiam remanente in seculo, potest religionem intrare, & manens in seculo, cum alio contrahere.*

5 *Licentiæ datio, an repugnet alteri coniugum, quin possit repetere coniugem.*

7 *Clericatus dignior est, quam religio.*

8 *Taciturnitas regulariter habetur pro consensu.*



Eriatim. Ad idem sequitur capitulū, quod est Leonis Papæ contra epistolam Nicetæ Abbatis: quod capitulū potest diuidi in quatuor partes, secundum quatuor conclusiones, quas habet. In prima dicit, quod constituti in minoribus ordinibus, nisi sint Monachi, vel canonici regulares, vel in alia religione, in qua continentiam profitetur: licite possunt contrahere, nisi aliquod aliud impedimentum interuenerit. In secunda manet tales contrahentes: quod non ducant viduam, aut repudiatam, si ad clericatum desiderauerint, & ad sacerdotium promoueri, quia si sic, non possent deinceps promoueri ad subdiaconatum. In tertia ponit, quod si quis ex præfatis ordinibus, minoribus constitutis, qui etiam virgines duxerunt vxores, desiderat ad Subdiaconatum ascendere, quod non possit sine consensu vxoris suæ. In quarta ponit, quod talis vxor, quæ sic permisit coniugem suum ad sacros ordines promoueri nec amplius

Primū ar.

Opponit i contrariū.

Secūdū op.

Respōdet.

Prima cō clusio.

Secunda cō clusio.

Io. de Fa.

Tertia cō clusio.

Hostiensis.

Ad argum.

Exponit literam.

Quęstio. Respōdet.

Diuisio.

nec amplius potest coniungi marito suo carnaliter, nec cuiquam nubere in vita sua, nec post mortem illius. Secunda ibi: Non autem viduã. Tertia ibi: Vel si quis. Quarta ibi: nec permittitur. Pro pleniori intelligentia præsentis. c. veniũt quærenda quatuor.

1 ¶ Primum est, vtrum minores ordines impediant Matrimonium.

2 ¶ Secundum est, vtrum clerici in minoribus cõstituti possint vxores ducere non virgines, aut repudiatas.

3 ¶ Tertium est, vtrum altero ex coniugibus profitente continentiam, alter simul obligetur ad eam.

6 ¶ Quartum est, vtrũ vxor promoti ad sacros ordines, vel religionẽ, possit post mortẽ ꝓmoti, aut professi cõtrahere.

1 Ad primum. Sic proceditur, † Et videtur, ꝙ minores ordines impediant Matrimonium. Primo sic. Quia Exorcistæ vim accipiunt expellendi demones, & Lectores potestatem exponendi prophetas, sed ad primum horum requiritur spiritualitas, cui non cõgruit carnalitas debiti matrimonialis. Et ad secundum requiritur studium, cui non competit cura domus, & vxoris: ergo videtur, ꝙ talibus non licet contrahere, & eadem ratio est de alijs. ¶ Secundo sic. Omnes ordines ad aliquod spirituale ordinantur, sed ordo non impedit matrimonium, nisi ratione spiritualitatis: ergo videtur, ꝙ etiam isti ordines impedirent Matrimonium. ¶ Tertio sic: in c. Lectores ea. d. dictũ est, ꝙ cũ ad annos pubertatis venirent, cogãtur aut vxorem duceret, aut continentiam profiteri. ¶ Quarto sic: Minores clerici sunt vocati in sortem domini, vt in c. cleros d. 21. Sed, qui habet vxorẽ est diuisus, vt dicit Apostolus. 1. ad Cor. 7. ergo nullus clericus potest, aut debet habere vxorem. ¶ Quinto sic: omnis clericus in minori officio, siue ordine constitutus potest habere beneficium ecclesiasticum: maxime si intendat vlterius promoueri, saltem beneficiũ, siue cura. Sed nullus coniugatus potest, nec debet habere præbendale officium, sicut dicitur extra de clericis coniu. diuersis fallaciis, &c. ergo nullus clericus potest esse cõiugatus. ¶ Sexto sic, omnis clericus in minori officio constitutus, potest gaudere priuilegio clericali, ergo nullus clericus potest esse vxoratus Maior est manifesta, Minor patet per decretalẽ, Io. de cleri. coniu. vbi dr̃, ꝙ clericus vxoratus, etiã tõsuratus nõ, põt priuilegio clericali gaudere. Si dicas, ꝙ istæ rõnes nõ valent quia qui est clericus, põt esse non clericus, & ita potest esse vxoratus. Contra ordinis sacramentum est per impressionem characteris: ergo sicut baptizatus non potest esse non baptizatus: ita videtur, ꝙ clericus non posset fieri non clericus, siue non ordinatus. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. Respondeo dicẽdum, ꝙ minores ordines non impediunt Matrimonium. Ista conclusio probatur multipliciter. primo ex c. præsenti. Secundo extra de cleri. coni. in c. 1. vbi dicitur. Si qui clericorum infra subdiaconatum acceperint vxores, ipsos ad retinendum vxores districtione ecclesiastica compelletis. Ratione sic: iuxta dominum Durandum, & Bonauenturã, In ordinibus est considerare ordinem, officium, siue ministerium, & beneficium, secundum hæc tria ordo potest cõparari ad matrimonium, sed ordo minor nullã oppositionem habet ad Matrimonium ratione sui, siue characteris, nec quantum ad contractum Matrimonij, nec quãtum ad vsum, sed ministerium, & beneficium ſm ecclesiã occidentalem, oppositionem habent ad Matrimonium, quantum ad vsum propter honestatem. Et quoniam clericus in minoribus non tenetur, nec est obligatus ad officium, nec ad ministerium, sequitur, ꝙ potest contrahere sine aliquo impedimento, & ita patet conclusio. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta dominum Alber. in 4. qm̃ Exorcistæ faciunt magis hoc vi exorcismorum, quos memoriter tenent, quã vi sanctitatis facta in officio ordinis, quia non est actus eorum supra corpus Christi verum, sed mysticum, & quantũ ad energuminos, qui non vere sunt de corpore Christi mistico, sed in potentia tantum: similiter lectores pronuntiãt prophetias, quæ sunt lumen veritatis vmbratum figuris, & ideo non oportet eis indicere legem continentiæ. ¶ Ad secundam respondetur etiam, negando cõsequentiam, & rõ est iuxta S. Th. in 4. quia licet minores ordines deputentur ad aliqua spũalia, non tñ habent immediate accessum ad tractandum sacra: sicut illi, qui sunt in sacris ordinibus. Et ideo dicit Alber. in 4. vbi supra, ꝙ ordines minores habent congruitatem impediendi Matrimonium remotam non proximam. ¶ Ad tertiam dr̃, quod illud c. debet intelligi qñ promouentur ad subdiaconatum, sicut ex his, quæ ibi diximus, alias dicit dominus Bonauentura, est solum consiliũ. ¶ Ad quartam respondetur, negando consequentiam qm̃ licet clerici dicantur de sorte domini, non tamen omnes æqualiter deputanter ad obsequia domini, sed quidam ad minora officia, vt qui sunt in minoribus ordinibus. Quidã ad maiora, & magis spiritualia, sicut qui sunt in maioribus ordinibus constituti. Et hinc est, ꝙ non omnes requirunt æqualem sanctitatem, & ita ratio non procedit. ¶ Ad quintam, & ad Sextam simul respondetur, negando consequentiam. Et ratio est iuxta dominum Bonauenturam, quia nec ministerium, nec beneficium, nec priuilegium sunt annexa necessario minoribus ordinibus. Et ideo nec matrimonio repugnãt, ita, ꝙ non possit transferri de vno statu ad alium. Impeditur tamen, vt non possit, nec debeat simul in vtroque militare, quia Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Concordat S. Thom. in 4. vbi supra dicens, ꝙ si statutũ occidentalis ecclesiæ Matrimonii vsum siue executionem ordinis non sacri impedit propter seruãdam maiorem honestatem in officijs ecclesiæ. Et quia aliquis ex beneficio ecclesiastico tenetur ad executionem ordinis, & ex hoc ipso priuilegio ecclesiastico gaudet. Ideo hoc apud latinos clericis vxoratis aufertur. Nõ propterea quod ordines minores ex vi ordinis impediant matrimonium, vnde ratio non procedit.

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, qđ clerici in minoribus vxores nõ possunt ducere non virgines, aut repudiatas. ex. c. præsenti, vbi dicitur, ꝙ ecclesia Romana ꝑmittit illos ducere virginem, nõ autem viduam aut repudiatam, ergo prohibet tales ducere, & ita videtur, quod non possint contrahere, nisi cum virgine. ¶ In oppositum est, quia nullo voto sunt astricti, ergo ita possunt ducere viduam, sicut virginem, prout eis videbitur. ¶ Respondeo dicendum iuxta dominum Bonauenturam in 4. d. 37. quod clerici ducentes vxores infra minores ordines, possunt vxores dupliciter ducere, aut cum spe redeundi ad ministerium, aut officium clericatus, aut sine spe. Si cum spe, tunc permittitur, quod ducat virginem, & sic loquitur Leo papa in præsenti c. Si sine spe, tunc possunt quam voluerint ducere. Sed si ducant viduam, amplius non possunt ad officium, quod dimiserant redire, vel si permittatur reditus ad ordines minores. Et ideo dicitur permittere sup. quam voluerint, ad clericatũ aliquo tempore redire sine impedimento. Concor. Alber. & S. Tho. dicentes, vbi supra, quod intelligendum est hoc dictum Leonis Papæ sub hypothesi. i. si ad clericatũ redire desiderat, intendens ad Sacerdotium promoueri, quia si non virginem duceret, Bigamia obstaret, & non sacerdos non efficeretur.

3 Ad tertium. Cum quæritur. † altero ex coniugibus profitente continentiam, alter similiter obligatur ad eam. ¶ Respondendum est, ꝙ non est verum regulariter, vnde pro pleniori intelligentia sunt discurrendi varij casus: & videbitur in quibus est verum, & in quibus non. Ista materia tangitur hic. & in c. Agathosa. 27. q. 2. & ex. de conuer. cõiugatorũ. c. 1. & c. ex par. sequendo Io. An. & Io. de Fantu. in præsenti c. ¶ Primus casus est,
4 † qñ coniuges contraxerunt Matrimonium, & nõ est copula consummatũ, & tunc alter, inuito altero ẽt remanẽte in seculo põt religionem intrare, & manens in seculo cũ alio contrahere. Casus est de spon. commissum. & de cõuer. cõiu. ex publico. ¶ Secundus casus est, qñ Matrimonium est copula cõsumatũ, & ambo vna voluntate religionem profitentur, & iste clarus est, vt patet de cõuersio. cõiu. c. cõiugatus. & c. ad Apostolicam. ¶ Tertius casus est, qñ ambo volunt castitatem vouere, & stare in seculo, & tunc planũ est ꝙ adhuc possunt, vt notatur. de conuer. coniu. c. quædam. ¶ Quartus casus est, qñ vnus vouet castitatem, eo stante in seculo, & alter non vouet, & tunc ex parte vouẽtis, valet votum, ita vt nõ possit exigere debitũ, sed non tenetur reddere, vt de conuer. cõiu. quidam. ¶ Quintus casus est, qñ alter tm̃ ingreditur religionem, & alter ignorat, & tunc ingressus, tenet, quãtum ad hoc vt non possit exigere debitũ, sed tenetur exactus reddere, & temperatur tale votum hic, ꝙ mortua cõiuge nõ poterit cũ alia cõtrahere, vt in dicto c. quidam. Ad prædictæ tamen coniugis votum illud non

Marginalia: Primũ ar. | Scd̃m arg. | Tertiũ ar. | Quartũ ar. | Quintũ ar. | Sextũ ar. | Opponit & Respõ. | Durandus Bonauen. | Ad primũ arg. | Ad secũdũ | Ad tertiũ. | Ad quartũ | Ad quintũ & sextum | 2. Timo 2. | S. Thom. | Primũ ar. | Opponit & contra: iũ. Respõdet. Bonauen. | Albertus Thoma. | Respõdet. | Primus casus. | Secundus casus. | Tertius casus. | Quartus casus. | Quintus casus.

tenebit, quin possit eum repetere. vt de conuer. coniu. in capitulo quidam. ¶ Sextus casus est, quando alter tantum ingreditur religionem altero expresse contradicente alteri, vel per metum consentiente. Et in isto casu idem est dicendum, quod dictum est in casu proximo. ¶ Septimus casus est, quando alter coniugum ingreditur religionē, altero tacente, & dissimulante, & tunc quātum ad substantiam voti, aut valet quo ad ingrediētem. vide. c. quidam. præalle. in hoc, quod non poterit exigere. Et idē quantum ad receptionem coniugis repetentis intrantem religionem, quia cum ipsa non vouerit, licet licentiam dederit intrandi Monasterium, exigere potest debitum, quia non renunciauit, vt dicit Inno. & etiam quantum ad hoc an teneatur post mortem cōiugis reiterare Matrimonium ad hoc seruari debet dictum c. quidam. ¶ Octauus est, quādo alter coniugum est ingressus religionem, alio consentiente, & licentiam dante, & tunc quantum ad substantiam voti valet votum religionis, quo ad ipsum vouentem, & licentiam dantem, ita vt neuter possit exigere debitum, quātum ad hoc, vt reddere non teneatur, suspenditur voti executio ad vitam vxoris. vt in c. ex parte de conuer. coniug. quia illa licet licentiam dederit, & consenserit, quia tamen non vouit, nec ad religionem transiuit non videtur ratus ingressus religionis viri, ea tamen mortua, compellitur

Sextus casus. Septimus casus. Octauus casus.

5 religionem ingredi. †An autem licentiæ datio repugnet alteri quin non possit repetere coniugem, licet gloss. recitet opinionem tamen videtur tenendum prout tenet Innoc. in cap. 1. de conuersat. coniu. eodem ti. Quidam quod mulier non possit virum repetere, & de hoc vr tex. de cōue. cōiug. veniens. Et assignat Innocen. duas rationes: vnde dicit sic. Dicimus, quod non solum remanēs in seculo, potest repetere vxorem ingredientem in Monasterium, sed etiam ipsa ingrediens potest petere coniugē in seculo remanentem. Et assignans rationem dicit, Prima est, quia vnus coniugum sine altero vouere non potest, & si vouet proximū soluere non potest, vt hic. & 33. q. 5. vna sola. Item alia ratio est, quia cum eius ingressus non teneat, vnde peccat, si se ab vxore alienat, vel si ei causam adulterandi tradit. 21. quæstione secunda. si tu. & de regula. vouens & de hoc videtur casus in dicto c. 1. de conuer. coniu. & c. ex parte eo. tit. ¶ Nonus casus est, quando alter coniugum ingreditur religionem, & alter vouet castitatem, tunc si ambo transeunt in dies suos, valet ingressus, & alter non potest alterum repetere, nec vnquam possunt ad alia vota trāsire. de conuer. coniug. vxoratus. cum similibus. Si vero remanens in seculo est iuuenis, tunc licet valeat ingressus mortuo coniuge, tamen si remanens est suspecta, prouidendum est officio iudicis, vt compellatur religionem intrare, vt de conue. coniu. significauit.

Quæstio. Nonus casus.

6 Ad quartam. †Dubium licet satis pateat Respōsio supra c. si se mulier d. 28. vbi di. quod talis teneatur ad continentiam perpetuam, & ita nō possit post mortem viri contrahere. Verum qualiter hoc intelligēdū sit inter viros peritos in controuersia, vt tangitur hic in glo. & deducit dominus Bonauentura in 4. d. 37. in expositione literæ. Aliqui. n. dicunt quod multipliciter consentiens viro vouere intelligitur, sed votum, quia non est solennizatum impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum. Alij dicunt, quod solennizatur in voto viri. Tertij dicūt, quod secus est in vxore ingressi in religionem, & clerici, quia vxor clerici tenetur, sed nō vxor ingressi†quia dignior est clericatus, quam religio, cū

7 Bigamus possit esse religiosus, non autem clericus. Alij dicūt, & hoc videtur probabilius, quod vxor, aut ignorat ius illud, nec scit, nec sibi dicitur, aut nouit. Primo modo non obligatur. Secundo modo, si nouit aut sibi dicitur, & si consentit, obligatur. Sed quid in tanta diuersitate tenendum? Sane dici potest inquit præfatus Dominus Bonauentura, quod si vxor consentiat viro, quod ordinem sacrum suscipiat, vel quod religionem ingrediatur in conspectu personæ, per quam secundum formam ecclesiæ possit fieri diuortium, quod ipsa obligatur ad continentiam perpetuam cū viro, qui est eadem caro cum ipsa, nec excusatur per iuris ignorantiā nec est diuersimode iudicandum in clericis, & in religiosis quantum ad hoc, cum vtrobique corpus viri perpetue domino dedicetur, & hoc expresse dicitur in præsenti cap. vnde nec permittitur vxor iungi eidem marito suo carnaliter, nec vnquam nubere alteri, aut in eius vita aut post mor

Bonauentura.

tem. Et ideo satis probabiliter dictum est, quod viro vouēte, cum solennitate vouisse intelligitur mulier. Litera. ¶ [Seriatim clericos.] Cum dicat hæc litera clericos in genere, & ad nomina aliorum clericorum descendens in specie, & non nominat psalmistam, dicunt quidam, quod psalmistatus non est ordo. Idem 77. d. cap. 1. Sed de hoc dic, vt dixi circa c. psalmista d. 23. vbi disputauimus, an psalmistatus sit ordo. [Si extra votum, & habitum Monachi.] hoc dicit gratia exempli. Nam idem est in aliis, s. canonicis regularibus vel consimilibus. Hug. Et nota, quod hęc duo coniunxit, vt ostendat, quod habitus, solum non impedit, nisi præcedat, vel sequatur votum, sed dixit, quoniam im pedire videtur, quoniam, qui habet habitum præsumitur vouisse nisi appareat de contrario. Hu. vel dicit generaliter extra votum. s. perpetuæ continentiæ, quo multi tenentur, & clerici & laici, qui nō sunt regulares. Hu. [& habitum] regalem, per quē præsumitur, quis vouisse, nisi probetur contrarium. [virginem.] si vult quis promoueri, vt diximus in questione. [nō viduam] Secūda pars. [repudiatam] id est cognitam ab alio Hug. [propter hos.] assignat rationem, quia tunc omni priuilegio ecclesiasticæ dignitatis denudatur. 84. quisquis. Io. de Fan. & de Big. c. altercationis li. 6. Hu. & Arc. [poterunt] si tamen promoti fuerint characterem percipient, & cum eis per sedem Apostolicam poterit dispensari. 1. d. quicunque. Arch. [vel si quis]. Tertia pars. [consensu] etiam tacito. vt no. s. d. 28. quia sunt. in gloss. vlt.

8 †Nam regulariter taciturnitas habetur pro consensu,[a] vt not. 27. d. cap. 1. dic: vt extra de conuer. coniug. Arch. [de carnali.] quasi dicat sicut prius viuebant carnaliter, ita postea viuat spiritualiter, sic dist. 31. lex, continentiæ necessitate cogēte, continentia. n. res est voti, non præcepti. Et ideo persuaderi potest nō impetrari, vt d. 31. c. 1. & 4. quæstione prima, integritas. [Nec permittitur.] Quinta pars. [coniugi.] quod si iuncta fuerit, vt dicitur octuagesima prima dist. cap. ministri. & dixi supra cap. eos Archid. multa alia circa hæc notata sunt in conclusionibus.

Exponit literam.

a ¶ Pro cō. sensu Ad. de Per. de Anc. in ca. uonne. nu. 2 de præsum & Bal. in l. si fine in ver. Itē pone exēplum c. de proba.

1 *Vniuersalis congruè infert particularem.*



QVoniam. Sequitur de eadem materia c. hoc, quod est concilij Calcedonen: cuius sententia, quod in minoribus ordinibus constituti, quibus permittitur vxores ducere, non debent alterius sectæ vxores accipere. Breue est, & nō diuiditur. Litera. ¶ [Quoniam in quibusdam.] Hoc dicit, quia forte in quibusdam est consuetudo, vt in minoribus ordinibus constituti nō cōtrahant, vel si contraxerint, non habeāt stipendia ecclesiastica, vel, licet paricullariter loquatur cum ait in quibusdā.

1 non tñ remouet qa generaliter sit verum. † Nam vniuersalis cōgruè infert particularem, vt omnis homo est animal ergo quidam homines sunt animalia. Similiter, si in omnibus est concessum, ergo & in quibusdam Hu. [Lectoribus, & cætera.] per istos intelligit omnes constitutos in minoribus ordinibus. Hu [alterius sectæ]. s. Iudæam, Paganam, vel gentilem, quoniam vbi est dispar cultus non est Matrimonium. vt 27. q. 1. caue sponsalia tamen de futuro potest cōtrahere cum tali, si promittit se facturam christianam. vt. 38. q. 1. non oportet.

Exponit literam.

1 *Mulieres, an sit licitum cohabitare cum clericis in sacris ordinibus constitutis, hoc probat octo rationibus nu. 2*

2 *Consanguineæ in linea ascendentium vel descendentium vsque ad quartum gradum possunt licite cohabitare clericis.*

Et in linea transuersali vsque ad secundum gradum inclusiue. numer. 4.

Et hoc nisi sit suspicio iuuentutis, vel caloris naturalis numero 6.

5 *Episcopis non licet cum consanguineis immoderatam habere familiaritatem.*

Nec cum eis cohabitare nu. 12.

7 *Oportunitas facit latronem.*

8 *Clericis licitum est cohabitare vltra consanguineas familiares, & pedisequas, quæ non sint suspectæ. & nu. 9.*

10 *Clerico in sacris constituto licitum est tenere in domo suu vxorem quam prius habuit legitimam ante sacri ordinis susceptionem, si sit velatu, de qua suspicio nulla oriri possit.*

11 Moniales

12 *Moniales nullo modo permittuntur clericis, aut Monachis cohabitare.*
13 *Clerici tenentes in domo suo fœminas prohibitas peccant mortaliter,*
14 *Suspicio vitatur ratione personæ.*



Nterdixit Incipit quinta pars huius di.sm.Arch,vbi clerici facilius contineant,supponit Gratianus authoritate horum capitulorum,quod clerici debeant vitare familiaritatem, & cohabitationem feminarum extranearum. Breue est,& non diuiditur.Pro pleniori intelligentia huius c.sequentium de hac materia quæritur.¶†Vtrum cum clericis in sacris constitutis licitum sit cohabitare mulieres:Et videtur,q sic,quia Episcopi,& prælati repræsentant personas Apostolorum,sed ipsi in eorum comitatu,& cósortio mulieres habuerunt,& hoc licite.vnde apostolus 1.ad Corint.9.Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem in fide conducendi nobiscum. ¶Secundo sic illarum personarum obsequio licitum est vti clericis,quæ aptiores & promptiores sunt ab illa obsequa exhibêda, sed fœminæ communiter sunt promptiores, & aptiores ad domestica obsequia,quam viri,vnde ecclesiastici trigesima sexta. Vbi non est mulier,ingemiscit gens.¶Tertio sic.Si consortium mulierum cum clericis est suspectū,tūc nec in ecclesijs,nec in oratorijs cum eis deberent clerici côuersari,sed hoc est falsum.ergo.¶Quarto sic.arguitur ex c.præsenti:vbi aliquæ permittuntur cohabitare clericis.Et ita videtur merito de aliis bonis feminis dicendum.¶In oppositum arguitur ex c.præsenti,& sequenti hospitiolum tuum &c.Item ex c. 1. ex. de coha.cle.& mu.¶Respondeo,hic facienda sunt tria. In primis assignabantur aliquæ rationes propter quas rationabiliter inhibetur clericis cohabitare mulieribus .Secundo,respondendo quæstioni dicetur sub certis conclusionibus,quæ mulieres possunt licite cohabitare clericis,& quæ non.Tertio respondebitur ad arguméta.¶Circa primum†occurunt nobis octo rationes huius prohibitionis. Prima,pp custodiam castitatis ad quam tenentur ipsi clerici, de quibus loquimur, quā difficile erit seruare cohabitādo mulieribus imo quasi impossibile,quemadmodum stupam,ceram,aut stipulam posse saluari iuxta ignem. Hinc. Prouerb 6.Nunquid pôt hō abscondere ignem in sinu suo vt vestimenta illius non ardeant,aut ambulare super prunas, & non comburantur plantæ eius, sic qui ingreditur ad mulierem non erit immunis, cum tetigerit eam. Ideo Aug.in libro de singularitate clericorū.Nos fallimur quoties inordinaliter credimus,vt inter feminas speremus passim castitatem immobilē custodire.difficile quis venenū, & viuet verendum est dormienti in ripa,ne cadat in hac parte expedit bene timere,quam male fidere,& vtilius est, quod hō,vt infirmum se hō cognoscat,vt fortis sit, quam fortis videri velit & infirmus emergat.Et Gregorius in dialogo inquit,qui corpus suū cōtinentiæ dedicat,habitare cū mulierib.non psumat,ne ruina ruenti tanto repentina surrepat,quanto male concupiscentie ex præsentia concupitę formæ famulatur.¶Secunda ratio est.Exempla multorum ēt magnorū virorum,qui occasione mulieris ceciderunt: præsumptuosum,quidem est se illis fortiorem æstimare, vn Aug.li.5.homiliarū.homil.21.inquit.Tu fortior es, Dauid,nec Salomone potes esse sapiētior. Si.n.illos tā sanctos viros incauta familiaritas mulierum,& perniciosa blandimenta vicerunt,quod de se cogitant illi,qui cum extraneis mulierib.non solū conuersari,sed ēt in vna domo manere conuiuio earum,aut frequenter,aut semper interesse, nec metuunt,nec erubescunt.De talib.pôt,& debet illud dici, q delicia dicit Apostolus,q viuens mortua est.¶Tertia rō prædictæ inhibitionis est,pp perfectionem virtutis, ad q cum difficultate,aut nunquam ascendere quis pôt,qui fœminarum consortio delectatur,hinc Hierony. & habetur in c.sequenti.Crede mihi non pôt cum Deo toto corde habitare,vel ei seruire, qui mulierum accessibus copulatur. Et Aug.in soliloquiis. Nihil inuenio, quod adeo animum ab arce virtutum deijciat,quam blandimenta fœminea.Et rationem huius assignans beatus Hieronymus ad Oceanū in epist.de vita clericorū loquens ait.Fœminarū cū clericis nullo pacto coniunctа præcipitur conuersatio, Ianua diaboli; via iniquitatis,scorpionis percussio,nocuumque genus est fœmina, cū proximat,stipula incendit ignem flammigero igne percutit fœmina conscientiam cohabitantis, exuritque fundamenta montium:ego iudico, si cum viris fœminæ habitant,non deerit vi scarium diaboli. ¶Quarta ratio inhibitionis prædictæ est, quia ita conuenit statui, & ordini clericorum in sacris constitutorum,vt continentiæ votum sit annexum, vt patet per multa ca.in hac, & in superiori,d.& per consequens fuge cohabitationem cum mulieribus.Hanc rationem tangit beat.August.lib.de singularitate clericorum,ita dicens.Vt quid sibi adhibuit mulierem?qui ducere contempsit vxorem:omnis,qui non mā ducat carnes, vt qui habitationē suam carnis apparatibus replet, & qui non biberit vinum, vt qui vini oblectatione perfruitur.Ita hic qui despexit vinculum nuptiarum,& aliter fœmineis laqueis seu vinculis alligatur,quamuis nullo concubitu misceatur,desiderio tamen, visu,colloquio coniunctione semper oblectantur.Nam si desiderium feminę nunquam haberet nūquam femina suis oblectationibus, & oblectamentis assumeret Hæc Augus.¶Quinta ratio inhibitionis prædictæ est propter excellentiā ministerij sacerdotalis,ad quod pertinet maxima pollere mundia iuxta illud Esa.Mundamini,qui fertis vasa domini,hinc Hieronymus in epistola supradicta,quid tibi clerice cum terminus,qui cum Domino famularis vel alterare & Aug. libro supradicto.Aut auertite occasiones, quibus interiora pectoris penetrantur,vt liquida in vobis perspicuitas honoretur, contenti estote singularitatem laboriosam pro pudore seruando, potius sustinere,quam sine labore ad dedecus peruenire.Côtemplamini,quid populo sancto: & considerate,quale sit diuinis sacramentis insistere,altari placere debent, qui cum altari viuunt, & talis conuenit cura synceritatis sacramentorum,qualia sunt sacramenta ipsa, quibus exhibent beneficia seruitutis, nec contra dominum offendant, quæ tractant, contra populum incipiant impedire,quod prædicāt. Sexta ratio inhibitionis est propter testimonium bonæ famę habendum,quod maximæ necessarium est clericis,quibus vt inquit Hu.de S.Victore non sufficit vita sancta,nisi sit bona fama,quam bonā famam maxime denigrat cohabitatio,& familiaritas cum mulieribus,vnde Aug.lib.supra dicto,sed consensio nō est castitatis huiusmodi.s.qui cohabitant mulierjbus, pudiciciam violatam,suspicionis tamen malam porrigit famam, & pudicitiæ bonum frustra,intentionem laborioso agone custodit,qui forinsecus efficit,infamari,peius est quā mechia,continentiam docere criminosam,& infamiam facere,sanctimoniā,& blasphemiam ingerit religioni q prætulit,qui quod confitetur,non ante omnes impleuit,ne christianitatem credatur esse falsam,& mechato videtur sanctitas velamento vestita.Hinc declarat beatus Heronym. fuge personas in quibus pôt malæ conuersationis esse suspicio,ne dicas sufficit mihi conscientia,non curo,quid de me loquantur homines. Et certe hoc Apostolus præuidebat bene,non solum coram Deo,sed etiam coram hominibus nec per illum nomen domini blasphemaretur in gentibus. ¶Septima ratio prohibitionis est sic infirmis occasio mali,siue ruinæ.Nam vt dicit Augustinus vbi supra quale præmium fœlicitatis expectat,qui non solum blasphemiā sanctitatis ab infidelibus prouocat,sed fidelibus perniciosum præbet exemplum, vt infirmi sub prætextu dilectionis subtiliter fornicentur,& pudicus impudicissimæ castitatis præbebat magisterium,destruens,quod Paulus comminatur dicens.Perit inquit frater infirmus in tua cōscientia, propter quod Christus passus est.Et iterum idem Augu.Si alicui tanta fiducia est de immutabilitate propriæ infirmitatis,saltem solicitus reformidet,ne ipse sit scandalum visibus alienis,sed terreatur voto domini comminantis. Væmundo à scandalis,veruntamen Væ homini illi,per quem scandalum venit.¶Octaua ratio est exempla sanctorum patrum qui miro modo leguntur euitasse consortia mulierum, de quibus tam Gregorius in dialogo,quam in vitis patrum multa exempla digna memoriæ narrantur, vnde de August.dicit,quòd nec cum sorore habitare consensit dicens, qq cū sorore nec,sunt sorores, meæ nō sunt Tanti igitur viri cautela magna debet esse instructio. Nam incautæ præsumptionis est, vbi fortis pauet, minus validum non timere.Exemplum etiam ad hoc satis celebre ponitur infra e.d.c.psbyter.& hoc de primo articulo.¶Circa sm sit ista conclusio.†Consanguineæ in linea ascendentium,vel descentium vsque ad quartum gradum possunt licite

Margin notes (left column): Primū ar. 1 — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Quartū ar. — Opponit i contra iū — Respōdet — Prima rō. 2 — August. — Secūda rō. — Tertia rō. — Hieronym. — August. — Hyeroni. 3

Margin notes (right column): Quarta rō. — Aug. — Quinta rō — Esaiæ 52.c. — Aug. — Sexta rāc — Hug. de S.Victore — Augustin. — Hierony. — Septima rō. — Augus. — 1.ad Co.8.c — Matt.18.a — Octaua rō — Prima cō clusio.

licite cohabitare clericis. Arg. de consang. & affi. non debet in c. præsenti. & distin. 81. cum omnibus & c. volumus. Patet etiã ratione, quia naturale fœdus nihil criminis permittit in talibus suspicari. vt extra de coha. cle. à nobis. & extra de præsum. cum in iuuentute. ¶ Secunda conclusio. † Consanguineæ in linea transuersali vsque ad 4 gradum inclusiue, possunt licite cohabitare clericis, nisi secum habeant personas pedis sequas, aut alias mulieres suspectas: pro hac conclusione est c. legitur d. 81. vbi legitur, quod B. Aug. nec cũ sorore habitare consensit, vbi dicitur. Quæ cũ sorore mea sunt sorores meæ non sunt, pro ista etiam conclusione loquitur idem B. Aug. li. de singularitate clericorũ sic. Si quis autem habet matrem, & filiam, vel sororem, vel cõiugem, vel cognatam, sic habeant, aut nulla mala intersit, nec aliqua ingrediatur extranea, nec ad hoc videatur proximas tenere, vt ipsarum causa libere sibi adhibeat alienas, quod si non potest, ipsæ, quæ sunt proximæ sine famulorum ministerio, vel sine amicarum interesse expedit, vt migres ad aliud domicilium, quam propter illas personæ ignaræ teneãtur, humanum est. n. vt nec clericus illas necessariis feminis fraudet, nec ipse clericũ per importunas feminas sordident. ¶ Tertia conclusio. † licet licitum sit aliquas consanguineas cum clericis habitare, vt dictum est, non tamẽ est licitum maxime Episcopis cum talibus immoderatam familiaritatem habere, ne vilis & contemptibilis habeatur: Ista conclusio habetur infra d. 34. in c. quorũdam. vbi habetur, quod si admonitus nollet desistere, deponatᵗ. ¶ Quarta conclusio. † Licet licitum sit aliquas cõsanguineas, siue affines clericis cohabitare, vt dictum est, vbi tamẽ est suspicio iuuentutis, seu caloris naturalis, non est licitum habitare simul, vt. n. dicit Henr. super c. 1. de coh. cler. & mu. Hoc tutius est animæ, qa, vt dicit Abacuh primo: Facies eorum vẽtus vrens, & est consonantius honestati. Ideo sequendum maxime, qñ timeretur ex hoc scandalum generari. Et quia talis conuersatio est periculosa 2m illud Ecclesiastici 13. Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea. Vnde versus. Ni fugias tactus, vix euitabitur actus. Hos ergo deuita, ne moriaris ita. Vñ apostolus ad Ro. 7. stipendia peccati more, vnde Io. And. & Host. notant de eo, qui consanguineam cognouit vxoris suæ c. veniens. † quod oportunitas facit latronem, dicit etiam, Innocẽ. in c. 1. de coha. cle. quod si aliquos per decretalem illam tantum prohibentur clerici latini tenere in domo sua latinas consanguineas, & alias similes mulieres. ¶ Quinta conclusio. † sicut licitum est clericis cohabitare mulieres consanguineas, ita et eas, quæ sunt de familia domestica necessitate, vt sunt Ancillæ, & pedisequæ, quæ tñ non sunt suspectæ. Ista conclusio habetur in c. cum oĩbus. di. 81. ¶ Sexta conclusio. † Licet licitũ sit cohabitare clericis alias mulieres, quam consanguineas, seu affines, vt patet ex conclusione præcedenti, nulla tñ extranea quantũcunq; despecta aut et vetula est inspicienda à clericis specialiter ad domesticũ obsequiũ. Ista conclusio est B. Aug. in li. vbi s. vbi sic ait. Cum clerico fæmina nulla permaneat. nõ despecta non vetula, sine affinitate peculiariter suscipienda est ad domesticum obsequiũ. Et assignãs rationem, ita subiungit, quia magis cito delinquitur, vbi sine suspicione securum põt esse delictum. ¶ Septima conclusio. † Licitum est clerico in sacris constituto tenere in domo sua vxorem, qu ãprius habuit legitimam ante sacri ordinis susceptionem, si sit vetula, de qua suspicio nulla orri possit. hæc conclusio habetur in c. voluntas d. 8. ¶ Octaua conclusio. † Moniales nullo modo permittũtur clericis: aut Monachis cohabitare, patet cõclusio d. 23. c. sanctimonialis, & c. sacratas. & de consẽ. d. 1. in sancta. ¶ Nona conclusio. † Episcopi, & Religiosi nullam debent ad cohabitandũ mulierem admittere. Ista cõclusio habetur in aut. de S. Episcopis. §. Episcopum vero. Col. 9. & in aut. de Monachis. §. cogitandum Col. 1. notat hec Host. in summa de coha. cle. & mu. & de istis est te. in l. eum, qui probabilem. & in aut. Episcopus. C. de Episcopis. & cle. & hoc rõne fulciri põt ꝑpter excellentiam status perfectionis, ex quo tam prælati quam religiosi sunt licet differeter. ¶ Istis visis veniendũ ad tertium, in quo respondendum est rationibus in oppositum. Ad primam respondetur, negando consequentiam. Et hoc propter duas rationes. Prima quia longa est differẽtia inter Apostolos, & clericos nostros: illi. n. summa sanctimonia pollebant, confirmati, ex alto. Secunda ratio est, qa mulieres, quæ Apostolos sequebantur, non propriè dicendæ sunt cohabitasse cum Apostolis eo modo, quo clericis interdicitur cohabitare cum mulieribus, vnde vt dicit Au. stinus, & ponitur in glo. 1. ad Corint. super illud quod Apostolus ait. Nunquid nõ habemus ptãtẽ sororẽ in fide mulierẽ circũducẽdi, sicut, & ceteri. Apostoli. Mulieres illæ desiderio doctrinæ dominicæ, & cupiditate virtutum sequebãtur Apostolos ministrantes eis, & sumptus, & seruitia, sic & Saluatorem nostrum secutæ sunt ministrantes ei de facultatibus suis. ¶ Ad secundam respõdetur, negando assumptum. Dicimus. n. quod clericis, qui debeant præferre honestatem, & animæ salutem omni commoditati carnali, illæ personæ sunt vtiliores, & aptiores ad eorum obsequiũ, quæ cum maiori eorum honestate possunt eis obsequi cuiusmodi sunt viri magis, quam fœminæ, vt ex superioribus patet. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam quia non est simile de ecclesiæ, domo publica, & de domo clerici priuata, vnde Augustinus in libro de singularitate clericorum respondendo ad hoc argumentum dicit sic. Hereticæ professionis est ista contradictio calumniosa, quæ de bonis præscribit, nec asserat mala, & de sanctitate præiudicat, vt immundiciam subtiliter introducat. Absit, vt vbique fęminę ascribuntur, aut vbique permisio attribuatur habent loca sua circa maritos, circa fratres, circa parentes circa seruos, in domo orationis tantummodo circa clericos cunctos, in mansione autem vna sine cogitatione competenter habent socios. Disce nunc temperantiæ modum. Ama fœmina intra sacra, solennia, & odio habet in communione priuata, & ita in conspectu sanctorum, vbi spiritus dominatur, Ancilla caro semetipsam cognoscens perdit suæ voluptatis vsum, perdit & luxum, dum tractantur cœlestia, dum celebrantur sancta mysteria, tota humanitas occupatur, vbi non humana sed diuina sunt communia vbi veneratio, vel terror vel tremor incutitur animis vniuersis, sepulta est profecto substantia carnalis: hęc ille. ¶ Ad quartam respondetur negando consequentiam, quoniam aliud est de consanguineis, in quibus naturale fędus, vel sui criminis permittit suspicari, & de aliis fœminis etiã bonis, sicut infra in c. se. Litera. ¶ [Interdixit]. i. statuit, & ꝑcepit, in omni. n. prohibitione colligitur præceptum, & econuerso. Et ideo hoc verbum prohibitum ponitur pro verbo præceptiuo: secundum Hu. & Io. de Fantu. Hinc patet, † quod clerici tenẽtes in domo sua fęminas prohibitas peccant mortaliter, nisi forte in talibus nisi seui criminis estimari fœdus naturæ non permittit extra. de cohab. cle. à nobis suspitiones. Nota hic argumentum, † quod ratione personæ vitatur suspicio, ad idem d. 34. quorundam. Aliquando inducitur, & habetur 5. q. 1. non omnis Lau. & Arch.

2 *Mulierem non tangere accipitur dupliciter.*
Nec semper est malum. nu. 3.
4 *Tactus cum vxore propria, & causa prolis generandæ est licitus, & bonus, sicut & matrimonium.*
Sed cum alia, quam vxore, est illicitus, & peccatum nu. 5.
6 *Tactus omnis libidinosus est peccatum.*


Ospitiolum. Ad eandem materiam patet hoc c. quod est B. Hieronymi in epistola ad Nepotianum, quã truncatam ponit hic Gratianus. In qua iuxta tria, quę solẽt hoĩes decipere, vt minus cauti se ingerant consortijs fæminarum, quæ sunt fiducia de propriis viribus, Sanctitas mulierum, & consanguinitas. Tria ponit Hieronymus. Contra primum dicit. ¶ [Hospiciolum tuum, aut raro, aut nũquam mulierum pedes tangant, vel terant.] vide ne sub eodem tecto manseris nec intrinseca castitate confidas. Nec Dauid sanctior, qui aspectu Bersabeæ adulterium cõmisit 12. q. 11. nec Sãson fortior, qui deceptus per mulierem, fortitudinem amisit. Iudic. 16. nec Salomone sapientior esse potes, qui adamans multas mulieres alienigenas, idolatrauit 3. Reg. 11. [quia non potest] assignat rationem, quare fugienda sunt consortia mulierum, quia non potest, & cætera. Et nota quod beatus Hieronymus prohibet tria: Primo cohabitationem mulierum, in præcedenti parte, secundo prohibet habere memoriam, siue cogitationem, aut etiam locutionem earum, vnde ait. [Nunquam de mulierum formis.] Tertio prohibet clericis, ne studeant agnosci à mulieribus, cum subiungit [fœminæ nomen tuum, &c. fœmina,

fœmina,quam] hoc dicit contra ſm , quo clerici quando que decipiuntur,vt præſumant cohabitare,aut conuerſari cum mulieribus,quod eſt ſanctitas mulierum.Contra hoc dicit Hierony.[fœminam, quam bene videris côuerſantẽ, mente dilige non, &c.]Circa tertium,quod eſt conſangui nitas, dicit idẽ Hieronymus.Si generis gratia iudicas mulieres,nullo modo dimittere meméto,quod Thamar à fratre corrupta eſt 2.Reg.13.Et Tecla poſt paſsionis tentatio tionẽ Anthiochiæ à Paulo prohibetur pergere , pariter dicit Hieronymus in epiſto.ad Ocean. Sequitur.in litera.[Si bonum eſt mulierem non tangere.malum eſt ergo tangere]Circa hoc duæ ſunt quæſtiones.

1 ¶Prima eſt vtrum malum ſit mulierem tangere.

7 ¶Secundum eſt,vtrum altero contrariorum exiſtente bono reliquum neceſſario ſit malum .

1 Ad primum. Sic proceditur.† Et videtur , quod non ſit malum tangere mulierem.

Primũ ar. Primo ſic.Illa,quæ ſm ſe ſunt mala,nunquam poſſunt bene fieri,ſed tangere quãdoque mulierem,& etiam in oſculo poteſt quandoque fieri abſque peccato : ergo ſequitur quod tangere mulierem non ſit malum . ¶ Secundo ſic,

Scd̄m ar. Si tãgere mulierem ſemper eſſet malum ſequeretur quod tactus coniugalis eſſet malus , ſed hoc eſt falſum , vt dicit Apoſtolus 1.ad Corin.7.Mulier reddat debitum viro ſuo, & vir vxori ſuæ.¶ In oppoſitum videtur authoritas Hiero

Opponit & reſpon. nymi in litera .¶ Reſpondeo hic ſunt dicenda duo. In primo,quomodo iuxta Apoſtolum ſit bonum non tangere mulierem . Secũdo quomodo dicatur malum eam tãgere.

2 Quantum ad articulum primum eſt notandum primo:† ꝙ quod hoc,quod dr̃ non tãgere mulierẽ,poteſt accipi dupliciter:Vno modo,quod abſolute abſtinentiam ab actu carnalis côcubitus deſignat, & hoc modo non tangere mulierem,nec deſignat virtutẽ , nec actum virtutis: ſed eſt quoddam indifferens.Alio modo poteſt accipi,ſm ꝙ eſt ratione regulatum,& tunc ſignificat,vel habitum virtutis continentiæ,vel actum,& ſic videtur accipi in authoritate Pauli & in c.præſentis: cũ dr̃ quod bonum eſt mulierẽ nõ tãgere

S.Tho. Nichol.de lyra. 1.Co r.7. Pro quo plenius intelligendo eſt,notandum iuxta S. Tho. & Nicolaum de lyra ſuper epiſtolã .1. ad Corin. in principio capitu.7.ſciendũ quod ſicut vis nutritiua ordinatur ad conſeruationem indiuidui,ita vis generatiua ad conuerſationem ſpeciei.Et ideo ſicut dici non poteſt, ꝙ bonum ſit homini quantum ad indiuiduum alimento non vti:ita nõ põt dici quantum ad ſpeciem,non tangere mulierem: ſed hoc eſt bonum homini,quantum ad indiuiduum. Et primo ratione animæ,quæ per hoc eleuatur ad cognitionem

Aug. veritatis,vnde dicit Auguſt.ſecundo ſoliloquiorum. Nihil ſic deijcit ab actu veritatis cognoſcẽde,ſicut tactus iſte corporum ſine quo vxor haberi nõ poteſt,quia tenetur ei reddere debitum per actum carnis , in quo abſorbetur intellectus , vnde & populo legem diuinam accepturo præceptum fuit Exod.19. Ne appropinquetis vxoribus veſtris. ¶Secundo ratione corporis,quod per Matrimonium ſubijcitur perpetuæ ſeruituti côiugis, vir enim non habet poteſtatẽ ſui corporis,ſed vxor.Nec ſimiliter vxor,ſed vir,prout patet 1.ad Corin.7.Seruitus autem de ſe eſt amara.vnde eccleſia.7.Inueni amariorem morte mulierẽ.¶ Tertio ex parte rerum exteriorum quarum occupationi,& ſolicitudini neceſſe eſt hominem implicari,qui habet vxorem , & filios nutriendos,cum tñ dicatur 1.ad Timo.2.Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus,vt ei placeat, cui

3 ſe probauit:& hæc de primo articulo.¶Circa ſm ſit concluſio.†Quod non ſemper eſt malum tangere mulierem,cum tactus iſte poſſit abſque oĩ libidine fieri põt.n.filius tamen tangere abſq; oĩ peccato,& frater ſororem,& cognatã, ſm conſuetudinem patriæ,vel pp aliquam neceſſitatem , aut rationabilem cauſam,nec Apoſtolus Paulus loquitur . de hoc tactu , ſed loquitur , de tactu , carnalis concubitus. De quo diſtinguendum eſt,quia iſte , aũt cũm vxore propria,aut non,ſi ſi cũm vxore propria fiat,& cauſa prolis ge-

4 nerandæ,eſt concluſio.Quod talis tactus eſt licitus , & bonus,ſicut & matrimonium,cuius Deus eſt autor.Gen.2. Et ſic Apoſtolus ad Eph.5.ait Diligite vxores veſtras , ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiam.Si vero iſte tactus fiat non cum

5 vxore propria,ſit iſta concluſio.†Quod talis tactus ſit illici-

auguſt. tus,& peccatum,patet.Dic t.n.Auguſt.ꝙ omnis concubit⁹ carnalis eſt illicitus,quem non excuſat honeſtas nuptialis. Præterea,quantum attinet ad actum oſculorum,& ample-

6 xus ſit iſta côcluſio.†Omnis talis tactus libidinoſus eſt malus,& eſt peccatũ.Probatur concluſio, ſicut probat S.Tho. in 2.2.q.154.art.4.Minus eſt aſpectus libidinoſus,quam ta S.Tho. ctus amplexus,vel oſculũ,ſed aſpectus libidinoſus eſt peccatum mortale,ſm illud Matt.5.Qui viderit mulierem ad concupiſcẽdum eam,iam mœchatus eſt in corde ſuo, ergo multo magis tactus oſculi libidinoſi, ſeu amplexus, & alia hmõi ſunt peccata.¶His habitis dicendum eſt ad rationes in oppoſitum.Ad primam reſpondetur iuxta S. Tho. in 2. Ad primũ 2.vbi ſupra,ꝙ aliquid dr̃ eſſe peccatum mortale ſecundum arg. ſuam ſpeciem,& hoc modo oſculum,amplexus,vel tactus ſm ſuam rationem non nominant peccatum mortale:poſſunt.n.fieri,vt dictum eſt,hæc abſque libidine,vel propter conſuetudinem Patriæ,vel pp aliquam neceſsitatem,aut rationabilem cauſam.Alio modo dicitur aliquid peccatum mortale ex ſua cauſa,ſicut ille,qui aliquem iudicat ad hæreſim mortaliter peccat propter intentionem corruptam. Quia autem conſenſus in delectationem peccati mortalis eſt peccatũ mortale.Ideo,cũ oſcula,& amplexus, & hmõi propter delectationẽ fiant,conſequens eſt,quod ſint mortalia,& ſic ſolum dicuntur libidinoſa,vnde huiuſmodi, ſecundum quod libidinoſa ſunt,peccata mortalia ſunt.¶ Ad ad ſecũdũ ſecundam patet rſponſio, ꝙ ratio nihil valet,quia non dicitur,quod tangere mulierem ſemper eſt peccatum.licet qñ que ſicut declaratum eſt ad fornicandum.

7 Ad ſecundum: Sic proceditur.† Et videtur , ꝙ non ſit verum, ꝙ altero contrariorum exiſtente bono,neceſſe ſit alterum eſſe malum,vel econuerſo.Primo ſic ex articulo gl.arguit de auaritia,& ꝓdigalitate,quæ ſunt contraria,& neutrum eſt bonum. ¶Se- Primũ ar. cundo arguit glo.ex aliis.Sicut communicare continue nõ Scd̄m ar. eſt malum:& tamen non communicare continue non eſt malum.¶Item tertio.nubere eſt bonum . ¶Nam, vt inquit Tertiũ ar. Apoſtolus.1.ad Corin.octauo.Si autem acceperis vxorem non peccaſti,& ſi nupſerit virgo non peccauit,non nubere tamen non eſt malum,imo eſt melius.¶In oppoſitum videtur Hieronymus,qui arguendo à contrariis arguit ſic.ſi Opponit i bonum eſt mulierem non tangere,malum eſt ergo tange- contrariũ. re.¶Reſpondeo pro intellectu huius quæſtionis ſit iſta pri Reſpondet. ma concluſio.In côtrariis actibus moralibus in indiuiduo Prima cõcluſio. conſideratis,ſi vnus actus eſt bonus,alter côtrarius eſt malus,& e conuerſo:põt iſta concluſio probari ſic. Actus humanus eſt à voluntate deliberatus,voluntas autem deliberata ſemper agit pp finem , finis autẽ omnis aut eſt bonus aut eſt malus.qui autem eſt ad bonum,bonus eſt,qui vero ad malum,eſt malus:ergo omnis actus humanus in indiuiduo conſideratus,eſt bonus,vel malus.Pro quo eſt notandum iuxta S.Tho.in quæſtionib.de malo,quod actus moralis præter bonitatem,& malitiam,quam habet ex ſua ſpe S. Tho. cie,põt habere aliam bonitatem,vel malitiam.ſ.ex circunſtantijs,quæ comparãtur actum moralem,ſicut accidentia quædam.Sicut aũt genus côſideratur in ſua ratione ſine differentijs,ſine quibus non põt eſſe ſpecies.Ita ſpecies conſideratus ſm ſuam rationem ſine accidentibus , ſine quibus tamen eſſe non põt indiuiduum.Non.n.de ratione hominis eſt eſſe album,vel nigrũ,vel aliquid hmõi:impoſsibile eſt tñ eſſe aliquem hoĩem ſingularem,qñ non ſit albus vel niger,vel aliquid hmõi,ſic ergo loquendo de actibus moralibus ſm ꝙ ſuis ſuſpeciebus conſiderantur , poſſunt dici boni,vel mali ex genere,ſed bonitas,vel malicia,quę ex circunſtantiis non conuenit ei ſm genus, vel ſpeciẽ, ſed in indiuiduis actib.vel maliciæ conuenire põt.Si ergo loquamur de actu morali ſm ſuam ſpẽm,ſic non oĩs actus moralis eſt bonus vel malus ſed aliquis eſt indifferẽs,quia actus moralis ſpẽm habet ex obiecto ſm ordinẽ ad rõnem. Eſt aũt aliquod obiectũ,quod importat aliquod conueniẽs rationi,hæc facit bonum ex genere,ſicut veſtire nudum, aliquod aũt obiectũ, ꝙ importat aliquã diſcordiã à ratione,ſicut tollere alienũ,& hoc facit malum in gñe.Quoddam vero obiectum eſt,quod nec importat aliquod conueniens rõni:nec aliquod à ſubiecto diſcordãs,ſicut leuare feſtucã de terra , vel aliquod hmõi , & hmõi dicitur indifferens. Si vero loquamur de actu morali ſecundum indiuiduum: ſic quilibet particularis,actus moralis neceſſe eſt, ꝙ ſit bonus,vel malus propter aliquam circunſtantiam.Non.n.poteſt contingere, ꝙ actus ſingularis ſine circunſtantijs fiat, quæ ipſum rectum faciant,vel indirectum Si.n.fiat quodcunque,quando oportet,& vbi oportet,& ſicut oportet,&

cetera huiusmodi actus, est ordinatus, & bonus. Si vero aliquod horum deficiat, actus est inordinatus, & malus, sic ergo bonus actus & malus actus ex genere sunt opposita mediata, quia est aliquis actus, qui in specie consideratus est indifferens, bonum autem & malum ex circũstantia sunt immediata, quia dicuntur secundum oppositionem affirmationis, & negationis, s. per hoc, quod est secundum quod oportet & non secundum, ꝙ oportet, secundum omnes circũstantias, hoc autem bonum, & malum est propriũ actus singularis, & ideo nullus humanus actus singularis est indifferens. ¶ Secunda conclusio. In oppositis contradictoriè, nõ oportet, ꝙ si vnũ oppositorum sit bonum, & reliquum absolute sit malum in genere morum, quia ambo possunt esse bona, vt in exemplis positis in gl. Dicimus. n. absolute, quia comparatiue potest sequi eo modo, quo minus bonum respectu maioris boni dicitur quodammodo malum vnde Hieronymus in Epistola ad Panachi um exponẽs dicit id, quod dicitur malum est tangere mulierem, non esse intelligendum simpliciter, & absolute, sed per comparationem ad virginitatem, sicut ens creatum respectu entis increati dicitur non ens. Item etiam magister Nicolaus de lyra super epistolam ad Corint. in principio 7. c. vbi exponens illud, bonum est non tãgere mulierem. dicit bonum, idest perfectum est.

Secũda conclusio.

Hieronym.

1

PResbyter. Continuando materiam istam ad confirmationem huiusmodi, quod dixerat, ꝙ mulierum cõsortia sint à clericis fugienda inducit exemplum cuiusdam sancti presbyteri, qui ante fuerat vxoratus, qđ Grego. ponit, in quarto. Dialogorum. Breue est & non diuiditur, & planum. Litera. ¶ [Presbyter] de isto legitur quod cum iam moribundus erubesceret, & mulier quædam vxor sua propius accessisset, vt videret, an adhuc viueret. Iste quasi euigilãs dicit, Tolle paleã, quia adhuc in me igniculus tentationis remansit. Arch. [presbyteram]. i. vxorem, quam ante sacrum ordinem duxerat Hu. vnde dic, quod non appellatur hic presbytera, eo quòd esset ordinata. Nam si mulier ordinaretur, non reciperet characterem, impediente sexu, & constitutione ecclesiæ, prout tam doctores Theologi quã canonistæ dicunt, & no. 27. q. 1. Diaconissam. Arch. [familiaritatis] sed quo ad curam & solicitudinem eorum, quæ sunt necessaria, eam dimittere non debuit. vt d. 31. lex. & c. omnino. Hug. & Archid.

Exponit literam.

1 *Viduæ quæ apud grecos presbyteræ dicuntur, non debent consecrari virgines nec ad prælationem assumi.*

2 *Presbyter Grece, latine senior interpretatur.*

MVlieres. Quia facta fuerat mentio in ca. præcedenti de presbytera. Inducit hoc c. Gratianus ex cõcilio Laodice. In quo ostendit, †quod viduæ, quæ apud Grecos pr̃sbyteræ. i. seniores dicuntur non debeant in ecclesia ordinari. i. consecrari inter virgines, nec ad prælationem sumi. Breue est vide supra d. 26. in c. cauti⁹ vbi in secundo articulo disputauimus de hoc. litera. ¶ [Apud Grecos Presbytera.] †presbyter. n. Grece, latinè senior interpretatur. [Matriculæ.] . i. habentes curam de rebus ecclesiæ. Istæ sunt sicut conuersæ ecclesiæ, quæ dicuntur Matricuriæ, quia ad modum Matrisfamilias gerẽtis curam, q̃ matres gerere solent, vestimenta nanque lauant, & coquinam præparant, & alia hm̃oi faciunt, & necessaria operantur [discernimus vero delere constitui, tanquam ordinata] . i. non debent consecrari, tanquam virgines, vel ad prælationem. Nulla. n. debet consecrari, nisi virgo. vt di. 26. acutius. & 32. q. 5. finge. & c. ille. & 20. q. 1. iuuenculas. Hu. & Arc.

1

2 Exponit literam.

¶ Distinctio Trigesima tertia.


ECce. Hic intitulatur disti. 33. quæ diuiditur in 4. partes. In 1. ponuntur decem impedimenta, quæ impediunt ꝓmouendos. In 2. inducunt tres authoritates ad probationem, ꝙ furiosi Epileptici & Demoniaci non debeant promoueri. In 3. respõdent ad quæstionem, qua quæritur an Laici, qui pro parte Baptismi habent vxores, possint ad ordines promoueri. In 4. ostendit, quando qui ante sacri ordinis susceptionem concubinas habuerunt, ad sacros ordines promoueri possunt. 2. ibi: Cõmuniter Tertia ibi: Laici. Quarta ibi: Cæterũ. §. autem iste diuiditur in tres partes. In prima continuando distinctionem istam ad superiorem commemorat, quod habitum est in superioribus videlicet, ꝙ in sacris constituti, vxores habere non possunt & quòd Bigamia ad ordines sacros promoueri non possunt. In 2. mouet quæstionem An, qui præter vxorem habuit concubinam, posset promoueri. In 2. respondet 2. ibi: Sed quæritur, tertia ibi: Talis iste.

Diuisio.

1 *Concubina etiam semel habita, post baptismum impedit promotionem.*

2 *Repellendus nullus est ab ordinatione pro simplici fornicatione.*

3 *Subdiaconi, & cæteri inferiores ordines fuerunt tempore Apostolorum.*



SI quis. Inducit c. hoc Gratianus in fauorem, respõsionis suæ, quod c. sumptum est ex canonibus Apostolorum, in quo habetur, ꝙ secundis nuptijs post baptismum copulati, aut concubinam habentes, ad sacrum ordinem accedere non valeant. Breue est, & non diuiditur, quia de hoc fuit disputatũ d. 26. circa c. deinde opponitur. Litera. ¶ [Si quis post baptismum secundus]. i. duabus, videtur hic consentire cũ Hieronymo, qui dicebat non esse bigamum: qui ante baptismum habuit duas vxores: vel vnam ante, & aliam post, de cuius sententia habitum est supra dist. 26. c. 1. Sed dic, ꝙ hoc non est verum, sed ideo dicit post baptismum suum, sic post, vt d. 26. acutius. & c. deinde. & nullus talis promoueri potest. Hu. & Ach. iuxta gl. Dic ergo post baptismum supple maxime, quia idem esset de illo, qui ante baptismũ vnam, & post baptismũ habuisset alteram. vt in alle. c. acutius. [an concubinam habuerit.] †Concubina etiam semel habita post baptismum, impedit, sed si null. essent ante baptismum, non. Ideo, quis post baptismum impediretur, qđ non contingit in Bigamo, quia Bigamia in baptismo non deletur Hu. [Concubinam.] Gratianus per concubinam intelligit hic vxorem clandestine ductam ante, vel post aliã vxorem. Iste repellitur tanquam Bigamus, sed ego intelligo de vera concubina Hu. De antiquo. n. iure canonum est ꝙ quicunque fornicatus fuerit post baptismum, non poterit promoueri. vt d. 81. Apostolus. sed hodie fragilitas nostri corporis non patitur talem rigorem, vt infra disti. sequen. c. habuisse. & c. fraternitatis. †Et ideo pro simplici fornicatione nullus est repellendus ab ordinatione, vel deponendus, vt extra de coha. cle. & mu. clericos. [Aut prorsus.] nota, ꝙ licet Apostoli videantur tantum loqui de Episcopo, & presbytero, & Diacono, tamen regula eorum hic extenditur ad quemlibet ordinem, vt d. proxima. cognoscamus. & d. 81. c. 1. Hu. & Arch. satis aperte colligitur hic argumentũ, †ꝙ subdiaconi, & cæteri inferiores ordines fuerunt tempore Apostolorum, & similiter ex alio c. infra di. 35. Episcopus Hu.

Exponit literam.

1

2

2 ¶ Cõcubina. Cõ cubina ad hoc vt aliqua dicatur qđ requiratur Pe: de Ancha. in c. ꝑ tuas. n. 1. qui filii sint legi.

2

3

DEseruientes In hoc. §. magister Gratianus exponit c. præcedẽs, qualiter debeat intelligi quantum ad duo primum quantum ad eos, qui sacrum deseruiunt ministerium, quia etiam omnes ordines. secundum quantum ad nomen concubinæ, ꝙ intelligatur illa, quæ est clandestine vxor deducta, siue ante siue post aliam vxorem Hu. non placet hm̃oi expositio Gratiani, sed dicit, ꝙ concubina hic intelligatur vulgariter. Sed iudicio nostro hæc differentia potest concordari sic, ꝙ si isti de quibus loquitur hoc c. debeant repelli, tanquam bigami, concubina debet accipi hic, vt Gratianus exponit. Si vero intelligatur c. tam de Bigamis, quam etiam de fornicarijs post baptismum, concubina est hic accipienda vulgariter, quia etiam sicut dictum est, de rigore canonum pro simplici fornicatione repellebatur quis ab ordinatione.

1 *Maritus meretricis non potest promoueri.*

2 *Contrahens cum meretrice non peccat, dummodo faciat bona intentione, vt eam reuocet ab errore.*

3 *Timor iustus qui dicatur, & qui iniustus.*

4 *Clericus accipiens vsuras irregularis est ad promouendum.*

5 *Scena quid dicatur.*



MAritũ. Inducit hoc c. magist. Gratian. in robur responsionis suæ in quo tangitur, ꝙ maritus duarũ matronarũ post baptismũ maxime in clericum non sit ordinandus, verum etiam ponit alios

alios defectus, & crimina, propter quæ quis repellẽdus ve niat ab ordinatione,& qa de aliqbus istarum venit disputã dum infra in locis magis pertinentibus.Ideo omni alia di- sputatione dimissa,ad literæ expositionem descendamus. ¶[Maritum.post]idem si ante vel vnius ante alterius post, sed potius dicit post,quia de hoc fuerat, quæsitum . Hugu. [Concubinam].i.vxorem clandestine ductam,vt intelligit Gratianus.& repellitur ideo:quia infamis est ipso iure,qua contemnit benedictiones ecclesiæ : vnde ab actu legitimo .s.à testimonio repellitur.vt 4.q.4. consanguineorum . Vel ideo,quia illa ei at corrupta,& maritus corruptæ non po- 1 test promoueri[vel meretricem]†maritus meretricis, non a potest promoueri,tãquã irregularis, a quia est maritus cor ruptæ,vt j.d.proxi.si quis viduã † nec peccat quis contrahẽ 2 do cum meretrice, dummodo faciat bona intentione , vt eam reuocet ab errore, imo charitatis est.vt dicit Clemẽs extra de spon.in c.inter opera.¶Sed videtur contra hoc es se 32.q.1.non est culpandus,Respondetur,ꝙ non contra- dicit.Nam quantum ad legem promotionis contrahens cum meretrice reus est,vt hic,sed quantum ad gratiam in nocens.arg.15.q.1.c.fi.32.q.5.c.ille.Vel dic secundum Lau. ꝙ illud fuit singulare priuilegium Arc.[Iusto vel iniusto ti 3 more.]Nota†quod iustus timor b dicitur cum minimus do b lor incumbit à Deo,quod sanari non potest nec dolorem pati,nisi membrum abscindatur. Iniustus est,quãdo mul tus dolor ad membrum abscindẽdũ prouocat,siue ergo sit iustus,siue iniustus timor, si hoc ex indignatione faciunt, non potest promoueri,vt hic dicit.vt puta aliquis ex dolo re commotus ad indignationem,euellit sibi dentẽ.Si vero iustus est timor, & non ex indigatione, sed ex delibera- tione , & consilio incidit sibi membrum , quia forte alias nõ potest sanari,& timet ab alio secari,promoueri potest, nisi generet deformitatẽ di.55.si quis à medicis.Si tamẽ iu stus dolorẽ , & medicus etiam, si nõ facit hoc ex indignat ione, videtur esse repellẽdus nisi forte hoc faciat,vt euitet 4 deformitatem secũdẽ Hu.& Archi.[Vsuras]†quia ex quo clericus vsuras accipit irregularis est ad promouendum. vt d.46.non licet.Imo tales non solum repellũtur:sed ẽt ,p moti deijciuntur. vt dist.66.quoniam multi. [in scena.]est †locus vmbratus , & cortinis coopertus , vel asserib.vnde olim prodibãt psonę laruatæ ad ludos faciẽdos , & gestus, reputandos , sicut sępe fiebat in repræsentatione comme- diarum,& tragædiarum,& dicitur scena à scenũ , quod est vmbra . Ita ludentes proprie dicuntur histriones.i . ludi- bria sui corporis exercentes, tales promoueri non possunt quia ipso iure sunt infames 4.q.1.c.1.& de consec.d. 2.pro dilectioue Hu.[publica].i.solemni d.51.qui in aliquo, vel publica.i.super crimine enormi,quia tunc etiam non pos- set promoueri vt d.61.in sacerdotibus de necessitate tamẽ quandoque talis promotio in minoribus vt d.50. placuit, [nec illum qui in furiam.]Sed de hoc in sequentibus cap. habetur[nec eum qui]scilicet simoniacum Simonis magi. de quo act.8.&c.

a¶ Irregu- laris. ad- de Petr de Anc in c. inter ope- rã nu.6.de spon.

b¶ Iustus ti mor. Quid dicatur iu stus timor vide Bal. in leg. me tum ꝙ me. cã. Inocẽ. in c. acce- dẽs.de cõ- uer.coniu. Bar.& Au gu.l.ad in uidia. C. quod met. causa.

1 *Epilepsia græce latine apprehensio dicitur.*



Ommuniter. Occasione præceden tis ca.Inducit magi- ster Gratianus hæc tria capitula.Pimum , & tertium loquuntur de promotis. Secũdum. loquitur de promouẽdis, sicut & præcedẽs. Et potest diuidi hoc cap.in duas partes.In 1. ponit generalẽ distinctionem,quod nullus furiosus nullus Demoniacus:nullus caduco morbo percussus debeat pro moueri,siue altaribus ministrare.In 2.ponit quandam ex ceptionem Secunda ibi:Exceptis. Nihil hic disputandum occurit nisi. Vtrum tales Laruati possint promoueri , aut si sint promoti, valeãt fungi ministerio altaris, cuius solutio legitur ex lectura literæ.Literæ.¶[Communiter],i. genera liter[quolibet vexationis]vt sicut furiosi:Lunatici:Epilepti ci:vel caduco morbo laborantes Hu.& Arch.[indiscusse] i. nisi primo examinentur,& probentur:an tales sint,vel nõ [Exceptis]hoc refertur secundum membrum. s.ad furio- sos:& Lunaticos,& Epilepticos:& caduco morbo laboran tes quasi diceret,nullus eorum , qui sic efferuntur , audeat ministrare sacris altaribus[exceptis,&c.sine hmõi passio- nibus,]s.iactationis spumæ:& omissionis vocis confusæ, obsessionis à demone,tales non prohibẽtur ab officio mis sæ:dummodo raro acci dat eis , & sine istis passionibus, vt

Diuisio.

Exponit li teram.

innuitur 7.q.2.c.1.& 2.ita tamen,quod post se habeat aliũ sacerdotem,qui cępta officia suppleat,si ille interim defi- ciat,vel ad terram collidatur,vt 7.quæstione 1.illud.Sed si accidat eis cum istis passionibus, quamuis raro prohiben- tur ab officio missæ,vt hic & 6.q.2.in literis Hu.[qui tamẽ] hoc non refert ad proximum membrum,quia repugnat li tera sequens:sed ad primum membrum.s.ad Demoniacos iam promotos[qui tamen]scilicet Demoniaci.[vnius an- ni.]in quo debet probari vt 7.q.2.c.vltimo.Sed videtur cõ tra,quia ibi dicitur de spatio 30. Dierũ.Hic de spatio vnius anni.Solutio non est cõtra,quia hic loquitur de probatio- ne Demoniaci,ibi dicitur de probatione laborantis cadu- co morbo Hug.[liberati ex toto]postea autem non prohi bentur exequi officium suum Hu.in glo.multiplex opinio ponit circa hoc,sed intellectus Hu.plus nobis placet , ideo secuti sumus illum.¶ Circa autem nomen Epileptici pro pleniori notitia notat Arc. sumens ex Papia†Epilepsia grę ce apprehensio dicitur,eo,quod mentem apprehendens pariter,& corpus possideat,fit autem ex melancholico hu more,quoties exuberauerit,& ad cerebrum conuersus fue rit hæc passio caduca dicitur,eo,quod cadens æger spumã patiatur.Hos etiam Lunaticos vulgus appellat, eo quod cursu Lunæ comitantur eos insidiæ demonum Archidiac. secundum Papiam.

Archidia.



Lerici. Ad idem subiungit magister hoc ca. quod est Nicolai papæ. Breue est,qui regiminis ar.quòd ad mino- res ordines possent promoueri secundum Lau.& Arch.sed non videtur verum,vt pa tet ex c.maritum ea.d.Litera.¶[Non pos- sunt]secundu m quosdam,nunquam secundum nos, iuxta Hu.in c.præcedenti,sic quin plene ex toto fuerunt liberati.

Exponit li teram.



Sque adeo. Sequitur tertium cap.ad eãdem materiam, quod est Pelagij Papę,quod potest diuidi in tres partes, secundum tres rationes, quas indu cit propter quas nullo modo cõueniant, vt prædicti Demoniaci,aut furiosi,aut Lunati ci,vel caduco morbo laborantes,quibus hoc sæpe accidit, vel raro,etiã,cum spumæ iactatione,& vocis confusæ emis sione, permittantur tractari sacra ministeria.Secunda ibi: Atque ideo.Tertia ibi,Postremo.Litera.¶[Illicita.]Certe illicitum est:quod tales à Demonibus possessi, ac subiecti horrendis passionibus sublimentur,aut admittantur ad tra- ctanda sacra mini steria.[quibus si in hoc opere]. i. diuino officio[necessitatis].i.infirmitatis . Prima ratio , quæ con- sistit in hoc certe fideles videntes, ꝙ tales salutis remedia tractent,& alijs exhibeant,qui salute magis indigeãt,cum grauius infirmẽtur, & maiori calamitate vexati,horribili bus passionibus laborent,minus de sua salute confidunt, & sacramenta suscipere timent, dum aspiciunt ministros, & medicos suos fortius infirmari:vnde fideles dicere pos- sunt illud.Luc.4.Medice cura teipsum.Et ita fideles ex hoc cum minori reuerentia,& deuotione,ac confidentia susci piendæ salutis accedant ad eorũ ministeria.[vbi ministros ipsos curationis humanæ]id est animarum per sacramen ta.de confe.d.secunda cum omne crimen. [atque ideo]se cunda ratio,quare tales sunt prohibendi tractare diuina, quia stat in hoc quod ex talium amissione ad tractandum diuina,multi fideles in firmi, pro qbus tamẽ Christus mor tuus est.ad Romano.sexto & Ioan.vlt.scandalizentur, hoc autem non est faciendum.Ait.n.dominus Matthe.18.Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis,q in me credunt,&c. [scandalum]quòd omnibus modis est fugiendum d.50.de his.[Postremo si corpore].3.rõ quæ stat in hoc.[si lex diui- na.]s.veteri testamento prohibuit,ꝙ morbis maculati , & infecti,ac deformati non ministrarent sacramẽta,sicut præ ceptum fuit Leu.22.cum sacramenta noui testamenti sint multo præstãtiora, & sanctiora,& per cõsequens cũ maio ri honore & reuerentia pertractanda,quanto magis sint re mouendi à diuino ministerio infirmi , percussi, & vitiati mente,cuiusmodi sunt illi,qui infirmi corpore dum sani tas sit in mente , quia compos mentis etiam potest amo- tus reuerenter orare , quanto autem anima nobilior est corpore , tanto deterius est infirmari mente , quam cor- pore . Si ergo vitiati corpore repelluntur à promotione, multo fortius , & vitiati mente.argumen.44.d.nulli & 24. quæstio.1.miramur.

Diuisio.

Exponit li teram.

1 *Ordinandi opinio in nullo vacillare debet.*
2 *An propter infamiam repellatur quis à promotione.*
3 *Pellex vnde dicatur.*



LAici. Hic incipit tertia pars huius distinctionis:in qua mouetur quæstio.an laici possint promoueri ad ordines, qui tempore baptismi habebāt vxores.Et potest diuidi in duas partes.In 1.ponitur consultatio. In 2.respondet Gratia.ad eadem dicendo, quod sic:si postea religiosè vixerint. Secunda ibi : Si vero. Litera.¶[Instituerint.]idest informarint.Hug.[vacillet]hic habes,†quod opinio ordinandi in nullo vacillare debet. Sed surgit quæstio pro pleniori intelligentia huius partis.

Diuisio.

Exponit literam.

1

Quæstio : Respōdet.

2 ¶†Quærit, an propter infamiam repellatur quis à promotione.Respondeo iuxta Io.de Fant.ꝙ quædam est infamia facti, & hæc repellit a promotione, vt patet hic in tex.qui dicit,quod in nullo valere debet opinio ordinādi. Ad hoc C.de dig.l.neque li.12.fallit tamen primo propter necessitatem instantem,quia tunc posset promoueri. ff.de Decurio.l.generaliter.§.spurios ita concludit hic Archidia.Secūdo,quando infamatus se purgat.vnde,si opponatur crimē etiam per viam exceptionis,si ex eo remanet infamatus de facto,ante purgationem non poterit promoueri.vt no. gl. in c.inter.de pur.ca. & ibi Vin.Io.Goff.Ber.& Host.Si autē purgationem præstat,tunc bene potest promoueri,quia ꝑ purgationē demonstratur infamia præcedens fuisse falsa, q̄ veniens pugnat,vt d.28.quia sunt culpæ.in fi.& talis infamia deleta per purgationem,nihil noceat,probat te.2.q.5. habet.&.c.habet &.c.memoriam.&.c.mandastis. secundū Arch.hic.& in d.c.memoriam.Cum autem est infamatus infamia iuris,tūc etiam repellitur,vt in regula. infamibus. de re.iuris.in 6.& quod ibi no.[In Monasterijs.]Qui in monasterijs conuersantur, facilius promouentur, quia magis sine vxore præsumitur de ipsorum religione. vt dist.56.c.1.
3 [cōcubinam][pellicem]cum vxore.†Pellex.n.dicicitur à pello pellis,quia adueniente legitima vxore, pellitur à domo. vel quia propter eam pellitur vxor, ita dicit Hu.

Cæterum. §.Iste est Gratiani,in quo incipit quarta pars huius d.vbi 3. Gratianus accipit cōcubinam,quasi velit dicere,si quis habet concubinam vxorem post,vel ante aliam vxorem,impeditur à promotione tanquam Bigamus nihilominus pro concubina, quæ non fuit vxor,quandoque non repellitur,sed dispensatiue promouetur,& promotus toleratur,si post sacrum ordinem à commistione immaculatus se custodiat.

1 *Suspicio violenta dicitur,quæ habetur ex præsumptione iuris. Et quæ dicatur probabilis nu. 2.*
3 *Iudicium,quod non sit faciendum absolutum in ambiguis, an sit vniuersaliter verum.*
4 *Ambiguitas dicitur triplex.*



HAbuisse. Inducit Gratianus hoc.c.ad cōfirmationem eius, quod dixerat videlicet,ꝙ quandoque dispensatiue tales qui habuerunt concubinam,promouentur,& promoti tolerantur.Et potest diuidi in duas partes.In 1.narrat factum.In 2.prouidet.Secūda ibi:Qua de re.Litera.¶[Habuisse concubinam] ante clericatū,vel in minoribus ordinibus vel saltem ante Episcopatum.Hu.[Illius commistionem habere].i.habuisse secundum Hu.alias contradicit litera sequens[de qua]. s.concubina[contraria].i.sinistra suspicio,quia eā cognouisset post Episcopatum Io.de Fan.hæc Arch.[In ambiguis.]Sed quæritur,quo modo Gregorius dicit ambiguum,quod manifesta veritate,se dicit comperisse.Hic potest esse duplex responsio.Vna iuxta Hu. & Arch.ꝙ aliud erat ibi certum, & aliud ambiguum.Certum quidem erat illud habuisse concubinam, & commistionem habuisse cum ea, & de hoc erat aliqua suspicio,Vel dicendum iuxta dominum Guidonem Carmelitam,quod potuit esse notum extra iudicium, sed iudicio alijs contradicentibus,nō sic esse,quod erat extra iudicium certum papæ. In iudicio erat ambiguū. ¶ Sed hic quærit gl.quare non fuit ei indicta purgatio, cum iste esset infamatus.Ad hoc respondetur iuxta Hu.ꝙ forte fuit indicta,sed hic non dicitur, nec etiam negatur,ꝙ non fuerit,vel dicitur,ꝙ non fuerat tanta, vel talis infamatio, vel suspicio,quod indigeret purgatione,puta,quia infamatus
1 erat à vilibus,& non à bonis,suspicio erat temeraria.† Violenta est quæ habetur ex præsumptione iuris d.54.fraternitatē.& 32.q.1.dixit,vel certa probatione.vt 2.q.1.si pec
2 cauerit.& hoc mouet iudicem ad pronuntiandum. †Probabilis est illa,quæ habetur ex communi opinione hominū,vel ex verosimilibus iudicijs. vt 2.q.5. auditū.vel ex maledictorum obtrectatione.vt 11.q.3.in cunctis.hæc nec etiam purgationem inducit,vt 6.q.1.oues.& 15.q.6.c. Hu. [In ambiguis.] Pro intellectu huius partis potest quæri.
3 ¶†Vtrum hoc sit verum vniuersaliter,ꝙ in ambiguis non sit faciendum iudicium absolutum:& videtur ꝙ sic per ca. sicut d.14.In oppositum ex tex.præsentis.c.Pro responsio-
4 sione iuxta Hu.& gl.est notandum†ꝙ triplex dicitur ambi
a guitas.ᵃ quædam iuris,quædam facti,quædam ꝑsonæ.Ambiguitas iuris dicitur,quando nouus casus emergit,qui laqueis iuris non est innodatus,nec liquet,quid iuris esse debeat in talibus ex similibus ad similia,procedendum est ꝑ exempla etiam iudicandum.d.20.de libellis. dum tamen non obuiet Apostolicæ, aut euāgelicæ doctrinæ,& de hoc loquitur.c.sicut quod indictum est in agendo. Si vero est ambiguitas facti.i.cum factum est incertum,& de eo dubitatur,non est certa,& absoluta danda sententia in præiudicium alterius.vt hic.& 11.q.3.graue.& 30.q.5.nemo.In p̄iudicium alterius dico,quia,quādoque dubitatur de facto & tamen certa datur sententia.v.g.De aliquo dubitatur,an sit baptizatus:præcipitur baptizari, vt de conse.d.4. paruulos.& c.placuit.& c.cum itaque.Idem est si dubitetur de ordinatione alicuius,& de consecratione alicuius ecclesiæ, vel altaris.vt d.67.Presbyteri:& de conse.d.1.solemnitates. Sed in his nullum præiudicium fit alteri,sed est casus, vbi dubitatur de facto,& tamen fertur sententia in præiudiciū alterius,sed hoc fit vbi vertitur periculum animæ.quo casu,quod certius est eligere, & tenere debemus. vt extra de spon.iuuenis.vbi ponitur casus,quando dubitatur an aliquis cognouerit consanguineam alicuius,an non, si cōtraxerit cū ea debet matrimonium separari. Sed vt dicit Hu. In his duobus casibus,si recte inspicias,non datur sententia super re de qua dubitaī,sed super alia.Vbi vero est ambiguitas personæ si factum est certum,bene fertur certa sentētia,sed in genere.vt 6.q.2.si Sacerdos.& 5.q. 1. quædam. & 2.q.6.Epiphaniam.Si ergo patet quod ratio in ambiguis debet fieri absoluta sententia,sed sententia conditionalis, sæpe profertur in ambiguis,vel diffiniendo,vt d.63. Salonitanæ,nihil consulendo,vt hic vel cominando.vt d.83.ca. vbi vel ostendendo,quid iuris sit,vt 35.q.6.si duo Hu.[Cōscientiæ tuæ.]Hoc fit in multis casibus,vt d.10.denique. & 15.q.8.c.1.& 33.q.4. vir cum propria. & 25.q.6.si duo Hu. [qua de re.]quasi diceret,ex quo non possumus ferre sententiam absolutam:ergo feramus conditionalem.[Deposito].i.suspenso ab executione sacerdotii [ad tempus]. s. vsque ad satisfactionem,sæpe.n.verbum depositionis ponitur pro verbo suspensionis vt 21.q.2.quoniam:& econuerso,vt 1.q.3. si quis Episcopus. Hug. [præsumas accedere] permanens in dilecto, qui enim manducat, & bibit indigne,&c.1.ad Corinth.11.& de consecratio.d.2.qui discordat.Hug.Sed est argu.de consecra.d.2. qui discordat Hug. Sed est Arch.contra d.50.de his not.in fine,vbi dicitur, ꝙ committens delicta etiam post sacrum ordinem , celebrare potest So. Aliud ante factam pœnitētiam de occulto crimine præsumere ministrare, quod hic vetatur, & aliud post actam pœnitentiam officio retento vti,quod ibi permittitur.Archid.

Quæstio.

Respōdet.

a ¶Ambiguitas ambiguitas interpretantur contr. stipulātē, l.veterib. ff.de pa. & l.labeo de contrahē. emptio.

Diuisio.

Io. de Fan.

Guido Carmelita.

Quæstio. Respōdet

¶ Distinctio Trigesima quarta.

1 *Episcopi non debent habere immoderatam familiaritatem domesticarum.*



DOmesticarum: Hic incipit di. 34. quæ iuxta Arch.potest diuidi in 9.partes.In 1. in reprehensione cuiusdam Episcopi ostendit, ꝙ immoderata familiaritas etiam domesticarum fœminarum, & delectatio venationis,& occupationis est vitanda à clericis.In secunda ostendit, qualiter sumatur concubina in superioribus capitulis.In 3.ostendit, quòd cum notorio con-

Diuisio.

torio concubinario, ex causa potest dispensari. In 4. adiungit de Bigamis, & viduarum maritis non promouendis. In 5. ponit, ꝙ etiam contrahens cum Ancilla, vel ioculatrice non potest promoueri. In 6. declarat, quæ sit vidua, & quæ eiecta, & quæ meretrix. In septima ostedit quomodo olim cum bigamis fuit dispensatum. In 8. ostendit, ꝙ clerici non debent interesse conuiuijs nuptialibus. In nona ostendit, ex cuius viduæ copula quis non potest promoueri. 2. ibi in. §. Concubina. 3. ibi. in. §. Ceterū. 4. ibi. Quod ergo. 5. ibi. in. §. Similiter. 6. ibi. in. §. quę autem sit vidua. 7. ibi. in. §. Sed postea. 8. ibi. in. §. Quibus autem. Nona ibi. in. §. Vidua vero. Litera. ¶ [Domesticarum]. §. iste cōtinuatur ad illud c. 32. di. interdicit. vbi dicitur, ꝙ clerici non debent habitare cū mulieribus extraneis. †nunc addit, ꝙ domesticarū immoderatam familiaritatem habere non debent.

Exponit literam.

1 *Catalogus vnde dicatur,*
2 *Iuuentutis ratione præsumitur contra aliquem.*
3 *Venerari causa necessitatis, non est peccatum etiam in clerico.*
4 *Protoplastus, quare Adam dicatur.*
5 *Venatio ex toto prohibita est Episcopis.*
6 *Venatio, quæ fit cum retibus, & laqueis, an sit permissa clerico.*
7 *Inobedientia inducit depositionem.*
8 *Archiepiscopus excommunicando, & etiam suspendendo potest procedere contra episcopos.*



Vorundam. Sequitur primum c. huius di. quod est Nicolai Papæ, vbi in reprehensione cuiusdam episcopi de nimia familiaritate cum filia sua, & de hoc, ꝙ esset venator satis aperte hæc clericis vitanda esse ostendit. Et diuiditnr hoc. cap. in duas partes. In 1. aperit, quæ sunt delicta illius episcopi. Secundo præcipit qualiter puniatur. 2. ibi. Oportet ergo. Hic nihil disputandum occurrit. Litera. ¶ [Quorundam relatione] nota, ꝙ specialiter quatuor delicta aperit istius episcopi. Primo, ꝙ sit moribus iuuenis, quod valde turpe est vni episcopo. Secundo, ꝙ sit venationibus deditus. Tertio, ꝙ immoderata familiaritate vteretur cum filia sua. Quarto de pertinacia animi, quia licet pluries fuerit reprehensus, nolit inde corrigi, nec emendari. [Iuuenis] non ætate, sed mente. Ecce primum vitium [venationi] Ecce secundum. 1 [Catalogo]. n. ordine, vel nu. †Cata iuxta logos sermo, Inde catalogus. i. sermo ordinatus vbi p ordinē nomina pluriū recitant. Hug. [genere duntaxat]. i. maxime. [Germanos, & Gallos] hos credo potius notari voluit de tali vitio. Ipsi. n. diuites sunt, & deliciosi, & ideo talibus vacant. Hu. [iuuenis.] non ætate, sed moribus, quasi diceret eo ipso videnter esse 2 vera, quæ dicuntur, quia iuuenis est, † vnde ratione iuuentutis præsumitur contra aliquem. 1. q. 1. pueri. Et hinc est, ꝙ iuuenis prohibetur ordinari in episcopum, vt di. 77. Episcopus, & infra. e. c. fraternitatis [Hyeronymus] 86. di. Esau. [venatorem]. i. existentem in venatione, vel existentem venatorem, & sic non est obiectio de sancto Eustachio, qui prius venator fuit, & postea sanctus Hug. vel potest intelligi clericum venatorem, quia clericis est prohibita venatio. Vel potest dici, ꝙ potest quis simul esse venator, & san3 ctus. †Nam venari causa necessitatis, nō est peccatum, etiā in clerico. An vero venatio, quæ fit causa delectationis sit peccatum mortale, etiam laico. Hu. & Arc. hic videntur dicere, ꝙ sic, sed de hoc alias disputabimus Deo duce. circa. c. qui venatoribus 86. di. [Mala fama] non ratione criminis quod. s. carnaliter ad ipsam accederet, quia hoc non videretur verosimile, quod aliquis hoc suspicaretur. In his. n. nihil seui criminis naturale fœdus suspicari permittit, vt. C. de epi. & cle. eum, qui, sed ratione immoderatę familiaritatis, vilis. n. habebatur, & contemptibilis, cum ita se exponeret mulierculæ, quia forte tota die volebat esse cum ea, & in consilio, & in colloquio, & habere caput in gremio, & sedere iuxta eam, & amplexari, & osculari eam, & sic illa mala fama nihil erat, nisi habitio vilitatis, & secundum hoc non est quæstio. Quare iste cum esset infamatus, non fuit purgatus. Non. n. erat necesse purgatio, quia non referebatur quæstio de crimine: notum. n. erat crimen, de quo infamabatur, nec ipse negabat, & ideo purgatione non indigebat. Si autem malum vis referre ad crimin carnalis commistionis, potes dicere, ꝙ ideo non se purgauit, quia illa infamia repulsam patiebatur præsumptione legis, & canonis, & naturæ, vt dist. 32. interdicit, &. C. de episco. & cle. eum, qui, sed cum infamia non patitur talem repulsam, nec purgationem, licet non semper inducit, in quo casu intelligun tur cōtraria hic assignata. s. 2. q. 5. presbyter. &. c. si mala fama. vel forte se purgauit, licet hic non dicatur [correptus] 4 emendatus. vt di. 47. §. necesse. [ptoplasti]. s. Adæ, †quia protos primum, plastus. i. formatus, quasi primo formatus, qa omnes, qui peccant per inobedientiam, peccant in similitudinem Adæ: vnde dicit Apostolus ad Rom. 5. Per inobedientiam vnius hominis. s. Adæ, multi. i. omnes constituti sunt peccatores, & ibi. Omnes in Adā peccauerunt. [Oportet] secunda pars, hoc verbum quandoq; diuersos effectus habet, vt notatur. 25. q. 1. c. 1. [suis]. i. tuæ fraternitatis. simi5 le di. 23. communis. [Venatione]. Credo, †ꝙ venatio ex toto sit prohibita Episcopis, [a] vt hic: vnde suspendi possunt, si cessare nolunt. vt extra de cleri. ven. c. 1. idem est de quo6 libet clerico, quantum ad venationem volucrum, & canū. vt. eod. ti. c. 2. †Alia venatio, quæ fit cum retibus, & laqueis forte licita est clerico, quia non fit cū clamore, nec emittū tur voces, sicut licitum est Monachis piscari, vt de consec. di. 5. nunquam. [Pro immoderata conuersatione] hic patet, ꝙ non habebatur suspicio de carnali commistione, sed de immoderata conuersatione, ex qua vilis habebatur, & inde reprehenditur Hu. [Excommunicatus] ecce excōmunicatio præcedit depositionem, ad hoc consonat. 74. di. honoratus, & 23. q. 4. forte. Sed contra. 85. distinct. ca. dictum. Vbi depositio præcedit excommunicationem. Solutio, si crimen fuerit dignum depositione, tunc habet locū, quod dicitur in contrario, quando vero crimen non est dignum depositione, sed tamen contumacia est in illo, habet locū, quod hic dicitur. [Cessare debebit]. i. deponitur. Arc. Sed nunquid statim deponi poterat. Tum propter inobedien7 tiam. Tum propter venationem. †De inobedientia certum est, quia illa inducit depositionem, sed non legimus, quod propter venationem quis sit deponendus, sed est suspendēdus, vt in palea sequēti. Episcopum, & extra de cleri. vena. ca. 1. Sed si admonitus cessare noluerit, deponi debebit, vt hic dicitur sm Hu. & Arc. Item colligit Arc. ꝙ Metropolitanus, siue concilium potest suspendere, & excommunicare Episcopum. Arch. di. 12. de his, & 11. q. 3. si quis, & 10. q. 8 3. quia cognouimus. Hu. dicit ꝙ †Archiepiscopus excommunicando, & etiam suspendendo potest procedere contra Episcopos, remouere autem ab administratione, vel episcopatu non potest, sed ar. contra. extra de cle. non resi. ex tuæ, dic ibi fuit specialiter legato concessum secundum Innoc. & Hosti. Arch.

a ¶ Episcopus Adde Pe. de An. in ca. 1. de cler vena. & ibi Pan. Et est duplex venatio. s. arenaria, & saltuosa Dar di. in cl. 1. § porro: Opponit Respōdet.

Arch.

1 *Maior grauius punitur in æquali delicto, quam minor.*



Piscopum. Hoc. ca. ad eandem materiam pertinet. verum apud multos est palea. vnde nec glo. nec Hug. nec multi alij de eo faciunt mentionem. Nihilominus, quia Arc. eum tangit, licet supra nihil dicat, & habetur, extra de cler. vena. ca. vnico. Nos percurremus illud. Dicimus. n. ꝙ hoc. c. est quarti concilij Aureliani. Et pōt diuidi in duas partes. In prima prohibet Episcopis, presbyteris, & diaconibus habere canes, aut accipitres ad venandum. In secunda contra trāsgressores ponit pœnam. secunda ibi, Quia si quis, planum est Litera. ¶ [Episcopum] huius res signat alia animalia, quæ venationi deseruiunt, vt falcones, aquilas, & similia animalia rapacium auium genera. [ꝙ si quis.] secunda pars. [diaco1 nus]. ar. †ꝙ in æquali delicto grauius punitur maior. quam minor, de quo 11. di. homo christianus, & de iureiuran. cū quidā, quod communiter verum est, quando pena est pecuniaria, vel spiritualis. Nam si pœna est corporalis venit imponenda, tunc maiori. pœna punitur minor, quam maior. Ita tenet. Ioan. And. post Host. in c. ea quæ de sta. mo. & habetur id c. 1. de cleri. vena. vbi gloss. no. & in c. cum quidam. de iureiur. vbi per omnes docto. post glos. & per Bal. & alios, in. l. nemo. C. de sum. tri. & per eundem Bald. in. l. presbyteri. C. de Episc. & cle. Sed de hoc plenius notabimus infra dist. 40. c. homo christianus, sed Bernar. in gloss. extra de cleri. venato. dicit, quòd Episcopus, & presbyter plus puniuntur, quàm diaconus, quia, vt inquit, maior reputatur in Episcopo, & presbytero ista pœna, quàm in suspensio ab omni officio, in diacono propter maius scandalum.

Diuisio.

Exponit literam.

Bald.

Bernardus

Omnibus




Omnibus. Sequitur aliud cap. ex eodem Concilio patet[seruus Dei] id est clericis, qui specialiter dicuntur serui dei, qui in sortem domini, & eius obsequium specialiter, sunt assumpti. 31. distinct. cleros [interdicimus.]supple habere Bernardus.

1 *Canon appellatur lex.*
2 *Abraham præter Saram habuit Agar ancillam vxorem.*

Concubina. Secunda pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus determinat de qua concubina in superioribus.c.debeat intelligi vbi dictum est, ꝙ Maritus concubinæ promoueri non posit,& dicit, ꝙ per concubinam intelligatur vxor clandestina, proprie autem dicitur vxor concubina fornicaria, vt 32.q.2. non omnis & maritus talis concubinæ.i. vxoris clandestinæ debet repelli, quia Bigamus est. Si vero proprie esset cōcubina, non debet repelli, vt, j.eo.fraternitatis. Lege[Concubina legalibus instrumentis].i.solemnitatibus, quæ solēt
Exponit literam. secundum leges,& canones in dispensatione haberi videlicet, vt vxor, quæ habenda est, sit virgo, casta,& desponsata, & dotata legitime, à parentibus tradita, & à Paranymphis custodita,& cætera, quæ in legalibus inueniuntur, de quibus.30.q.5.& c.aliter,& c.nostrates.Hu.& Ar. [assuescitur] .i.amplectitur, hanc coniugem facit affectus ita, vt si aliam ante istam, vel post habuerit, Bigamus iudicabitur,& filij inde suscepti secundum canones legitimi reputantur.[lex canonica.[in sequentibus.c.& secundum Gratianum, in capitulis superioris distinctionis. †Nam & canon lex appella
1 tur.31.dist.Nicena.vel lex veteris testamenti.†Nam Abraā
2 præter Sarā habuit Agar ancillam vxorem, sic.n.dicitur Gen.16.dedit Sara ancillam viro in vxorem suā.Post mortem vero Sarę, accepit Abraā Ceturam vxorem, vt legitur Gen.25.Et, quia istæ non fuerunt acceptæ cum illa solemnitate, quamuis essent vxores affectu, & in veritate, dictæ tamen sunt concubinæ, vt Gen.25.vbi dr̄ dedit Abraā cuncta, quæ possidebat Isaac, filijs vero concubinarum munera.In li.etiam iudicum idem habetur videlicet, ꝙ vxor vocetur, concubina, vt patet Iudicum 19.



Is qui. Inducit Gratianus hoc.cap.ex concilio Toletano, ad probandum, ꝙ concubina dicatur vxor clandestine, siue sine solemnitate ducta. Nam si taliter non esset vxor, concubitus ad ea non concederetur, cum secundum August.lib.de bono coniugali.c.6.omnis concubitus sit illicitus, quē non excusat honestas nuptialis, ergo concubina, cuius carnali copula non priuatur quis communione, non est meretrix, sed matrimonio sibi iuncta sine solemnitate, patet ergo.
Exponit literam. Litera.¶ [Vxorē]solita solemnitate copulatā[Concubinā] .s.vxorem sine solemnitate,& clandestine sibi copulatā.Et ita intelligas concubinam improprie.Si vero haberet concubinam proprie deberet communicari, vt.22.q.1. prędicandum.[à communione nō repellatur] quia re vera vxor est,& filij ex ea nati legitimi habēdi sunt.[vnius mulieris] .i. coniugis, coniugis dico aut vxoris solemniter ductæ,
1 aut cōcubinæ non solemniter ductæ, †talē.n. concubinā licet cuilibet habere, qui vxorem potest accipere, sed concubinam, quæ fornicario affectu habetur, quicquid lex dicat, nulli christiano licet habere.vt 32.q.4.nemo,& 34.q.3. de consanguinitate.Nam nulli licet fornicari.



Christiano. Ad idem probandum inducit Gratianus hoc c.quod est beati Isidori, in quo manifeste habetur, ꝙ concubina hic dicatur vxor clandestina, quæ sine solemnitate ducta est, Lege.¶ [Christiano plurimas.]No.ꝙ duo nō sunt plurima, dicuntur tamen quandoque plurima, vt est tex.3.q.5.quia suspecti, vbi ponuntur duo exempla, quę dicuntur plurima secundum Hu.& Arc.[nec duas simul] 31. q.1.quomodo si quis, alia.s.Hu.
Exponit literam.

Cæterum. Hic incipit tertia pars huius distinct.In qua dicitur, ꝙ cum vero concubinario, ex causa potest dispensari Io.de Fan.Arc.¶ [Si non talis cōcubina] quæ.s. maritali affectu habeatur.s.quæ ad tempus abhibetur non materiali affectu, cum hac fornicatio committitur, vt 32.q.2.solet Hu.& Arc.

1 *Necessitas inducit dispensationem.*
2 *Aetati senili parcendum est.*



Fraternitatis. Magister Gratianus inducit hoc. ca. ad probandum id, quod dixerat, videlicet, quòd quandoque cum vero concubinario, ex causa dispensabatur, quod.c.est Pelagij Papæ, ad episcopum Florentinum, in quo ostenditur ꝙ causa legitima subsistēte, dispensatur, vt ad diaconatum promoueatur, qui post mortem vxoris ex concubina filios habuit,& potest hoc.ca. diuidi in tres partes.in prima narrat factum.In secunda ratione præmissa, dicit se dispensasse.In tertia prouidet, quid de concubina fiat. Secunda ibi. Et quoniam.Tertia ibi.Nicenam vero. Litera.¶[Episcopus].s.relationis[latorem non seruasse] forte in vita vxoris cognouit eam, & hoc verius videtur, quia propter posteriorem cognitionē non diceretur fidem non seruasse, quia non committeret adulterium, vt intelligatur non seruasse post mortem coniugis.Illa.n.mortua non remansit in charitate, vt hic dicitur.Hu.[Obseruari canonice iubeat] vt 1. q.7.si quis omne,& 48.dis.quoniā, vbi dicitur, ꝙ pro quolibet peccato repelli debet[& tamen quia] secunda pars subassignat duas rationes [defectus] Prima ratio, ꝙ posit promoueri.Et nota† ꝙ necessitas dispensationem inducit, vt j.c.di.lector, vt di.55.priscis,& 1.q.7.necessaria. Hug.& Arc.de quibus].s. temporibus, licet præmiserit singulare, vel potius[quibus.i.nobis,& est relatio ad intellectum, per illam dictionem nostri[merita,]quia nōn sunt homines tāti meriti, quanti olim fuerunt.[Corpora]nam ipsa corpora hominum sunt subito debiliora,& citius dissoluuntur. Hug.vel forte hoc dicit, quia pauci erant homines ibi clerici, vel laici, quia forte perierant propter Barbaros, vel aliam cladem, vt di.55. priscis arg. ꝙ propter defectū personæ multa fiūt, quæ alias non fierent, sicut factum fuit de ordinatione Monachorum 55.di.ca.1.[Aetas]secunda ratio.[ꝙ promoueri posit]ar.†ꝙ ætati senili parcendum est
2 vt l.36.dic.nō satis[Nicenam vero.]3.pars. [Cuicunq; monasterio professura tradat.] ¶ Hic occurrunt dubia primū est, qualiter iste cogitur profiteri cōtinētiā cū continentia res sit voti,& non præcepti, vt 32.q.1.integritas. ¶ Ad hoc respondetur iuxta Hug.ꝙ ratione delicti præiudicatur ei, 27.q.2.qui dormierit, vel secundo respondetur iuxta Hug. ꝙ Ancilla hoc volebat, & tunc sensus est professura, si voluerit.¶ Secundum dubium est.An cogenda erat profiteri continentiam, cum retruderetur in monasterium ad agendum pœnitentiam, vbi perpetue cogenda erat viuere continenter.¶ Ad hoc respondetur iuxta Ioan.de Fantu. quòd hic tex.duo præcipit, Vnum, ꝙ tradetur Monasterio. Secundo, ꝙ professionem faciat. Primum bene compellitur adimplere, vt videlicet perpetue sit reclusa in monasterio ratione delicti, vt di.si ille,& 81.si quis clericus.Secundum adimplere non compellitur, nisi ipsa sponte hoc voluit. Nam per hoc, ꝙ quis retrudatur in monasterium ad agendam pœnitentiam, non sequitur necessario, ꝙ profiteatur siue compellatur profiteri continentiam.Est etiam alia ratio iuxta glo.vbi dicitur iubemus, exponitur, consulimus. ¶ Tertium est, quomodo sta hict tex.cum. c. quidam dist. 81.vbi dr̄, ꝙ talis mulier debet vendi,& cum.c. eos dis.31. vbi dicitur, ꝙ debet redigi in seruitutem ecclesiæ, in cuius iniuriam factum est.Ad hoc respondetur dupliciter. Primo contra aliquos, ꝙ quando diuersitas est pœnarum, est in arbitrio episcopi, quam istarum penarum velit infligere.Hu.& gloss.Secunda ratio est, ꝙ illa capitula intelligun tur de illis ancillis, vel liberis, quæ clericis in sacro ordine constitutis copulantur matrimonialiter de facto, hic loquitur de Ancilla fornicaria.¶ Quartum dubium est, quomodo iste tex.concordat cum.capitu. multæ 15.q.8.vbi habetur, quòd tales clerici deponi iubentur, hic autē iste fornicator permittitur promoueri, est certe magna differentia.¶ Respōdeo iuxta Hu. ꝙ hic dispensatio erit.¶ Si quæritur, quare potius est hic dispensatum, quam in alio casu. ¶ Respōdetur iux ta Hu.quòd ideo, quia illi clerici, de quibus illud.c.loquitur, mulieres sibi matrimonialiter copulauerant in sacro ordine.Iste autem non, nec constat, ꝙ cognouerint eam in sacro ordine[ex hac dispensatione,]scilicet, vt aliquis ordinetur in diaconum, vel ad aliquem ordinem Hu.& Arch.

Diuisio. Exponit literam. Primū dubium. Respōdet. Secūdū dubium. Respōdet. Tertiū dubium. Respond. Quartū dubium. Respōdet: Quæstio. Respōdet.

1 *Fornicatio qualiscunque, an repellat hominem à promotione,*

Si quis


I quis. Ad idem sequitur ca.hoc, quod est concilij Aurelianensis. In quo dicitur,quòd qui post vxorem suam aliam mulierem cuiuscunque conditionis cognouerit,ad nullum ordinem clericalem admittatur. Breue est,& planum.Verum,vt dicit. Hug. & Io. in gl.hic hoc.c.de distincto iure loquit, vt 25.dis.primū,&
1 1.q.7.si quis omnem,di.48.qm.Hu.[nullatenus]No.†quòd qualiscunque fornicatio repellit hominem à promotione, ꝙ videtur probare tex. per, illam vniuersalem, cuiuscunque conditionis.Vel intellige de his, quorum peccata sunt notoria,quia si essent manifesta,peracta pœnitentia potest episcopus dispensare, extra de temp. or. quæsitum secundum Archid.

1 *Spes proprie est de bono, & non de malo.*
2 *Cognoscens pellices,vel meretrices post vxorem, non admittitur ad sacros ordines propter timorem incontinentiæ.*

Continuatio. Quod ergo. Hic incipit quarta pars huius di.In qua probaturper sex authoritates, ꝙ nullus episcopus debeat ordinare Bigamum, vel viduæ maritum,&c.& continuatur sic ad præcedentia. Supra in
Diuisio. c.fraternitatis,fuerat dictum, ꝙ ille,qui fornicatus fuerat, poterat dispensatiue promoueri, sed, quia videbatur contrarium eiusdem,dictum est supra di.33.Maritum,& c. laici.Ideo magister respondendo, dat triplicem intellectum dictorum beati Gregorij in.c. maritum,& Innocent. in c. laici,& secundum hæc hoc.c. potest diuidi in tres partes.secunda ibi,Et prohibetur.Tertia ibi.Vel quia corrupta.Le-
Exponit literam. 1 ge.¶[Propter spem.]improprie loquitur,†quia spes est de bono,& non de malo secundum philosophum. Primo rethoricæ,quia hoc speratur,quod desideratur. Ideo magis
2 proprie dr timor,qui est de malo.Est ergo intellectus, † ꝙ illi qui post vxores cognouerūt pellices,vel meretrices nō admittuntur ad sacros ordines propter timorem incontinentiæ futuræ, qui timor oritur ex præterita incontinentia:patet litera [scribitur] .s. vt non ordinetur, qui cum pellice tractatur. [Et prohibetur.] Secunda pars, vbi datur secundus intellectus,aut.Secunda responsio, quæ est, quia pellices aut meretrices cognouerunt, maritandi affectu eas clam,aut non solemniter duxerunt vxores, quia ex hoc facti sunt Bigami, & propter Bigamiam à sacris ordinibus prohibentur,[vel quia corrupta]Tertia pars, tertius intellectus est, ꝙ quando talis mulier fuerat corrupta, vel non cessabat meretricari,licet in vxorem haberetur:vtrunque.n.impedit maritum,cuilibet præstatur, quo minus ad sacros ordines pertingere valeat.


1 *Virgo non impedit promotionem viri,sed corrupta.*


Vrandum. Consequenter magister Gratianus ad confirmationem respōsionis inducit sequentia. Et primo hoc, quod est Hylarij in quo inquit, qđ qui duxerit vxorem, non virginem.i.corruptam ad ordines promoueri nō potest,Breue est,& planū
Exponit literam. Lege.¶[Non duxerit vxorem virginem]affirmatiue intelligitur.i.qui duxerit corruptam,vel negatiue.Ita, vt negatio non referatur ad verbum, sed ad accusatiuum.s. virginem,&tunc est sensus. Qui duxerit vxorem non virginem
1 Hu.†virgo.n.non impedit promotionem viri, sed corrupta,vt disti.32.seriatim, & dist.77. Quicunque,& 30.q.5. qualis.Hu.& Arc. Talis.n.tanquam Bigamus à promotione ordinum est repellendus. Si.n.non licebat sacerdoti in veteri testamēto accipere vxorem viduam, meretricē aut repudiatam,vt habetur Leuiti.21.sed debebat vxorē ducere virginem,vt ibidem dr. Longe magis repellendi sunt in nouo testamento à sacris ordinibus, qui corruptas,nō virgines vxores duxerint.

1 *Ordinans indignos à iure prohibitos peccat mortaliter.*


Ræcipimus. Sequitur aliud.c. ad eandem materiā,& est beati Gregorij,in quo in primis dicit, ꝙ Bigam' ordinari non debet,& ita de quibusdam alijs
Exponit literam. 1 Breue est,& planū.Lege.¶[Præcipimus]Nota,† ꝙ ordinans indignos à iure prohibitos, peccat mortaliter:patet,quia hæc est lex præcepti[nec Bigami]vt.s.di.33.maritum.[Aut qui virginē]sicut in.c.præcedenti.[aut ignorantes literas]vt.j. dist.36. illiteratos,vbi de hoc fiet distinctio. [vitiatum]enormiter,vel in mēbris magnis & manifestis.Hu.vt.s.di.proxima Maritum[pœnitentem].s.solemni pœnitentia.di. 50. ex pœnitentibus, & hoc rationabiliter pp criminis infamiā, quia oportet Christi sacerdotes,& ministros boni nominis esse, vnde de ordinando Apostolus dicit prima ad Tim.3. Oportet illū habere bonum testimonium ab his, quæ foris sunt,vt non in opprobrium incidat[vel curiæ] .i. curiale, vel alias curiæ perpetuæ obligatum extra,de obli.ad ratioci.c.vnico.[vel conditioni]seruili, vel originarie,vel libertinæ,& bene,vt distinct.54.si quis obligatus,[sed si quem]promotos in aliquo ordine promouere amplius [vel] idem repetit, & est conculcatio.

2 *Maritus cognoscens vxorem suam post adulterium, siue scienter, siue ignoranter, efficitur bigamus, & irregularis, & numer.3.*
Et quid si causa non cognouit nu.4.
6 *Maritus,lite pendente,an teneatur obedire ecclesie præcipienti reddere debitum vxori, quæ dicitur commisisse stuprum.*


I quis. Cōsequenter inducit hoc, quod est ad eandem materiam,vbi ostendit, ꝙ vir cuius vxor post matrimonium adulterium cōmisit si eam cognouerit, si laicus promoueri non possit, aut si clericus in susceptis ordinibus ministrare non valet.Breue est.Pro pleniori intellectu huius.c.quæruntur duo.
1 ¶Primum est, vtrum talis qui contrahit cū virgine & cognoscit eam,& deinde cognoscitur ab alio per adulterium, & maritus hoc ignorans cognoscit eam sit bigamus siue irregularis.
5 ¶Secundum est,vtrum maritus accusans vxorem,si lite pēdente reddat debitum vxori petenti vel præcepto ecclesiæ,sit irregularis.
1 Ad primum. Sic procedilur,† Et videtur, ille ꝙ non sit irregularis.Primo sic.Vxor est vnicus vnius:ergo non est bigamus:consequentia patet, & antecedens.¶Secundo sic. Nullus debet puniri,sine culpa, vt 16.q.7.inuentum,& 66.dist.satis,& 74.di.gesta. Sed iste Maritus in nullo peccauit: ergo nullo modo venit puniendus:ergo nec efficitur irregularis, cum irregularitas sit qdam pœna.¶ Tertio. Nullus crimen maculat nescientem, vt 1.q.4.nullus.ergo videtur, ꝙ crimen vxoris non poterit
2 facere Maritum irregularem.¶In oppositum est tex.præsentis.c.¶Respondeo† ꝙ iste talis maritus cognoscens vxorem suam post adulterium,siue scienter, siue ignoranter ipse efficitur Bigamus,& per consequens irregularis. Ista cōclusio patet ratione manifesta, iuxta dominum Albertum in quarto,talis mulier,quæ adulterauit,non est vnica,quia est in plures diuisa:ergo non est vnica vnius. Igitur violauit sacramentum:ergo videtur, ꝙ vir eius cognoscens eam sit bigamus reputandus.Pro quo notandum,sicut superius tetigimus, ꝙ cum talis mulier non sit vnius viri vna, quæ carnem suam in plures diuisit,iam non retinet debitam significationem coniunctionis Christi,& ecclesiæ,quæ coniuncta Christo, alteri per spiritualem fornicationem non se diuisit,quæ manet sine macula,& ruga, vnde Apostolus ad Ephes.5.dicit viros,& mulieres sic debere viuere, sicut Christus,& ecclesia,quam ipse sibi exhibet gl.ecclesiā non habētem maculā, nec rugam,sed vt sit sancta,immaculata Hoc.n. Matrimonium viri,& vxoris magnum sacramentum.i.sacrum signum in Christo,& ecclesia,vt vir,& vxor sint duo in carne vna,quia ergo,vbi est adulterium vxoris, non est veri sacramenti significatio,& si eam post talē violationem sacramenti cognoscat,efficitur irregularis,& re-
3 pellitur ab ordinis susceptione.¶Secunda conclusio.†Sicut prædictus maritus,si laicus sit,repellitur ab ordinum susceptione. Ita si clericus fuerit ab administratione ordinum susceptorum:patet conclusio ista ex tex.præsentis.ca. & ratione prædicta, quoniā Bigamia ab vtroque repellit, licet Hu.dicat contrarium.Ait.n. ꝙ si ille ignorāter cognouerit vxorem suam, licet promoueri non possit,potest tamen vti ministerio ante suscepto,& legitime adepto.¶Tertia conclusio.†Maritus non cognoscens vxorem suam post commissum adulterium,si possit eam de adulterio conuincere, & vult eam dimittere, si laicus est posset ad ordines promoueri,

Primum ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Opponit. Respōd. Prima cōclusio. Albertus. Secūda cōclusio. Tertia cōclusio.

promoueri, & si clericus potest in susceptis ordinibus ministrare, & ad superiores ascendere. Patet ista conclusio hic in tex. iuxta Hu. & Arc. &. j. c. di. c. vlti. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes. In oppositum. Ad primam respondetur iuxta Albertum, negando assumptum, quoniam sua nõ est vnica, & ita illa non est vna vnius. ¶ Ad secundam respõdetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia irregularitas ista non est pœna directa inflicta, sed potius est consequens defectum sacramenti in aliquo. ¶ Ad tertiam respondetur, quòd illud intelligitur de macula peccati, non autem de macula, quæ dicitur irregularitas. Nam istam bene quis contrahit, cum coniungitur alteri, vt adulteræ, aut corruptæ.

Ad primũ arg. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ.

5 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ Maritus accusans vxorẽ de adulterio, si reddat, lite pendente, debitum vxori exigenti, aut præcepto ecclesiæ, non fiat irregularis. Primo sic. Iste fecit, quod debet, sed nullus faciendo, quod debet venit puniendus: ergo iste non sit irregularis. Nam arregularitas est magna pœna. ¶ Secũdo sic. in reddendo debitũ vxóri suæ merebatur, vt 21. q. 5. si dicas. in fi. ergo ex hoc pœnam consequi non debet, consequentia patet, quoniam, ex eodem facto non debet quis consequi pœnam, & præmium. ff. de nego. gest. l. siue, & extra de senten. excom. si vero vos. circa medium. ¶ Tertio. Vna, & eadem res diuersos effectus habere non potest vt. ff. de solu. li. qui hominem. §. vl. ¶ Quarto de necessitate tenetur obedire ecclesiæ vt, 8. q. 1. sciendũ Sed si iste reddendo debitum ad mandatum ecclesiæ fieret irregularis, sequeretur, ꝙ de eo, quod quis de necessitate facere tenetur, pœnam incurret, quod est contra illud, ꝙ nemo puniendus est ex eo, quod necesse habet facere. ¶ In oppositum arguitur. Iste est Maritus corruptæ ab alio, si cognouit corruptã ab alio: ergo ꝓmoueri non põt, & est irregularis, patet cõsequentia ex. c. præcedenti, & ex. c. pſen. & c. se. si laici. ¶ Respõdeo dicẽtiũ, ꝙ in hac materia, sicut patet in gl. & in Arc. & quæstionibus Bartholo. Brix. & etiam dominus Albertus, & S. Tho. dicunt in 4. dis. 27. sunt variæ opiniones. Nihilominus, vt dicit tam Alber. quam S. Tho. hæc opinio dicentium, ꝙ talis efficiatur irregularis est probabilior, & magis sacris canonibus consona, secundum quam ponitur ista conclusio. Talis Maritus cognoscens vxorem adulteram, lite pendente, siue antequam sentẽtia feratur, quacunque de causa cognoscat, siue propria cõsciẽtia dictante, siue Iudice præcipiente, efficitur irregularis. Ista conclusio patet iuxta dominum Albertum, quoniam irregularitates non contrahuntur sæpe, nisi solo facto præter voluntatem, & peccatum. Cum ergo ille Maritus non ita admisceatur adulteræ, sicut vnicus vnicæ: ergo videtur, ꝙ ipse bigamus, & irregularis sit reputandus. ¶ Secundo sic iuxta Bar. Brixienses in quarta dominicali, si per violentiã aliqua sit corrupta, à modo non consecrabitur inter virgines, vt 32. q. 5. illæ famulæ. A simili nec iste etiã, si per violentiam cognouisset corruptam, poterit promoueri. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta Albertum magnum, vt supra dictum est. Irregularitas nõ est pena directa inflicta, sed potius consequens sacramenti defectum, & talis frequenter innascitur alicui sine peccato, imo faciendo, quòd debet. Lex. n. promotionis factum requirit, non voluntatem, vt 32. q. 5. ille & 15. q. 1. si quis nõ iratus. ¶ Ad secundam respondetur eodem modo, quia irregularitas non est pœna, quæ infligatur directe alicui, pretereà non est inconueniens, quòd ex vno actu secundum vnum respectum quis mereatur, & ex eodem secundum alium respectum irregularitatem incurrat, sicut hic. Nam ex eo, quod coniugi suæ petenti debitum reddit, meretur, sed ex eo, quòd corruptæ reddit, incurrit irregularitatem. ¶ Ad tertiã respondetur primo iuxta id, quod dictum est, quòd non est inconueniens, vt vna, & eadem res secundum diuersas rationes habeat diuersos effectus: videmus. n. solẽ indurare lutum, & liquefacere glaciem, vel ceram. Sic redditio debiti, inquantum est actus iustitiæ, habet effectum meriti. Inquantum vero redditur corruptæ, causat irregularitatem. Vel respondetur, ꝙ irregularitas non est proprie effectus redditionis debiti, sed potius cõsequens defectum sacramenti. ¶ Ad quartam patet iam responsio ex dictis, dicimus. n. ꝙ omnia illa iura (quæ inducũtur) intelliguntur de punitione, aut pœna quæ directe infligitur alicui propter aliquod forefactum, cuius non est irregularitas, sicut sæpe dictum est, vnde talis pœna bene sequitur ex eo, quod quis de necessitate tenetur facere, sicut patet in eo, quæ præcepto ecclesiæ, vel imperatoris, cui obedire tenetur, interficit aliquem, iste non peccat. 23. q. 5. miles, & q. 4. quæsitum, & extra de vo. & vo. reden. quod super his & c. se. & tamen ex hoc efficitur irregularis, ita hic in proposito. 6 † Verum, vtrũ, lite pen. iste maritus teneatur obedire ecclesiæ præcipienti reddere debitum. Est quęstio inter doc. & tangitur hic in gl. Quidam dicunt, ꝙ nõ, quia si reddit facit sibi præiudicium, quia amplius non poterit promoueri. Alij dicunt contra, dicentes, ꝙ melius sit præiudicare sibi, quam facere alteri iniuriam, quia sic peccaret mortaliter, secundum. Hu. & Lau. vnde Raymundus videtur innuere, ꝙ tenetur reddere vxori, cum non debeat spoliare eam possesione sui corporis, vsque ad sententiam 11. q. 1. quia res, & 8. q. 4. nonne. Præcipue cum hoc præcipitur sibi ab ecclesia, quæ omnino nobis plus placet. Lege. ¶ [Si cuius dimittere. quo ad carnale commercium. [debet] sub conditione dico, si vult promoueri, vel ministeriũ retinere suspectum, non. n. cogitur eam dimittere, si non vult, sed non promouebitur de cætero nec remanebit in officio ecclesiastico. Notat hic Arc. ꝙ si quis propter publicam fornicationem dimittat vxorem, & sacrum ordinem postea suscipiat, & in sacro ordine fornicetur, non propter hoc sit reintegratio ipsius Matrimonij, siue non sit mutua compensatio, quia talis mutauit statutum, & est optimum arg. ff. de mino. l. si ex causa, & quia nouus videtur esse homo. ff. de annu. leg. l. si seruus. fi. in fin. facit, quod simile no. de conuer. coniu. veniens in fin. nec obstat extra de adult. cap. fin. & de diuor. cap. ex literis. cum similibus, vbi dicitur, quòd ex superueniente delicto alterius alter recuperat seruitutem amissam. Nam loquuntur ipsis in eodem statu permanentibus.

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. — Respõdet: — Primũ ar. — Secũdũ ar. — Ad tertiũ: — Ad quartũ. — Quæstio. — Raymund. — Exponit literam.

SI laici. Ad idem inducit hoc. c. quod est Martini papæ, quia, vt dicit Hug. fuit canonum renouator, in hoc. c. idem continetur, quod dictum est in præcedenti capitulo. Lege. ¶ [Adducatur]. s. si eam post adulterium cognouerit, vt in. c. præcedente. [A ministerio.]. i. ab ordine.

Exponit literam.

Præmissis §. iste diuiditur in duas partes. In prima infert Gratianus ex supradictis sanctorum patrum authoritatibus. ꝙ bigami, & qui virgines non sunt sortiti vxores à sacris ordinibus prohibentur. In secunda parte incidenter mouet quęstionem. An ducens viduam in vxorem ante baptismum, postea possit promoueri. Secunda ibi. Sed quæritur.

Diuisio.



SI quis viduam. Inducit Gratianus hoc. c. pro responsione danda ad quæstionem propositam, & est responsio proprie Inno. Quod talis, siue ante Baptismum siue post cum vidua contraxerint, promoueri non possit. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit prædictam responsionem. In secunda confirmat eam duabus rationibus. Secunda ibi. In baptismate lege. ¶ [Si quis viduam duxerit]. s. cum effectu ita, vt eam cognoscat [licet laicus.] hoc ideo dicit, quia si esset clericus non tãtum non promoueretur, sed etiam omni priuilegio ecclesiastico nudaretur, vt di. 54. quisquis. Hu. [Eodem vitio]. s. eadem irregularitate, & eodem impedimento. Quidam dixerunt, vt Ioan. de Fantu. eodem modo, quo & Bigamus secundum Hug. potius intelligitur eodem ante baptismum, & post. i. quo impedimento impeditur, si talem ducat post baptismum, eodem impeditur, si eam ducit ante baptismum scilicet, defectu sacramenti vnitatis, quia non est vna vnius, quæ sit vna vnius, dicitur autem hoc impedimentum vitium, non quod sit peccatum ducere viduam, sed quia importat quendam defectum, propter quem talis contrahens excluditur à promotione, generaliter. n. omnes Mariti corruptarum repelluntur à promotione propter defectum sacramẽti. s. quia, vt dictum est, nullus talium est vnus vnius, quæ sit una unius [in baptismate.] prima ratio. In baptismate non est consortium: ergo nec impedimentum, quod ex eius copula innatum est uiro Arc. di. 26. acutius, &. c. deinde. & c. una. Hug. [quod si non putatur] Secunda ratio. Hoc imputatur Hieronymo, & alijs episcopis, ergo [nec filij.] facit talem rationem. Si uidua ducta ante baptismum non

Diuisio. — Exponit literam. — Io de Fant

est uxor,

est vxor, nec etiam putatur talis, sequitur ꝙ nec filij erunt reputandi legitimi, quod tamen est falsum.[pro filijs legitimis.] Sic ergo reprobato vno connexorum, reprobatur, & reliquum, & hic. Hug.

1 *Addere proprie, quod dicatur.*


Ognoscamus. Consequenter inducit magister hoc.ca. quod est Ambrosij ad ostendendum, ꝙ Bigami nullo modo possunt ad ordines promoueri. Breue est. Lege.[Cognoscamus.] non solum Apostolum statuisse] prima ad Ti.3.& ad Tit.1.[presbytero.]supple, & diacono, vt 81.dis. c.1.[addidisse.]Sed cõtra Aug. dicit in c. Apostolus d.octuagesima prima quòd de quolibet ordine apostolus intellexerat: ergo non videntur patres aliquid ad c.addidisse. So. dicuntur addidisse, quo ad dispositionẽ. Apostolus.n.in illa regula specialiter, & secundum superficiem literæ non loquitur, nisi de episcopo, & presbytero, & diacono. Sed, vt dicit Aug. interpretatiue ibi intellexit de quolibet ordine, vnde in dicto.c. Apostolus: ergo quo ad interpretationem, & intellectum apostoli nihil addiderunt patres in concilio Niceno, quo casu intelligitur, quod dicit Aug. supra dis.81. Apostolus, sed quo ad expositionem, & superficiem literæ Apostoli patres addiderunt, sicut hic dicitur, & sic Ambrosius, & Augus. non contradicunt sibi, quia Ambrosius hic prosequitur superficiem literæ Apostoli, quæ specialiter loquitur de ipso presbytero, & diacono. Aug. vero prosequitur intellectum, & interpretationem Apostoli, di.81. Apostolus Hu. & Arc. Nota incidenter, † quod proprie ille non dicitur, addere, qui interpretatur actum præcedentem, & per verba explicite dicit id, quod in primis verbis implicite cõtinebatur, quia cum addere sit aliud in substantia, talis addere non dicitur, sed id, quod implicite continetur, explicat exterius. Vide optimam gl. in ver. filio.c.1.de sum. tri. & fi.c.li.6.quod no. quia facit ad illud, quod Romana ecclesia expressit in symbolo. de spiritu sancto, ꝙ à patre, filioque procedit. Item facit ad dubium, ꝙ lapso termino ad articulandum, quis posset facere articulos declarantes iam productos, ex quo talis non dicitur addere secundum Ioã. de fantu.[Clericum quemquam.]in sacris ordinibus Arch.

Exponit literam.

Cõcordia Ambrosij cum Aug.

1 *Contrahentes cum viduis, cum ancillis, cum meretricibus, non possunt fieri clerici.*

1 Similiter. Hic incipit quinta pars huius dist. In qua habetur, ꝙ contrahentes cum viduis, cũ ancillis, cum meretricibus clerici fieri non possunt.


I quis. Ad hoc probandum inducit magister Gratianus hoc ca. quod sumptũ est ex canonibus Apostolorum. Lege.¶[Viduã abiectam].i.repudiatam. Hug.[acceperit]Matrimonium. Hug.[vt meretricem].i.e. vidua [aut ancillam].s.non virginem, & defloratam ab alio, siue propria ancilla, siue aliena sit. Nam si suam ancillam virginem duceret in matrimoniũ, eo ipso libera est, vt hic dicitur in gl. vnde in illa non subest causa prohibitionis, quin promoueri possit, quicquid hic gl. dicat, & Hu. secundum Io. Fan. & Arch. similiter etiam teneret Matrimoniũ, si cum illa ancilla aliena cõtraheret, vt 29.q.2.c.1.& 2. [publicis spectaculis]sicut sunt Ioculatrices, quæ sunt infames ipso iure, vt 3. quæst.7.cap. tria. [Aut ex numero eorum]id est generaliter ex numero clericorum[sacro] id est ecclesiastico. Hug.

Exponit literam.

1 *Vidua vnde dicatur.*
2 *Maritus vnde dicatur.*
3 *Meretrix vnde dicatur.*
4 *Multi aliquando dicuntur 40. aliquando 10 aliquando duo.*


Idua est. Quia in superioribus.c. mentionem fecerat magister Gratianus de vidua, & meretrice, & abiecta, siue repudiata, nunc gratia expositionis istorum terminorum inducit Hieronymum dicentem, quæ sit vidua. Lege.¶[Vidua]†vidua videtur
1 quasi à viro idua.i. diuisa, vel separata. Nã iduo, iduas, dici-
2 tur diuidere, & separare. [Maritus]est†, qui cum ea gessit
3 maris ritus, carnaliter eam cognoscendo.[meretrix.]†à me rendo, promerendo stipendia libidinis, appellata [multo-
4 rum]†aliquando multi dicuntur.40. extra de cle. ex latores.
5 Aliquando decem dicuntur multi, in aut. de trien. circa prin. coll.3. Aliquando duo insti. de iure personarum. in fi. & de conse. di.2. relatum, & facit, quod legitur, & not. extra de re. eccle. non alie. ad nostram. Arc. Aliter meretricẽ describit Aug. dicens meretrix est, cuius turpitudo publice venalis est 32.q.4. meretrices. Hug.


Exponit literam.

Sed postea. Hic incipit 6. pars huius distin. in qua ostenditur, quomodo aliquando fuerit cum fuerit Bigamis dispensatum.


I subdiaconus. Istud cap. potest intelligi, aut de eo, qui contraxit secundo ante subdiaconatum, aut de eo, qui iam subdiaconus cõtraxit de facto. Et ideo dupliciter exponetur litera. Primo iuxta primum intellectum sic Leg. ¶[Secundam.]Siue dicatur secundam.i. cognitam ab alio.s. viduam, siue secundam post habitam iam primam.[inter lectores] hoc sit dispensatiue, ꝙ remaneat in minoribus ordinibus. Nam de iure communi, priuilegio clericali deberet spoliari, vt 84.di. quis epistolam[alias Apostolum].i. officium subdiaconi non exerceat. Hug. & Arc. Alio modo exponitur iuxta intellectum[duxerit]de facto, quia de iure nunquam potuit cõtrahere, nec in orientali, nec in occidentali ecclesia[vt 32.di. si, qui eorum, & tñ si de facto contraxerit, repellitur, quamuis non fuit Matrimonium, quia quantum potuit facit, vt 27. q.1. quotquot, quia voluntas in talibus maxime attenditur, vt extra de Bigam. nuper.

Exponit literam.

2 *Papa potest dispensare cum omni bigamo vero, & interpretatiue, vt promoueatur ad omnes ordines, non solum minores, sed etiam quoscunque maiores, & beneficia, & dignitates.*
Et quòd sacerdos non inductus vestibus sacris, consecret corpus domini. nu.5.
3 *Lex noua, & vetus qualiter differant.*
4 *Papa non potest dispensare de illis, quæ sunt de lege naturæ, & in articulis fidei, & sacramentis nouæ legis.*
7 *Episcopus potest dispensare in minoribus ordinibus suscipiendis, & exequendis.*
Et in necessitate in subdiaconatu. nu.8.
Et in professo ad maiores ordines. nu.9.
10 *Episcopus potest dispensare in bigamia, quando est contracta de facto per matrimonium in casu, in quo non contraheretur de iure.*
Et etiam quando bigamia est occulta, nu.11.
12 *Abbas quicunque non habet aliquam potestatem de iure dispẽsandi cum bigamo.*
Et quid si habeat priuilegium nu.1.
14 *Episcopus vel abbas, qui possunt canonicum irregularem facere sacerdotem, non poterunt facere curatum.*


Ector si viduam. Hic subiungit Magister. c. hoc hoc ad probandum, ꝙ aliquando dispensatum sit cum bigamo vsque ad subdiaconatũ inclusiue, in quo Martinus papa ait. Lector ait, &c. Pro pleniori intelligentia huius.cap. queruntur duo.
1 ¶Primum est, vtrum papa possit dispensare cũ Bigamo.
6 ¶Secundum est, vtrum simplex episcopus possit dispensare cum bigamo.

1 Ad primum. Sic proceditur, † Et videtur, ꝙ papa non possit dispensare cum bigamo. Primo sic extra de biga.c. super eo, vbi dicit Lucius papa, ꝙ cum bigamis contra apostolum dispensare non licet vt debeant ad sacros ordines promoueri, uel ij, si promoti fuerint remanere.¶Secundo idem arguitur ex.c. nuper e. ti. vbi dicit Inn. tertius. Nos autem in hac quæstione taliter respondemus, ꝙ cum huiusmodi clericis, qui, quantum in ipsis fuit, secundas mulieres sibi matrimonialiter coniunxerunt, tanquam cum bigamis, non liceat dispẽsare.¶Tertio sic, contra euangelium, & Apostolum non licet dispensare. ad. Ti.1. dicit. oportet episcopũ esse vnius vxoris virũ: ergo, &c.¶Quarto sic. Quod rõnabiliter factũ est, non põt irrõnabiliter immutari. Si ergo potest rationabiliter dispẽsare cum bigamo, rationabiliter est ei adiuncta, quod est incõueniens.¶Quinto sic. Nullus potest dispensare in his, quæ sunt

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

quæ sunt de necessitate sacramenti, sed non esse irregularē est de necessitate sacramenti ordinis, cũ significatio, quæ est sacramento essentialis desijt: ergo non potest dispensare in hoc. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. & c. præcedē tis. Respondeo dicendum, ꝙ circa hoc sunt opiniones, tam inter Iuristas, quam inter Theologos. Quidam. n. dicũt papam non posse dispensare in bigamia, saltem, vltra subdiaconatum, quia, vt aiunt, Apostolus non videtur prohibuisse expresse nisi de episcopo, & presbytero, & diacono: Ideo dispensatio vsque ad subdiaconatum non videtur esse contra regulam Apostoli, si fiat ad diaconatum vel presbyteratum, aperte videtur esse contra regulam Apostoli, & hoc est quod dicunt, quare Martinus in. c. præsenti, noluit vltra dispensare, secundum. Hu. Lauren. & Arch. vnde Vlricus, qui non paruæ autoritatis est inter theologos, est huius opinionis, vnde in sexto libro. summæ suæ dicit sic. Cum vere bigamis non potest dispensari, etiam per papam, quia ipse non potest tollere obstaculum, quod est defectus sacramenti. Et ideo semper manet hoc illicitum, ꝙ talis ordinetur, quod verum est, quantum ad illum ordinem, qui authoritate Christi, & Apostolorũ sacri semper fuerunt, & sunt sicut diaconus, & sacerdotium, vnde, quia subdiaconatus tantum iure positiuo connumeratus est inter sacros ordines, in illo potest Papa dispensare. Alij vero dicunt, ꝙ papa potest dispensare, & generaliter ad omnes ordines, quæ est opinio communior, quam inter Theologos, quos vidimus tenent Albertus magnus, S. Tho. Richardus de media villa, Durandus, & Petrus de palude. in 4. dis. 27. Tenent etiam doc. canonici illam. videlicet Hu. finaliter Inn. Host. Arc. Io. And. & plures alij. Circa quorum opi

Opponit et Respód. — Laudat Vlrichum. — Albertus. Thom. Durãdus. Petrus de palude.

2 nionem sit ista conclusio. † Papa potest dispensare cum omni Bigamo vero, & interpretatiue, vt promoueatur ad omnes ordines non solum minores, sed etiam quoscunq; maiores, beneficia, & dignitates, quæ conclusio primo patet authoritate. Nam Lucius papa dicitur dispensasse, vt dicitur hic in gl. cum Panormitano Archiepiscopo, qui fuit bigamus. Ratione secundum Durandum iuxta tamē S. Tho. in quarto sic probatur. In omnibus pœnis, siue defectibus, qui non sunt de iure naturali, vel diuino, sed solum de statu iuris positiui, papa potest dispensare, sed irregularitas bigamiæ annexa non est de iure naturali, vel diuino, sed de iure positiuo: ergo papa potest plenarie dispensare. Maior patet de se, quia super pęnas, quæ infligunt à iure positiuo: Papa habet plenariã potestatē. Minor declarat, quia illud, ꝙ non est contra veritatē articulorum fidei, nec contra essentialia sacramentorum, non est contra ius naturale, vel diuinum. Ius. n. naturale innititur rationi, diuinum vero articulis fidei, & sacramentis. Quod autem bigamus ordinetur non est contra dictamen rationis naturalis, vt de se patet: Nec contra essentialia ordinis: ergo irregularitas bigamiæ annexa non est de iure naturali, vel diuino, sed solum de iure positiuo, licet igitur papæ in ea dispensare, prout voluerit. Pro pleniori notitia huius conclusionis est notandum cum S. Tho. quolibeto. 4. Quod papa habet plenitudinē potestatis in ecclesia, ita ꝙ. s. quæcunque sunt a institut per ecclesiam, vel ecclesiæ prælatos, sunt dispensabilia à papa, nec. n. sunt, quæ dicuntur esse iuris humani, vel iuris positiui. Circa vero ea, quæ sunt iuris diuini, vel naturalis dispensare non potest, quia ista habent efficaciam ex institutione diuina. Ius autem diuinum est, quod pertinet ad le

S. Thom

3 gem nouam, vel veterem. † Sed hæc est differentia inter legem vtranque, quia lex vetus determinabat multa, tam in præceptis cerimonialibus pertinentibus ad cultum Dei, q̃ etiam in præceptis iudicialibus pertinentibus ad iustitiã inter homines seruandam, sed lex noua, quæ est lex libertatis huius determinationes non habet, sed est contenta præceptis moralibus, naturalis legis, & articulis fidei, & lex gratiæ propter determinationem articulorum fidei, & efficaciam sacramentorum. Cætera vero, quæ pertinent ad determinationē humanorũ iudiciorũ, vel ad determinationē diuini cultus libere ꝑmisit Christus, qui est nouę legislator ecclesiæ, à principibus christiani populi determinãda, vnde oēs determinationes ꝑtinent ad ius humanũ, in quo

4 papa pōt dispēsare. † In illis vero, quæ sunt de lege naturæ, & in articulis fidei, & sacramētis nouę legis dispensare nō pōt hoc. n. nō esset pro veritate, sed cōtra veritatē, manifestum est autem, ꝙ bigamum non promoueri non est de lege naturæ, nec pertinet ad articulos fidei, nec etiam est de necessitate sacramēti, quod patet est hoc, ꝙ si bigamus ordinetur, recipit ordinis sacramentum, sed hoc pertinet ad quandam determinationem diuini cultus, vnde papa potest dispensare, licet non debeat, nisi ex magna, & euidenti

5 causa, † sicut etiam posset dispensare, ꝙ aliquis sacerdos nō indutus vestibus sacris, consecret corpus Christi, & eadem ratio est de omnibus alijs, quæ ex institutione humana ꝓcesserunt. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta dominum Durandũ, & Petrum de palude, quod illud verbum, non licet cum bigamis dispensare, notat difficultatem dispensandi, non impossibilitatem, & sic glossandum, vbicunque verbum simile inuenitur. ¶ Ad secundam est eadem responsio. vel dicēdum iuxta S. Thom. in 4. ꝙ per illam decretalem ostenditur, eandem esse difficultatem dispensandi in illis, qui de facto cum pluribus contraxerunt, ac, si de iure contraxissent, non ꝙ subtrahatur simpliciter potestas papæ dispensandi in talibus. Et ita decretalis illa non obstat. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Tho. in quolibeto prædicto, ꝙ Apostolus dupliciter in doctrina sua aliquid proposuit, q̃dam, sicut promulgans ius diuinum, sicut quod habetur Gal. 5. Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit, & multa alia huiusmodi. Et in hoc papa non potest dispensare, & de talibus intelligitur. c. sunt quidam, allegatũ. Quædam vero posuit Apostolus in doctrina sua, sicut propria authoritate aliqua statuens. Nam ipse dicit. i. ad Corinth. 11. Cætera, cum venero disponam, & primæ ad Cor. 6. mãdauit, vt collectæ, quæ fiunt in sanctos, per vnam sabbatorum fiant, non pertinet ad ius diuinum. Et similiter etiam quod dicit de Bigamo non promouendo, non est iuris diuini, sed institutio authoritatis humanæ diuinitus homini concessu. Concordat dominus Durandus, & dominus Pet. de palude, qui ita ait in quarto dist. 27. in omni pœna, quæ ex statuto ecclesiæ, vel prælatorum ecclesiæ, papa dispensare potest, cuius est ista pœna, quia Apostolus dicens [oportet episcopum vnius vxoris virum] loquebatur disponendo, & ordinando ecclesiam, in qua non habet minorem potestatem Papa, vnde & ibi dicit. Non violentum, nō percussorem, in quibus papa dispensat. Licet ergo papa nō possit facere de bigamo non bigamum, quia tamen non posset promoueri est de statuto ecclesiæ, vere potest istud amouere, sicut potest etiam homicidam ordinare, licet non possit facere, ꝙ non sit talis, sed quia talem existentem non possit promoueri est ordinatio ecclesiæ. Vel dicendum, prout dominus Goff. dicit, ꝙ non est contra Apostolum, si cum bigamo dispensetur, quia Apostolus non prohibuit dispēsari, quis prohibuerit Bigamum ordinari. Nã & Apostolus prohibuit criminosum ordinari, di. 25. §. nunc autē, & tamen episcopus dispensat cum tali ab adulterio citra. extra de iudic. c. at si. vnde non est contra Apostolum, sed preter. ¶ Ad quartam respondetur, negando consequentiã, & ratio est iuxta Alber. magnum in. 4. quia licet ecclesiæ factum semper sit rationabile, ratio tñ variatur ꝼm statum, quia aliter, rōcinatꝛ ꝓ necessitate, & aliter qñ abũdãt ministrantes. Et ideo cum minori significatione accipit ministros tempore necessitatis, dum modo sit idoneus ex parte vitæ. Concordat Beatus Tho. dicens, ꝙ quia in particularibus non potest inueniri ratio, quæ omnibus cōpetit æqualiter propter eorum diuersitatem. Et ideo, ꝙ vniuersaliter statutum est, rationabiliter consideratis his, quæ in pluribus accidunt, possunt etiam per dispensationem rationabiliter amoueri in aliquo casu determinato. ¶ Ad quintam respondetur, negando minorem, & ratio est. Nam, vt dicit S. Tho. nō quælibet significatio est de essentia sacramenti, & talis non tollitur per irregularitatem Bigamiæ. Concordat. Albertus magnus in quarto dist. 27. ꝙ illa continentia significationis, quæ requiritur in ordinando, est de bene esse ordinis, & trahitur ex institutione ecclesiæ, & non de esse, & ideo etiam ab ecclesia potest cum talibus dispensari.

Ad primũ arg. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ. — Durãdus. Petrus de Palude. — Goffres — Ad quartũ. — S. Thom. — Ad quintũ.

6 **Ad secundum.** Sic Proceditur. † Et videtur, ꝙ episcopus simplex posit dispēsare cum Bigamo. Primo sic ex textu præsentis ca. Nihil autem supra. Ex vi huius verbi videtur, ꝙ episcopus potest dispensare cum bigamo vsque ad subdiaconatum exclusiue exigente necessitate, quoniam hoc non posset intelligi de papa. Tum propter determinata in præcedenti quæstione. Tum quia Martinus, cuius est hoc c. non potuisset imponere legem suis successoribus, cum non habeat

Albertus. — Primũ ar.

par in

Secũdũ ar. par in parem imperium.extra de elec.innotuit.¶ Secũdo arguitur ad idem ex.c.virginem.27.q.1.& ca.si quis sacro, & c.si qua virgo.¶ Tertio sic.Episcopus dispẽsat in criminibus ab adulterio infra,vt extra,de iudi.at si clerici,& tamẽ hoc est contra Apostolum,ꝙ criminosus ordinetur,vt 25. di.§.criminis.¶ In oppositum videtur argui ex capitulo. nuper,&.c.à nobis,extra de bigamis,vbi dispensatio huiusmodi prohibetur Episcopis.Et ad idem facit.ca. si quis viduam,&.c.non considerat.di.50.¶ Secundo sic.Episcopus non dispensat contra concilium,vt no.gl.de offi.leg.c. penul.& de filijs presby.c.penul.& gl.in c.dilectus. Sed concilium prohibet Bigamis posse portare tonsuram, vel habitum clericalem,vt dis.23. non liceat.¶ Respondeo,dicendum,hic sunt variæ opiniones.Quidam.n.dicunt,ꝙ episcopus solum potest dispensare in Bigamia, quo ad minores ordines,& inducunt rationes secundò positas in principio quæstionis.Alij vero extendunt plus authoritatum episcopi dicentes,quod etiam quandoque potest dispẽsare, quo ad maiores ordines,sicut S.Th.& Alb.Durandus,& Pet.de palude.S.Thom.dicit sic in.4.vbi supra. Episcopus potest dispensare,quantum ad minores ordines.Et quidam dicũt ꝙ etiam quantum ad maiores in illis,qui volũt,Deo in religione seruire, & hoc propter vitandos discursus religiosorum.Albertus vero magnus in quarto,vbi supra,dicit ad quæstionem, vtrum cum Bigamis poterit dispensari sine præiudicio. Dico,ꝙ per episcopum poterit dispensari ad minores ordines.si necesse fuerit,hoc est,ad subdiaconatũ, & ꝙ ministret in susceptis,& sic intelligitur illud di.34.Lector, vel si bigamus intrat religionem propter laudem cõuersationis,& discursum vitandum, potest etiam ad maiores episcopus dispensare. Dominus autem Petrus de Palude plenius loquitur in hac materia, sequendo prædictos doc.Theologos.Circa dicta ponam cõclusiones gratia maioris intellectus.† Prima conclusio est, quòd episcopus potest dispẽsare in minoribus ordinibus suscipiendis,& exequendis.Ista conclusio colligitur ex c. præsentis Lector, & extra,qui cle. vel vo. c.1.in his.n. facile dispensatur,etiã ab episcopo illegitime natis de fi.presc.c.1.li.6. ¶ Secunda cõclusio.† Episcopus potest dispensare in subdiaconatu in necessitate, quando pauci inueniuntur ministri, sicut in eo, qui publicam egit pœnitentiam. Conclusio colligitur ex c.presenti.c.lector.Nec valet,quod dicunt alij hoc esse abrogatum per hoc,ꝙ tunc temporis,subdiaconatus nõ erat sacer ordo.de seruis non or.miramur. Quod.n.non mutatur,stare non prohibetur.C.de testa.l.sancimus.Non.n.inuenitur prohibitum dispensare in necessitate. Nec valet, quod dicunt alij,ꝙ est dispensatio illa Papæ,non episcopi, qa illud est statutũ iuris, vnde ꝫm hoc ad minores sint alia dispẽsatione promoueri possent, vnde cũ pariter ꝑmittat bigamos ordinari ad minores ordines sine necessitate,& subdiaconatũ in necessitate: ad maiores nõ licet sine licentia epi par ratione,nec ad subdiaconatum,sed cũ licẽtia sit. ¶ Tertia conclusio.†Episcopus põt dispensare ad maiores ordines in professo. Colligitur hæc cõclusio extra qui cle. vel vo.c.2.& hoc forte verum, quando iam est in religione,nec sic,quantum ad dispensationem alias parificentur, vt ille qui vult intrare religionem, & qui iam est religiosus,de senten.excom.cum illorum,quia licet sit grauius religiosi,ꝙ secularis,& quantum ad hoc minus dispensabile, tamen ratio dispensandi,quæ est, vt tollatur materia vagãdi,æqualiter est nouitio, & professo. Cum bigamo ergo intrante religionem episcopus potest dispensare ad diaconatum, & sacerdotum, quod tamen de consuetudine non seruatur in bigamia vera, & proprie dicta, vel de vno marito corruptæ.¶ Quarta conclusio.† Episcopus potest disponere in Bigamia,quãdo est contracta de facto, per matrimonium in casu, in quo non contraheretur de iure, vt cum post votum solemne religiosi, vel clerici contrahitur cum vnica, & virgine.Ista conclusio colligitur, extra qui cle.vel vo.c.1.¶ Quinta conclusio.†Episcopus potest dispẽsare in Bigamia,quando Bigamia est occulta,quod sic potest intelligi vt quod factũ est de natura sua occultum, puta, cum quis cognoscit vxorem suam in occulto adulteratam.Nam licet publicum, & occulto nihil faciant ad Bigamiam,tamen ad dispensationem sic.Si autem esset factũ, vel causa Bigamiæ occulta per accidens,puta Matrimoniũ clandestinum,quod de se debuit esse manifestum,tunc episcopus non posset,nisi in casibus prædictis,alias autem episcopus non potest,extra.c.c.viti.¶ Sexta conclusio ponitur

Tertiũ ar.

Opponit in contrariũ. Secũda op.

Respõdet.

Albertus magnus.

Prima cõclusio. 7

Secũda cõclusio. 8

Tertia conclusi. 9

Quarta cõclusio. 10

Quinta cõclusio. 11

12 de prælatis,& religiosis.† Quod abbas quicunqua,& quantumcunque non habent aliquam potestatem de iure cum Bigamo dispensandi,siue in monasterio, siue ante de iure, vel de facto contraxerit. Sed in alijs regularibus plus possit,quam episcopus,de senten.excommunic.cum illorum. Sexta conclusio.

13 †Si vero habeat priuilegium,ꝙ possit cum suis subditis dispensare,nisi in his casibus,propter quos merita esset sedes apostolica requirenda, tũc potest cum monachis bigamis in bigamia prius,vel postea contracta dispensare,sicut episcopus in secularibus religionem intrantibus, etiam quo ad maiores ordines,non tamen quo ad dignitates. Non.n. sequitur dispensat quo ad maiores ordines:ergo quo ad dignitates. Nam ordo dispensat cum illegitimis in omnibus ordinibus, non tamen in prælationibus, vnde nec abbas, nec episcopus in casibus, in quibus in maioribus ordinibus dispensarunt,possent in dignitatibus,vel in curis dispẽsari. † vnde episcopus, vel Abbas, qui possunt canonicum

14 irregularem facere sacerdotem, non possent eum facere curatum. & episcopus non posset eum in abbatem confirmare,nec metropolitanus in episcopum,quia non est eligibilis, nec abbas suus potest eum facere priorẽ conuentualem extra Abbatiam, licet forte suppriorem, vel tertium priorem,quæ non sunt dignitates,sed officia,hæc Pe.de palude. Ex his ad rationes vtrasque in principio quæstionis factas patet responsio,quia procedunt alia,& alia via, secũdum aliam, & aliam intelligentiam doctorum.Lege literam.¶[Lector duxerit]olim vxorem alterius Hu.[In Lectoratu.]Si vero dicatur, ꝙ idem videtur.ĩ. di. 50.c.si quis viduam. Dicit contrarium.Nam dicit, quod talis non debet promoueri, & promotus debet deponi. Respondetur, quod ibi loquitur, quod de iure communi est fiendum, hic loquitur dispensatiue.[Nihil supra] Sed hic est dubium, cui loquitur Martinus papa, aut successoribus, aut episcopus non successoribus, quia eis legem imponere non posset, quia par in parem non habet imperium, extra de elec.innotuit.Non episcopis,quia tunc videtur,ꝙ episcopi in hoc casu possent dispensare.Potest dici, quod Martinus loquitur de se, & alijs Apostolis,non tamen imponendo eis legem,sed ostendendo, quid deceat, & quod ipsi sibi licere vult,& consulit,vt alij idem obseruarẽt, sed non cogit.simile.12.q 2.st.2.non liceat. Hug.De potestate autem papæ in dispensando cum Bigamis,& etiam episcoporum satis dictum est in quæstionibus. Exponit literam.

Quibus. Hic incipit octaua pars huius dis.ꝫm Arch. In qua institutis in sacris ordinibus,sicut ꝓhibentur propria coniugia, ita interdicitur nuptialibus conuiuijs interesse.

1 *Presbyteri, si sunt inuitati, possunt interesse conuiuijs, & comedere, si sint in loco priuato, & sequestrato à strepitu, & ludis.*



Resbyteri. Sequitur.c. quod est Agaten.concilij,in quo prædicta prohibitio continetur.Et potest diuidi in duas partes. In prima interdicitur clericis in sacris constitutis interesse nuptiarum conuiuijs.In secunda asignat rationẽ ibi. Nec his. ¶ [Vel].i.&[deinceps].i.supra[ab istis].s.episcopis, & Archiepiscopis,&c.simile.15.q.8.cum multæ,vel conuersi regulares,& generaliter omnes deuoti.i. voto perpetuo continentiæ obligatæ.27.q.1.vt lex. Hu. plane hæc prohibitio est multum consona grauitati clericorum. Non.n. decet eorum grauitatem talibus interesse,quæ animum ad lasciuiam inducant,vnde sequitur.[Nec]secunda pars.In his cetibus nuptialibus,vbi amatoria,&c.hæc fuit causa prohibitionis,vnde si tales Ioculatores nõ intersint, hi possunt interesse.de conse.di.5.non oportet,secũdum Arc.Nam cessante causa prohibitionis,non videtur eis prohibitum talibus conuiuijs interesse.Sed videtur contra.di.23.c. his igi-

1 tur.Sed dic iuxta Hu.†ꝙ si sint inuitati,possunt interesse,& comedere si sint in loco priuato, & seqstrato à strepitu, & ludis,sed in publico non[Turpia]quia per consortia malorum sæpe boni corrumpũtur,vt 28.q.1.sæpe.Dicit.n.Chrisostomus. Ex conuictu formantur mores obtuitus.i.visus [spectaculorum.]hoc referatur ad obtuitũ[verborũ.]hoc refertur ad auditum.Hu.& Arc.in talibus.n.conuiuijs maior dissolutio est,quam honestas vigeat, vnde Prouerbiorum.23.

Diuisio.

Exponit literam.

Chrysostomo

rum.23. dicitur. Noli esse in conuiuijs potatorum, & cōmessationibus eorum. Et ideo merito prohibetur clericis talibus interesse.

1 *Vidua tribus modis dicitur.*



Idua. Hic incipit.9.pars. In qua declarat, an contrahens cum vidua semper dicatur bigamus secundum Arc. Breue est Lege. ¶ [Vidua vero intelligenda est].s.in præmissis capitulis, vbi dictum est, ꝙ Maritus viduæ à promotione sit repellēdus[est quæ post solemne fœdus].i. carnalem copulam[morte interuenien-

Exponit literam.

1 te, à viro suo dimissa fuerit] vbi nota † ꝙ vidua tribus modis dicitur: primo modo illa.s. cuius maritus mortuus est, & ab eo cognita fuit, & talis impedit, vt.s.in multis.c.quādoque dicitur sponsa de præsenti, non cognita à sponso, & talis non impedit, vt.j.in c.se. Tertio modo im,pprie dicitur, quę de consensu viri intrat Monasterium, vt potest colligi.33.q.5. quod vero, Potest etiam addi quartus modus, qui tangitur.in.l.malum.in.§.vidua.de verb.sign. vbi dicitur vidua, quæ nunquam habuit virum, quia vidua dicitur quasi vecors.&c.vt ibi.[Cæterum vero]ponitur. secundus modus accipiendi viduam[in propria domo] per quod secundum leges vxor efficitur. Hug. [vidua appellatur] non appellatur vidua proprie, ex cuius copula aliquis impediatur. Est tamen vidua viro diuisa, & separata. Hu.

1 *Contrahens matrimonium cum vidua secundo capta, si non eā cognoscit, non impeditur à promotione.*

2 *Factum, si non fuerit contra statuta canonum, debet obseruari, licet authoritate aliqua non possit probari.*



Alentino. Hic magister Gratianus ad probandum, ꝙ vidua secundo modo capta, non impediat à promotione inducit hoc cap. quod in duas partes diuiditur. In prima

Diuisio.

1 ostendit, † ꝙ contrahens Matrimonium cum vidua illa secundo capta.s.cum vxore defuncti, non tamen ab eo cognita non impeditur à promotione. In secunda assignat rationem ibi, quia tantum. Lege.¶[Valentino]de quo erat questio. An poterat promoueri, cum contraxerit cum quadā, quæ habuerat virum, sed non fuerat ab eo cognita. Respōdet Pelagius papa. Construe sic literam[Nullum in promouendo].i. non ad promotionem [generatur obstaculum. Valentino clerico] per hoc, ꝙ ipsi.s. Valentino mulier est associata cōiugali copula illa dico, quæ cū alio viro ante velata fuit, [non tamen illi nupta]. carnaliter cognita, simile. 33.qō.1.ꝙ autem, sed virgo permanens post mortem, &c. [quia tantum.]secunda pars, quia tantum velamen accepit cum primo sponso, quia tantum cum illo fuerat velata, sed non coniuncta carnaliter. Hug. Ex hoc loco colligitur falsam opinionem esse dicentium in quarto di.27.ꝙ solus cōsensus per verba de præsenti sufficiebat ad irregularitatem inducendam, sicut S.Tho.in 4.vbi.s.dicit, & Ioan. Andr.in

Exponit literam.

2 c.debitam.notat.[quia nihil est.]ar.† ꝙ si aliquid fiat, dummodo non fiat contra statuta canonum debeat obseruari, licet authoritate aliqua non posset probari. Hu.

¶ *Distinctio Trigesima quinta.*

2 *Sobrius vnde dicatur.*

4 *Virtus habet habitationem ad duo.*

5 *Sobrietas, quare multum conueniat ministris ecclesiæ assignat septem rationes.*



Quibus. Hic intitulatur dist. 35. in qua magister Gratianus tractat tertium.c.apostolicæ regulæ.s.ꝙ oporteat ordinandum esse sobrium, nō vinolentum, & alia multa interserit in commendatione abstinentię, & reprobatione ebrietatis, & de pœna illorum, qui frequenter indulgent ebrietati. Qualiter autē di. continuet ad præcedētia, satis aperte ponit magister Gratianus in litera. Potest autem iste.§. diuidi in tres partes. In prima ponit regulam apostolicæ videlicet, ꝙ ordinandus debet esse sobrius, & non vinolentus. In secunda probat hoc authoritate veteris testamenti. In tertia inducit ad hoc rationes. Secunda ibi. Quod ex authoritate. Tertia ibi. Vel quia. Pro pleniori intelligentia huius distinctionis quæruntur hic duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum materia propria virtutis sobrietatis sit potus vini:

3 ¶ Secundum est, vtrum sobrietas magis requiritur in ministris ecclesiæ, quam in alijs personis.

1 Ad primum. Sic proceditur †Et videtur, ꝙ materia propria virtutis sobrietatis non sit potus vini. Sapien.8. dicitur de Dei sapientia, ꝙ sobrietatem, & prudentiam docet, iustitiam, & virtutem, vbi sobrietatem ponit pro temperantia, sed temperantia non solum est circa potum, sed etiam circa cibos, & venerea: ergo materia propria sobrietatis non est potus.¶ Secundo sic. Nomen sobrietatis à mensura videtur sumptum esse, vnde sobrius dicitur à se, & bria quod est mensura, quasi men suram seruans. Sed in omnibus, quæ ad nos pertinent debemus mensuram seruare, vnde dicitur ad Ti.2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus. vbi dicit gl. sobrie in nobis. ¶ Item ad Rom.12. non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: ergo sobrietas est etiam circa sapientiam, & non solum circa potum. ¶ In oppositum est tex. præsentis.c. vbi dicitur. ꝙ sit sobrius, qui ordinandus est, & non vinolentus, vbi propriam materiam sobrietatis videtur notare esse potum vini.¶ Respondeo dicendum. Materia propria sobrietatis maxime est potus vini. Ista conclusio patet primo ex illo ecclesiastici.31. Aequa vita homini vinū in sobrietate potatum. Secundo ratione sic iuxta S.Thom. in secunda secundæ.q.149. Virtutes, quæ ab aliqua generali conditione virtutis nominantur, illam materiam specialiter sibi vendicāt, in qua difficillimum, & optimū est conditionem huius obseruare, sicut fortitudo pericula mortis & temperantia delectationes tactus, nomen autem sobrie-

Primū ar.

Secūdū ar.

Opponit contrariū.

Respōdet.

S. Thom

2 tatis (vt dictum est) sumitur à mensura.† Dicitur.n. sobrius, quasi briam.i. mensuram seruans, & illam materiam specialiter sibi sobrietas ascribit, in qua maxime laudabile est mensuram seruare, huiusmodi autem est potus inebriare volens, quia eius vsus mensuratus multum confert, & modicus excessus multum lædit, quia impedit vsum rationis magis, quam excessus cibi, vnde dicitur Ecclesiast.31. Sanitas est animæ corporis sobrius potus, vinum multum potatum irritationem, & iram, & rixas multas facit. Et ideo specialiter sobrietas attenditur circa potum, non quemcunque, sed eum, qui sua fumositate natus est caput perturbare sicut est vinum, & omne, quod inebriare potest, communiter autem sumendo nomen sobrietatis, potest in quacunq; materia dici.¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, negando consequentiā.

3 & ratio est, quia licet in omnibus necessarium sit adhibere mensuram, quod pertinet ad officium sobrietatis, propter quod nomen sobrietatis temperantia in authoritate illa.sapiētiæ.8. nihilominus, quia modicus excessus in potu plus nocet, quam in alijs. Ideo sobrietas specialiter est circa potum.¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiā, iuxta S. Tho. quia quamuis mensura in omnibus requiratur, non tamen sobrietas proprie in omnibus dicitur, sed in quibus mensura est maxime necessaria, sicut est in potu. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est iuxta S. Tho. quia sobrietas non est proprie circa sapientiam, sed solum per quandam similitudinem, qua sicut vinum materiale corporaliter inebriat, ita & metaphorice consideratio sapientiæ dicitur potus inebrians, quam præclarus est. Et ideo circa contemplationem sapientiæ, per similitudinem quādam sobrietatis dicitur, vel dicendum, prout idem doctor dicit super epistolam ad Ro.12. Sobrietas mensuram importat. Et quamuis proprie dicatur circa potum vini, potest tamen accipi circa quancunq; materiam in qua homo debitam mensuram obseruat. Ti. 2. Sobrie, & iuste, & pie viuamus, &c.

Ad primū arg.

Ad secūdū.

Ad tertiū.

3 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ sobrietas non magis requiratur in ministris ecclesiæ, quam in alijs personis. Primo sic. Vbi est minor robur mentis in hoc, ꝙ concupiscentijs, ibi maxime requiritur sobrietas, quæ est virtus conseruans bonum rationis contra potum vini, quod potest eam impedire, sed in mulieribus est minor mens ad resistendum hmōi concupiscētijs, quam in ministris ecclesiæ: ergo videtur, quod sobrietas ministris ecclesiæ nun sit magis necessaria, vnde Apostolus

Primū ar.

Apostolus singulariter hortatur prima ad T.4. mulieres ad sobrietatē dicēs. Mulieres similiter pudicas, & sobrias, &c. ¶ Secundo sic. Vbi vehemens est concupiscentia carnis, ibi magis necessaria videt sobrietas, sed in iuuenibus propter feruorem ætatis viget magis concupiscentia voluptatis, quam in multis ecclesiæ ministris: ergo, &c. Vnde Apostolus ad Tit. 2. dicit. Iuuenes similiter exhortare, vt sobrij sint. ¶ In oppositum est Apostolus in tex. præsentis. c. vbi ait Oportet episcopum esse sobrium. ¶ Respondeo dicendum iuxta S. Th. in secunda secundæ vbi supra, † quòd virtus habet habitudinem ad duo. Vno quidem modo ad contraria vitia, quæ excludit & concupiscentias, quas refrenat. Alio modo ad finem, ad quem perducit, sic ergo aliquā virtus magis requiritur in aliquibus duplici ratione. Vno modo, quia in eis est maior pronitas ad concupiscentias, quas oportet per virtutem refrenari, & ad vitia, quæ per virtutem tolluntur. Et secundum hunc modum ponitur ista conclusio. Sobrietas maxime requiritur in iuuenibus, & mulieribus. Ista conclusio patet ex rationibus factis in principio quæstionis, quia. s. in iuuenibus viget concupiscentia delectationis propter feruorem ætatis. In mulieribus autem non est sufficiens robur mentis ad hoc, ꝙ cōcupiscentijs resistant, vnde, vt recitat Valerius li. 2. c. 3. mulieres apud Romanos antiquitus non bibebant vinum. Vnde Marcellus consul Romanus vxorem suam eo, ꝙ vinum bibisset, fuste percussam interemit. Alio vero modo sobrietas magis requiritur in aliquibus. vt pote magis necessaria ad propriam operationem ipsorum, secundum hunc modum ponitur ista conclusio. Quod sobrietas magis requiritur in maioribus, & excellentioribus personis. Ista conclusio patet, quia apud tales personas, cum sint aliorum duces, & rectores maxime vigere debet iudicium rationis, vinum autem immoderate sumptum præcipue impedit vsum rationis. Hinc senes, in quibus ratio debet vigere ad aliorum eruditionem Apostolus dicit ab sobrietatem exhortandos ꝟm illud Ti. 3. Senes, vt sobrij sint: hinc et episcopis, & quibuslibet ecclesiæ ministris, qui mente deuota debent spiritualibus officijs insistere, sobrietas indicitur, vt in præsenti. c. & primæ ad Ti. 3. Cæterum eadem ratione etiam regibus, qui per sapientiam debent populum subditū gubernare, specialiter sobrietas indicitur prouerbiorum. 21. Nolite regibus dare vinum. † possunt autem assignari aliæ rationes, propter quas multum conuenit sobrietas ministris ecclesiæ quarum aliquæ tanguntur hic in litera. ¶ Prima quoniam ministros dei in ecclesia dei decet mundiciam seruare, iuxta illud psalm. * Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat, vinolentia autem parit immūdiciam: vnde Hieronymus in præsenti. c. habetur venter mero æstuans, facile in libidines despumat. ¶ Secunda ratio est quia ita conuenit officio ministrorum ecclesię, sunt. n. vigiles ad custodiendum gregem ordinati, vnde episcopus dicitur super intendens, & Lucæ. 1. dicitur. Quod erant pastores vigilantes super gregem suum. Ebrietas autem maxime obstat vigilijs. Hinc primæ Petri 5. dicitur. sobrij estote, & vigilate, &c. ¶ Tertia ratio quoniā ministri ecclesiæ, vtpote, quibus dictū est. Ite docete omnes gentes Mat. vlti. debent intellectu esse perspicaces, & sensus acumine vigere præ cæteris. Sicut autem sobrietas est amica sapientiæ, secundum illud Ecclesiastes. * Et cogitaui abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum trāsferre ad sapientiam. Ita vinolentia & ebrietas intellectum obtenebrant, & errores inducunt, vnde glo. prouerbiorum. 23. dicit immoderatus haustus vini interioris, & exterioris visus ingerit cæcitatem. Et Augustin. Ebrietas aufert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, excitat libidinem, inuoluit linguam, corrumpit sanguinem, omnia membra debilitat, vitam diminuit, & omnem salutem exterminat. ¶ Quarta ratio est, quoniam ministros ecclesiæ docet, iuxta Apostolum, ornatos esse bonis moribus, quibus maxime obstat vinolentia, siue ebrietas, quoniam omnium vitiorum fomes est. Hinc ex concilio Agaten. in vlti. c. huius distinct. habetur sic. Ante omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, & nutrix est. ¶ Quinta ratio, quoniam ministri ecclesiæ debent esse honorabiles in populo, hoc maxime operatur sobrietas, & contrarium vinolentia, siue ebrietas, quæ hominem ignominiosum reddit, ac inhonorabilem, quod patet in Noæ, de quo Hieronimus, in Epistola ad Oceanum dicit, quod ad vnius horæ ebrietatem fœmora denudauit, quæ per sexcentos annos sobrietate contexerat. Gen. 10. Et ideo dicitur Abachuc secundo, Ve qui potum dat amico, sequitur & inebrians, vt aspiciat nuditatem eius, repletus ignominia pro gloria. ¶ Sexta ratio, quia ministri ecclesiæ debent esse exemplum, & norma bene viuendi alijs. Iuxta illud Mat. quinto. vos estis sal terræ, vos estis lux mundi. Cauenda est ergo eis vinolentia, siue ebrietas, ne ad eorum exemplum subditi, ad vinolentiam conuertantur, vnde super illud Iob primo. Cum biberent in domo fratris primogeniti, &c. dicit Gregorius libr. primo moralium. Cum maiores voluptati deseruiunt, nimirum, si minoribus lasciuiæ frena laxantur, & ibi bene de hoc. ¶ Septima ratio sumitur ex figura legalium sacerdotum, quæ ratio ponitur in. ca. præsenti, quibus prohibitum erat bibere vinum ad minus pro vice sua. Leuit. decimo, in figuram exterminandæ temulentiæ, & sobrietatis habendæ in sacerdotibus euangelicis, quanto enim dignitas excellentior, persona honorabilior, conuersatio cœlestior, & operatio spiritualior, tanto magis cauenda est vinolentia, vel ebrietas, quæ & dignitatem vilificat, & personam dehonestat, & conuersationem infamat, & conuersationem debitam impedit, propter, quod saluator discipulis suis ait. Lucæ 21. Attendite. autem vobis, ne forte grauentur corda vestra crapula, & ebrietate. ¶ Ad rationes factas in principio quæstionis patet responsio ex dictis. Lege. ¶ [Sequitur Apostolica] primo, ad Tim. tertio, & ad Tit. primo. [Sobrius debet esse ordinandus] id est, in potu, & in cibo, extra, de vi. & ho. cle. à crapula, de potus tantum sobrietate tractat in hac distinctione. De sobrietate tibi infra. distinct. 44. [non vinolentus] id est frequenter vino repletus, aut multo vino deditus. [quod ex authoritate.] secunda pars probat primo authoritate, siue figura veter. testam. Leuiti. decimo, [ministri] ab hinc vsque ibi. [Quod autem.] Sunt verba Hieronymi, vnde, dominus dixit ad Aaron. vinum, & omne, quod inebriare potest non bibetis tu, & filij, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum, & prophanum, inter pollutum, & mundum [syceram] per hanc intelligitur omnis potio, præter vinum, quæ inebriare potest, grauentur sic enim saluator ait Lucæ 21. Cauete vobis, ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, quia Prouerbiorum vigesimo, Tumultuosa res est ebrietas. [Tenuis] pinguis enim venter, vt ait Hieronymus, crassum sensum generat, vt distinct. 44. §. si ergo, & de consec. dist. quinta ne tales. Hug. vel, quia venter. Tertia pars vbi assignat rationem ex parte libidinis, quam secum duxit ebrietas. [libidines. vnde Noæ.] ostendit, quòd ebrietas ignominiam pariat, & confusionem ebrioso. [Noe] de quo Genesi. dicitur. Plantauit vineam, & bibit vinum, & inebriatus est, & nudatus est in tabernaculo suo, quod beatus Hieronimus tractans in epistola ad Oceanum, sic dicit. [Noe] ad vnius horæ ebrietatem nudat femora sua, quæ per. d. cap. annos contexerat sobrietate. [Loth] hoc dicit, & Hieronimus in epistola ad Oceanum, de quo Gene. 19. quòd euadens incendium Sodomæ à suis filiabus vino inebriatus, cum eis enim concubuit. Iste in ciuitate fuit sanctus, & in monte peccauit, vt distinct. quadragesimo, quælibet, de quo habetur, infra eod. distinct. capitul. sexto, vbi ponitur historia. [Quod autem] verba sunt Gratiani, & cætera.

Scd̄m arg. — Oppositū contrarium — Respōdet. — 4 — Valerius. — 5 — Prima rō. — *Psa. 100. b. — Secūda rō. — Tertia rō. — *Eccl. 2. a. Expressius habetur in gloss. Eccl. capit. 3. — August. — Quarta ratio. — Quinta rō. — Hierony. — Sexta rō. — Grego. — Septima rō. — Exponit literam.

2 *Crimina, quæ oriantur ex ludo alearum, siue taxillorum.*
3 *Ludus scacchorum, quare non sit prohibitus.*
5 *Titulus iniustus, & illicitus habendus est pro non titulo.*
7 *Lucratus aliquid à persona sui iuris, & habente potestatem alienandi res suas, si lucratus est fraudulentur, tenetur restituere.*
Et etiam qui lucratur ab eo, quem inuitum ex cupiditate lucrandi traxit ad ludum num. 8. Non tamen ille, qui tractus est num. 9.
Et quid, si neuter alterum traxerit. nu. 10.
11 *Lucratus aliquid in ludo taxillorum, non potest sibi retinere.*
Et quid, si plus perdit, quam lucratus est nu. 12.
13 *Subdiaconi fuerunt tempore Apostolorum in primatiua ecclesia.*
14 *Lector hoc nomen comprehendit omnes ordines minores.*

Episcopus. Ad prædictã conclusionẽ cõfirmandã inducit Gratianus hoc. c. in quo ex canonib. apostolorũ legitur statutũ, ꝙ Diaconus, presbyter, & eps ebrietati, & aleis deseruiẽtes, nisi desierint deponãtur. Subdiaconus vero, & alij inferiores similia faciẽtes, nisi desierint cõione priuentur. Breue est. Pro pleniori intellectu huius. c. qrũtur tria.

1 ¶ Primum est, vtrum ludus taxillorum sit licitus.

4 ¶ Secundum est, vtrum possit repetere, qui amisit aliquid in ludo alearum.

6 ¶ Tertium est, vtrum semper sit restituendum lucrũ, quod in tali ludo acquiratur.

1 **Ad primum.** sic proceditur. † Et videtur, ꝙ ludus alearum, siue etiam taxillorum non sit illicitus. Primo sic. Nullus ludus, qui gratia recreationis, aut conuescendi causa permittitur, est dicendus illicitus, sed ludus alearum permittitur prædictis de causis: ergo videtur, ꝙ non sit illicitus: consequentia patet. ¶ Secundo sic. Ludus scachorum non prohibetur ẽm Arc. & Lau. & alios Doc. ergo nec ludus alearum tanquam illicitus venit prohibendus. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. vbi ponitur, ꝙ dediti ludo alearum damnentur, & cõmunione priuentur, per quæ verba manifeste probatur, ꝙ talis ludus sit peccatum mortale, & ita illicitus, quia tales pœnæ non imponuntur pro leui crimine, vt 11. q. 3. nemo, & cap. nullus.

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Opponit contrariũ.

Respõdet. ¶ Respõdeo dicendum sub ista conclusione. Ludus alearũ, siue taxillorum est illicitus. Ista conclusio probatur sic. Oĩs ille ludus, qui lege prohibetur est illicitus, patet, sed ludus alearum est lege prohibitus, patet. Tum hic. Tum in aut. de sanctis. Episco. §. interdicimus, & extra de vi. & ho. cle. statuimus, & c. clerici. ¶ Secũdo sic. Omnis ludus, qui viribus fortune innititur est prohibitus ẽm leges, si fiat in pecuniã, vt in aut. vt omnes cle. sed ludus taxillorum, siue alearum est huiusmodi: ergo conclusio vera. ¶ Tertio sic. Non potest dici ludus licitus, sed reprobatus, ex quo plurima crimina oriuntur, vt in proemio. ff. veteris. §. illud vero sane, sed ex ludo huiusmodi alearum, & taxillorum oriuntur plurima mala: ergo sequitur. ꝙ talis ludus sit illicitus, & peccatũ, cum causa cupiditatis sit.

2 † Quæ autem crimina oriantur ex huiusmodi ludo Raymũdus in summa sua narrat nouem. Primum est desiderium lucrandi, ecce cupiditas, quæ est radix omnium malorum, vt dicitur primæ ad Ti. 5. Secundũ est voluntas spoliandi proximum. Ecce rapina. Tertium est vsura. s. 11. pro 12. non solum in anno, vel mense, sed in eadem die, extra de excess. præla. inter dilectos. Quartum est multiplicia mendacia, & verba otiosa, & vana. Quintũ blasphemia. Ecce hæresis. Sextum est corruptio multiplex proximorum, qui ad ludum inspiciendum de consuetudine praua conueniunt. Septimum est scandalum bonorum. Octauum est contemptus prohibitionis sanctæ matris ecclesiæ. Nonum amissio temporis, & multorum bonorum, quæ illo tempore facere tenerentur, hæc secundum Raymundum.

Raymund.

Hostiensis. Septem alia peccata addit Host. in summa, quæ oriuntur ex huiusmodi ludo. videlicet, furtum, quia lusores frequentes inopia coacti discunt furari. Item violentia. Aliquoties. n. ad hoc, ꝙ aliquis ludat, violẽter detinetur. ff. de alea. l. solent. Ecce seruitus iniusta. Item crimen falsi, quod committitur in falsis taxillis faciendis, & ex certa sciẽtia commodandis, siue locandis. Item homicidium, quia de ludo veniunt ad verba, ex his ad verbera, de verberibus ad vulnera, & tandem ad homicidia. Ecce iniuria. Ecce homicidia, quibus iudex ex officio suo occurrere debet. vt. ff. de vsufructu. l. æquissimum. Item fraus & deceptio, quia, qui melius scit decipere, melius credet ludere, sed ecclesia neminem debet decipere, extra de donatio. per tuas. Item adulatio, commendatur. n. ludens de peccato suo, & iniquus benedicitur. 86. dist. donare, & c. sequen. vnde dicunt homines. Pulcher, & bonus lusor est dominus meus. Item vita turpis. Ecce offensio honestatis, hæc secundum Hosti. plura etiam de hac materia ponuntur in summa de vitijs, quæ nos pro nunc transimus, quia dictum est.

Ad primũ arg. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur, ꝙ hic loquimur de ludo, qui fit causa cupiditatis talis, sicut peccatum mortale, est vitandus. Ludus autem, qui fit causa retractionis sine pecunia tamen, aut causa conuescendi simul, vbi non concurrant mala, quæ supra dicta sunt, bene permittitur.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundam respondetur dupliciter. Primo negando consequentiam, & ratio est, ꝙ non est simile de ludo scachorum, & alearum, quia ludus scachorum non innititur viribus fortunæ, sed magis ingenij. Et ideo dicit Arch. † ꝙ ludus scachorum non prohibetur, quia in eo humanum ingenium exercetur.

3 Secundo respondetur negando assumptum, quoniam etiam ludus scachorũ si fiat causa cupiditatis ad pecuniam, est prohibitus, vnde Arc. cum dicit, ludus scachorum non sit prohibitus, addit, nisi ad pecuniam, ẽm Lau. & Hu. in præsenti. c. ait sic de ludo scachorum. Credo similiter esse peccatum mortale, si fiat causa voluntatis, & cupiditatis.

4 **Ad secundum.** sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non possit repetere, qui amisit aliquid in ludo alearum, vel taxillorum sic. In pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis. vt. ff. de condictio. ob tur. cau. l. 4. ¶ Secundo quia, vt videtur conuenientius talis pecunia per ludum acquisita erogatur pauperibus, quam reddatur perdẽti. ar. 9. q. 5. non sane. vnde huius opinionis fuit Placentinus, & Hu. ¶ In oppositum arguitur, quoniam, vt dicit Ho. in summa. fere omnes doctores dicunt, ꝙ potest repeti, & hoc per. l. ff. de alea. l. fi. in fine. vnde cõstitutio græca (quæ habetur. C. de reli. & sump. fu.) dicit, ꝙ alearum ludus vsque ad. l. annos potest repeti.

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Opponit contrariũ.

Respõdet Raymund. ¶ Respondeo. dicendum iuxta Raymundum, ꝙ hic, est distinguendum, vtrum talis ludens an voluntarius, & ex cupiditate lusit, & si amisit non potest repetere. Si vero lucratus est, tenetur ad restitutionem saltem in iudicio. Si animo coactus & arctatus per vim, vel per nimiã alterius importunitatẽ & tunc, si amisit potest repetere, & si lucratus est, tenetur restituere, sed potest, & debet pauperibus erogare. Idẽ credo de illo, qui infirmus, vel debilis causa recreationis in modum lusit, dummodo ad ludendum alium non impellat. Et ẽm hanc distinctionẽ dicit Raymundus iura, & opiniones, quæ. s. tanguntur dic in gl. ad consonantiam reduci. vt est arg. 14. q. 5. non sane, & extra de simo. dilectus. & . ff. si quadru. pau. fe. di. l. 1. §. cum arietes, & C. ad l. Iul. de vi. pu. qm̃ multa. & . ff. ad. l. aquil. si ex plagis. §. tabernarius. Nec obstat si dicat lusor, ꝙ non fecit iniuriam proximo, qui volũtarius lusit. Nam, & inuitus nolens amisit. Et iste ludus prohibitus est per legem, & contra Deum est: ergo illicite acquisiuit. Et ideo ex tali titulo etiam præscribere non poterit. ar. de præscrip. c. fi.

5 † Iniustus. n. titulus, & illicitus pro nõ titulo est habendus. ff. de peti. hære. l. nec vllam, & male fidei dicitur possessor. C. de agri. & cen. l. quemadmodũ. ẽm Raymundum hæc omnia etiam Ho. recitat per ea, quæ dicta sunt, patet responsio ad obiecta vtriusque partis, intellectus etiam huiusmodi articuli plenius habetur ex sequẽti.

Respond. **Ad tertiam.** Respondetur sine præiudicio argumentorum præmissa quadam distinctione, sub quibusdam conclusionibus. Distinctio est ista, personæ ludentes aut sunt sui iuris, & habent potestatem alienandi res, quas exponunt ludo, siue habent dominium earum, aut non. Hac distinctione habita sit ista prima conclusio.

6 † Tenetur restituere, quod quis lucratur in ludo taxillorum, siue alearum à personis, quæ non sunt sui iuris, siue quæ non habent potestatem alienandi res, quas ludo exponunt, sicut sunt, vt exemplificat Raymundus, & Ho. furiosi prodigi, minores. 25. annis, & maxime pupilli. Item mente capti, surdi, muti, cœci, & morbo perpetuo laborãtes, quibus tutores, & curatores dandi sunt, quia tales personæ suis rebus prouidere non possunt. instit. de curatoribus. §. furiosi. & . §. mente capti. Idem videtur de seruis, de monachis, & cunctis claustralibus, & filijsfamilias, qui non habẽt peculium. Idem de vxore, quæ non habet res paraphernales, & ludit res mariti. Et de administratore ecclesiæ ludente res ecclesiæ, quæ pauperum sunt, & in similibus. Patet cõclusio, quoniam cum talis pecuniæ administratio tam ratione personarum, quam feci sit culpabilis, & vitiosa restituenda est, non omnino tamen ei, qui amisit eam in ludo, sed curatori, tutori, monasterio, domino, patri, marito, & ecclesiæ, imo illi, qui tales personas subiectas, vt paterfam. habet potest repetere ea, quæ amisit filius. vt. ff. de alea l. vlti. §. si seruus. Idem dicimus de clerico, quòd ecclesia potest repetere, quæ amisit clericus, qui est quasi filiusfa. 12. quæst. 2. Apostolicos. Ista conclusio etiam est sancti Tho. in secunda secundæ quæst. 32. artic. septimo.

Prima cõclusio.

Secũda cõclusio. ¶ Secunda conclusio.

7 † Tenetur restituere, quod quis lucratus est à persona sui iuris, & habente potestatem alienandi res suas, si lucratus est fraudulenter. Ista conclusio S. Tho. vbi supra, & omnium

tertia cõclusio. 8 omnium doctorum. ¶ Tertia concl. † Tenetur ad restitutionem, qui lucratus est ab eo, quem inuitum ex cupiditate lucrandi traxit ad ludum, hæc conclusio est S. Tho. vbi. s. & Ray. & Hu. & Inn.

quarta cõclusio. 9 ¶ Quarta concl. † Lucrans aliquid ab eo, qui eum quasi inuitum traxit ad ludum, non tenetur amittenti restituere, quia ille qui amisit non est dignus recipere, tenetur tñ pauperibus erogare. Ista conclusio est Ray. S. Tho. & Inno.

Quinta cõclusio. 10 ¶ Quinta concl. † quando pares sunt in turpitudine, vt, quia nullus trahit alium, sed ambo voluntarie conueniunt ad ludum, lucrans non tenetur restituere illi, qui amisit, nisi consuetudo esset in contrarium, debet tamē pauperibus dare. Pro cuius conclusionis intellectu est notādum iuxta S. Tho. vbi supra, ꝙ circa ea, quæ per aleas acquiruntur, videtur aliquid esse illicitum ex iure diuino. s. ꝙ aliquis lucretur ab his, qui rem suā alienare non possunt, sicut sunt minores, & furiosi, & huiusmodi de quibus dictum est in prima conclusione, & quod aliquis attrahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum, & ꝙ fraudulenter ab eo lucretur, & in his casibus tenetur ad restitutionem sicut habitum est in. 4. 3. & 2. conclusionibus. Aliquid autem videtur vlterius esse illicitum ex iure positiuo ciuili, quod prohibet vniuersaliter tale lucrum. Sed quia ius ciuile non obligat omnes, sed eos solos, qui sunt his legibus subiecti. Et iterum per dissuetudinem abrogari potest. Et ideo apud illos qui sunt huiusmodi legibus astricti prohibentibus huiusmodi ludum, & præcipientibus fieri restitutionem, tenentur ad restitutionem vniuersaliter, qui lucrantur, nisi forte contraria consuetudo præualeat. Aut nisi quis lucratus sit ab eo, qui traxit eum ad ludum, in quo casu non tenetur restituere, quia ille qui amisit non est dignus recipere, sicut dictum est in 4. conclusione, nec licite retinere tali iure positiuo durante, vnde oportet de hoc eleemosynam facere, & in hoc casu, hæc S. Tho.

S. Thom.

Sexta conclusio. 11 ¶ Sexta conclusio. † Qualitercúque aliquis lucretur in ludo alearum, & taxillorum, nō potest sibi retinere, sed oportet aut restituere, qui amisit, aut dare pauperibus. Ista conclusio patet, qm̄ ludus iste à iure prohibitus, est turpis quæstus, & cōtra rationem: ergo quis lucratur sibi retinere non potest, sed oportet aut restituere in casibus dictis iuxta conclusionem primam, secundā, & tertiam illi, qui amisit, aut dare pauperibus iuxta conclusiones alias.

Quæstio. 12 ¶ Verum surgit hic quæstio vna. † Si est talis, q plus perdidit, vel tantum, quantum lucratus est, vtrum nihilominus teneatur restituere. Et arguit Pet. de palude in 4. dist. 15. ꝙ sic, quia mox, vt lucratus fuit, pauperum debitor fuit, à quo debito non liberatur, nisi soluat, & si illud idem perdit culpa sua fuit. Alijs videtur, ꝙ quia locupletior non est, amplius non tenetur, quia non est obligatus pauperib. ratione alicuius ab eis recepti, vel in eis commissi, sicut ēt fiscus, qui turpia lucra aufert ab indignis, non videtur, ꝙ teneatur vltra, q̄ facti sunt locupletiores, quia per hoc quæritur, non, ꝙ ipsi damnificentur, sed, ꝙ turpiter non lucrentur. Quod autem de fisco dictum est in foro conscientiæ tenet, in quo ipse turpia lucra debet dare pauperibus, quia quamuis in iure ciuili sint sua, tamen, quia iure naturali nō plus iuris habet in eis, quam ille, cui aufert, non potest ipse retinere sibi plus, quā ille, hæc Pet. de palude.

Petrus de Palude.

Septima cõclusio. ¶ Septima cōclusio. In quocunque casu prædictorum si id, quod lucro habitum est, offeratur ei, qui amisit, recipere potest, maxime si sit pauper. patet ista conclusio ex dictis.

Exponit literam. Lege. ¶ [Episcopus deseruiens]. i. sæpe indulgens. siue vacans ebrietati, & ludis. [desinat.] Nota iuxta Hosti. & Arch. quatuor verba posita in isto canone. s. [deseruiēs, desinat, damnetur, & cōmunione priuetur.] Ex primo collige, ꝙ si non ducit in cōsuetudinem, debet admoneri, & si admonitus vult cessare, euitabit pœnam prædictam, debet tamen in vtroque casu agere penitentiam de peccato. Ex duobus vltimis colligitur, ꝙ tale sit peccatum mortale, & graue cum tales pœnæ non sint imponendæ pro leui crimine. 11. q. 3. nemo episcoporum. &. c. nullus.

13 [Subdiaconus.] † hic habetur, ꝙ subdiaconi fuerunt tempore Apostolorum in primitiua ecclesia, idem etiā di. 33. si quis post. Sed videtur contra. di. 60. c. vlt. quod c. ex Vrbani. Respondet dicendum nulla est contradictio, quoniam Vrbanus papa non negat Subdiaconum in primitiua ecclesia fuisse, sed inter sacros ordines connumeratum, tunc. n. subdiaconatus non reputabatur sacer ordo, sed procedente tempore, ecclesia statuit ipsum inter ordines sacros.

14 [Lector] † hoc nomine comprehendit omnes ordines minores. Hu. [cantor]. i. psalmista, qui habet tantum primam tonsuram. Hu. [Communione] siue sacramentorū siue fidelium. Nam pro quolibet peccato mortali deberet quis excommunicari, si non satisfaceret. 22. q. 1. c. vlti. Laicus ergo, & laicis ludus aleæ est illicitus, & mortale peccatum, aliter propter hoc non excommunicarentur Hu.

1 *Vini vsus an sit totaliter illicitus.*
2 *Circuncisio quid significabat.*



AB exordio. Consequentur Gratianus inducit hoc. c. Hieronymi ad commendationem abstinentiæ, & sobrietatis, & ad detestationem ebrietatis, & tangit hic Hieronymus tres status humani generis. Primus fuit ante diluuium. Secundus fuit post diluuium. de quo ibi, post diluuium autem. Tertius post aduētum Christi, de quo ibi: postquam autem Christus venit. Primus vacauit abstinentiæ. Secundus exorbitauit. Tertius ad eam se reformauit. In primo statu, quasi in nouo, & optimo carnes non fuerunt comestæ, nec vinum bibitum. In secundo statu quasi deficiente, & carnes sunt comestæ, & vinum bibitum. In tertio statu, quasi renouato, & reformato in melius mundo per christum, nec carnes comeduntur, nec vinum bibitur, & sic tertius status factus est, quasi conformis, & similis primo, & nouo. Pro pleniori intelligentia huius ca.

Primū ar. 1 quæritur. ¶ † Vtrum vsus vini totaliter sit illicitus. Et videtur ꝙ sic, ex præsenti. ca. vbi ait Hieronymus, ꝙ vinum cū carnibus post diluuium est dedicatum. Christus autem venit in fine seculorum, & extremitatem retraxit ad principium: ergo tempore Christianæ legis videtur esse illicitū vino vti.

Scd̄m arg. ¶ Secundo arguit ex. c. sequenti, vbi dicit idem Hieronymus, luxuriosa res est vinum.

Tertiū ar. ¶ Tertio, ad Ro. 14. dicit Apostolus. Bonum est non manducare carnem, nec vinum bibere, in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur, sed cessare à bono virtutis est vitiosum, & similiter fratribus scandalum ponere: ergo vti vino est illicitū.

Opponitū contrariū. ¶ In oppositum. 1. ad Ti. 5. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum. ¶ Respondeo, dicendum, iuxta S. Th. in 2. 2. q. 149. articulo 3. sub ista conclusione. Quod nullus cibus, vel potus ꝑm se considera tus, est illicitus, patet ista conclusio ex sententia Domini dicentis Mat. 15. nihil quod intrat in os, coinquinat hominē. Hinc sequitur correlarie responsio ad quæstionem videlicet, ꝙ bibere vinum secundum se loquendo, non est illicitum, seu, ꝙ vsus vini ꝑm se, non sit totaliter illicitus, potest tamen illicitus reddi per accidens, quandoque quidem ex conditione bibentis, quia vino de facili læditur, vel qui ex speciali voto obligatur ad vinum non bibendum, qn̄que autem ex modo bibendi, quia. s. mensuram in bibendo excedit. Quandoque aūt ex parte aliorum, qui ex hoc scandalizaretur. ¶ His habitis dicēdum est ad rationes in oppositū.

Ad primū arg. Ad primam respondetur, negando consequentiam, & ratio est iuxta S. Tho. vbi supra, ꝙ Christus non retraxit eadem ratione ab omnibus, à quibus retrahere dicitur, sed à quibusdam, sicut omnino illicitis, cuiusmodi sunt, quæ ꝑm se sunt illicita, & à quibusdam vero non, sicvt à simpliciter illicitis, sed sicut ab impedimento perfectionis, & hoc modo retrahit aliquos à vino, studio perfectionis sicut à diuitijs, & alijs huiusmodi.

Ad secūdū. ¶ Ad secūdam respondetur ꝙ dictū Hieronymi intelligit de excessiua potatione vini, & ideo non proceditur.

Ad tertiū. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam, & ratio est, quia apostolus non simpliciter dicit bonum esse abstinere à vino, sed in casu, ex quo ex hoc aliqui scandalizantur.

Exponit literam. Lege. ¶ [Ab exordio, vescebamur] Hieronymus loquitur in persona, quasi totius humani generis, populus. n. à principio seculi, vsque ad finem mundi vnus populus reputatur functione iure ar. ff. de iud. l. proponebatur. [carnibus.] & tamen tunc temporis erant venatores, sicut legitur de Lameth, sed venabantur nō propter carnes, sed pp pelles. [nec dabamus repudium] donec Moyses hoc scripsit Deut. 24. [nec præputia.] Circuncisio etiā non erat, nec dominus hoc præcepit Abraam Genes. 17. dicens. circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter

2 me, & vos in signum †, quia ista circūcisio erat signum quo populus ille Deum colens ab omnibus alijs distinguebatur, & inde est, quod iosue. 5. mandauit dominus circuncia di filios Israel, qui inter alias nationes erāt habitaturi, qui prius in


a ¶ Circūcidi Circuncisio, quare data fuerit Abraæ vide hic ꝑpositū, & An cōfere batgratiā vide Io. de turre cremata, ex quo institu ta de cōse. di. 4. & ibi an ꝑost eā necessariū fuerit baptismū instituere.

prius In deserto solitarij manentes, circuncisi non erant. [& hoc cursu] i. processu, vel tramite. Hug. [post diluuium] Secunda pars [nullus potuit] scilicet de facili, vel nullus potuit adimplere legem ad iustitiam, quia lex non iustificabat, vt dicit Apostolus ad Rom. 3. Nemo iustificatur ex operibus legis, vnde Apostolus Petrus ait Actuum 15. Quid tẽtatis deum imponere iugum super ceruicem discipulorũ, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus. Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluari [duricia.] Matt. 19. Iudæi dixerunt. Moyses mandauit dare libellum repudij, & ait ille, quoniam Moyses ad duriciam cordis vestri permisit vobis, vnde libellus repudij fuerit permissus propter maius malum vitandum. Nunquam tamen fuit licitum illum dare, & hoc etiam probatur, extra, de diuor. gaudemus [circulus] Gen. 17. quasi, notat similitudinẽ, non veritatis expresionem, quia non est verum, ꝙ Deus in nobis aliquid superfluum creauerit, licet ex illa incisione videatur, ac si dicat, illa autem amputatio pelliculæ non fiebat. quia esset superflua. Sic enim Deus creasset in nobis aliquid superfluum, sed fiebat in signum baptismi, & ideo debuit cessare, adueniente veritate baptismi. Hu. [postquã] Tertia pars. [in fine temporum] .i. in vltima ætate .i. sexta, & [o. reuoluit, siue reuexit ad à] .i. extremitatem retraxit ad principium, ipse. n. Christus, qui est alpha, & o, principium, & finis Apocal. 1. reduxit vltimum tempus noui testamenti ad primum, quia non permittitur vobis vxores repudiare, vt tempore Moysi, nec circuncidimur, vt tempore illo Abrahæ. Ab istis autem retraxit nos, sicut ab omnino illicitis A comestione, aut carnium, & potu vini cõsultiue, sicut ab impedimento perfectionis, licet. n. nobis carnes non comedere, non abijciendo, vt immundas, sicut Manichæi cõtra Apostolum. ad Ro. 14. & ad Titum. 1. sed ad domandã carnis nostræ lasciuiam, vel ne fratrem offendamus, bonũ inquit Apostolus ad Ro. 14. est homini non comedere carnes, nec bibere vinum, aut in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, & sic dictum est, vnde ipse dicit primo ad Corin. 8. Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, nec fratrem meum scandalizem [nec comedemus carnes] .i. suademur non comedere. Hug. [non bibere.] Affirmatiue intelligitur, i. abstinen. à vino, & carnibus, dicente. Apostolo. Sed contra apostolus. dicit ad Tim. vtere modico vino propter infirmitates. de consecr. dist. 5. sint tibi ieiunia. Sed respondetur, ꝙ vtrunque est cõsilium non præceptum. Et ideo sine peccato possum vti hoc, vel illo consilio. Hu. vel dicendum, ꝙ apostolus. ad Rom. 14. non prohibet comedere carnes, & bibere vinũ simpliciter, sed tantum, sicut dictum est, vbi immineret scandalum fratris dedicatum. i. primo in humanum vsum assumptum, sicut ecclesia tunc primo in humanos vsus assumitur, cum dedicatur. Hug. &c.

Tit. 1. 2.

1. Timo. 5.

1 *Abstinendum est à vini immoderata potatione propter multa*



Vxuriosa res est vinum: consequẽter in detestationem ebrietatis magister Gratianus induxit hoc. c. quod est Hieronymi, in quo ponit, ꝙ vinum immoderate potatum sit plurimorum malorum occasio.

Prouer. 20.

1 Leg. ¶ [Luxuriosa.] vbi no. † ꝙ à vini immoderata potatione abstinendum est propter multa, quorum occasionaliter vinum est causa. Primo, quia vinum est incitatiuum ad luxuriam, sicut hic dicitur in hoc c. quod etiam habetur Prouerbiorum 20. [luxuriosa res est vinum] .i. materia occasio & irritamentum est luxuriæ, vnde Hieronymus ad oceanũ venter mero æstuans, cito spumat in luxuriã. Et ideo Apostolus ad Eph. 5. inquit, nolite inebriari vino, in quo est luxuria. ¶ Secundo est vitandum vinum, quoniam est excitatiuum discordiarum, & dissolutiuum fraternæ concordiæ, quod patet ex. c. præsenti, vbi dicitur, ꝙ vinum est non solũ luxuriosa res, sed contumeliosa. Eccle. 31. vinum multum potatum irritationem, & iram, & iniurias multas facit, vnde Petrus rauennas, in sermone quodam, ebrietas est cędis mater, parens litium, furoris genetrix, petulantiæ est magistra. ¶ Tertio vini immoderata potatio est vitanda, qm̃ est consumptiuum omnium bonorum animæ. Nam vt ait Augustinus ad sacras virgines. Ebrietas est omnium flagitiorum mater culparumque materia, radix omnium, origo vitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tẽpestas linguæ, procella cordis. Naufragium castitatis, amentia temporis, insania volũtaria, ignominiosus languor, turpitudo morũ, de cuius vitæ honestatis infamia animæ corruptela, hæc Aug. Et Greg. Ebrietas est blandus demon, dulce venenũ, suaue pctm̃, quam qui habet, non se habet, quam qui facit, non facit peccatũ, sed totus est peccatũ: vnde bene dicitur Ose. 4. vinum, & ebrietas auferunt cor. ¶ Quarto vini immoderata potatio est vitanda, quoniam vinum sicut moderate sumptum, vt dicit Boetius de disciplina scholarium, videtur conferre intellectui acumen ita immoderate sumptum rationem perturbat, intellectum hebetat, subuertit sensum, memoriam eneruat, obliuionem inuitat, errorem infundit, ignorantiam inducit, de his supra satis. 1. ca. huius di. vnde Petrus rauennas, vbi regnat ebrietas, ratio exulat, intellectus obtunditur, consilia deuiant, iudicia subuertuntur. Et ideo dicit Sap. Eccl. 2. Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animum meum transferem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam: vnde gl. Ecc. 31. dicit. Ebrietas multa subuertit, quæ sensum minuit, irã excitat, libidinem inflammat, animi secreta reuelat. [Omnis autem non erit,] i. nullus erit. Hu. &c.

Exponit literam.

Hierony.

Petrus rauenna.

August.

Grego.

Petrus rauenna.

1 *Sacerdotes quare debeant à delicijs abstinere.*

2 *Locum tenens debet gerere vicem, et seruare morem eius, cuius locum tenet.*



Cclesiæ principes. Inducit ad idẽ propositũ magister Gratia. c. hoc, quod est beati Hieronymi super Micheam prophetam, vbi inquit, ꝙ ignominiosum est sacerdotibus, & præcipue principatum habẽtibus delicijs affluere, quod potest diuidi in duas partes. In prima prohibet prin- 2 cipibus ecclesiæ delicijs affluere. In 2. † assignat rationes, propter quas debeant à delicijs abstinere. 2. ibi. Propheticus sermo describit, ꝙ eijciendi sunt, & ꝙ prælati ecclesiæ delicijs affluere non debeant tres assignans rationes hic in litera. Prima est pœna damnationis æternæ, quæ præparatur delicijs affluẽtibus, quæ notatur, cum dicitur. In principio ecclesiæ principes, cuius sunt prælati, de quibus psalm. 44. Constitues eos principes super omnem terram, qui delicijs affluunt, quod nõ debent facere, quoniam, vt dicitur. Eccl. 10. Væ terræ, cuius principes mane comedunt glos. 1. qui vigilant gulæ, si ventri. & Apoc. 18. dicitur. Ne participes sitis deliciarum, quia sequitur, Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentorum [pudicitiam seruare] quod falsum est, quoniam inter carnales delicias, & epulas non seruatur pudicitia, sed nutritur luxuria, vnde Ezec. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, saturitas panis, gulositatis, & otium vanitatis. Et Apostolus inquit. Vidua in delicijs viuens mortua est. [propheticus sermo] .s. Micheæ. 2. [de spatiosis.] Litera nostra habet aliter nihilominus exponemus literam, vt in textu eam inducit Hieronymus. [Eijciendi sunt de spatiosis domibus] ad literam. s. de palatijs, & habitationibus pretiosis. s. cum per mortem priuabuntur prælaturis suis, & eijcientur ab eis, & tradentur strictissimo carceri inferno, quemadmodum de diuite Epulone dicitur Lucæ. 15. quòd mortuus est diues, qui epulabatur quotidie splendide, & sepultus est in inferno. Vel per illa tria intelligemus beatitudinem æternam, hæc. n. omnia vnum designant. s. æternam beatitudinem, in qua quasi in domo spatiosa quieti vacant, & spiritualibus, & iocundis epulis indulgent, licet cum multo labore ad illam perueniatur, quia arcta est via quæ ducit ad vitam Ma. 7. de talibus dicuntur isti eijciendi. i. ad talia non admittendi secundum. Hug. [Euangelium.] Matthe. 22. [Tenebras] sunt enim in inferno tenebræ vltra modum excessiue, vnde dicuntur exteriores, exemplum patet Ex. 10. de tenebris palpabilibus, quæ fuerunt in Aegypto, quanto magis erunt ibi grauiores, vnde 1. Ioan. 1. Omnes tenebræ absconditæ sunt in oculis eius. Tunc peccator dicet illud Psal. * Posuerunt me in lacu inferiori, & in tenebris, & in vmbra mortis, vel [exteriores.] quia, vt dicit Augustinus, reddent damnatos ex toto extra lucem Dei, ponentes eos in summa cæcitate. [in non confusis.] Ista est secunda, ratio, propter quam sacerdotes, & prælati, qui debent doctrinã penitentiæ darę cæteris, debent abstinere à delicijs, [fartis] .i. repletis, & ingurgitatis. Hu. [ieiuniorũ] .i. de ieiunijs. Certe magna cõfusio est prædicare Christũ crucifixũ, inopem,

Diuisio.

1. Tim. 5.

* Psal. 87. 6

inopem, famelicum, & ipse prædicans crapula, & ebrietate grauetur[Si in loco.]3.ratio, propter quam abstinendum esse à delicijs indicitur prælatis, est quoniam conuersationem,& vitam imitari debent sanctorum, quorum loca tenent, qui ieiunijs, & abstinentia dño placuisse leguntur, vnde ait.[Si in loco Apostolorum] 68.di.quorum, & di.21.in nouo.[Sed conuersatione]nõ.n.est satis tenere Pe-
2 trum, nisi teneatur eius conuersatio.†Et ita est arg.ꝙ quis debet gerere vicem,& seruare morem eius cuius locum tenet, vt 40.di.non est facile.

1 *Sacerdoti euangelico, an liceat bibere vinum.*



Vinolentum sacerdotem: Subiungit ad idem propositum Gratianus hoc.c.ꝙ est aliam Hieronymi. Et potest diuidi in tres partes. In prima introducit autoritates vtriusque testamenti, ꝙ sacerdos non debet esse vinolentus. In 2.declarat, quid nomine Siceræ importetur. In 3.concludit, ꝙ vinum sit fugiendum tam ministris altaris, quam sponsis Christi 2.ibi.Sicera.3.ibi, qui altario deseruit. Pro pleniori intelligentia huius.cap.quæri-
Primũ arĝ 1 tur.¶†Vtrum sacerdoti euangelico liceat bibere vinum,& videtur quod non per illam autoritatem in litera positam. Leuitic. 10. Si.n.interdictum est sacerdoti legali vinũ, qñ ingredi debebat tabernaculum,& etiam omne, quod inebriare potest: ergo multo magis sacerdoti euangelico, cum teneatur ad maiorem perfectionem, etiam cõtinentiæ ingrediatur tabernaculum.¶Secundo Leuitici.10.dicitur,ꝙ illud præceptum sempiternum est: ergo adhuc durare debet illud.¶Tertio, arguitur ex ratione assignata in prædicto.c.quæ est, vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum,& prophanum: ergo &c.sed adhuc ista discretio est necessaria sacerdoti euangeli.ergo,&c.¶Quarto, plus tenetur sacerdos euangelicus vacare spiritualibus, quam legalibus, sed bibere vinum adhuc retrahit. Prouer.vlt. Noli regibus dare vinum glo.nihil cogitatur de cœlestibus vbi est voluptas carnalis: ergo,&c.¶In oppositum arguitur ex eo, quod Timotheo sacerdoti euangelico dicitur. 1. ad Ti. 5. Modico vino vtere.¶Respondet.dicendum, ꝙ licitum est sacerdoti euangelico vinum bibere, sobrie tamen,& moderate. Ista conclusio patet. Tum ex illo primæ ad Ti.5. Tũ ex practica summi sacerdotis Christi, & discipulorũ eius, qui vino vsi leguntur, sicut patet Io.2.& Luce.22.¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ non erat prohibitum simpliciter sacerdoti legali abstinere à vino, sed solum quando ingrediebatur tabernaculum,& hoc faciæ sacerdos euangelicus, qui ieiunus accedit ad altare, & hoc videtur dicere Isidorus super illud Leuit.10.in gl.dicẽs Adhuc hanc legem etiam custodit, nec.n.omnino abstinere præcepit, sed, quando ad tabernaculum, vel ad altare testimonij debebat accedere. Si contra hoc arguatur, ꝙ quolibet die debebat ad altare accedere,& ibi scriptũ est, ꝙ debebat abstinere, quando ingrediebatur ad altare, quoniam ad altare incensi, vel holocaustorum: ergo videtur, ꝙ semper deberet abstinere. Respondetur iuxta magistrum Alexandrum de Halis in 2.ꝙ sicut dicitur.1.ad Cor. 10. Omnia cõtingebant illis in figura, maxime, quæ erant cerimonialia sacramentalia, vnde illa euacuata super adueniente euangelio, sed moralia complentur ibi, dicimus ergo, ꝙ illud præceptum fuit cerimoniale, & ita cessare debuit. Si autem spiritualiter intelligatur, illud referetur ad prohibitionem peccati, dicimus ergo, ꝙ illud præceptum adhuc manet ẽm qualitatem, qua est præceptum,& etiam arctius debet obseruari à sacerdote euangelico, quoniam sacerdotes non solum debent abstinere ab ebrietate, quæ est peccatum, sed ab occasione peccati, & ab eo, quod est impedimentum officij,& ideo non dicitur simpliciter Timotheo Vino vtere, sed addidit.modico.¶Ad secundam respondetur, ꝙ illud præceptum est sempiternum ẽm spirituale intellectum, non secundum literam, ẽm illud 2.ad Cor.3. Litera occidit, Spiritus autem viuificat.¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ vinum moderate sumptum, non impedit discretionẽ, sed adiuuat eam, teste Boetio cũ dicatur acuere ingenium.¶ Ad quartam simul est respõsio, ꝙ vinum simpliciter non dr impedire hominem, quin vacare possit spiritualibus, sed tunc, cum immoderate sumitur vt etiam colligitur ex prædicta gl.vnde notatur in præsenti.c.non dicitur, ꝙ sacerdos non bibat vinum, sed, ꝙ non sit vinolentus. Lege.¶[Vinolentum]vt.s. ea.di.in descriptione Apostoli habetur, vt sit sobrius, non violentus,[quia vinolentum sacerdotem] Apostolus 1.Tim.3.Eph.5 [& vetus]Leuitici,4. & Nu.6. quoniam male poterit diuinis intendere, qui distractus,& euagans fuerit ebrietate, ex qua luxuria generatur,& castitas periclitatur, quod patuit in Loth.Gen.19.[sacerdotes.]Leuitici.10.[grauentur]Luce.21.[Sicera]2.pars, sicut dictum est de Ioanne. Luce.1.vinum, & siceram non bibit.i.nullum potum, qui inebriare possit, accipitur.[fuge.]vinum.n.sua caliditate euaporare, facit fumos ascendẽtes ad cerebrũ, quibus turbatur, vnde fit, vt ebrietas sequatur,& dormitio membrorum, fitque, vt cadat,& ineloquẽs reddatur, ac immemor suorum operũ, absque discretione, inde ebulit caro,& nascitur luxuria, hinc est, quod ait Apostolus ad Ephess. quinto. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, quia vinum immoderate sumptum luxuriam gignit.[Qui altario.]tertia pars. Et rationem, quasi assignans ait. Ebrietas incendium est, vnde Hieronymus ad furiam, dicit. Nõ Aethnei ignes, non Vulcana tellus, non vesenus,& Olimpus tantis ardoribus æstuant, vt iuueniles medullæ vino plene,& dapibus inflammatæ. Et in epi.ad Eustochium de virginitate seruãda tabellianum. Quocũque pergimus, nobiscum portamus inimicum. Vinum,& adolescentiam duplex voluptatis incentiuum.



Luxuriam. Confirmando ea, quæ dixit, induxit Gratianus Prosperũ lib.2.de vita contemplatiua.c. 23. vbi sic dicit. Sanctus Apostolus sanctam fixit regulam.di. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, quasi dicat luxuriam facit,& nutrit vini perceptio nimia, non natura. Et propterea non vos vti vino, sed inebriari prohibeo, hæc ille.

2 *Creare,& facere qualiter differant.*
4 *Perfectio rei dicitur duplex.*
6 *Ebrietas dupliciter potest accipi.*
*Et in quo consistat eius culpa.nu.*8.
7 *Gula diuiditur in comessationem,& ebrietatem.*
9 *Reptilium tria sunt genera.*
10 *Bestiæ vnde dicantur.*
11 *Deus qualiter dicatur requieuisse ab omni opere.*
12 *Perditio aliquando denotat temporis concomitantium.*



Sexto die. Hoc.c. inducitur ad idẽ.s. ad detestationẽ ebrietatis,& ad commẽdationem sobrietatis, & abstinẽtiæ, seruat & Ambrosius in hoc.c.hunc ordinem, ẽm quem.c.hoc diuiditur in tres partes principales. In prima.n.detestatur vitium gulæ,& commendat abstinentiam in cibo, & hoc per Adam, qui dum voluit abstinere à cibo vetito perseuerauit in bono, sed ex quo non abstinuit spoliatus est omni bono gratuito & vulneratus in naturalibus. In 2.parte detestatur ebrietatem,& hoc per Noæ, qui propter ebrietatem nudatus est, ex qua ebrietate seruitus sequuta est, & per loth, qui propter ebrietatem commisit incestũ cum duabus.filijs. In tertia parte commendat sobrietatem in vino,& hoc per Abraham, qui angelis hospitibus non vinum, sed lac apposuit, & per Ioannem baptistam, qui nec vinum, nec siceram bibit.2.ibi. In principio generis humani 3.ibi. Non Abrahã. Pro pleniori intelligentia huius.c.quæruntur tria.
1 ¶Primum est, vtrum ordo creationis descriptus à Beato Ambrosio in litera, sit conueniens, vt sexto die dicantur bestiæ creatæ.
3 ¶Secundum est, vtrum verum sit.quod ait in litera, ꝙ sexto die opus dei fuerit terminatum, siue consummatum.
5 ¶Tertium est, vtrum ebrietas sit peccatum mortale.
1 Ad primum. Sic proceditur.† Et videtur, quòd ordo creationis descriptus in litera cum dicitur, quòd sexto die bestiæ fuerunt creatæ non conuenienter describatur. Primo sic. Qui viuit in æternum creauit omnia simul, vt habetur Ecclesiast.18.ergo sequitur, quòd in creatione rerum non conuenienter ponatur distinctio siue successio dierum.¶ Secundo sic. Iob.40. Ecce Behemot, quem feci tecum, Behemot autem Angelus est, qui cecidit. Iob vero homo intelligitur: ergo videtur, quòd homo simul factus fuerit cum Angelo,& per consequens bestiæ, quæ eadem die dicuntur creatæ,

Margin notes: Diuisio. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Opponit i contrariũ. — Respõdet. — Ad primũ arg. — Alexãder de Halis. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ. — Ad quartũ. — Exponit literam — Hierony. — Diuisio. — Primũ ar. — Scdm arg.

qua homo. ¶ Tertio sic. Opus creationis diuinam potentiã demonstrat, sed minus potentiam agentis demonstrat, esse eius successiue completus, quam subito in sua perfectione productus: ergo à principio sub distinctione specierũ creata sunt oĩa simul, & per consequens bestiæ non sunt creatæ in alia die, quam alia. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. item. 1. c. libri Geneseos, de cuius autoritate dicit Augus. super Gen. maior est huius scripturæ autoritas, quam omnis humani generis perspicacitas. ¶ Respondet sciendum, ꝙ hic est varius modus dicendi inter doct. Nam Augustin. in lib. super Gen. ad literam dicit, omnia secundum distinctas suas species simul non esse creata, in quibus integritas vniuersi consistit. Si angelos, & celos, & elementa, animalium perfectorum prima indiuidua, & primũ hominem: Alia autem, quæ ex istis principijs sufficienter causantur. s. quædam imperfecta animalia, & plur litas dicit tunc creata esse in potentia causarum seminalium, quæ post processerunt ex his causis de potentia ad actũ illo opere, quo post senarium numerum illorum dierum Deus naturam prius conditã administrat, de quo opere dicitur Io. 5. pater meus vsque modo operatur, & ego operor, nec in distinctione rerum attendendum esse voluit ordinem temporis, sed naturæ, & doctrinæ. Naturæ, sicut sonus præcedit cantum naturæ, sed non tempore, ita etiã quę naturaliter priora sunt, prius facta memorãtur, sicut terra priusquam animalia, & aqua priusquam pisces, & sic de alijs. Doctrinæ vero ordine, sicut patet in docentibus Geometriam, quamuis. n. partes figuræ sine ordine temporis figuram constituant, tamẽ Geometria docet constitutionem figuræ, protrahendo lineam post lineam, & hoc fuit Platonis, vt dicitur primo celi, & mundi. Ita etiam & Moyses populum rudem determinationem mundi instituens, per partes diuisit, quæ simul facta sunt, vnde Augustinus sex dies, quibus legitur cuncta fecisse Deus Gen. 1. intelligi voluit non hos vsitatos dies, qui solis circumitu peraguntur, sed vnum diem. s. cognitionem angelicam sex rerum generibus præsentatam. Pro cuius opinionis pleniori intelligentia, est notandum iuxta dominum Albertum, & S. Tho. ꝙ sicut præsentatio lucis corporalis super hæc inferiora diem facit temporalem, sic pręsentatio, vel comparatio luminis intellectus angelici super res creatas diem facit spiritualem, & secundum hoc multi dies distinguuntur secundum Augustinum, secundũ, ꝙ intellectus angeli diuersis rerũ generibus cognoscendis cõparatur, & sic ordo dierum non fuit ordo temporis, sed ordo naturę, qui in cognitione angeli attenditur, secũdũ ordinem cognitorum, prout alterum altero est prius natura, ita, vt secundum Augustinum. Primus dies sit cognitio primi diuini operis. Secundus dies cognitio secundi operis, & sic de alijs, & dicitur vnumquodque opus factum ab aliqua die, quia nihil Deus produxit in rerum natura, quod non impressit menti angelicę, quę quidem multa potest simul cognoscere, præcipue in verbo in quo oĩs angelorum cognitio perficitur, & terminatur, & sic ſm eundẽ Augu. dies distinguitur ſm naturalem ordinem rerum cognitarum, non ſm successionem temporis, aut successionem productionis rerum. Præterea notandum, ꝙ sicut in die temporali mane est diei principium, vespere vero finis. Ita in cognitione angeli r spectu eiusdem rei est considerare principium, & finem, secundũ ordinem rei cognitæ. Principiũ autẽ cuiuslibet rei est in sua causa, à qua fluit, terminus aũt ipsius est in ipsa re, ad quam actio producentis terminatur. Vnde primitiua alicuius rei cognitio est, ſm, ꝙ consideratur in causa sua quæ est verbũ æternum. Vnde cognitio rerum in verbo dicit matutinam cognitionem. Vltima autem rei cognitio est, ſm, ꝙ cognoscitur in se ipsa, & talis cognitio dicitur vespertina. Aliorum vero doctorũ, vt beati Gregorij, & sequacium est alius modus dicendi. Dicunt .n. non oĩa simul esse facta ſm distinctas species suas ponẽtes ordinem temporis in distinctione rerum seruatum, ita vt septem dies illi fuerint diuersi, & non vnus tantũ. Et hęc quidem positio communior est. & magis consona videtur literæ quantum ad superficiem, vt inquit S. Tho. sed prima est nobilior, & magis ab irrisione infidelium sacram scripturam defendens, quod valde obseruandum docet Augu. super Gen. li. 1. vt. sic scripturæ exponantur, quod ab infidelibus non irrideantur. Verum, quia Ambrosius in præsenti. c. videtur tenere primam opinionem, sequentes eum respondemus ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur iuxta S. Tho. quod Deus omnia creauit simul, quantum ad rerum substantiam, quodammodo informẽ, sed quantum ad formationem, quæ facta est per distinctionem, & ornatum non simul omnia sunt producta, vnde signanter vtitur verbo creationis. Concordat dominus Bonauentura in secundo dicens, † ꝙ scriptura facit vim inter creare, & facere. Nam creationem vocat eductionem ex nihilo, factionem vero ipsam distinctionem. Conceditur ergo, ꝙ omnia simul sint creata, saltem in materia, non autẽ simul facta. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam. Et ad dictum Iob respondetur, quod homo non dicitur factus cum angelo, quoniam angelica natura, & materia prima sunt coęqueua. Tum quantum ad formam in similitudine tantum, quia anima rationalis, quæ est forma hominis est similis angelis, vnde Gregorius exponit, ꝙ tecum non dicat ibi simultatem temporis, sed similitudinem rationis, quasi diceret. Ecce behemot, quem feci tecum. i. tui similem in rationis capacitate. ¶ Ad tertiũ respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quoniã iuxta dominum Bonauenturam, ꝙ Deus potentiam suam magis intendebat manifestare in productione de non esse in esse quantum post modum in formatione, ibi. n. magis manifestat sapientiam, & bonitatem, vt igitur sigillatim, & distincte, & appropriate in productione effectuum manifestaretur perfectio potentiæ, sapientiæ, & bonitatis, placuit diuino autori præmittere opus creationis: postmodũ subiungitur opus distinctionis, & postmodum opus ornatus, & decoris. Et in primo manifestatur potentia. In 2. Sapientia. In 3. vero bonitas perfecta. Concordat S. Tho. in 2. dicens, ꝙ in creatione non debuit tantum ostendi potentiæ virtus, sed etiam sapientiæ ordo, vt quæ prius natura sunt, prius etiam instituantur.

3 Ad secundum. sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non sexto die opus dei fuerit perfectum, siue terminatum. Primo ex illo Gen. 2. Compleuit deus die septimo opus suum, quod fecerat. ¶ Secundo sic. Dies septimus creatura quædam est, sed omnis creatura est ex operatione diuina, nec prius diem septimum fecit, quam esset, quia esse successiuorum est in fieri: ergo videtur, ꝙ die. 7. nouam creaturam facit: ergo die. 6. opus Dei non fuit terminatem, siue perfectum. ¶ Tertio sic. non dicitur aliquid completum, quia perfectum dicitur, cui nihil deest eorum, quæ debet habere, sed post sextam diem multa sunt facta, & productio multorum indiuiduorum, & etiam quarundam nouarum specierum, quæ frequenter apparent, præcipue in animalibus ex putrefactione generatis quotidie etiam deus nouas animas creat multa etiam miraculosa opera, de quibus dicitur Eccl. 36. innoua signa & multa mirabilia. ¶ In oppositum arguitur ex textu præsentis. c. ¶ Respondeo dicendum, quod difficultatem facit in hac materia, hoc, ꝙ nostra translatio discordat ab alia, quam Augustinus exponit, & beatus Ambrosius sequitur in hoc. c. in nostra. n. translatione consummatio operum ascribitur diei septimo, in alia vero diei sexto. Vtrunque tamen veritatem habere potest, siue intelligatur dies septimus sequi alios ex successione temporis, vt alij sancti volunt, siue ponatur vnus dies, vt Augustinus vult septempliciter rebus præsentatus. s. cognitio angelica vt habitum est in articulo præcedenti. Loquendo. n. secundum Augustinũ

4 † distinguenda est duplex rei perfectio, iuxta S. Tho. tam in prima parte, quam in scripto. 2. vna. n. est perfectio prima, ſm ꝙ res in sua substantia est perfecta, quæ dicitur perfectio totalitatis, quam res habet ex hoc, ꝙ omnibus partibus suis essentialibus integrata est. Et de hac ponitur ista conclusio, ꝙ talis perfectio mundi sextę diei competit. Patet conclusio. Tum quia post sex primos dies nulla creatura mundi addita est, quæ non aliquo modo in operibus sex dierum essent. Tamen, vt arguit Albertus magnus in secunda parte, ꝙ omnis senarius perfectus est, & non septenarius: ergo conuenienter in eo opera diuina consummata sunt. Opus enim diuinum perfectum est. Deuter. 32. Date magnificentiam deo nostro, dei perfecta sunt opera: ergo magis congruebat ea in numero fieri perfecto, quam in numero non perfecto, vt scilicet mensura numeri, & temporis per congruentiam responderent mensurato. Alia vero rei perfectio est secunda, quæ est operatio rei, vt dicitur secundo de anima. Et de tali mundi perfectione, ponitur conclusio, quòd talis fuit in die septimo, Patet,

Margin notes (left): Tertium ar. / Opponit in contrariũ. / Respõdet. Aug. / Albertus, S. Thom. / Grego. / Ad primũ arg.
Margin notes (right): S. Thom. / Bonauentura. / Ad secũdũ / Grego. / Ad tertiũ / Bonauentura. / S. Thom. / Primũ ar. Secũdũ ar. / Tertiũ ar / Opponit & Respon. / S. Thom / Albertus Magnus.

Patet, quia tūc cessante operatione, qua Deus naturam instituit incepit operatio propagationis in toto mundo, sm quod ex naturis iam conditis res aliæ producuntur, quam operationem in rebus omnibus Deus vsque nunc facit Io. 5. pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Consummatio ergo operum, vt ait S. Tho. intelligitur secundū quid perfectionis ipsis rebus collatum, quod est ipsa operatio per quam natura propagatur hæc autem operatio est à Deo. & virtute creaturę.

S. Thom.

Et ideo etiam dominus dicitur consummasse opus, cum virtute natura mota in operatione exit. nec tamen aliquid nouum in natura efficitur, quia operatio consequitur ex virtute naturæ prius rebus collata. Et ita patet per hanc distinctionem, quod vtraque translatio tam illa, quæ dicit ex die sexto, opus suum Deus compleuit, quam alia, quæ dicit, ꝙ die septimo, veritatem habet. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primū & secūdū.

Ad primam patet responsio ex dictis. Ad secundam respondetur iuxta S. Thom. in 2. quòd septimus dies præcesserat secundum similitudinem ad minus in primis sex diebus. Et præterea esse diei causatur, à principijs naturalibus prius naturæ collatis, quia motus est causa temporis. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta eundem doctorem, ꝙ nihil postmodum à Deo factum est quin aliqualiter in operibus sex dierū precesserit, sed diuersimode.

Ad tertiū.

Quedā .n. fuerunt in operibus sex dierum, vt in principijs actiuis, & materialibus, & secūdum similitudinem speciei, vt ea, quæ generantur ex sibi similibus in natura. Quædam vero sicut in principijs actuum materialibus, sed non secundum similitudinem speciei, sicut quædam animalia ex putrefactione generata, quædam vero præstiterunt materialiter tantum, sicut, ꝙ Deus de costa Adæ formauit mulierē. Quædā præcesserunt secundum similitudinem tantum, sicut animæ, quæ creantur. Et similiter incarnationis opus, quia vt dicitur ad Philippen. 2. Filius Dei est in similitudine hominum factus, gloria etiam spiritualis secundum similitudinē præcesſit in angelis, corporalibus vero in cœlo, maxime empyreo. Quædam vero in potentia obiectuali tantum, sicut ea, quæ per miraculum fiunt, vnde etiam dicitur eccl. 1. Nihil nouum sub sole.

5 **Ad tertiam.** sic proceditur. † Et videtur, quod ebrietas non sit peccatum mortale.

Primū ar.

Primo ebrietas non est peccatum: ergo non est peccatum mortale: consequentia patet. Antecedens probatur. Omne peccatum est volūtarium, sed nullus vult esse ebrius, patet, quia nullus vult priuari vsu rationis: ergo ebrietas non est peccatum, quod est antecedens.

Secūdū ar.

¶ Secundo sic, dicit Augustinus in sermone de purgatorio, & habetur supra di. 25. Nunc autem ebrietatem esse peccatū mortale, si sit assidua, sed assiduitas importat circunstantiam, quæ non trahit in aliam speciem peccati, & sic non potest in infinitum aggrauare, vt de veniali fiat mortale: ergo, si alias non est peccatum mortale, nec etiam hoc modo erit peccatum mortale.

Tertiū ar.

¶ Tertio sic Canticorum 5. Comedite amici, & inebriamini: ergo ebrietas non est peccatum, quia aliter non præciperetur amicis, & charissimis.

Quartū ar.

¶ Quarto Gen. 9. dicitur de Noæ, qui fuit vir iustus, & perfectus, & cum Deo ambulauit, ꝙ bibēs vinum, & inebriatus est, nec est credendum, vt dicit Augusti. ibidem in gl. ꝙ si ebrietas mortale peccatum esset, ꝙ vir tantus se vino inebriasset, quia aliter non potest esse vir iustus, & perfectus, hinc Gen. 43. legitur, ꝙ Ioseph inebriatus est coram fratribus suis, quod iterum non credendum esset de tanto viro, si sciret ebrietatem esse peccatum mortale, vt dicit August. ibidem in gloss.

Opponit i contrariū.

¶ In oppositum est tex. præsentis. c. item. Esa. 5. Ve qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Væ est comminatio pœnæ æternæ, quæ non fit nisi, pro peccato mortali: ergo &c. ¶ Respon-
6 det dicendum, ꝙ vt dicit S. Tho. in. 2. 2. q. 150. art. 1. † Ebrietas dupliciter accipi potest. Vno modo, prout significat ipsum defectum hominis, qui accidit ex multo vino potato, ex quo fit, vt non sit compos rationis, & secundum ebrietas non nominat culpam, sed defectum pœnalem consequentem ex culpa. Alio modo ebrietas potest nominare actum, quo quis in hunc defectum incidit, qui potest causare ebrietatem dupliciter. Vno modo ex nimia vini fortitudine, præter opinionem bibentis.

Prima cōclusio.

Et in hoc casu est conclusio, ꝙ ebrietas potest accidere sine peccato, præcipue si non ex negligentia hominis contingat. Et sic creditur Noę fuisse inebriatus, vt legitur Gene. 9. Alio modo ex inordinata concupiscentia, & vsu vini, & ita sumendo sit ista conclusio.

Secūda cōclusio.

Quod ebrietas est peccatum, & continetur sub gula
7 sicut species sub genere. † Diuiditur .n. gula in comessationem, & ebrietatem, quæ prohibet Apostolus ad Ro. 13. dicens. Non in comessationibus, & ebrietatibus.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio. Ebrietas vitiosa non semper est peccatum mortale, sed quandoque veniale, quandoque mortale. Pro quo no-
8 tandū iuxta S. Thom. vbi supra articulo. 2. † ꝙ culpa ebrietatis, sicut dictum est consistit in immoderato vsu, & concupiscentia vini, hoc autem potest tripliciter contingere. Vno modo, ꝙ nesciat potum, sic esse immoderatum, & inebriare potentem, & sic ebrietas potest accipi sine peccato, vt dictum est de Noe. Alio modo sic, ꝙ aliquis percipiat potum esse immoderatum, non tamen existimet potum inebriare potentem, & sic ebrietas potest esse cum peccato veniali. Tertio modo potest contingere, ꝙ aliquis bene aduertit potum esse immoderatum, & inebriantem, & tamē magis vult ebrietatem incurrere, quam à potu abstinere, & talis proprie dicitur ebrius, quia moralia proprie recipiunt speciem non ab his, quæ per accidens eueniunt præter intentionem, sed ab eo, quod est per se intentum, & sic ebrietas est peccatum mortale, quia secundum hoc homo volens, & sciens priuat se vsu rationis, quo secundum virtutem operatur, & peccata declinat, & sic mortaliter peccat periculo peccandi se committens: dicit .n. Ambrosi. lib. de patriarchis.

Ambrosiu.

Vitandam dicimus ebrietatem, per quam crimina cauere non possumus: Nam sobrii cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Concordat dominus Albertus in. 2. parte dicens.

Albertus

Si quis autem bibens vinum, finem delectationis in eo ponens, peccat mortaliter, quia fruitur creatura non referens delectationem in Deū, quod est peruersitas humana, vt dicit August. libr. de doctrina christiana. Alexander vero de Halis in 2. dicit sic.

Alexāder de Halis

Ebrietas aliquando, est venialis, aliquando mortalis. Venialis quando quis accipit plusquām necesse sit secundum mensuram perceptibilem, ex qua euertitur status mentis. ¶ His habitis dicendum est ad rationes.

Ad primū arg.

Ad primam respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta sanctum Thom, quòd licet defectus ille consequens sit voluntarius, immoderatus tamen vsus vini est voluntarius, in quo consistit ratio peccati.

Ad secūdū.

¶ Ad secundam respondetur, esse negando consequentiam, quoniam Augustinus noluit per hoc dicere, quod omnis ebrietas, quæ non esset assidua, esset venialis, quoniam quandoque est mortalis, si cōtingat ex proposito, quod quis plus accipiat quam necesse sit. secundum mensuram perceptibilem, ex qua est euersio mentis, vt dictum est, vnde, vt dicit sanctus Thom. assiduitas dicitur facere ebrietatem esse peccatum mortale, non propter solam iterationem actus, sed quia non potest esse, quod homo assidue inebrietur, quando sciens, & volens ebrietatem incurrat, dum multoties experitur fortitudinem vini, & suam habilitatem ad ebrietatem.

S. Thom.

Ad tertiū.

¶ Ad tertiam respondetur, quòd ratio non procedit, quia in autoritate illa fit sermo de ebrietate spirituali, quæ vt dicit Albertus, fit in amore charitatis, secundum illud Canticorum. 2. introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem, hic autem loquitur de ebrietate carnali, quæ fit per potum immoderatum vini.

Ad quartū.

¶ Ad quartam de Noe. Responsum est supra, quòd Noe excusatur à peccato quia ignorauit fortitudinem vini, cum prius illam non fuisset expertus.

Ad quintū.

¶ Ad quintam de Ioseph. Respondetur ꝙ vt inquit Augustinus in gl. Ebrietas dicitur ibi satietas iocunditatis, vnde ratio nō procedit. Lege literam.

Exponit literam.

¶ [Sexto die bestię.] Sicut .n. quinta die aer ornatus est volatilibus, & aqua piscibus, ita sexto die terra ornata est productione terrestrium animalium, produxit autem Deus tria genera animalium .s. iumenta, reptilia, & bestias. Sciens enim Deus hominem per peccatum casurum ad remedium laboris dedit ei iumenta, quasi iuuamēta ad opus, vel esum:
9 reptilia vero, & bestiæ sunt ei in exercitium. † Reptilium vero tria sunt genera, vt trahentium, sicut vermes, qui se ore trahunt serpentes, & colubri, qui vi costarum se rapiunt, rapientia pedibus, vt lacertæ, & brocatæ, secundum magistrum in historia scholastica super Gen. in c. de opere
10 sexte diei. † bestiæ autem, per quas intelliguntur, vt dicit sanctus Thomus. In prima parte, animalia sæua, vt vt vrsi & leones dicuntur à vastando .i. lædendo, & huius-

modi.[Orta edendi potestas] tunc.n.dominus dedit huius modi & bestijs omnem herbã,& fructum in cibum, vt patet Ge.1.[vbi].i.ex quo cibus cepit comedi. [ibi].i.tunc.[finis mundi].i.creationis creaturarum mundi,quia nihil nouum postea.i. post sextam diem additum est, quod ante
11 in suo simili,aut in ratione seminali nõ fuerit factum.† Vnde dominus dicitur requieuisse ab omni opere,quia ex tũc nouam creaturam non fecit,quæ vt dictum est ante in suo simili,vel in ratione seminali non fuerit facta,vnde Augu. Aug. 4.super Gen.ad literam.35.ait,potest dici, ꝙ Deus requieuit,non à labore,qui in eo non cadit,sed requieuit à condẽdis nouis generibus creaturæ,quia iam vltra non condidit aliqua genera noua,semper tamen operatur eorundem generum administrationem,quæ tunc instituta sunt,quia nõ cessat,quæ fecit gubernare,alioqui dilaberetur. Creatoris nanque potentia,& omnipotentis, & omnia tenentis virtus tam subsistendi est omni creaturæ, quæ virtus à creaturis regendis,si aliter cessaret, simul & illorum cessaret species,omnisque natura concideret,de quo opere dicitur Io. 5.vsque nunc pater operatur,& ego operor.Et quo ad hoc dicit Ambrosius hic, ꝙ post cibum fuit finis mundi, quia Ambrosius. Deus non auxit mundum ad plures nouas creaturas, & ita post cibum desiit mundus nouarum creaturarum habere incrementa,[vbi cæperunt circa Deum diuina opera.]quo ad noua.[feriari].i.cessare[per cibos.] & contra prohibitionem,aut immoderatos sumptus.[mundus habet minui]in bono.s.virtutum[per quos].i. quibus habitis ab incipienti
12 bus comedi.†Non.n.hic per notat causam,sed temporis cõ
a comitantiam.[a] [desijt mundus augeri]quo ad noua genera craturarum.Hu.Arc. quod patet. Nam per comestionem cibi vetiti homo minutus est à dignitate sua,cum spoliatus sit gratuitis,& vulneratus in naturalibus,& additus est necessitati moriendi,& generaliter omnes res mundanæ deterioratæ sunt cum illo.Consequenter dignitatem abstinẽtiæ demonstrans ait.[Vt sciamus ieiunium].i.abstinẽtiam. Hu.[illic].i. in paradiso. [constituit hominem]cum dixit Gen.2. ex omni ligno paradisi comede de ligno autẽ scientiæ boni,& mali ne comedas.[nemo.i.nullus homo. Hug. [prima est].s.inter homines,quæ ex peccato gulæ ortum habuit. quando Adam cibum vetitum comedit.Gen.3.[inditum est ieiunium].i.præceptum,vt abstineret,sed diabolus priuationem suasit,hinc sequitur[lex.s.abstinentiæ. [à domino Deo]Gen.2.[præuaricatio].i.suasio præuaricationis à diabolo[culpa per cibum]Gen.2.[& latebra post cibum] quia Adam audiens vocem domini abscondit se,post cibũ domini cognouit,ꝙ nudus esset,quia fuit denudatus iustitia originali,& dono immortalitatis,reductusque ad miseriam infirmitatis,qui ante cibum habebat virtutem firmitatis,& hoc est,ꝙ sequit[cognitio infirmitatis in cibo] qa tunc cognouerunt nuditatẽ esse confusibilẽ,quæ prius erat honesta,quia subtracta iustitia originali, statim senserunt rebellionem carnis ad spiritum, & motum inordinatum membrorum. Et ideo statim studuerunt cooperire suam turpitudinem, vt Gene.3.dicitur. [Virtus in ieiunio]quia quãdiu à cibo vetito abstinuit, firmitatem virtutis habuit [serpens].i.diabolus in specie serpentis[gulam suadet.]Ge. 3.[Dominus ieiunium].i.abstinentiam[decreuit]Gene.2. [regnantem] s.Adam,cui dominus dederat regnum terrestris paradisi. Dum.n. posuit ibi,vt custodiret illũ, & operaretur.Gen.2.[Abstinentia ad paradisum].i.ad bonum virtutis, quo quis paradisum.i. celestem gloriam promeretur. Vnde primi parentes pœnitentes saluati sunt, licet ad illum paradisum de quo eiecti sunt fuerunt reuocati, de peniten.distinctio.1.sint primi.Hug.[In principio]2. pars [plãtauit vineam].s.labruscas naturales per cultum ad vsus vineæ trahens,vt dicit magister in historijs. Alia litera habet[denudant].s.per culturam, & ita dedit naturam.s.vini. Gen.9.[sed ignorauit vini potentiam].s.ꝙ posset inebriare vnde ex hoc, vt dicit glo.Ge. 9.excusatur à peccato ebrietatis[itaque vinum nec suo pepercit autori].s. Noe, qui fuit plantator, & cultor vineæ,i. non minus nocuit plantatori virtus vini.quam si fuisset alius,qui vinum non plantasset, qui tamen immoderate sumpsisset.[Sobrietatem] quia ex ebrietate Noe suadetur nobis sobrietas,assignat rationem consequenter[iumentum suum].i.corpus suum ab hoc vitio ita castigant per moderamen temperantiæ, & sobrietatis, vt nunquam post in simile vitium deflueret, vnde ex tunc diceret cum Anna primi Reg.1.Vinũ,& omne quod inebriare potest,nõ bibi.s.absque mensura sobrietatis. Dicitur autem corpus iumentum animæ,quia iumentum est animæ,quo ad multa bona opera corporalia,vel dicitur iumentum, quia ei anima dominari debet, vt dominus iumento. [manebat consequenter ponit in detestationem ebrietatis, quod seruitus sequuta sit ex ebrietate, tunc.n. primo legitur introducta,vnde Aug. 19. de ciuitate Dei.c. 15.dicit. Nusquam scripturarum legimus seruum antequã August. hoc vocabulo Noe iustus peccatum filij vendicaret. Nota, ꝙ istud culpa meruit. Quomodo autem seruitus dicatur de iure gentium introducta, plene vide supra in disputa- Quæstio. tione nostrã,circa.c.ius gentium.di.1.huius partis.Quæritur autem hic.Cur Cham filius Noe,qui ebrietatem patris derisit non est maledictus,sed Chanaam filius Cham. Ad hoc dantur plures rationes.Prima est,quia ipse Cham fuerat benedictus à domino. Gen.9. bñdixit dominus Noe,& Respõdet filijs eius.vnde non audebat maledicere eum,quem dominus benedixerat.Secũda ratio est, quia Cham in sua persona mansit in cultu veri Dei,non autem Chanaam.Ideo maledictionem idolatriæ Chanaam incurrit, & peccati & infidelitatis seruitutem.Tertia ratio,vt per hoc pateat, ꝙ dominus Deus visitat peccatũ patrũ in filios, in eis temporaliter parentum peccata puniendo.Quarta ratio,secundum Hieronymum super Gen.qui dicit. Requirendum est,cur peccans Cham non in se, sed in sua posteritate maledicitur, profecto iam hoc facto pronuntiabatur, ꝙ chananei de sua habitationis terra quandoque erãt eijciendi, & filij Sem.s.Iudæi,eorum funiculum percepturi.[Non esset hodie seruitus].s.illa à Noe filio filij sui inflicta, vt dicit Alexander de Halis in secundo.Vel fac vim in verbo, non es- Alexander de Halis. set hodie .s. hoc modo inducta.s. per maledictionem, & propter ebrietatem.Hug.& Archid.dicit autem S. Thom. in 1.2.quæst.150. articulo.3. quòd seruitus est consequuta S. Thom ex ebrietate occasionaliter, inquantum Cham maledictionem seruitutis in sua posteritate acceperit propter hoc, quòd irriserit patrem inebriatum[non est autem] seruitus fuit directa pœna ebrietatis.[obrepserat fraternæ prælationis inuidia] Chaim contra Abel fratrem suum, quia in oblatione sibi à domino præferebatur.Genes.quarto.[nec tamen] propter inuidiam ad fratrem omisit reuerentiam ad patrem, ideo dicit[manebat tamen,&c.pietas]per ebrietatem læsa est, i. reuerentia paterna. Sicut.n. pietatis est præstare honorem,latriæ cultum Deo,vt dicit Augustinus in Enchiridio, cap. secundo. Sic pietas filialis est exhibere August. patri honorem debitum. Exodi. vigesimo. Honora patrem,& matrem. Sed Cham hunc honorem detraxit Noæ patri suo, quando verenda derisit, & ebrietatem publicauit,& non operuit, & sic pietas læsa dicitur, quia ebrietas, id est ebrius Noe deridetur.Et quia Chã plus peccauit irridendo patrem,quã Noe inebriãdo se, qa Chã peccauit ex malitia, Noe ex ignorãtia,ideo sequitur[non illis solis, itaque nocent vina,quos tentant]id est inebrietant, [sed illis solis.itaque nocent vina, quos tentant].i.inebriant,sed illis amplius.] quod dicit propter Cham, qui grauius peccauit, vt dictum est patrem irridendo, quam pater inebriando.[temulenta].i.à vino plena. Temetum autem,vt dicit Hug.est vinum,lentus autem plenum,vnde temulentus vino plenus,vnde primi Reg. 1. Hely existimans Annam temulentam dixit ei Digere paulisper vinũ,quo mades.[legimus etiam]Genesi.19.[partus deterior.] ista litera varie exponitur, vt patet in gloss.sed iudicio nostro ista expositio videtur melior, quia exponitur de ebrietate sic. [Ebrietas est origo.] id est causa, & mater incestus. [sed partus incestus]id est filius [pessime regeneratricis] id est ebrietatis fuit deterior, quam ipsa mater.s. ipsa ebrietas. Ebrietas dicitur regeneratrix,incestus,quia ipsa primo generauit seruitutem in Chanaam per maledictionem Noæ, & postea regenerauit, id est secundo generauit incestum secundum Hug.[At vero Abraham]Tertia pars,in qua hortatur ad detestationem ebrietatis, & amorem sobrietatis etiam Abrahæ,qui suscipiens Angelos hospitio eis præparauit conuiuium sine vino. [matura.] .s. vinum.[remissio peccatorum,].i.Deus remittens peccata, qui in illis tribus angelis intellectus est ab Abraham, qui trinitatem personarum, & vnitatem essentiæ intellexit. Sed nonne Deus est vbique.Sic,sed non per talem significationem, quia illi tres angeli non sunt vbique. Hug.& Archidiac. [Ioannes] de quo dominus ait. Venit Ioann. non manducans nec bibent

[a] ¶ Cõcomitãtiã adde tex.in l. vrbana de ver.sig Phili. Fran in c.1. nu. 4. de re.li. 6.

nec bibens. Matt. 11. [nō manducas.] f. cibum hominis cō-
suetum, sed cibus eius erat mel syluestre, & locustæ. Matt.
3. [non bibens vinum.] Lu. 1. vinum, & siceram non bibet
ait angelus de eo. [Qui. n.] assignat rationem: vnde in Psal.
Psal. 49 c. dicitur peccatori. Quare tu enarras iustitiam meam, & as-
sumis testamentum meum, &c.

2 *Bonum rationis impeditur dupliciter.*
4 *Ebrietas maius est peccatum in prælatis, quam in subditis.*
5 *Iudex an possit imponere alteram ex his pœnis, quam maluerit & num. 6.*



Nte omnia. Sequitur vlti. c. pertinēs ad materiam prædictā
videlicet de vitanda ebrietate, & est c. Conci
Diuisio. lij Agathen. quod diuiditur in tres partes. In
prima ponitur præceptum clericis, vt vitent
ebrietatem. In secunda assignatur ratio quia
.s. ebrietas est omnium vitiorum fomes. In tertia ponit pœ
nam transgressorum. Secunda ibi: Quæ omnium vitiorum
Tertia ibi: Itaque eum. Pro pleniori intelligen. præsentis.
c. quæruntur duo.
1 ¶ Primum est vtrum ebrietas sit grauissimum peccatum.
3 ¶ Secundum est vtrum ebrietas sit maius peccatum in cle
ricis, quam in laicis.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod ebrietas sit grauissimum peccatorū.
Primū ar. Primo ex tex. præsentis. c. vbi dicitur. Ante omnia clericis
vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorū radix, & nutrix est.
Chrys. Chrysostomus dicit super Matth. quod nihil est ita demo
ni acceptum, sicut ebrietas, quæ est mater omnium vitio-
Secū dū ar rum. ¶ Secundo sic. Ex hoc dicitur aliquod esse peccatum,
quod bonū rationis excludit, sed hoc maxime facit ebrie-
Tertiū ar. tas, ergo ebrietas est maximum. ¶ Tertio per peccatum ac
cedit homo ad similitudinem bruti animalis, secundum
*Psal. 48. d. illud Psalmistæ. Homo cum in honore esset, non intellexit
comparatus, est iumentis insipientibus maximum: ergo
erit pctm̄, per quod maxime ad hæc accedit, sed hoc est
ebrietas, quoniam per hoc amittit homo maxime faculta
Quartū ar. tem rationis. ¶ Quarto sic, magnitudo culpæ ex magnitu-
dine pœnę ostenditur, sed ebrietas videtur esse maxime pu
nita, dicit. n. Ambrosius in c. præcedenti, quod non esset in
homine seruitus, si non esset ebrietas: ergo ebrietas est ma
ximum peccatorum. ¶ In oppositum arguitur, quia secun-
Oppouit ī contrariū. dum Gregoriū, vitia spiritualia sunt maiora, quam carna-
lia, sed ebrietas continetur inter carnalia ergo non est ma
respondet ximum peccatorum. ¶ Respondeo dicendum, quod ebrie
tas non est maximum peccatorum, hæc conclusio proba-
tur sic iuxta sanctum Tho. in secunda secundæ, vbi supra,
ex hoc dicit aliquod esse malū, quod priuat bonum, vnde
quanto maius bonum est, quod priuatur per malum, tan-
to malum grauius est, maximum est autem, quod bonum
diuinum est maius bonum, quam bonum humanū: & ideo
pctā, quę sunt directe cōtra Deū, sunt grauiora peccata pec
cato ebrietatis, quod directo opponitur bono rationis hu
manæ. Concor. Alexander de Halis, ita dicens, quod ebrie-
Alc. de Ha. tas sit maius peccatum, quo ad oblitionem vsus naturaliū
bonorum, & quo ad hoc, quod reddit hominem similiorē
bruto, tamen non propter hoc simpliciter maius peccatū
est, nec propter hoc dignum maiori pœna, sed quasi plus
habet de excusatione, cū plus habeat de pronitate ad pec-
catum. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. Ad pri-
Ad primū arg mam, negando consequentiam, & ratio est iuxta sanctum
Thom. in secunda secundæ, vbi supra. Quod ebrietas non
ideo dicitur, ꝙ Demoni sit maxime amica, quia grauius
peccatum, sed quia frequentius hominibus accidit, & hoc
ideo, quia ad peccata intemperantiæ maxime homo debet
pronitatem, propter hoc dicuntur huiusmodi esse maxi-
ma amica diabolo, non quia sint alijs grauiora, sed qa sunt
apud homines frequentiora, &c. Præterea licet ebrietas
mater fomes, & nutrix sit omnium vitiorum, quia per eā
priuatur homo vsu rationis, non sequitur ex hoc, ꝙ sit gra
Ad secūdū uissimum peccatorum, vt ex dictis patet. ¶ Ad secundam
2 respondetur iuxta sanctum Thom. † quod bonum rationis
impeditur dupliciter: Vno modo per id quod aufert vsum
rationis. Alio modo per id quod contrariatur rationi. Nūc
autem plus habet de ratione mali, ideo quod contrariatur
rationi, quam, quod vsum rationis aufert, vsus. n. rationis,
potest esse, & bonus, & malus, qui tollitur per ebrietatem,
sed bona virtutum, quæ tolluntur per ea, quæ con-
trariantur rationi, sunt semper bona, vnde ratio facta non
procedit. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequen- Ad tertiū
tiam, quoniam dixit Alexander de Halis, licet ebrietas red
dat hominem similiorem bruto, non tamen ex hoc sequi-
tur, ꝙ simpliciter sit maius peccatum. ¶ Ad quartam respō Ad quartū
detur etiam, negando consequentiam, & ratio est, vt dicit
S. Tho. & dictum est in c. præcedenti. Seruitus non est con
sequuta ex ebrietate, nisi occasionaliter, inquantum Cham
suam maledictionem seruitutis in sua posteritate accepit,
propter hoc quod derisit patrem in ebrietate, vnde serui-
tus non fuit directa pœna ebrietatis.

3 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ ebrietas non sit maius peccatū
in clericis, quam in laicis. Primo sic. Aequalis est pronitas,
ergo æquale est peccatum. ¶ Secundo sic, non est acceptio Primū ar.
personarum apud Deum. ad Rom. 2. ergo nō magis punit
vnum pro vno, & eodem peccato, quam alium, ergo non secūdū ar.
aggrauatur peccatū ex hoc ꝙ sit clericus, aut in aliqua ma
ioritate dignitatis cōstitutus. ¶ In oppositum Ar. ex c. præ
senti, & multis alijs superioribus, in quibus maxime cleri- Oppon. ī
cis prohibetur ebrietas, nō sic autem prohibita legitur lai- contrariū.
cis. ¶ Respondet. dicendum sub duabus conclusionibus. Pri Respōdet
ma, ꝙ ebrietas & maius peccatū sit in clericis, quam in lai- Prima cō-
cis, patet cōclusio, quoniam æqualitas, vel inæqualitas pec clusio,
cati non solū cōsistit in radice, aut in genere peccati, sed in
circunstantijs personarum, & dignitatum: vnde Isidorus li
2. de summo bono. Dicit, ꝙ tanto magis cognoscitur esse
peccatum, quanto maior est, qui peccat. Sed constat cleri-
cos maiores esse, & potiores dignitate ipsis laicis, ergo, &c.
4 ¶ Secunda cōclusio. † In prælatis est maius peccatum ebrie
tas, quam in subditis, patet conclusio. Nam in constituēdo
prælatum immediate dicit Apostolus 1. ad Tim. 3. Opor- Secūda cō
tet episcopum non vinolentum esse: vnde non dubium, ꝙ clusio.
maius peccatum sit ebrietas in prælatis, quam in subditis,
cum in eis aggrauetur hoc peccatum non solum ratione
personæ, aut professionis, sed etiam ratione dignitatis, qm̄
ebrietas inducit ignorantiam, vt habetur. Esa. 28. Sacerdo-
tes nescierunt præ ebrietate: & ibidem 56. Canes impuden
tissimi, nescierunt saturitatem. ¶ Quibus habitis dicendum
est ad rationes in oppositum. Ad primam responde-
tur negando consequentiam. Nam licet quantum sit de Ad primū
genere peccati, peccatum ebietatis sit æquale, & qualis sit arg.
pronitas in his, & in illis, nihilominus status personæ aggra
uat, sicut in clericis, propter hoc magis eis prohibetur. ¶ Ad
secundam respondetur, ꝙ Deus non accipit personam, si Ad secūdū
maiores plus puniūtur, quia eorum maioritas facit ad gra-
uitatem peccati vt dictum est. Lege. ¶ [Ante omnia]. i. præ
omnibus, & super omnia, & dicitur hoc ad exaggerationē Exponit li
& detestationem talis vitij Hug. [Vel ante omnia.] quæ sta teram:
tuere debemus in hoc concilio, quia in prima actione hu-
ius concilij, & primo loco, quia forte tunc temporis hoc
vitium omnes fere comparauerant. Hug. & Arch. [Omniū
vitiorum]. 2. pars. vt 15. q. 1. sane. Hu. Alibi dicitur, ꝙ cupi-
ditas sit radix omnium malorum 48. d. bonorum. sed vnū
non excludit aliud, quia vtrobique comprehenduntur ge
nera singulorum, sed non singula generum, quia nullū est
genus peccati, quod non posset procedere quandoque ex
ebrietate, quandoque ex cupiditate. Hu. & Archidi. [Eum
quem]. i. is quem, & est tale, quale illud, sermonem, quem
audistis non est meus. Hu. hæc est 2. pars. [ordo.] Hic surgit
5 quæstio. † An sit in optione iudicis imponere alterā ex his
pœnis, quam maluerit. Et videtur, ꝙ sic, quia text. hic alter
natiue loquitur. Sed in oppositum est tex. hic, cum ait, vt
ordo patitur, vnde respondendnm est iuxta Hu. & Ioannē
de Fant. ꝙ iudex in imponendis huiusmodi pœnis, non de Respōdet.
bet sequi puram voluntatem suam, sed debet attendere or- Io. de Fāt.
dinem transgredientium, quia si sint positi in maioribus
ordinibus, debent subijci excommunicationi, non autem
corporali supplicio. vt 45. d. cum beatus. Si vero sint positi
in minoribus, debent bene subijci corporali supplicio. vt
d. 50. cōtumaces. & dicto c. cū beat. itē debet respici ordo
ętatis & hone. Nam si sit senex, & honesta persona, siue no-
bilis, quamuis sit in minoribus ordinibus, non debet subij
ci corporali supplicio. Si vero sit in maioribus ordinibus
quis constitutus, & sit persona vilis, isto casu posset subijci
verberibus, & hoc voluit tex. hic cum dicit, vt ordo pati-
tur. Non ergo erit in optione iudicis, vt possit maiores, &
minores punire altera ex his, penis, prout voluerit, sed hoc
debet facere,

debet facere, prout ordo patitur, & hoc vult tex. iste. Et ad id quod obiiciebatur, ꝙ tex. loquebatur alternatiue. respõdetur,
6 †ꝙ vbi lex vel statutum imponit pęnas alternatiue delinquentibus, non est in optione iudicis imponere, quã velit, quando in statuto exprimitur, ꝙ alteram imponat secundum merita personarum, quia tunc oportebit iudici illi imponere eam, quæ erit magis congrua qualitati personæ delinquentis. [Submoueatur.] hoc obtinet, quando est in maioribus constitutus, secundum tamen modificationem dictam de his videas, quod not. infra distin. 46. in summa. Archid. &c.

¶ Distinctio Trigesima sexta.

1 *Prudentia, quæ exigitur ab ordinandis in triplici est peritia, siue notitia.*



Oportet. Hic incipit d. 36. in qua magister Gratianus pro sequitur quartum c. apostolicæ regulæ, quo ad partem illam, oportet ordinandum esse prudentem.
1 †Prudentia autem, quæ à talibus ordinandis exigitur in triplici est peritia, siue notitia, in peritia. s. sacrarum literarum, in peritia secularium literarum. Et in peritia secularum negotiorum. Seruat ergo magister in tractãdo hunc ordinem. Nam in hac distinctione probat, ꝙ ordinãdus debeat habere peritiã sacrarũ literarũ, ꝙ per multa exempla veteris, & noui testamenti demonstrat. In sequenti d. videlicet 37. ostendit, ꝙ debet habere peritiam secularium literarum. Et postea ex hoc sumpta occasione, ostendit in d. 38. ꝙ ignorantia est nociua, & periculosa clericis, præsertim sacerdotibus. Tandem in d. 39. ostendit, ꝙ ordinandi habere etiam debent peritiam negotiorum secularium. Circa primũ dicit sic Gratianus. ¶ [Oportet &c.] vbi nota, ꝙ prudentia, proprie cum fit virtus intellectiua circa agibilium negotia, vt patet per philosophum 6. Ethi. hic large pro notitia sacrarum literarum accipitur, quam debent habere sacerdotes, sic accipitur Prouer. 9. scientia sanctorum prudentia. [quod contra eos] verba sunt Hier. vsque ibi, prudentem. [simplicitatis.] non. n. occasione simplicitatis suam imperitiam possunt excusare sacerdotes, vt d. 36. si in laicis. quoniam propter simplicitatem facilius dispensatur cum aliquo sine pæna canonica. [relaxatur.] vt d. 86. tanta Hug. [prudentem] verba sunt [Gratiani seculariũ] hoc modo tractatur in præsenti distinctione, sed in 39. vnde. s. ad ostendendum, ꝙ literarum sacrarum debet habere peritiam subiungit, &c. — Exponit literam.

2 *Illiteratus s. qui nullas scit literas, non est ordinandus. parum tamen sciens potest promoueri ad minores. nu. 3.*
Si tamen non est spes, quod possit proficere, non est promouendus, nec ad minores. nu. 4.



Illiteratos. Hoc c. sumptum est ex epistola Gelasij papæ. Et diuiditur in duas partes. Nam in prima prohibet, ne illiterati, & corpore vitiati, & qui seipsos absciderunt, promoueri debeant. In 2. assignat rationem. Secunda. ibi: Quia pro pleniori intelligentia primæ partis huius capit. quæruntur duo.
1 ¶ Primũ est vtrũ liceat illiteratos ad ordines promoueri.
5 ¶ Secundum est, vtrum illiteratus promotus suscipiat characterem ordinis.
1 Ad primum. Sic proceditur,† Et videtur, ꝙ sic. Primo sic. Simile videtur de ordine & de aliis sacramentis, sed tam literatus, quam illiteratus potest alia sacramenta suscipere, ergo videtur, ꝙ etiam sacramentum ordinis. ¶ Secundo sic. Pueri possunt ad ordines promoueri, sicut colligitur ex c. in singulis. d. 77. qui tamen non modo non sunt literati, sed nec capaces rationis, ergo multo fortius viri, etiam si sint illiterati. ¶ Tertio sic. Multi sunt ordines, ad quorum executionem non videtur necessaria aliqua literarum peritia, sicut est ordo ostiariorum, qui deputati sunt ad custodiam templi materialis, vt in c. cleros. d. 21. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. ¶ Respon. dicendum, ꝙ de illeterato possumus loqui dupliciter — Primũ ar. — Scdm arg. — Tertiũ ar. — Opponit et Respõd.

Vno modo vt sit penitus illiteratus, qui. s. omnino nescit literas. Alio modo dicitur illiteratus, qui est parum sciens.
2 Qua distinctione habita sit ista prima conclusio. † Illiteratus penitus qui. s. omnino nescit literas, nõ est ordinandus, ista conclusio patet Leuitici. 21. vbi cæcus à sacerdotio repellitur: & 2. Reg. 5. habetur, ꝙ cœcus, & claudus non intrabunt in templum. ¶ Secundo patet conclusio, ratione assignata in litera, quia carens literis sacris non est aptus officijs. — Prima cõclusio. — Secũda cõclusio.
3 ¶ Secunda conclusio. † Illiteratus secundo modo. s. parũ sciens potest ad ordines promoueri minores, si sit spes, ꝙ possit pficere, nõ aũt ad maiores. Ista cõclusio est Hu. & Archi.
4 ¶ Tertia cõclusio† Illiteratus parũ sciẽs de quo non est spes, ꝙ possit pficere nõ est promouẽdus etiã ad minores ordines, nisi sit talis ecclesia, quæ nunq̃ egere deberet auxilio, vel cõsilio eorũ, nisi forte in tali ecclesia, quę nunq̃ indiget eorum promotione ad maiores ordines. Ista conclusio est Hu. & Arch. qui addit nisi sint Monachi, vel Eremitæ, qui magis indigent contemplatione, quam sciẽtia. Ad hoc 16. q. 1. legati. iuxta notata per Innoc. extra de elect. cum in cunctis. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur, negando assumptum: dicimus. n. ꝙ non est simile de ordine, & alijs sacramentis, quia alia ordinantur contra defectum communem literatis, & illiteratis, & etiam viris, & mulieribus, vt Baptismus Eucharistia, Pœnitentia, Confirmatio, & extrema vnctio. Sacramentum autem ordinis constituit in gradu excellentiæ super alios, & doctrinæ, quæ non congruunt illiteratis. ¶ Ad secundam respondetur, negando, ꝙ pueri omnino literis carentes possint ad ordines promoueri, nec inductũ c. in singulis. illud dicit, sed magis contrarium, vt patet legẽti illud. ¶ Ad tertiam respondetur, negando assumptum. Et ad probationem dicimus, ꝙ ad ostiarium non solum pertinet custodire portas ecclesiæ materialis, sed habere iudicium multorum, quæ bene haberi non possunt ab his omnino illiteratis, vnde in c. cleros. sic dicitur. dicuntur autem ostiarij, eo quòd præsunt ostijs, ipsi enim tenentes clauem omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos, & malos habentes iudicium fideles recipiunt, & infideles respuunt: hæc ibi. — Tertia cõclusio. — Ad primũ arg. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ.

Ad secundum. Sine præludio argumentorum respondetur iuxta glo. quæ mouit hanc quæstionem,
5 †ꝙ illiteratus, qui omnino caret literis, si ordinetur, characterem recipit. Ista conclusio est Innocentij in c. cum in cunctis. de elec. & etiam. Ioan. Andr. Pro quo notandum, ꝙ quædam sunt de necessitate sacramenti: cuius est sexus virilis, quia sexus muliebris à susceptione ordinis excipitur, vnde de necessitate sacramenti est sexus virilis. Quædam sunt non de necessitate sacramenti, sed bene pręcepti, vt bonitas vitæ, & literarum peritia: vnde, si sine talibꝰ quis ordinetur, vt aliquis in peccato existens, aut etiam illiteratus, forma ecclesiæ, recipit quidem characterem, quia ad hoc necessario non requiritur bonitas vitæ, nec literarum peritia, peccant tamen, quia agũt contra præceptum ecclesiæ: vide de hoc infra d. 38. in cap. omnes. Lege. ¶ [Illiteratos.] s. penitus, sine omnino Hu. Aut aliqua parte manifesta. Hu. [immunitos.] enormiter, ita, ꝙ scandalum generet. extra de corpo. viti. c. 1. Lau. Arch. de his agitur 55. d. non confidat [quia]. 2. pars [vitiosum]. i. in anima, & corpore, sed hic loquitur de vitiatione corporis: Hu. [legalia] vt Leui. 21. & 49. d. c. 1. & 2. [Similiter absciderunt.] s. sponte, vel casu enormiter. vt 55. d. per totum. & de corpo. vitia cap. 1. de hoc aliquid dictum est supra distin. 3. ca. maritum. — Respõdet. — Exponit literam.

3 *Indefinita æquipollet vniuersali.*



Qui ecclesiasticis. Sequitur ca. Zozimi papæ in quo specialiter tangitur de sufficientia literarum, quam debent habere promouendi ad episcopatum. Et diuiditur in duas partes. In prima prohibet, ne quis in episcopum promoueatur qui ecclesiasticis disciplinis imbutus, & in diuinis officiis, non fuit eruditus. In 2. pœnã imponit transgressoribus. Secunda ibi: Et non solum. Pro pleniori intelligentia huius cap. quo ad secundam partem iuxta gl. quæruntur duo. — Diuisio.
1 ¶ Primum est, an ordinans indignum, veniat pœna depositionis, aut suspensionis puniendus.

2 ¶ Secundum

2 ¶Secundum est, vtrum ista pœna debeat imponi, quo ad omnes ordines indigne ordinantis, aut solum, quo ad illũ ordinem, quem male dedit.

Respond.

Ad primum. Sic respondetur, argumentorum pręludio omisso, iuxta Ioan. de Fan. qui
1 sequitur. Hug. & Arch. †Quod talis promouẽs, aut promouet dignum, aut indignum, si dignum, & hoc faciat ex pertinacia, vt quia ordinat non volentem, & tunc est conclusio, Quod talis ordinans venit deponendus, vt est casus 74. d. ver. ista. ¶Si autem ordinat indignum, si hoc facit ex negligentia, tunc est conclusio, Quod talis ordinator venit suspendendus à celebratione missæ per annum Ita procedit tex. d. 55. nullus. Si autem faciat ex pertinacia, tunc distinguitur iuxta Hu. quia talis ordinans indignos, aut parũ indignos, intelligas illos, cum quibus dispensare licet, vel cum quibus solet dispensari, sicut sunt Bigami pœnitentes de mediocribus peccatis, & modicum literati, & similes. Multum indignos intellige, cum quibus nec debet, nec solet, vt est publicus latro, adulter, vel raptor, vel spontaneus homicida, vt coruptor monialium, vel officialis, qui excercuit sæua, & quilibet impenitẽs, vel pœnitẽs, q est in enormi crimine: cũ his nõ solet dispensari. vt di. 50. miror. & d. 51. c. 1. & 21. q. 2. legatur. ¶Sit ergo tertia conclusio. Quod quicunque ex certa scientia ordinat parum indignum, nisi forte dispensatiue agat cũ eo, debet priuari potestate ordinandi. Ista conclusio videtur colligi ex c. præsenti. & ex ca. exponit. d. 50. & 1. q. 1. si qui Episcopi. ¶Quarta conclusio, Si ordinat ex certa scientia aliquem multum indignum ex toto debet imponi. Ita procedit c. 1. dist. 51. & cap. vlt. 62. d. & 81. dist. tantis.

Prima cõclusio. Secũda cõclusio. Tertia cõclusio. Quarta cõclusio.

Respõdet. Prima op.

2 Ad secundum. Respondetur, † ꝗ hic sunt duæ opiniones. vna est Hu. quam sequitur Host. in c. vel non est compos. de tempo. ord. s. ꝗ talis debeat suspendi, vel deponi, & non tantum ab illo ordine, quem iniuste cõtulit, sed ab omnibus, ita, vt nullum ordinem possit conferre, licet in aliis ei sit reseruata Episcopalis dignitas, & hęc opinio fundatur ex tex. 50. d. ex penitentibus. & 74. d. ver. ista. Nec obst. iste tex. c. si qui Episcopi 1. q. 1. vbi videtur velle tex. ꝗ tantum suspendatur ab illo ordine collato, quia respondet Hu. ꝗ relatiuum ibi facit simplicem relationem, vt sit sensus literæ. Careat eo ordine. i. careat ordinatione. i. potestate ordinandi, & executione conferendi ordines, qua sunt abusi secundum Hug. Et pro eius opinione facit de temp. ord. c. vel non est cõpos. vbi propter collationem Diaconi suspenditur à collatione ordinum, & loquitur indefinite. Pro hac opi. etiam facit te & gl. de temp. ordi. eos. lib. 6. ¶Secunda opinio est Vince. in dicto c. vel non est compos. s. ꝗ non debeat suspendi, nisi ab illo ordine, quem male contulit, & hoc per istud ca. & per capit. si qui Episcopi. 1. q. 1. & c. literas. de temp. ordin. vbi expresse dicitur, ꝗ suspenditur ab illo ordine, quẽ male contulit secundum Vincen. Et forte inquit Archid. hæc sententia verior est, cum iste canon sit penalis, pro hac opinione facit text. in c. nullus. de temp. ord. lib. 6. vbi punitur tantum ab illo ordine, quem concesit: idem confirmat Arch. 7. q. 1. c. Episcopus. super glo. & idem ipse & Io. mo. in c. eos. de temp. ord. lib. 6. Et hanc secundam opinionẽ credo fore virorem per tex. quos prædicti doctores allegant. Nec obstat c. ex pænitentibus. super quo fundatur cõtraria opinio, quia intelligo tex. illum de illo, qui ordinauerat clericos ibi, prohibitos ad omnes ordines. Nam ibi non dicit, ꝗ ad vnum ordinem eos promouerat tantum, sed ꝗ clericos ad ordines ordinauerat, ideo dicit ibi. Ab oĩbus ordinibus. Et eodem modo loquitur cap. viri ista supra pro alia parte allegato, qui loquitur de Episcopo delinquente in collatione omnium ordinum, vt ibi patet. Simili modo respondetur ad c. eos. de tempo. ord. lib. 6. quia loquitur in genere de ordinante clericos alterius parochię & loquitur indefinitæ de conferente ordines, & sic indefinite dicit eos puniendos. Ad c. vel nõ est cõpos. respondetur. †ꝗ illa indefinita non æquipollet vniuersalitati, cum simus in iure pœnali ꝗ secrete est intelligendum. de elect. statuimus lib. 6. Sic debet intelligi illa indefinita, vt non sit contra alia iura imponentia tantum pęnam de vno ordine Lege. ¶[Qui in ecclesiasticis disciplinis] & pro. i. [temporum approbatione] i. per interstitium temporum 77. d. in singu. quia prius debet fieri in singulis Subdiaconatus: & si ibi bene vixerit postea Diaconus, & sic deinceps. Vnde,

Secũda op. Archid.

3

Exponit literam.

Neophiti debent repelli, vt d. 48. per totum. [Iiu nis] i. ecclesiasticis. Hug. [stipendijs] i. officijs, quę dicuntur stipendia pro eis, & eorum executione, debentur clericis stipendia ecclesiastica, sicut militibus pro sua militia debentur stipendia militaria. Hu. [Ad summum. &c.] i. Episcopatum 2. q. 7. accusatio. [Non solum] Secunda pars. [Ambitio] i. ordo ambitiose habitus [inefficax], quo ad executionẽ, quasi deponatur Hu. [ordinem.] Locus iste exponitur dupliciter iuxta duas opiniones. Iuxta primam quæ est Hug. exponitur sic. [Careant illo ordine] i. potestate conferendi illum ordinem tantum. s. quem iniuste contulit, de varietate pœnarum, quam tangit glo. satis dictum est in quæstione præcedenti. Dicit autem hic Arch. ꝗ cum in hoc casu sit pœnarum varietas, forte mitior est amplectẽda, dict. l. eos ff. de pactis. maiorem. secundum Laur. vel dic, vt no. 21. q. 2. in summa. in fine. De eo autem, quod gl. hic allegat c. graue. extra de præben. dicit. ꝗ hodie mitius punitur, dicit Arch. ꝗ decretalis illa nihil facit ad propositum: cũ ibi loquatur de collatione beneficij, hic autẽ de collatione ordinis. Archid.

1 *Rationale, quid dicebatur in veteri testamento.*
Et quod erat quadrangulum, & quid significabat nu. 2.
3 *Ex quare debeat esse in sacerdotibus.*
4 *Sacerdos cum leuita debent habere scientiam doctrinæ.*
5 *Prælati debent immitari columbam per simplicitatem.*
6 *Episcopus debet scire sacram doctrinam, & canonicam disciplinam ad subditorum animas informandas.*



Ecce. Insistens Gratianus suæ conclusioni, s. ꝗ ordinandus debeat habere literarum sacrarum peritiam, probat illũ per multa exempla veteris, & noui testamenti. Et potest diuidi hoc c. in duas partes. In prima ponit exempla veteris testamenti. In secunda exempla noui. Secunda ibi: Hinc idem. ¶[Dominus rationale] Ecce primum exemplum, de quo Exo. 28. †Rationale erat quoddam ornamentum pontificale quadrangulum habens mensuram vnius palmi continens duodecim lapides auro inclusos per quatuor ordines, tres tãtum per singulos, in quibus erant sculpta duodecim nomina filiorum Israel. Fiebat autem ex quatuor. s. ex purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorto, & auro hyacintho. In hoc rationali continebantur hæc duo scripta. Manifestatio, & veritas, vel iudicium, & veritas. Hug. †Erat autem rationale quadrangulum, significans, ꝗ debet discernere inter quatuor. s. inter verum, & falsum, ne deuiet in credendis, inter bonum, & malum, ne deuiet in agendis. Est autem duplex, qa debet discernere pro duobus, pro se videlicet, & pro populo, ne si cæcus cœcum ducat, ambo in foueam cadant. Lucæ 6. & de peni. d. 6. §. vlt. d. 38. quæ ipsis. in fine. Habebat etiã quatuor ordines lapidum, significans, ꝗ pontifex debet habere quatuor principales virtutes. s. iustitiam fortitudinẽ, prudentiam, & temperantiam. In singulis autem ordinib. habet tres lapides, significans, ꝗ pontifex in primo debet habere fidem, spem, & charitatem. In secundo modestiam mansuetudinem, & benignitatem. In tertio pacem, misericordiam, & largitatem. In quarto vigilantiam, solicitudinem, & longanimitatem. Per lapides. n. figurantur virtutes secundum illud aurum, & argentum, lapides pretiosos secundum Innocentium 3. scribebatur. Leuitic. octauo 8. [Hinc etiam secundum vectes]. Exod. 25. & 26. & per arcam ecclesia, Per annulos sacra scriptura, per vectes prælati intelliguntur. Hu. [ne tunc quærant discere] 1. quæstio. 7. conuenientibus. & 16. quæstio. 1. sic viue. & in aut. de san ctissi. Episcop. §. 1. Ioan. & Hug. [cum ex officio debeant] quia prima ad Tim. 3. oportet Episcopum esse doctorem: [Hinc etiam Dauid] tertium exemplum [Dauid] psal. 118. super senes intellexi. [regni] 2. Regum. 1. & 2. & 23. [Salomon] quartum exemplum [impetrauit.] 3. Regum ca. 3. Paralipom. capitul. 1. [Hinc etiam] quintum exemplum de Hieremia. [Ecce dedi] Hierem. primo. Prius. n. recipit propheta verba diuinæ virtutis: & postea prædicauit [super regna] id est super laicos inferiores, & superiores in quacunque dignitate sint. Sequitur in authoritate [vt euellas, & dissipes: ædifices, & plantes.] vt extra de maiorita. & obedien. solitæ. §. potuisses, quod sic expone secundum Host ensi. [Euellas] scilicet peccata ab obedientibus [dissipes] s. inobedientes deponendo à dignitatibus. extra de hære. excommunicamus

Diuisio.

Exponit literam.

a ¶Inobediẽtes. Inobediens qu s dicatur. vi de Bart in l. 1. §si. ff. si quis ius d. non obt. & est similis ingrato Bal in l. r. 7. oppo ff. de his... ug pœnæ nomi. Dign... est tũ gr... tia se... is A postolicæ. P... de An chain c. qua fronte nu. 1. de appe

excommunicamus.& extra de sentent.excomm.nouit. ca. graue.[Aedifices]fideles baptizatos per aliorum sacramentorum ecclesiæ administrationem,& veram prædicationē, & honestam conuersationem inserendo gratias, & virtutes.extra de sacra.iterandis c.vlt.& extra de offi. Arch. presby.officium.& extra de offi.ordi.inter.& d.40.multi. [prælatos in ecclesia Dei].s.infideles non baptizatos per prædicationem,& baptismi ablutionem.de consecra.d.4.per totum Archidiaco.[Malachias] Ecce sextum exemplum de quo Malachię.2.[custodiunt].i.custodire debent, quia loco,& tēpore aperire debent sacram scripturam,& loco tēpore occultare 44.d.c.1.Item habetur 11.q.1.c. Sacerdotibus.& extra de here.cum ex iniuncto.Hu.& Arch.† Nota,

5 ꝙ lex debet esse in Sacerdotibus.Primo ad docendum, vt hic.Secundo ad iudicandum inter lepram,& lepram.de pęni.d.1.§.ex his.2.§.denique.Tertio,quantum ad operandum aliter eius doctrina reprobatur.Nam secundum Gregorium,cuius vita despicitur,restat vt eius doctrina contēnatur 3.q.7.§.item testatur.Quarto,vt alijs faciant eam obseruari.vnde Apostolus ad Ti.Argue,obsecra,&c.45.d.disciplina.Quinto ad regendū,vt.s.per ea populū regat,vnde rector appellatur.44.d.c.1.Episcopus dicit super intendēs propter curam 8.q.1.qui Episcopatum. Arc. [Exquirunt] .s.subditi.Hug.[de ore eius] s. Sacerdotis. Hug. [quia ipse est angelus].i.nuntius Hu.& Arch.[Hinc etiam idem Saluator].Ecce septimum exemplum.[In medio].Luc. 2.In quo instruimur,ꝙ prius est doctrina.audienda,& postea prædicanda,ne ante quis doceat,quam didicerit.[Vsurpare].i.sumere in bona sumit hic significatione vsurpare, sicut 33. q.2.§.hoc quanquam Hug.& Archidi.[Hinc & Salomon] octauū exemplum. [prius ait]Ecclesiastici 3. [Hinc idem dominus]nouum exemplum[ait]Apoc.c.vlt.& Matth.13. [Audit]dicendo dicat post prædicando,& exhortando[veni ad fidem]vt sic.cortina cortinam trahat.Hug.[Hinc etiā prius].Ecce decimum exemplum [misit dominus] Matth. 10.[sicut Serpentes]ne aliorum insidijs supplantemur.[Sicut columbæ]ne dolentibus alijs machinemini.vt 16.q.1. si cupis:[Sic etiam].Ecce vndecimū exemplum. [Aperuit] Lucæ 24.apparuit dominus duobus discipulis euntibus in Emaus,quibus aperuit sensum,vt intelligerēt scripturas,& se illis manifestauit,& ipsi hoc alijs nuntiarunt,ita,ꝙ prius cognouerunt,& deinde docuerunt.[Euntes]Matth.vl.vbi dominus instruit discipulos scientia fidei, deinde mittit ad docendum gentes,dicens.Euntes in mundum,&c.[Vndecum].Ecce 12.exemplum [vellet]Io.6.[qui sacramenta]id est, occulta secreta vel hoc ideo dicit quia dicta legis & prophetarum ex maiori parte fuerunt sacramenta. i. significantia.Hu.& Arch.[Hinc, & Petrus]. Ecce 13. exemplum[Petrus].i.Petri 3.[parati]quod facere non possent,nisi docti essent.[Hinc etiam Paulus].Ecce 14.exēplum [qui hortatur].i.ad Tim.4.[vt attēdere]primo lectioni,vt sciat. Secundo ad exhortandum,& docendum. Ex quibus con-

4 cludit†ꝙ Sacerdotes cum Leuita debeant habere scientiā doctrinæ:vnde Isidoru.3.de summo bono c.36.dicit,ꝙ doctor Ecclesiasticus vtroque vigere debet,& vita,& doctrina,doctrina sine vita arrogātē facit, vita aūt sine doctrina inutilē reddit.[De speculis]Ex præcepto dñi fecit Moyses labium æneum.s.vas lauatorium, & posuit illud in tabernaculum,& altare holocaustorum, in quo missa aqua lauabant Sacerdotes manus suas & pedes ingressuri in tabernaculum, & fecit illud de speculis mulierū.i. quæ mulieres obtulerāt forte de speculis æneis factum:Vel potius eo facto,in supremo in circuitu labij illa specula circumposita fuerunt,in quibus sacerdos videre posset,si in facie, vel veste aliquam maculam haberet abluendam. Istud labium est sacra scriptura, hoc labium est æneum, & est sonorum,est durabile.Similiter sacra scriptura est ænea.i. sonora.& durabilis:Sonora,quia per omnem terrā insonuit, iuxta illud. *In omnē terram exiuit sonus eorum, &c.Est durabilis,quia nunquam deficiet,donec compleatur: Vnde *cœlum & terra trāsibunt, verba autē mea non transibunt.Hoc labium est factum de speculis mulierum, quia per sacram scripturam,quasi per speculum videt homo in hac vita,& contemplatur Deum.Et per eandem,quasi per speculum considerat se,& si videt aliquam maculam,illam abluit, quicunque ergo vult intrare templum,& ascendere ad sacerdotium, prius debet lauari in isto labio.i. in sacra scriptura vtriusque testamenti, & canonica.exerceri,

Isidorus.

*Psal. 18.a.

*Mat. 24.a.

& erudiri.Hu.& Arch.Sacerdotes etiam ipsi,quibus dicitur illud Esa.52.Lauamini,qui fertis vasa domini, ne aut sorde peccati,aut erroris.deturpentur,debet in speculum diuinæ sapientiæ intueri.Ipsa.n.dei sapientia est speculum sine macula.Sapiē.7.in qua intuemur,quæ pulchra,& quę fœda.Cantic.5.[Oculi columbæ].i.ecclesiæ sunt prælati, vt dicit Lauren.Bene oculi sunt prælati:vnde dicitur eis 2. Laurenti.

5 quæstione 7.accusatio.†Debent autem prælati imitari per simplicitatem columbam,ipsa.n.caret felle,nullum lædit, alienos pullos nutrit,gemitum pro cantu emittit. Secundo in hoc,ꝙ debent semper sedere iuxta fluentia euangelij.& sacræ scripturæ.Tum primo,vt inde sibi sumere,& aliis sufficienter potum administrare valeant.Tum, vt, sicut columba,in qua vmbram superuenientis accipitris, videns,sibi cauere consueuit,sic prælatus per sacram scripturam præcaueat cōtra hæreticos.Ex quibus omnibus liquide patet conclusio principalis huius distinctionis, videlicet,†ꝙ Episcopus sacram doctrinam,& canonicam disciplinam scire debeat ad subditorum animas informandas. Vnde propter hoc statutum est,vt in ecclesijs Metropolitanis teneant doctores Theologici.& ꝙ clerici exeuntes prouinciam ad audiendam Theologiam participent integra stipendia,imo si non sufficiunt eis sua, & illi honesti sint,& bene addiscāt,debet eis ecclesia necessaria ministrare.ex.de magistris.c.quia nonnullis.& c.super specula.Quāta autem peritia sacrarum,literarum requiratur in promouendo,dicetur infra d.38.


1 *Moyses, quare proponatur sacerdotibus imitandus circa officium sacerdotale.*

2 *Sacerdos debet esse in ecclesia continuus,non extra vagari.*

3 *Amalechitæ interpretātur lingentes,vel sitientes sanguinem.*

4 *Clerici,sicut Episcopi,siue sacerdotes, an possint licite interesse bello vel pręlio.*

5 *Clericis non licitum bellare.*



SI quis vult. Hic Hieronymus scribit super Leuiticum. Et indicit prælatis tria opera.s. legere, docere, & orare.Alias nō veraciter, sed vocabulo sunt sacerdotes,quibus tribus operibus Moyses, Aaron semper in tēplo inuigilasse leguntur.Et pōt diuidi hoc c.in duas partes.In prima dicit,ꝙ prælati imitari debeant Moysen,& Aron vocabulo,& vitæ merito,si pontifices esse volunt.In secunda assignat opera,in quibus imitandi sunt.Secunda ibi:Quod autem circa primum notan- Diuisio.

1 dum,†ꝙ rationabiliter Moyses proponitur sacerdotibus imitandus circa officium sacerdotale.Primo,quia à Deo (qui est veritas)fuit singulariter edoctus,cui dominus loquebatur, vt amicus amico.Exo.33.Secundo quia totius officij sacerdotalis Moyses exēplar accepit, cui dominus Exo.25.ait.Fac Secundum exemplar:quod tibi monstratū est in monte.Tertio,quia Moyses,& Aaron in sacerdotibus eius officiū sacerdotale.perfecte gesserunt, merito ergo sunt imitandi. Leg. ¶[Vocabulo]multi.n.sunt sacerdotes nomine,sed pauci merito,vt d.40.Multi.& 2. q.7.non omnes.Hu.[imitetur Moysen]ergo Moyses fuit sacerdos alias nō competeret exemplum.Hu.Arc.De hoc no.d.21. ibi:Iudæos.Arch.[quod.n.non discedant]mente,vel tempore constitutio.Nam sæpe de tabernaculo exibat,vt d.78. c.1.[ad docendum populum] quia de contemplatiua ad actiuam debet exire prælatus[incessanter, vel indesinenter].s.animo,vel horis statutis,sic 21.q.3.Hug.[Quod autē ei opus]Secunda pars[aut à Deo].Ecce primum opus.[aut ipse populum doceret]Ecce secundum opus,non ex proprio corde, quia de ventre ingenij nostri nihil debemus fingere,vt infra disti. proxi. relatum est,& aliud operis ab illis duobus.[ad bella non vadit]intelligatur negatiue,siue remotiue.Ita,ꝙ opus referatur ad id quod sequitur.s.orat quasi dicat hoc tertium opus quod facit Moyses, non est, ire ad bellum,vel pugnare contra inimicos,sed orare secūdum Hug.[& donec erat].Explicat virtutē orationis Moysi.& boni pontificis orantis pro populo dei,tangit hic Hieronymus historiam.Exo.17.Quod,cum filij Israel transierunt terram promissionis,Amalechitæ,volentes eis viam prohibere,bellum contra illos percurrerūt.Elegit autem Moyses Iosue virum bellicosum ad dimicandum contra hostes,cui paucos tradidit armatos,plurimos ad custodiā castrorum retinuit. Ipse autem ascendit in montem, vt


Exponit literam

orare:

qraret: ascēderūtque cum eo, Aaron,& cum eleuabat Moyses manus ad dominum vincebat Israel. Cum vero: emittebat, vincebat Amalech, quo comparato Aaron,& Hur ex vtraque parte manus eius sustentabant, erant.n. granes ꝓ labore orandi.[Steret indesinēter].i.sine intermissione. Est
2 hic argumentum secundum Hug.† ꝙ Sacerdos debet esse in ecclesia continuus, non extra vagari. 7.q.1.peruenit.& 23.q.4.sicut, sed quod dici continuus intellige, vt no.de cō secra.d.1.in princi.§.sicut tibi. Vel dic secundum Lauren. [indesinenter] quo ad mentis affectum Arch. [Amalechitas.] Exo.17. Demones, †vnde Amaleahitæ interpretantur
3 lingentes, vel [illegible] sitientes sanguinem per sanguinem intelligitur anima cuius, sedes est in sanguine. Sanguinem ergo nostrum tunc Demones sumunt, cum animas nostras con uertere conantur. Hug. Lau.& Arch. Verum, quia, vt hic in quit glo. ex hoc tex. sumitur argumentum, ꝙ tales non debeant interesse bellis, siue prælijs. Pro pleniori intelligen-
4 tia huius quæritur. Vtrū clerici, † vt Episcopi, siue sacerdotes licite interesse possint bello, vel prælio,& arguiť ꝙ non: Primo ex tex. præsenti in quo dicitur, quod Moyses ad bel la non vadit, nec pugnat contra inimicos: sed Moyses proponitur nobis imitandus, ergo Clerici,& maxime Pontifices non debent ire ad bella, nec interesse prælijs: argumentum patet. ¶ Secundo arguitur ad idem ex c. porro. 16.q.3. ¶ Tertio ex c. conuenior 23.q.8. ¶ In oppositum est, glo. huius c. quæ ait, quod imo interesse possunt,& alios exortari. Respondeo dicendum, secundum Hug.& Dominum Archidi.& Domi. Ioannem de Fantucijs in præsenti c. Distinguendum duximus in hunc modum, quia, aut clericus vult interesse bello, vt in propria persona bellū exerceat,& tunc fit ista conclusio, ꝙ clerici hoc modo licite non possunt interesse bellis. Ista conclusio patet 23.q.8. couenior.& extra de vita, ꝙ honesta. cler. clerici.& c. quicunque 28.q.8.& de
5 homicidio. petitio. † Quod.n. clericis non liceat bellare assignat S. Thom. duas rationes in secunda secundæ q. 91. art. 2. Prima est generalis, quia exercitia bellorum inquietudines habent,& multum impediunt à contemplatione,& laude,& oratione pro populo, quæ ad officium pertinent clericorum: Secunda est specialis, quia clerici ordinantur ad altaris ministerium, in quo sub sacramento repræsentatur passio Christi. Prima ad Corin. 11. Quotiescunque hæc feceritis, mortem domini annunciabitis,& ideo non competeis occidere, vel effundere sanguinem, sed magis, esse paratos ad proprij sanguinis effusionem pro Christo, vt imitentur opere, quod gerūt ministerio. Aut vult interesse in propria persona, non vt bellum exerceat, sed vt consulat bellatoribus,& tunc si pugna fit pro fide catholica, tunc fit ista conclusio. Tali modo possunt clerici interesse bellis, vt est casus in c. multa.§. de clericis. de voto,& voti redemptio. Aut pugna non fit pro fide catholica,& tunc aut bellum venit incidenter, quia clericus non facit actum, vt per bellū interueniat mors,& clericus intersit, non est sibi imputandum, vt patet ex glo. 23.q.3 Maximianus.& eadem causa. q.5. de occidendis. Aut clericus facit principaliter congregationem ad bellum, tunc aut bellum est iustum,& tunc fit ista conclusio. Quod licitum est clericis bellis interesse, ad bellatoribus spiritualiter subueniendum. Ista conclusio est S. Thom. in secunda secundæ vbi supra qui ita dicit. Prælati,& clerici ex autoritate superioris possunt interesse bellis non quidem, vt ipsi propria manu pugnent, sed, vt iuste pugnantibus spiritualiter subueniant suis exhortationibus,& absolutionibus,& alijs subuentionibus, sicut etiam in veteri lege mandabatur Nume. 10. ꝙ sacerdotes sacris tubis in bellis clangerent. Item alia est conclusio, quod clericis licitum est exerceri ad pugnandum,& bellis interesse,& etiā licitum est eis exclamare: pugnate viriliter capite: sed licite non possunt dicere occidite. Ista conclusio colligitur ex præsenti glo.& est etiam Hug. Est etiam Innocent. qui ita notat extra de restitutio. spol. olim in gloss.& refert hic Arch. ad istam conclusionem facit 23.q.8. agitur & c. hortatur. Et hoc est licitum, antequam veniat ad actum pugnæ, si inscita ratione, quis interficitur, irregularis in excitatione efficitur, maxime si bellum fit iniustum, extra de pœn. quod in dubijs. Pro defensione vero potest clericus licite congregare gentes, ad bellum,& alios ad pugnandum incitare,& intantum hostes confringere, ꝙ eos dimittāt. Ista conclusio colligitur 23.q.1. apud. Et licet in tali bello iusto clericus iaceat lapides, dummodo de suis ictibus nullus pereat, non erit irregularis, vt de cler. percuss. c. penultimo. extra de homici. c. penultimo,& not. Hostiensis in d. c. olim,& refert hic Arch. Sed si non vult clericus congregare gentes ad bellum, sed vult dare instrumenta bellatoribus apta ad pugnam,& tunc, si bellum est iustum,& ipse sit præpositus bello,& faciat expensas necessarias bello emendo.s. lanceas vel sagittas, vel præcipiat ipsis arma ferri ad locum belli, non erit isto casu irregularis licet aliquis ex illis interficiatur. Patet conclusio, quia hoc non facit ad vindictam, sed solum ratione defensionis, vnde eis non nocet. argum: c. de occidendis 23.q.5. Hæc etiā conclusio videtur esse de mente Arch.& Specu. in tit. de legā.§. iuxta vers. si clericus. Si vero ipse administrat arma talia in bello hoc, tunc sunt opiniones, quas Innocentius ponit in c. sententiam. ne cler. vel mona. Concludendo dic, ꝙ si facit istam administrationem ad finem, vt alios interficiat, tunc est conclusio, ꝙ talis erit irrregularis, patet, quia hoc facit ad hunc finem, vt alius interficiatur. extra de homici. ad audientiam.§. fina. vbi de hoc.& c. significasti. Aut non facit ad finem, vt alius interficiatur, sed vt timor incutiať inimicis,& ad sui defensionem. Et tu ic Innocentius recitat opiniones contrarias, tamen concludit, quod talis est irregularis, quia dat occasionem nimis proximam homicidio. alleg. c. quod in dubijs. de pœn. Dominus Antonius concordans has opiniones dicit, quia aut iste administrat arma pro defensione ꝓpriæ personæ, vt mortem euitet. Et tunc est cōclusio, quod licet ex tali administratione sequatur mors non esset clericus irregularis, quia etiam si in propria persona occidisset sibi non imputaretur. vt in clement. si furiosus. de homici. Aut facit pro defensione rerum, tunc erit conclusio. iuxta Innocentium, ꝙ si ex tali administratione sequatur mors, talis incurreret irregularitatem. Ex dictis patet responsio ad rationes in oppositum superius factas.

Margin notes: 2 ¶ Nō vagari. Add. P. de Anc in repetitiōe c. postula. n 6. de for. compete. — Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit et Respōd. — S. Thom. — S. Thom. — Innocent. — Hostiensis — Archi. — Specu. — Innocent. — Antonius.

¶ Distinctio Trigesima septima.



Ed quæritur Hic incipit d.37. in qua Gratianus interserit incidentem quæstionem.s. vtrum ordinadus debeat esse eruditus secularibus literis, siue scientijs. Et potest diuidi in quinque partes. In 1. arguit Gratianus per sex capitula sex autoritatibus quod clerici non debeant erudiri in secularibus literis. In 2. arguit in contrarium per multas sanctorum autoritates, probando, quod clerici debeant habere peritiam secularium literarum. In 3. respondet ad quæstionem declarans, qualiter legendæ sint a clericis literæ seculares per multas autoritates ostendens hoc licitum esse. In quarta ostendit, quare prohibitum sit Christianis figmēta poetica legere: In 5. concludit ignorantiam à sacerdotibus omnino esse, vitandam, Secunda ibi. in §. Sed contra legitur. Tertia ibi: in §. Cur ergo legi. Quarta ibi: ideo prohibeť. Quinta ibi. in.§. Vt itaq;. Pro prima parte videlicet, ꝙ clerici non debeant secularibus literis erudiri inducitur in psa. sequens c. Diuisio.

2 *Studium philosophiæ, siue scientiarum secularium licitum est fidelibus, & etiam clericis.*
3 *Studium scientiarum secularium est multipliciter vtile.*
4 *Impeditur quis tripliciter ab intelligentia scripturarum.*
5 *Studium septem artium liberalium est vtile ad theologiam ad discendam*



Piscopus libros. Hoc capitulum ex concilio 4. Carthaginen. sumptum est. Breue est non diuiditur. Pro pleniori intelligētia huius distinctionis quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum licitum sit clericis, etiam laicis fidelibus literis secularibus erudiri.
6 ¶ Secundum est, vtrum libri hæreticorum à fidelibus sint legendi.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non sit licitum clericis, imo nec quibuscunque fidelibus literis secularibus erudiri. Et primo autoritatibus positis in prima parte huius distinctionis, in quibus videntur reprehendi fideles, qui in huiusmodi secularibus scientijs student. ¶ Secundo hoc idem arguitur per illud, Primū ar. Secūdū ar.

per illud, quod Apostolus ait Colossen. 2. Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & maxime fallaciam secũdum traditionem hominum, & non secundum Christum, in quo docet cauere omnem philosophiam, quæ est secundum traditionem hominum. Huiusmodi est omnis scientia secularis, & per consequens nullus fidelis debet tales studere, sed solum scientiam, quæ est secundum traditionem Christi.

Tertiũ ar.

¶ Tertio, fideles, & maxime clerici debent vitare scientias vanitatis, sed scientiæ seculares videtur huiusmodi, vnde Hieronymus: & habetur infra e. d. nonne videtur vobis in vnitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus in dialectica arte torquetur, &c. ergo videtur, quod clerici in talibus studere non debent.

Quartũ ar. De perpe. virgi. ter. Opponit ĩ contrariũ.

¶ Quarto. Hieronymus ad Eustochium refert, quod diuino iussu fuit cæsus, & quasi non christianus ab angelo reprehensus eo quod libros Ciceronis legeret: ergo, &c. ¶ In oppositũ sunt autoritates multæ positæ in tertia parte huius distinctionis. Secundo licitum est vocare ancillas ad obsequium dominę earum, sed omnes aliæ scientiæ famulãtur Theologiæ, ergo licitum est studere volentibus in scientia Theologica, vti ancillis eius, suæ sunt aliæ scientiæ humanæ.

Respõdet

¶ Respondeo, hic sunt duo articuli declarandi. In primo ostenditur, ꝙ licitum est, & vtile valde studium generaliter totius philosophiæ, siue scientiarum secularium. In hoc ostenditur hoc idem in speciali de studio liberalium artium.

Prima cõclusio.

2 Circa hunc articulum sit ista conclusio. †Licitum est fidelibus, & etiam clericis studium philosophiæ, siue scientiarũ secularium. Patet primo conclusio exemplo Pauli, qui aliqua philosophorum dicta, & poetarum, suis scripturis inseruit, vt patet tam 1. ad Corint. 15. quam ad Ti. 1. & actu. 17.

Hierony.

Cæterum Hieronymus ad magnũ oratorem vrbis Romæ scribens ostendit, ꝙ doctores scripturæ possunt allegare dicta sapientium hominum, & philosophorum, vnde Salomon Prouerbiorum 1. docet, ꝙ audiantur verba sapientium, & enigmata eorum. i. philosophorum.

In 1. volu. epi. de filio prodi.

Et idem Hieronymus ad Damasum Papam inducit illud Deuter. 21. de muliere captiua adamanda, & in vxorem ducenda. i. sapiẽtia Philosophorum, vbi sic ait. Et nos hoc facere solemus, quando philosophos legimus, quãdo in manus nostras veniunt libri sapientiæ secularis, si quid in eis vtile reperim⁹ ad nostrum dogma conuertimus. Si quid vero superfluum de idolis, de amore, de cura secularium rerum hoc rasim⁹. Ratione sic probatur conclusio. Fidelibus, & clericis licitũ est studere in his scientijs, per quas perficitur intellectus humanus, sed per philosophiam, & scientias seculares perficitur intellectus humanus. In hoc. n. videtur perfectio hominis consistere, vt intellectus eius de potentia reducatur in actum, quod fit per cognitionem veritatis.

Dionysius.

Dicit n. Dionysius 4. de diui. nomi. ꝙ bonum animæ humanæ est secũdum rationem esse cuius perfectio in cognitione veritatis consistit. Non est autem dubium, quin per scientias seculares intellectus humanus multarum veritatum consequatur cognitionem, ergo licitum erit clericis illis studere, & in illis erudiri.

Secũda cõclusio.

3 ¶ Secunda conclusio†studium scientiarum secularium est multipliciter vtile. Primo ad exercitationẽ, & subtiliationem ingeniorum, vt patet per Aug. in li. de doctrina christiana vbi dicit, ꝙ p huiusmodi humanarũ sciẽtiarum studia acutiora, & subtiliora redduntur ingenia, propter quod dicit Beda in quadam gloss. super libros regum,

Beda.

& habetur infra e. d. turbat acumen ingeniorum legẽtium & deficere eos cogit, qui eos à legendis secularibus libris omnino existimat prohibendos. ¶ Secundo est vtile harũ scientiarum studium ad intelligentiam scripturarum diuinarum, secũdum, ꝙ accipitur ab Augustino vbi supra. s. de

August.

4 doctr. Christiana, vbi dicitur, †ꝙ tripliciter impeditur quis ab intelligentia scripturarum, videlicet. Aut per ignorantiam rerum, aut per ignorantiam signorum, aut per ignorãtiam ambiguarum conclusionũ. Et ideo in istis tribus conuenit nos adiuuari scientijs secularibus, aut. s. in signis intelligẽdis, aut in rebus intelligendis siue cognoscendis, aut in ambiguis dissoluendis. ¶ Tertio est vtile studium philosophiæ, siue scientiarum secularium ad veritatis defensionẽ, & falsitatis impugnationẽ, sicut accipitur ab Aug. super Ge. ad literam. Nouerunt. n. inquit, infideles multi, & impij plura de motu corpum cœlestium, & figura eorum, de ponderibus elemẽtorum, & qualitate eorum, vnde cum scriptura secundum superficiem literæ videatur interdũ contraria, illis, quæ certa ratione videntur, & probãtur, qui eorũ non habet notitiam, quomodo valebit eorum calumnias repellere, aut scripturam, & recte ipsam exponere. quasi diceret, nullo modo, vnde etiam Isidorus, & habetur infra ea. d. in c. qui de mensa. si quispiam contra Mathematicos velit scribere imperitus Matheseos, risui patet, & aduersus philosophos disputãs, si ignorat dogmata philosophorũ, & hoc de primo articulo.

Isidorus.

5 ¶ Circa secũdum articulũ sit ista conclusio†Studium septem artium liberalium est vtile ad theologiam addiscendam, patet ista conclusio discurrendo per singulas earum. Pro quo est notandum (vt pretactũ, est) ꝙ scientijs secularibus potest se iuuare theologus maxime in tribus sibi necessarijs valde. s. in signis intelligendis, in ambiguitatibus dissoluendis, & in rebus, & earum proprietatibus cognoscẽdis. ¶ Sed cõstat, quod in signis intelligendis iuuatur homo per grammaticam, quæ est prima artium liberaliũ. Ad hoc. n. ꝙ sit in signis integritas oportet nos vitare solæcismum, & barbarismum, sicut docet Aug. quod nos facere non possumus, nisi per ignorantiam.

Grãmaticæ vtilitas.

Augu.

Vtuntur etiam doctores sacræ scripturæ tropicis locutionibus, & hoc multiplicius, quam possunt cogitare, vel credere, qui eos nesciunt, sicut idem August. docet 3. de doctrina christiana, Et ita patet vtilitas, imo necessitas artis Grãmaticæ ad hos tropos intelligendos. ¶ Necessitas, siue vtilitas artis Logicæ et patet. Sunt. n. in sacra scriptura multæ ambiguitates, & difficiles quæstiones, ad quas intelligendas, & dissoluendas necessaria est nobis logica, vnde Au. 2. de doctri. Christiana. Disputationis disciplina. i. logica ad omnia genera questionum (quæ in literis sunt penetranda & dissoluenda) plurimum valet. Sunt tamen ibi tria sunt cauenda. s. libido rixandi, intentio decipiendi, & præeminentia superãdi aduersarium.

Logicæ vtilitas.

¶ Hoc etiam modo patet de Rhethorica, quoniam venustas sermonis, quæ habetur per artẽ Rhetoricæ, multum est vtilis, eo ꝙ secũdum Tullium multos mouet venustas eloquij, quos sine ea moueret qualitas facti.

Rhetoricæ vtilitas.

¶ Quarto idem patet de vtilitate Arithmeticæ. Nam scriptura sancta multum loquitur de numeris, quorum imperitia, vt dicit Augu. multa facit obscura, quæ sunt nõ proprie, sed transumptiue, & mysticè posita.

Aritmeticæ vtilitas.

¶ Quinto vtilis est. n. Musica, dicente August. lib. de ordine. Ad istarum, inquit rerum cognitionem neminem arbitror debere aspirare, sine illo duplicis scientiæ bono. s. disputationis. s. Logicæ, & numerorum scilicet Musicæ, quia de musicis loquitur. s. de Cytara: Tympano, & Choro, & huiusmodi, ad quarum cognitionẽ vtilis est Musica.

Musicæ vtilitas.

¶ Sexto vtilis est Astrologia, cum sacra scriptura interdum loquatur de Sole Luna, & Stellis, quorum cognitio spectat ad Astrologiam.

Astrologiæ vtilitas.

¶ Septimo vtilis est Geometria. Loquitur. n. scriptura sancta de altitudine cæli, & latitudine terræ, & huiusmodi, ad quæ cognoscenda vtilis, & necessaria est scientia Geometriæ.

Geometriæ vtilitas.

Patet ergo, ꝙ vniuersaliter omnes artes liberales, & disciplinæ valent ad plenioré intelligentiam, & notitiam diuinarũ scripturarum. Et per consequens licitum est, imo perutile in illis studere, dummodo in eis quis discrete studeat, & ordinate, & rectè. i. bona intẽtione. ¶ His habitis, pro solutione authoritatum in contrarium est notandum iuxta sanctum Thomam in secunda secundæ, & dominum Vlrichũ in vltima parte summæ suę, ꝙ cum scientia sit perfectio intellectus, imo sit etiam virtus intellectualis, vsus eius non vituperatur, sed abusus, qui est multiplex, primo videlicet, cum quis turpibus scriptis amatorijs, & hmõi inficitur, hoc. n. reprehendit Hieronymus super epistolam ad Ephese. & habetur infra e. d. in c. legant.

Ad autoritates in cõtrarium.

Secundo, cum aliquis ad istas has, seculares scientias, tanquam in eis propter se delectatur, & non ordinans eas ad veram sapientiam, cum tamen Philosophi ad sapientiam humanam omnes sciãs ordinari dicant, sed potius ex earum delectatione decepti, sacram scripturam negligunt dediti studio secularium sciẽtiarum. Hinc etiam filius prodigus, qui relictis paternis dapibus, quærit ventrem suum repleri siliquis porcorum, vt dicit Rabanus lib. de ecclesiasticis scripturis, & habetur in c. legimus. infra ea. d. propter hoc etiam refert Hieronymus, se diuino iudicio flagellatum, qui ita se scientijs secularibus dedicauerat: ꝙ cum interdũ prophetas assumeret sermo horreret incultus, de quo in prædicto cap. legimus.

Rabanus.

Tertio cum eis aliquis non solum discit, sed etiam docet, & per hoc derogat ecclesiasticæ dignitati in se ipso, vnde Gregorius reprehendit quẽdam Episcopum, qui cõtra episcopale officium pro lectione euangelij populo gramaticã exponebat

Gregorius

exponebat.¶His sic notatis, respõdendum est ad rationes, Ad primam respondetur, ꝙ non reprehenduntur absolute studentes in scientijs secularibus. sed qui student sub abusibus iam dictis. ¶Ad secũdam respondetur negando consequentiam. Et ad authoritatem Apostoli dicimus iuxta sanctum Thom. ꝙ studium philosophiæ per se licitum est, & laudabile propter veritatem, quã philosophi perceperunt, Deo illis reuelante, vt dicitur ad Rom. 1. Sed quia quidam philosophi abutuntur eo ad fidei impugnationem, ideo Apostolus, ne quis plus credens philosophiæ, quam fidei, quæ transcẽdit humanam rationem, & omnem naturæ potestatem decipiatur: dicit. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam: & inanem fallaciam secundum traditionẽ hominum. ¶Ad tertiam respondetur ad minorem, ꝙ sciẽtiæ non dicuntur scientiæ vanitatis secundum se, sed secundum abusum, quo aliqui abutuntur eis modis iam dictis, vnde ratio non militat. ¶Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, quoniam Hieronymus nõ fuit punitus, quia studebat simpliciter in scientijs, sed quia tanto studio, & tanto delectatione studio illo abutebatur, vt scripturæ sacræ sermo horreret ei tanquam incultus.

Ad primũ arg.
Ad secũdũ
Ad tertiũ.
Ad quartũ.

Respõdet: 6 **Ad secundum.** Sine præludio argumentorum respondetur iuxta c. præsens. †Quod Episcopi legere possunt libros hereticorum. s. cum necessitas, aut tempus requirit vt. s. illis lectis sciant ab illis cauere, aut illas reprobare, & impugnare, vnde ait pro necessitate, aut tpe. Pro necessitate, quidẽ cũ. s. hæresis aliqua venit impugnanda, quod nequaquam bene fieri potest, nisi ipsi libri hæreticorum legãtur, & examinentur, vbi errãt & vbi impugnandi veniunt, vitium. n. vitari non potest, nisi cognitum. Nisi. n. Aug. & Isidorus legissent hęreticorum dicta, non excitassent nos eorum errores cauere, nec ipsi & alij sancti scripsissent contra hæreticos, nisi eorum dicta perlegissent. Pro tempore vero dicit, si hæresi vrgente, cũ viderit hæreticos multos pullulare contra ecclesiam, & eã molestare secundum Hug. & Arch. Si dicatur contra, quia in lege libri hæreticorum præcipiuntur comburi. vt. C. de hære. l. quicunque. Respondetur, ꝙ lex illa loquitur secundum Hug. de libris hæreticorum, qui manifestam continẽt falsitatem, & nullam vtilitatem. Hic autem loquitur de illis hæreticorum libris, qui aliquam veritatem, vel vtilitatem continent, vel continere dicuntur, vel qui saltem sunt necessarij ad eorum sectam studendam, & committendam.

Exponit literam.

Lege. ¶[Episcopus, &c.] patet[Libros gentilium] videtur esse contra clericos, qui legunt leges, cum fere omnes earũ conditores fuerint Gentiles: ad hoc respondet Hug. quod ex hoc non possunt multum arctari clerici, qui in excusatione sui possunt respõdere, quoniam Iustinianus (qui fuit christianus) per approbationem, & confirmationem, & authoritatem omnia fecit sua, vt de hoc est tex. notabilis in l. 1. in versi. omnia esse merito nostra facimus, quibus autoritatem impertimur. C. de vete. iure enuclean. Præterea dicit gl. ꝙ licet clericis audiri leges, vt per eas melius intelligantur canones, & ita cum hoc ergo facere, ad vtilitatem ecclesiæ videantur, non sunt censendi venire, contra hoc. c. De hoc autem, quod religiosis, & decanis, & curam habentibus animarum prohibetur audire leges, & physicam in cap. super specula, ne cleri. vel monac. & hoc Gratianus pro prima parte.

1 *Comædia vnde dicatur.*
2 *Licita quædam sunt ratione personæ, quæ alijs sunt illicita.*



Acerdotes. Secundum capitulum in quo beatus Hieronymus reprehendit sacerdotes, qui plus studij impẽdunt poeticis fabulis, quam diuinæ legi, cum tamen ex ore sacerdotis lex requiratur. Malachiæ secundo, & non fabulæ. Contra tales dicitur Ezech. 22. Sacerdotes contempserunt legem, quibus tamen dominus præcepit Matth. 28. Predicate euangelium omni creaturæ, non dicit Vergilium &c. Lege. ¶[Sacerdotes omissis euangelijs] quod est valde turpe in sacerdote relinquere studium, quod eis ex necessitate incumbit, & incũbere minus vtili. [Comedias] †comes villa oda, laus, vel cãtus. inde comedia laus rusticana, vel cãtus rusticanus, vt de seruis. de histrionibus, & huiusmodi. Hugo. Nam comædi sunt, qui variorum hominum acta dictis, aut gestis cãtabãt aut stuprum, aut mores meretricum, in suis fabulis exprimebant. Arc. [bucolicorum]. i. liber Virgilij, vbi agit de bubulcis, & pastoribus. [& id, quod in pueris causa necessitatis]. s. vt instruantur in accentuando, in dictiones construẽdo, in significationes dictionum intelligendo, argumentũ †quod ratione personæ quædam sunt licita, quæ alijs sunt illicita, hæc. n. pueris prohibẽtur, quæ tamen alijs interdicũtur, ar. d. 31. lex. & d. 32. omnium, & d. 88. fornicarij. Hug.

Exponit literam.

1 *Inuectiuæ solent fieri iambico metro.*
2 *Iambus, quis pes dicatur.*
3 *Fines quinque sunt, propter quos homines legunt, siue studẽnt.*



Onne videtur. Tertio inducit Gratianus pro 1. parte quæstionis hoc tertium c. quod est beati Hieronymi in quodam sermone, quod diuiditur in duas partes, secũdum quod duo genera hominum reprehendit, tanq̃ in vanitate sensus. In obscuritate mentis incedentes. Primum genus hominũ est eorum, quia ita scientijs secularibus incumbunt, & legunt, non in ordine ad veram sapientiam, & ad cognitionem Dei, sed legunt eas ad propriam volũtatem in eis propter se delectari, & hoc est ad propositum nostrum. Secundum genus est auarorum adulantium principibus, de quo ibi: Et vt ad alteram partem. Lege tex. ¶[Nõne videtur vobis in vanitate sensus, &c.] hoc sumptũ est ab Apostolo ad Ephe. 4. qui sic ait. Hæc dico, & testificor in domino, vt nõ ambuletis, sicut gentes ambulãt in vanitate sensus sui, tenebris. s. erroris obscuratum habentes intellectum, alienati, à via Dei. Et circa primum genus vanorum hominum in appetitu, & studio scientiarum secularium ponit, exemplũ de tribus, de Dialecticis, de Physicis, de Grãmaticis, vnde ait. [Nonne videtur] imo est manifestum, ꝙ in vanitate sensus ingreditur, siue incedit, qui diebus, ac noctibus in dialectica arte torquetur. s. inordinato appetitu, & desiderio, non referendo ad veram sapientiam, de quibus Sap. 13. Vani sunt homines, in quibus non est scientia Dei, quia aliũ studium non dirigitur ab intellectu illuminato, dicit[& in obscuritate mentis] ad Romano.*Obscuratum est insipiẽs cor eorum. [Physicus] exemplum secundum, physicus non à medicina, sed à motu celi, & astrorum dictus: Astrologus qui in fructuosa, & curiosa perscrutatione trans cœlũ oculos leuat, & non ad adorandum, cum psalmista dicens.*Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis: sed fatue imaginando aliquid esse vltra cœlum: & abyssum quoddam iã ne demergitur per cogitationem esse aliquid asserẽdo. Arch. Sed tales vani sunt perscrutatores quærentes inaniter, quod non inueniunt. Ecclesiast. 1. Profundum abyssi, quis inuenit. Sequitur exemplum de Grãmaticis[qui iambum fouẽt]. i. exponunt iambica metra[feruenter]. i. feruentia, quæ ex feruore, & iracundia procedunt quandoque.† Iambico. n. metro solent fieri inuectiuæ. quæ ex feruore, & mẽtis commotione procedit.†Iambus est quidam pes contrarius trochæo, constans ex prima breui, & altera longa, vnde Horatius. Syllaba longa breui subiecta vocatur iambus. Hug. & Arch. [Syluam]. i. multitudinem. Diuersa. n. sunt, & multa genera metrorum. Sunt. n. 24, pedes. & multos versus componunt, siue multa genera metrorum. Hug. [vt ad alteram partem] secunda pars, in qua tangitur secundum genus hominum adulantium in vanitate sensus sui. s. hominum cupidorũ, plane in vanitate sensus ambulat cupidus & auarus, qui feruet amore cõquirẽdi pecunias per fas, & nefas. [adulat]. s. ex certa sciã mentiendo laudãdo eorũ mala, aut atribuendo eis bona, & sic mortaliter. 11. q. 3. nemo peritorum, & 22. q. 2. primum. Hug. [congregat] psalm. 38. Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. & Ecclesi. 13. Qui aceruat, quod animo suo iniuste alijs congregat, & in bonis illius luxuriabitur. Notat hic Hu. & Arch. post eum. 3 † Quod quinque sunt fines, propter quos homines legũt, siue student. Quidã. n. vt sciant, & horum finis est superbia. Quidam. n. vt sciantur, & horum finis est vana gloria. Quidam. n. vt lucrentur. & horum finis est auaritia. Quidam, vt ędificentur, & horum finis est prudentia. Quidam, vt ædificent, & horum finis est charitas. Hug.

Diuisio.
Exponit literam.
*Ad Ro. 1. c
*Psal. 122. a.
Versus.

1 *Sicera inebriantur, qui abutuntur scientia seculari.*
2 *Scriptura sacra secundum quatuor sensus exponitur.*
3 *Allegoria dicitur sensus spiritualis.*
4 *Psuedo grece, latine dicitur falsus, & decipiens.*

Viuo.




Vino. Sequitur ad idem propositum hoc quartum c. quod est eiusdem Hiero. super Esa. quod diuidi potest in quinq; partes secundum quinque conditiones hominum, quas tangit in litera beatus Hieronymus. Exponit.n. qui sunt, qui inebriãtur vino. Tertio, qui sunt psuedo prophetæ. Quarto, qui dicunt diuini. Quinto, qui sunt, qui comedunt vuã accrbã. Secunda ibi: Sicera Tertia ibi: Secundum tropologicam, Quarta ibi: Et diuinos, Quinta ibi, & quicunque. Per uinum intelligitur sacra scriptura, vnde Esa. 1. dicitur. Caupones tui miscuerũt aquam vino. i. hæresim sacræ scripturæ. Hu. vino ergo dicuntur inebriari, qui sacram scripturam male. i. contra veritatem intelligunt, aut rectum sensum eius peruertunt, vt faciunt, hæretici. Tales.n. dicuntur inebriari vino, quia mensuram, & terminos transeunt patrũ suorum, contra illud Prouerb. 22. Ne transgrediaris terminos, quos posuerunt patres 24. q. 3. transferunt. [sicera] secunda pars: Per siceram intelligitur scientia secularis. †Sicera inebriantur, quia abutuntur scientia seculari, quod fit, cum vtũtur ea ad malũ, & deceptionem sui, vel aliorum. Hu. siue cum indebite sophismatibus Dialecticæ, ac etiam humanæ sciẽtiæ se inuoluunt, quæ stultitia est apud Deum 1. ad Corin. 3. vnde Apostolus 1. ad Cor. 1. dicit, Stultitiam fecit Deus sapientiam huius mundi. [cito pereunt], vnde Apostolus. 1. ad Corin. 2. Sapientiam inquit loquimur inter perfectos non sapientiam huius seculi. i. philosophorũ. [qui destruuntur] glo. i. quorum sapientia destruitur. & Esa. 29. Perdam sapientiam sapientum. i. quam sapientes huius seculi inueniunt contra sapientiam diuinam. [secundum tropologiam] Tertia pars. i. secundum moralem similitudinem, †Scriptura.n. sacra secundum quatuor sensus exponitur secundum August. super primum Gen. ad literam, ita dicentem. In libris scripturæ sanctæ oportet intueri, quæ sacra narrentur, quæ æterna intimentur, quæ futura pronuntientur, quæ agenda præcipiantur, vel sacra narrentur, quo ad sensum literalem, quæ æterna intimentur, quo ad sensum allegoricum, de quo Apostolus ad Gal. 4. quæ sunt per allegoriam. Allegoricus sensus recipit spiritualem intelligentiam de pertinentibus ad Christum, & ecclesiam militantem, vt Abraam duos filios habuit vnum de Ancilla, & vnũ de libera. Sensus allegoricus est, quod Dei filius habuit populum Iudaicum de Synagoga, sed Christianum de Ecclesia, quæ libera est mater nostra. † Et dicitur allegoria sensus spiritualis, & mysticus, quo futura pronũciant, quo ad sensum anagogicum, qui est sensus mysticus, pertinens ad Ecclesiam triumphantem, vt cum creta fluens lacte, & melle, exponitur pro terra viuentiũ: in gloria æterna abundat lac claræ intelligentiæ, & visionis, & mel supernæ fruitionis, quæ agẽda præcipiant vel moueant quo ad sensum moralẽ q dr tropologicus, quasi sermo per tropũ symbolicæ similitudinis, vnde per quãdã similitudinẽ illi, qui verba sacræ scripturæ aliter interpretantur, quam Spiritus sanctus efflagitat, dicuntur pseudo prophetæ, sicut.n. vt dicitur 1. Petri 1. Non humana voluntate sed spiritusancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines, veri pphetæ. Sic mali homines, qui diabolico, & mendace spiritus veritatẽ vertunt in mendacium secundum tropologiam Pseudo pphetæ intelligũtur, de quibus Mat. 24. dominus ait. Surget Pseudo prophetæ: †Pseudo.n. grece dr falsus est decipiẽs: vñ Pseudo propheta est falsus, vanus, & decipiens Propheta, quia falsificat legis, & Prophetarum, ac euangelicam veritatem ad hominum deceptionem. Bene ergo dicit Pseudo prophetas debemus accipere, quia aliter. s. contrariæ scripturarum, &c. [diuinos]. Quarta pars [in tertia futurorum] .i. incerta futura, intransitiue. Hug. contra tales. Esa. 41. Annũtiate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos. [Absque diuinatorũ] hoc ideo dicit, quia sunt quędã futura, quæ de authoritate sacræ scripturæ dicere, imo tenemur ea docere, vt est aduentus Antichristi, dies Iudicij. Signa circa Diem iudicij, & resurrectio mortuorum & huiusmodi [vnam]. Quinta pars, hoc sumptum est ex Hieremia. Hiere. 31. vbi dicitur. In diebus illis non dicetur vltra patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorũ, stupuerunt, qui ex peruersa magistrorũ doctrina fiunt discipuli impietatis, horum quippe doctrina est, vna amarissima, de qua Deut. 33. vua eorum vua fellis, botrus amarissimus, vt rei veritas habet. i. in talibus, quæ sunt fidei, quia in alijs parum refert fallere, vel falli vt 16. q. 1. si cupis.

Diuisio. | Sicera. Sicera quid dicatur, vide pulchra vinũ Hieron. in epistol. ad Nepotianũ. | August.

1 Sicera inebriantur (margin)
2 Scriptura sacra (margin)
3 Pseudo propheta (margin)

1 *Corbona erat locus, vel vas vbi ponebantur oblata in templo.*
2 *Strena, quid dicatur.*
3 *Saturnalia, quid dicatur.*
4 *Mineruale, quid dicatur.*
5 *Filios spirituales tenetur quis corrigere, alias punitur*



Legant Episcopi. Sequitur quintũ capitulum adidẽ Et est eiusdẽ beati Hieronymi in epistola ad Ephe. in quo reprehendit Episcopos, & Sacerdotes, qui filios suos de bonis ecclesiæ instru faciũt in poetarum turpibus libris, & scripturis. Et potest diuidi in duas partes. In prima parte reprehẽdit sicut dictum est, Episcopos, & sacedotes, q filios suos legere facere ad voluptatem eorum scientias seculares, & maxime turpia, & obscena carmina. Et ad talia addiscenda ferunt eis bona ecclesiæ. cum graui læsione Ecclesiæ. In secunda iustificat reprehensionem suam exemplo Hely. secunda ibi, Hel. Hic nihil disputandum occurrit. Lege. ¶[Legãt Episcopi]. id quod habetur in fine. c. de Hely sacerdote qui quia filios non correxit ex bonis moribus. nec eos docuit: de sella supinus cadens mortuus est. Hæc debent legere, vt discant, quæ honesta. & bona sunt docere filios suos. [Vel legant] hęc continentur in epistola Pauli. Loquitur.n. Hieronymus hoc super illum locum epistolæ ad Ephe. fornicatio, & omnis immundicia, aut auaritia, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurilitas, quæ ad rem non pertinet, non nominetur in vobis, sicut decet sanctos, sed magis gratiarum actiones præcipiuntur. [Hæc episcopi, & presbyteri legere] vt discant, quæ debeant filios suos docere. s. honesta, non turpia, aut scurrilia. Quædam non continentur hic quæ pertinent ad scurrilitatem, & turpitudinẽ Hug. [Comædia] dic, vt supra e. c. 2. [De ecclesiasticis] non remouet, quin possint viuere de bonis ecclesiæ si indigeant, vt supra d. 31. omnino, sed remouet superfluitatem, & expensam in rebus inutilibus, siue indigeant, siue non. Et est argumentum contra illos, qui res Ecclesiæ ad superfluitatem conferunt consanguineis, cum talia non debeant conferre eis, nisi ad subleuandum inopiam, vt d. 86. non satis, & 12. q. 2. qs quis Hug. [forsan]. i. in veritate. Arch. [In corbonam]† locus erat, vel vas vbi ponebantur oblata in templo de quo Mat. 27. Non licet eam (. s. pecuniam, quã receperat proditor Iudas,) in corbonam mittere. Construe sic. [Grammaticus, & orator] scilicet filius Episcopi, vel presbyteri addiscendentis Grammaticam, & Rethoricam [cõuertit hoc]. quod virgo vel vidua, vel quilibet pauper forte effundens totam, suam substantiam obtulerat pro peccato in corbonam, cõuertit [dico in calendarum strenam, & saturnalium sportulam mineruale munus, aut in sumptus domesticos, aut in pli stipes, aut sordidum lucrum] Hug. verba ista sic expone
2 †strena dicitur donum, quod in principio diei, vel mensis, vel anni daĩ alicui pro augurio bonæ fortunæ, vt 26. q. 7.
3 non obseruetis. Hug. †saturnalia possunt dici fabulæ saturni sportula: ergo saturnalium dicitur, quæ dabatur, vel
4 expẽdebatur pro fabulis Saturni celebrandis. Hu. †Mineruale munus dicitur pretium, quod dabatur, vel expẽdebatur pro fabulis Mineruæ dicendis, vel pro eis festis, siue ludis celebrandis, stipes templi dicuntur expensæ, quas ipsi faciebant ædificando domos proprias, quas magnas, & altas faciebant ad modum templorum. Et ideo dicit stipes, i. in ædificatione proprię domus, quam propter magnitudinem vocat templum. Hug. Nota, q totum istud inducit Hieronymus ad maiorem exprobationem ministrorum ecclesiæ, qui in uanos vsus, & damnatas disciplinas oblata per pauperes, suos alumnos nutriunt, & expendunt quib. deberent viduæ: & Christi pauperes sustentari [Hely] Secũda pars. Hic senex duo filios habuit pessimos, Ophni, & phinees, quia vero sacerdos Dei illos à suis malis non correxit, punitus est, quia cadens de sella supinus, in terijt, sicut legitur primo Regum secundo & quarto, vel [sanctus] opinione hominum vel quo ad alia nõ in hoc, quia in hoc peccauit mortaliter. [non erudiuit] id est neglexit erudire: talis negligentia infert mortem, vt hic repellit à testimonio, vt 6. q. 1. qui crimen. Repellit etiã ab Episcopatu, talis .n. non debet eligi in Episcopum, vt d. 47. §. necesse. 8. q. 1. illud. Auertur etiam nomen Episcopi, & meretur nomen canis, vt 2. quæstion. 7. qui nec. Et nota, quod sicut tenetur quis

Diuisio. | Expone literam.

quis corrigere filios carnales alias punitur, similiter & filios spirituales, id est subditos, vt vigesimotertio quæstione. 5. rex debet. Hugo.



Omnem vim. Hoc ca. licet dicatur palea ab aliquibus, exponemus tamen illud. Accipitur enim hoc c. ex responsalibus Vrbani, vel Adriani papæ. c. 49. In quo ad explanationem sciétiarum secularium inducit, quod hæretici maxime studium suum conuertunt ad Dialecticam ad impugnandum fidei veritaté & non ad construendum. Hæretici enim, quia plus studét ad destruendum fidei veritatem, & non ad construendum, idcirco, &c. Lege. ¶ [Omnem vim] id est ad inuentionum sua rum siue opinionum conuertunt ad Dialecticam, vt contendant litigiosis sermonibus, & verbis contra Apostolum, qui dicit. 2. ad Ti. 2. Noli verbis contendere: Et ad Ti. 3. Apostolus ait. Stultas quæstiones, & cótentiones, & pugnas deuitá; Vtuntur ergo dialectica, quia illa dicitur habere vim magis destruendi, quam construendi, sed non in dialectica placuit deo saluum facere populum suum. 1. ad Corin. 1. Nóne stultam fecit deus sapientiam huius mundi, id est, demonstrauit esse stultam, dum illi, qui in hac sapientia pollebant tam stulti inuenti sunt, vt viam salutis non acciperent. Hier. 10. Stultus est omnis homo à scientia sua. [placuit deo]. per stultitiam prædicationis, id est per prædicationem, quam mundana sapientia stultitiá reputat, saluos facere credentes, regnú enim in simplicitate fidei, est vnde prima ad Cori. 4. ait Apostolus. Regnum dei id est, causa regni dei, nó est in sermone, sed in virtute glo. non sermo humanæ sapientiæ, sed virtus est causa regni, s. fidei, & operis. Ipsa enim fides fundamentú est omnium bonorum regni. ad Hebre. 11. Fides est substantia rerum sperandarum [non in sermone contentionis] imo Apostolus contentiones reprobat, vnde ad Rom. 2. His autem, qui ex contentione, & qui non acquiescunt veritati. s. fidei, credunt autem iniquitate. Ira, & indignatio, tribulatio, angustia, & omnem animam hominis operantis malum. secunda ad Tim. 2. Noli verbis contendere. Ad nihilum enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium. gl. quia contentio nihil potest, nisi subuertere audientes. Dum verbosus par vel superior videtur catholico.

Exponit literam

1 *Hieronymus, quare fuerit correptus ab angelo.*
2 *Ciniphes, quæ animalia dicantur, & quid significent.*



Legimus. Sequitur. 7. cap. ad idem proposi tum in quo tribus exemplis probat quod clericis non sit licitum erudiri in scientiis secularibus: secundum quæ exempla potest diuidi hoc c. in tres partes. Secunda ibi, hinc etiam ille filius. Tertia ibi, hinc etiam Origines. Quartum exéplum est de Hier. qui legitur ab angelo correptus eo ꝙ lib. Ciceronis legebat, & eo, quod vir Christianus figmen
1 tis poetarum insisteret. † Nota tamé hic, quod Hieronimus non fuit correptus eo, quod libri illi non sint legendi ad eruditionem, cum sint pleni moralitate, sed, quia cum esset sufficienter instructus, nulla necessitate legebat, sed magis delectationis gratia. Præterea correptus, qa magis proficere poterat in sacra scriptura, à qua impediebatur propter illos libros. Hu. [Hinc etiam] Secunda pars. Secundum exemplú est de filio ꝓdigo, cui ille, qui poeticis, & inani philosophię totum studium impendunt merito comparantur, quia hi, sicut ille totam substantiam vitæ suæ cósumunt in luxurijs spiritualis fornicationis, quia in erroribus, & falsa doctrina, & cupiunt de siliquis porcorum saturari, de quo legitur Lu. 16. Super quo dicit Hieronymus, siliquæ demonum cibus, sunt carmina poetarum secularium sapientiæ Rhetoricorú, pópa verború. Hæc sua suauitate omnes delectant, & dum aures versus dulci modulatione currentibus animamque penetrant, & pectoris interna deiiciút, verum vbi cum summo studio fuerint, ac labore perlecta, nihil nisi inanem sonú & sermonum strepitum suis lectoribus tribuunt, nulla, ibi saturitas virtutis, nulla ibi iustitiæ refectio reperitur, studiosi eorum in fame veri, & virtutum penuria perseuerát. Et Augustinus de quæstionibus euangelii, vbi supra dicitur. Siliquæ igitur, quibus porcos pascebat, seculares, Doctrinæ sunt steriles, verba vanitatis personantes. Et Ambrosius sili quæ cibus intus inanis. foris mollis, quo corpus nó reficitur sed impletur, vt sit magis oneri, quam vsui, qualis est sermo num iactantia, quæ nihil prodesse potest. Nam quadá philosophiæ seductione, quodamque sonoro facundiæ plausu pópam magis, quam vtilitatem aliquam demonstrat, sed hæc diuturna delectamenta esse non possunt. [Hinc etiam Origines] Tertia pars. Ipse enim Origenes homil. 4 super Exod. dicit sic. Per secundam vero plagam, in qua ranæ producuntur iudicari figuraliter arbitror carmina poetarum, qui inani quadam, & inflata modulatione, velut ranarum sonis, & cantibus mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim aliud vtile est nisi ad id quod solum vocis impro-
2 bus, & importunus clamor reddit. † post hoc ciniphes producuntur, hoc .n. aíal penis quidem suspenditur, per aera volat, sed ita subtile est minutum, vt oculi visum, nisi acute cernétis effugiat. Corpus, cui insederit acerbissimo crebrit stimulo: ita vt quomodo volantem videre quis non valet, sentiat stimulátem, hoc ergo animal genus dignissime puto arti Dialecticæ comparari, quæ in minutis, & subtilibus verborum stimulis animas terebrat, vt deceptus, nec videat nec intelligat; vnde decipitur, hæc Origen. Ex quibus omni. concludit Gratianus pro parte prima quæstionis, videlicet, quod ab ecclesiasticis non est quærenda. s. principaliter, tamé bene in obsequium, & ministerium diuinæ sapientiæ, sicut supra diximus, prout. s. diuina sapientia in suum obsequium vtitur scientiis secularibus ad fidelium, & ecclesiæ ædificationem, vnde de diuina sapientia dicitur Prouerbiorum. 9. Misit Ancillas, id est, humanas scientias, vt vocaret ad arcem & menia ciuitatis Ecclesiæ.

Diuisio. Hierony. 1 Augu. Ambro.

1 *Scripturæ gentilium, quare sint legendæ.*

Sed contra. In hoc §. incipit secunda pars huius distinctionis, in qua Gratianus ꝓ alia parte quæstionis, videlicet, quod clerici possint, imo debeát esse secularibus scientiis eruditi. Inducit multa exempla, & rationes. Et potest diuidi in sex partes secundum sex motiua, quæ inducit. Secunda ibi. Legitur etiam. Tertia ibi. In Leuitico. Quarta ibi. Magi quoq;. Quinta ibi Denique. Sexta ibi. In Daniele, & Salomone. Primum exemplum capitur à Moyse, & Daniele. Nam de Moyse legitur, quod fuit peritus in omni sapientia Aegyptiorum. act. septimo. De Daniele dicitur. Dan. primo, quod dominus dedit sibi, & sociis suis sciétiam, & disciplinam in omni libro, & in omni sapientia, & super omnes sapientes, qui erant in regno suo. s. Caldeorum. Ex isto arguitur sic. Si sancti viri commendantur de peritia, secularium scientiarum, ergo licitum erit clericis in illis erudiri. [Legitur etiam] secúdum exemplum [præcepit] scilicet Exod. tertia postulabit mulier a vicina sua, & hospita vasa, aurea, & argentea, & vestes & similiter Exod. 11. & 12. [moraliter] id est secundum sensum moralem ponit Augustini. secúdo de doctrina Christiana capitulo 40. distinctione philosophi qui vocantur, si qua vna; & fidei nostræ accommoda dixerunt non solum formidanda non sunt sed ab eis: tanquam ab iniustis possessoribus in vsum nostrum vendicáda. Sicut enim Aegyptii non tátum idola & onera grauia habebant; sed etiam vasa aurea; & argentea & vestes; quę ille populus exiens de ægypto sibi potuit; tanquam ad vsum meliorem clanculo vendicare nó autoritate propria; sed præcepto diuino: ipsis egyptiis ignoráter accommodátibus: ea quibus non bene vtebantur; sic doctrinæ omnes gentilium; non solú simulacra: & superstitiosa figmenta; & sarcinas grauis laboris habent: quæ vitanda sunt: sed & liberales disciplinas vsui veritates aptiores; & quædam morú præcepta vtilissima cótinent tanquam aurum; & argentum; &c. Ex quo figuraliter colligitur manifeste, quod licitum sit erudiri in scientiis secularibus. [In Leuitic.] Tertium exemplum Leuitici secundo. Sic Dicitur omnis oblatio; quæ offertur domino; absque figmento fiet; nec quicquam fermenti & mellis offerentis: ac munera; scilicet sacerdoti; super altare vero non imponentur in odorem suauitatis. Super quo in principio. Leuit. dicit Magister historiarum. Mel autem. & fermentum nunquam offerebant in sacrificio Domino; tantum primitię eorum temporibus suis offerebant sacerdoti: sed nihil ex his super altare ponebatur [Dulcedo] dulcedinem Rhetoricæ eloquentiæ designat; quæ dedicanda est; & referenda ad cultum diuinæ reuerentiæ; & catholicæ veritatis. [Magi]. Quartum exemplum. Magi sic, non à magicis artibus; quas res publica damnat; secundum Augustinum decima de ciuitate dei capitulo nono. & secundo de doctrina christiana. c. vigesimoprim: Sed dicti sunt Magi ab amore sapientię [prophetæ] Balaam; qui prophetans dixerat.

Diuisio. Primú exéplum. Secúdú exéplum. Augustin. Tertiú exéplum.

Orietur stella ex iacob. &c. cuius amore illam veram sapientiam, quæ est Christus, perquirunt dicentes. Vbi est, qui natus est Rex Iudæorum. [tres partes prophetiæ] prima pars autem dignior est Metaphysica, & Naturalis cum his, quæ tractant de cœlo, & mundo, ac partibus eorum, quæ est realis. i. de rebus speculatiuis, quæ tanquam nobilior per aurum significatur. Secunda est sermocinalis comprehendens Grammaticam, Dialecticam, & Rhetoricam, quæ ratione ornatus & facundiæ per thus intelligitur, quod orationum odorem designat. Apo. 8. Data sunt ei incensa multa de orationibus sanctorum. Tertia vero pars est Moralis. quæ mores ornat, ac passiones sensibilitatis mortificare, & rōni subiicere docet, vt merito per myrrham, quæ vermes mortificat, intelligatur. [Denique, vt in expositione] Quinta pars, [à diuinis scripturis] forma enim iudiciorum, tam criminalium, quam ciuilium à lege Mosaica sumpsit exordium, vt distinctio. 7. §. Moyses Ex quo colligitur argumentum † quod legēdæ sint
1 scripturæ gentilium, eo quod habuerunt exordium à sacra
a scripturaᵃ. [Hinc etiam Ambrosius] confirmat autoritate Ambr. id q̄ dixerat de amplitudine sacræ scripturæ, [oīs rō] .i. cā, & origo. Hu. [supnæ vel terrenæ] naturæ Hu. [in eo] & ab eo est Ecclesiasti. primo. Omnis sapientia à domino Deo est. & cum illo fuit semper, & est ante æuum. [caput] ad Colossen. 2. caput, omnis principatus, & actor, ipse enim creauit celum, & terram. Gen. prim. id est angelicam creaturā, & corporalem [nihil vltra quærat] quoniam vt habetur Sapien. 15. nosse deum est consummatam iustitia, & Hieronymus. In hoc glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me, quia ego sum dominus, vnde Apostolus. 1. ad Cori. 2. inquit. Non enim iudicaui me scire aliquod inter vos, nisi Iesum Christum, & hūc crucifixū. [in Daniele] Inducit huius, quod dicit clarissimum argumentū, videlicet, quod omnis sapientia à Deo sit in Daniele, cui Dominus dedit sapientiam super omnes Sapiētes regis Chaldeorum. Daniel. primo. [Et in Salomone] cui Deus dedit tantum sapientiam omnium orientalem, & Aegyptiorum, omnibus hominibus sapientior, & de omnibus disputauit. 3. Regum. 4. vnde in his patet, quod Deus est actor omnium eloquiorum, seu eloquentiæ, & omnis scientiæ [quod infideles non putant, &c. quæ despecta sunt] à catholicis respectu eorum, quæ habentur in sacra scriptura, vnde subditur [quia nihil valeret, &c. sed mittunt in errorem] .i. occasio sunt mittendi in errorem. Non enim scientia artium, siue ipsæ artes, cum pertineant ad perfectionem intellectus, sed homines abutentes artibus, ita mente captiuantur, vt in errorem mittantur, dum volentes tantummodo se qui cursum naturæ. Alio etiam modo dicuntur artes mittere in errorē, quia, dum hoīes illis intendunt, quæ dei sunt nō curant, vnde subditur. [Et dum his student thesaurum sapientiæ, Colossen. 2. [in ipso] scilicet christo, omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ. Dei sunt absconditi.

aᵃ A sacra An a[il]talium librorū, & aliorū habēda sit copia, vide. Old. cons. 84. & Cardi in cle 1. 17. not' de magister.

1 *Vtile non vitiatur per inutile.*
2 *Argumentum ab exemplis, quod sit validum*
3 *Arguere ab autoritatibus poetarum est licitum.*



Turbat acumen. Cōsequenter inducens Gratianus autoritates multorum sanctorum patrum pro alia parte quæstionis ostēdens manifesto, q̄ licitum sit clericis scientiis secularibus erudiri. Incipit ab ista Bedæ in libro Regum, quare ponitur in hoc. c. quod potest diuidi in duas partes. In prima parte ponit quod clerici non sunt prohibendi omnino legere libros seculares, imo quod liceat eis illos legere, vt inde quæ vtilia sunt, sibi assumant. Secundo hoc ostendit exēplotam veteris, quā noui testamenti. Secunda ibi: Alioqui Moyses. Lege. ¶ [Turbat acumen] id est subtilitatem intelligentiæ, inquantum doctrina philosophorum adminiculatur, & adiuuat intelligere secreta diuinæ sapientiæ, cui humanæ scientiæ ancillantur. Prouerbiorum. 9. sicut supra dictū est, vnde bene consequenter dicitur [& deficere cogitur, qui eos à legendis secularibus libris omni modo, &c.] quia aliquo modo, non videlicet ad delectationem [sua] id est propria. Argu. † quod vtile non vitiatur per inutile. j. eo. si quid
1 &c. 17. q. 4. quæsti. & de consecra. distinct. 4. si non sanctificat
2 Argumen. † quod argumentandum est ab exemplis, & quod in dubiis etiam sit recurrendum ad exempla, & ad secūdum ea iudicandum, de regulis iur. in causis, eo enim ipso licitum censetur, quod à viro sancto factum esse ostenditur. Argu.

Diuisio.


Exponit literam.

j. e. qui de mēsā. &. 1. q. 1. dominus declarauit. Hu. [Moyses] qui fuit eruditus in omni scientia Aegyptiorū, vt habetur. Act. 7. [Daniel] qui fuit super omnes de regno Caldeorum; intellexit Daniel[& non indidisset Magister gētium aliquos versus poetarum suis scriptis] vnde in epistola ad Titum inducit Epimenidem Cretensem dicentem de Cretensibus. Cretenses semper mendaces, male bestiæ, & ventres pigri & in c. 15. ad Corin. interseruit illud Terentii. Corrumpunt bonos mores colloquia praua, & act. 17. inducit illud. In quo viuimus, mouemur, & sumus, sicut quidam poetarum ve-
3 strorum dixit, ipsius enim genus sumus Ar. † quod licitum, est arguere ab autoritatibus poetarum, ad hoc de consti. cū omnes, & de verbo. signi. forus.

Epimēides Cretensis Ara i poete dictum.

Cur ergo. Iste. §. est Gratiani, in quo soluit contrarietatem in præmissis. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit solutionem contrarietatis. Secūdo confirmat autoritate beati Gregorii. Secunda ibi. Vnde beatus. Circa primum optime soluit. Nam illi, qui ita legunt vt finale, aut principale studium conuertūt ad scientias seculares, & figmenta poetarum, quasi eis fruendo, & delectādo male, & reprehensibiliter agunt. Si autem, vt errores eliciat earum, & quæ in eis vera, & vtilia reperirent, conuertant ad vsum scripturæ sacræ, & eruditionem fidelium, tales laudabiliter seculares literas addiscunt, & legunt. [vnde beatus Gregorius], secunda pars.

Diuisio



Legimus. Consequenter magister Gratianus in cōfirmatione solutionis, datæ ad præmissam cōtrarietatem inducit beatū Ambrosiū super Lucam scribentē quod diuersis respectibus, siue finibus aliqua legūtur, & potest legi hoc c. tripliciter. Vno modo de diuersis libris, siue literis: sic legimus aliqua, ne negligantur, scilicet scientias seculares. quia si talia legere neglexerimus diuinam scripturam recte discere, & intelligere non poterimus, quia ad eam intelligendam multum valent. j. eod. in ca. de quibusdam. [Legimus, ne ignoremus] sicut theologiam. [Legimus aliqua, vt repudiemus] sicut scripta hæreticorū. ¶ Vel secundo sic: de quibusdam scriptis legimus aliqua; vt, si sunt ibi aliqua vtilia, ne negligantur aliqua. Si sint aliqua vera, ne ignoremus aliqua, si sunt ibi aliqua falsa, & hæretica, vt repudiemus. ¶ Tertio possunt ista exponi de scientiis secularibus; & tunc secularibus, & tunc secundum Hug assignatur triplex ratio quare legātur. Primo. s. ne negligantur. Non enim negligendæ sunt, quia valent ad doctrinam diuinarum scripturarum vt. j. c. de quibusdam. Secundo, ne ignoremus, si enim ignoraremus illa, de illis tanquam de ignotis iudicare non valeremus, & ita ea conuincere, vel improbare non possemus, vt infra eodem qui de mensa. Tertio, vt repudiemus quæ ibi sunt inutilia, & falsa. vt infra eod. qui de mensa. relatum.

Secōdus modus.

Terti' modus.

Si quis grammaticam. Inducit hoc ca. quod est Hieronymi, magister Gratianus ad propositum suum. Et potest diuidi in duas partes. In prima parte approbat, quod quis Grammaticam, & logicam nouerit. In secunda dicit quod scientiæ quadriuiales non sunt scientiæ pietatis. Secunda ibi. Geometria. Leg. ¶ [Grammaticam artem] licet autē ars sit recta ratio factibilium, vt dicit philosophus. 6. ethicorum. extenditur tamen ad Grammaticam, quæ est habitus rationis, dirigens ad congrauitatem loquutionis. Dialectica etiam dicit artem, quæ est habitus rationis discernens inter verum, & falsum, vnde Augustinus. 8. de ciuitate Dei. c. 7. dicit. Logica rationalis vocatur, quæ per rationis disceptationem, & solicitam inquisitionem discernit verum à falso [nō improbamus, nec improbari debet Geometria] Secūda pars, Geometria quæ est de mensuris, & figuris, circulis, triangulis, & aliis: considerat Arithmetica de numeris, & musica de modulatione cantus, iuxta sua principia, & conclusiones recte deductas [habeant in sua materia veritatem] quia omnis scientia est de vero, vt dicit philosophus primo posteriorum, prædictæ tamen scientiæ non, dicuntur scientiæ pietatis, quia nihil dicunt de. Deo colendo, cuius cultus pietas est, vt dicit Augustinus in Enchi. capitulo. 2. Sed scriptura sacra, quæ continetur in lege, & Prophetis, in euangelio, & Apostolorum doctrina est scientia pietatis, quæ ait Deut. 7. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. [scientia pietatis] hoc sumptum est ab Apostolo primo ad Tim. 6. vbi

Diuisio.

Exponit literam.

Aug.

Ti. 6. vbi dicit, quod non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, qui secundum pietatem, est doctrinæ superbus, & nihil sciens, & Ti. 1. secundū agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatē in spe vitæ æternæ. [Grammaticorum autem & etiam dialecticorū doctrina in meliores vsus assumpta] id est cum ad veritatem fidei cognoscendam ordinatur.

1 *Mathesis, quid dicatur.*

2 *Literæ seculares non debent adduci ad confirmationem sacræ scripturæ, nisi cogat necessitas.*



QVi de mensa. Ad idem sequitur capi. hoc vbi exemplo Danielis, & sociorum eius, ac Moysi ostenditur nō esse illicitum secularibus scientijs erudiri. Et potest diuidi in duas partes. In prima facit, qđ dictum est. In secunda, quid mouere debeat doctorem in disputatione, aut prædicatione sacræ scripturæ cōmemorat aliqua de scientiis secularibus philosophorū, aut poetarum. secunda ibi; si quando igitur cogimur. ¶ Circa primam partem dicit, si non est licitum erudiri literis secularibus, Daniel, & socij eius, quum sint de mensa regis, nolunt comedere, ne polluantur, ita si sapientiam, atq; doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatū nunquam acquiescerent discere, quod non licebat, ergo, &c. Videtur quod erudiri in literis secularibus sit licitū, vt aliquid eo ipso præsumitur bonum esse, quod à sancto viro sit factum. ar. 7. q. 1. omnis. & 24. q. 1. cum Beatissimus. [discūt autem] Assignat causam, propter quam assignat literas seculares, non. s. vt sequantur, sed vt iudicent, ac communicent, quod facere non possent, nisi addiscerent, quod ostendit, cum ait [quomodo] i. sicut. Laur. si quis Matheseon]. i. illius scientiæ Mathematicæ.

Diuisio. — Exponit literam; — Versus.

1 † Nota quod Mathesis media correpta est scientia quadruuij media producta, & sine aspiratione dicitur scientia diuinandi, vnde Matematicus. i. diuinator, vnde dicitur, Sire facit Mathesis, sed diuinare matesis. [Risui]. i. derisioni, & confusioni. [Et idem, si aduersus philosophos, &c. discunt] s. Daniel, & socii eius [Moyses didicerat.] Act. 7. [Si quādo] Secunda pars. [si quando cogimur]. s. in scribendo, disputādo, vel prædicando non necessariæ est voluntatis, ar. † quod li-
2 teræ seculares non debent adduci ad confirmationem sacræ scripturæ, nisi cogat necessitas.

2 *Episcopus non tenetur prouidere illi, quem ordinauit, si habeat patrimonium.*

3 *Licentia Episcopi eundi ad studium quid operetur.*

4 *Studentes in iure canonico de iure communi debent percipere fructus beneficiorum, dummodo non obstet consuetudo, vel statutum ecclesiæ.*

5 *Artes liberales, quare dicantur.*



DE quibusdam. Cōsequenter inducitur hoc c. q̄ est ex synodo Eugenij, quod pro tanto ad propositum Gratiani facit, quia cum in eadē synodo statutum sit, vt magistri, & doctores constituantur ab Episcopis in plebibus eis subiectis, qui studia liberalium artium assidue doceant, manifeste sequitur, quod licitum sit clericis in scientiis secularibus erudiri. Et potest diuidi in duas partes. [In prima ponit, quod oīs cura habenda sit, vt magistri, & doctores studiorum artium constituantur. In secunda assignat rationem ibi, cum ait. Quia in his. Circa primam partem est sciendum, q̄ primitus hoc ab Eugenio emanauit statutum, postea ab Alexandro papa in concilio Lateranensi, vt habetur extra de magistris cap. quia nonnullis, editum est, quod singulæ ecclesiæ cathedrales tenerent singulos magistros liberalium artium saltē Grāmaticæ, qui ecclesiarum clericos, & alios scholares pauperes gratis instruerent, donec aliquod beneficium Magistro cuilibet præberetur. Adiecit etiam in sua constitutione dominus Innocentius. 3. quod non hoc fieret in ecclesiis cathedralibus tantum, sed etiam in alijs, quarum facultates possent sufficere. Item Metropolitana ecclesia nihilominus doctores habeat, qui sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat, & in aliis præsertim informet, quæ ad curam animarū spectare noscuntur. Nota etiā, quod à prælatis, & capitulis ad theologiæ studium destinari debēt aliqui habiles, qui alios postmodum valeant erudire, quibus, si proprii prouentus etiam non sufficerent, prædicti prælati necessaria ministrabūt. Docentes vero in theologica facultate, dum in scholis studuerint, studentes in ipsa integre, per annos quinq; recipiunt de licentia sedis Apostolicæ prouentus prebendarum, & beneficiorum suorum, non obstante aliqua consuetudine contraria, vel statuto. Pro pleniori intelligentia huius capitulo, & eorum, quæ tanguntur in gloss. veniunt quatuor disputanda.

Diuisio

4 ¶ Primum est vtrum studentes in scholis existētes possint, percipere fructus præbendarum suarum.

5 ¶ Secundum est, vtrum Magister in scholis legens possit ponere collectam scholaribus.

6 ¶ Tertiū est vtrum Episcopus, qui non vult dare licentiam eundi ad scholas, nisi data sibi pecunia committat in hoc simoniam.

7 ¶ Quartum est, vtrum Episcopus dans alicui licentiam eundi ad scholas, nolens tamen dare licentiam ibi habendi præbendam suam nisi dato pretio, sit in hoc simoniacus.

Ad primum. Respondetur sic iuxta Hug. & Arc. aut Ioannem de Fantuciis. † Aut ec-
1 clesia non est sufficiens in reditibus, ita vt sufficiat in remanentibus in ecclesia pro eius seruitio, & euntibus ad scholas tunc est conclusio. Quod scholares nihil debent habere, nec partem tantum in scholis, patet conclusio, cum reditus principaliter ordinati sint pro seruitio ecclesiæ. Pro hac conclusione facit, quod notat glo. de cleri. ægrotan. c. 3. vnde in tali casu secundum regulam Apostoli. 12. q. 1. Aut ecclesia est sufficiens ad dandum remanentibus in ecclesia, & scholaribus in scholis, tunc aut tales studentes sunt in patrimonio, ita vt de suo possunt sibi sufficienter prouidere. Et in tali casu est conclusio. Quod tales non percipient fructus præbendarū in scholis: patet conclusio, quia cum à se satis habeant, dando eis, nihil aliud est, quam perdere, vt. 1. q. 2. pastor. & c. Cleri-
2 cos, &. 12. q. 1. illi, vnde † Episcopus non tenetur prouidere illi, quē ordinauit si habeat patrimonium, extra de prebē. Episcopus. Aut studentes non sunt diuites, ita, vt sibi possint prouidere, tunc aut student in theologia, & in tali est conclusio quod habere debent, patet conclusio extra de præben. licet. Aut student alia facultate, & tunc aut sunt in studio sine licētia Episcopi sui, & in tali casu est conclusio, quod non debēt percipere fructus, patet conclusio à contrario sensu. extra de cleri. non residen. tuæ. Aut sunt de licentia Episcopi, & in tali casu. est conclusio, quod fructus percipient, patet conclusio, quia ex quo potest licentiare clericum, vt vadat ad studium, de cleri. non resi. c. relatum, videtur, quo ad hoc, quod licentia sua non sit frustratoria, quod omnia, possit quę pertinēt ad hunc articulum. s. vt possit esse in studio. ar. extra de offi. dele. c. præterea, in fi. & c. prudentia. §. vlti. explorari. Et nisi ita dicatur, in vanum permittitur Epis, quod illā possint licentiam impertiri. Arch. Sed ar. contra de cleri. non resi. ca. tua: vbi videtur dispensatio necessaria super fructibus percipiendis, extra de magistris c. super specula. per quam decretalem sumpto argumento à contrario sensu, dicebat Hosti. existentem in scholis non debere de iure communi percipere præbendam in aliis sciētiis, quam in theologia, & hoc no. in summa eo. ti. §. vlti. Sed dicit Archid. non recedo ab eo, q̄ dixi supra, videlicet, quod Episcopus possit dare alicui licētiam standi in studio, & quod percipiat fructus præbendæ, suæ. Ad primam ergo dicendum, quod nō obstat, quia ibi factum recitatur, quia sic ibi accidit de facto, vt dicit Archid. Ad secundum respondetur secundum eundem, quod etiam non obstat, quoniam, ibi dicitur in illa decretali de licentia. Sedis apostolicæ subaudiendum est maxime, quod illud posset Episcopus, vt dictū est. Verum vt hic recitat Io. de Fātu. & Io. And. in dicto c. tua & glo. in c. cum de diuersis, de priuileg. lib. 6. tenet contrarium, videlicet, quod ex sola datione licētiæ, vt vadat ad studiū, non pōt percipere fructus bñficij, nisi studium habeat priuilegium, vt studentes percipiant fructus, vel nisi à Iudi. disponat consuetudo, vel statutū: & hoc mouet Io. And. in dicto c. tuo. vbi exprimitur etiam de fru-
3 ctibus. † Et si dicatur, quid operaē talis licentia. Respōdet Io. And. quod operatur, quod non poterit priuari beneficio propter non residentiam. Quod alias fieri potuisset, vt patet de cleri. non residend. relatum. Sed, vt visum est Arch. est in oppositum, & aliqui qui sequuntur eum assignantes rationem, q̄ tales cum studendo seruiant vniuersali ecclesiæ, debēt pro præsentibus reputari: Ex quo sequitur, quod debent fructus percipere, ac si in suis beneficiis residerent. ar. de c. cum

Respōdet. — Prima cōclusio. — Secunda cōclusio. — Tertia cōclusio. — Quarta cōclusio. — Quinta cōclusio. — Opponit ī contrariū. — Respōdet. — Io. de Fan. — Ioan. And.

ex eo.& c.cum non deceat, de elec.li.6.& de cleri, nō residē. cum dilectus, vnde couludit, q. licet studētes in sacra pagina fructus beneficiorum percipere debeant integre quibuscunque constitutionibus in contrarium editis vel statutis non obstantibus, vt in.c.super specula. De magistris † studentibus etiam in iure canonico de iure communi debent fru-
4 ctus beneficiorum percipere, dummodo non obstet consuetud. vel statutum contrarium ecclesiæ, & hæc opinio magis rationabilis, videtur Ioan. de Fantuciis, & nobis etiam. Nam si absens in seruitium Episcopi percipit fructus, vt patet de cle.non residen.c.decreto.multo fortius debet recipere seruiens vniuersali ecclesiæ: cui seruit existens in studio, vt in in dicto capit.cum ex eo. Nam magis est priuilegiata vtilitas vniuersalis ecclesiæ, quam alterius specialis, vt de postu. prela.bonæ.

In de Fan.

Hostiensis. Respōdet.

5 **Ad secundam.** Quæstionem respondetur iuxta dominum Host.in summa.lib.5. Rubrica de Magistris sic distinguendo. † Aut loquimur de Magistro, cui est annexum beneficium, siue salarium, aut non. Si non tunc est conclusio. quod potest accipere collectam pro laboribus suis.ar.12.q.2.quicunq;.& c.ecclesiasticis.& cap.charitatem. Si sic, tunc aut beneficium, siue salariū publicum sufficit ei, vt nullam habeat indigentiam, & in tali casu est conclusio, quod tunc non debet aliquid exigere, patet, quia alias committeret simoniam, cū hoc speciale sit, & ex officio suo tenetur facere extra de simo. nemo.1.q.3. vendentes, & c.non solum. Sed tamen gratis, & sponte oblata potest suscipere.10.q.3.priscis. Concordat Ray. & Goff. ita notantes in rubrica de Magistris. Si autem non potest cōmode illo beneficio, aut salario sustētari, potest aliquid plus exigere.12.q.2.charitatem.vbi Host.videtur innuere, quod tunc non solum ab extraneis, sed etiā à clericis ecclesiæ possit exigere. Io.tn̄ hic in gl. nō debet tn̄ exigere à paupere, cū ipse pauperi debeat potius subuenire, sed & talis ex actio, q̄ fit in illo casu scholaribus diuitibus, vt ait Guil. nō debet esse actoria, vt quod si non soluent expellant eos de scholis, aut accipiant res eorum, sed potius inopiam suam exponēdo, & insinuando, quod libenter acciperet, si gratis darent, verum, quod postquam promiserint promissa, potest Magister exigere, hæc omnia secundum Host. intelligenda sunt de idoneo, & sufficienti viro ad regēdum, & docendum, quia alias si insufficiens sit, qui officiū docendi assumit, si sua non sufficiunt, non est ei ex debito prouidendum, sed sibi imputet quia suam imperitiam nō aduertit.ff. ad.l. Aquil.in actione. §.fi. Cōcordat Goff. Inn. Hos. vero sufficiens est Magister, & non habet prouisionem (vt dixi) etiam, si sit diues, potest à scholaribus licite recipere, quia non tenetur eis gratis seruire Nemo enim propriis sumptibus tenetur militare. extra de simo.cum sit.

Raymund. Goffre.

Goffre. Hostiensis

Respōdet

6 **Ad tertiam.** Quæstionem respondetur † quod iuxta hanc quęstionem sunt duæ opiniones Vna est Hug.& Lau. quod non sit Simonia, est tamē turpe lucrum.ar.1.q.3.non solum. Et idem sentit Raymundus quam sententiam tenet etiam Inno. extra de Magistris cap. 2. & Episcopus secundum Hug. peccat tamen mortaliter, cum pretio dat quod gratis dare debuit.ar.1.q.3.vendentes. &.11.q.3.qui recte, sed clericus non peccat dādo, sæpe enim contingit, quod non peccat dans, & accipiens, vt.1.q.2.quæsitum. Secunda opinio est dicentium quod sit simonia, quod sic probant. Ipsa scientia spiritualis est, & ex spirituali competit potestate; ergo est simonia, vt patet in eo, quod le.& no. extra de simo.tua nos & secundum Ho. pro his facit, extra de Magistris.ca.2. Quod gratis accepistis, gratis date, quod forte verum est, inquit Archid.

Raymund.

Hostien.

7 **Ad quartam.** Quæstionem respondetur † distinguendo iuxta Hugo. quia si de iure debebat clericus habere in scholis præbendæ suæ fructus, tunc ex parte Episcopi committitur Simonia, & non ex parte clerici.ar.1.q.2.quæsitum. Clericus enim non dat aliquid, nisi, vt redimat ius suum. Si vero de iure non debet eam habere in scholis, simonia committitur ex vtraq; parte. extra de simo.nemo. Hug.& Archid. Lege. ¶ [In subiectis plebibus] i.bapt smalibus Ecclesiis & Hug. [& in aliis locis] quia sunt quædam loca, quæ non indigent [literarum liberalium.] artes sunt.7 scilicet Grammatica. Logica, Rhethorica, Geometria. Musica, Arithmetica, & Astrologia. † & dicuntur libe-
8 rales triplici ratione. Primo, quia liberam mentem requirūt ad differentiam seruiliū & mechanicarum, in quibus artifices plus secundum corpora, quam secundum mentem occupantur. Secundo dicuntur liberales, quia licite, & absque seruitute peccati, & superstitione addiscuntur. Tertio quia ad ipsas addiscendas pueri liberorum, & nobilium ponebantur assidue.i. debito tempore siue horis competentibus. sic supra. distincti.31.sacerdotibus. [Quia in his] Secunda pars.i. per hęc studia, & dogmata maxime in moralibus declarantur mandata.

Respōdet.

Exponit literam.

1 *Inducere aliquid possumus pro nobis, quod non tenemur suscipere contra nos*

2 *Testes vel instrumenta possunt pro parte haberi, & pro parte non.*

3 *Demones confessi sunt christum venisse.*

4 *Authoritas prophetarum, quantum antecellat authoritatē Philosophorum.*



SI quid veri. Inducitur ad idem propositum hoc c. Augus. contra Faustum li.13. capitul.16. in quo vult dicere, quod libri gentilium vbi veritatem continent communicatur vanitas, & superstitio ipsorum gentilium, non autem eo, quod eorum dicta authentica sint. Ita vt eorum authoritate authoritates sacri canones fulciantur. vt dicit Aug. s.distin.9.c.ego solis. Hic nihil disputandum occurrit. Lege. ¶ [Sybilla] cuius versus inducit Aug. de Christi incarnatione, & natiuitate.18.de ciuitate dei.c.23.ad conuincendos Iudæos, & Gentiles, quod Christus dei filius verbum caro factum de virgine est natus, [vates.] sic Aug. in bene dictis eorum allegat Tullium, Platonem, Aristotelem, Varronem Virgilium, & cæteros multos, vt patet legenti lib. de ciuitate Dei, quia vt dicit August. secundo li. de doctrina christiana.ca.8. philosophi gentium, si quæ vera dixerunt. sunt ab eis, tanquam ab iniustis possessoribus nostro cultui assumenda [valet.] Ecce vnam vtilitatē Lecturæ librorum gentilium [ad vanitatem] qua pagani negant de Christo, quæ à prophetis dicta sunt, sed recte cōuincuntur ex suis codicibus, & dictis.arg. j.dist 45.qui syncera [non tamen ad istorum] paganorum.s. [authoritatem cōplectendam].i. vt eos in tanta authoritate suscipiamus, vt eis in aliis, aut in istis vera non credamus, quæ dixerunt, quia ipsi ita dixerūt, sicut de authoritatibus sacri canonis confitemur nullum eorum scribendo errasse. ut in.c.ego solis.s.dis.9. sed legimus eos tantum quia in aliquibus verum est, aut vtile
1 quod dicunt ar. † quod aliquid possumus inducere pro nobis quod non tenemur suscipere contra nos, vt.2.q.7. si hæreti-
2 cus. Hu.& est bonū argumētū, † q. testes, vel instrumēta possunt pro parte haberi & pro parte non. vt s.di.9.si ad sacras. & est sensus huius gl. s̄m Arc. q. si testis à te pductus cōtra me reprobatur, vbi fert testimonium pro me, accipiam, vbi contra, non. Hoc tantum intelligo verum dicit glo. vbi propter personam reprobatur, non si propter dicta, tunc enim, vel neutrum, vel vtrunque recipiet, quia inducens nesciebat, quid diceret testis in instrumento. Dic id, quod in primo casu secundum Lau. Arch. Sed contra videtur ex notatis in dicto.c.si ad sacras.& in.cap. fraternitatis, de hæred.& per Inno. vbi dicitur, quod si pronuntiatur contra personam notarij, quod sit falsarius, non creditur postea in aliis suis instrumentis. Et sic apparet, quod reprobatio personæ, quæ necessario non inficiat dicta, puta quia reprobo testem, quia est, tuus cōsanguineus, vel q est in crimine cōstitutus. Ita talis reprobatio necessario non infert dictū testis, licet ius repellat talem à testimonio, quia possibile est aliquem esse criminosum, & dicere verum, patet hoc in tex. de istis Gentilibus: & sic procedit ista gloss. vbi autem reprobatio fit ex causa, quæ habet inficere dictū testis, vt quia repellit, tanquā falsarius, tūc reprobatio personæ habet etiā inficere dicta ita, vt non possit approbari pro parte, & ita pcedūt dicta doctorū in capitulo fraternitatis. ita puto hanc gloss. esse intelligendam. Ioann. de Fantu. aliqua alia dicit Archidiacono. quæ, quia non videtur facere ad propositum dimittimus [Angelorū] Lucæ. 2. ait Angelus. Annuncio vobis gaudium magnum, quia natus est hodie vobis saluator mundi, & facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus canentium, & laudantium dominum [Demonium] † Demones confessi sunt Christum venisse. Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei. Cur venisti ante tēpus torquere nos. & Matt.8. Scio, quod sanctus Dei sis. Confessio angelorū ex deuotionis affectu, & debiti cultus

Exponit literam.

Augu.

Archid.

Io. de Fan.

ti cultus seruitute processit, sed confessio Demonum fuit coacta veritate, & maligna voluntate, vnde dicunt, venisti ante tps torquere nos. Quátum autem pręcellit confessio an
4 gelorum confessionem demonum † tantum antecellit Authoritas prophetarum authoritatem Philosophorum.

1 *Lex dei non est per humanas similitudines, nec humano ingenio metienda.*

2 *Testificari potest aliquis de his, quæ vidit in pueritia.*



Elatum. Consequenter inducit ad idē hoc c. quod est Clementis papę. d. quod inter omnia alia peritia seculariū scientiarum vtilis est ad intelligētiam sacræ scripturæ, & potest diuidi in tres partes hoc. c. In prima recitat quorūdam præsumptionē qui sacram scripturam non secundum traditionem patrum interpretabantur, sed secundum proprium sensum. In secūda dat regulam vt lex domini non secundum proprij ingenij virtutem, sed ex ipsis aliis scripturarū locis sit interpretā da. In tertia, ꝙ artes liberales aliquid etiam conferre possunt ad assertionem veri dogmatis. Secunda ibi. Et ideo diligenter obseruandum est. Tertia ibi; cum enim ex diuinis scripturis. Lege. ¶ [Aduersantur.] qui enim sacræ scripturæ aduersantur, auersi sunt à veritate, & non catholici, sed hæretici sunt, quia, vt dicit Augustinus. 4. de Trinitate. capi. 6. nemo contra scripturam catholicam sensit, vnde qui resistunt veritati, damnantur, sicut Ioannes & Mambres qui Moysi restiterunt, vnde Apostolus inducit secūda ad Tim. 3. [Non secundum traditionem patrum.] Isti transferūt ter minos patrum, vt, 24. q. 3. transferunt. Sed iuxta suū sensum, hoc summæ superbiæ est, & imprudētiæ in expositione scripturæ sacræ traditiones, & expositiones patrum contemnere, & sensum suum illis præferre, & suæ prudentiæ inniti, & fatuitati, contra illud Prouerbiorum. 3. Ne innitaris prudē tiæ tuæ. & extra de cōsti. ne innitaris. Hæc. n. est præsumptio maxima. Ecclesiast. 37. [Ex his] quæ legunt in sacra scriptura. [verosimilitudines]. i. vero similes rationes, & probabiles intellectus, quasi sensus ille. quem in aliquibus locis scripturæ habent, non multum longe est à ratione, & satis videtur probabilis, sed mentem authoris non sequitur. Hug. Vel potius ex his, quæ legunt in secularibus artibus, & libris Gentiliū. [verosimilitudines]. i. verosimiles probationes accipiūt, quibus probent expositionem, quam faciunt in sacra scriptura, secundum suum sensum; & ideo aduersantur sanis doctrinis. [Et ideo] secunda pars. [Lex dei] lex enim Dei quæ exuperat omnem sensum, non est per humanas similitudines, nec humano ingenio metiēda. Quis enim ait Apostolus ad Rom. 11. nouit sensum domini. Nemo, nisi cui voluerit reuelare per Spiritum sanctum. vnde sapientiæ. 9. sensum autem tuū quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum Sanctum tuum de altissimis. s. ad eū sensum, quem sibi dederis. Sacra enim scriptura ad sensum cuiuslibet flectitur, sed non opotet ita scriptura diuina vti quia hoc est valde periculosum, qui, n. eam aliter intelligit, quam spiritus sanctus efflagitet, potest hæreticus appellari. 24. quæstio. 3. hæresis. [Non enim sensum extensurus] ex vanitate legē tis aut curiositate perquirentis [Alienum] aut extraneum sed ex ipsis scripturis sensum [verum] scilicet de ipsa diuina scriptura [per eandem vbi clare positum accipere debemus] quia quod obscure in vno loco ponitur scripturæ sanctæ, alibi clare positum in ea reperitur, vt dicit Aug. Secundo de doctrina Christiana. ca. 2. & in hoc sequenda est veritas sanctis doctoribus reuelata, vnde in concilio Melden. vt ponit Richardus. habetur, quod in exponendis sacris scripturis non debet quis sequi suum sensum, sed catholicorū, & probatissimorū patrum, vnde sequitur. [Et ideo oportet ab eo] Nō enim debet quis docere nisi primo habeat doctorem, & instruatur, vt, 55. di. ordinatos & . 16. q. 1. si clericatus. [A maioribus] id est, à patribus catholicis antiquis, per quos nobis veritas reuelata est. Psalm. interroga maiores tuos, & dicent tibi. [Cum enim] Tertia pars. [ex liberalibus] quia veritati sacræ scripturæ subministrant liberalium artium studia, vnde Prouerbiorum. 9. ipsa vocat ancillas. i. humanas scientias ad arcē, sicut supra sæpe repetitum est super versi. a pueritia,
2 quod sicut dicit glo. argu. † quod aliquis potest testificari de his quæ vidit in pueritia, vt hic videtur nobis non esse ad ꝓpositum, ideo pertransimus ea, quę gl. notat hic de hoc.

Diuisio. — Exponit literam. — August. — August. — Richardus. — Deute 32.

1 *Prohibetur aliquando aliquid non propter se sed propter malum quod inde sequitur.*



Deo prohibetur. Hic est quarta pars distinct. secundum, Archid. in qua assignatur causa, quare prohibeatur christianus studere in libris gentilium. Breue est. Lege. ¶ [Ideo] hoc scribit Isidorus tertio de summo bono. capitulo decimo tertio, [libidinis] id est fornicationis spiri-
1 tualis idolatriæ, siue infidelitatis. Argu. † quod aliquid prohibetur non propter se, sed propter malum, quod inde sequitur, sicut solet dici de iuramento. 22. q. prima in nouo. [Nō solum] quia ita possumus negare deum opere, sicut sermone. vt. 11. quæstione tertia, existimant [eorum dicta.] scilicet poetarum, vel Demonum, quorum arte inuenta sunt, vt auguria, & incantationes, & huiusmodi. vt. ƒ. 26. q. 2. qui sine [libentius] id est cum voluptate, per vitia enim prælertim Demones tolluntur. vt, 12. q. 4. in eo.

Exponit literam.

Et itaque. In hoc. §. Gratianus concludit, quā odiosa sacerdotibus debeat esse ignorantia assignando aliquas rationes. Lege text. ¶ [Aduersa] id est odiosa. Hugon. ex quorum lumine est lux requirenda. Malachiæ 2. eis etiam dominus ait Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes. [quoniam] Assignat rationem [In foueam] Mat. 15. Si cęcus cæco ducatum præbeat ambo in foueam cadunt. [Oculi] et docet Apostolus primo ad Corin. 12. nos mēbra sumus in vno corpore, in quo præsidentes sunt, sicut oculi, & alij inferiores, quasi dorsum, qui habent rectores sequi: vnde cum oculi per imperitiam obscurentur. incuruantur subditi ad peccatum. [Obscurentur] hoc propheta non dicit optando, vel imprecando. sed iudicando, & prædicādo [paucis.] arguit à contrario sensu, quia Lucæ. 12. dicitur. Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, vapulabit plagis multis, ergo nesciens paucis [Apostolus] prima ad Corint. 14. [ignorat] id est qui negligit, vel qui contemnit scire [ignorabitur]. i. reprobabitur, vnde dominus dicturus est malis. Ecce nescio vos. Et quod loquitur de ignorantia affectata, qua quis vult nescire, vt liberius peccet patet, sequitur. n. quod de eo intelligendum est, qui noluit, &c. Psal. 35. [A pœna.] debita ignorantię. [vel à pœna] id est à peccato ꝓ quo debetur pœna Hug. [non inuenit] vel si inuenit discere non potuit aliquo impedimento, &c.

Exponit literam.

¶ Distinctio Decimaoctaua.

2 *Nescientia, & ignorantia qualiter differant.*

3 *Priuatio cognitionis eorum, quæ sunt necessaria ad salutem, potest nobis inesse dupliciter.*

5 *Ignorantia dicitur duplex, quædam iuris, quædam facti, & quid vtraque operetur.*



Vm itaque voluntaria, Hic incipit distincti. trigesima octaua. In qua magister Gratianus occasione præcedentis distinctionis, in qua dictum fuerat, quod necessaria est clericis peritia literarum, agit de ignorantia ostendens, ꝗ periculosa sit clericus, & ideo vitanda est. quoniam vt dicit Augustinus debens ab alijs discere etiam in minoribus, quamuis ipsi senes sint, & multum nobiles fuerint. Pro pleniori intelligentia præsentis distin. & eorum quæ tanguntur in glo. quæruntur duo.

1 ¶ Primum est vtrum ignorantia in sacerdotibus sit peccatum.

4 ¶ Secundum est vtrum ignorantia excuset à peccato.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ ignorantia in sacerdotibus, aut quibuscū que aliis non sit peccatum. Primo sic dicit Augustinus in enchiridio, quod inflicta est nobis ignorantia rerum agendarū, & concupiscentia noxiorum, sed nullum peccatum est nobis inflictum, ergo ignorātia in nullo homine est peccatum. ¶ Secundo sic ratione. In omni peccato est ab incommutabili bono auersio, & conuersio ad commutabile, sed in ignorantia nulla est bonum commutabile conuersio: ergo ignorantia in nullo est culpa. ¶ Tertio nullum peccatum remanet post pœnitentiam, sed ignorantia remanet in homine sacerdote post pœnitentiā, & contritionē, ergo, &c. ¶ Quarto. omne peccatum est in affectu, cum omne peccatū sit voluntariū, sed ignorātia est in intellectu: ergo ignorātia nō est peccatum.

Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar

Quintũ ar. peccatum. ¶ Quinto si ignorantia est peccatum, ignorare est peccare; sed de viro ignorante verum est dicere ꝙ in omni instanti ignorat; ergo in omni instanti peccat; ergo tot sunt in eo peccata quot sunt instantiæ, sed hoc est falsum: & impossibile. ergo ignorantia non est peccatum: &c.

Opponit contrariũ. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. in quo dicitur, quod ignorantia sit noxia. i. culpabilis, sacerdotibus, & periculosa. Secũdũ op. ¶ Secundo ex illo Apostoli primæ ad Corint. 14. & habetur. j. eo. capi. qui ea. iuxta Apostolum: ignorans ignorabitur: sed nullus ignoratur à Deo, nisi propter culpam: ergo &c.

Respõdet. ¶ Respondeo. Sit ista conclusio. Ignorantia in sacerdotibus, & in quibuscũq; alijs eorum, quæ sunt necessaria ad salutem, siue eorum, quæ pertinent ad officium eorum, dum tamen illa scire potuerunt, esse peccatũ, probatur ista conclusio. Cognoscere credenda, & operanda est actus virtutis. s. fidei, & prudentiæ; ergo hoc ignorare est priuari virtutibus, sed priuationes virtutum sunt vitia, & peccata: ergo ignorantia aliqua, scilicet eorum, quæ sunt fidei ad agendum, quæ sunt de necessitate salutis, est culpa. Secundo non facere ea, quæ homo tenetur, similiter non dicere: similiter non amare: quæ homo tenetur amare, est peccatum: ergo similiter nescire ea, quæ homo tenetur scire, est peccatum, sed multi sunt qui ignorant ea, quæ tenentur scire, vtpote ea, sine quibus saluari non possunt, aut conuenienter exercere officium suum, ergo sequitur, quòd in talibus ignorantia est culpa. Pro cuius conclusionis pleniori intelligentia est notandum iuxta sanctum S. Thom. Thomam in prima secundæ, †quòd in hoc differt nesciẽtia, & ignorantia, quia nescientia dicit simplicitatem sciẽtiæ negationem: vnde cuicunque deest aliqua rerum scientia, potest dici nescire illa eo modo. secundum quem Diony. in angelis ponit nescientiam, 6. capi. ecclesiasticæ Hierar. ignorantia vero importat scientiæ priuationem, dum. s. alicui deest scientia eorum, quæ aptus natus est scire, quædam. n. sunt ad quæ tenetur, sicut illa, sine quorum scientia non potest actum debitum exercere, & hoc modo communiter omnes tenentur scire ea, quæ sunt fidei, & vniuersalia fidei iuris præcepta. Singuli autem tenentur specialiter ea, quæ ad sua officia pertinent scire. Quædam vero sunt, quæ etiam, si aliquis natus sit scire, ad ea tamen non tenetur, sicut principia Geometriæ, & contingentia futura. Maximum est, quod quicunque negligit habere, vel facere, quod tenetur peccato omissionis. vnde propter negligentiam eorũ, quæ quis scire tenetur incidit in peccatum. Et quia homini non imputatur ad negligentiam, si nesciat, quæ scire non potest, quorum ignorantia inuincibilis dicitur. Et ideo, cum talis, ignorantia non sit voluntaria in eo, in quo nõ est peccatum: Ignorantia autem vincibilis, cum sit eorum, quæ homo scire tenetur, peccatum est, si nescit. Concordat dominus Bo-

Bonauen. 3 nauentura in secundo dist. 22. dicens. †quod huiusmodi cognitionis priuatio. s. eorum quæ sunt necessaria ad salutem, possunt nobis dupliciter inesse, aut manente tentione. Aut non manente. Si manente tentione, tunc est culpa, quia cum quis tenetur aliquid facere, & non implet, ex hoc ipso inculpatur, & dignus est pœna. Si autem sit in nobis priuatio, nõ manente tentione, vtpote, cum non potest scire, & impotẽtia excusat ab obligatione, sic priuatio huius cognitionis culpa non est, sicut in furiosis, & secundum hoc ignorãtia, quæ dicit priuationem huius cognitionis ad salutem necessariam. vno modo est peccatum, & alio modo minime, hæc ille.

Ad primũ arg. Bonauent. ¶ Ad rationes in oppositum, ad primam respondetur iuxta dominum Bonauenturam, quòd ignorantia nobis inflicta est pœna, non autem culpa, prout tamen voluntas nostra aliquo modo deordinatur circa illam. vt dictum est, negligendo scire ea, quę tenetur scire, habet rationem culpæ, sicut passionis sanctis martyribus illatæ pœnæ erant, secundum se consideratæ, comparatæ tamen ad voluntatem sanctorum, libenter eas perferentium pro amore Christi, erãt

S. Thom. eis meritoriæ. Concordat S. Tho. in q. de malo. d. ꝙ ignorantia secundum se considerata, non est culpa, sed pœna, sed cõsiderata per comparationem ad causam, quia quis non applicat animum ad sciẽdum, quę scire tenetur est peccatũ actuale, eo modo, quo omissio.

Ad secũdũ ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ minor illa vera est de ignorãtia, prout est pura priuatio, prout autem eam comitatur aliquo modo nostra affectio, non

August. habet veritatem; & hoc modo dr̃ culpa, & non primo mõ vt dictũ est vnde Au. in li. de li. ar. inquit non peccat aliquis, ex eo, quod ignorat, sed ex eo, quod negligit scire.

ad tertiũ. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta dominum Bonauenturam negãdo Minorem. Dicimus enim quod ignorantia nõ remanet post pœnitentiam inquantum habet rationem culpæ: scilicet ratione voluntatis concomitantis, vel quodammodo eã causantis, vel si remanet, hoc est, inquantũ habet rationem pœnæ ex originali contractæ.

Ad quartũ. ¶ Ad quartam respõdetur, quod ignorantia, quæ opponitur cognitioni veritatis, ad quam tenemur, nõ tantum respicit intellectum, sed etiam affectum sicut & virtus sibi opposita, vnde non tantum dicit scientię carentiam, sed etiam voluntatis iniuriam, & negligentiam ad scientiam percipiendam. Et ita minor illa non est vera per totum.

Ad quintũ. Bonauentura. ¶ Ad quintam respondetur, negando consequẽtiam. Et ratio est iuxta dominum Bonauenturã, quia ignorare non dicitur esse in culpa, nisi eatenus, quatenus quis tenetur scire, quod ignorat. Et ideo, si in quolibet instãti ignorat, & in quolibet teneatur, quia tamen præceptum affirmatiuum non obligat semper sed pro loco, & tempore, ignorans ignorando, non peccat, nisi in illo instante, & in tempore in quo tenetur nosse, vel addiscere. Et ideo quamuis sẽper dicatur ignorare, non tamen dicitur peccare. Cõcordat

S. Thom. sanctus Thomas in prima secundæ, vbi supra, ꝙ cum ignorantia pertineat ad peccatum omissionis, ignorans non continue actu peccat, sed solum quando est tempus acquirendi scientiam, quam habere tenetur.

4 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ ignorantia non excuset peccatũ. Primo sic. Dicit Isidorus libro de ecclesiastica institutione.

Primũ ar. Nullus in culpa est maiori quam qui deum nescit, ergo videtur, quod ignorantia non excuset, sed aggrauet.

Secũdũ ar. ¶ Secundo super illud ad Rom. 2. An ignoratis, &c. Ambrosius in glos. ait grauissime peccas, quia ignoras. ergo videtur ignorantia aggrauare culpam; & non accusare.

Tertiũ ar. ¶ Tertio. Ignorantia de se malum est. ergo ignorantia auget peccatum, non autem excusat.

Opponit contrariũ. ¶ In oppositum habetur hic in glo. de aliqua ignorantia. Secundo patet ex illo prima ad Timo. 1. vbi inquit Paulus misericordiam consequutus sum quia ignorans hæc feci. Si ergo ignorantia fuit ratio, quare peruenit ad misericordiam, videtur, quod ignorantia excusabilem fecerit eius culpam.

Respõdet. ¶ Respondeo dicendum quod ignorantia quandoque excusat, & quandoq; nõn. Et quandoque excusat à toto & quandoq; non nisi in parte. Pro quo notandum sequendo tam sanctum Thom. quam dominum Bonauenturam

5 in. 2. dist. 22. †quod duplex est ignorantia, quædam est iuris quædam est facti. Iuris ignorantia distinguitur, secundum quod distinguitur ius quia aut est ignorantia iuris naturalis; siue diuini, vtpote, quia nescit an furtum sit peccatum, vel aliquod huiusmodi. tunc aut talis ignorãtia est inuincibilis & inuoluntaria, quia scilicet scire non potest, & hoc potest esse dupliciter. Aut enim ista ignorantia est nobis introducta per culpam præambulam, aut præter omnem culpam, aut simpliciter priuat cognitione iuris; sicut in infantibus, & stultis à natiuitate; qui omnino carent vsu rationis. Tunc

Prima cõclusio. Bernardus. ista conclusio ponitur sic. Talis ignorantia excusat à toto. patet. dicit enim Bernardus, quod pueris, infantibus, dormientibus nihil, quod faciunt, imputatur. & eodem modo si quis de aliquo casu: siue de aliquo agendo dubio magis peritos consulit; de quo nullam habet authoritatem expressam vtrum ita sit; vel non dummodo formet sibi bonam conscientiam; postquam magis peritos consuluit; etiam si res aliter se habet, quam ipse sentit; excusatur, fecit enim quod potuit. Deus autem nihil requirit ab homine impossibile. Si autem talis ignorantia non tollat in totum vsum rationis; sed plenum; tunc in tali casu est conclusio.

Secunda cõclusio. Secunda quod talis ignorantia excusat à tanto, non autem à toto; sicut est in his qui non sunt plane furiosi: sed habent aliquo modo lucida interualla ut in pueris; qui aliquo modo sunt capaces præcepti; licet non plene. Si autem ignorantia est introducta culpa sua. hoc est dupliciter: quia hoc vel fuit per opus licitum; vt si per vigilias & abstinentias deuenit ad amentiam; tunc est conclusio tertia.

Tertia cõclusio. Quod talis ignorantia excusat à toto: etiam si feruens excessus peccatũ veniale fuit. Aut incidit in hanc ignorantiam per opus illicitũ tunc dicunt quidam quod excusatur à tanto. arg. distinc. 40. sæpe. 15. quæstione prima. §. sed hoc. Quidam autem dicunt quod peccatum sequens excusatur si nullum habet vsum rationis: & hoc probabilius est; & verius prima quæstione prima. aliquos. & capitulo sequenti. Si vero ignorantia iuris sit vincibilis; & voluntaria tunc est ignorantia; quę est

Quarta cō clusio. quæ est culpa, hæc autem affectata id est, omnino voluntaria & in tali casu est. Quarta conclusio, quod talis ignorantia, in nullo excusat, imo est speciale peccatum. Aut est ignorantia non affectata, sed solū, quia neglexit addiscere, sicut est ignorantia crassa, & supina, & in tali casu est conclusio quinta. Quinta cō clusio. Quod talis ignorantia licet excusat à tanto, non tamen à toto, hoc est, quia licet excuset aliquo modo, non tamen excuset à sempiterno igne: vt non ardeat, sicut dicit Augustinus, & Magister sententiarum in secundo sentent. distinctione. 23. & hæc de ignorantia iuris naturalis, siue diuini. Si autem est ignorantia iuris canonici, & ciuilis. Est sexta conclusio. Sexta cō clusio. Quod circa eos, qui tenentur ius canonicū aut ciuile scire, sicut sunt clerici, vt infra eadem distinc. si in laicis ignorantia non excusat. De ignorātia iuris canonici, aut ciuilis, cum excusat, vel non iudicandum est, sicut dictum est, de ignorantia iuris naturalis. Simili modo distinguendo, eos autem, qui non tenentur scire, sicut laici, & milites, excusat quia milites, non leges sed arma tenentur scire vt, C. de iure deliberand. l. sancimus. & C. de iuris, & facti ignoranti. l. prima. Si autem est ignorantia facti, vt si nescit hanc rem, quam tollit esse alienam, vel nescit hanc mulierem suam non esse, & similia. Et hæc potest esse duplex, quia vel ignorātia est causa facti, ita ꝙ si sciret hanc circunstantiam trahentem in peccatum non faceret actum, cuius signum est, quia postea dolet, quando intelligit peccatū. Et in tali casu ponitur conclusio septima. Septīa cō clusio. Quod talis ignorantia facti, si præmissa fuit debita diligētia, excusat à toto. sicut exemplum ponitur de Iacob, qui cognouit Liam putans esse Rachel. Si autem non est adhibita debita diligentia excusat à tanto, sed non à toto, vt factum Lamech, qui occidit Cain, putans se feram occidere. Si vero ignorantia sit cōcomitans actum, scilicet quia, si sciret circunstantiam peccati, nihilominus faceret, cuius signum est, si postea sciens circūstantiam peccati, non dolet, vt cum quis cognoscit aliquā mulierem, credendo, quod esset sua, & scito, quod non suam cognouit, non dolet, est conclusio in tali casu quod talis ignorantia non excusat. Octaua cō clusio. In istis conclusionibus concordant sanctus Thomas, Bonauētura, Pe. de Tarantasia, & Vlrichus De ignorantia autem facti distinguunt iuristæ sic, quia vel talis ignorantia est verisimilis, & probabilis. Et de ista ponitur nona conclusio, Nona cō clusio. quod talis ignorantia excusat, vt prima quæstione prima. si qui. & 9. q. 1. c. vltimo, quia ista quandoque peritissimos fallit. vt. ff. de iuris, & facti ignoran. l. error. vel est ignorantia crassa, & supina, vt cum aliquod est factum in ciuitate publice, vt omnes sciunt, & tu ignoras. Et de tali ignorantia est conclusio decima. Decima cō clusio. Quod talis non excusat. vt. 12. q. 2. qui & humanis. & extra de ordinatis ab episcopo. c. vnico. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primū arg. Ad primam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quoniam licet peccatum infidelitatis, qđ ibi Isidorus comparat ad alia peccata in se sit valde graue, nihilominus tamen, cum quis ignorans aliquid facit, etiam incredulitate sicut dicit Apostolus de se minus grauiter peccat, quam ille, qui facit ex certa scientia. Ad secūdū ¶ Ad secundum respondetur, negando consequentiam. Et ad dictum Ambrosii respondetur, quod ly grauissime exponitur. i. periculose ita, ꝙ dicitur non ratione maioris culpæ, sed ratione infirmitatis magis periculosæ, quia non habet scientiam de morbo, non quærit medicinam, siue remedium, & hoc est, quod dicit Augustinus lib. de confessio. Eo insanabilius peccabam quo me nō peccare arbitrabar. Concordat sanctus Thomas, & Bonauentura. Ad tertiū. ¶ Ad tertiam respondetur, negando minorem vniuersaliter dicimus, quod illud est verū, quando mala sunt eiusdem rationis, aut ordinis, quod non est hic, qm̄ malum pœnę, cum sit inuoluntarium, non conformatur malo culpæ, quod est voluntarium. Et ideo nō auget, sed potius diminuit, sicut dictum est. Exponit literam. Lege. ¶ [Cum itaq; noxia.] quia inducit noxia culpæ, tamen in Sacerdotibus est, & noxia maxima periculosa, cum vergat in periculum, non tantum sui sed etiam aliorum, quorum debet esse ductor, & director, in quibus oberrans præcipitium administrat.

1 *Sacerdotes an teneantur habere scientiam totius sacrę scripturæ & numero.*

2 *Sacerdos inquantum est deputatus ad celebrandum officium diuinum tenetur scire tantum de Grammatica, quod sciat verba congrue proferre, & accentuare, & quod intelligat saltem literaliter, quæ legit.*

3 *Scientiam sufficienter quis dicatur habere.*
4 *Sacerdos duos habet actus.*
5 *Error omnis ex ignorantia procedit.*
6 *Negligentia discendi est mater erroris.*
7 *Verbum admonitionis sæpe ponitur pro verbo præceptionis.*
9 *Canones non comprehenduntur sub scriptura sacra.*



Gnorantia. Prosequitur hic Gratianus authoritates sanctorum patrum ad probandam conclusionem suam, videlicet, quod ignorantia vitanda sit maxime à sacerdotibus. Et inducit primo in hoc. c. constitutionem Concilij Toletani. Et potest diuidi hoc. c. in tres partes. Diuisio. In prima ponit constitutionem ipsam. In secunda confirmat illam authoritate Apostoli. In tertia elicit conclusionem suam. Secunda ibi. Admonente Paulo. Tertia ibi. Sciant. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. & totius huius distinctionis quæritur. †Vtrum sacerdos teneatur habere scientiam totius sacræ scripturæ. Primū ar. Et videtur primo, quod sic ex hoc. c. vbi habetur quod ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus vitanda est, qui docendi officium in populo susceperunt. Constat autem, ꝙ non susceperunt officium docendi, nisi sacram scripturā ergo tenentur illam scire. ¶ Secundo. Secūdū op. ille debet habere legis scientiam à quo lex requiritur, sed legem requirunt alij de ore sacerdotis Malachiæ secundo, ergo, &c. ¶ Tertio sic. Tertiū ar. prima Petri. tertia dicitur parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de his, quæ sunt fidei: & spei: sed hoc est illorum, qui perfecte scientiam sacrarum scripturar habent, ergo talem scientiam debent habere illi, quibus prædicta verba dicuntur, sed dicuntur sacerdotibus. ergo. ¶ In oppositum est, Opponit contrariū. quod multi promouentur ad sacerdotium, qui de talibus pœnitus, nihil sciunt, etiā in religionibus multis, & tamen ab ecclesia non damnantur sed sustinentur, ergo videtur, quod talis scientia in sacerdotibus non requiratur. ¶ Respondeo Respōdet. dicendum sub ista conclusione. licet scientia competens requiratur in omnibus ordinandis: & tanto maior, quanto maiori gradu quisque est collocatus, non tamen requiritur in oībus totius sacræ scripturæ scientia. Ista conclusio probatur sic iuxta sanctū Tho. S. Thom. in. 4. distin. 24. In quolibet actu hominis, si debeat esse ordinatus, oportet quod assit directio rationis, vnde ad hoc, ꝙ homo ordinis officium exequatur, oportet, quod tantum habeat de scientia, quæ sufficiat ad hoc, ꝙ dirigatur in actu illius ordinis. Et ideo etiam talis scientia requiritur in eo qui ad ordines promoueri debet, & non quod vniuersaliter in sacra tota scriptura sit instructus, sed plus, & minus, secundū quod ad plura vel pauciora eius officium se extendit, vt. s. illi qui alijs prępomuntur curam animarum suscipientes, sciāt ea, quæ ad doctrinam fidei, & morum pertinent & non abijciant ea, quæ ad executionem sui ordinis spectant. Nam vilissimus reputandus est, qui præcellit dignitate, nisi præcellat alios scientia, & sanctitate. 1. q. 1. vilissimus. & 1. q. 7. conuenientibus. Quæ autem sunt ista, quæ scire debent omnes ordinandi. Respondet Inno. in. c. cum in cunctis. de elec. quod satis colligitur ex his, quæ eis dantur in ordinatione. 23. dist. per totum & ex potestate, & ex officio, ꝙ exercere tenētur. Hæc autem scientia competens vocatur iuxta Vlrichum in
2 summa q̄ necessaria est executioni ordinis cuiuscunq; † sicut sacerdos inquātum est deputatus ad celebrandum officium diuinum, tenetur scire tantum de Grammatica, quod sciat verba congrue proferre, & accentuare, & ꝙ intelligat saltē literaliter, quæ legit. In q̄tū vero est minister sacramētorū tenet scire, quæ sit debita materia, & q̄ sit debita forma cuiuslibet sacramēti, & modū dispēsandi ipsa sacramēta. Inquātū vero est doctor, tenetur scire saltem rudimenta fidei ambulantis per dilectionem. Inquantum vero est Iudex in foro conscientiæ, sic tenetur scire discernere inter lepram, & non lepram in his peccatis, quæ omnibus nota sunt. Ex quo patet, ꝙ qui ordinatur, nisi pro deuotione, vt missas celebret, sicut Monachus, siue aliqui religiosi, non tenetur scire, nisi primum illorum, quę prædiximus. Et simile est iudiciū de inferioribus ordinibus. Eminens autem scientia est, quæ in duplici sapientia consistit. s. humana & diuina. Concordat S. Thomas vbi supra, S. Tho. addens quod Episcopus tenetur scire ea, quæ, difficultatem in lege inducere possunt, & tanto magis quanto in maiori gradu collocatur. Cōcordat Albertus Albertus

ma nus in quarto addens de religiosis qui accipiunt ordines vt in illis administrent populo verba, & sacra dispensando, & religiosi quidam, Idem est iudicium sicut de illis, qui habent curam animarum. Item addit, quod religiosi, qui accipiunt officiũ docendi, tenentur plura scire, & ea inquit, crede esse, quæ in grosso sunt exponenda populo in fide, & moribus, quæ rudimenta Christianæ fidei vocantur. Addit Albertus consequenter, quod in perplexis quæstionibus tenentur sacerdos parochialis esse tam discretus, vt talia difficilia esse sciat, nec procedendum in eis esse sine superiorum consilio vel authoritate canonum, & hoc puto satis sufficere, hæc Albertus satis; concordat Innocētius in.c. cũ in cũctis. de elec. dicens, quod Episcopus debet habere scientiam noui, & veteris testamenti, cum sit Iudex animarum, & iuris, cum ius dicere debeat. 11.q.1. de persona presbyteris vero sufficit scire canones pœnitentiales. vt in.c. quæ ipsis in præsenti di. Archipresbyteri, & Decani ad quos spectat cognoscere de causis, debent scire iura: quia verecundum est principem iure. C. de ve. iure enu. l. 1. Et turpe est de aliorũ manibus quęrere, quod apud se inuenire debet, & subiungit consequenter distinctionem triplicem scientiæ. s. eminentis, mediocris & sufficientis. Scientiam n. reputamus eminētem, quæ subtiles quæstiones discutere, & diffinire, & in promptu responsiones habet. Ille habet mediocrem, qui scit aliquo modo examinare negotiũ, quamuis ad omnia nesciat respondere, & qui in libris veritatem eorum, quæ scire tenētur, scit quærere, & si in promptu omnia non habet, hoc ad arbitrium

Innocen.

3 discreti Iudicis arbitratur. † Ille habet sufficientem scientiam, cui sufficit sibi ad faciendum, quæ sibi occurrunt. Et videtur, ꝙ omnis ille qui non habet scientiam saltem competentem, vel sufficientem peccat recipiendo dignitatem, vel aliud officium, ad quod non habet scientiam sufficientem. j. eadem distinctione, omnes. & de ætate, & qualitate. c. fi. & 18.q.2. si quis Abbas, hæc Innocen. ¶ His habitis, dicēdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negãdo, consequentiam, si intelligatur de omnibus sacerdotibus, & de scientia totius sacræ scripturæ. dicimus. n. iuxta Albertum magnum in. 4. ꝙ c. presens intelligitur de sacerdotibus quibus incumbit cura animarum, & docendi officium, & non de omnibus sacerdotibus. Secundo dicimus, quod sufficit illis sacerdotibus, sicut dictum est supra, habere scientiã discernendi inter lepram, & non lepram, & hoc in peccatis communibus. sufficit etiam, quod habeat notitiam eorum, quæ grosso modo exponenda sunt populo de fide, & moribus, & eorum, quæ solemnizantur in ecclesia. Cõcordat sanctus Thomas in. 4. vt videbitur in ratione sequentis argumenti. ¶ Ad secundam respondetur iuxta sanctum Tho. etiam negando consequentiam. † Et ratio est, quia sacerdos duos habet actus. vnum principalem super corpus Christi verum, & alium secũdarium supra corpus Christi mysticũ, secundus autem actus pendet à primo sed non conuertitur. Et ideo aliqui promouētur ad sacerdotium, quibus committitur primus actus tantum, sicut religiosi, quibus animarũ cura nõ cõmittitur, & à talium ore nõ requiritur lex; sed solũ, ꝙ sacramenta cõficiãt. Et ideo talibus sufficit, si tantum de scientia habeant, ꝙ ea, quæ ad sacramenta perficienda spectant, rite seruare possint. Aliæ autem promouentur ad aliũ actum, qui est supra corpus Christi mysticum, & à talium ore populus legē requirit, vnde sciētia legis in eis esse debet, non quidem vt sciant omnes difficiles quæstiones legis: quia in his debet ad superiores haberi recursus, sed sciant ea, quæ populus debet credere, & obseruare de lege. Sed ad superiores sacerdotes. s. Episcopos pertinet, vt etiam ea, quæ difficultatem in lege inducere possunt, sciant, & tanto magis: quanto in maiore gradu collocantur. ¶ Ad tertiam respõdetur, negando consequentiam. Et ad authoritatem Apostoli respondetur iuxta sanctum Tho. ꝙ ratio reddenda de fide, & spe, non est intelligenda talis, quæ sufficiat ad probandum quæ fidei, vel spei sunt cum vtrunq; de verosimilibus sit, sed vt sciat in communi probabilitatem vtriusq; ostendere aliquid, ad quod non requiritur magna scientia. Lege. ¶ [Ignorantia mater cunctorum errorum] quia oĩs error ex ignorantia procedit. Non. n. erratur, nisi, quia oĩs errans est ignorans, vnde quicunque errat, ignorat, & non econuerso, vt. j. eo. quamuis. Hugo. vel ignorantia. i. eruditionis negligentia [mater errorum]. † negligentia enim discendi est mater errorum, cum sit nouerca eruditionis, vt dist. 84. nihil [in sacerdotibus.] Non solum ignorantia eorum quæ pertinent ad salu

Ad primũ argu.

Albertus. magnus.

Ad secũdũ S. Thom. 4

Ad tertiũ. S. Thom.

Expouit literam 5

6

tem, sed etiam ad doctrinam. Hugo. [qui docendi officium] Ecce de quibus sacerdotibus loquitur. videlicet de eis, quibus docendi incumbit officium, vel ex beneficio, vt intitulari ad curam animarum, vel ex professione, sicut aliqui religiosi, quibus sacerdotibus inquit Christus in Apostolis. Mat. vltimo. docete omnes gentes. [Admonētur] i. iubentur. † sæpe enim verbum admonitionis ponitur pro verbo præceptionis. vt. 2.q.1. dominus. & 18.q.1. Sic. n. & econuerso, vt dist. 85. Florentinum. & 31.q.1. ratione. Et valet hoc in allegationibus. Hug. [Paulo] secunda pars prima ad Tim. 4. quod vni dicitur, ad omnes extenditur. vt. 24.q.1. quicunque. & 61. distinct. miramur. [Attende] admonet Apostolus discipulum suũ Thimoteũ de tribus. Primo vt ipse per studium, & solicitudinem illuminetur scientia scripturarum, & hoc, cum dicit, attende lectioni. Secundo vt sermone opus suo salutifero proximorum in melius reformetur vita, & hoc cum dicit exhortationi. Tertio, vt per suam instructionem, non inelligentia tollatur sed ignorantia, cum dicit. & doctrinæ. Item monet, vt studeat feruenter, cum dicit attende, Secundo, vt studeat sapienter, cum ait, lectioni. Tertio, vt studeat vtiliter, cum ait exhortatione, & doctrinæ. Archi. [semper permanet in his] quia hæc sunt prurie studia põtificis. Simile, est ꝙ dicitur de consecra. distinct. 5. nunquam. [sunt

7

8 tibi.] † Collige ergo necessitatem, vt sacerdotes, siue episcopi peritiam sacrarum literarũ habeant: habent. n. scripturas sacras intelligere, de fide docere, de fide disputare, hæreticos confutare, veritatẽ rationibus, & exẽplis confirmare. Et ita alijs lumen sapientiæ supernæ præbere, quibus doñs ait. Vos estis lux mundi. Mat. 5. [sciãt] Tertia pars. [& canones]

9 Arg. † quod canones[a] non comprehenduntur sub scriptura a sacra quia hic, vt diuersa ponuntur, sic supra dist. 23. qui Episcopus iuxta princi. & j. eo. dist. omnes. Arch. [Omne opus] in prædicatione. Sacerdotib' Dominus ait in Apostolis prędicate euangelium omnium oĩ creaturæ. Mat. vlt. quo prius miserat vt prædicarent in omnem ciuitatẽ. Mat. 10. & Ti. 4. prædica insta opportune, importune. [Aedificare] prima ad Thessalo. 4. Consolamini & ædificate ad alterutrum. [Operum disciplina] i. exemplo bonę actionis, & conuersationis. vt dist. 86. Fratrem. & prima. q. 1. vilissimus. Hug.

a ¶ Canone Canõ proprie quis dicatur, vide Card. post gl. in cl. 1. iu. 26. q. de priui.

1 *Presbiteri, quando ordinantur ab Episcopo, quare accipiunt libellum.*

2 *Clericus promotus ad ecclesiam parochialem, debet dicere officium secundum modum traditum ipsi ecclesiæ.*

3 *Monachus promotus ad ecclesiam secularem, non debet eam officiare secundum morem monachalem, sed secundum officio attributum ipsi ecclesię seculari.*

4 *Clerici Episcopatus singulis annis tenentur conuenire ad litanias ad ecclesiam maiorem.*

5 *Conuentus, quem habet Episcopus cum clericis suis dicitur concilium.*

6 *Episcopus debet diligenter intendere, qualiter sacramentum Baptismi conferatur per sacerdotes.*



Vando ordinantur. Sequitur secundum. c. ad idem propositum. In quo ponuntur duo, secundum, quæ potest hoc. c. diuidi in duas partes. In prima dicit, † quod cum presbyteri ab Episcopo ordinantur, accipiunt libellum. s. ordinarium, in quo describũtur regulæ, & modi tam dicendi officij, quam dispensandi sacramenta. In secunda dicit, quod cum presbyteri ad concilium Episcopale veniunt rationẽ dent Episcopo, si interrogati fuerint tam de modo dicendi officium, quam de forma quam in baptizando obseruãt. Secunda ibi. Tum vero ad litanias. Hic nihil disputandum est. Lege. ¶ [Quando ordinantur] i. instituuntur ab Episcopo [libellum] s. de officijs, qui dicitur ordinarius, in quo qualiter ecclesiasticum dicatur officium, & forma, siue ritus ministrãdi sacramenta continetur, quem libellum ab Episcopo accipere debēt, tanquam à Magistro, & Doctore totius diocce. Ar. † quod Clericus promotus ad ecclesiam parochialem debet dicere officium secundum modum traditum ipsi ecclesiæ, & non secundum personæ modum. † Et sic Monachus promotus ad ecclesiam secularem, non debet eam officiare secundum morem Monachalem, sed secũdum officiũ attributum ipsi ecclesiæ seculari secũdum glos. 16.q.1.ca. 3. & in cle. fi. de cele. mis. Io. de Fan. [Ad litanias] secunda pars gloss. ad rogationes. Arg. † quod omnes clerici totius Episcopatus

1 Diuisio.

Expouit literam.

2

3

4

patus

patus singulis annis tenētur conuenire ad litanias ad maio-
rem ecclesiam, quod in multis locis obseruatur secundum
Hu. Sed nō credit hoc Lau. nisi de illis, qui in vrbe sunt, vel
in vicinis. Ar. ad hoc. c. 1. de conse. di. 1. Sed pro primo dicto
facit litera huius. c. cum ista duo. s. litanijs, & conciliū simul,
ponat, & æquiparet, & certum est, quod omnes teneantur
venire ad conciliū, sic ergo videtur, q̄ ad litanias. s̄m Arch.
Et credo quod de iure procedat opinio Arc. Sed hoc hodie
de consuetudine non obseruatur. sed clerici positi in eccle-
sijs in territorio ecclesiæ baptismalis accedunt ad baptisma
lem ecclesiam in litaniis. Et ita de consuetudine obseruatur.

Io. de Fant.

5 Io. de fantu. [vel cōcilium.] ar. q̄ cōuētus, † quem habet Epi
scopus cum clericis suis, dicitur concilium. vt. 18. q. 2. Abba
tes. &. 12. q. 2. placuit. & gl. & Hu. &. c. Episcopus. [qui bapti-
zent] quia licet Episcopus diligentem curam debeat habere
qualiter sacerdotes suum officium faciant, maxime tamen
debēt inuigilare, & inquirere qualiter baptizent, & si seruēt
materiam, & formam, & cetera perficiant, quæ pertinēt ad
sacramentum tantæ necessitatis; sine quo non est salus. Ioā.
3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non po
6 test intrare in regnum Dei. † Et ideo qualiter hoc sacramen
tum conferatur per sacerdotes, debet Episcopus diligenter
intendere.

1 *Dispensari dn possit cum aliquo, quod iustus, & ignorans pro moueatur ad sacerdotium, siue ad prælationem.*



SI in laicis. Sequitur aliud. c. ad idem quod
est Leonis papæ. Breue est, &
nō diuidit. In quo arguēdo à minori ad maius

Exponit literam.

dicit sic. ¶ [Si inscientia]. i. ignorantia iuris na
turalis, siue diuini, vt ignorantia eorum, quę
scire tenentur. s. symboli, & præceptorum di-
uinorum, vel ignorantia iuris ciuilis, quo ad illos laicos, qui
tenentur scire ius, sicut sunt in dignitatibus cōstituti, de qui
bus habes exemplum. 69. distin. si officia. Nam etiam in scri
pturis debent ferre sententias. 2. q. 1. in primis. in fi. vnde eis
imputanda est imperitia. ff. ad. l. aquiliam. l. qua actione. §. vl-
timo & extra de æta. & qualitate. ad aures. quanto magis
est intolerabilis [in his qui præsunt] s. in ecclesia, scilicet sa-
cerdotibus, & Episcopis, qui debent alios docere. vnde in ca
pitul. ignorātia super ea dis. inductum est, dicit Inn. in cum in
cunctis. de ele. quod ille, qui non habet scientiam saltem cō
petentem, vel sufficientem j. ea. distinct. omnes. &. 18. di. q. 2.
si quis Abbas. extra de æta. & quali. ca. vlt. [Excusatione, &
venia] quoniam deponentur tales, vt in. c. quamuis. extra de
æta. & qua. præfic. vnde dominus ait. Tu scientiam repulisti,
& ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Oseæ. 4. &
j. eo. in. c. omnes. & extra de renuntia. c. nisi, cum pridem. Sed
1 hic surgit quæstio † vtrū possit dispensari cum aliquo, quod

Quæstio.

iustus, & ignorans promoueatur ad sacerdotium, siue ad prę
lationem, quod non videtur manifeste dicere tex. In opposi
tum videtur Innoc. in. c. cum in cunctis: & inducit Arc. qui
ait: Quod cum istis ex causa dispensandum est, quia imperfe
ctionem scientiæ supplere potest perfectio charitati. Respō
deo dicendum sub duabus conclusionibus. Prima est. quod

Respōdet. Prima cō-clusio.

super omnimoda ignorantia in sacerdote, aut prælato nulla
potest cadere dispēsatio, patet cōclusio, quia de iure diuino;
est, quod promouendus ad sacerdotium, vel ad prælationē,
habeat scientiam; quia Angelus domini est. & Ozee. 4. dici-
tur scientiam repuliæi, & ego te repellam, ne sacerdotio fun
garis mihi. In hoc non cadit dispensatio, cōsequentia est ma
nifesta, & hoc mō loquitur tex. præs. literæ. ¶ Secūda cōclu
sio est, quod ex causa potest dispensari in sacerdote: aut Epi

Secunda cō clusio.

scopo, si non habet tam sufficientem scientiam: patet con-
clusio; vnde in cap. nisi cum pridem. extra de renuntia. dicit
Innocen. quod quanquam desideranda sit eminens scientia
in pastore, in eo tamen, si sit competens toleranda est, maxi-
me in eo, qui singulari præfulget prærogatiua spiritualis per-
fectionis, vnde sequitur in tex. quia defectum scientiæ sup-
plere potest perfectio charitatis. Et ideo habetur in. ca. cum
nobis olim. de elec. vbi idem Inno. Tertius dicit de quodam
electo in Episcopum, quod licet ille non sit eminentis lite
ræ, quia tamen fuit conuenientis non debet ab electione
excludi. Et ita patet, quid dicendum, est ad rationes,
vtrasque.


1 *Sacerdotes non debent ignorare canones.*



NVlli Sacerdotum. Sequitur aliud
c. ad idem pro
1 propositum, quod est papæ Cælestini, † qui ita
scribit omnibus orthodoxis Episcopis, vt ca-
nones ignorare non liceat sacerdotibus. Et po Diuisio.
test diuidi ī duas partes in prima facit, q̄ dictū
est. in secūda assignat rationē. Secūda ibi. Quæ. n. res. Lege.
¶ [Canones] si de sacerdotibus curates, non Episcopis loqua Exponit literam.
tur, intelligendum est cum primo de canonibus pœnitentia
libus. Nam cum quilibet illorum sit iudex animarum, scire
debet canones pœnitentiales, vt. j. e. proxi. c. & de pœ. dis. 6.
c. 1. Tum secundo de canonibus disciplinæ, in quibus de vi-
ta, & honestate clericorum regulæ continentur, sicut de con
tinentia, & huiusmodi. Tales. n. nō debent ignorare sacerdo
tes per quæ recedatur à regulis sanctorum patrum, licet sub
tilitates iuris diuini aut canonici non tenentur scire, vt pu-
ta, quod separata sit causa ꝓprietatis à causa possessionis, cū
nec causas debeant tractare secundum Arc. Si vero de Epi-
scopis loquatur hoc. c. tunc exponenda est sic litera [Cano-
nes.] s. tam pœnitentiales, quod aliorum quorum omnium
Episcopus debet habere notitiam, quia cū Iudex sit anima-
rum, & corporum, canones tenetur scire pertinentes ad ani
mas, & pertinentes ad corpus, vt. s. dist. 36. c. 2. [quæ. n.] Secū
da pars. Arg. de vno ad multa Ar. di. 4. deniq; [Licentia] sicut
credit populus. q. d. Et eo quod ignorant clerici canones, &
ideo non seruant, videtur laicis permissa licentia illos non
custodiendi, nec obseruandi, quod enim agitur à prælatis de
facili ab aliis trahitur in exemplum. vt extra de voto magne.
secundum Archid.

1 *Sacerdos curam habens animarum debet ministrare sacramentum baptismi, pœnitentiam, & extremam vnctionem. & c.*

2 *Plura, si exiguntcr ad esse alicuius, vno sublato, totum destruitur.*



QVæ ipsis. Aliud. c. ad idem propositum
sumptum ex dictis August. in
quo beatus Augus. dicit, quæ debent scire sa-
cerdotes, & libros, quos in studio suo habe-
re debent. Et potest diuidi in duas partes. In
prima facit, quod dictum est. In secunda monet ad hoc per Diuisio.
minas terribiles sacri euangelii. Secūda ibi. Quia valde, &c.
Lege ¶ [Quæ ipsis] siue teneantur interrogatiuè, siue non
supplēdū est, hi sunt libri [sacramentorū]. i. liber continens, Exponit literam.
qualiter sacramēta sint dispēsanda, & quæ p sacerdotē. † Ad
sacerdotē enim curā animarū habentem pertinet sacramē-
tum baptismi, pœnitentiam, & extremam vnctionem mini
strare, corpus Christi conficere: & fidelibus dare, ac matri-
monia solennizare. Et quia non pertinet ad sacerdotem, sed
ad Episcopum sacramenta confirmationis. & ordinum con
ferre. Ideo pertinet ad sacerdotem scire, quæ sacramenta
debeat conferre, & quæ non potest, ne erret circa sacramen-
talia. Quis autem sit iste liber sacramentorum, dicunt aliqui Cōtra Io.
(vt Io. in gloss.) quod est missale quod non est verum, quia
missale proprie est liber de officiis missæ, quod pertinet ad
sacramentum corporis Christi, & non ad alia sacramenta,
vnde est alius liber continens tractatum de sacramentis,
& sacramentalibus, & alijs ecclesiæ officiis, qui dictus est.
s. ea. distin. in ca. quando libellus officialis. [Lectionarius.]
vt sciat, quid legi debeat in ecclesia. ¶ [Antiphonarius.] cōti
nēs antiphonas, & respōsoria cātanda [Baptisteriū per q̄ sit
doctus, qualiter debeat baptizare, & quæ ptinent ad officiū
baptismi, qui est ianua sacramentornm [Computus] quo ad
dies, & menses, & festa mobilia, & immobilia inuenienda.
[Canones pœnitentiales] vt in præcedenti capitulo [psalte-
rium] vt psalmos nouit legere. [Homilias]. i. expositiones
euangeliorum, quæ diebus dominicis, & sanctorum festiui
tatibus in matutinis horis per anni circulum leguntur. [Si
vnū] quia in his, quæ requiruntur ad bonū, & perfectionem
alicuius, si vnū deficiat, non manet perfectio boni, vnde Phi
losophus. 4. ethicorum, bonum consistit ex integra cā. i. ex
integritate omnium, quæ ad boni ꝑfectionem requirūtur,
2 [malum autem ex vnius defectu] Ar. † quod si plura exigun
tur ad esse alicuius, vno sublato, totum destruitur. de conse.
di. 4. in synodo, &. 22. q. 2. animaduertendum. Hug [sacerdo-
tis nomen vix, &c.] quia vanum est nomen sine re, & quia si
res deest. nec nomen habebunt, vt dist. 68. eCopiscopi. &. 7.
quæstione prima factus. &. C. de feriis. l. a nullo. [quia valde]

secunda

ſecunda pars.[ſi totus.] Mat. Decimoſexto[foueam]dam-
nationis,&c.

1 *Electus in Epiſcopum ignarus ſacræ ſcripturæ, ſi requiſitus, an ſciat teſtamentum vetus, & nouum ſi reſpondeat ſe ſcire. An peccet mortaliter.*
2 *Meretrix illud, quod lucratur meretricio reſignare non tenetur.*
3 *Pſalteriũ inter cęteras ſcripturas tenetur Epiſcopus & quilibet ordinatus ſcire.*
4 *Epiſcopus promouendus debet examinari ab Archiepiſcopo.*
5 *Epiſcopus qualiter debeat habere legem domini.*
6 *Epiſcopi debent ſcire euangelium quod debent docere.*
7 *Illiteratus nullus debent promoueri in Epiſcopum, & ſi per aliquam ſubreptionem fuerit ordinatus, debet deponi.*


Mnes. Sequitur aliud.c. ad idem propo
ſitum, ꝙ ſumptum eſt ex ſepti
ſynodo, in quo continetur ea, quæ oportet
ſcire eum, qui in Epiſcopum ordinandus
1 ſiue ꝓmouẽdus. pleniori cuius pro intelligẽ
tia quæritur.¶ † Vtrum electus in Epiſcopũ
ignarus ſacræ ſcripturæ, & requiſitus vtrum ſciat teſtamen-
tum vetus & nouum, & reſpondeat ſe ſcire, peccet mortali-
Primũ ar. ter. Et videtur ꝙ non, quia ſi peccaret mortaliter, teneretur
reſignare Epiſcopatum per illud peccatum obtentum, ſed
non dicitur, quod tales reſignare teneantur, ergo, ſic reſpon-
dendo, non peccat mortaliter. ¶ Secundo etiam mendaciũ
Secũdũ ar. pernicioſum peccatum mortale eſt, ſed talis ſic reſpondẽdo,
mentitur mendacio pernicioſo, ergo ſic reſpõdendo, peccat
mortaliter. ¶ Reſpondeo, dicendum videtur ſub tali diſtin-
ctione, quia ille electus, aut ignarus in ſacra ſcriptura ex to-
Reſpõdet to, ita, vt etiam decalogum, & fidei articulos ignoret. Aut
eſt ignarus non ex toto, ſed in parte, quia quamuis neſciat ſa
cram ſcripturam, ſicut illi, qui prouecti ſunt in ſcientia, nihi-
lominus mandata dei, & articulos fidei, virtutes, & ſacramẽ
ta aliquo modo in generali ſcit. Si eſt ignarus primo modo,
videtur, ꝙ probabiliter poteſt dici, ꝙ reſpondendo ſe ſcire
vetus, & nouũ teſtamentum, ex deliberatione peccat mor-
taliter, quia, vt arguebatur ſcienter, & ex deliberatione men
titur mẽdacio pernicioſo, quia mendacium tale eſt in præiu-
dicium vtilitatis animarum, quæ ſuo regimine committun-
tur. Si autem eſt ignarus ſecundo modo, non videtur abſolu
te dicendum, quod ſic reſpondendo peccet mortaliter quia
conſuetudo (quæ ſecundũ iura eſt optima legum interpres,
extra de conſuetu. cum dilectus.) ſic obtinuit vt illud ſcilicet
vtrum ſciat vetus, teſtamentum, & nouum, intelligatur
quantum ad ea, quæ ſcire eſt neceſſarium in prælato, vnde ſi
ſcit de nouo, & veteri teſtamento ea, quæ ſcire prælatũ eſt
neceſſarium, cuiuſmodi ſunt illa, ſine quorum ſcientia com-
petenter non poteſt ſuum exequi officium. Reſpondendo
ſe ſcire vetus, & nouum teſtamentum, non reſpondet verũ
ſecundum intentionem, quam quærens habere debet in talẽ
quæſtionem quærendo. Et ideo mentitur mendacio perni-
tioſo in præiudicium animarum, & mortaliter peccat, ſi ta
lis reſponſio neceſſaria eſt ad talem promotionem per hoc
Ad argum. quod dici debeat: ¶ Ad argumentum ad vtranq; partem. Cũ
enim dicitur in primo, quod talis tenetur reſignare, etiam di
co, quod aut poſtquam receperit Epiſcopatum dicit de ve-
teri, & nouo ea, quæ ſunt neceſſaria ad executionem ſui offi
cij, aut non. Si nõ: credo quod reſignare debet, quia quilibet
habens officium regiminis animarum, ſi non habet ea, quæ
ſunt ad executionem ſui officij neceſſaria, tenet illud officiũ
in præiudiciũ aĩarum ſibi commiſſarum, & ex conſequenti
in propriæ ſalutis detrimentum. Si autem poſtea factus eſt
ſciens eorum, quæ ſunt neceſſaria ad executionem ſui offi-
cii, quamuis eorum eſſet ignarus, quando ab eo fuit quæſitũ
ſi ſciret vetus, & nouum teſtamentum; non credo, quod re
ſignare teneatur, quamuis reſpondendo ſe ſcire, mortaliter
peccauerit vt dictum eſt. Aliquid.n. in peccato mortali acq-
2 ritur, quod homo reſignare non tenetur † vnde mulier illud,
quod lucratur meretricio reſignare non tenetur. Vel poteſt
dici ſm alios, quod etiam talis reſignare teneretur. cum hoc
obtinuerit non tantummodo tacita veritate, ſed etiam ex-
preſſa falſitate, ſi talis reſponſio eſt neceſſaria ad hoc, vt ſua
promotio non impediatur. ¶ Ad aliam partem intelligendũ
eſt de illo, qui eſt ignarus. Ita quod neſcit ea, quæ ſunt neceſ-
ſaria de veteri, & nouo teſtamento ad executionẽ ſui officij
talem concedendo mortaliter peccare, cum requiſitus

reſpondet nouum, & vetus teſtamentum ſe ſcire, ſi ſine
tali reſponſione non promoueretur. Lege. ¶ [Omnes Exponit literam.
pſallentes repromittemus].i. videmur obligare, cũ dicimus
illa verba[in iuſtificationibus tuis]vt.n. ait glo. Pſalterij, obli
uioni, quæ ex infirmitate originalis peccati euenit oppoſita
eſt meditatio. Non vetat.n. Dauid vitium humanitatis. Et
contra illud cæperit auxilium, dicens, [meditabor modis
omnibus].ſ. quantum ad literam, & ſenſum.i. non in ſuperfi
cie verborum. ſed intelligendi. & exponendi ratione. Hugu.
[pſalterium.] vnde quidam repulſus fuit ab Archiepiſcopa-
3 tu, quia neſciebat literam pſalterij. 85. di. florentinum. † Eſt
autem notandum, quod pſalterium iner cæteras ſcripturas
iubetur Epiſcopus, & quilibet ordinatus ſcire. Tum, quia ſe
cundum Auguſti. ſuper pſal. diuina lux, & doctrina noui, &
veteris teſtamenti plenius, & copioſius in pſalmis contine Auguſt.
tur. Tum, quia pſalterium præ cæteris eccleſiæ diuinis offi
cijs maxime frequentetur. Tum quia officiantium deuotio
in pſalmorũ cantu feruentius excitatur, vt ignitum eloquiũ
dicatur. pſalm. 118. & dulcius promatur, vnde Pſalm. 118.
Quia dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo.
4 [inquirantur] Aigu. † quod Epiſcopus promouendus debeat
examinari ab Archiepiſcopo[in promptu, & ſcrutabiliter]
5 quo ad ſenſum, vt intelligat, quæ legit Hug. † debet enim Epi
ſcopus legem domini prompte, & debite firmiter habere
in corde ad meditandum, & recte ad agendum, & ad bene
regendũ ſubditos, & in ore ad inſtruendum. quia Malachiæ
ſecundo dicitur. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & le
gem requirent de ore eius, quia Angelus domini eſt, Sed pro
dolor, verificatur in pluribus illud Ezechielis. 7. Periit lex à
ſacerdote. quia ſacerdotes contempſerunt legem meam. Et
ſi aliqui quærant leges ſeculi, tamen abiecerunt legem. Do-
mini. Eſa. 5. vnde Hierem. 2. Tenentes legem, ſcilicet autho
ritatis officio, neſcierũt me. ¶ [Canones.] ꝑ quos ſe, & alios
in diuinis & eccleſiaſticis officiis, & negotijs, & regulent, &
regant vt cum Apoſtolo. 2. ad Corin. 10. dicant. Nos non in
immenſum gloriabimur, ſed ſecundum menſuram regulæ,
quam nobis menſus eſt Deus, ſcilicet per ſanctos patres,
qui canonicas regulas, reuelante eis Deo, ediderunt. [Euan-
6 gelium] † Epiſcopi enim debent ſcire euangelium quod de-
bent docere, vnde eis Dominus in Apoſtolis ait Matth. vlti.
prædicate euangelium omni creaturæ [Diuini Apoſtoli li-
brũ.] Debet etiã Eps ſcire Apoſtoli Pauli, & cæterorũ Apo
ſtolorũ doctrinã. Tũ quia conformis eſt euãgelio. Tũ quia fi
dẽ docet, & bonos mores, Tũ, quia eã à domino acceperũt
prima ad Corin. 12. Quod accepi à Domino, hoc tradidi vo
bis. [Et omnem diuinam ſcripturam.] debet autem Epi-
ſcopus ſcire omnem diuinam ſcripturam, non ſolum legere
euangelium, & epiſtolas, ſed etiam prophetas, & libros ſapiẽ
tiales, ac Hiſtoriales. Primo, vt paratus ſit reddere rationem
omni poſcenti de ea, quæ in nobis eſt fides, & ſpes. Prima Pe
tri tertia. Secũdo, vt errores eliminet, & conuincat per ſacrã
ſcripturam. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia
mea deteſtabuntur impium, infidelem.ſ. loquentem contra
fidei puritatem. Tertio, vt doceat per charitatẽ ſeruare man
data per dilectionem, Dei & proximi, ex qua lex pendet, &
prophetæ Mat. 22. & dicat. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mã
data Mat. 19. Quarto, vt ſciens diuinam ſcripturam eam elu
cidet, quæ ait Eccleſiaſtici. 24. Qui elucidant me, vitam ęter
nam habebunt. [Subſtantia] id eſt ſubſiſtentia, ſiue fundamẽ
tum, quia ſuſtentat; diſciplina ergo, & ſcientia diuinarũ ſcri-
pturarum dicitur ſubſtantia ſacerdotij, quia ſine ea officiũ
ſacerdotis non recte ſuſtentatur. non quod minus ſit Sacer
dos, dum tamen in forma eccleſiæ ordinetur. ſed ad hoc qđ
rite exerceat officium Sacerdotale. vnde quod hic dicitur,
referendum eſt ad characterem ordinis, quem quidam dice
bãt non poſſe ſuſcipere illiteratũ, ſed ad executionẽ ordinis
quæ ſine literis non poteſt bene fieri ſecundũ Raymundum, Raymund.
qui ita notat in ſumma Rubrica de prudentia ordi. verſi. ſed
nunqnid laicus. Hugo. vero exponit, ſic diſciplina dicitur ſub
ſtantia, quia ad hoc quod remaneat promotus in Epiſcopũ
officio ſacerdotali exigitur diſciplina. & ſcientia diuinarum
ſcripturarũ, & eſt Ar. † quod nullus illiteratus debet promo-
7 ueri in epiſcopum, & ſi per aliquam ſurreptionem fuerit or
dinatus debet deponi. Ar. ſ. eo. ſi in laicis. & diſti. 23. qui Epi
ſcopus. &. 85. di. Florentinum. Hu. [Dionyſius] in lib. Eccle
ſiæ. Hierarchiæ. Nota, quod contra prælatum non habentem
ſcientiam ſcripturarum inuehitur illud Eſa. 56. Canes muti
non valentes latrare. 43. diſtinct. c. 1. Nam ſcientia ſcriptura-
rum multum

rum multum vtilis est ad resistendum contradicentibus.s. hæreticis,& falsis christianis male viuentibus. Est enim quidam gladius,quo resistimus inimicis,& quasi quidam arcus de quo sagittæ emittuntur acutæ, & quasi quidã clypeus,in quo tales nequissimi hostes' excipimus.i. tentamenta eius, ne nobis noceant, propter quod reperimus,quod sacra scritura comparatur gladio arcui,& clypeo. De primo dicitur ad Eph.6.Gladius & spiritus,quod est verbum dei. De secũdo in psal.119.Sagittæ acutæ potentis.i.prælatorum vel prædicatorum.De tertio dicitur Canticorum. Mille clypei.id est mille sententiæ pendent ex ea,omnis armatura fortium. De vtilitate huiusmodi scripturæ dicitur. Secunda ad Ti.3. Omnis scrip ura diuinitus reuelata vtilis est ad docendum nescientes:ad arguendum.i.ad conuincendum de malo negligentes, ad corripiendum.i. increpandum duriter in malo persistentes,ad erudiendum pœnitentes,& incipientes discere.Vt exponit magister sententiarum super Epistolam prædictam Pauli.Periculose ergo carent à prælati, quibus ex officio omnia incumbunt, vnde non sufficit eis vitæ sanctitas nisi additur etiam sapientiæ charitas, vt extra hoc capitulo colligitur[Disceptauerit] id est contradixerit Hugon.[prophetę]Oseæ,secundo &c.

Diuisio. PLacuit. Sequitur aliud.c. sumptum ex.4. Concilio Carthaginensi ad idem propositum.Et potest diuidi in duas partes.In prima ponit,quod qui ordinãtur debent à suis ordinatoribus instrui circa statuta patrum, nec ab eis exorbitent,aut male viuendo,aut officia suorum ordinumnon rite exercendo. In secunda rationem statuti assignat. secunda ibi. Ne se aliquid. Hic nihil est disputandum. Lege.¶[Inculcẽtur].i.non notificentur,siue bene in memoria informentur.Similiter,cum nouum celebratur concilium ea, quæ sibi statuuntur infra menses sex, debet quilibet Episcopus notificare suis clericis laicis, vt in. c.decernimus.distin.18.simile est de excommunicatione.vt 11.q.3.Curæ sit Hug.[ne se.]secunda pars.[pœniteant] Non quod pœnitentia sit mala,sed hoc dicit propter pœnã, quæ inde sequitur.

Exponit literam.

1 *Firmamentum fidelium est fides & scriptura sacra.*

SIcut stellas. Sequitur aliud capitulum, quod est papæ Zepherini, & facit ad propositum pro eo,vbi exprimit nobis dignitatem,& authoritatem sacræ Scripturę dicens,qui adhæret firmamento sacræ scripturæ non solum intellectu, sed affectu, & opere operando ea, quæ docet scriptura sacra non fędatur mundana iniquitate, quia in diuina sapientia nihil inquinatũ incurrit sapientiæ.7.Sapientia enim diuina corripit ab iniquitate,sapientiæ 1.Hiero.etiã dicit. Ama scientiã scripturarũ. carnis vitia nõ amabis,& gl.super illud Danielis.2. Angelus domini descẽdit,sermo diuinus descẽdit, & extinguit ardentes sagittas Diaboli,& incendia cordis nostri.Lege.¶[Firmamento.]firmamentum fidelium est fides,& scriptura sacra,ex qua.2.Tim.2. Firmum fundamentum dei stat, habẽs signaculum, hoc etiam firmamentum virtutis stat prouerbiorum.12.Labium virtutis firmum stat in perpetuum, qui ergo adhæret huic firmamento,mundana iniquitate non fædatur.Sapientiæ.7.quia est speculum sine macula,in quo pulchra delectatur,& fæda abiiciuntur.

Hirone.

Exponit literam.

1 *Christus, quare dicatur virtus Dei.*

SI iuxta Apostolum. Sequitur, aliud capit. ad idem propositum,quod est Hieronymi super Esa.in prologo, Breue est & planum.Leg. ¶[Iuxta Apostolum Christus Dei virtus, & Dei sapiẽtia est].i.ad Corin.primo Dicit Apostolus prædicamus Christum Dei virtutem,& dei sapientiã 1 dicitur etiam Christus virtus dei iuxta glo. Magistri, quia per ipsum diabolum superauit,[sapiẽtia] quia eius astutiam decepit occultando ferrum diuinitatis,sub verme humanitatis,vnde quãdo credidit mordere vermem humanitatis,captus est hamo diuinitatis, & sic captus est Leuiathan hamo. [Ignorantia.] qui enim ignorat Dei sapientiam quantum ad symbolũ,& articulos fidei, quos quilibet fidelis tenetur credere explicite, & eius mandata scire, quæ decet obseruare ignorat Christũ,qui per fidem cognoscitur, quod est Deus super omnia diligendus,& est homo.Rom.9.Vel exponitur sic,per scripturas enim venitur ad notitiam Christi, & per illas cognoscitur Christus esse Dei virtus, & dei Sapiẽtia.ergo qui ignorat scripturas, ignorat Christum esse Dei virtutem,& Dei Sapientiam.Hu.& Archi.

Exponit literam.

1 *Diuina,qui dicantur sapere.*



QVi ea. Sequitur aliud.c.ad idem propositũ, qđ est beati Gregorij in moralibus. Et potest diuidi in duas partes partes.In prima ponit,quod qui ea, quæ Dei sunt sciũt, sciũtur à Deo,& qui ea nesciunt,nesciuntur à Deo. In secunda confirmat authoritate Apostoli. Secũda ibi.Paulus Lege.¶[Qui ea, quæ dei sunt.]cuiusmodi sunt tam mandata dei,quam credenda de eo[sciunt].i.sapiunt corde ore,& opere.1Illi diuina sapere dicuntur,qui auide sapere non solum diuina considerant cognoscendo.sed amando, & operãdo,quæ Dei sunt.Et sic Apostolus ait ad Colos.3.quæ sursum sunt sapite,non quæ super terram. Vbi gl.super ver. Sapite.dicit intelligentia, & charitate[sciuntur].i.approbantur, & ita nouit, qui sunt sui.[nesciuntur].s.per approbationem,quibus dicet Dominus.Mar.25. Nescio vos. [Paulo.] secunda pars.1.ad Cor.14.[Ignorat]necessaria ad saluten.cũ debeat & possit scire.[ignorabitur]in futuro.i.reprobabitur Hug.Mat.7. Amen dico vobis non noui vos.i.quicunq; cõstitutus est in culpa.Ista expositio non est in litera Apostoli, nec in gl.[stultus est in culpa]cõmittendo ea,quæ nõ conueniunt,& non cognoscendo grauitatem illius, vnde de damnatis dicitur Sapientiæ.5.de Iustis, ita dicunt. Hi sunt,quos aliquando habuimus in derisum,& in similitudinem improperij, nos insensati vitã illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore.Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei,& inter sanctos sors illorum est, &.ẏ.nos luxuriati sumus in via iniquitatis, & pditionis, & ambulamus vias difficiles,viam autem Domini ignorauimus:&c.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Nescientia,ignorantia,& error,qualiter differant.*



QVamuis. Sequitur aliud.c.quod est Augustini ad idem propositum. Quia enim dictum fuerat supra in hac distinctione,quod ignorantia est nociua,& periculosa sacerdotibus. Ne autem hoc quis crederet verum esse de ignorantia quarũlibet rerum, inducit magister Gratianus hoc ca.August.in quo ponit quædam esse, quorum ignorantia non sit nociua.sed vtilis,& expediẽs, vt ignorantia illius scientiæ, quæ bona sit in se, præstat tamen occasionem mali, vt est scientia Necromantiæ & pyromantiæ.Et potest diuidi hoc.ca.secundum duo dicta principalia eius in duas partes.In prima parte distinguens inter errare, & ignorare, & nescire, dicit quod licet cauendum sit, ne erremus,& non solum in maioribus, vt puta in pertinẽtibus ad fidem,vel bonos mores,sed etiam in minoribus, & licet nõ erretur,nisi rerum ignorantia;nihilominus non sequitur, qđ erret quicunque ignorat.Sed ille dicitur errare, qui se existimat scire,quod nescit,quia tales pro approbat falsum, cum scientia non sit,nisi verorum. In secunda parte,ponit, quod multum intersit,in qua re quisque erret:secunda ibi: Verũ1 tamen.Nota differentiam inter nescientiã,& ignorantiam, & errorem iuxta sanctum Thom. quia illa, quæ dicunt hic Hu.& Arc.non placent, nec videntur bene intelligere Aug. Dicit autem Thom in prima secundę.q.76.articulo.2.quod ignorantia, differt à nescientia,quia nescientia dicit simplicẽ scientiæ negationem, vnde cuicunq; de est aliqua rerum sciẽtia, potest dici nescire illa secundum quem modum Dyonisius in angelis nescientiam ponit.vt in ecclesiasticæ Hierarchiæ.Ignorantia vero importat scientiæ priuationem,dum s.alicui deest scientia eorum, quæ aptus natus est scire, verũ aliquando ignorantia capitur communiter pro nescientia. de differentia vero ignorãtię, & errorum dicit idem sanctus Tho.in.4.di.30.ar.1.ita inquiens. Ignorantia differt simpliciter loquendo ab errore,quia ignorantia de sui ratione non ponit aliquem cognitionis actum, sed error ponit iudicium rationis peruersum de aliquo: hæc sanctus Thom. Concor.Albertus magnus in.4.di.30.dicens, quod error semper præsupponit aliquam notitiam eius, circa quod erratur.s. per famam,vel per visum,vel opinionem,sicut dicunt Iurisderiti,& hoc est,quod dicit August.quod error sit falsa pro veris approbare.Ignorantia vero, vel nescientia nihil approbatur de

Diuisio. S. Thom. S. Thom. Albertus magnus

batur de aliquo sed simpliciter priuatur scientia ab ignorantia.[veruntamen]Secunda pars[in vnaquaque re, & nescienti.]scienti,& erranti [non errans recta ratione præponitur] hoc est verum vniuersaliter. Quis non præferat nesciẽtem ei.s.scienti noxia.Sunt enim quædam,ex quorum scientia fit hominis appetitus procliuior ad malum [melius].i.magis expedit, non quia scire sit malum, sed quia est occasio mali. Hugo.& Archid.

Sed licet. Secundum Archidiaconum hic incipit tertia pars huius distinctionis, quæ sic continuatur ad præcedentem,quia superius dictum est. ignorãtia non debet esse in sacerdotibus, ne ergo quis crederet eos esse irridendos,si defectu ignorantiæ laborent,subdit authoritatem Augustini hoc non esse faciendum [proferant] syllogizando. vel barbarizando. [De cathecizandis].i. instruendis. August.

1 *Deijciendus,an veniat quis à sua dignitate propter insufficiẽtiam literaturæ.& nu.5.*

2 *Papa propter insufficientiam literaturæ non deponitur.*

3 *Episcopus omnino illiteratus , ita vt nesciat facere officium, ad quod assumitur propter defectum literaturæ deponi potest.*

Et quid,si sit vtilis Ecclesiæ.nu.4.

9 *Barbarismus quid dicatur.*

7 *Soloecismus,quid dicatur.*



Diuisio. SEdulo. Hoc est ca.beati Augustini, quod potest diuidi in tres partes.In prima ponit,quod licet sacerdotes sint ignari artis Grammaticæ,non tamen sunt contemnendi à scholasticis, sed bene per superiores sunt corrigendi.In secunda inducit rationes tres ad hoc.In tertia remouet obstaculum. Secunda ibi.Cordi.tertia ibi.Non quia.¶Pro pleniori intelligentia huius.ca. quæritur.

1 † Vtrum quis propter insufficientiam literaturæ veniat deiiciendus à sua dignitate, & videtur quod sic. Primo ex.c.præsenti:vbi dicitur,quod tales Episcopi imperiti, licet non veniant ab inferioribus contemnendi,sunt tamen à superioribus corrigendi. Sed videtur, quod propria correctio talium sit eiectio eorum de loco dignitatis, quam inutiliter occupant,iuxta illud Matt.5.Si sal euanuerit, sequitur, ad nihilum valet vltra,nisi vt mittatur foras,&c.¶Secundo arguitur ex.c.finali.de ætate, & qualitate ordinan. vbi notat Hostiensis,quod euidens insufficientia omnibus modis reprobatur in Episcopo, vt potest colligi ex illa decretali. ¶Tertio arguitur ex distinctio.36. per totum.¶ In oppositum est glo. huius.c. quæ ita habet argu.quod non est deponendus aliquis propter imperitiam, vt.10.quæstione prima placuit ad idem distinctio.74.Episcoporum in fine. &.25. quæstione.2.in galearum.in fin.¶Respondeo dicendum, sequendo tam Arch.quam Io. de Fantuciis in præsenti capit.

(Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit ĩ cõtrariũ. — Respõdet.)

Prima cõclusio. 2 †Quod aut quæstio quærit etiam de Papa, & tunc sit ista cõclusio propter insufficiẽtiam literaturæ nondeponitur. Ista conclusio habetur extra de renun.c. 1.lib.6. Patet etiam conclusio ex.c.si papa distinct. 40.vbi habetur, quod propter solam hæresim solus papa deponitur . Si vero quæstio quærit

Secunda cõclusio. de aliis inferioribus,s.Episcopis, nunc sit ista secunda cõclusio.

3 †Episcopus omnino illiteratus ita, vt nesciat facere officium,ad quod assumitur propter defectum literaturæ deponi potest,& deponendus venit.Casus est de æta.& quali.cap. fin.Et no.Arch.1.quæstione.7.hi qui.Item ista conclusio apte colligitur.s.ex.c.si in laicis.e.di.

Tertia cõclusio. Si vero Episcopus nõ est omnino illiteratus; vnde, quia ignoret Grammaticã, ex vsu tamen loquitur perfecte literaliter. Tunc sit ista conclusio.

4 †Si talis sit vtilis ecclesiæ non deponetur propter hunc solũ defectum,quia sciens mentem iuris,licet non habeat scientiam,toleratur,vt est hic casus. Et ita potest procedere glo. hic.Item conclusio cõfortatur ex eo, quia isti tales possunt defectum scientiæ supplere per vicarios suos vt de offi.ior. inter cætera,quæ & loquitur de defectu scientiæ:vel posset dari tali coadiutor.7.quæstio.1. non autem. Si vero quæstio petat etiam de alijs prælatis regularibus in hoc sunt opi

5 niones,†Vna est quod licet non habeat scientiã.si tñ alias est discretus,& peritus in regula,qđ talis nõ remouebitur;quia officium Abbatis est magis restrictum, & limitatum ad regularem scientiam,quam ad aliam, quod secus est in Episcopo,qui habet magis latum officium,vt de off.or.c.1.Et ideo nimirum si maior idoneitas requiratur in Episcopo, quã in Abbate. Ad hoc facit. 77.distinctio. Episcoporum. & textus hic, & hoc tenet Ioann. de Deo in quæstionibus suis, qui dicit,quod si nescit Abbas prædicare literaliter,prædicet vulgariter.Goffredus vero in.ca.licet extra de simo.tenet contrarium,per dictum.c.licet. & per.c.per tuas eo.tit. Vnde dicitur,quod si in Abbate esset insufficientia intolerabilis remoueretur.vt in.c.fin.de æta.& quali.Alias daretur ei adiutor,vt in.c.petisti.7.q.1. Archid.vero in.c.legi.16.q.1.reducit istas opiniones ad concordiam, dicens, quod Abbas aut eligitur ad Abbatiam non habentem populum, & sic procedit prima opinio. Aut abbatia habet curam populi, & tunc procedit secũda opinio. Et est ratio, quia ex quo assumitur ad regimen animarũ,debet prædicare de sta.mo. quod Dei. Et ideo cum debeat prædicare, debet præcaueri,ne idiota assumatur.vt de æta.& quali. cum sit.secundum Archidiac.ibi Sed nobis videtur;quod distinctio ista nõ habeat locum hic quia omnis Abbas eligitur ad curam animarum.Licet enim omnes abbates non assumantur ad abbatias habentes populos,s.laicos assumuntur tamen ad curam animarum suorum subditorum.s.monachorum,siue religiosorum,vnde videtur eadem necessitas literaturæ in eis licet non tanta, quanta requiratur in eo, qui cum religiosis habet eatiam populum secularem; cui non solum in foro conscientiæ, sed contentioso debeat illis dicere ius.Si vero quæstio petat de aliis clericis inferioribus,non constitutis in dignitate,tunc Arc.hic in dicto.c.hi;qui.1.q.7.distinguere videtur, quia aut sunt penitus illiterati,ita quod nesciunt officium facere,ad quod tenentur & in tali casu est conclusio, q̃ tales sunt remouendi Ar.dicti.c.hi.qui à contrario sensu.Aut non sunt penitus illiterati, tunc in tali casu est conclusio, quod propter solum hunc defectum non sunt remouendi.Et ita procedit Io.hic Et hanc partẽ videtur tenere Ioa.An.in.c.fi.de æta.& quali. Et ponit etiam in addi.speculi in ti.de præben. super rubrica.in princ. ¶ his habitis,patet responsio ad rationes inductas in principio. Ad primam respondetur, negando consequentiam.Et ad probationem,negando,quod illa sit propria correctio in casu. vbi episcopus non sit omnino illiteratus, & alias vt vtilis ecclesiæ.Et ad probationem.Matt.5.dicitur quod illud non est ad propositum, quia ibi loquitur text.de priuato,& infatuato prælato, tam intellectu, quam effectu, tam literis quam moribus, & incorrigibili Corrigi autem possunt per superiores, quod cum huiusmodi defectu præsumpserant promoueri.¶Ad secundam respondetur dupliciter;primo quod.c.illud loquitur de eo qui omnino est illiteratus.Secundo,quod loquitur de Episcopo,contra quem opponebantur plura,quam insufficientia literaturæ,sicut patet in principio, & ita non procedit contra conclusionem positã.¶Ad tertiã respondetur,quod capitula. illa d.36.loquuntur de promouendo videlicet, quod talis nõ debeat promoueri,nos autem loquimur de promoto reijciendo, & ita nõ procedit contra iam dicta.Lege.¶[Sedulo].i.frequenter, & prudẽter[humilitate inducti christiana]de qua Mat.11.Tollite iugum meum super vos,& discite à me,quia mitis sum, & humilis corde.[Contemnere.]scolastici enim humilitatẽ christianam habentes.non debent quenquam contemnere, & maxime eos, qui plus ornantur moribus quam verbis, quia mores verbis præferuntur.Matth.23.contra phariseos dicens,dicunt, & non faciunt. [Cordi casto].secunda pars. Prima ratio,quia casto cordi simplicis aut minus literati sacerdoti non est comparanda lingua sine castitate, quantumcunq; exercitata licet fatui aut minus sapientes consueuerãt aliter facere.[His].i.scholasticis: est secũda ratio, quia sententia præferenda est verbis;& Deus plus respicit ad mentem, quam ad verba,sicut aliquando corpori : plus enim est consideranda sententia, quam verba.vt.1.q.1. Marchion.&.22. q.5.humanæ.& petimus corde,quod voce domino decantãdum est.90 di.cantantes.animus corpori.vt 24.q.3.si habes & de pœ.di.3.adhuc.Hu.[malle].i.magis velle, vnde sicut infirmus non quærit medicum eloquentem,sed curare scientem.in gl.[Nouerit]3. rõ.s.quod deus magis respicit affectũ quam vocem[non esse].i.non valere.[vocem.]ad aures dei [nisi cum affectu.] vnde gl.super Matth.6. Non apud deum agendum est verbis, sed rebus affectu simplici intentione cordis. [ita enim] id est si ita cognouerit esse, vt diximus.

6 [non irridebunt.]† Barbarismus est vnius verbi corruptela, vt cognoscere.penul.producta:vnde est in accentibus. [solo

7 ecismus est vitiosa compositio verborum, vir mea vxor, meus.[Non

(Margin notes, right column: Io. de deo. — Goffredus. — Archid. — Io. And. — Ad primũ arg. — Ad secũdũ — Ad tertiũ. — Expositi ter m.)

meus:[Non quia].3.pars quasi diceret non ideo ista dicimus vt dicamus,quod talia non sint in Episcopis aut sacerdotib' corrigenda sed quod non sunt irridenda.[Corrigenda sunt] non tamen ab omnibus, sed à maioribus. Dignum quippe correctione est,ne Episcopus careat arte loquendi, & barbarismum, aut soloecismum orando committat, & ad risum prouocet audientes potius,quam ad deuotionem quod si cõtingit est à scientibus tolerandum,& dissimulandum,præsertim coram populo ne scandalizetur.[Amen]de conse.dis.2. r uera in fi.quod potest laicus respondere sacerdoti in missa & eum iuuare ad celebrationem missæ,maxime in necessitate,cum sacerdos clericum adiuuantem non habet, dum tamen hoc non faciat in solenni apparatu,vt no. Ioã And. de vi.& ho.cle.vt quisque licet hoc non videatur colligi aperte ex tex.præsenti secundum Hug. [ab his].s.scholasticis,& discretis,& sapientibus.Hug.[didicerunt].inquam,quod fit in foro[bene agitur sonc].i.sonorosa aduocatione[ita voto] id est mentis deuotione.[bene]agitur in ecclesia.Sed in hoc est differentia, quia licet forensis aduocatio propter nitorẽ eloquẽtię,& quia bene fundata iuribus dicatur.[benedictio] vnde dicimus de clerico aduocato,quod bene dicit, non tamen dicitur benedictio sicut ipsa mentis deuotio, vult dicere,quod si sit interior deuotio omnino ipsa à Deo,cõsequitur benedictionem, si vero assit vocis exterioris ordinata modulatio absque cordis deuotione.[licet sit benedictio].i. sermo bene compositus, non tamen sequitur,benedictum est à Deo,quia vt dicit Augustinus de vera innocentia,tunc clara voce clamamus;cum est ad Deum intentio cordis, & fragrantia deuotionis, vnde de quibusdam dicit dominus Esaiæ.29.Hic populus labijs me honorat cor autem eorum longe est à me.

1 *Maior non debet dedignari,si doceatur à minore.*



Vllus Episcopus. Hic iuxta Arc. incipit. 4. pars distinctionis, vbi Clemens papa ponit quod nullus Episcopus si ignorans sit propter opprobium senectutis, vel Nobilitatem generis debeat dedignari addiscere à minoribus. Et potest diuidi in duas partes hoc cap.In.1.facit quod dictum est In.2.assignat rationem,Lege. ¶[Qui enim opprobrium senectutis,reputans hoc sibi in opprobrium senectutis, Hu. Lau.& Archid.[Paruulis ætate.]argu.quod non debet dedignari maior,si doceatur à minori,quia stultus est, qui bona, quæ videt discere contemnit.vt.22.dist. Constantinopo.Et Augustinus dicit Ego senex non dedignor doceri à Iuuene, & Episcopus tot annorum, &c.vt.24.q.3.si habes.[Qui.n.] secunda pars.[infidelis].i.sine fidei virtute,vnde Augustinus in epistola quadam.Tunc veraciter fideles sumus,si qđ promittimus operibus impleamus. Item Ioan. Chrysostomus Fides mandata tenet,præcepta seruat promissa consummat &c.& hæc de distinctione præsenti.

Diuisio. Expo. litteram. Augus. Io.Chryso.

¶ Distinctio trigesima nona.

1 *Promouendus in Episcopum debet habere prudentiam in negotijs secularibus.*



Cce plenarie. Hic incipit dist. 39.In qua magister Gratianus ostendit, quod ordinãdus in Episcopum debeat habere secularium negotiorum peritiam, vt non tantum spiritualia,sed etiam tẽporalia disponere, & administrare sciat,alias repellendus est,qđ probat per c.sequens.Et no. quod hoc ca.adhuc est de c.illo Apostolicæ regulæ,atque ordinandum esse prudentem. Prudentia vero,quæ à tali exigitur,vt supra diximus,consistit in tribus.In peritia scilicet sacrarum literarum, & in peritia secularium literarum,de quibus duobus magister egit in distinctionibus præcedẽtibus.s.36.&.37. Et in peritia secularium negotiorum, de quo tertio in hac distinctione tractat Hug. dicit ergo. † quod promouendus a in Episcopum debet habere prudentiam in negotiis secularibus. Prælatus.n.tenetur non solum spiritualia,sed etiam temporalia debet subditis,& necessitatem patientibus ministrare, sicut patet præcepto Christi,qui ait Petro. Pasce oues meas meas.Io.1. Patet etiam exemplo christi,qui turbas sequentes non solum docebat verbo, sed etiam virtute eos sanabat, secundum illud Lucæ.6.Matt.14.&.15. Ad hoc autem necessaria est tẽporalium negotiorum solertia, vt eorum cautela Ecclesiæ seruentur indemnes, & cuique pro modo suo necessaria ministrentur,ergo illam prudentiam debet habere prælatus, vnde confirmat hanc rationem exemplo beati Gregorii, qui quendam electum pro simplicitate sua [repulit].i.imperitia secularium negotiorum.

a¶ Promoued' Qualis esse debeat, promouẽdus. V. de tex. gl. & cardi in cle.1.de cõ. ...



Etrus. Sequitur.c.hoc,quod scribit Gregorius nobilibus ciuibus Neapol.qui electum Episcopum repulerunt propter negotiorum inexperientiam, vnde prima ad Tim. 3.dicitur.Oportet Episcopum prudẽtem esse. Prudentia autem est notitia de negotiis agendis,sexto ethicorum[simplex]hoc non dicitur de illa simplicitate, quæ contraria est dolositati quæ virtus est,& necessaria cuilibet ordinando, quæ dicitur simplicitas columbina,de qua Matth.11.Estote prudentes,sicut serpẽtes,& simplices sicut columbæ.&.16.q.1.si cupis. sed dicitur de illa simplicitate quæ est pœnalis infirmitas,s. de quadam inscientia,siue ignorantia, videlicet indiscretioni, quæ contraria est cautelę,discretioni,& astutiæ,scilicet cum quis nescit sibi cauere ab aliis,& talis simplicitas impedit promouendum, vt hic & distinct.74. Episcoporum sed promotum non deiicit sed adiutor debet sibi dari.vt.7.q.1.quia frater.&.12.q.2.Vobis.Vulterane.Et nota,quod iste Petrus nõ tantum propter simplicitatem erat repulsus,sed quia etiam erat vsurarius.vt. 47.dist.de Petro.Et vnum istorum sufficiebat ad repulsionẽ Hu.& Archi.Et nota quod non repellitur ratione criminis, sed ratione defectus eius, quod is qui repellitur propter simplicitatem exigitur ad promotionem in Episcopum,& quemlibet prelatum ecclesiæ scilicet,quia non habet peritiã in negotiis secularibus.Hu.

¶ Distinctio Quadragesima.



Portet. Hic incipit distinctio.40. in qua Gratianus prosequitur quintum capitulum regulæ Apostolicæ.s. quod oportet ordinandum ornatum esse. Et potest diuidi hæc distinctio in sex partes,iuxta Archi. secundum sex principales doctrinas, quas continet.In prima.n. dicit quod dictum est.In secunda ostendit, quod vnus in eodem genere peccati magis punitur,quam alius.In tertia probat,quod papa magis puniẽdus venit apud Deum,quam alij si male rexerit gregem sibi commissum. In quarta ostendit, quod difficile sit,& laboriosum Episcopi,& presbyteri officium.In quinta,quod nullus ita magnus sit,quin quandoq; cadere possit, nisi gratia dei sit adiutus.In sexta, quod plenũ nomen Sacerdotis consistit non in nomine tantum,sed nomine,& re.2.ibi.Homo Christianus.3.ibi. Si papa.4.ibi.Ante omnia.5.ibi Illud.6.ibi,Multi.Circa primũ c.inqt.¶[Oportet Episcopum esse ornatum.] Hæc est conclusio principalis ca.&. intelligendum est de ornatu interiori, & exteriori. Duplex enim ornatus dicitur esse pontificis,scilicet interius & exterius.Exterius ornamentum pontificis est grauitas,& in incessu honestas,in habitu parsimonia, temperantia in cibo,& potu.De isto exteriori ornatu non tractat hic Gratianus;sed in proxima dis.Interius autem ornamẽtũ pontificis sunt virtutes,& de hoc tractat in hac dist.ostẽdẽdo, qđ Sacerdotes,Episcopi debent esse ornati virtutibus,ita vt dignitas ecclesiastica honoretur per eos,ostendendo etiam;qđ nec locus,nec dignitas dant virtutes,sed ista præsupponit illas. Et ad hoc Gratianus inducit primo authoritatẽ Prophetæ.2. inducit figuram veteris testamenti.[Virtutes] & bona opera:vt.44.di.ca.1 [sacerdotes.]hoc habetur Psal.131. salutare quippe vestimentum, & ornatus virtutum, vnde in eodem psal.dr.Sacerdotes eius induantur iustitia.iustitia autẽ secundum Philosophum est omnis virtus.Et secundum Chrysostomum Matth.5. Nisi abundauerit iustitia vestra, hoc est, omnis virtus,qui ordinatus maxime consistit in quatuor virtutibus cardinalibus. Vnde Hieronymus ad Nepotianum. Vis scire,quales Deus quærat ornatus.Habeto iustitiam,tẽperantiam,prudẽtiam, & fortitudinem. Nihil enim hoc monili pretiosius, nihil hac gemmarum varietate distinctius, hæc enim ornamenta tibi sunt,& scuta, hæc Hieronymus. Tali autem ornamento debet rector ecclesię vestiri. Ecclesiastici.32.

Diuisio. Exponit literam. Chrisosto Hierony.

siastici. 32. Rectorem te posuerunt, post ornamentum accipies coroná. & Esa. 49. his quasi ornaméto vestieris, inde veteri. Inducit consequenter figuram veteris testamenti, hoc enim significabant varia vestium ornamenta pontificis, de quibus Exo. 28. & 29. Nam octo erát genera vestimentorú pontificis. Hu. [ab eo] scilicet gradu. [necessitaté] scilicet bene viuendi præ aliis, vt non tantum ea quæ communiter omnibus præcepta sunt, faciat, sed vniuersos moribus, & vita antecellat. vt. 1. q. 1. vilissimus. & 8. q. 1. c. vlti. Hu.


1 *Quis dictio raritatem notat, non impossibilitatem.*



On nos. prosequitur Gratianus illud, qđ dixerat, quod non loca, aut dignitates hominem sanctificant, sed virtutes, & inducit hoc c. quod est Symmachi papæ: vbi loquitur Symmachus contra quosdam hæreticos, qui dicebant, quod papa non potest accusari, nisi de hæresi, quia sedes Petri dabat licentiam peccandi, ita quod Romani pontifices, susceperunt à domino licentiá peccandi, simul cum preuilegio dignitatis, hos reprehendit. Symmachus dicens. Non nos. Lege. ¶ [Non nos.] Absit enim, quod dicamus talem errorem, & blasphemiam. A domino enim, qui peccata prohibet punit, & odit, nó potest talis licentia haberi, non à beato Petro. [meritorum dotem]. i. post apostolicam dignitatem per bona merita sibi acquisita, & collata Domino [perénem]. i. firmam, atq; perpetuam, quia vt dicitur Lucæ. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt fides tua non deficiat, & Matth. 16. Super hanc ædificabo ecclesiam meam. Et sequitur. Et portæ inferi non præualebút aduersus eam. [cum hæreditate innocentiæ]. i. innocentia, quasi hæreditate, scilicet vt successores eam haberent, quasi iure hereditario [transmissa]. i. transmissa est, vel transmisit volútate, verbo, & opere, & exemplo, quasi dicat. Petrus merito suorum actuum præditus apostolica dignitate cum innocétia, quasi quádam hereditaté transmisit ad successores, non peccandi licentiam. [Quod enim illi]. i. à beato Petro. i. apostolica dignitas [per actuum lucem]. i. per suos lucidos, & bonos actus. [ad illos]. i. ad omnes successores. [ptinet]. i. eis confertur. i. habent idem, & eandem apostolicam dignitaté, [quos pars]. i. similis [splendor bonæ conuersationis illuminat.] vel illuminare præsumitur. Hu. & Archi. [Quis enim] quasi dicat merito dixi, cú hæreditate innocétiæ, quis. n. &c. id est, de aliis sacerdotibus; de quibus semper præsumédum est bonum. 11. q. 3. Absit. Nisi euidenter praua opera faciant, túc. n. in bono nó essent interpretáda, vt extra de regulis iuris. estote. & maxime hic de Papa. est magis præsumendum, quod sit sanctus, nisi constet de contrario, cum ad tam sanctæ, & tantæ dignitatis culmen assumitur, præsertim, quæ tam sapientium natura inquisitione, & prudenti cócilio dominorum cardinalium, per quorum examen velut aurum per ignem probatus assumitur. ad quem monté sedis Apostolicæ non debet ascendere nisi innocens manibus, & mundo corde. †Nota. quod vt dicit Arch. Ista dictio quis, raritatem notat, non impossibilitatem secundum Lau. de pœ. dis. 1. §. quod autem. & c. seq. & §. ad huiusmodi. In quo]. s. apicem dignitatis tenente, si desunt bona propria, sufficiunt ad illustrationé eius. i. ad hoc quod habeatur bonæ opinionis. [quæ de beati Petri]. de Petro. [testantur]. i. dicuntur, & testimonio eius relinquuntur, quia eo ipso, quod locum Petri (de quo tam magna mira dicuntur) tenet habetur bonæ opinionis, & præsumitur esse magnæ sanctitatis. Hu. vel sic [sufficiant] quo ad subditos, qui non debent aliquid de eis præsumere, vel eos accusare. Non autem referas, quo ad Deum. Archid. [claros.] splendore virtutis, & bonitatis. [erigit] apex ille [illustrat] in opinione hominum, quia eo ipso redduntur claræ opinionis adeo, vt de illis iam nullus dubitare debeat, quin boni sint, licet forte veritas aliter se habeat. Hugon. &c.

Exponit literam. — Archid.

2 *Filij sanctorum sunt, qui opera imitantur eorum.*



On est facile. Consequenter inducit ad idem capit. hoc quod sumitur ex Hieronymo in epistola ad Eliodorum Monachum, cuius summa est, † qđ filij sanctorú sunt, qui opera imitant eorú. Le. ¶ [Nó est facile] imo difficile stare digne, sicut exigit eminétia dignitatis. Hu. stans enim in loco sancti Petri aut Pauli eorum vitam, & mores debet imitari. 35. di. Ecclesiæ vt. quos imitatur officio, imitetur in vita, ne sibi dicatur, quod dictú, fuit preposito templi. Esa. 22. Quid tu hic. aut quis hic. [nó filij] Iudæi. n. filii Abrahę erant origine, sed non erant imitatione, quibus Christus Io. 8. ait si filij Abrahę estis, opera Habrahæ facite, quia vt dicit Chrysostomus super Matheú præclaram generationem parentum nullum denigrat mala vita filiorum, &c.


Exponit literam.

1 *Sacerdotis dignitas magis ex morum nobilitate notificatur quam ex loci, aut generis nobilitate.*



Os qui. Ad idem subiungitur hoc ca. sumptum ex dictis beati Gregorii in registro, cuius summa est, quod sacerdotis dignitas magis ex morú nobilitate notificatur, quá ex loci, aut generis sublimitate, quoniam, vt ait Hieronymus in homilia quadam. Ille apud deum est acceptior, nó quem nobilitas generis, aut dignitas seculi, sed quá deuotio, fides, & sancta vita commendat.

Hyeronim.



On loca, vel ordinationes. Ad idem inducit hoc c. quod est beati Gregorij in epistola ad Anastasium presbyterum, vbi ait, qꝫ non loca, &c. Deus enim cum sit vbique præsens, non est ille proximior, qui est in sede altior, vt patet in Lucifero. Esa. 14. sed qui vita eminétior, & humilior: vnde Saluator Mat. 19. ait sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorum. Item Remigius super illud philip. 4. Deus prope est, vt dicit Dominus, prope est omnibus, qui credunt, qui iuste viuunt, qui bene docent, & im-maculatum cor habét. Item Ambrosius super illud psal. spreuisti omnes discedentes à te; non interuallo locorum relinquitur Deus; sed prauitate morum, & deformitate gestorú vnusquisq; igitur suis studiis sese aut iungit deo, aut separat.

Remigius. — Ambro.

2 *Grauitas peccatorum potest attendi ex tribus.*
4 *Clericus peccans animo deliberato, magis peccat in eodem genere peccati, quam laicus. & nu. 5.*



Omo christianus. Subiungit ad idem propositum hoc c. quod est Beati Ioan. Chrysostomi, vbi dicit, quod grauitas peccati sumitur ex duplici causa, s. ut. s. ex magnitudine peccati, quæ attenditur ex parte generis sui. Aut ex parte altitudinis dignitatis personæ peccantis. Breue est. Pro cuius c. pleniori intelligentia quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum sufficienter assignentur causæ grauitatis peccatorum in litera.

3 ¶ Secundum est, vtrum plus veniat puniendus nobilis, quá ignobilis pro eodem genere peccati.

1 Ad primum. Sic pceditur. † Et videtur, quod nó: primo sic. Quia stat aliquem peccare eodem genere peccati cum alio, & tamen grauius, vel minus graue, secundum quod ex maiori, vel minori contéptu, aut libidine peccatur, ergo videtur, qđ ex magnitudine peccati non sufficienter assignantur grauitas peccatorum. ¶ Secundo sic. Vbi delictum est grauius grauior pœna debet imponi iuxta capitulum. Non afferamus. 24. q. 1. sed quandoq; magis punitur vnus, quam alius eodem genere peccati. vt. j. dist. prox. non cogantur. notatur ergo &c. ¶ Tertio. Vita sine peccato non est, secúdum illud Iacobi. 3. In multis offendimus omnes. Si ergo altitudine dignitatis grauius peccat, vt Episcopus, & sacerdos, quam laicus, sequeretur: quod in huiusmodi dignitatibus constituti forent priores deterioris conditionis, quam seculares, quod esset absurdum. ¶ In oppositum est tex. prẹsentis c. Respondeo dicendum, quod ista duo assignata in litera huius c. videlicet magnitudo peccati, & altitudo dignitatis peccantis bene sunt causæ grauitatis peccatorum, licet non sola ipsa duo, sed aliqua etiam alia ad hoc faciunt, vt etiam habetur in fine gl. huius ca. Pro cu-
2 ius conclusionis maiore declaratione est notandum. † qꝫ grauitas peccatorum potest attendi ex tribus. Primo ex magnitudine peccati secundum genus suum, vt tangitur hic in litera in prima causa, & hæc grauitas dicitur accipi ex parte obiectorum, ex quibus peccata speciem recipiút, sicut homicidium grauius est furto. Clarum est enim, quod ille grauius, peccat, qui grauiori peccato labitur, grauius autem peccatú est simpliciter ex genere, quod ex suo generę plus aduersatur Deo & rectæ rationi, vnde peccata quę directe magis ad uersantur Deo, vt peccata contra fidem, & Dei reuerentiam sunt grauiora, vt infidelitas, & blasphemia, quia quáto Deus est melior

Primú ar. — Secúdú ar. — Tertiú ar. — Opponit & Respo.

est melior, tanto est peccatum in eũ grauius. Similiter, quia melior est homo re exteriori, est grauius occidere hominẽ, quam bona homini furari, & sic de aliis peccatis considerãdo eorum maliciam, secundum obiecta, & fines. ¶ Secundo modo attenditur grauitas in peccatis ex parte causę motiuæ sicut fornicatio, quæ fit ex maiori libidine mouente maior est, & peccatum, quod ex maiori contemptu committitur, maius, & grauius est peccatum, quod committitur ex industria, quam ex infirmitate, de pę. di. 2. sciendum. Tertio attẽditur grauitas in peccatis ex parte circunstantiarum aggrauantium peccatum, vt etiam tangitur in glosi. Sed hoc conuenit tripliciter, vt dicit sanctus Tho. 1. 2. q. 75. Vno quidẽ modo, inquantum circunstantia trahit in se aliud genus peccati, sicut peccatum fornicationis consistit in hoc, quod homo accedit ad non suam. Si autem addatur hæc circunstãtia, si illa, ad quam accedit, sit alterius vxor, transfert in aliud genus peccati, scilicet iniustitiam. s. inquantum vsurpat rem alterius, & secundum hoc adulterium est grauius peccatum, quam fornicatio. Aliquando vero circunstantia non aggrauat peccatum, quasi trahens in aliud genus peccati, sed solũ quia multiplicat rationem peccati, sicut, si prodigus dat, quãdo non debet, & cui non debet, multiplicius peccat eodẽ genere peccati, quod si solum det cui non debet. & ex hoc ipsum peccatum fit grauius. Tertio modo circunstantia aggrauat peccatum eo, quod auget deformitatem promouentem ex alia circunstantia, sicut accipere alienum constituit peccatum furti. Si autem additur hæc circunstantia, vt multum accipiat de alieno erit peccatũ grauius, quamuis accipere multum, vel parum de se non dicant rationem boni, vel mali. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in contrarium. Ad primam patet responsio ex dictis, quod licet causæ assignatæ in litera sint causæ grauitatis peccatorum, nihilominus sunt etiam aliæ causæ, sicut causa motiua peccati, de qua arguitur. ¶ Ad secundam patet responsio ex eodem, quia in peccatis eiusdem generis vnũ reperitur grauius altero, siue ex parte causę, siue ex parte circũstantiarum, vt dictum est. Et ideo non mirum, si vnum puniatur grauius altero. ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. & ratio est secundum sanctum Tho. in prima secundæ, quia homo magnus, siue in excellenti dignitate constitutus non reportat commodum ex bono, quod habet, siue ex dignitate, quã habet, sed ex malo vsu illius.

S. Thom — Ad primũ arg. — Ad secũdũ. — Ad tertiũ.

Ad secundam. Sic proceditur. Prætermisso præludio argumentorum, distinguẽdo iuxta Io. de fant. sic: Quia aut pœna imponitur pro simplici contumacia, & tunc est conclusio. Quod mitius punitur nobilis, quam ignobilis, & constitutus in dignitate, quam inferior. Cõclusio ista colligitur ex. c. sane. de of. dele. c. 2. & eo. tit. c. 2. li. 6. Si autem tales nobiles, aut in dignitate constituti perseuerarent in contumacia, tunc est ista conclusio. Quod tales essent grauius puniẽdi, quam alij. 11. q. 3. præcipue. Aut pœna non imponitur pro contumacia, sed pro delicto, tunc si delinquitur in fide est conclusio. Quod omnes æqualiter puniuntur. Et in hoc non est differentia, quia siue sit Papa, siue Imperator, siue Clericus, siue Laicus, æqualiter punit & deponitur a dignitate, & tradit Curiæ seculari, vt in c. pxi. si papa. & de hære. ad abolendã. Hæc est concl. 24. q. 1. qui contra pacem. Si vero non delinquunt in fide, aut agitur de pena spũali, vel pecuniaria, tũc est cõclusi. Quod grauius punitur nobilis, quam ignobilis, & diues, quam pauper, & constitutus in dignitate, quam non constitutus vt no. glo. 7. di. proxi. non cogantur. & tex. & gl. in c. qui contra. 24. q. 1. Et si contrarium reperiatur illud est dicendum speciale. Ita concludit Io. An. post Host. in c. ea quæ. de sta. reg. Si vero agitur de pœna temporali; tunc est conclusio. Quod grauius punitur nobilis, quam ignobilis priuatus, quam existens in dignitate. Vide in concor. proxi. al. Et si contrarium reperitur; illud est speciale: secundum Io. An. in prædicto. c. quæ contra. Dicit consequenter; quod hoc non est intelligendum de religiosis; quia quando agitur de imponenda pœnitentia inter religiosos tunc æqualiter sunt puniendi; quia inter eos non est dare gradum nobilitatis &c. Sed in hoc non bene dicit: quoniam etiam inter religiosos pœna corporalis non æqualiter imponitur omnibus: quia non antiquis, sicut iuuenibus non doctoribus, sicut scholaribus, non in dignitate constitutis: vel qui fuerunt; sicut aliis inferioribus; qui nunquã in religione fuerunt in gubernatione ordinis sublimati. Hæc autẽ quæ dicta sunt procedunt in foro contentioso, siue exteriori. In foro autem interiori. s. conscientię; siue pœnitentiali attendimus quidem; qui plus contemnat in eodem. s. genere peccati. si contemptus apparere potest. Et tunc est cõclusio: Quod qui plus cõtemnit in eodem gñe peccati, plus punit, secũdũ illud ₰m mensuram delicti erit plagarum modus. Le ge. ¶ [Homo Christianus.] tenentes opinionem dicentium quod circunstantiæ aggrauant peccatum, vt dictum est. † Vnde in eodem genere peccati magis peccat clericus peccans animo deliberato, quã laicus, & consequenter magis, qui in maiori ordine est constitutus, quam qui non est, vt Episcopus, quam presbyter simplex, &c. Et magis, qui in sacro loco & tempore sacro: sicut in. 40. di. illud autem quod extra. extra. ar. di. 19. nulli. & distinc. 50. qui tua. & 11. q. 3. præcipue. [Fortitur cadit peccatum] i. in fortius, & grauius peccatum [propter duas causas.] plus aduersantur Deo, & rectæ rationi, vt homicidiũ, sacrilegiũ, incestus, simonia hæresis, & huiusmodi. vt. 32. q. 7. adulterij: [propter altitudinem] secunda causa, ex circunstantia enim personæ aggrauantur peccatum quia, quanto status est altior, tanto casus grauior, vnde hoc improperatur Lucifero. Esa. 14. Quomodo cecidisti Lucifer. qui magnus, & Lucidus peccans, grauius cecidisti, vnde Isidorus de summo bono. lib. 2. † Tanto maius cognoscitur esse peccatum. quanto maior habetur, qui peccat. Et hoc pro pter quatuor, vt notat sanctus Thom. prima secundæ. q. 73. articulo vl. Primo. quia facilius possunt residere in pecato maiores, puta qui excedunt inscientia, & virtute, vnde Dominus dicit Lucæ. 12. Quod seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, vapulabit plagis multis. Secundo pp magnitudinem, quia omne bonum, quo quis magnificatur, est beneficium, cui homo fit ingratus, peccando, & quãtum ad hoc, quælibet maioritas, etiã in temporalibus bonis peccatum aggrauat, secundũ illud sapientiæ. 6. potentes potẽter tormenti patientur. Tertio propter specialem repugnantiã actus peccati ad magnitudinem personæ sic, vt si princeps iustitiam nollet, qui ponitur iustitiæ custos, & si Sacerdos fornicetur, qui castitatem vouit. Quarto propter exemplum, siue scandalum, quia, vt Gregorius dicit in pastorali. In exẽplum vehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur, ad plurium perueniunt peccata magnorum, & magis homines ea indigne ferunt. Non solum autem grauat circunstantia personæ, sed etiam conditio loci, & temporis, vt dictum est.

Respõdet — Io. de Fant. — Ioan. And. — Cõtra Io. And. — S. Thom — Isidorus. — S. Thom. — Goffre.

1 *Papa extra casum hæresis, an de quocunque alio pacto notorio, de quo foret incorrigibilis, possit accusari, & puniri per Ecclesiam, quod non. nu. 2.*

3 *Papam esse incorrigibilem potest intelligi dupliciter.*

4 *Collegium Cardinalium, & sinodus vniuersalis ecclesiæ potest resistere Romano pontifici, vbi immineret fidei periculum manifestum.*



SI papa: Hic incipit tertia pars huius distinctionis, & est hoc ca. sumptum ex gestis Bonifacii martyris, cuius summa & conclusio est. Quod licet Apostolicus propter delicta sua grauius cæteris veniat à Deo puniẽdus nihilominus tamen à nullo mortalium potest iudicari, nisi deprehendatur à fide deuius. ¶ Pro cuius c. pleniori intelligentia quæritur. † Vtrum papa extra casum hæresis, de quocũq; alio peccato notorio, de quo foret incorrigibilis, possit excusari, & puniri per Ecclesiam, & arguitur, q sic. Primo ex glo. præsentis c. in quo Io. ita dicit: Credo, quod si notorium sit crimen eius, s. papæ quodcunq;, vnde scandalizetur Ecclesia, & incorrigibilis sit, quod possit inde accusari. Nam cõtumacia dicitur hæresis, vt. 81. di. si qui presbyteri. ¶ Secũdo arguitur sic. ex illo Matth. 18. vbi Christus ait Petro. Si peccauerit in te frater tuus, & c. Si aũt te non audierit, dic Ecclesiæ. Certum est autem, quod papa est frater noster, cum vnus pater, scilicet Deus, & vna Mater. s. Ecclesia omnibus fidelibus sit ergo sequitur, quod ad ipsum papam se extendit prædicta authoritas, peccauerit. Vbi ergo de peccato quocunq; notorio correctus se emendare noluerit, dicendum est Ecclesiæ sicut de aliis confratribus. Et hoc non nisi, vt fiat iustitia, quia alias frustra diceretur. Sed iudicium sit superiorẽ, ergo videtur, qđ papa in tali casu habeat in terris Iudicem scilicet Ecclesiã vniuersalem, quæ ipsum incorrigibilem existẽtem iudicaret, & puniri valeat. ¶ Tertio sic. ex illo Gal. 2. vbi legitur Paulus Petro restitisse, qa reprehẽsibilis erat.

Quæstio. — Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar.

sibilis erat. Si ergo hoc egit Paulus, multo plus poterit Ecclesia vniuersalis resistere papæ, vbi eum contingeret errare. & Ecclesiæ immineret periculũ, alias esset in potestate vnius hominis Ecclesiam destruere, & confundere, quod est absurdum. ¶ Quarto arguitur ex c. si quis. 2. quæstione. 7. vbi beatus Gregorius ita ait. Si quis super hoc nos redarguere voluerit vel extra authoritatẽ facere, non contenderit, veniat ad sedem Apostolicam, vt ibi authoritate beati Petri mecum iuste disceptet, quatenus ibi vnus ex nobis suscipiat sententiam suam: ergo videtur, quod papa habeat Iudicem superiorem in terris, etiam extra, casum hæresis. ¶ Quinto sic ratione. Si papa est deuius à fide, potest iudicari ab ecclesia per capit. præsens, ergo pariter, si aliquo alio crimine, de quo Ecclesia scandalizetur, fuerit deprehensus. probatur consequentia. Tum, quia nõ legitur in sacra scriptura, quod in casu fidei Dominus dederit maiorem potestatem Ecclesiæ, quam in aliis casibus. Dominus enim in datione potestatis vsus est generalibus terminis dicens. Quæcunq; ligaueritis, &c. Matth. 18. Tum patet consequentia, quia qui potest maius, põt & minus, & vbi maius, conceditur minus concessum videtur, vt. dicit text. in capi. ex parte de decimis. ¶ Sextо arguitur sic. Nulli corpori videtur sufficienter prouisum, nisi membrũ putridum, quod totum corpus valeat inficere, posset abscindi, sed tota Ecclesia est vnum corpus ordinatum per Christum, dicente paulo ad Roma. 12. Omnes vnum corpus sumus in Christo, istius autem corporis papa est vnum membrum, quasi caput, ergo, si illud sit damnosum, scãdalizãs notorie Ecclesiã, sequitur quod non sufficienter sit prouisum corpori Ecclesiæ, nisi in tali casu per ipsam abscindi possit. ¶ In oppositum est tex. præsentis capit. Respondeo, dicendum sub ista conclusione. † Quod papa extra casum hæresis non habet Iudicem superiorem in terris, à quo possit puniri pro culpa cuiuscunque alterius criminis. Ista conclusio, quæ probabiliter ponitur, probatur multiplici via. Primo authoritate Romanorum pontificum. Secundo professione Sacrorum Conciliorum. Tertio euidentia rationum. Quarto testimonio clarissimorum doctorum in vtroque iure diuino & humano. ¶ Prima via probatur sic. Primo authoritate Bonifacii martyris in cap. præsenti. Secundo authoritate Anacleti martyris in c. deiectionem. 7. di. Innocen. in ca. nemo. 9. q. 3. nemo iudicabit, &c. Vbi glo. inquit ar. quod Concilium non potest iudicare papam. vt extra. de elec. c. significasti. Quarto authoritate Gelasis Papæ. in ca. ipsi sunt eo. causa. & q. Quinto authoritate eiusdem in c. cuncta per mundum. e. ca. & q. Sexto authoritate beati Eusebij papæ. in capit. oues. secunda quæstione septi. ¶ secunda via eadem conclusio ostenditur videlicet professione sanctorum patrum in conciliis vniuersalibus. ¶ Primo professione Concilij Romani vniuersalis, in quo præsidente beato Syluestro diffinitus est canon ille. Nemo iudicabit primã sedem, &c. & subscripserunt se. 284. Episcopi, & 42. presbyteri, & quinque Diaconi, & Augustinus Cõstãtinus, & Helena mater eius. ¶ Secũdo eadem veritas habetur ex professione Synodi, quæ occasione. Marcellini papæ, qui timore mortis idolis Thurificauerat, Romæ copiose conuenerat, de qua. in capitu. nunc autem distinctione vigesimaprima vbi habetur, quod Synodus non ausa in eum ferre sententiam. Et rationem assignãs ait, quia prima sedes non iudicabitur à quoquam, vbi Arc. ait nisi de hæresi. di. 40 si papa. ¶ Tertio idem colligitur ex dictis sanctorum patrum in Concilio Calcedonen. qui grauissime notarunt Dioscori præsumptionẽ, qui ausus fuit in secunda synodo Ephesina dare excommunicationem in Leonem papam de qua. in c. in tantum, di. 21. ¶ Quarto eadẽ veritas colligitur ex professione synodi, quæ Romæ super obiectis contra symmachum fuit congregata, dequa in. §. huic etiam distinct. 11. vbi sub ver. subiacere. dicit Hugo. nisi in crimine hæresos. vt disti. si papa. ¶ Quinto eadẽ veritas colligitur ex professione synodi congregatæ contra Sixtũ de qua in prædicto. c. nũc autem. di. 21. ¶ Sexto eadem veritas colligitur ex professione synodi cõgregatæ romane in qua præsidente. Symmacho papa conditus est etiam ille canon Oues, quæ pastori suo, &c. 2. q. 7. ¶ Tertia via ostendit vera præfata conclusio rationibus, vnde primo arguitur. Ille, qui est omnibus superior in terris neminem alium habet super se Iudicem: sed papa est huiusmodi existens fidelis respectu omnium fidelium, cũ sit princeps, & caput, & rector eorũ: ergo sequitur, quod nisi à fide exorbitaret, & hoc contumaciter, non habet iudicem superiorem in terris: vnde glos. super illud psal. 50. Tibi soli peccaui. inquit, quia Rex est oĩbus superior. Ideo à Deo tantum, qui est maior eo, puniendus est. Si quis vero de populo errauerit, & Deo peccat, & Regi. Rex vero non habet hominem, qui sua facta diiudicet. & ideo ait. Tibi soli peccaui; hæc gl. ¶ Secundo sic. Si Papa haberet iudicem aliquem in terris, extra casum hæresis, superiorem aut Ecclesiasticum,, aut secularem sed. manifestum est, quod hoc non, vt in c. suscipitis. di. 4. & c. diffinimus. 22. dist. quod est octauæ. synodi vniuersalis. Aut ecclesiasticam, puta concilii vniuersalis, & hoc non, quia conciliũ vniuersale non habet authoritatem, seu potestatem superiorem papæ, cum ipsa potestas concilii sit potestate papæ, vt di. 17. per totum & extra: de elec. in c. significasti. Ergo concilium vniuersale, extra casum hæresis, non potest esse Iudex papæ veri, & indubitati, cum ordinarium iudicium non valeat fieri, nisi per potestatem superiorem, vt in c. inferior. di. 21. ¶ Tertio sic. In ordine totius vniuersitatis, quo ad essenaturæ in genere mobilium, & mouentium non est processus in infinitum, nec ordinis retrogradatio vt Aristoteles demõstrat octauo physicorum, sed deueniatur ad vnum, quod sic mouet, quod à nullo alio mouetur in genere illo. Ita videtur dicendum in ordine vniuersitatis Ecclesiasticę, quo ad esse disciplinæ, quod sit deueniendum ad vnũ, qui omnes habet corrigere, & iudicare, & à nemine in isto ordine iudicare possit, consequentia videtur nota quoniã non minus resplendet pulchritudo diuinæ sapientiæ in genere gratiæ, quã in gñe naturæ, sed hic est Romanus pontifex, q in genere rectorum, & iudicũ habet supremum locum, vt pote totius ecclesiæ princeps, & rector: ergo sequitur quod papa extra casum hæresis, non habet Iudicem in terris, qui eum pro quocunque alio crimine, quantumcunque sit incorrigibilis punire valeat. ¶ Quarto sic. Ille, cuius authoritate maius non est iudicium, non habet Iudicem in terris. Ista est manifesta & aperte colligitur ex c. inferior. d. 21. sed papa est huiusmodi, vt in c. protecto. 9. q: 3. ¶ Quinto. Ille, qui solius Dei reseruatus est iudicio, non habet iudicem in terris, cuius iudicio sit subiectus, sed causæ sunt singulariter reseruatæ diuino iudicio, vt in c. aliorũ. 9. q. 3. Ergo, & c. ¶ Sexto, papa est primº, & supremus Vicarius Christi, vices eius gerẽs in ecclesia ergo sequitur, quod papa à sola potestate principalis sui potest corrigi, & puniri, à qua institutus est, nisi principalis illum alteri subiũxerit, sed non reperitur, quod Christus qui est principalis Ecclesiæ pastor & rector Vicarium suum Romanum pontificem alicui alteri potestati submiserit, sed vt dicunt sancti patres, sibi iudicium illius reseruauit: ergo sequitur, quod Romanus pontifex, quandiu, á fide non exorbitauerit & cõtumaciter nulli nisi Deo subiectus sit. ¶ Quarta via probatur veritas conclusionis. s. testimonio præclarissimorum Doctorum. Tunc pro ista cõclusione Doctores Clarissimi sequentes, quos legimus primo in iure diuino Venerabilis Richardus de sancto Victore, secunda parte de sacramentis Albertus magnus & S. Tho. in. 4. di. 19. Ale. de Halis in tertio Dominus Bonauẽtura in. 4. Petru. de tarentasia, qui fuit. Inno. tertius. Quinto Dñs Vlrichus in summa sua item magister Richardus de media villa in. 4. Dominus Petru. de pal. in tractatu suo de potestate ecclesiastica. Sexto Magister Herueus in tractatu suo de ptãte ecclesiastic. Septimo, Magister August. de Anchona in summa de Ecclesiastica potestate. Frater Alexãder de Alpidio in tractatu suo de ecclesiastica potestate, qui omnes apertissime tradunt Romanum pontificem verum, & indubitatum extra casum hæresis, nullum in terris habere Iudicem superiorem, qui cum aut punire, aut deponere possit pro quocunque alio crimine. Sunt præterea huius veritatis præcones, & assertores Doctores præcipui iuris canonici videlicet, Hostien. Guid. Archidiacon. Ioann. Andrea. in diuersis locis. Dominus Aluarus in libr. de statu, & planctu Ecclesiæ, & plures alii. Pro confirmatione vero præfatæ conclusionis sufficiant ea quæ induximus. Si quis hanc materiam optauerit videret legat summam, quam nos de ecclesia fecimus vbi plenius, & ad sufficiẽtiam tractauimus hanc materiam. ¶ His habitis dicẽdũ est ad rões in oppositum in principio quæstionis. Ad primã respõdet de gl. pſentis. c. qđ vt nos alias diximus parũ curãdũ est de illa gl. & hoc pp multa. Tũ primo qa vt patet ex mõ loquẽdi nõ assertiue sed opinatiue loquit. Ait enim credo. Tũ secũdo quia non firmatur aliqua rõne, cõtũacia. n. proprie nõ est hęresis sed symbolica; & trãsumptiua loquutione; vñ argumẽta sumpta ex talibus tãquã sint propriet

Marginal notes (left): Quartũ ar. — Quintũ ar. — Sextum ar. — 2 — Prima via. — Secũda via — Tertia via
Marginal notes (right): Quarta via — Richardus Albertus. Doctores theologi. — Doctores canonici. — Ad primũ argu.

proprie dicta, nihil valent, vt dicit August. ad Vincentium Tum tertio, quia manifeste est contra textum vnius summi Pontificis, & martyris, qui multo præstantioris est authoritatis, quam glossator ille. Tum quarto, quia est contra multos tex. & canones sacrorum Conciliorum, & sanctorum Patrum, de quibus aliqua commemorauimus, pro bando conclusionem iam positam. Tum quinto, quia glo. illa contraria est doctrinę clarissimorum doctorū vtriusq; iuris. s. diuini, & humani, sicut patet ex superioribus, vnde Archidi. in rosario super illud gloss. præsentis. Nunquid potest denuntiari crimen papæ, dicit, quod denuntiatio sit ad correctionem, ad quam compelli non potest, cum superiorem non habeat. Tum sexto, quia glossa. illa contraria est multis alijs glo. vt illi in cap. mandastis. 2. quæstione quinta, quæ dicit, quod papa non potest ab aliquo iudicari, nec etiam ab vniuersali Concilio. Item glo. illa in c. nemo nona quæstione tertia, quæ super versi. ab omni clero. dicit Arc. quod concilium non potest papā iudicare, & extra de elec. significasti. Item contraria est gloss. in cap. si quis pecuniam d. septuagesima nona, quæ vult, quod tātum pro stricta hæresi Papa possit iudicari, & deponi. s. si peccat contra articulos fidei, quarum glossarum conditione visa, siue sint vnius glossatoris, siue diuersorum, illa sententia magis tenenda est, pro qua maior numerus glossarum facit. Secundo potest responderi, ad illam glossa. vt quidam Theologici respondent, sicut Magister Augustinus de Anchona

Nota hic de incorrigibilitate. 3 in summa sua de potestate ecclesiastica, †quod papam esse incorrigibilem, potest intelligi dupliciter. Vno modo continuatione criminis, puta quia admonitus non destitit peccare peccato fornicationis ab aliquo alio accusatione digno, absque eo, quod crederet licitē facere. Secundo modo, per ipsius criminis pertinacem defensionem, vt dicat, & defendat tale crimen, quod manifeste circumuolutam habet malitiam, non esse peccatum, glo. autem illa habet locum in secundo modo, tunc. n. concord. cum glo. ca. si quis pecuniā 97. di. Non autem habet locum, & in primo modo incorrigibilitas. ¶ Ad secūdā rationem de illo Mat. 18. si peccauerit. Respondetur negando, consequentiam. (Ad secūdū)

Et ad probationem, cum dicitur, quod Papa sit frater noster. Respondemus, quod hoc non militat, quia cum hoc, ꝙ papa est frater noster, & naturæ conformitate, & fidei religione est etiam Princeps, & Caput totius vniuersalis ecclesiæ, supremam potestatem habens in ecclesia Dei ratione primi, quia. s. est frater noster extenditur ad eum autoritas præfata in ea parte, in qua simplex tāgitur fraterna correctio, quæ simplicem dicit, quandam admonitionem, quę cum sit actus charitatis, extendit se ad omnem proximum siue superiorem, siue æqualem, siue inferiorem, sicut & ipse charitatis affectus. Ratione vero secūdi, videlicet, ꝙ princeps, & Caput est, supremam habens potestatem in ecclesia, non extendit se ad eum autoritas præfata, in ea parte, in qua contra non suscipientem correctionem fraternam iubetur denuntiationem fieri, quia cum denuntiatio non acquiescentis fraternæ correctioni ordinetur ad finem, vt tali punitione corrigatur, quia per simplicem admonitionē, non corrigitur, non fiat nisi superiori, non potest denuntiari prælatus, qui superiorem non habet nisi tale, sit peccatum eius per quod à superioritate cadat, cuiusmodi est, peccatum hæresis. Ista est sententia Arc. in præsenti c. Etiā S. Tho. Alberti magni, & omnium doctorum supra nominatorum. Io. etiam in summa hoc ponit li. 3. te. 9. §. 11. Qđ licet principium illius autoritatis. s. admonitio locum habeat in prælato nō habēte superiorē, tñ cōsequētia non habet ibi locum, quia superiorē habet, &c. ¶ Ad tertiam de illo, ad Gal. 2. respondetur, negando, consequentiam, quoniam, ex illa autoritate non habet aliquid contra conclusionem, quoniam aliud est resistere, & se opponere papæ, vbi immineret periculum fidei, aut si aliquid præciperet contra legem Dei, & aliud est iudicare, punire, & coercere penis, quoniam primum potest esse inferioris, secundum non est nisi superioris, iuxta c. inferior. d. 21. & 1. ad Corin. (Arch.) (Ad tertiū.)

Primū dictum. 4 4. Dicitur, qui autem iudicat me dominus est, vnde cōcedimus, †ꝗ vbi immineret fidei periculum manifestum posset collegium Dominorum Cardinalium, & Synodus vniuersalis Ecclesiæ resistere Romano Pontifici, sicut Paulus Petro, sed ex hoc nulla superioritas, autoritatis argueretur in collegio dominorum Cardinaliū, siue in ecclesia, vltra Romanum pōtificem, sicut nec in Paulo ex prædicta resistentia, sine correctione supra Petrū pōtificē, sed bñarguit, & cōmendatur in Petro Charitas, & libertas, & humilitas in susceptione correctionis ab inferiori, vnde glo. quæ est Aug. in epistola ad Hieronymum super illud, dixi Cephę coram omnibus, dicit sic. Ipse Petrus, quod à Paulo fiebat vtiliter, libertatis charitate sanctæ, atq; benigne pietate humilitatis accepi, atque itaque exemplum posteris tribuit, ꝙ non de dignarentur, vbi forte recte tramitē reliquisset, à posteris corrigi. Laus vtiq; iustæ libertatis in Paulo, & sanctæ humilitatis in Petro, hæc gl. ¶ Ad quartam de c. si quis. respōdetur iuxta magistrum Alex. de Halis in 3. quod hoc ꝙ fecit Gregorius, fecit ad exemplum humilitatis, non ex necessitate iuris. Quod. n. Papa voluerit se subijcere in aliqua causa, aliorum iudicio supererogationis est, & tale nō infert necessitatem, vnde ex hoc non arguitur, ꝙ habeat Iudicem ordinarium superiorem eo. ¶ Ad quintam de c. pręsenti, respondemus, negando consequentiam, & rō est, qm̄ per hæresim fit oībus fidelibus minor, vt dicit S. Tho. in 4. & habetur in gl. in c. Achacius 24. q. 1. per ecclesiam pōt iudicari, siue iudicatus à Deo declarari, ꝙ nō pōt per alia peccata, vnde falsum est, ꝙ inducitur arguēdo, quod minus sit iudicare Papam propter alia peccata, quam propter hæresim. ¶ Ad sextam rōnem de prouisione respondetur, ꝙ ratio ista in nullo militat pp multa: primo, qa maior illa sumpta pro fundamento, non est vera de mēbro, & capite, quia ab eo pendet sensus, & motus totius corporis. & sine quo corpus non viuit. Hinc Christus inter membra, quæ pp scādalum abstinenda esse dixit, nō nominat caput, sed alia mēbra, cum quorum abscisione stat vita, sensus, & motus corporis. A papa autem, sicut habetur in præsenti ca. post deū salus oīum fidelium specialiter dr̄ pendere. ¶ Secundo, rō non procedit. quia & si hmōi membri abscisionem alijs de ecclesia, vel ecclesiæ nō commisit, sibi tñ seruauit ſm illud Symmachi in c. aliorum 9. q. 3. dicētis. Aliorum hoīm causas Deus voluit per hoīes terminari, sed sedis istius præsulem suo fine q. reseruauit arbitrio. Stultum autem foret cogitare, ꝙ minus sit prouisum corpori ecclesiæ per hoc, ꝙ Christus Vicarij sui causas suo fine q. reseruauit arbitrio, quam si aliorum iudicio voluisset terminari de hac materia, sicut diximus supra, copiose tractauimus, & respondimus ad oīa quæ aliqui moderni ex Cōcilio Constantiensi, & Basilien. & tractatib. quorundā hæreticorū iuductorū ad informādum autoritatem B. Petri, & Romani Pōtificis, ibi pōt quis videre, Leg. ¶ [Si papa negligens.] Scriptū est, *Maledictus hō, qui facit opera Dei negligenter: & sapientiæ 19. Qui negligit viā mortificabitur. [Remissus.] i. piger. Hu. [taciturnus.] quod in prælato mortale est vt d. 43. c. 1. Hu. [Efficit.] Multum obest taciturnitas prælati, hinc hely punitus est, quia filios tacens non correxit. Primi Reg. 7. [sibi, & oībus.] quia non obest sibi sicut propriū peccatū. sed & alijs, quorum peccata debet increpare, cui dominus ait Esa. 58. Annuntia populo scelera eorū. [& nihilominus innumerabiles pernitioso exemplo, & subtractione prædicationis,] qua subtractione alij facilius corrūpātur peccandū & facilius perseuerant in peccato. [Mancipio gehennæ] .i. Diabolo, qui mancipatus est gehennę, [Primo] quia prius tpe peccauit. Vel primo. i. maxime, quia magis peccauit, vnde deterior est omni homine. vt 23. q. 2. qui paratus est diabolo. [plagis] hoc sumptum est ex euangelio Lucæ. 12. vbi dr̄. Seruus sciens voluntatem dñi, & non faciens, vapulabit plagis multis. [Iste] .i. in hac vita. [redarguero.] .s. accusando vel condemnando Hu. [A nemine.] vt 9. q. 3. aliorum. Cum .n. omnium sit supremus, oēs in hac vita ipse iudicat & à nemine iudicatur, quia iudicat superior de inferiori. [A fide deuius] tunc est cum a fide exorbitat pertinaciter, & à Petra fidei cadit. supra quam ecclesia fundata est Mat. 16. minor, & inferior efficitur quocunque fideli tūc iudicari pōt ab ecclesia, aut declarari cōdemnatus ſm illud. *Qui non credidit iam iudicatus est. Nec posset, Papa facere legem, vt de hæresi accusari nō posset, quia sic tota periclitaretur ecclesia: & confunderetur generalis status ecclesiæ, vnde non credo, ꝙ possit constituere aliquid in præiudicium generalis status ecclesiæ d. 15. sicut & 22. q. 1. sunt quidam Hu. [eo quod.] hic gl. tāgit, quod possit de peccato alio notorio Papa accusari, &c. quia satis dictum est in q. in solutione primę rationis, & quia supra circa. §. hinc etiam d. 17. & c. nūc autem d. 21. aliqua dicta de materia currenti breuitatis gratia supersedemus amplius loqui.

Secūdū dictum.

Marginal notes (right column): Ad quartū · Ad quintū. · .Thoma. · Ad sextū. · Exponit literam. · * Hierony. 46. b. · Ioan. 3. b.

1 *Coadiutor dandus Episcopus, an possit cogi.*
2 *Cogi potest aliquis ad Episcopatum.*



Nte omnia. Hic incipit.4.pars huius Gd.s'm Ar.in qua conti nuando propositum Gratianus ad id, quod dixerat, quod ex sublimitate peccatis aggrauatur peccatū sine culpa ostendit hoc in tribus ordinibus.s.in Episcopo, presbytero, & Diacono. Quod potest diuidi in tres partes. In prima ponitur, quod, sicut si Episcopi aut Presbyteri, siue Diaconi perfunctorie, & adulatorie agant apud homines, est leue, suaue, & desiderabile ad portandum, ita apud Deum nihil est eo miserius, & damnabilius. In secundo ponit. Et si officiū Episcopi, aut presbyteri, & Diaconi sic agat, vt noster imperator Christus iubet, sic laboriosus, & difficilius est nihilominus apud Deū beatus. In tertia ponitur modus, quo B. Augustinus deuenit ad dignitatem Episcopalē, quia.s.quasi per vim. Secunda ibi, Nihil in hac Tertia ibi, Quis autem modus. Hic nihil disputandum occurrit. Leg.¶ [Ante omnia.] verba sunt Augu.ad Valerium Episcopum Hiponensem. [Acceptabilius] vult dicere, quod si attendatur, tantum in officio Episcopali, aut presbyterali, honor tantum, & hoc est attēdi. [perfunctorie] i. superficietenus, & quæratur applausus, & adulationes, & non attendantur onera pericula, & labores, faciliter status Episcopi, & Sacerdotium appetuntur, vnde sanctus Bernardus ad Senonen. Episcopum dicit. Si consideraretur onus, & non honor, non sic quærentur beneficia ecclesiastica, sed quia attenditur honor, & non onus, ideo quisque currit ad quamlibet insulā. [Nihil] 2.pars. [beatius] i. magis meritorium vitæ æternæ, quia in officio Episcopali, & sacerdotali, ac Diaconali, si bene agat Deus honoratur, eiusque doctrina elucidatur, proximus regeneratur, diuinis sacramentis nutritur, & ad omne bonum educatur, vnde de eis dicitur Daniel.12. qui erudiunt ad iustitiam plurimos erunt sicut stellæ in perpetuas æternitates, dum ꝙ docent, fecerint: Matt.5. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorum & hoc est, quod subditur [si eo de modo militetur]. s. sicut Christus iubet, [Quis autē.] Tertia pars. [Modus], s. militādi in tali officio, sicut iubet. Imperator cęlestis. Hug. [Non dicit] verum est, ꝙ Aug. à iuuentute sua non didicit officiū episcopi, aut presbyteri, quia non ecclesiasticæ cōmunicabat vitæ, sed magis Manicheorum mendacia sequebatur vt ipse fatetur in lib. confes. contra Faustum [vis]. i. violenlentia. [mihi facta est] quia violenter attractus sum ad Episcopatum, vt in legēda sua scribitur, quod beatus Valerius eum ad se accesiri fecit, & licet inuitum, presbyterum ordinauit.

Diuisio. *Exponit literam;* *Bernardus* *Cōtinuatio*

Quæstio: Respōdet.
1 †Sed nunquid potuit cogi. Respondetur, & de facto, & de iure potuit, & debuit, vt qui nolebat à principio fieri Episcopus, postea ve it 23.q.4.displicet. & q.6. vides, Sed si semper remansisset nolens, non posset in Episcopum aut Presbyterum ordinari, vnde dimittendus erat, & non ordinādus. vt d.74 vbi. Et est Ar. †quod aliquis potest cogi
2 ad Episcopatum 23.q.4. displicet Hu. [Merito peccatorum meorum humiliter loquitur, merito.n. peccatorum ascribit, quod ad regimen nauis Ecclesiæ fuerit assumptus nescius, & indignus. [Secundus locus.] Primus locus in ecclesia est Papatus. Secundus est Episcopatus, vel potius est metaphoricè, in manu.n. Ecclesiæ est aliquis remex: Postea secūdo loco gubernator, & est sensus, maiora officia ecclesiæ quæ. s. secundo loco erant committenda, mihi commissa sunt, qui nondum minora noueram administrare. Hug. [vel secundus locus.] Primum.n. locum ad literam tenuit Valerius. vt 7.q.1. non autē, quia Valerius Episcopus Hiponensis, senex secum episcopum præfecit, vnde ipse hoc scribit in Epistola quadam successore eligendo dicens. Adhuc in corpore posito, Beatæ memoriæ patriæ, & Coepiscopo meo sene Valerio, Episcopus ordinatus sum, & sedi cum illo, quod Concilio Nicæno prohibitum nesciebam, nec ipse sciebat, hæc ille. [Non noueram tenere remum] i. minora officia exercere, q.4. loco sunt committenda, iuxta metaphoram prius dictam. Hu.

1 *Promoueri nullus debet ad Sacerdotium, nisi habeat inferiores ordines.*
2 *Character sacerdotalis, an necessario præsupponat characterem aliorum ordinum inferiorum.*

3 *Episcopus potest esse sine electione.*
4 *Electio habet tres partes.*
Nec dicitur facta, quousque sit confirmata numero quinto.


Icut viri, & mulieres. Sequitur aliud ca. ad idem propositū, in quo ostenditur, quod sacerdotium maculatur, nisi sancte, & legaliter mininistretur. Breue est Hu. Hoc c. scribit beatus Isidorus li. soliloquiorum. Leg.¶ [Coniunctio animorum.] s. quia mutuus cōsensus expressus per verba de præsenti facit verum matrimonium, vnde verum est Matrimonium ex mutuo consensu ante copulam carnalē. 27.q.2.c.2. [copulatio] id est carnalis commmistio viri, & mulieris. [vnum perficit corpus. Nam carnali commistione interueniente, vir, & vxor efficiuntur vnum corpus, & vna caro Gene. Erunt duo in carne vna. [ita clericatus] nomine clericatus hic intelligitur, quilibet minor or. Archi.
1 †nullus debeat promoueri ad Sacerdotiū, nisi habeat clericatum. id est inferiores ordines, ne ꝑ saltū promoueatur.
2 ¶Sed surgit hic quæstio.†¶ Vtrum character sacerdotalis necessario præsumat characterem aliorum ordinum inferiorum. Et vr̄ ꝙ sic. Quia dr̄ in litera: ꝙ sicut consensus duorū facit Matrimonium ita clericatus, & sacerdotiū faciūt presbyterum, sed certum est, quod cōsensus vnius vel vnus consensu non facit Matrimonium, ergo videtur etiam, qđ sacerdotium solum sine clericatu non facit Presbyterum, cuius opinionis est Hugo. hic in litera. Sed ad istam quæstionem satis patet responsio ex disputatis per nos distin. 23. in cap. Episcopus. vbi disputauimus vtrum character superioris ordinis de necessitate præsupponebat characterē inferioris ordinis. Et ibi dictum est, quod non sic de necessitate, licet per constitutionem Ecclesię iam sit ordinatum quod ad maiores ordines nō se ingerat, qui prius in minoribus officijs non se humiliauerit, vnde ad rationem Hug. Respondet Archidiaco. & bene, quia similitudo hic posita non currit per totum, siue vniformiter, quia alias sequeretur, quod nullus ornari posset in Episcopum, nisi esset electus primo, quod est falsum secundum Lauren. vnde, quod dicit text. hic, quod clericatus, & sacerdotium vnum presbyterum, intellige verū in recte ordinatis. Sed tamen, quamuis inordinate. s. per saltum quis ordinetur in Sacerdotem, seruata tamen forma ecclesiæ recipiet cha-
3 racterē, dum tamen baptismum haberet, qui est ianua sacramentorum. [Electio.] hoc ideo dicit, quia sæpe fit per electionem Episcopus, ad ea.n. quæ frequentius contingūt iura aptantur, vt d.28. de Syracusanæ. †Sed re vera potest esse Episcopus sine electione. Hugu. Sicut videmus omni die plurimos fieri per prouisionem Romani Pōtificis, vbi
4 nota† quod electio habet tres partes, vt dicit Archidiaco. Prima pars est factum electionis. Secunda est patientia illorum, quorum interest. Tertia est confirmatio, vt nota Innocen. extra de in integrum restit. cap.2. in glo. per Mona
5 co, &c. iuxta fi. †Et electio non dicitur facta, quousque sit confirmata, vt dicit idem Inno. extra de præben. dilectus. 2. in gl. isto.n. &c. iuxta fi. Archid. [Electio, & consecratio faciunt Episcopum] id est alicuius loci Episcopum. Nam si interueniat electio est prælatus illius loci, sed non Episcopus, nisi primo esset consecratus, electio ergo dat prælationem loci, consecratio ordinem Episcopalem. Hugo. Sed intellige hoc verum Hu. secundum, quod electio includit confirmationem. Hic tangit Ioan. de Fantucijs. an ordo Episcopalis necessario præsupponat ordinem sacerdotij. Et Archidiaco. videtur dicere, quod non, ꝙ nobis videtur falsum. Sed hoc infra distinct. quinquagesima secunda c. solicitudo. Vbi in gloss. tangitur etiam dicemus aliquid, [quæ omnia.] scilicet coniugium, Presbyteratus, Clericatus, & Episcopatus [vnum corpus faciunt.] Ex laicis enim qui designantur per coniugium, & clericis consurgit corpus ecclesiæ, vnde Hug. de Sancto Victore in secūda parte de sacramentis dicit, ecclesiam vnum corpus esse cuius modi sunt latera, vnum dextum, quod dicit esse clericos, & aliud sinistrum, quod dicit esse laicos [nisi legaliter] id est secundum legem diuinam [Laudetur] id est vincit perseueranter, vnde meretur laudari, quia secundum Philosophum primo Ethicorum. Laus datur in testimonium virtutis, & Prouerbiorum 29. Iustus laudabitur.

Exponit literam. *Quæstio.* *Primū ar.* *Respōdet.* *Laurenti.* *Archid.* *Io. de Fāt. Contra: Arch.*

1 Præsumptio

1 *Præsumptio non fit pro aliquo ratione generis, vel loci.*
2 *Adam an plus peccauerit, quam Eua. & n. 4. 5.*
3 *Grauitas duplex potest attendi in peccato.*
6 *Eua an peccauerit grauius, quam Adam.*



LLud aduerte Sequitur ad idẽ propositum. c. hoc, quod
est beati Ambrosij li. de paradiso c. 7. vbi ostẽ
dit, ꝙ nobilitas generis, vel personæ non me-
retur altiorem statum secundum meritum
vitæ, & scientiæ exemplo Adæ qui dignior se-
Exponit literam. xu factus est, extra paradisum, & mulier intra. Lege. ¶ [Ex
paradisum.] scilicet in agro Damasceno, s. in Ebron Hu.
[non loci nõ generis Arg. † quod ratione loci vel generis
1 non præsumitur pro aliquo Arch. distinctia. 65. nunquam
& 12. q. 2. gloria Arch. contra d. 24. quando. Circa hoc varij
modi considerantur, vt no. 16. q. 1. diffinimus Arch. [infe-
Quæstiõ: rior]. i. deterior aperte hic dicitur, quod plus peccauit Eua
quam Adam, licet Theologi hoc habeant pro quæstione.
Primũ ar. Hu. & Lau. ¶ Ratione ergo huiusmodi pro pleniori notitia
veritatis quæritur sic. ¶ † Vtrum plus peccauerit Adã, quã
2 Eua. Et videtur primo, quod non sed, ꝙ æqualiter pecca-
uerunt, quia idem fuit genus peccati, vterque. n. peccauit
*Psal. 68. a. gula, vterque peccauit superbia, dicitur. n. super illud Psal.
*Quod rapui, tunc exoluebam. Adam, & Eua voluerunt
Secũ dũ ar rapere diuinitatem, & amiserunt fœlicitatem. ¶ Secundo,
Tertiũ ar. dicit Au. ꝙ impari sexu, sed pari fastu peccauit. ¶ Tertio, vi
detur, ꝙ Adam plus peccauit, vt dicitur 1. ad Tim. 2. ꝙ Adã
non est seductus Mulier autem seducta in præuaricatione
fuit, & sic videtur, ꝙ peccatum mulieris fuit, ex ignorantia
peccatum autem viri ex certa scientia, sed huimodi pecca
tum, est grauius secundum illud Lucæ 12. Seruus sciens vo
Quartũ ar. luntatem domini sui, & non faciens, vapulabit plagis mul-
tis, & c. Ergo videtur, ꝙ Adam grauius peccauit, quã Eua.
¶ Quarto, argitur, per illud ad Roma. 5. Per vnius inobe-
Quintũ ar. dientiam peccatores cõstituti sumus multi. Et iterum om
nes peccauerunt in Adam: ergo Adæ peccatum videtur es-
se grauius. ¶ Quinto, vt Dionysius. vbi maius est donum,
Opponit ĩ contrariũ. respondet ibi transgressor maiori subiacet culpæ, sed magis donum
scientiæ fuit in Adam: ergo maiori subiacuit culpæ. ¶ In op
positum est tex. præsentis c. Secundo sic pęna respõdet cul
pæ, sed mulier grauius est punita, quàm vir vt patet Ge. 3.
ergo grauius peccauit, quam vir. ¶ Respondet dicendum,
3 † quod duplex grauitas in peccato potest attendi. Vna qui-
dẽ ex ipsa specie peccati, sicut dicimus adulterium esse gra
uius peccatum fornicatione simplici. Alia est grauitas pec
cati, quæ attenditur secundum aliquam circunstantiam lo
ci, vel personæ, aut tẽporis. Prima grauitas essentialior est,
peccato, & principalior, vnde secundum eam peccatum di
Prima cõclusio. citur magis graue, ꝙ̃ secũdũ aliam. Isto notato, ponuntur
4 conclusiones. † Prima est si attendatur circunstantia perso-
narum, vtriusque peccatum viri fuit grauius, patet, quia ip
Secũda cõclusio. 5 se perfectior erat muliere. Secunda conclusio. † Si conside-
retur genus peccati, peccatum vtriusque æquale fuit patet
Tertia cõclusio. conclusio, quia sic arguutum fuit in principio, peccatum,
vtriusque fuit superbia, & gula. Item dicit August. ꝙ impa-
ri sexu, sed in pari fastu peccauerunt. ¶ Tertia conclusio est.
6 † Si attendatur species peccati, peccatum Euæ fuit grauius
S. Thoma. peccato Adæ, quæ conclusio iuxta S. Tho. in secunda secun
dæ. q. 164. articulo 4. ostenditur ex tribus. Primo, quia ma-
ior elatio fuit mulieris, quam viri. Mulier. n. credidit verũ
esse, quod serpens suasit. s. ꝙ Deus prohibuerit ligni esum,
ne ad eius similitudinem peruenirẽt, & illa dum per esum
ligni vetiti Dei similitudninem consequi voluit, superbia
eius se ad hoc erexit, & contra Dei voluntatem aliquid vo
luit, superbia eius se ad hoc erexit, & contra Dei volunta-
non voluit consequi diuinam similitudinem contra diui-
nam voluntatem, sed in hoc superbiuit, quod voluit eam
consequi per seipsum. Secundo, quia mulier non solum ip
sa peccauit, sed etiam viro peccatum suggessit, vnde pecca
uit in Deum, & in proximum. Tertio in hoc, ꝙ peccatum
viri dicitur diminutum in hoc, ꝙ in peccatum consensit
amicabili, quadam beneuolentia, plerunque, sit vt dicit Au
gust. 11. super Gen. ad literam, vt offendatur Deus ne ho-
mo ex amico fiat, inimicus, quod eum facere non debuis-
Ale. de Hal. se, diuinæ sententiæ exitus iudicauit. Satis Concor. Alexan.
de Hal. in 2. dicens, ꝙ alia & alia ratione põt dici vnũ pec-
catum maius alio, Vel ratione appetibilitatis, vel rõne cau
salitatis, vel rõne minoris occasionis. His tribus peccatum
Euæ põt dici grauius, vel maius. Primo ratione appetibili-
tatis, quia voluit esse sicut Deus in assimilatione sapientiæ,
quod non fecit. Adam. Secundo, quia mouit Adam ad pec
candũ, & non econuerso. Tertio, quia minorem habuit oc
casionem, ex alia parte peccatum Adæ dicitur maius pro-
pter maiorem ingratitudinem, quia plus erat spirituali
præditus. Tum propter maiorem inobedientiam. Tum,
tertio propter maius damnum, quod sequutum est ex pec
cato Adæ, & per hoc patet respõsio ad rationes. Ad primã
respondetur, ꝙ æquale peccatum fuit, quantum ad genus Ad primũ et tertiũ ar:
peccati. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Th. quod illa se Ad secũdũ
ductio mulieris ex præcedenti elatione subsequuta est, &
ideo talis ignorantia non excusat, sed aggrauat peccatũ, in
quantum. s. ignorando, in majorem elationem erecta est.
¶ Ad quartam respondetur, ꝙ ratio non procedit, quãtum Ad quartũ
ad rationem maioris inobedientiæ, & sic verum est, ꝙ pec
catum Adæ maius fuit. ¶ Ad quintum respõdetur, ꝙ ratio Ad quintũ.
illa procedit ex circunstantia conditionis personæ, ex qua
eccatum viri grauius est, secundum quid, vt dictum est.

1 *Locus supereminens non liberat à peccato.*



Vælibet loca. Ad idem inducit præ
sens ca. quod est beati
Gregorij super Ezec. homilia 9. vbi vult ostẽ
dere, quod non sublimitat locorum, sed vitæ
sanctitas, & diuina gratia, sine qua non est sa-
lus, saluat homines. Ostendit hoc exemplum
[Patet in errãtibus] id est à peccatis [sanctorum]. i. electo
rum Dei. Hu. [in ciuitate.] Sodomorum iustus inuentus est
[in monte peccauit]. d. saluatus est ab incendio, sed non ab
1 ebrietatis, & incestus ardore, quæ ibi cõmisit Gen. 19. ¶ † Et
sic patet, quod locus supereminens non liberat à peccato. Exponit literam.
[de paradiso.] emisit dominus Adã de paradiso voluptatis
Gen. 3. vnde Paradisus nõ exemit Adam de peccato. [ceci-
dit] vnde Esa. 14. improperando sibi dicitur. Quomodo ce-
cidisti de cælo Lucifer, & c, vt Luc. 4.

1 *Puniri debet quis in eo, in quo deliquit.*



Dam. Ad idem sequitur c. hoc, quod est
B. Gregorij 28. moral. sentẽtia cla
ra est. Ex qua manifestum est, ꝙ altitudo, &
dignitas nõ saluat, sed vitæ sanctitas, quæ di-
gnũ hoĩem facit cęlo. Iusta autẽ pœna Adę
vt nobili loco priuarẽt, q nobili loco est abusus Ar. † ꝙ qs
debet puniri in eo in quo delinquit 12. q. 2. q, & humanis.

1 *Sacerdotis opus, quod sit.*
2 *Sacerdotis nomen aliquando est nomen sanctitatis.*



Vlti. Ad idem propositum inducitur hoc
c. B. Chrysostomi super Matt. ꝙ põt
diuidi in duas partes. In 1. sicut prius dixerat Diuisio.
ꝙ nõ locus corporalis soluat hominem, sed
gratia Dei, & vitæ sanctitas. Ita nunc dicit, ꝙ
nec cathedra sanctificat hominẽ, sed homo
cathedram facit honorabilem. In 2. dicit, ꝙ seruus Dei non
debet capere primatum, nec ea, quib. maior alijs appareat,
sed quibus humilior 2. ibi, quicunque. Omnia plana sunt.
1 Lege text. ¶ [Multi pauci in opere.] † Opus sacerdotis est Exponit literam.
bene operari, & vituose, vt cæteros præcellat in vita, sicut
præcellit in dignitate. [Super cathedram.] Mat. 13. Super ca
thedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei. sed illi deijciẽ
di erant, quia dicebant, & nõ faciebãt, cathedrã occupabãt,
sed, quæ cathedræ erãt non adimplebant. Cathedra Moysi
pcepit mandata Dei adimplere, sed illi irrita faciebant dei
mandata pp traditiones hoĩm Mat. 15. Sic qui male viuũt
Christi cathedrã male ascẽdunt, & talib. comminatur dñs
ꝙ qui sedent in cathedra Dei indigne, ꝙ deijcientur. Eze.
28. [Non locus sanctificat] quis ex loco no habetur sanctifi
catio, ad quem accedunt bonus, & malus, vt Pharisæus,
& Publicanus Lu. 18. sed ex merito bonæ vitæ, [sed hõ locũ.]
quo ad opinionem hoĩum, vel sanctificat locum reueren-
dum, & bonæ opinionis reddit Hu. [Omnis sanctus est sa-
cerdos.] not. hic, † ꝙ nomen sacerdotis, aliqñ est nomẽ san-
2 ctitatis, vt hic. Aliquãdo est nomen officij 50. d. miror. Ali
quando ordinis generalis. 1. q. 1. qui per pecunias. Aliqñ or
dinis specialis. Archidiacono. [Omnis sanctus est sacerdos.]
non quo ad ordinem, quia multi sancti non fuerunt sacer
dotes, sed dicitur omnis sanctus sacerdos, qui seipsum

ſanctificat hoſtiam ſanctam,& placẽtem Deo, vnde apoſtolus ait. Ad Roma. duodecim. Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora noſtra hoſtiã Deo viuentem, ſanctam Deo placentem,& ideo quilibet ſeipſum ſacrificans Deo,& offerens ſacrificium contriti cordis,& humiliati, dicitur ſacerdos, Sic quippe ait Ioan. Apoca. 5. In perſona ſanctorum feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes. [honorem accipiet]. i. facit Hu. [docueris] veritas dicit, qui autem fecerit,& docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum Matt. 5. vnde Chryſoſtom. Iuſtũ eſt, vt quod quis docet alterum, prior facere incipiat. Seneca. Magna miſeria eſt neſcire, Maior ſcire,& nolle docere. Maxima eſt docere & nolle operari. Arch. [vixeris] infelix qui recta docet,& viuit inique, vt hic. Infelix, qui pauca nouit, ſpernitque doceri 36. d. c. ſi. Infelix, cuius nulli ſapientia prodeſt 16. quæſt. 1. reuertimini. [Tui ſolius condemnator]. i. aliquid facies, vnde tu ſolus condemnaberis, Hu. [quibuſcunque]. Secunda pars. [Deſiderauerit primatum] ad hoc, vt præſit. Nam qui deſiderat Epiſcopatum, vt præſit, bonum opus deſiderat. vt 8. q. 1. qui Epiſcopatum Hug. vel deſiderauerit dando operã ad hoc, ꝙ ſuſpectus eſt, qui operas ſuas ingerit. De hac materia, vtrum accipere,& deſiderare Epiſcopatum, ſiue Prælationem ſit peccatum, diſputauimus, Deo dante infra circa c. qui Epiſcopatum 8. q. 1. [cõfuſionem]. i. pœnam æternam, in qua confundetur,& tribulabitur. Hug. [in cœlo]. i. ab illo, qui eſt in cœlo Hu. [primatum]. i. dignitatem. [tractauerit] ambitioſè Hu. Alia litera habet, certauerit. [Maior] dignitate ſeculari, vel temporali. [Inferior]. i. humilior, ſicut docet Chriſtus Mat. 20. Qui voluerit inter vos maior fieri, fiet miniſter veſter.& Lu. 9. qui maior eſt inter vos, hic erit minor. Nihil. n. meli' ſedet in ceruice pontificis, q̃ humilitas. [ſed qui fuerit iuſtior.] Nõ. n. ex ordine, vel honore, ſed ex bona vita efficitur quis maior,& eſt commendandus ſuper alios, vt d. 23. c. 3.

Chryſ. — Seneca. — Verſur.

¶ Diſtinctio quadrageſima prima.



Ecce, quibus oporteat. Hic incipit d. 41. In qua Gratianus, poſtquam egit de ornatu interiori Epiſcopi, qui conſiſtit in virtutibus,& vitæ ſanctimonia, nunc agit de exteriori ornamento ipſius pontificis,& ſacerdotum,& miniſtrorum Eccleſiæ, qui conſiſtit in quatuor videlicet in inceſſu, habitu, cibo,& potu. In inceſſu debet eſſe grauitas vt. ſ. raro,& moderato greſſu incedat, vt ſic grauitate itineris oſtendat grauitatem mentis. In habitu debet eſſe honeſtas, vt non ſint veſtes inciſæ, vt ioculatorum, aut diuerſo colore, vel non aptæ religioni clericali fucatæ, in cibo,& potu, debet eſſe ſobrietas,& temperãtia, vt. ſ. nec ſit immoderatus, nec minus remiſſus, nec diuerſus à cibo,& potu illorum, cum quibus viuitur, in cuius cibis, vel potus ſumptione non rei quantitas, ſed ſumendi, cupiditas culpabilẽ facit, de iſtis tractatur per hanc diſtinctionem.

Auguſt. — Auguſt.

1 *Conformari, an quilibet teneatur moribus eorum, cum quibus viuit in rebus tranſitorijs, ſiue temporalibus, quę cedunt in vſum hominum.*
2 *Parcius viuere poteſt quis illicitè dupliciter.*
3 *Conſuetudo bona eſt ſeruanda.*
4 *Cauſa facti potius attendenda eſt quam factum ipſum.*



Quiſquis. Inducit in primis Gratia. hoc c. quod eſt beati Auguſt. li. de doctrina chriſtiana, in quo duo facit. Primo oſtẽdit, ꝙ debet vnuſquiſque vti cibis, pro moribus eorum inter quos conuerſatur, vnde & locus,& tempus, in quo eſt,& perſonæ, cum quibus conuerſatur, diligenter ab eo ſunt attendenda in vtẽdo cibo. Secundo oſtendit, quod in cibis ſumendis nõ cibus, vel quantitas eius, ſed voluptas eſt, in culpa, vnde cõtingit, quod ſapiẽs vtitur cibo pretioſo ſine peccato,& inſipiens cum peccato. Secunda ibi: Omnibus. n. caſibus. ¶ Pro
Quæſtio 1 — 1 pleniori intelligentia huius. c. quæritur. † ¶ Vtrum quilibet teneatur in reb. tranſitorijs, ſiue temporalib. quæ cedunt in
Primũ ar. vſum hoĩum, cõformari maiorib. eorum, cum quib. viuit. Et videtur ꝙ nõ. Primo quia multi ſunt infirmi, q̃ nõ poſſent cum ſalute vti cibis aliorum, ergo. ¶ Secundo. Idẽ arguitur de religioſis, qui tam in cibis, quam in veſtibus iuxta profeſſionem ſuam neceſſe eſt eos diſtingui ab alijs hoĩbus, inter quos viuunt. ¶ Tertio ẽt hoc eſt falſum de multis pœnitentib. qui habent ex iniuncto ieiunare,& multa alia facere, quæ non obſeruantur regulariter ab alijs, cum quibus viuunt. ¶ In oppoſitum eſt c. preſeus,& ſupra d. 8. q contra,& d. 12. illa. ¶ Reſpondeo, dicendum, quod mores illorum, cum qbus viuit hõ, Aut conſonant rectæ fidei,& ſanæ rõni: Aut ſunt contra fidem,& rectam rõnem, vt ſunt mores vitioſi. Si. n. ſunt mores conformes veritati,& rectæ rõni, tunc eſt concluſio. Quod oportet ſe illis conformare, quantum cum bona conſcientia põt ne ponat ſcandalum fratri, vnde Apoſtolus ad Ro. 14. Noli pp eſcam deſtruere opus Dei. Oĩa quidem munda ſunt, ſed malum eſt, hoĩ qui per offendiculum manducat. Bonum eſt non manducare,& non bibere vinum, in quo frater tuus offenditur, aut ſcãdalizatur, aut infirmatur. Dico autem, quantum põt cum bona conſcien. Nam ſi quis vouiſſet non comedere carnes, quando alij comedunt, aut non bibere vinum, qñ alij bibũt tales tenentur abſtinere obſeruando votum, iuxta Deu. 23 cum votum voueris domino Deo tuo, non tardabis reddere. Tenentur ẽt obſeruare pœnitentias, ſi ſuper his fuerint, eis aliqua iniuncta. Et ſimiliter, ſi quis pp infirmitatẽ, aut corporis ſui ſanitatem, aut pp aliam neceſſariam cãm abſtinuerit, excuſatur, non conformando ſe moribus conuiuentium, qui plus obligatur ad obſeruantiam in abſtinentia, vel pœnitenti ainiuncta, ad ſalutem corporis abſtinendo conſeruandam, quam ad viuendum iuxta mores vicinorum. Nam ſic non obſeruando mores illorum, non dat cãm ſcandali, nec ẽm rectam rõnem contra ſic abſtinentẽ debent alij ſcandalizari. Quod, ſi ſcandalizati fuerint ſcandalũ eſt ſine cauſa data, ſed tñ ex cauſa ſine rõne accepta, vnde eſt ſcandalum paſſiuum, non actiuum, quale fuit ſcandalum Phariſeorum, qui ſcandalizati ſunt in verbo Chriſti Mat. 15. quorum ſcandalum Chriſtus non curauit dicẽs. Sinite eos. Cæci ſunt,& duces cæcorum. Votum igitur abſtinentiæ aut pœnitentia, aut ſanitas corporis nõ debet violari pp obſeruantiam talium morum. Si aũt mores eorum inter quos viuit, ſint contra fidẽ, aut bonos mores nõ ſunt obſeruandi, nec illorum ſcandalũ eſt curandum in hoc, qa vt dicit Gregorius. Salubrius ſcandalum naſci permittitur quam, ꝙ veritas præſertim vitæ relinquatur, vñ Loth. laudabiliter mores Sodomitarũ nun obſeruauit. Ge. 19. Et ita patet, quid dicendũ ſit ad qõnem. Et ex dictis ẽt patet reſpõſio ad rõnes in oppoſitum. Lege. ¶ [Aut intemperãs]. i. Auarus Arch. [Ac ſuperſtitioſus]. i. vane cupidus, aut religionis ſimulator,& hypocrita, vnde ſuperſtitioſum dr̃, quando quis ſibi ſingularem vitam inſtituit, vt laudem hoĩum acquirat,& ab hoĩbus videatur cęteris ſuperſtare, vt faciebãt Phariſei ieiunantes, vt viderentur ab hoĩbus. Mat. 6. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminãt. n.
2 facies ſuas, vt appareant hoĩbus ieiunantes,& c. † Dupliciter. n. poteſt quis illicite partius viuere, quam alij. Vno modo gratia auaritiæ, vt. ſ. parcat burſæ ſuæ. Alio modo, vt laudem hoĩm conſequatur. [quiſquis.] ſic. n. ſ. rebus pretereũ-
3 tibus [bonorum] bene dicit bonum. † Conſuetudo. n. bona eſt ſeruanda, quia eſt ius quoddam, vt ſupra d. 1. conſuetu-
a do. Et de tali conſuetudine a dicit Auguſt. in li. contra Fauſtum, quod agere contra eam peccatum eſt, quia conturbat ſocietatem humanã. [Excedat, aut aliquid deſinat] vt pote, ꝙ vẽter eius capacior eſt, nec modico contentari põt vel quod cauſa infirmitatis hoc facit [aut flagitioſus eſt]. i. guloſus,& prodigus Hu. [in oĩbus. n. caſibus] Secunda pars. [Non vſus rerum, ſed libido.] Inordinatus effectus. Conſtat . n. quod tales res factæ ſunt in vſum hoĩum, vt patet. Ge. 1. vnde cum deus, qui has res fecit, vt eſſent in vſum hoĩbus, non ſit actor culpæ, ſequitur, ꝙ vſus rerũ de ſe non eſt culpa, ſed inordinatus effectus, quo quis vtitur talibus rebus libidinoſe. [quid ergo locis] quia non ſolum attendendus eſt actus vtendi, ſed conſiderandæ ſunt circunſtantiæ, quæ reddunt actũ virtuoſum,& conformẽ rectæ rõni, vt attendatur conditio perſonæ vtentis, vt actus ſit, à quo oportet, attẽdatur locus, vbi oportet,& tempus, qñ oportet. [Locis] vbi nota, ꝙ quædam illicita ſunt rõne loci, vt comedere.& cubare in eccleſia, vt 42. d. non oportet.& comedere bis in eo loco, vbi eſt conſuetudo ieiunandi, vt diſtinct. 12. illa. [Et temporis] quia quædam illicita propter tempus, vt de conſe.

Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit contrariũ. — Reſpõdet. — Exponit literam.

a ¶ Cõſuetudine. add. l. minime & l. de quib. ff. de legi. Car. in cle. dudũ 2. verũ de ſepu. Bal. de pace cõſtãtiæ in prin gl. & do. l. fi. ver. recuperare. C. de iure de ip. p lapidẽ i le ſi prius § placuit. in ver. quæ eſt ſeruanda de aqua plunia arc.

conse.d.3.de esu.& d.50.quia dies.[Et personis.]Nã recte personarũ quædam illicita sunt, vnde.Monachis non licet carnes comedere. de conse.di.5.carnem. Similiter Monachis,& clericis in sacris ordinibus constitutis nõ licet contrahere 27.q.1.vt lex.huiusmodi.n. circunstantiæ, & quædam aliæ sunt considerandæ ad distinguendum,quid sit bonum,vel malum,licitum,vel illicitum,expediens vel non, vt d.29.secundum.[Nec temere].i.causa cognita [reprehédamus aliqua,quasi flagitia]quæ non sint Hu. [Cupidinis] .i.cupiditatis.Hug.quo ad illos,qui strictius sumunt causa auaritię,siue tenacitatis, vel voracitatis,quo ad illos, q excedunt mensuram consuetudinis bonorum,voluptate quadam ducti.[Pretioso.]varietas.n.in cibo non est iudicanda sed sobrietas, & gulositas in sumente, quia pretioso cibo temperatus bene vtitur,& vili cibo gulosus male quod probat Augustinu.in præsenti capit.exemplo Christi, & Esau & bestiarum[pisce vesci.]Deus.n.post resurrectionem legitur vesci parte piscis assi.Lucæ 24.Lenticula. [Esau a nimia voracitate dictus pro vsu léticulæ primo genita dedit vt patet Gen.25.historia huius habetur 7.q.1.quam periculosum[causa vtendi.]vltra modũ, vel citra.potest.n.hoc facere ex iuxta,vel necessaria causa,& potest hoc facere ex
4 vitio Hu.Arc.†ꝙ potius debemus attendere facti causam, quam factũ ipsum.de conse.d.3.peruenit.& 23.q.5.de occidendis.[Ex modo appetendi]quia potest appetere & sumere ex nimia auiditate,& potest sumere temperate sine vitio cupiditatis Hug.&c.

1 *Deliciæ quare dicantur.*



Eliciæ Ad idẽ consequenter inducit hoc c.quod est B.Aug.super epistolam Ioan.vbi ostendit,ꝙ non culpatur cibus.sed mentis inordinatus appetitus.Et diuiditur in duas partes.In prima dicit, quod dictũ est.In 2.confirmat illud duobus exemplis. secunda ibi:Dauid.n.Lege.¶[Deliciæ.]†deliciæ dictæ sunt eo, ꝙ in eis delectentur homines secundum Papi.Arch.(absque desiderio.]Scilicet immoderato, & immoderato appetitu [non officiunt].i.non impediunt profectum abstinentiæ, nec est peccatum talibus vti[appetentur].i.cum nimio appetitu,& auiditate Arch.[Dauid].2.pars in primo tãgit historiam Dauid,quæ tangitur 2.reg.23.& primi Par.11.qui portatam sibi aquam, deportatam de cisterna Bethleem, quam nimio ardore desiderij concupierat, non bibit, sed abstinuit, & effudit illam, libans,illam domino, [Helias]. 2.ponit exemp.de Helia, qui carnes deliciosas commedit, quas corui de mandato domini deferebant, vt habetur 3. Re.17.quia.n.non inordinato appetitu illas comedit,seruitium abstinentiæ non perdidit.

Diuisio.


1 Exponit literam.

1 *Deferendum aliquando est nobilibus,et potentibus.*



On cogantur. Ad idem inducitur c. hoc quod est beati Augustini lib. de verbis domini, cuius capituli summa est quod diuites assueti delicatis cibis non sunt cogendi vilibus vti. Notandum, quod,vt dicit.Hug. quidam intelligunt hoc capitul.de di uitibus,aut nobilibus,qui intrant religionem, quibus multis de causis sæpe relaxatur aliquid de asperitate regulæ,sed licet hoc sit verum,non tamen hoc c. intelligitur de talibus:tales.n.cum non habeant proprium nihil dant,nec dare possunt,vt 12.q.1.non dicatis,sed in c.isto dicitur,ꝙ debent dare vilia,vnde melius videtur dicendum, ꝙ loquatur c.de pœnitentibus,quibus de asperitate pœnitentiæ sæpe relaxatur multis de causis puta si sunt nobiles, & deliciosi,delicati,alias cito possent infirmari, & hoc est quod dicit.Lege.¶[Non cogantur.]in ipsa pœnitentia.Hu. infirmitatis].i.fragilitatis,& delicationis.Hug.& est Arch.
1 †pro nobilibus,& potentibus,& diuitibus.s.ꝙ ratione nobilitatis,vel potentiæ,vel diuitiarum,quando sit eis parcẽdum,& deferendum.Arc.86.d.non satis.& d.84. peruenit. [superfluis].i.pretiosis Hu.[necessaria]id est quibus possit satisfieri necessitati pauperum:Si dicatur contra 1.d.prox. §.j.dicitur,ꝙ superflua dentur pauperibus,& ꝙ retinenda sunt necessaria.So.non est contrarietas,quia aliter dicũtur superflua hinc,& inde,& etiam necessaria,hic superflua dicuntur pretiosa.i.ea,quæ supersunt nobis deductis necessarijs.Similiter necessaria hic dicuntur ea,quibus subuenitur necessitati pauperum, item necessaria, vocat, quæ sunt necessaria pro vita nostra,& sic non est contrarietas.

Exponit literam.



Vod dominus dicit. Consequẽter induci tu hoc c.quod est beati August.lib.quæstionũ euangelij ad propositum eius, quod dixerat, ꝙ non referebat,quid aut quantum sumeretur,dum hoc nomen ex inordinato,& immoderato appetitu sumeretur.Et diuidit hoc c.in duas partes. In 1.inducitur autoritas euangelij.s.verba Christi in euangelio.s.In 2.exponit illa dicens,ꝙ iustitia non est in abstinẽdo.Secunda ibi.Ostendit.Lege.¶[Quod dicit in euangelio].s.Matt.11.& Lucæ 7.vbi Christus de Iudæis dicit.Venit Ioannes non manducans,neque bibens, & dicunt Demonium habet,venit filius hominis mẽducans, & bibens, Ecce homo vorax,& potator vini[sed iusticata est sapientia.]quasi diceret, quicquid de me dicant, vel putent, ego tamen Dei virtus,& Dei sapientia,iuste,& recte intelligor facere ab Apostolis[sapiẽtia].i.Christus Dei filius, qui dei virtus,& Dei sapientia dicitur[iustificata est].i.recte facere [intellecta ab omnibus filijs suis].i.Apostolis quidquid alij putent de ea.[Ostendit].2.pars, hic Augustinus explanat, ꝙ iustitia non est in comedendo, vel abstinendo, sed in vtendo his,vel non vtendo,secundum mensuram rectæ rationis,quia vt dicit Philosopus 3.ethicorum quod vni est parum,alteri est,nimium,vnde temperantia, & sobrietas est pensanda,non secundum medium,aut æqualitatem rei sumptæ sed secundum medium rationis,plus.n.indiget de cibo vnus,quam alius,& idem,& vnus plus,& vno tempore,quam alio,& in vno loco plus,quam alio,vnde in his debet attendi conditio personarum temporis,loci,& eorum cum quibus viuitur consuetudo,& hoc patet in litera.[Nec abstinendo]supple tantum,& sic soluitur contrarium d.35 sexto die.vbi dicitur,quòd in ieiunio fit virtus H.[in equanimitate].i.patientia Hug.[per abundantiam non se corrumpendi].i.sic se temperare.vt ex abundantia non corrũperetur.[oportune].i.cum moderamine,& circunstantijs debitis.[Ea].i.alimenta,quorum non vsus.s.temperatus, & modestus,[sed concupiscentia.].i.auiditas nimia,& ardẽs, [desideria]de consecrat.d.4.quandoque necessitati corporis.]hic excusantur,qui aurum, & pretiosa electuaria comedunt,secundum Hu.[Congruas]nisi speciali voto,vel regula tenearis.Hug.[ante horam.]comedẽdi statutam,quę est hora tertia.vt 44.d.c.vlt.hora nona in ieiunijs.Hu.[positas.ante alios non ante se.[si id].i.epulas.ante horam poni,& comedere Hu.[aut opus]vt infirmis Hu. [necessarie] vt iter agentibus, vel aliud opus facere volentibus, cum id non possunt quasi dimittere,quia licet aliquis comedat tamen congruo tempore stet,abstinere debet.Nam si ante horam vidit aliquem comedentem, quia infirmus est, vel quia debet equitare, vel aliud opus facere,tranquillius tamen respicit ante eum,quod non facit illi,cui detorquetur si vidit aliquem comedentem,& ipse non comedit.Apostolus ad Phil.4.Scio nimis habere,& scio abundare,&c. Hoc .n.pertinet ad temperatum,bene se habentes, in paruo, & magno,& in penuria,& in abundantia[Omnia]ista Hu.[in eo].i.per eum.i.per auxilium Christi Hu.& Arch.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Parsimon a quid dicatur.*



Arsimoniam. Ad idem propositum inducit magister Gratianus hoc c.quod est ex Concilio Gangren. in quo inter alia ponitur,ꝙ temperantia ciborum,& humilitas decens laudatur, & contraria horum reprobantur,& potest diuidi hoc. c.in tres partes,secundũ illa quæ tangit laudanda,aut reprobanda. quæ omnia patebunt in expositione literæ. Lege.
1 ¶[Parsimoniam.]Primo laudat Parsimoniam.†Parsimonia est vsus temporalium rerum cum moderatione remissus, & est virtus.Hug. Parcitas ergo in cibo,& potu,dum tamẽ sit infra terminos temperantiæ,& rectæ rationis, est laudabilis,quia pertinet ad virtutem,quæ est habitus laudabilis, vt dicitur 2.Ethicorum cum veste humili:humilitas enim recta,& non ficta est commendanda etiam in veste exteriori,q̃ cor nõ eleuat,sed subijcit deo:Vñ eccl.11.in vestitu,ne glorieris vnquam.Vestis ẽt humilis attendenda est, iuxta

Diuisio.

Exponit literam.

conditionem personæ,secundum,ꝙ commendat.[est ornamentum infucatum].i.non pretiosè coloratum, cuiusmodi dicitur,quod est præter curiositatem,quod 3.reprobat,vt tangitur ibi[dissolutos.]vnde tales possunt excommunicari,vt de vi.& ho.cle.statuimus.4. quod reprobatur tangitur ibi[Pietatem].i.cultum diuinum,vbi notandum, ꝙ hoc dicitur propter quosdam hæreticos,qui in priuatis domibus dicebant,tantum esse orandum,& non in ecclesia,vt d.30.si quis per superbiam.Et ita tales concludebant pietatem.i.cultum diuinum in priuatis domibus. Contra quos patres de Côcilio dicunt non concludentes, sed oẽm locum in nomine dñi ędificatum,vt sunt ecclesiæ.de conſ. d.1.nemo honorandus.ibi orando Deum.¶ Quintum qđ commendat concilium tangitur ibi.[Et congregationem] quod dicunt etiam propter hæreticos,quis spernebant cõgregationes,quæ fiebant in ecclesia pro communi vtilitate vel ad opus pium pro subuentione pauperum,videntur approbare à iure,& sicnon videtur necessaria alia superioris specialis approbatio & sic videtur casus pro dicto Innocẽ. de exces.præla. dilecta . vbi dicit talia collegia non iure approbata,vt expresse, voluit tex.iste.Io.de Fantu. Sextum, quod laudat Concilium tangitur ibi[& bona opera] quæ supra vires , quam &c. Quodum necessaria etiam nobis subtrahimus , & pauperibus erogamus,ille vero,ꝙ necessaria sibi reseruat,& cętera erogat,non dicitur supra vires facere.Hu.[beatificamus].i.beatos prædicamus, secundum illud Ma.5. beati misericordes quoniam misericordiam consequentur , & sic patent omnia .

Io.de Fã.

Sæpe vitia. Vt dicit Hu.occasione præcedentis.c.interserit hic magister Gratian⁹hoc c.in præcedenti.n.c.laudata est humilis,& vilis vestis,ne ergo quis crederet, eũ semper esse bonum,qui humili , aut vili habitu induitur, supponit autoritatem hãc B.Gregorij 23.li.mor.c. 11.qui ait.Quod sæpe vitia se virtutes esse mentiuntur,& ita quandoque sub humili habitu latebit malus.Lege.¶ [Sæpe vitia virtutes esse mentiuntur]quia similitudinẽ sumunt virtutum,vt sæpe immoderata ira videtur iustitia,& sæpe dissimulata remissio misericordia vult videri , sæpe incautus timor humilitas,sæpe effrenata superbia libertas appetit apparere,& de litera loquamur.[Tenacia].i.auaritia [parsimonia effusio].s.prodigalitatis.[largitas] crudelitas zelus iustitiæ,remissio pietas vult videri,vnde in talibus seruandum est medium,prout recta ratio determinat,& dictat,sicut dicit philosophus 2.Ethi.

Cõtinuatio. Exponit literam.

1 *Episcopus maxime curare debet ornare se virtutibus.*

Episcopus. Ad idem inducitur hoc c. ex concilio Carthaginensi, vbi
1 ostenditur,†ꝙ Episcopus maxime curare debet ornare se virtutibus,quoniam Episcopalis dignitas potius nitet virtutibus,quam diuitijs,& ornamẽtis corporis. Breue est, & planũ Lege.¶ [Supellectilem.]suppellex.i.omne instrumentum domus patrisfamilias,præter aurum,& argentum.ff.de supellect.le.l.1.Lau. Arch.[vilem]gloss.hæc hodie non tenetur,& hoc,ne status.i.Episcopalis dignitas veniat contemptibilis:vnde hoc c.loquitur secundum antiqua tempora, quando tenues erant reditus ecclesiarum 12.q.1.[futurã.] modo debet esse Episcopus stipatus multitudine clericorũ vt de conse.d.1.Episcopus.vult ergo ostendere in hoc c. ꝙ exterior Episcopi ornatus non sit ad pompam, cum paupertatem magis prætendat,quam deliciarum superfluitatem,vnde Apostolus 1.ad Ti.6.habentes alimenta,quibus tegamur his contẽti simus[dignitatis]quia magis ornatur Episcopalis dignitas fide,& virtutibus,quam pompa exteriori.[nõ longe:]vt facilius sit ei accessus ad ecclesiam pro diuinis celebrandis,& hoc idem est,de alijs clericis,vt 12. q.1.necessaria.[non longe].i.infra fines designatos Ecclesiæ.vt notat Innocen.extra de immu.Ecclesia.inter Arch.

Exponit literam.

Clericus. Ad idem inducitur hoc c.ex eodem concilio sumptum,vbi pͨcipitur,ꝙ[clericus professionem suam].i.probitatem interiorem[probet].i.testetur [exteriori ornatu .] maxime habitu,& incessu,qa, vt dicitur in.§.seq.vt grauitate itineris grauitatem mentis ostendat.[Et ideo,&c. Vestibus]quia in vestibus pretiosis,vix culpa deest,modo potius permittitur abũdantia in alijs quam in pretiosis vestibus.

Exponit literam.

Sic ergo. Hic.§.est Gratiani,in quo epilogat,quasi quicquid dictum fuit in summa in præcedentibus c.huius d.1.ꝙ tam in cibis,quam in vestibus obseruari debet conuictus hominum sine scandalo cum quibus viuit[alibi]videlicet ab Aug.li.3. de doctrina christiana.c.11.supra e.dicens in c.quisquis & c. quod dicit domin⁹[incessu debet]vt Augu.ait in epistola ad Esithiũ.vnde Eusebius: Deformitas corporis,risus dentium,gressus hominis,de illo enuntiant,& Aug.impudicus oculus impudici cordis,est nũtius 32.q.5.nec solo[historiographus].i.Salustius [mutabilem].i.instabilitatem.Hug. [incessus eius] quã si diceret exterior stabilitas incessus testatur instabilitatem mentis.

Exponit literam.

¶ *Distinctio Quadragesima secunda.*

1 *Hospitalitas,quare sit multum laudanda,amplectenda, et inquirenda,et amanda.*



Hospitalem vero esse. Hic incipit d.42.in qua magister Gratianus prosequitur sextum c.Apostoli 1.ad Tim.3. Oportet Episcopum esse hospitalem. Et diuiditur in quatuor partes.In 1. docet, ꝙ Sacerdotes debent pauperes suscipere ad hospitium suũ,siue exercere hospitalitatem,erga pauperes.In 2.ꝙ in receptione pauperum non debet esse differentia.In 3.docet,ꝙ non decet sacerdotes interesse conuiuijs.In 4.docet,ꝙ in ecclesijs extra casum necessitatis non debeant comedere.Secunda ibi : Quiescamus . Tertia ibi, Non oportet.Quarta ibi,Non debet.Circa primum in hoc §. magister Gratianus inducit sex motiua nostro iudicio ad probandum , quod sacerdotes , siue Episcopi debeant hospitales esse . Prima ratio est, ne incurrant maledictionem æternæ damnationis , quæ præparata est his, qui misericordiam pauperibus negãt,cum ait, ne sit de numero,&c.[hospes]Mat.25.2.ratio sumitur ex eo,ꝙ nõ poterit alios exhortari cõuenienter ad hospitalitatem , sicut debet nisi ipse hospitalitatẽ ẽt teneat ibi[Apostolus sequutus.]Episcopus.n.sequendo Apostolum exhortantem cæteros ad hospitalitatem seruandam.ad Ro.12.hospitalitatem sectantes,debet alios inducere ad tenendum hospitalitatem,quod male poterit,si ipse non teneat.3.ratio sumit quia Episcopus ad exẽplum Christi 1. debet facere,vt non solum verbo,sed exemplo prædicet,vnde ait[Sacerdos primum à se ipso,& domestica Ecclesia].i.fideli familia[exigere].i.incipere,imitando Christũ. actuum. 1.per facta.n.obtemperatur doctrinę,vnde Philosophus 7.Ethic.dicit, ꝙ credibiliora sunt facta,quam verba.4.ratio sumitur exemplo Abrahæ,& Loth.ibi[ordinandus itaque Abraham]Ge. 18.& Lot.Gen.19.[hospitalitatis domũ].i.domum Loth,ꝗ hospitib.aperta erat[clausas domos].i.domos Sodomitarũ quæ hospitib.erant clausæ,in quorum opprobrium Angeli dixerunt in platea manebimus.5.ratio sumitur,quia negare opus pietatis in necessitate pauperib.est committere peccatum rapinę cum tpe necessitatis bona,& maxime clericorum sint bona pauperum 16.q.1.qm ibi ẽt.vbi ẜm Hieronymum est sensus,ꝙ tpe necessitatis non debet quis retinere vltra ea,quæ ad propriam pertinent necessitatẽ, [aliena]quia tpe necessitatis alijs sunt cõicanda d.48.sicut & 14 q.4.quæ dicam.[rapere].i.iniuste detinere,quia nescit eis vti ẜm Deum Hu.[retinere]tpe necessitatis.Nam alias põt vltra necessaria,nõ ex cupiditate,vel auaritia,sed vt tpe necessitatis prouideat sibi,& alijs 12.q.1. habebat. 6.ratio sumit ex parte præmij vitæ æternæ ibi[ac,si se p opera, &c.] pietas.n.qua quis hoĩum saluti prouidet vtilis est ad oĩa.i. ad tpalia,& spiritualia acquirenda. [vnde Apostolus] 1. ad Ti.4.7 rõ. arguẽdo à minori intelligitur ibi. [Si.n. vidua] 1.ad Ti.5.Si non debeat videri elegi,quæ hospitio pauperes non susceperit,longe minus debet sacerdos eligi , qui non fuerit hospitalis:vnde Hieron.in 5.super ver. oportet Episcopum esse hospitalẽ.Dicit.Hospitalitas futuro.i.consecrando Episcopo annuntiatur.Si.n.omnes illud in euãgelio audire desiderãt,Hospes fui,& suscepistis me , ꝗto magis eps,cuius domus esse debet cõe hospitiũ.Laicus.n. vnũ aut duos suscipiẽs, implebit hospitalitatis officium . Eps autem,

Diuisio. Exponit literam. Hierony. Hierony.

autem, nisi omnes recipiat, inhumanus est. Præter ista possumus alia addere, quæ ad hospitalitatẽ, non modo Episcopos, sed omnes homines inclinare debeant. S. Thom. 1 †Est. n. hospitalitas multum laudanda, amplectẽda, & inquirenda, & amãda. Primo, quia in se est res, valde decora, & honesta. Sacra .n. res est mensa hospitalis, vt dicit Seneca lib. 4. de officijs. & Tullius libro de officijs. Recte inquit laudanda est hospitalitas, est. n. vt mihi videtur valde decorum patere domus hominum illustrium hominibus illustribus. ¶ Secũdo, quia hospitalitas disponit ad susceptionem diuinæ gratiæ, & præpraat, quod ostensum est Lucæ vlti. vbi discipuli cognouerũt dominum coactum hospitari, cum eis, etiã in fractione panis, vnde Gregorius in homil. ipse quoque dominus non est cognitus à discipulis in via dum loqueretur, & in domo cognosci dignatus est dum pasceretur, sic etiam quandoque diuina cognitio infunditur hospiti, vel hospite gratia alicuius sancti viri in hospitio recepti. ¶ Tertio, quia hospitalitas bona temporalia multiplicat exemplo Viduæ, quæ Heliam in hospitio recepit, cui toto tempore fauus, farina, & oleum non defuerũt 3. Re. 17. ¶ Quarto, quia à malo etiam temporali seruat exemplo Rab. quæ quia recepit nuntios filiorum Israel, ideo cum parentibus suis seruata est. Iosue 6. & omnes alij ciues eius occisi sunt. ¶ Quinto, quia meretur angelos recipere, exemplo de Abraham & Loth, de quibus est in litera. Vnde apostolus ad Hebræ. vl. hospitalem nolite obliuisci, per hanc. n. quidam placuerunt angelis hospicio receptis, vnde Hieronymus, Abraham & Loth angelos susceperunt, quia hospites dilexerunt. ¶ Sexto hospitalitas est amanda, quia Deum meretur recipere Matt. 10. qui vos recipit, me recipit, & Mat. 5. qui recipit vnum talem paruulum in nomine meo, me suscipit, vnde Hieronymus ad Nepotianum. Mensula tua pauperes, & peregrinos suscipiat, & cum illis Christus conuiua erit, hoc autem non modo accipiendum est, cum in membris suscipitur Christus sed etiam quandoque personaliter, vt narrat Gregorius de multis tam dialogo, quam in homilijs euangeliorum, quæ breuitatis gratia pertransimus.

Margin: S. Thom. — Gregor. — Hierony. — Hierony.

1 *Confraternitates, in quarum statutis habetur, quod semel, vel bis omnes simul in anno conueniant confratres ad tractandum de salute animarum, &c. an sint licitæ.*

2 *Statutum confraternitatum, quod nullus recipiatur, nisi promittat singulis annis decem se daturum, an sit licitum.*



SI quis despicit. Ad idẽ inducit Gratianus hoc c. ꝙ sumptum est ex concilio Gangre. in quo anathematizãtur, q despiciũt eos, qui pauperibus cõuiuia faciũt, aut hospitia ꝓ honore dei recipiunt. Le. ¶ [Si quis agapes]. i. conuiuia pauperum, hoc intellige de confraternitatibus, quia ibi paupe 1 res conuiuantur. ¶ Sed surgit hic duplex quæstio. Prima q. †Vtrum huiusmodi cõfraternitates, in quorum statutis habetur, ꝙ semel, vel bis omnes simul in anno cõueniant cõfratres ad tractandum de salute animarum, ad audiendum verbum Dei, ad celebrandum missas, & orationes pro viuis, & defunctis. i. ad excitandum deuotionem, & ponunt certam quantitatem singulis annis, ex qua reficiantur, & ꝓuideatur pauperibus, fiant licite: Respondet Raymundus, ꝙ sic, dummodo intentiones bonæ sint, & mũdæ, & in deo simpliciter mundæ, & fixæ: absit. n. vt ea, quæ propter bonum, aut licitum facimus, ex illis quis debeat reprehẽdi: vt 23. q. 5. de occidendis, Et pro eius decisione facit iste te. secundum Arch. hoc idem tenet Bart. in l fi. ff. de collegijs illicitis. Dicit tamen, ꝙ semel in quolibet mense hoc possunt ita refert d. Abbas in c. 2. de ecclesia ædi. ¶ Secunda qõ. 2 †Vtrũ statutũ in talibus cõfratrijs habẽs, ꝙ nullus recipiatur, nisi promittat singulis annis decem se daturum, vt licitũ. Ad hoc respõdet Raymundus, ꝙ si fiat propter bonã, & honestã causam, vt pote pro alendis pauperibus, & redimendis captiuis, & similibus, sit licitum, & nõ est simonia Alij dicunt, ꝙ predicta forma non est licita: quia excludit pietatem: ne quis s. recipiatur, &c. nisi fit. sed si fiat statutũ per verba affirmatiua. s. quicũque fuerit receptus, soluat, tm̃ sustineri põt ſm̃ eos. Arc. [fratres] vulgariter vocantur confraternæ. Hu [Anathema sit diotrepem.] proprium nomen est Diotrepes superbus, qui amabat super alios primatum gerere in ecclesia, ob cuius culpam & malignitatis crudelitatẽ non scripsit sanctus Ioãnes illi ecclesiæ, vt patet episto. Io. vbi duo considerare oportet. Primo, ꝙ diotrepem vitat tanquam excõicatum beatus Ioannes, vt non scribat ecclesiæ, ne cum alijs videretur cõicare. 2. ꝙ propter culpam presidentis interdicitur ecclesia indistincte, quia in opere pietatis attenditur natura, qua proximus est, & nõ vitium, saluo tamẽ semper ordine charitatis, quem ponit beatus Aug. primo de doctrina. Chri. c. 26.

Margin: Exponit literam — Prima q. — Respõdet — Bartol. — Secũda qõ. — Respond. — Archh. — August.

1 *Eleemosina, si adsit facultas, omnibus danda est.*



QViescamus, Hic dicitur. 2. pars huius dist. in qua dicitur, ꝙ in eleemosinis dandis, aut hospitio recipiẽdis non est differentia, & hoc cum pro nutrimento petitur eleemosina, aut recipi in hospicio. Sed si aliquis peteret ratione officij, vt, ꝙ diceret se esse sacerdotem loci aut prælatum, tũc examinatio, & discretio habenda esset, quia error in hoc pareret magna pericula. Lege. ¶ [Quiescamus]. i. desistamus. Io. Chrysostomus loquitur contra quosdam dicẽtes ꝙ in oĩbus hospitibus recipiendis deberet fieri examinatio, ita, vt nemo aliter recipiatur, quod monet. Chrys. dicens eos, qui solo pro alimento. i. necessitate postulant, nõ esse examinandos, & hoc exẽplo Abrahæ, qui si oẽs veniẽtes ad se examinasset forsitã in examinatione deceptus, angelos nõ recepisset, qui aũt quærũtur suscipi iure prelaturæ, aut rõne officij prædicãdi examinandi sunt, ita est summa ſm̃. Hug. [Quiescamus] id est desistamus curiositate distinguendi inter hospitandos pauperes. [pro nutrimento] .i. sustẽtatione corporis postulantes, de his. n. supra fuerat loquutus & loquitur de incognitis, quibus, indifferenter dandum est, si omnibus dare debemus, vel possumus. [Curiositas]. i. cura superflua, & inanis. s. quis inuestigat, quæ ab eo inuestiganda non sunt, vt hic, & cum quis aliorum peccata inquirit, & sua negligit. [Si. n.] quasi diceret merito dixi ab hoc, non ab omni. [Et ideo, si in clero electũ]. i. ad officiũ clericale. s. prædicationis. Et ita supple rõne plationis, aut officij ꝑdicationis pelat suscipi, & est incognit⁹. [scrutare]. i. examina. [antequã eum recipias] forte. n. non est examinatus, seu ordinatus, & fingit. ꝙ sit vel est hæreticus, vel excommunicatus. & assignat rõnẽ subdens [Nõ. n. sine periculo] quia cũ à talibus debeamus suscipere cibum aĩæ, cum magna diligentia est procedẽdũ, ne forte accipiamus ab eo cibo pestiferum, quia non oĩs, qui dicit pax vobis, quasi columba, sit audiendus, vt 2. q. 2. non oĩs, vnde periculum põt facile imminere, si indiscusse cõicauerimus talibus, quia forte sunt hæretici, aut lupi rapaces, venientes sub pelle ouiua. [circa maiora.] circa sp̃ualia, & sacramẽta ecclesiastica, & ita circa salutẽ aĩæ: ergo maiori cautela in talibus est procedendum, vt di. 65. miramur. Nõ. n. sine periculo in talibus quis decipitur. vt 16. q. 1. si cupis. Hu. [Nõ .n. das. s. sic indiscrete receptis damnũ, aut infers periculũ, imo facias charitatẽ [Sed tu accipis.] quia forte magis accipis venena, q̃ aĩæ salutaria sicut dictũ est [Si vero.] Seqtur 1 alia pars [pro nutrimẽto.] †Eleemosina, si assit facultas, oĩbus danda est Lu. 6. omni petenti date. [Nunc in his examines,] quia quisque est proximus noster, cui tenemur opus misericordię impendere Mat. 22. diliges proximum tuũ, sicut te ipsum. [Abrahã] ostendit exemplo vnde Aug. li. contra quinque hereses dicit, discite christiani sine discretione exhibere hospitalitatẽ, ne forte cum domũ clauseritis ipse sit dñs, & dicat Mat. 25. hospes fui, & nõ collegistis me [mercedẽ]. s. principaliter quia magis attendit deus voluntatem conferentis, q̃ vitã recipientis, licet cæteris paribus melior sit præferendus, & etiã cõiunctior, vnde Aug. 1. de doctrina christiana in 6. dicit Omnes homines diligendi sunt, sed cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendnm est, qui pro locorum, vel quarumlibet rerum opportunitatibus constrictius tibi, quasi quadam sorte iunguntur.

Margin: Exponit literam — August. — August.

Sed licet. Hic incipit. 3. pars huius distinctionis in qua tractat An clericis in conuiuijs conueniat interesse.

1 *Clericis ad conuiuia pauperum inuitatis, non licet partes tollere, & ad domum suam mittere.*

2 *Clericus, si aliquid agit, quod sit prohibitum ordini suo dicitur iniuriam irrogare toti ordini clericali.*

NOn oportet. Inducit in primis ad hoc propositum Gratianus hoc. c. ex concilio Laodicen. vbi ponitur, ꝙ † non licet clericis ad conuiuia pauperum
1 inuitatis partes tollere: & ad domum suā mittere. Et diuiditur in duas partes. In prima facit quod dictum est. In 2. assignat rationem ibi, Propter iniuriam. Clarum est de se. Lege. ¶ [Ad agapem], i. ad conuiuia præparata pauperibus. Lau. & Hug. [Tollere partes] vt domum mittat. Et est argumentum contra multos magistros & clericos, qui cum sunt in aliquo conuiuio, aliquod ferculum ad domum suam mittunt secundum Hug. quod cōmuniter est vitium Bononiæ tam clericorum doctorum, quam laicorum. Archid. [Propter iniuriam.] Secunda pars
2 .i. infamiam. Arch. † ꝙ si clericus aliquid agit, quod sit prohibitum ordini suo, dicitur iniuriam irrogare toto ordini clericali propter illud, etiam insinuantur caussa propter quā abstinēdum est Episcopis, ne procurationes recipiat, cum parochias non visitant. vt 11. quæstio. 1. relatum. Breue est, & planum.

Diuisio. Exponit literam. Hug. Archid.

1 *Basilica quid dicatur.*

NOn oportet. Sequitur ad idem aliud c. eiusdem Concilij, vbi habetur, ꝙ in ecclesijs, nisi necessitatis causa non sunt conuiuia celebranda, vbi. n. celebratur conuiuiū communionis corporis, & sanguinis Christi, non est locus crapulæ, & comessationis, vnde Apostolus j. ad Cori. 11. Cōuenientibus vobis in vnum, iam nō est dominica cœna māducare, & vnus esurit, alius ebrius est. Nunquid domos nō habetis ad manducandum, & bibendum. Aut Ecclesiā Dei contemnitis facientes domum, orationis domum comessationis. Lege. ¶ [In basilicis] Basileus. n. dicitur Rex,
1 vel Imperator, † & Basilica dicitur palatium Regis ita quælibet Ecclesia, Basilica dicitur, quia est domus, & palatium summi Regis. Alij dicunt, ꝙ tantum Ecclesiæ cathedrales, dicunt Basilicę, quia huiusmodi ecclesia cōsueuerūt reges fundare, & dicare. [Accubitus] ad comedendū. Sic. n. olim comedebant, vel accubitus vocat lectulos ad iacēdum, vel dormiendum, qui ibi debent vigilare, & orare, ne intrent in tentationem. Mat. 26. & Luc. 22. Non debent accubare, aut dormire cum indecentia multorum turpium, quæ in somno contingunt: dicit autem Hu. ꝙ qui custodiunt Ecclesiam, & thesauros ecclesiæ, ibi iacent, & dormiunt, quia excusantur necessitate, vt dicitur in seq. c.

Exponit literam.

1 *Oratorium dicitur ab orando.*

NVlli. Ad idem est hoc c. breue, & planum. Litera. ¶ [Nisi forte transeūtes] vel alia necessitate coacti, puta non audent inde exire vel omnes aliæ domus sunt plenæ. Simile est de clericis peregrinantibus, ꝙ licite possunt in taberna comedere, vt d. 44. clerici. [Oratorium.] hoc dicit beatus Benedictus in regula sua, vt nomen respondeat
1 rei. † Oratorium dicitur ab orando in eo. Oratorium. n. tractum habet vocabulum, eo, ꝙ orationi tantummodo est consecratum. Et ideo, vt dicit August. in regula. In oratorio nemo aliqd agat, nisi id, ad quod factū est, & a quo nōmen accipit: vnde & dominus in euangelio inquit.* Domus mea, domus orationis vocabitur. Pro quo notandum ꝙ dominus vniuersorum non solum de personis retinuit sibi aliquos ad ministrandum, vt ministros ecclesiæ sed & de rebus ecclesiæ decimas ad ministrorum sustentationē, & de temporibus dies solemnes, & de locis aliqua sibi specialiter appropriauit ad seruiendum sibi in illis, inter quæ vnum genus est oratorium; de varijs autem nominibus oratorij, siue loci orationis recitauimus circa. c. Ecclesia de conse. d. 1.

Exponit literam. Augu. *Matt. 21. b

1 *Pudicitia quid dicatur.*

PVdicus. Hic tangitur 7. cap. regulæ Apostolicæ scilicet, quòd oportet Sacerdotem esse pudicum. Breue est. † Pudicitia autem vt dicit Augustinus est quædam virtus animæ ad castitatem specialiter pertinēs, quod ita declarat sanctus Thom. in secunda secundæ, quæstione centesima quinquagesima prima, articulo tertio, quòd nomen prædicitæ à pudore sumitur, in quo verecundia significatur & inde oportet, quod pudicitia proprie sit circa illa de quibus magis homines verecundantur, maxime autem verecūdantur de actibus venereis, vt Augustinus dicit in 14. de ciuitate Dei, in tātum, ꝙ etiam concubitus coniugalis, quia honestate nuptiarum decoratur, verecundia non careat: Et hoc ideo, quia motus genitalium membrorum non subditur imperio rationis, sicut motus aliorum exteriorum membrorum: verecūdatur autem homo, non solum de ista mistione venerea, sed etiam de quibuscunque signis eius, vt Philosophus dicit. secundo Rethoricæ. Et ideo pudicitia attenditur circa signa venereorum, sicut sunt aspectus impudici, oscula. & actus. Et quia hæc magis solent deprehendi, ideo pudicitia magis respicit ista exteriora signa. Castitas autem magis ipsam veneream commistionem. Et ideo pudicia ad castitatem ordinatur, hæc sanctus Thom. Cōuenienter ergo, post quam superius statutum est. Sacerdotem debere esse castū dist. 32. vsque ad 37. nunc ostenditur, debere esse pudicum, vt tam in re, quam in signis, tam interius, quam exterius, munda decoretur castitate. Lege. ¶ [Pudicus. pudorem] id est verecundiam, turpia detestando, ita vt turpe aliquid audire, aut videre dedignetur, vnde inducit autoritatem Cāticorum primo. [Sponsæ] id est Ecclesiæ Hug. [prædicatores turturi comparātur] propter mūdiciam, quam semper debet obseruare. Est. n. turtur animal valde pudicum, mortua. n. altera, alia alteri nunquam copulatur. Prædicatores vero genæ Ecclesiæ dicuntur. Et vt in glo. Canticorum primo habetur, quia ipsi cibum doctrinæ masticant, & auditoribus comestibilem tradunt.

Aug. S. Thom. Exponit literam.

¶ Distinctio Quadragesima tertia.

1 *Episcopum, an oporteat esse doctorem id est potentem docere populum sibi subditum.*
2 *Promouendus in Episcopum debet necessario esse doctor.*
3 *Sacerdos nominatur septem nominibus in scriptura.*
4 *Scientia Prælati debet consistere in duobus*

DEbet etiam. Hic incipit distinctio 43. in qua magister Gratianus prosequitur octauum. capit. Apostolicę regulę. s. quod oportet Episcopum esse doctorem id est esse talē, qui sciat docere. Et diuiditur hæc d. in 5. partes. In prima dicit, ꝙ dictum est. In 2. ostendit, quòd oportet, ꝙ doctor habeat discretum esse in doctrina, & prædicatione, & ne taceat proferēda, vel dicenda. In 3. ostendit, ꝙ ad discretionem doctoris ecclesiastici pertineat, vt auditoribus effundat doctrinam iuxta capacitatem auditorum, vt maiora subtilioribus, & minora minus capacibus effundat 2. ibi: Sit rector. tertia ibi: In mandatis. quarta ibi: Scimus quinta ibi: in. §. Pariter quoq;.
1 ¶ Pro pleniori intelligentia huius primi capitul. quæritur. † Vtrū oportet Episcopum esse doctorem. i. potentem docere subditum sibi populum. Et videtur, ꝙ non. Nullus homo potest illustrare mentem alterius, ergo nullus potest, esse doctor alterius hominis cōsequentia patet, antecedēs est B. Aug. super illud. Erunt omnes docibiles Dei, vbi ait, Prædicatores verba formant, sermones componunt, sentētias proferunt, sed mentes illustrare non possunt. ¶ Secūdo dicit August. in li. de Magistro. Solus Deus cathedram habet in cœlis, qui veritatem docet in terris. Alius homo, sic se habet ad cathedram, sicut agricola ad arborem. Agricola autem non est factor arboris, sed cultor, ergo nec homo potest dici doctor scientiæ, sed ad scientiam dispositor. ¶ Tertio arguitur ex illo Matt. 23. Noli vocare rabi, vnus. n. est magister vester. super quo glo. dicit ne diuinum honorem hominibus tribuatis, aut quod Dei est, vobis vsurpetis, ergo esse Magistrum, vel doctorē solius Dei est. ¶ In oppositum est c. præsens. ¶ Respondet sub ista conclusione † In Episcopum promouēdus necessario debet esse doctor .i. Potens docere. Circa quam cōclusionem duo faciemus. Primo probabimus illā, 2. ostendemus, qualis esse debeat doctrina, & prædicatio doctoris ecclesi. Circa primum cōclusio est Apo. 1. ad Ti. 3. dicentis. Oportet eum. s. epm amplectentem esse eum, qui s̄m doctrinam est fidelis. i. veracem sermonē, vt potēs sit in doctrina sana. i. vera exhortari consentientes

Diuisio. Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Oppouit et Respōd.

consentientes doctrinæ, & eos, qui contradicunt.s. doctrinæ s. næ[arguere].i.arguendo, siue argumentando conuincere, hic.n.sunt duo opera sapientis secundum philosophū .s.non mentiri, de quibus nouit, & mentientem manifestare posse.† Hæc autem cōclusio probatur ratione, iuxta dominum Vlrichum in summa sua ex septem nominibus, quibus in sacro eloquio nominatur. Sacerdos, vt colligitur etiam expresse ex c. sequenti, dicitur etiam pastor, & canis, propheta, & Angelus, & veritas sacerdotij veteris testamenti, & habens locum Apostolorum, & præco. Si pastor est non est mercenarius, qui venientem lupum videns aufugit. Io.4. dum se sub silentio abscondit, vt dicit Gregori. in pastorali 15.c. Si Canis est, latratu prædicationis debet lupos arcere à gregibus, ne cadat super eos illud opprobriū. Esa.56. Canes muti non valentes latrare. Si propheta est, ministeria scripturæ populis exponere debet, hoc.n.est ꝓphetare. 1. ad Cor.14. Nam qui prophetat. gloss.1. qui exponit scripturas, quæ multis occultæ sunt hominibus. Loquitur ad ædificationem, vnde dicit Greg. in supradicto.ca. Et habetur in.c.se. Prophetæ in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur. Cæterum, si Sacerdos Angelus est, debet nuntiare populo eloquia dei, vnde Malachiæ 2. labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius, quia Angelus domini exercituum est. Cæterum, si veritatem habet figurati sacerdotij veteris testamenti, debet habere tintinabula in vestibus. Exo.28. & Gregor. vbi.s. vt vitæ viam cum linguæ sonitu, ipsa quoque sacerdotis opera clament, vestimenta.n. sacerdotis sunt opera recta, sm illud psal. Sacerdotes tui induantur iustitiam, vt audiatur sonitus, & non moriatur. Greg. quia iram contra se occulti iudicis erigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Præterea, si loca Apostolorum obtinent, debent spiritum sanctum accepisse in igne, & linguis Gregorius, quia nimirum, quos spiritus sanctus repleuerit, de se protinus loquentes facit Actuum 2. Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cæperunt loqui. Amplius, si sacerdos præco est, incessanter clamare debet Esa.58. Clama ne cesses, Greg. vbi supra. Præconis officium suscipit quisquis ad sacerdotiū accedit, vt ante aduentum Iudicis clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædicatione sit mutus qua clamoris vocem daturus est, præ-
4 co mutus est. Et hoc de primo.† Circa secundum notandū, ꝙ scientia prælati debet consistere in duobus, videlicet, in disciplina correctionis. Et in sermone prædicationis, vt de hoc notatur. 85.di. in summa. Circa quę tria sunt cōsideranda. Primum intus charitas ardens. Secundum exterius vita lucens. Tertium ipse actus prædicationis, de primo Apostolus. 1. ad Co.13. Si linguis hoīm loquor, & angelorū, &c. de 2. Gregorius. Cuius vita despicitur, &c. 3.q.7.§. idem testatur. in fine. Talis.n. & si bene prædicet alijs, deum instruit, quomodo debeat ipsum condemnare 40. distin. multi. Hic prælatus à Hieronymo comparatur cineri, per quem lixiuium doctrinæ transiens lauat, & non lauatur. 83. di.§. vlt. Et ab Augustino Canali lapideo, per quem aqua doctrinæ transit ad arriolos, i. corda subditorum in quibus aliquando facit fructū. 1.q.1. si fuerit, & à Nicolao papa. Faci ardēti, quæ se ipsam consumens alijs lucem ministrat, 15.q.8.c. vlt. de istorum culpa, & pœna habetur in canonica Petri.2. Petri.2. Hi sunt fontes sine aqua. 1.q.7. secuti in fi. & de pe. di.2. fi.n. ver. Petr. quoq;. Et dicit Gre. Scire debet plati &c. 11.q.3. præcipue. Et contra istos optime inuehitur per Hieronimum. 35. dist. Ecclesiæ. ¶ Circa actum prædicationis quatuor sunt attendenda.s. Locus. Tempus, Qualitas audiētium, Modus, & qualitas dicendorum. Tempus, vt non semper loquatur, sed tēporibus opportunis. Si.n. semper plueret terra, nunquam germinaret, vnde contra tales in Leuitico. 15.c. vir qui fluxum seminis patitur, immundus erit, ad hoc.j.c.1. in fine. Locus etiam est attendendus, quia prædicatio debet fieri in ecclesia, vel in alio loco publico, & honesto, non autem in priuatis domibus, ne ex hoc nascatur suspitio hæresis. 32. di. si quis. præcipitur Moysi. Exod. 27. vt sacerdos ingrediens tabernaculū tintinabulis induatur, vt.j.c.1. ver. hinc Moysi, ac si dicat. Cum ingreditur tabernaculum, poterit, prædicare. Item Salomon prouerbiorum.5. in plateis tuis aquas diuide. Et in euangelio, Matth. 10. Quod in aure auditis, prædicate super tecta: non tamen negandum est, qui aliqua verba bona possint ab aliquo dici in alijs locis in modum simplicis exhortationis, licet nō in modum prædicationis. extra de hereticum ex iniuncto circa princi. Qualitas audientium modus, & qualitas dicēdorum consideranda sunt. Sapientibus.n. & dignis potest prædicator alta, & profunda prædicare, simplicib. vero, & non capacibus pauca plana, & vtilia. De primo Apostolus. 1. ad Cor.2. sapientiam loquimur inter perfectos: de 2. idē Apostolus 1. ad Co.3. quod scribe. Ad idem .j.c.1. ver. prouidendum, & .j.eo.§. qualiter. 49. di.c. vlt. in præsentis. 8.q.1. oportet. Hoc etiam docuit dominus Mat.5. cum in plano turbis, & in monte loquebatur discipulis. Grāmaticam autem, aut Iouis fabulas prædicare non debet 86. di. cum multa. Item hæreticis secreta fidei non sunt exponēda, nisi forte apparerent expresse, ꝙ vellent corrigi, & tunc cum magna cautela.j.e. in mandatis. Si cōtra istam formam aliquis prædicat locum habet, quod dicitur.j.e.in.§. pariter. Si vero secundum hanc docuerit, & subditi noluerint emendare, mundæ erunt manus eius à sanguine subditorum, vt actuum 20.j.e. Ephesijs secundum Raymundum de penna forti. Et hic adde, & vide, quod dicam. 46. dist.c.1. in princ. ¶ Istis habitis, dicendum est ad rōnes in oppositum. Ad primā respondetur, negando consequentiam, dicimus.n. iuxta S. Thom. in.q. de magistro, ꝙ homo potest dici, sicut doctor, ita illuminans, non quasi lumen rationi infundens, sed quasi lumen rationis coadiuuans ad scientiæ perfectionem per ea, quæ exterius proponit, secundum quem modum dicitur ad Ephe.3. mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc illuminare omnes, &c. Vnde etiam Apostolus idem dicit prima ad Tit.2. in quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, doctor gentium in fide, & veritate. Et ad probationem respondetur, ꝙ dictum Augustini intelligitur de illustratione, quæ est per infusionem luminis. Salis autem illustratio mētis solius Dei est. ¶ Ad secūdam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia, vt dicit S. Tho. vbi supra, per hoc, quod Augustinus dicit solum deum docere, non intendit excludere, quin homo exterius doceat, sed quia solus deus doceat interius. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ, qualiter prohibitio illa intelligenda sit vt gl. exponit. Prohibemur.n. hoc mō vocare hominē magistrum, vt ei principalitatē magisterij attribuamus, quæ deo competit, quasi in hominum sapiētiam spē ponentes, & non magis de his, ab homine audimus diuinam veritatē cōsulentes, quæ in nobis loquitur per suæ multitudinis impressionem, qua de omnibus iudicare possumus, vt dicit S. Thom. vbi supra. Lege. ¶ [Debet] debet.n. episcopus, & sacerdos ad curam animarum assumptus habere gratiam docendi, siue sermonis, vnde dominus Mat. Vlt. euntes docete omnes gentes. & Mat. vlt. prædicate euāgelium omni creaturæ. Oportet ergo episcopum doctorē esse. 1. ad Ti.3. vt sit potens exhortari in doctrina sana. i. vera. Ti.1. Vnde Isidorus. lib. de sum. bo. dicit, ꝙ doctor ecclesiasticus vtroque pollere debet. s. vita, & doctrina. Nam doctrina sine vita arrogantem facit, & vita sine doctrina inutilem reddit, quia vt Hieronymus ait. Innocens absque sermone in eo. s. qui curam habet animarum, quantum exemplo prodest, tantum à silentio, cum. s. necessitas exigit, vt doceat, siue loquatur ea, quæ sunt necessaria ad salutem. Hu. vero exponit hoc negatiue, vt sit sensus. i. non prodest, & proficit, si doceat verbo, & exemplo, quam si exemplo tantum. 2.q.7. sancta quippe. Sed ista expositio non videtur nobis consonare dictis Hieronymi, nec proposito Gratiani. [Latratu]. i. verbo prædicationis. [& baculo]. s. correptionis [lupi] mali homines, tiranni, hæretici sunt arcendi.


Vlrichus. — Grego. — Gregorius — * Psal.131.b. — Hierony. — Aug. — Ad primū arg. — Ad secūdū. S. Thom. — Ad tertiū. — Exponit literam.

In ipsa doctrina. Consequenter ponit Gratianus hic, quòd oporteat ipsum rectorem esse discretum in duobus, videlicet, vt dicēda nō taceat, & tacēda non proferat, & hæc duo membra probat ex se.c. Gregorij. Sit rector, quod sequitur.

1 *Taciturnitas prædicationis in prælato, an sit peccatum mortale, & nume. 3.*
2 *Tacere aliquando est peccatum.*
4 *Negligens corripere hoc ipso videtur dare, & permittere securitatem delinquendi.*
5 *Ordo scripturæ an sit attendendus.*
6 *Importunitas aliqua, quod sit bona.*

Sit rector. Secunda pars huiūs disti. hęc duo membra posita discretionis, quā debet habere ecclesię rector prosequitur in hoc c. Grego. Et potest diuidi in tres partes. In prima membrum,

Diuisio.



præmittit prædicta duo mébra. In 2. prosequiter primum membrum, scilicet, quod non debeat tacere proferenda: quod multis autoritatibus ostendit, quæ incipit ibi: nam sicut in 3. quæ incipit ibi, sed: cum rector ostendit, quod non debet proferre praua: aut bona nimis alta. s. vltra vires subditorum: postea ostédit, ꝙ nec illa, quæ capere possunt, debet proferre ordinate, & cũ multiloquio: quia in his, quæ capere possunt debet modum seruare, & nõ vltra modum fundere. 2. ibi: prouidendum quoque. ¶ Pro pleniori intelligentia præsentis. c. maxime circa primam partem quæritur.

Primũ ar. 1 † Vtrum taciturnitas prædicationis in prælato sit peccatum mortale. Et videtur ꝙ non. Primo sic, tacere non est vtrum taciturnitas prædicationis in prælato sit peccatum mortale. Et videtur ꝙ non. Primo sic, tacere non est peccatum: ergo nec taciturnitas prædicationis in prælato, consequentia videtur bona à superiori ad inferius negatiue. Antecedens probatur multipliciter. Primo sic. Omne peccatũ est actus incidens, ex defectu boni, sed tacere non est actus, vt patet: ergo tacere non est peccatum. Idem probatur ex diffinitione illa peccati, quæ dicitur esse Ambrosij. Peccatũ est factum, vel concupitum contra legem dei, sed tacere nullum horum est: ergo non est peccatum. Tertio. Si esset peccatum, cum maxime sit in dormiente taciturnitas, in dormiente esset peccatum, sed hoc est falsum: ergo, &c.

Secũda rõ. ¶ Secundo principaliter arguitur sic. Bene tacet prælatus, quando non tenetur loqui, sed non est dicendus tunc peccare mortaliter: ergo taciturnitas prædicationis in prælato nõ videtur esse peccatum.

Opponit & Respon. ¶ In oppositum est. c. præsens vbi ad hoc ponuntur bene nouem autoritates. ¶ Respondeo dicendum sub aliquibus cõclusionibus.

Prima cõclusio. 2 † Prima est, Tacere aliquando est peccatum. Ista conclusio patet primo per illud psalmistæ.* Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, inueteratio autem ossium defectus est fortitudinis spiritualis, quæ non est nisi per peccatum: ergo tacere aliquando est peccatum 2. eccl. 3. dicitur. Tempus tacendi, tẽpus loquendi. Si ergo tacet homo, quando debet loqui, peccatum est. vnde dicit Gregorius, immoderatum silentium, si culpa non esset, propheta non dixisset. Væ mihi, quia tacui.

* Psa. 31. a.

Grego.

Secũda cõclusio. 3 ¶ Secunda conclusio. † Taciturnitas prædicationis, siue doctrinæ in prælato, siue in eo, qui habet curã animarum in tempore debito, quo prædicare tenetur, est peccatum mortale. Ista conclusio patet per multas autoritates in præsenti. ca. positas. Item per illud Ezec. 33. Si speculator viderit gladium venientem, & non soluerit buccina, & populus non se custodierit, veneritque gladius, tuleritque de eis animam, ille in iniquitate sua mortuus est. Sanguinem autem de manu speculatoris requiram. Secundo probatur prædicta conclusio sic. Qui tenetur mederi ægroto, & subtrahit vsum medicaminis pro tempore, & loco peccat mortaliter. Sed prælatus tenetur mederi subditis, cum infirmantur ex peccato: ergo, cum tacendo, subtrahit vsum medicaminis, peccat mortaliter, vnde Gregorius Plerunque nimis taciti, dum quorundam mala respiciunt, & cum silétio linguam premunt, quasi conspectis vulneribus, vsum medicaminis subtrahunt, & eo mortis autores fiunt quo virus, quod poterant eijcere loquendo, noluerunt: ergo taciturnitas in talibus est peccatum mortale, qui. n. autor est mortis spiritualis in alio, in seipso contrahit mortem. Ista etiam conclusio expresse habetur. infra. in. c. dispensatio. e. dist.

Grego.

Ad primũ arg. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primã respondetur, negando antecedẽs vniuersaliter, dicimus. n. ꝙ tacere aliquando est actus virtutis, aliqñ vero est actus vitij.

Alexander de Halis. ¶ Ad probationem respondetur iuxta Alexandrum de Halis in 2. ꝙ actus dicitur dupliciter, vel prout est communiter ad operari, & non operari, sicut habetur super illud ad Ro. 7. quod. n. operor, non intelligo. Vbi dicit gloss. dimittere. n. bonum, & facere malum, sunt partes operari Malum. n. dicitur larga acceptione, & consueta loquutione, etiam ille operari malum, qui dimittit bonum. Et sm hoc tacere dicitur actus sed non dicit actus peccati, nisi inquantum refertur ad voluntatem prout aliquis ex voluntate tacet, cum tacere non debet. Si vero accipiatur actus proprie tacere non est actus, nec esset peccatũ, nisi prout actus voluntatis super ipsum cadit. Et per hoc patet solutio ad 2.

Ad secũdã partẽ primi arg. Vel dicendum, vt dicit S. Tho. in prima. 2. ꝙ affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus, sicut in diuinis genitum, & ingenitum ad relationem, vt dicit August. in 5. de Trinitate c. 5. & 6. & ita pro eodem accipiendum est dictũ, & non dictum, factum, & non factum.

Ad tertiã partem. ¶ Ad tertium de dormiente respondetur, ꝙ tacere non est peccatum, nisi cum congruit loqui & tenetur, hoc autem non est in dormiente.

¶ Ad secundum principale respondetur, ꝙ cum præceptum prædicandi pertineat ad præcepta affirmatiua, non obligat pro semper, sed pro tempore, & loco, vnde dicimus, ꝙ taciturnitas quandoque non est veniale, nec mortale, sicut, quando quis nec tenetur loqui, nec expedit, aut decet, veniale est, quando autem hoc fuerit, & quando nõ, difficile est determinare in singulis, sed ipsa vnctio docet quod non permittit hominem sibi adhærentem de facili errare, vt dicit Alexand. de Halis. Lege. — Ad secũdũ

Exponitl teram. ¶ [Sit rector] hoc scribit Gregorius in pastorali. parte 2. c. 5. hic incipit prosequi primum membrum. s. ne tacet proferenda. [discretus] discretio. n. ad prudentiam pertinet, quæ debet in rectore vigere. Prudentia. n. est propria regenti, vt dicit Philosophus. 6. ethi. & tertio politicorum & hoc maxime, vt se, & alios bene regat, propter ꝙ Dauid pro Salomone filio suo, vt prudentiam haberet primi paralipo. 22. c. orauit dicens: Det quoque tibi dominus prudentiam, & sensum, vt regere possis Israel, & custodire legem domini Dei tui, [in silétio]. & recte rectoris prudentia debet ponderare tempus tacendi, & tempus loquendi. Ecclef. 3. quia qui inconsideratus est, sentiet malum. Prouer. 13. & Eccl. 28. dicitur. Attende, ne labaris in lingua, & sicut labitur, qui tacenda loquitur, sic indiscrete, & damnabiliter agit, dum loquenda tacet. Prouer. 7. ne sileas, noli timere, qui. n. tacet corrigenda, audiat prophetam dicẽtem. Ezec. 3. Si non annunciaueris impio iniquitatem, nec loquutus fueris ei, vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de manu tua requiram, quia vt dicit August. primo de Ciuitate Dei. c. 9. Ad hoc sunt præpositi in ecclesijs, vt non parcant abiurando peccata. Nota cõtra negligentiam, & taciturnitatem damnabilem prælatorũ contra malos, & impios homines [Sæpe] ponit, ꝙ aliquando rectores cessant loqui, & obiurgare peccata, s. qa timent odia hominum, & eorum gratiam amittere magis, quam Dei. di. 45. sed illud, &. c. vltimo. di. 50. si quis diaconus. Hug. de quibus dicit Augustinus primo de Ciuitate Dei. capitul. nono plerunque ab eius docendis, admonendis aliquando etiam obiurgandis, & corripiendis male dissimulatur, vel quia laboris piget, vel cum os eorum, coram quibus verecundamur, offendere, vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, vel noceant in temporalibus, qui à culpa non sunt immunes [humanam.] quia frequenter cõtingit, ꝙ prædicantes plus quærunt in sua doctrina hominibus placere, quam Deo, & veritati, vel vt phari sei, qui hominibus placere cupiebant. Mat. 10. Non sit doctor veritatis Paulus egit, qui ad gal. 1. a it. An quæro hominibus placere, certe non, quia, si adhuc hominibus placerem. Christi seruus non essem. Iuxta veritatis vocem Christus, qui est veritas hoc dicit Io. 10. bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis. Mercenarius autem, veniente lupo, fugit. — August. — Augu.

[studio]. i. cura. Hu. [lupo]. i. persecutore. Isti tales mercenarij sunt, & tolerandi, quia ad aliquid sunt vtiles, sed fur ex toto est cauendus, & pastor diligendus, de istis tribus personis habet. 23. q. 4. Tres personas [abscõdũt] qui loqui nõ audent, nec vitia reprehendere Arc. [hinc nãque, in Esaia] 55. c. [Canes muti]. i. non valentes latrare, vitia obiurgando, tales sunt mali prælati, qui suos, subditos non sciunt, vel non audent docere. Hug. malus prælatus, vt notat hic Archi. dicitur Leo rugiens. i. quasi lupus rapiens prædam. Eze. 22. Secundo dicitur se, & non oues pascere, & quærere propria lucra, 8. q. 1. sunt quidam. Et propter hoc ei aufertur potestas, Eze. 33. Dicit etiam Lupus. 78. di. nihil. dicitur etiam Canis impudicus, propter defectum regiminis. 2. q. 7. qui nec dicitur etiam Coruus, propter peccatorum nigredinem. 2. q. 7. non omnis. Dicitur etiã Sal infatuatum ad nihilum proficiens. Mat. 5. & 2. q. 7. non omnes. Dicitur etiam porcus. infra eodem in mandatis. Dicitur etiam Rusticus a rusticitate, 46. di. in prin. dicitur etiam Gallinacius. i. Capo, quia habet modum gallinæ. primo, quia sicut ille non cantat, nec malus prælatus. Item non generat. Itẽ non pugnat pro subditis, vt hic. Item sicut ille non vocat gallinas, ita nec iste pauperes. Item sicut Capo se impinguat, sic malus prælatus. Et ideo, cum quærat epulus, & diuitias, ponetur in ignem inferni. Esa. 22. & dist. 35. Ecclesiæ. Archid. [in Ezechiel]. c. 13. primo ponit verba prophetæ, deinde exponit

exponit ea,& hunc modum obseruat per totum ca. Hug.
[Murum].i.obstaculum.Arc. [pro domo].i.fide ecclesiasti
ca catholica,q̃ debet esse vallata muro inexpugnabili bella
torum,ſm illud Zachariæ. 9. Circundabo domum meam
ex his,qui militant mihi in die domini.ſ.tentationis[ex ad
uerso.]verba sunt Gregorij exponentis[libere.] Nam pro
ditor est veritatis, qui eam timore mortis non prædicat,
vel defendit. 11.q.3.nolite.Hu.Amore iustitiæ]hæc.n. solũ
debet attendere,quicunque alium iudicat, vel punit, alias
peccat.3.q.7.Iudicet.Hu.[dicit].ſ.dominus in Hiere.c.5.in
fine[tibi.]ad tuum malum.Lau.[stulta.] promittendo tibi
impunitatem.Hu.[fugitiua].i.transitoria. Hug.[quæ sunt]
.i.qualia.[sicut ventura].i.futura vita manifestatur.ſ.firma,
& stabilia.Hu.[in cassum].i.in uanum securitate impunita-
4 tis,& est Arc.† ꝙ qui corripere[a] negligit, hoc ipso videtur
a dare,& promittere securitatem delinquendi.Arch.di.50.si
quis diaconus.Hu.[quam sæpe nescit]quia non recordatur
vel non credit esse peccatum,& vtrumque, quando scitur
per increpationem, & correctionem [hinc etiam Paulus]
Ti.1.potẽs sit gl.[vita,]& doctrina. [Exhortari]scientes in
doctrina sana,& vera,& redarguere eos, qui contradicunt
veritati.gl.[obloquẽdo]vel male viuendo.[hinc sequitur]
alia autoritas per Malachiam.ſ.[& custodiunt].i.custodire
debent, vt sciant discernere inter mundum,& immundũ.
Angelus.i.annuntians ea, quæ Dei sunt. [hinc per Esaiam]
58.c.[officium Sacerdotes]docendi officium in Dei popu-
lo.[Susciperunt]vt di.38.di.c.1.[mutus præco.]nomine,nõ
re.Hu.[in actibus]&.c.pastores.i.Apostolos[primos].i.pręcipuos,
vel ad licentiam, quia in nouo testamento fuerunt
primi pastores.Hu.[in Exodo.]28. Ibi præcipitur de tinti-
nabulis,vt vestiretur Aaron veste cum tintinabulis, vt au-
diatur sonitus,&c.[moritur in anima].ſ.peccãdo,nisi orna
tui vestium respondeat ornatus operum, vt c.distin.ratio-
nis.Hu.[ipsa quoque opera sacerdotis clament].i.claman-
do docendo ostendant[alijs viam vitæ].i.honestæ conuer-
sationis,vt d.38.c.1.Hu.[Sed cum rector.]hic est prosequu
tio alterius membri].ſ.ne tacenda proferat,ne,si inordina-
te.ſ.proferendo praua, vel bona minus alta.ſ. vltra vires.
[compaginem].i.vnitatem[abscindat].i.sit causa abscinden
di in alijs.ſ.propter detractionem,vel scãdalum[ipsorum]
.ſ.auditorum.Hu.& Arch.in Marco.] hæc præcepit domi-
nus Marc.9.debet.n. sermo sacerdotis sale sapientiæ condi
ri, vt nihil erroris contra legem Dei ex eius ore cadat.nec
scãdalizat,quos debet ędificare in fide,& in vita:vnde Apo
stolus ad Col.4.dicit. Sit sermo vester in gratia sale condi-
tus.[Non plus sapere.]i.inuestigare.[de diuinis ministerijs]
.i.occultis.Hu.[ad sobrietatem].i.sine præsumptione,hinc
in Exo.8.vnitas fidei,quæ.ſ. est in ecclesia, secundum illud
Ephe.4.Vnus Deus,vna fides, vnum baptisma [in Marco.]
9.c.[si figurare]operibus,& habitu sine verbis quandoque
loquimur,sicut, & simulatis operibus sine voce mentitur.
22.q.5.cauete,& 45.di.c.1.Hu.[ꝓuidẽdũ]3.pars[nimio].i.
multiloquio.Hu.[virtus].i.effic.Hu.[inopportunitate.i.nõ
opportunitate, [leuigatur].i.leuis,& inanis,ab auditoribus
iudicatur.Hu.Vnde bene in leuitico 15.immundus erat,vſ
que ad vesperam,vt distin.6.testamentum,in mente quip-
pe, sic construe, qualitas, audite, loquutionis est, semen
cogitationis futuræ in mente audientium, quia secun-
dum qualitatem locutionis formatur interius cogitatio
auditorum, & ita ex qualitate loquutionis proficiunt,
vel deficiunt auditores. Hug. [in actibus.] 17. vbi Athe-
nien.dicunt de Paulo, quid sibi vult seminator iste verbo-
rum[semiuerbius].i.seminator verborum, & hoc quoque
comprehendebatur de multiloquio [vel semiuerbius].i.
obscurus in verbis,quia semesa verba,& diminuta profere
bat,& non integra,quia,vt dicitur ab aliquibus, balbutiens
erat Hu.hoc tamen esse magis videtur,quia obscure, & al-
te loquebatur, vnde Seneca ad ipsum Miror hoc sensus nõ
à te,sed parte dictionis.[prolem cogitationis].i.cogitatio-
nem,quæ est proles seminis.Hu.[Non ad vsum generis].i.
generationis.ſ.prolis.[semen].i.locutionem dicturus argu
mentatur ex ordine,& positione verborum.Simile dist. 2.
§.1.&.1.q.1.vt euidenter,& 3.q.7.grauibus. Hu. ¶ Sed hic
5 mouetur quæstio.† Vtrum ordo scripturæ sit attendendus,
& videtur ꝙ non. Arch.ff.de solu.l.nec re.vbi dicitur, ꝙ de
ordine scripturarum non est curandum. In oppositum vi-
detur ex præsenti loco.¶ Ad hoc respondendum est iuxta
Io.de Fant. ꝙ aut constat de mente mandantis, ꝙ velit, vel
non velit ordinem seruare, & si sic, tunc est sequenda vo-
luntas mandantis,quia forma est seruanda,extra de rescri.
cum dilecta.Si est dubium de mente. Tunc, si obseruatur
ordo scripturæ, & surgeret repugnantia iuris, tunc non at-
tenditur ordo scripturæ,vt est casus,de rescrip.causam. Si
vero non surgeret repugnantia iuris,tunc,si est ordo posi-
tus alternatiue, tunc sufficit quamlibet partem obseruari,
vt in.c inter cęteras,extra de rescrip,fallit tamen in casu.c.
mandato de præben. li.6. aut est positus sine alteratiua, &
tunc procedit gl.de rescrip.cum dilecta,quæ concludit, ꝙ
aut plura mandantur æque principaliter,& tunc non atten
ditur ordo scripturæ,quia nõ videtur plus ponderasse vnũ
quam aliud:Aut non veniunt ambo principaliter, sed vnũ
venit par prius ponderatũ,tunc seruandus est ordo, & iste
est casus in dicto.c.cum dilecta. Nam ibi fit mandatum,vt
primo fieret restitutio,quę prius debet fieri,cum spoliatus
ante omnia debeat restitui,& sic per prius videtur manda-
tum de restitutione. Et ita procedit hoc c. Ad argumẽtum
in oppositum respondet Arc. quod illud fallit in mandatis
exequendis,de offi.dele.venerabili,& de resti. spo.pisanis,
vbi hoc notat Vincen.Et adde,quod notatur.74.di. Metro
politano,& 24.q.1.alienus.secundum Arch. [importune.]
6 Arg.† ꝙ aliqua importunitas sit bona de pœ. di.1. medici-
na.§.importuna.

Corripere: Correctio iudiciaria[a] ptinet solum ad prælatum, euangelica ad omnes pe. de An. 1 c. qui alios. n.3.de hæret.& quis sit ordo correctionis vide eũ dẽ Petr.in c. qualiter el. 2. nu. 14.de acc.

Seneca.

Quæstio.

Respõdet

1 *Peccatoribus an sit dispensandum.*
2 *Margaritæ quid dicantur secundum Chrysostomum.*
3 *Eludere aliquem licite possumus.*



N mandatis. Hic incipit 3. pars huius distin. in qua
ostendit, quam soliciti esse debemus ad co
gnoscendum,quibus fidei secreta prædice
mus,siue pandamus, quoniam cauendum
est,ne hæreticis,& infidelibus fidei nostræ
secreta propalemus.Non.n.omnia omnibus sunt prædican
da hæreticis,& paganis,& ad hoc inducit hoc. ca. quod est
Origenis, cuius verba, & dicta ea solum recipit ecclesia,
quæ de dictis suis Hieronimus recipit. Alia sunt cum suo
autore damnata.di.15.Sancta Romana ecclesia.§. itẽ Ori-
genes,vt hic dicit Arc.Et potest diuidi in tres partes, In pri
ma arguit à minori,quod attendendum sit cui dispensanda
sunt alimenta eloquiorum dei,si attendendum nobis pręci
pitur,cum quibus comesturi sumus panem corporalem.In
secunda ponit qualitatem eorum,quibus fidei eloquia cõi-
canda sunt.In tertia, eorum conditionem,quibus neganda
sunt.Secunda ibi.Sed ob alias.Tertia ibi,si vero in his.¶ Pro
1 pleniori intelligentia huius.c.quæritur.† Vtrum peccatori
bus sit dispensandum.Et videtur quod non.Primo ex præ-
senti.c.Secundo ex illo Mat.7.vbi dominus præcipit prædi
catoribus.Nolite sanctum dare canibus,nec mittatis mar-
garitas ante porcos.In oppositum videtur illud Matth. 10.
quod in aure audistis,prædicabitur super tecta.Itẽ illud se-
cundæ ad Tim.4.Insta opportune,importune. Augu. Op-
portune volentibus,importune nolentibus. Item est illud.
Eccl.Clama,ne cesses. Annuntia populo meo scelera eorũ.
¶ Respondeo,hic faciemus duo.Primo declarabũtur duo
articuli,primũ erit illius præcepti Christi.ſ. Nolite sanctũ,
quid dicatur,sanctum quid Margaritæ,quid porci, & quid
Canes.In secundo respondetur ad quæstionem. Quantum
ad primum, sciendum est ſm August. quod violare, aut
corrũpere non liceat eloquia diuina Margaritæ vero sunt
quæcunque spiritualia secundum Chrysostomum. Sanctũ
sunt sacramenta,vt Baptismus, & Eucharistia huius rei fi-
gura.Macha.1.dixit Mathatias.Ecce sancta nostra pulchri
tudo nostra, claritas nostra desolata est, & inquinauerunt
2 eam gentes.† Margaritæ vero secundum Chrysostomum
sunt mysteria veritatis.Esaia.55. canes impudentissimi ne
scierunt saturitatem. Canis secundum Chrisostomum est
animal improbum superuenientibus superflue latrans.Por
ci vero secundum Augustinum sunt contemptores verita-
tis,vel secundum Chrysostomum Christiani carnales:pro
prium enim est parci in ceno volutari, nunquam cœlum
aspicere,nec quærere dominum suum, nisi quando esurit.
Tales sunt christiani, qui in carnalibus immundicijs dele-
ctantur,ne aspiciunt cœlum, nec quærunt dominum, nisi
cum necessitas eis aduenerit de vtroque secunda Petri se-
cundo.Et canis reuersus ad vomitum, & sus lota in voluta
bro luti, & hæc de primo. Circa secundum dicendum, ꝙ
non omnibus

Diuisio.

Quæstio. Primũ arg.

Opponit ĩ contrariũ.

Hierony.

non omnibus peccatoribus denegandũ est verbum dei, sed obstinatis in malitia, & errore. Circa quos, sicut dicit, est habenda consideratio talis, quia aut ipsi sunt soli, aut etiã sunt alij infideles astantes. Si ipsi sunt soli, obseruandũ est, ꝙ præcipitur. Nolite sanctũ, &c. Si vero alij sunt fideles astã tes, iuxta formam domini procedendum est, qui cum prædicaret Iudæis, non est putandus sanctum dedisse canibus. Non.n.eis dedit, qui capere nõ poterant, & simul aderant, quos propter aliorum immunditiam negligi non oportebat, & cum eum tentatores interrogabant respondebat, vt, qui contradicerent non haberent, & alij, qui poterãt capere ex illorum occasione multa, vtiliter audirent. Alexander in tertio. Ad rationes in oppositum patet solutio, quia intelliguntur, vt dictum est de obstinatis in malitia, aut errore, & quando sunt soli. Lege. ¶ [In mandatis]. s. euangelicis. Mat. 10. In quamcunque ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrerogate, quis in ea dignus sit, ibi manete donec exeatis, &c. Arguit autẽ à minori, quia si præscire oportuit, à quibus digne sit sumẽdus cibus corporalis, multo amplius prænoscendum est, qui sint digni, vt eis præbeatur cibus diuini verbi [quia non oẽs capiũt margaritas.] hoc sumptũ est ex euãgelio Mat. 7. Margaritas], i. diuina eloqa [Ante porcos]. i. immundos, cuiusmodi maxime sunt infideles. [Sed ob hoc] secunda pars [bona virtutum.] intrãsitiue. i. bonas virtutes. Hu. quod de fide non intelligitur, ꝙ ei fides desit, sicut quidam male intellexerunt, vnde formauerunt talem conclusionem, vt patet in gl. Si.n. fides deest, quomodo obtinet bona virtutũ, cũ nulla virtus sit, vbi fides deest, quę est agnitio veritatis ęterne, vt 28. q. 1. §. ex his sed, vt diximus, hic non habetur, ꝙ ei fides desit sed habetur: quod deest [fidei]. i. perfectionis, & plenitudinis credendis, quoniam fides gradus suos habet, vt de pœn. di. 2. §. de his quoque gradibus, & Luc. 17. dicunt apostoli Auge in nobis fidem [, & scientiæ]. i. perfectionis scientiæ [maculari videbatur.] bene dicit videbatur, quia vere nõ maculabatur, si dona virtutum obtinebat, sed quendam defectum patiebatur Hu. [Si vero in his. Tertia pars [quæ palam sunt]. i. publica, vel quæ palam. i. quæ indubitanter sunt mala, permanet sæpe admonitus. Hu. [de secretioribus ploqui.] sed supple occultare debes, sed de alijs, quæ spectant ad mores, vel correctionem, licite possumus ei loqui. [ingesserit] importune petendo, vt loquantur ei de secretioribus, non ex affectu, aut desiderio sciendi sed ex derisu. [differentiæ] illa secretiora nostræ fidei. Hu. [Non oportet eũ audire.] Et pp nos, & pp ipsum, quia ex quo sciret secreta fidei, facilius nos impugnaret, & ita ipse magis peccaret, vt 11. q. 3. nolite. Hug. [prudẽter eludere.] nõ mẽdaciũ dicendo, sed cũ debita cautela talium importunitates deuiando, vtpote de alijs respõdendo, & tandem illum ad alia trahendo, puta cuiusmodi rumores sunt de Papa, vel de Imperatore, vel huiusmodi, &
3 est Ar. † ꝙ licite possumus aliquem cludere, & ꝙ quandoq; licet aliud agere, & aliud dissimulare, & est dolus bonus, & simulatio bona. 22. q. 2. vtilem. tam propter causam auditorum, quibus non debemus dare occasionem scandalizandi. i. male dicendi de nobis, vt 12. q. 1. nolo. fides lædatur, quia daremus eis occasionem peccandi nisi responderemus ad minus venialiter, cum putarent nos nescire quod simus, & cito possent peccare mortaliter maledicendo de nobis, quasi de imperitis, & comprobãdo hæreticum. [nõ intelligẽtium propositum nostrum]. i. mentem nostrã sed putantium, malo zelo, vel inopia nos nolle respondere, cũ tamen hoc faceremus ne secretiora fidei illis aperiamus, vt 6. q. 3. nolite recedere Hu.

Ad arg. Exponit literam.

1 *Cessandum non est à prædicatione propter persecutionem.*



Cimus. Hic incipit quarta pars huius distinc. & est hoc. c. Anacleti papæ. Et inducitur contra sæuientes in prædicatores veritatis, contra quos Apostolus prima ad Cori. 4. ait, Maledicimur, ꝙ benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Et potest hoc. c. diuidi in duas partes. In prima dicit, ꝙ propter infestationem quorundã doctores non debent cessare à doctrina, nec prædicatores à prędicatione. In 2. assignat rationem. 2. ibi. Scientes, quia. Litera sequitur. ¶ [Scimus autem multos] reprobos, & pertinaces [perdant]. i. reprehendant, infament, & molestent. [voluntatis] nequissima voluntas illorum, qua suos doctores vexant, & ab officio docendi impediunt est, vt à suis vitijs non corripiantur, sed iuxta sua corrupta desideria viuant, vnde Salomõ Prouerbiorum. 9. Qui erudit derisorẽ, sibi iniuriam facit, & qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, & non oderit te, quod est intelligendum secũdum Augustinũ primo de ciuitate Dei ca. 9. vbi scandalum timetur graue, quia tunc est correctio ad tempus omittenda. [Non propterea tamen] † Non.n. pro
1 pter persecutionem est à predicatione cessandum, vt 11. q. 3. nolite quia, & si illi non perficiant. nihilominus prædicator facit, quod suum est, vt 47. di. quid ad nos, nec obuiat c. præcedens, vbi dictum est, ꝙ prudenter debemus talem illudere, nec obuiat illud Apostoli ad Titũ. 3. c. Hæreticum post primam, & secundam correctionem deuita, vt. 14. q. 1. quæ dignior & q. 3. dicit Apostolus, quia vtrũque illorũ intelligitur de secretioribus fidei, quæ illis non sunt pandenda, hoc autem intelligitur de alijs, quæ spectant ad correctionem, à quibus cessandum non est. 2. quæst. 7. conuenientibus, &c.

Diuisio. Exponit literam. August.

2 *Prælato diligenti nihil imputatur.*



Phesijs. Sequitur aliud. cap. quod Gregorius scribit Venantio Episcopo ad idem propositum probandum. Ostẽdit.n. quod propter sæuitiam malorum non est veritas tacenda, præsertim, quando vrget necessitas ad dicendum, breue est. Lege. ¶ [Ephesijs.] non in epistola, sed in actibus Apostolorũ. c. 20. [manus meæ] .i. opera mea. quasi ego ipse, vnde text. cum habet manus, sed sic immundus ego sum à sanguine omniumque, &c. [A sanguine]. i. à peccato. Iuxta illud libera me de sanguinibus. [mundus] argumẽtatur Gregorius est dictis Pauli à contrario sensu. s. à destructione Antecedentis ad destructionem consequentis, quod sæpe fit in canonibus, vt 24. q. 2. sane Hug. Sed nunquid tacuisset esset mundus à peccato illorum. Non 32. q. 5. ita, & de conse. dist. 4. quæris. Sed immundus esset à peccato propter negligentiam redarguẽdi peccatum illorum, vel annuntiandi illis consilium domini. Hug. Ex hoc capitur Ar. † ꝙ diligenti prælato nihil imputatur. Ar. 47. distincti. §. necesse & 33. q. 2. admonere, & ꝙ negligenti prælato alterius factum imputatur. Ar. 83. di. interioris culpa [Occidit] subtrahendo verbum Dei, quod est cibus spiritualis animæ. 8. q. 1. audacter. Sic.n. qui subtrahit cibum corporalem, vt di. 86. pasce Hu. & Arc.

Exponit literam.

1 *Subditis incumbit necessitas obediendi, sicut prælatis prædicandi.*



Ispensatio. Ad idem propositum inducitur hoc. ca. quod dicitur esse Anacleti secundum aliquos, secundum alios Nicolai papæ. Et potest diuidi in duas partes, secundum duas conclusiones, quas continet. In prima ponit, quã grauiter peccent prælati, non prædicantes populis suis tẽpore, & loco, quibus debẽt: in secunda ponit, quod etiam subditi grauiter peccent, non obediendo prælatis in his, in quibus obedire tenentur. Secunda ibi. proinde, sicut, quia de ista necessitate doctrinæ, ad quam tenentur prælati satis supra dictum est, & disputatum. Leg. ¶ [Dispẽsatio]. i. ad veritatem prædicãdum pro loco, & tempore iniũcta. Mar. vl. prædicate euangelium omni creaturæ. Ad hoc.n. misit dominus messis alios operarios. Luc. 10. [væ]. i. æterna damnatio, ostendit nobis sic propheta. Esa. 6. de se ait. Væ mihi, quia tacui, & Paulus 1. ad Cor. 9. Væ mihi, si non euangelizauero. [vas electionis]. i. Paulus act. 9. [formidet, & clamet quanto magis] arguit à maiori ad minorem, quasi diceret, si ille Paulus, qui fuit ita magnus formidabat, quanto magis nos, qui minores sumus. Simile 32. q. 5. si. Paulus, & 8. q. 1. si ergo [proinde sicut.] Secunda pars Arg. † quod sicut prælatis incumbit necessitas prædicandi, ita subditis obediendi, & veritatem cognitam defendendi, vt 11. q. 3. nolite, & 12. q. 2. cum deuotissimam. Hu. & extra. de maio. & obe. c. 2.

Diuisio. Exponit literam.

Pariter quoque. Hic est. §. Gratiani, in quo ponitur. 5. pars huius dist. vbi concludit Gratianus ex præmissis, quod non sunt indignis diuina misteria reuelanda, nec minus capacibus alta, & subtilia prædicanda. [qui.n.ea] assignat rationem virij. De tribus reprehenduntur prædicatores in hac autoritate, vel quia prædi-

quia prædicant in tanta loquacitate, vel ex adulatione, vel ex iactantia propriæ scientiæ, quartum hic prætermittit, quod tamen super eundem psalmum innuitur [vel auaritia] vel, vt aliquid lucretur [torto naso].i.non habens rectã discretionem Hu.de hoc, dicitur Leuitici.21.vbi glo. dicit paruus nasus est, qui ad tuendam mensuram discretionis idoneus nõ est. Nasus grãdis, & tortus est discretionis, imo decreta subtilitas, quæ plus, quam oportet, excrescẽs actionum confundit rectitudinem.

Distinctio Quadragesima quarta.

1 *Gula an sit peccatum mortale, quod sic nu.2.*
Et quod aliquando est peccatum mortale, aliquando veniale. num.4.
3 *Gula quid sit.*
5 *Prohibito vno, vel promisso idem erit de sibi connexo.*
6 *Clerici an teneantur ad restitutionem illorum fructuum, quos voluptuose consumunt, non facientes seruitium, vel facientes, sed non debito modo.*
7 *Bona ecclesiastica non solum sunt dispensanda pauperibus, sed etiam Ecclesiæ ministris.*

Continuatio.



Cvm autem. Hic intitulatur 44. distinctio. s. distinc. 36. Gratianus tractauit de tertio.c.Apostolicę regulæ.s. Oportet ordinandum non esse vinolentum, sed sobrium, sed quia in principaliter non tractauit, nisi de intẽperantia, & sobrietate potus, ideo Gratianus repetit idem.c.addens, & adiungens de intemperantia, & sobrietate cibi, ostendens intemperantiam cibi esse detestabilem, & ideo vitandam. Et diuiditur ista distinctio iuxta glo.& Hu.in 4.partes. In prima improbat intemperantiam gulæ, & hoc per quatuor autoritates. In secunda reprehendit tam laicos, quam clericos, qui faciunt magna conuiuia. In tertia prohibet ne clerici comedant, aut bibãt in tabernis, nisi necessitas cogat. In 4. docet, quod semper cibum clericorum debet præcedere, & sequi oratio, & ꝙ in sacerdotali conuiuio semper debet esse lectio 2.ibi. Cõmessationes.3.ibi. Non oportet.4.ibi. Pro reuerentia Dei. Pro pleniori intelligentia huius.ca. in quo damnatur gula

Diuisio.

Quæstio. Primũ ar.

1 quæritur sic†Vtrum gula sit peccatum mortale. Et arguitur, ꝙ non. Primo sic, nullus peccat in eo, quod vitare non potest, sed gula consistit in immoderantia cibi, quam non potest homo vitare, dicit.n.Gregorius 30.moralium, quoniam per esum voluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat, & quid voluptas suppetat ignoratur, & Augu.10. confessio. Quis est domine, qui aliquantulum extra metas necessitatis cibum non sumit: ergo gula non est peccatum. ¶ Secundo sic. Omne peccatum mortale contrariatur alicui præcepto decalogi: ergo non est peccatum mortale. ¶ Tertio Omne peccatum mortale contrariatur charitati. Sed gula non videtur contrariari charitati, nec quantum ad dilectionem Dei, & proximi: ergo gula non est peccatũ mortale. ¶ Quarto arguitur ex. §.hinc August. supra di. 25. quod sumitur ex sermone de purgatorio, vbi ait. Quoties aliquis in cibo, & potu plus accepit, quã necesse est, ad minima peccata nouerit pertinere, sed hoc pertinet ad gulã, ergo gula computatur inter venialia, & nõ inter mortalia ¶ In oppositum est text.præsentis.ca.vbi iuxta Apostolum tam ebrietas, quam voracitas inter opera tenebrarum connumerat, vnde ad Rom.13.dr. Non in cõmessationibus, & ebrietatib. &c. ¶ Respondeo dicẽdum sub duabus conclusionibus. Prima†gula est peccatum. Ista conclusio probatur sic, pro quo notandum, ꝙ gula nominat quemlibet appetitum edendi, & bibendi, sed inordinatum, vnde Hu. de

Grego. li. 30.c.28.

Augu. 10.cõf.31.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Oppositũ contrariũ.

Respõdetur

Prima cõclusio.

2

3 sancto Victore diffiniens gulam dicit, † Gula est immoderatus amor edendi, dr autem appetitus inordinatus ex eo, quod recedit ab ordine rationis, in quo bonũ virtutis moralis consistit, sed ex hoc dicitur aliquid esse peccatũ, quod ab ordine rationis recedit, siue ex eo, quod cõtrariatur vir

4 tuti: ergo gula est peccatum. ¶ Secunda conclusio, †Gula quandoque est peccatum mortale, quandoque tantum veniale: conclusio, quo ad primam partem patet ex tex. præsentis.c.vbi habetur, ꝙ ventris nanque ingluuies ad luxuriam facile prouocat, & omne opus bonum dissoluit. Item

Secũda cõclusio.

infra. Hinc etiam Nabuzardam princeps cocorum muros Hierusalem destruxisse legitur, quia venter, cui cocorum multitudo deseruit, ędificia virtutum ad solum redigit, sed opus bonum nõ dissoluitur, nec ædificia virtutum ad solũ rediguntur, nisi per peccatum mortale: ergo quãdoque est peccatum mortale. Secunda pars conclusionis, ꝙ quandoque sit veniale peccatum, patet ex illo dicto Augustini in sermone de purgatorio. Pro cuius conclusionis pleniori intelligentia est considerandum iuxta S. Thom.in 2.2.q.c. 48.art.2. quia sicut dictum est circa primam cõclusionem, vitium gulæ proprie consistit in concupiscentia inordinata. Ordo autem rationis ordinantis concupiscentiam dupliciter tolli potest. Vno modo, quantum ad ea, quæ sunt ad finem, prout.s.non sunt ita commensurata, vt sint proportionata fini. Alio modo quãtum ad ipsum finem, prout.s.concupiscentia auertit hominem à fine debito. Si ergo inordinatio concupiscentiæ accipiatur in gula, secundum auersionem à fine vltimo, sic gula erit peccatum mortale, quod quidem contingit, quando delectationi gulæ inheret homo, tanquam fini, propter quem Deum cõtemnit, paratus .s.contra præcepta agere, vt declarationes huiusmodi assequatur. Si vero in vitio gulę intelligatur inordinatio concupiscentiæ tantum secundum ea, quæ sunt ad finẽ, vtpote quia nimis concupiscit delectationes ciborum, non tamẽ, ꝙ propter hoc aliquid faceret contra legem Dei est peccatum veniale. Ad rationes in oppositum. Ad primam respõdetur, negando minorem, & ratio est secundum Thomam quia vitium gulæ non consistit in substantia cibi, sed in concupiscentia non regulata ratione. Et ideo, si aliquis excedat in quantitate cibi, non propter cibi concupiscentiam, sed æstimans illud necessarium sibi esse, non pertinet hoc ad gulam, ꝙ aliquis propter concupiscentiam cibi delectabilis excedit scienter mensuram in edendo, clarum est autem, ꝙ hoc potest homo vitare. ¶ Ad secundam respondetur dupliciter. Primo negando maiorem. Dicimus enim cum S.Tho.vbi.s.ꝙ non omnia peccata mortalia directe contrariantur pręceptis decalogi, sed solum illa, quę iniustitiam continent, quia præcepta decalogi specialiter pertinent ad iustitiam, & partes eius. Concordat Alexãder de Halis in 2.qui respondens ad quæstionem, cui pręcepto opponitur peccatum gulæ dicit sic. Peccatum gulæ potest considerari dupliciter, vel ratione sui, vel ratione eorum, quæ ad ipsum consequuntur. Si primo modo, tunc non opponitur alicui præcepto, nec oportet, quia gula deordinat hominem, quo ad seipsum: præcepta autem data sunt, vt ordinetur homo ad alterum, vt ad Deum, vel ad proximum. in ipsis.n. prohibetur manifesta iniuria Dei, vel proximi, quæ proprie debebat puniri, quoniam in ista conuinci poterat propter manifestationem. Secundo respondetur, negando minorem, quoniam, vt dicit S.Tho. Vitium gulæ habet, ꝙ sit mortale, inquantum auertit à fine vltimo, & secundum hoc per quandam reductionem opponitur præcepto de sanctificatione Sabbati, in quo præcipitur quies in fine vltimo. Alexander vbi.s.dicit, ꝙ si gulæ vitium consideretur ratione eorum, quæ ad ipsum sequuntur, quæ sunt luxuria, & otium carnale. Quantum ad primum prohibetur in illo præcepto secundæ tabulæ de Mechia, vel concupiscentia vxoris, quantum ad otium carnale opponitur tertio præcepto primæ tabulæ, vbi præcipitur quies spiritualis, hæc ille. ¶ Ad tertiam respondetur, negando minorem, Dicimus.n. ꝙ vitium gulæ inquantum auertit à fine vltimo, contrariatur dilectioni Dei, qui est super omnia (sicut vltimus finis) diligendus, & secundum hoc solum gula est peccatum mortale. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ dictum illud Augustini intelligitur de gula, prout importat ordinationem concupiscentiæ solum circa ea, quæ sunt ad finem. Lege. ¶ [Cum autem.] Argumentatur hic Gratianus à simili .s. cum clericus debet habere temperantiam in potu:

5 ergo, & in cibo, & hoc est cum ait [Cum autem,] &c. Ar.†ꝙ vno prohibito, vel permisso, idem erit in connexo sibi, vt .s.di.4.deniq;, & 1.q.1.sicut Christus. Hic nota sm Hug.& Arc.ꝙ quatuor sunt, quæ faciũt, vt vno concesso, reliquum concedatur, & vno prohibito, & alterum sit prohibitum .s.censuræ similitudo, quæ enim simile iudiciũ & similem exposcunt censuram, simul concessa, vel prohibita intelliguntur, vt ebrietas, & ventris ingluuies, vt hic, & ebrietas, & quodlibet aliud peccatum mortale distin.4.denique, & extra de appel.super eo.vbi dicitur, ꝙ prohibetur apparẽtis appel

S. Thom.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ.

Alexander de Halis.

S. Thom.

Alexãder de Halis.

Ad tertiũ.

Ad quartũ

Exponit literam.

tis appellatio,& recusatio. Parem.n.& similem exposcun t censuram. Secundum est generalis pronuntiatio.i.amplia tio vocabuli ad generalitatem, 14.q.5.pœnale,& 32. qõ.4. meretrices. Et idem facit adiuncti ratio.s.quia coniuncta sunt,& sibi cohærent, vt 1. q.1.sicut Christus,& 9.q.2.nullus primas,&.c.Episcopum.extra de offi. dele.c.præterea, vbi dicitur,ꝙ si causa fuerit alicui delegata, omnia,quæ cau sam contingunt, ei concessa intelliguntur. Et idem facit prohibiti occasio. Si.n. prohibetur principale, & omnia, quæ occasionem prębent principali,inhibita intelliguntur puta inhibetur clericis in sacro ordine constitutis in continentia etiam cum proprijs vxoribus, & contrahere Matrimonium,vnde omnia, quæ occasionem præstant incontinentiæ, & fornicationis, eis inhibentur.s.vt non habitent cum fœminis,præsertim extraneis.s.dist.32. hospitiolum, di.81.volumus,secundum Hu.& de hoc.not.3.q.6.hoc etiã in gl.Arc.contra secundum Arch.[Apostolus]ad Rom. 13. Non in commessationibus eorum, qui carnes ad vescendũ

S. Thom. conferunt,quod quidem,vt idem S. Tho. dicit,potest esse peccatum mortale ex hoc,ꝙ secundum legem pro hac cul pa aliquis damnatur ad mortem.Dicitur.n.de filio proteruo Deut.21.Comessationibus vacat,& luxuriæ, atq; conuiuijs.Lapidibus cum obruet populus ciuitatis. Dicitur autẽ aliquis vacare commessationibus, & conuiuijs, non quidẽ si comedat magnifiæ ciuxta statum suæ dignitatis,sicut dicitur Hester 2.ꝙ Assuerus iussit præparari conuiuium per magnificum pro coniunctione Hester iuxta magnificentiam principalem.Sed quando aliquis hoc facit præter decentiam sui status & præcipue,si ad hoc principalis eius cu ra existat,sicut illi,de quibus dicitnr ad Ro.vlti. Hi.n. christo domino non seruiunt,sed suo ventri,& Philip. 3. Quorum deus venter est.[Hieronymus]in quodam sermone. [Nabuzardam]de hoc habetur 4.reg.25.& Hier.3.& 4.Iste Nabuzardam, capto Sedechia rege Iudæorum, & deoculato educto in Babyloniam, & capta Hierusalem quarto mense Iunij postea de præcepto Nabuchodonosor in quin to mense succendit Hierusalem igni,& domum domini,& muros ciuitatis destruxit, & paucis agricolis, ibi relictis

Gregorius abijt,& reuersus est in Babylonem. Hu. Sic in proposito dicitur[vẽtri tuo,&c.] deducit hic etiam Gregorius in pasto rali parte.3.c.20. quæ sic ait. Princeps nãque cocorum ven ter est,cui magna cura obsequium impeditur, vt ipse delectabilibus cibis impleatur. Muri autem Hierusalem sunt virtutes animæ ad desiderium supernæ pacis eleuatæ,cocorum ergo princeps muros Hierusalem eijcit, quia dum venter ingluuie extenditur, virtutes animæ per luxuriam destruunt.[De altario.]16.q.1.alia.[Non luxuriari] Ar.contra clericos, qui magnos reditus habent de ecclesia, & eos in prauos vsus expendunt, debent.n. inde vti modeste, & ad honestos vsus.Ar.12.q.1.Episcopus ecclesiasticarũ. Hu.

Quæstio. 6 hic vide, quod not.j.32.q.4. in eo. in gl.quia tangitur,&c. permittitur.¶ Sed hic mouet quæstionem Arc.† Vtrũ clerici teneãtur ad restitutionem illorum fructuum, quos voluptuose consumunt, non facientes seruitium, vel facientes, sed non debito modo, cum sint in mortali peccato.

Primũ ar. Et videtur quod sic quia ista oblata sunt ecclesijs ob causam videlicet,vt oraretur pro ipsis offerẽtibus, & inde pauperes alerentur. Qui ergo hoc non facit,& fructus reci

Secũdũ ar. pit infidelis est,& necator, nisi aliqua iusta cã sit impediẽs. 13.q.2.qui oblationes.2.& c.seq.¶Secundo sic. Talis cõmit

Tertiũ ar. it furtum,quia subtrahit amico,quod obtulit:non.n. obtu lit isti,sed illi,qui deberent facere seruitiũ:ergo,&c.¶ Tertio talis committit sacrilegium:ergo &c.Antecedens patet quia defraudat totam ecclesiam, cui debet prodesse orationibus,vt in prædicto.ca.oblationes,12.q.2.gloria. Item Gregorius in grauibus peccatis, quis positus,&c.3. qõ.7.in grauibus.Dicit Arc.Qui sibi conscius est.Hir auditis dat ip

Raymund. se solutionem secundum Raymundum, qui ita scripsit in summa. Rubrica de aposta.in fine.§.sed nunquid.Vbi expresse dicit,ꝙ omnes tales peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem, cum dicat permissum victum de bonis

Vlrichus. altaris.& non abusum,& ad hoc facit gl.pręcedens,quæ incipit sufficere,&c.Idem dicit dominus Vlrichus in summa qui ostendens,quibus fienda est restitutio huius, & de quibus,ita dicit.Tenentur ergo isti ad omnium talium restitutionem,quæ fienda est illis, quibus res ecclesiæ debentur.i. pauperibus eiusdem loci,& si bona patrimonialia,vel aliũ de habeat,quam per ecclesiam acquisita,de ipsis tenetur fa

cere restitutionem hanc,& non sufficit,quod hoc faciant de fructibus ecclesiæ,qui suis vsibus supersunt, cum etiam sine huiusmodi debito res illę pauperibus debeantur. Si vero nihil habeant præter reditus ecclesiæ vtantur eis rebus, & de huiusmodi, quæ licite poterant suis vsibus applicare, largiores eleemosynas faciant,hæc ille:Concor.Hostien.in Hostiensis. summa. S.vero Thom.videtur dicere contrarium in quoli S. Thom.

7 beto,6.artic.2.sic dicens.†Quod bona ecclesiastica, non so lum sunt dispensanda pauperibus, sed etiam ecclesiæ mini stris,vnde secundum canones debent diuidi hoc modo, vt aliqua pars cedat in vsus pauperum, & aliqua in vsus ministrorum,& in cultum ecclesiæ.Aliter est ergo dicẽdum de illis ecclesiasticis bonis, quæ principaliter sunt attributa ne cessitatibus pauperũ,& ex cõsequenti necessitatibus mini strorũ.s. eorũ, sicut bona hospitalium, & aliorum hmõi, & aliter de illis bonis,quæ sunt principaliter atttributa vsibus ministrorum ecclesiæ, sicut præbendæ clericorum, & alia huiusmodi. Nam in primis bonis peccatum committitur non solum ex abusu, sed etiam ex ipsa rerum conditione,dum aliquid in suos vsus sumit,quod est alterius. Et ideo tenetur ad restitutionem, tanquam defrandator rei alienæ. In secundis vero bonis non committitur peccatum,nisi per abusum,sicut & de bonis patrimonialibus dictum est.Vnde non tenetur quis ad restitutionem peragen dam,sed ad pœnitentiam,hæc S. Thom.Ista sufficiant pro nunc, quia alias tractabitur de ista materia plenius, qualiter,& quæ res ecclesiæ pertinent ad clericos,& quæ dicantur pauperum,& qualiter non.[Comessationibus,&c.]clarum est comessationes nociuas esse tam laicis,quam clericis, quorum rationem à rectitudine auertunt, & spiritui carnis,immunditiæ subijciunt.Vnde tam clerico,quam lai co dicitur Prouer.23.Noli esse in conuiuijs potatorum,nec in commessationibus.Et filius inobediens patri vacans co messationibus erat lapidandus.Deut.21.[dies festiuos]festi ui nempe dies hodie celebrantur plus ad exultationẽ carnis,quam spiritus.[putant].i.stulti.

1 *Multitudini,quando sit parcendum.*

2 *Nobiles prius sunt monendi, vt acquiescant, & consentiant, quando aliquid in populo debet fieri.*



Omessationes. Secunda pars huius distin.In qua reprehendit vacantes comessationibus, & magnis conuiuijs. Diuiditur autẽ hoc.c.in duas partes.In prima facit quod dictum est. In secun- Diuisio. da dat formam,qualiter superiores se habeãt in correctione talium, maxime cum in hoc peccato multitudo delinquat.Secunda ibi.Et post pauca.Lege.[Comes sationes].Sicut.n. ebrietas est ex superflua vini potatione, sic comessatio ex nimia cibi repletione,quorum vtrunque Exponit literam. vitandum est, dicente Saluatore nostro.Ne grauentur corda vestra crapula,& ebrietate.Luc. 21.& Apostolus ad Ro. 13.Comessationes sunt luxuriosa conuiuia, quæ aut collatione omnium celebrantur, aut collatione rerum solent exhiberi.Et Hu.dicit,ꝙ comessatio dicitur à comesso, comessas, quod est frequenter, ac superflue ac luxuriose comedere.[putantur]à stultis,ex communi nanque vsu putan tur tales comessationes licitæ,quas prohibet Apostolus.[ꝑ dies solennes]per quos vacandum est orationi, & non ingurgitationi,vnde Exod.11.dicitur.Diem solennem celebrabis domino.Domino ait per deuotionem mentis, non ꝑ voracitatẽ ventris, sed etiam quotidie. Et,quia hoc modo seruire ventri potius,quam deo est pessimum. Ideo inquit Augusti. [Quod hoc vnusquisque videat].i.videbit.i. intelliget.[qui non carneis].i.spiritualibus.[Aspicit esse lugendum].i.dolendum.Lugenda.n.est tam pestilens cõsuetudo.Primo, quia inducit in errorem,vt tam vitiosum, & à sancta scriptura reprobatum abusum reputatur licitum, & concessum.Secundo,quia diebus festiuis, & solennibus hæc damnanda conuiuia celebranda abundantius,quando esset magis sobrie viuendum, vt sanctos veneraremur deuoti,& mente sobria oraremus.[Et post pauca]. Secunda pars,non ergo aspere dat modum remouendi hanc consuetudinem,quia cum sit difficile consueta relinquere, eo, ꝙ consuetudo est, quasi altera natura secundum philosophũ primo Rhetoricæ,sunt dulciter inducendi, admonendi,& exhortandi, & hoc maxime quando multitudo est in causa,vel ille,qui habet sociam multitudinem,vnde sequitur.Sicut

1 tur.Sic.n.agendum est cum multitudine,vt 23.q.4. non potest,& 50.di.vt constitueretur†,& hoc quando talis est multitudo,quæ potest scandalum generare, multitudini facilius parcitur.Primo,quia in multitudine plures sunt ignorantes, an licitum sit,quod committitur.Secundo, quia multitudinis rigorosa punitio scandalum, & rebellionem parit.Tertio,quia timendum est,ne vniti in culpa contenant, & fiant deteriores.Quarto,exemplo domini,quia multitudini Sodomorum parcere voluit propter paucos iustos,vt patet Genes.18.[seueritas paucorum].s.cum illi pauci tales sunt, ꝙ in his scandalum non timetur, alias etiam in vno detrahendum est seueritati.Ar.23.q.1.noli,& q.4.cum quis non potest.Hu.[cum dolore] compassionis [de scripturis] diuinis.Hu.[comminandi vindictā futuram]2.q.1. si peccauerit,& 14.q.6.cap.1.Hu.[prius monebuntur].i.debent moneri ad credendum.vel ad cessandum de talibus.Hu.[Spirituales].i.qui respectu aliorum sunt magis rationis, & spiri-
2 tualium rerum capaces. Arg.†ꝙ cum aliquid in populo debet fieri,prius nobiles sunt mouendi, vt acquiescant,& consentiant,& sic alij facilius attrahētur,quod etiam fit inter scolares.Hug.[franguntur].i.conuertuntur,& à talibus cessent Hug.

1 *Tabernarum ingressus prohibetur clericis nisi causa necessitatis.*



1 NOn oportet. Tertia pars huius dist. †vbi prohibetur clerici ingressus tabernarum, nisi causa necessitatis. Breue est,& non diuiditur.Lege.¶[Nō oportet clericos,a presbyteris]vsque ad diaconos. Improprie loquitur,cum nulli sint in medio inter presbyteros,& diaconos.Est ergo sensus.[A presbyteris vsque ad diaconos].i. qui sunt presbyteri, & diaconi. Hu.[in proposito] per hos intelligo deuotos,& conuersos, & Monachos,vt 12.q.1.duo.Hu. Exponit literam.

1 *Taberna quid dicatur.*
2 *Ergasterium quid dicatur.*
3 *Maius non licebit cui non licet minus.*
4 *Crimen quodlibet non inducit depositionem,nisi sequatur contumacia.*

NVlli clericus. Sequitur ad idem hoc ca. quod dicitur esse ex 6.Synodo, quod diuiditur in duas partes. In prima ponit prohibitionem, ne Clericus teneat tabernam,vt in illa administret,aut stationem mercium, quam probata argumento à minori. In secunda ponit delinquentes.Secunda ibi.Si quis vero tale.Lege text.¶[Nulli taber-
1 nas.]†Taberna dicitur locus,vbi victualia.s.panis,& vinū, & carnes coctæ venduntur. Et dicuntur tabernæ secundū Isido.15.Etymologiarum,à tabulis, quia tabulis claudun-
2 tur.[Ergasterium].i.stationem, †sic dicitur alia apotheca, vbi alia venalia fiunt, & venduntur, & sic dicitur ab erga greco,quod est opera,& sterion,quod est statio, vnde ergasterion,i.operaria statio,vel locus stationarius. Hu.i.locus stans ad operas exercendas.Ioan.de Fant.ad hoc.ff.de insti. acto.l.institor,secundum Laur.De institutionibus clericorum plene notat Innocent. extra de fideiussoribus, quod quibusdam.ibi videas Archidiac.[Habere.]Sed contra est. C.de Episcopis,& cleri.l.2.vbi hoc clericis conceditur. Dicit Lauren.Non licet habere,vt ministrent in eis, vt sequitur,de quo etiam habetur in.c.1.in cle.de vita,& hone.cle. sed alias bene prædicta possunt habere,vt ibi,vnde, si clerici habent prædicta ipsa,locabunt alijs.ff.de petitio. hered. l.ancillarum.Sic etiam notatur in l.prædicta. C.de episc.& cler.l.2.vnde scripsit hic Hu. Ar.contra clericos apothecarios, Archidi.Sic ergo videtur,quod non prohibet, quando clericus non possit habere tabernam,vbi vendat,ꝙ reposuit,& sibi superest de redditibus suis, dum tamē in propria persona nō ministret,de quo p gl.88.di.negotiationē.
3 [Si.n.]arguit à minori ad maius,Arg.† ꝙ cui non licet minus,non licebit maius,vt vigesima quarta.quæstione 1.miramur,& 74.di.digesta.Ad hoc facit regula.cui licet,de regu. iuris libr.6.[Si quis]Secunda pars.[Aut cesset.]Argum.
4 ꝙ non quodlibet crimen inducit depositionem,nisi contumacia sequitur, quæ etiā sola inducit depositionem. Idem dicitur de ebrietate,& ludo aleæ. vt di.55.episcopus, & de cessatione ab officijs,vt di.91.c.vlti.

Diuisio. Exponit literam. Laurent.

1 *Clerici possunt ingredi tabernas causa peregrinationis.*



CLerici. Ad idem inducitur hoc.c.planum est. ¶[Peregrinationis]hanc non debent facere sine licentia Episcopi. de con-
1 sec.di.5.non oportet,vbi notat† ꝙ ratione peregrinationis libet tabernas ingredi.vt hic.Itē licet fouere capillos.di.23.c.vlti.&.ca. si quis. ead.dist.Item gloss.in c.si quis de vita,& honestate clerico. Item licet mutare habitum. 21. q. 4. Episcopi. Item licet cum excommunicatis in cibis cōicare 11.q.3.quoniā.Item licet à quolibet sacerdote audire missam.9.q.2.nullus.Item licet à qualibet ecclesia baptismum suscipere, 10. quæstione 3.nec numerus,&c. Exponit literam

1 *Testimonio multorum faciunt fidem credulam.*



MVltis. Sequitur hoc.c. quod est beati Gregorij ad Natalem episcopum,in quo reprehenditur imtemperantia eiusdem episcopi.Planū est,& breue.Lege.¶[Multis] multorum testimonia fidem faciunt credulam. Deuterono.19.In ore duorum, vel trium stat omne verbum.[Pastorali cura relicta]quod est culpabile in episcopo non intendere curæ pastorali, quia non est pastor,sed mercenarius,cui non est cura de ouibus.Io.10.uæs. [Experimentis]qua audita, maiorem credulitatem faciunt dum visa persona,eius insufficientia, & incuria experimento patet.Et ponit primo,quia studio lectionis non vacabat contra illud Apostoli 1.ad Ti.3.Attende lectioni.Secundo, quia exhortari populum ad bonum, & subditos non curabat,aut nesciebat,contra illud Apostoli.Ti.1. Quod episcopus debet esse talis, vt sit potens exhortari in doctrina sana.Tertio,quia vsum ecclesiastici ordinis ignorabat quem tenetur scire,& seruare.Primi Paralip.6. stabant iuxta ordinem suum in ministerio.Quarto testimoniū insufficiētiæ, & culpæ istius inducitur, quia officia ecclesiastica, quibus prępositus est,nescit peragere reuerenter. Exponit literam.

1 *Conuiuium charitatis debet habere quatuor.*



COnuiuia. Sequitur ad idem hoc.c.quod est eiusdem Gregorij, in quo laudantur conuiuia charitatis,& damnantur conuiuia gulositatis, & superfluæ loquacitatis. Et diuiditur in duas partes.In prima approbat conuiuia charitatis.In secunda exponit,quę sint charitatis conuiuia.Secunda ibi. Sed tamen sciendum. Sequitur expositio literæ.¶[Conuiuia in epistolis vestris.]Episcopus iste Natalis miserat Gregorio literas cōmendando conuiuia,quæ hospitalitatis gratia celebrabantur.Hug.[sed ta-
1 men] secunda pars.† Et assignat quatuor, quæ debent esse in conuiuio charitatis:primum est,cum in eis nulla absentium vita mordetur,vnde Augus.scriptum legitur habuisse in mensa sua. Quisquis amat dictis absentium rodere vitā, Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.Secundū est, ꝙ nullus ex irrisione reprehenditur.Tertium est,quando nō seculares fabulæ,sed sacræ scripturæ lectio recitatur. Quartum est,cum non plus, quam necesse est seruitur corpori, quia si plusquam necesse est, ad minus peccatum est veniale.25.di.§.criminis. Diuisio. Exponit literam. Versus.

NVllus. Hoc capitulum habetur de consecra. dist.5. nullus,sed hic est Palea vt dicit Arc.

Quando autem. Palæa est, vbi ponitur ordinarius modus conuiuandi inter clericos,patet de se.



QVando. Etiam palea est,in quo reprehenduntur conuiuia inhonesta clericis.Planum est. Et de istis infra in sequentibus cap.fit mentio.

1 *Symbolum non dicatur.*



NOn oportet. Hic incipit.3.pars huius di.in qua dicitur, ꝙ nullus debet facere conuiuium de consertis.i. de symbolis, ꝙ in vulgari dicitur scotu, & ad hoc probandum ista tria.c.inducuntur.Lege. [¶ Ex symbolis.]Symbolum dicitur,ꝙ ex pluribus aggregatur,& dicitur à syn,ꝙ est simul, & bolum,ꝙ est morsellus, quasi singulorum bolus.s. quando quilibet morsellum suum.i. partem suam ponit ad communem comessationē faciendam, Exponit literam.

faciendam. [Comessalia] dicitur à comedendo, vel à committendo, quia plures simul ibi mittant. Sed quid de peregrinis simul sibi mittant. Sed quid de peregrinis simul eun tibus. vel de scholaribus simul in eodẽ hospicio commorantibus, qui faciunt duodenam, & symbola. Respondetur ꝙ non reprehenduntur hic illa simbola, quæ fiunt ad quotidianum victum, vt faciunt milites, & scholares ad domũ alicuius cõuenientes, vel extra ad fontes, vel alium locum amenum. Hu. & Arc.

PRo reuerentia. Sequitur ca. ex Concilio Toletano, vbi præcipitur, ꝙ sacraru m literarum lectio sacerdotalibus cõuiuijs semper admisceatur. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit statutum synodale. Secunda ponit vtilitatem illius. Secunda ibi. Per hoc. n. Sanctum. n. est iustum, vt in conuiuijs clericorum sacra lectio legatur, vt non solum venter, sed etiam mens reficiatur, quia Matt. 4. dicitur. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, vnde Aug. præcipiens in regula hoc idem, assignans rationem subiungit, ne solæ fauces sumant cibum, sed & aures esuriant verbum Dei. In omni sacerdotali cõuiuio hoc non obseruatur, nisi vbi est collegiũ. Et dicunt quidam, ꝙ non intelligitur tantum de regularibus, sed generaliter de omnibus collegijs. Arg. de consecra. dist. 5. in omnibus. [Per hoc] secunda pars. Si enim loquacitas vitatur, & detractio, dum auditus in diuina lectione occupatur.

Diuisio.

NOn liceat. Ad idem inducitur hoc. cap. ex Concilio Martini Papæ. Et potest diuidi in tres partes, secundum tres prohibitiones, quas facit. In prima prohibet, ne clerici conuiuia faciant de confertis id est, symbolis in secunda prohibet ne comedant ante tertiam horam diei. In tertia prohibet ne absque benedictione mensæ in principio, & gratiarum actione in fine comedant. Secũda ibi. Nec oportet. Tertia ibi. Nec aliquãdo. Planum etiam est. Lege. ¶ De confertis]. i. symbolis, conferta dicuntur à conferendo, eo, ꝙ quilibet confert suam partem, & hoc vulgariter dicitur scot. secundum Hug. & Arch. [Nec oportet] secunda pars. hanc consuetudinem obseruabant discipuli domini, per quam Petrus eos excusat à vitio ebrietatis. Actu. 2. Non. n. sicut æstimatis, hi ebrij sunt, cum hora sit diei tertia ante, quam supple non comedebant, nec bibebant [nec aliquando] Tertia pars [Hymno dicto] quia ante comestionem debet dici versus. Oculi oĩm in te sperãt, &c. & ante cænam. Edent pauperes, &c. Quod vt Apostolus. 1. ad Ti. 4. loquẽs de cibis ait. Nihil retinendum, quod cum gratiarum actione recipit. Sanctificatur. n. cibus, aut potus per verbum dei, & orationem & post cibum. sic Christus cęna facta, & hymno dicto, exiuit in montem cum discipulis. Matt. 26. Vnde Apostolus dicit. 1. ab Cor. 10. Siue comeditis siue bibitis totum in gloriam domini facite.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Clericus gulæ vitio obnoxius potest saltem post pœnitentiam promoueri.*

Si ergo. §. magistri. In quo ex prædictis concludit intentum suum principale. ¶ [Laycis] bona consequentia est, quia ex conditione personæ generatur culpa, vnde cum in persona clericali debeat esse maior sobrietas, vt decentius seruiat Deo, quam in laico, qui non tantum depuatus est dei ministerio, sequitur, ꝙ peccatum gulę sit grauius in clerico, quam in laico. [Damnabilis.] Cũ. n. gula sit peccatum, quandoque mortale: ergo, & comessatio, quæ est superflua, & luxuriosa comestio, vnde Epulo, qui epulabatur quotidie splendide, damnatus, legitur sepultus in inferno. Luc. 16. [Hierony.] hoc scribit li. contra Iouinianum. [Venter pinguis.] vt de consec. di. 5. ne tales, & di. 35. §. 1. qui adhuc. videtur hic, † ꝙ clericus gulæ vitio obnoxius possit saltem, post pœnitentiam promoueri. Ar. 49. di. §. 1. vbi de hoc fatetur contrarium, ꝙ post pœnitentiam talis possit promoueri. Et ad tex. istum subaudit maxime: Del loquitur de promotis, qui dum sunt in vitio, debent cessare ab executione officij sui, vt 33. di. habuisse, & extra de trin. or. quæsitum. Dicit Archid. quòd Gratianus videtur tenere contra istam solutionem, qui videtur intellexisse etiam de promouendo, cum supra in eodem. §. dicat. In sacerdotes vngi non debent, &c. & .j. dicat nequaquam assumere audeat.

Exponit literam.

Distinctio Quadragesima quinta.

1 *Promouendus in episcopum ne sit percussor, an sit licite prohibitum.*

2 *Episcopus si non habet per quem peccantem verberibus subijciat, per se potest tunc facere.*



Equitur. Hic intitulatur. 45. distinctio. In qua magister Gratianus nonum c. Apostolicæ regulæ prosequitur. s. ꝙ oportet episcopum esse nõ percussorem. Et prima sui diuisione diuiditur hæc distinctio in duas partes. In prima inducit octo capitula ad probandum, ꝙ episcopi, vel alij prælati ecclesiarum non debeant percutere, vel verberare. In secunda pro alia parte allegat multa alia capitula. Secunda ibi, in. §. Salomon. ¶ Pro pleniori intelligentia huius dist. quæritur sic. † Vtrum licite sit prohibitum, ne promouendus in episcopum sit percussor. Et videtur, ꝙ non. Primo sic. Non minus conuenit patri spirituali corrigere, & percutere disciplina subditos suos, quã patri carnali filios. Sed de patre carnali dicitur Proue. 13. ꝙ parcit virgæ, odit filium suum, & proue. 23. Noli subtrahere, à puero disciplinam. Si. n. percusseris eum, nõ morietur. Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis, sed hoc idem dicitur Ecclesiæ prælato: ergo & c. ¶ Secũdo arguitur idem ex illo Ecclesi. 33. Seruo maleuolo tortura, & pedes. Non dubium, ꝙ hoc idem dicitur Ecclesiastico principi, & domino, sicut seculari: ergo, & c. ¶ Tertio sic, si prohibitio illa foret licita, maxime prohiberetur prælatis religionum, ne percuterent, & verberarent subditos suos, sed hoc non, imò secundum statuta sua subijciunt verberibus subditos suos, etiam pro leuibus culpis, vt patet: ergo, & c. ¶ Quarto, episcopo cõpetit ex officio corrigere subditos suos, patet hoc per multa c. huius distinctionis, vnde etiam dist. 83. in c. nemo. Episcopus, qui crimina non corrigit, imo negligit, Canis impudicus magis dicendus est, quã episcopus, ergo videtur, ꝙ etiam percutere, & verberare errantes subditos episcopo, & prælatis ecclesiæ sit licitum, consequentia patet. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. qđ sumitur ab Apostolo ad Tit. 1. qui ait. Oportet episcopũ nõ esse percussorem: respondeo dicendum, ꝙ vt colligitur tã ex gl. ordinaria super epistolam ad Titũ, quam ex gl. huius c. duplex distinguitur percussio. Quædam. s. est spiritualis, cum. s. indiscretus prælatus sermone inutili corda percutit infirmorum, quæ percussio significata fuit Exo. 21. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantẽ, &c. vt exponit Origenes, & de tali ponitur ista cõclusio, Quòd talis percussio semper est illicita cuicunque prælato, patet conclusio, quia talis percussio semper est mala, vt in c. vlt. huius distin. Alia percussio est corporalis, quæ. s. fit corporaliter manu percutiendo, vel simili verberando, sed hæc fit aliqñ ex malitia, vel odio, vel, vt verberãs magis timeatur, & de hac est cõclusio. Quod oĩbus est illicita, ita oĩbus prohibita, & peccatum mortale. Vnde depositionem inducit, vt patet in sequen. c. huius disti. & 3. c. episcopo. Aliquando fit ex charitate. & correctionis causa, vt. s. vita hominũ corrigatur. Et de ista est conclusio, ꝙ ista est licita episcopis, & omnibus habentibus autoritatem in suos subditos. Hæc conclusio colligitur aperte. j. e. di. c. cum beatus, & in c. ante omnia. di. 35. hoc excepto, ꝙ episcopus neminem propria manu debet percutere, aut verberare, di. 86. non liceat, & hoc pp reuerentiam sanctitatis beneficij episcopalis, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit, vt. C. de epis. & clerie. l. si quis in hoc genus. Vel propter suam mansuetudinẽ, & vnitatem ostendendam, vnde dñs episcopis ait. Mat. 11. discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Potest tñ episcopus per alium subijcere peccantes verberibus, vt 5. q. 5. illi qui, & q. 6. quia. Ita tamen, ꝙ verberandus sit clericus, non per laicum, sed per clericos est verberandus, nisi clericus esset penitus incorrigibilis, tunc. n. põt per laicum verberari. Ita tamen, ꝙ laici violentia non amplius se extẽdat, quam extenderit se rebellio clericorum. Si autem citra incorrigibilem episcopus clericum subijceret verberibus p manum laici, & mandans, & verberans incidunt in excommunicationem, extra de sent. excom. vniuersitatis. ¶ His habitis, dicendum est ad rões vtrasque. Ad primã, & secundã simul

Diuisio. Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Oppositi contrariũ. Origenes. Ad primũ & secũdũ.

simul respondetur. Dicimus.n.ꝙ episcopo, vtpote patrifa. spūali cōpetit corrigere filios suos subditos, sicut patri carnali filios suos, & domino seruos suos. Nihilominus tñ pp rōnes assignatas, conueniens est, vt episcopus neminē propriis manibus verberibus subijciat, sed per aliū faciat. ¶ Ad tertiā respondetur, negando consequentiā, qm̄ in hoc modo correctionis aliter procedendū est cum religiosis, quā cum clericis secularib. Nā qui religiosi sunt (vt dicit dn̄s Vlrichus in summa sua) pro leuibus culpis subijciuntur verberibus ꝭm statuta, & cōsuetudines ordinū suorū, eo ꝙ apud ipsos leuia grauiter sunt pōderāda, sicut requirit status pfectionis. Arg. extra de Appel. reprehēsibilis. in fine, & extra de simo. per tuas. in fi. & extra de accusa. qualiter. in fi. clerici aūt seculares nō subijciuntur verberibus pro leuibus culpis, nisi sint in minoribus ordinibus constituti. Illi.n. similiter possunt pro leuibus culpis subijci verberibus, quia non est tm̄ deferendum honori minoribus ordinib. q̄ deferendum est maioribus, vt.j.ea.di.cum beatus. ¶ Ad quartā respondetur, negando cōsequentiā, si intelligatur, ꝙ propria manu debeat percutere. Licet.n. ad eius officiū spectet correctio vitiorum, nihilominus rationibus assignatis, decēs est, vt verberatio non manu propria fiat, sed per alium.
2 ¶ Sed quid, si episcopus non habet, per quē peccantē verberibus subijciat? dicendum iuxta Arc. hic, ꝙ per se potest tūc facere, vt no. Lau. & Io. in prædicto.c. non liceat, & hoc nō est contra Apostolum dicentē, oportet episcopum non esse percussorem, qm̄ vt dicit dn̄s Vlrichus in summa, non oīs, qui percutit, dr̄ percussor, sed qui ita percutit, ꝙ actus iste ad nihil aliud ordinatur, quàm ad læsionem proximi, siue hoc sit ex hoc, ꝙ percutiens non habet autoritatem supra percussum, siue hoc fit ex intentione vindictæ. Si.n. ille, qui habet autoritatem, percutiat ad correctionem, talis potius à fide debet vocari corrector, quam percussor, quia semper res à meliori denominanda est. Et concordat gl. ordinaria super illud ad Tit.1. Oportet episcopum non percussorem esse, quæ ita dicit.i. non ferocē, non crudelem, hæc gl. Non ergo prohibet episcopo corrigere peccantes, sed esse crudelem, & ferocem.i. excessiue, & immoderate, siue enormiter in correctione excedentem. Litera. ¶ [Sequatur.n. qui dorsum].i. Christum. psal. 138. dicitur. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores.

Ad tertiū. Vlrichus. Ad quartū. Quæstio. Vlrichus. Exponit literam.

1 *Percussor, quis dicatur.*
2 *Prælatus debet esse beneuolus in correctione.*



Vid autem de episcopis. Hic magister Gratian⁹ inducit hoc c. pro parte illa, q̄ episcopus non debeat quenquā percutere, & est beati Gregorij. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit, ꝙ Episcopus non verberib. sed verbis debeat corrigere subditos. In 2. affirmat hoc Apostoli autoritate ibi, Egregius. planum est. Lege. ¶ [Quid in verberibus timeri volunt.] Nota vitium Hug. [Canones dicāt]. 86. di. non liceat, &.j. ea. di. episcopum, & & 1.q.7. si quis omnem. Pastores [pastores] in eis dominus Petro ait. Io. 21. Pasce oues meas. [Non percussores.] vnde dominus Petro percutienti seruum pontificis ait, Matt. 26. Conuerte gladium tuum in vaginam, & hoc ad ostendendum ecclesiæ mansuetudinem, vnde executio gladij materialis ecclesiasticis prohibetur. Dicit etiam Aug. ad Marcellinum. Pœna illorum de tātis sceleribus rogo te, vt pp supplicium mortis sit, & pp conscientiā nostrā, & ad ecclesiæ mansuetudinem ostendendā. Dicit aūt Host. in summa de
1 clerico percussore, † ꝙ percussor est ille, qui nullo iure sibi subditum, verberat etiā leuiter, & etiam subditos, sed crudeliter. [Egregius] secunda pars. 2. ad Ti. 4. [Argue] de peccato [Obsecra] pro iustitia seruāda [increpa] timorem diuini iudicij comminando. Archi. [Inducit autem, patientia.] Propter hoc verbum inducit autoritatem apostoli, vbi notat Arch. ꝙ debet prælatus esse beneuolus in correctione.j. eo. licet. in iudicio iustus. 3.q.7. iudicet. In animaduersione misericors.j. eo. vera. nec debet excādescere aduersus illos, quos malos putat. ff. de offic. præsi. obseruandum, & debet esse misericors erga corrigibiles, & erga incorrigibiles sit seuerus. 2.q.5. quanto. in fi. & extra de postula. præla. c. 1. & de elec. cum in cunctis, & de vita, & ho. cleri. vt clericorum [noua] nēmo.n. est ad fidem recipiendam cogendus, vt 23. q.5. ad fidem. & c. de Iudæis. vnde dominus Ioā. 6. non coegit discipulos ad manendum in fide, sed eorum expetijt

Diuisio. Exponit literam. Archid.

voluntatem dicēs. Et vos vultis abire: vt.n. dicit Aug. super Io. in exp. in euangelium Io. Trac. 26. Cuncta potest facere homo nolens, credere autem non nisi volens. Ad fidem tñ iam susceptam seruandam, & tenendam potest quis per pœnas ecclesiæ, & principum christianorum compelli, vt scribit Aug. in epistola ad Donatum hæreticum, & sic non obstat. 23.q.4. quis nos.

Aug.

1 *Incorrigibilis quis dicatur.*



Eminem. Ad idem sequitur hoc.c. quod est cuiusdam Cōcilij cuius nomen in titulo Gratianus nō exprimit, quia forte, vt dicit Hu. nō inuenit. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit, ꝙ episcopus neminē debet verberibus subijcere. In 2. assignat modū, quo errans debeat puniri. 2. ibi, ꝙ si. Circa primam partem nota, ꝙ hoc capitu. debet intelligi ꝭm Hu. de verberatione, q̄ fit causa malitiæ, vel ex odio, vel vt sic verberans timeatur, vel vt dicit glo. de immoderata, & excessiua verberatione, vel intelligitur de leuibus excessibus, & de clericis maiori bus ætate, vel in sacro ordine constitutis, qui nō debent verberari, nisi pro grauioribus excessibus. ¶ [Clericū] in maiori ordine constitutum, vel in maiori ætate [peccantem] leui excessu. Hu. & sic non obstat. c. ante oīa di. 35. Hu. & Ar. [cede] alias verbere. s. graui, & sic non est contra.j.e. cum beatus, nisi hoc faciat, vt timeatur ꝭm Lau. [Quod si ita.] 2. pars Quidam hoc referunt ad verberātem, sed non vr̄ rationabilis expositio. Alij referunt (vt Hu.) ad verberatum, & sic litera plana est. [causa exigit]. q. videlicet, talis clericus puniatur, si incorrigibilis existat. † Nota arg. ꝙ ille dicitur incorrigibilis, qui semel verbis est a superiore correptus, & tñ à delicto non desistit, hoc probat tex. hic iuncto. c. præced. Nā ibi dicit, ꝙ verbis episcopus corrigat, & sic prohibet verberari, & tamen dicit, ꝙ si est incorrigibilis excōicetur. Et sic vr̄ appellare incorrigibilē illū, q̄ verbis solis fuit correctus, & non desistit, quod not. pro intellectu c. cum non ab hoīe. ex de iudi. Io. de Fa. [honore].i. officij executione, vel cōione, & [participatione fratrū in choro, in c. & in mēsa q̄ cōicatio est ei honor, & separatio dedecus. Hu. Nota, ꝙ excommunicatio dicitur hic suspensio à cōione fratrum per tres dies. simile 5.q.4. in loco Hu.

Diuisio. Exponit literam. Io de Fa.

1 *Ritus iudæorum in solennibus, & alijs an sint à fidelibus tolerandi.*
2 *Agendum mitius est cum conuertendis, & nuper conuersis, quam cum alijs.*



Vi sincera. Ad idē sequitur hoc ca. quod est beati Gregorij scribētis Pascasio episcopo Neapolitano. Et diuidit in tres partes. In 1. ponit generalem doctrinam, videlicet, ꝙ infideles non asperis, sed blandis verbis sunt ad fidem prouocandi, & attrahendi. In 2. ponit Iudæorū quādam querelam. In 3. prouidet. 2. ibi. Si quidem. 3. ibi. Itaq; fraternitas. ¶ Pro pleniori intelligentia huius.c. quærendū
1 occurrit. † Vtrum ritus iudeorum in solennibus, & alijs sint à fidelibus christianis tolerandi. Et videtur multipliciter, ꝙ non. Primo sic. Manifestum est, ꝙ Iudæi mortaliter peccant in celebrando ritus suos, cum iam tempus legaliū transierit, & dicit Hyeron. ꝙ legalia mortifera sunt obseruantibus, & in hoc concordat Au. cum ergo ecclesia nō obiuet hmōi facinori, vr̄ cōsentire, & maxime, cum posset obuiare, iuxta glo. super c. ad Ro. super illud: Non solum, qui faciunt, sed, qui cōsentiunt facientibus, & iuxta. c. error. 83. di. ergo peccant, qui eorum ritus tolerant, & per cōsequēs sequitur, ꝙ ritus Iudæorū in solēnibus eorū nō sunt tolerādi. ¶ Scd̄o sic. Ritus iudeorū idolatriæ cōparatur, quia super illud ad Gal. 5. Nolite iterū iugo seruitutis contineri. Dicit gl. nō est leuior legis seruitus, q̄ idolatriæ, sed nō sustineretur, ꝙ idolatriæ ritū aliqui exercerent, quinimo christiani principes tēpla Idolorū primo claudi, & postea dirimi fecerūt, vt Aug. narrat. 18. de ciuitate dei c. 52. ergo etiā ritus Iudæorū tolerari non debēt. ¶ Tertio peccatū infidelitatis est grauissimū, sed alia peccata nō tolerātur, sed lege puniūtur, sicut adulteriū, furtū, & alia hmōi: ergo etiā ritus Iudeorum, nec ēr aliorū infideliū tolerādi sunt. ¶ In oppositū est. c. præsens, in quo Gregori. dat Iudæis festiuitates suas antiquas obseruandi, & celebrandi licentiam. ¶ Respon. dicendum sub ista conclusione. Conuenienter ritus Iudæorū in


Diuisio. Quæstie. Primū ar. Secūdū ar. August. Tertiū ar. Opponitū contrariū Respōdet.

festiuitatibus tolerantur à fidelibus. Ista conclusio satis clare colligitur ex præsenti c. & ex.c. sicut Iudæi. extra de iudæis. vbi Greg. & Clemens tertius præcipiunt, vt nullo modo perturbentur in festiuitatũ suarũ celebrationib. Pro cuius conclusionis pleniori euidentia notandũ est iuxta S.T. in 2.2.q.10.art.11. Quod humanũ regimen deriuatur à diuino regimine, & ipsum debet imitari, Deus aũt, quãuis sit omnipotens, & summe bonus, tñ permittit aliqua mala fieri in vniuerso, quæ etiã prohibere posset, ne eis sublatis maiora bona tollerentur, vel ẽt peiora mala sequerentur, sic ergo & in regimine humano illi, qui psunt recte aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediãtur, vel ne aliqua mala peiora incurrãtur, sicut Aug. dicit li.2. de ordine. Aufer meretrices de rebus humanis, turbas oĩa libidinibus. Sic igitur, quãuis infideles in suis ritibus peccent, tolerari possunt, vel pp aliquod bonum, ꝙ ex eis prouenit, vel pp aliquod malum quod vitatur. Ex hoc aũt, ꝙ Iudei ritus suos obseruant in quibus olim præfigurabatur veritas fidei, quã tenemus, hoc bonum prouenit, ꝙ testimoniũ fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura nobis repræsentatur, qđ credimus, & ideo Iudæi in suis ritibus tolerantur. Aliorũ vero infidelium ritus, qui nihil veritatis, vel vtilitatis afferũt, nõ sunt aliqualiter tolerãdi, nisi forte ad aliqđ malum euitandum. s. ad euitandum scãdalum, vel dissidium, quod ex hoc posset prouenire, vel impedimentũ salutis eorum, qui paulatim sic tolerati conuertantur ad fidẽ, pp hoc etiam & hæreticorum, & paganorũ ritus aliquãdo ecclesia tolerauit, qñ erat magna infidelium multitudo, licet aũt ex his patet clare responsio ad obiecte, nihilominus dicendũ ad singula. ¶ Ad primum respondetur, negando, ꝙ ecclesia consentiat. Dicimus, ꝙ licet ecclesia permittat per viã tolerantiæ ritus Iudæorum, non tñ pp hoc dr̃ consentire peccatis eorum. Et ad probationẽ, cum dr̃, ꝙ error cui, & c. Respõdet. iuxta Alex. de Halis in 2. ꝙ hoc intelligitur in delictis manifestis, vt tenetur ad correctionem eorum, qui sibi subijciuntur, vel in vno fidei vinculo sunt cum ipso, hoc aũt nõ habet locum in hac parte. Et ideo non dr̃ consensus, sed permissio tolerantiæ, ne deterius cõtingat, & vt aliquo modo bonum eliciatur. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam, & ratio est, quia licet ritus Iudæorum habeat aliquam cõparationem, siue similitudinẽ cum idolatria paganorum, non tñ est idem de vno, & alio ratione iã dicta in quæstione, qm̃ aliorum infidelium ritus nihil veritatis, aut vtilitatis afferunt populo christiano. Ritus autem Iudæorum sic, vt dictum est. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiã, quia non est simile de ritibus Iudeorum, & alijs peccatis. Ritus autem Iudeorum aliquãdo fuerunt liciti, & nunc aliquid veritatis & vtilitatis nobis afferunt, secus est de alijs peccatis, quæ etiam nihil vtilitatis, sed plurimum nocumenti afferunt in republica. Cæterum est alia ratio prohibere eos à tali ritu, per quem esset inuitos eos trahere ad fide, quod non est faciendum, quod non fit per punitionem, ratione aliorum peccatorum. Leg. ¶ [Qui sincera blandimentis] in dictis, & factis, & muneribus, vt 23.q.2. debet, sed pactum debet abesse, vt

S. Thom. — August. li.2.cap.4. — Ad primũ arg. — Ad secũdũ — Ad tertiũ. — Exponit literam.

2 1.q.2. quam pio. Et est arg. † ꝙ mitius est agendum cum cõuertendis, & nuper conuersis, q̃ cum alijs Arg.35.q.3. quod scripsi. Hu. [à plano]. i. de plano. i. leuiter, & suauiter. Hug. [Aduersitas]. i. aliqua diuina asperitas. [Sub velamine]. i. calliditate. s. vt conuertatur [magis suas]. i. vt aliquid ab eis timeatur. Hu. & Arc. [attendere] quod non est sumendum. s. di. proxi. comessationes [Iudæi] secunda pars [irrationabiliter] quia terroribus, & violentia. Hu. & Arc. [licuit] quia inde non sunt ab hoĩe puniti. Hu. [Quod si ita. ver. superuacue] quia ob hoc non conuertuntur. 6.q.1. si oĩa. 7.q.1. ibi. Hu. [quando]. i. quia [cerimonias]. i. præcepta ordinata ad cultum diuinum, ꝭm illud Exo.18. Esto populo in his, quæ ad Deum pertinent, ostendasque populo cerimonias, & ritum colẽdi. [Itaque] tertia pars. [Licentiam]. i. impunitatẽ, similis expositio est dist.4. denique.

1 *Peccata in sacerdotibus sunt dulciter, & mansuete corrigenda, & non dura reprehensione.*
2 *Superior in corrigendis excessibus subditorum potius debet seruare misericordiam, quam rigorem.*
3 *Peccantibus, quare debemus in corrigendo compati, assignat tres rationes.*



Licet plerunque. Ad idem inducit presens c. quod est eiusdẽ beati Greg. vniuersis episcopis per Galliã, & Europã, & Germaniã. In quo vult. ꝙ plati beneuolentia, & nõ seueritate subditos suos corrigant. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit, quod dictum est, assignando rationem eius. In secunda concludit ex dictis, quod prælati debeant præcauere, vt sic tractent causas ecclesiasticas, ꝙ nulla materia scandalorũ oriatur. Secunda ibi. Vnde necesse est. Litera est plana. ¶ [Licet plerunque] conclusio Gregorij est. † ꝙ peccata in sacerdotibus sunt dulciter, & mansuete corrigenda, & non dura reprehẽsione. Primo pp eorũ status reuerentiã, vnde Apostolus 1. ad Ti.4. Seniorẽ, ne increpaueris, obsecra vt patrẽ, Secundo pp spẽ emendationis, quia talibus personis, si labuntur, facilior sufficit correctio, quã alijs induratis, vt docet philosophus. 4. Ethic. & 2. ad Ti.4. docet arguere peccatum patrum dicens. Argue, obsecra. s. eos, qui cito ad bonũ conuertuntur. Increpa. s. discolos, & induratos. Tertio vt in his materia scandali vitetur, quia, vt dicit Aug. 1. de ciuitate dei. c.9. Propter vitandum scandalum est correctio ad tempus omittenda, vnde hanc causam hic Gregorius assignat. Sed vbi peccatum sacerdotis vergeret in periculum fidei, tunc esset in faciem ei resistendũ, sicut fecit Paulus Petro. ad Gal.2. Ar. † ꝙ superior in corrigendis excessibus subditorum potius debet seruare misericordiã, quã rigorem. [Sine peccato] saltem veniali. Primæ Ioã. 10. Si dixerimus, qm̃ peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Vbi nota † ꝙ triplicem rationem assignat, quare peccantibus debeamus in corrigendo dulciter compati. primo, quia oẽs deficimus, & peccatores sumus, vnde Christus Iudæis volentibus deprehensam in adulterio lapidare, contra asperitatem punitionis immisit timorem dicens. Qui sine peccato est, primus in eam lapidem iaciat, & sic emolliti abierunt, & sine damnatione mulier liberata est. Ioannis. 8. Secundo, quia sic Christus fecit cum Petro Non asper correxit, sed oculo respexit, & fructuosius sanauit. Matt.26. Tertio, vt quisque alteri faciat, quod sibi vult fieri. Matthei.7. [Iudicasset]. i. condemnasset. Hug. & est ar. distinctio.93. c. vltimo. [experimento multarum causarũ]. i. medicinarum, quasi diceret cum magna deliberatione procedendum est ad condemnandum, & prius multa sunt præmeditanda, & experienda, si ita est verum, vel si alia via facto remedium potest adhiberi. Non. n. vno collyrio qui libet morbus potest curari, vnde, vt inquit Augustinus ad Bonifacium, & habetur in. c. vt constitueretur. dist. 50. Cogunt nos inuenire multas medicinas multorum experimenta morborum. Hug. & Archid. [Solicitius prospici]. i. cum magna solicitudine considerari, & terminari, vel ita [post experimenta multarum causarum]. i. morborum, & vitiorum, q. d. cum sæpe simus experti, & experimento didicimus, ꝙ per dolum, & inuidiam, & malitiam multa mala contigerunt in ecclesia, & sæpe innocentes sunt damnati. Et ideo cum magna diligentia est procedendum in talibus. Hu. [inuidorum]. i. eorum, qui inuidendo prælatis Ecclesiarum falsis accusationibus eos lacerare præsumunt, quod sibi non vult. Matt.6. & Luc.6. & di.1. Humanũ genus. Tales. n. esse debemus erga subditos, quales esse volumus erga nos, si subditi fuissemus, vt di.74. quorundam.

Diuisio. — Augustin. — August. Bo. Epi.50.

3 *Coactio, siue violentia est duplex.*
6 *Obduratio, & obcæcatio quomodo attribuantur Deo.*
7 *Inuitus dicitur aliquando, qui expresse non consensit.*
8 *Cogi qualiter quis possit, vt fidem suscipiat, siue teneat.*
Et qualiter sacramentum baptismi nu. 9.



De Iudæis. Ad idem subiungit hoc ca. ꝙ est cõcilij Toletani, in quo sinodus sancta disponit primo, ꝙ Iudæi non sunt cogendi ad fidem. Secundo, ꝙ illi, qui olim coacti fidem susceperunt, quia consenserunt, fidem retinere cogendi sunt, & c. Hoc. cap. potest diuidi in duas partes, secundum duo, quæ dicta sunt diffinita per synodum. Secunda ibi. Qui autem iam. Pro pleniori intelligentia huius ca. quæruntur hic quatuor.

Diuisio

1 ¶ Primum est, vtrum Iudæi, siue infideles quicunque sint ad fidem compellendi.

2 ¶ Secundum est, vtrum inuiti, siue coacti baptizati suscipiant sacramentum.

4 ¶ Tertium est, vtrum paruuli Iudæorum sunt, inuitis parẽtibus, baptizandi.

5 ¶ Quartum est vtrum paruuli eorum, inuitis parentibus, baptizati suscipiant characterem baptismalem.

1 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ Iudęi & infideles sint ad fidem compellẽdi. Primo sic, ex illo Luc. 14. vbi dr̃. Exi in vias, & semitas, & cõpelle intrare, vt impleatur domus mea, sed homines in domum dei. i. ecclesiam intrant per fidem: ergo videtur, ꝙ aliqui qui sunt extra cuiusmodi sunt infideles, sunt compellendi ad fidem. ¶ Secundo arguitur ex illo Act. 9. vbi habetur. ꝙ Paulus cum iter faceret, & appropinquaret Damasco subito circumfulsit eum lux de cœlo, & cadens in terrã audiuit, &c. vbi videtur, ꝙ Paulus coactus conuersus est ad fidẽ Christi, vnde Au. ad Bonifaciũ comitẽ, & habet 23. q. 6. in c. scismatici dicunt, cui Christus vim intulit, quẽ coegit. Ecce habent Paulũ Apostolũ cognoscãt in eo prius cogẽtẽ Christum, postea docẽtem, prius ferientem, postea docẽtẽ prius ferientẽ, postea consolantem: Mirũ, quomodo ille, qui pœna corporis ad euangelium coactus introiuit, plus omnibus his laborauit, qui solo verbo vocati sunt in euãgelio, &c. ſ. Cur ergo cogeret ecclesia perditos filios, vt redirent, si perfidi filij coegerunt alios, vt perirent. ¶ Tertio ad idẽ arguitur ex c. iam vero. ea. causa, & q. vbi ait Beatus Gregor. scribens Maximo episcopo. Iã vero, si rusticus tantæ perfidiæ, & obstinationis fuerit inuentus, vt ad dñm minime venire consentiat, tanto pensionis onere grauandus est, vt ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad rectitudinẽ festinare. ¶ In oppositũ est tex. præsentis. c. respon. Iuxta S. Th. in 2. 2. q. 10. ar. 8. ꝙ infideliũ quidã sunt, qui nunquam suscepe runt fidem, sicut Gentiles, & Iudæi, & de istis ponitur conclusio, ꝙ tales nullo modo sunt ad fidem compellendi. Ista concl. habetur in præsenti. c. & probatur ex illo quod dicit beatus Aug. quod cætera põt homo nolens, credere autem non nisi volens. sed voluntas cogi non põt: ergo conclusio vera, videlicet, ꝙ tales infideles non sunt ad fidẽ cogendi. Ista concl. est etiã Raymundi in summa, Titu. de Iudæis, & saracenis. §. 2. sic dicentis debent ad fidem autoritatibus, rõnibus, & blandimentis potius adduci. quam asperitatib. seu prouocari debent, nõ aũt cõpelli, quia coacta seruitia deo non placent 45. di. qui sincera. Item deducit dñs Pet. de pal. in 4. di. 4. Hoc etiã conuenit ẽm diuinã prohibitionẽ: à sanctis. n. traditum habemus, quod non est voluntas Dei, ꝙ Iudæi occidantur. psal. 58. Ne occidas eos, ne qñ obliuiscãtur populi mei. i. vt maneat memoria mortis Christi. Item ẽm prophetias prædicatione Enoch, & Heliæ sunt conuertendi, vnde vsque tunc vult deus eos in sua cęcitate tolerari. Si aũt ipsi, vel eorum filij ipsis inuitis baptizarentur, tunc nulli tempore Enoch, & Heliæ inuenirẽtur, nec per cõsequẽs prophetia verificaretur. Similiter idẽ videtur de alijs Infidelibus, quia ab apostolis traditum habemus, vt ad fidẽ nemo inuitus trahatur, vel cogatur. Aliæ rationes tangentur in expositio. literæ. Dicimus aũt, ꝙ tales infideles non sunt compellendi, si facultas assit, vt fidem non impediant, vel blasphemijs, vel malis persuasionibus, vel etiam apertis persecutionibus, vnde pp hoc fideles Christi frequẽter cõtra infideles bellum mouent, non quidem, vt eos ad credendum cogant, quia etiã, si eos vicissent, & captiuos haberent in eorum libertate relinquerẽt, an credere vellent, sed pp hoc, vt eos compellant, ne fidem Christi impediant. Alij vero sunt infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut hæretici, vel quicunque apostatæ, & de talibus ponitur ista cõclusio, ꝙ tales sunt etiã corporaliter compellendi, vt impleant, quod promiserunt, & teneant, quod semel susceperunt. Ista conclusio est etiã. c. præsentis. Ista conclusio redditur etiã inde rationabilis, vt habetur in litera, ne fides christiana redderetur vilis, & ita contemptibilis. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primã de euangelio Luc. 14. Respondetur iuxta dñm Hugonẽ Cardinalem super Lucam, ꝙ loquitur de compulsione per instãtiã prædicationis, & non de cõpulsioue per pœnas aliquas corporales. Vnde S. Tho. in quæstionibus de veritate. q. 22. artic. 9. in responsione ad vltimum argumentũ dicit, ꝙ cõpulsio illa, de qua fit mentio Luc. 14. non est coactio, sed efficacia persuasionis. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam. Dicit. n. Hu. in c. quis non potest. 23. q. 4. vbi eadem autoritas Augustini ponitur, si quis vellet à simili argumentari, vt, sicut Paulus, qui non habebat ad fidẽ ingressum, coactus est conuerti, ita etiam Infideles ad fidẽ sunt cogendi. Dico, ꝙ non est trahẽdum ad consequentiã, licet Augu. inde argumentatur, hoc. n. à domino factum est de Apostolo, cui nemo dicit, Cur ita facis, hæc ille. Præterea non argumentatur August. ꝙ ex exemplo Christi ecclesia cogat infideles, qui nunquam habuerunt fidem, sed, ꝙ cogat eos, qui reinciperunt redire ad fidem, quam susceperant, vnde notanter dicit tex. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, vt redirent. Aliud est. n. redire ad fidem, & aliud fidem de nouo capere, vt dicit Hug. in loco præfato. Vel potest dici secundo, iuxta Alexandrum de Halis in. 4. ꝙ licet Paulus à principio fuit renuens, & contradicens ecclesiæ dei, tñ postea factus est spontaneus, cum dixit, Domine, quid me vis facere, vnde consentiens, & non inuitus suscepit fidem. ¶ Ad tertiam respondetur quod c. illud loquitur de Apostatis, & non de paganis, aut Iudæis, vt ibi dicit Hu. & ita non est ad propositum. De quæstione autem, an liberum arbitrium possit cogi etiam à deo circa c. præcedens, quis potest 23. q. 4. & c. scismatici. eadem causa.

Primũ arg. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. — Raymund. — Petrus de Palude. — Ad primũ arg. — Ad secũdũ. — Alexãder de Halis. — Ad tertiũ.

2 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, qđ inuiti baptizati suscipiant sacramentum. Primo sic. Dicit August. in Enchiridio. Multa bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati, quia ipsimet inueniũtur inimici, sed magnũ præstatur beneficium, qñ præstatur sacramentum, quo liberantur à culpa, & à pœna, & maxime consulitur vtilitati. In hoc ergo potest inuito præstari sacramentum, vel quarẽ non. ¶ Secundo sic. In lege mundana est, ꝙ aliquis potest soluere pro alio, & liberare eum à debito temporali, ipso inuito, & contradicente, & hoc fit præstando beneficium temporale: ergo videtur, ꝙ similiter aliquis possit præstare beneficium spirituale alicui inuito, & contradicenti, & liberare eum à debito spirituali. ¶ Tertio baptismus est remediũ contra originale peccatum, sed peccatum originale contrahitur necessario nullo existente assensu voluntatis: ergo videtur, ꝙ baptismus similiter posset conferri alicui absq; omni consensu voluntatis recipientis, sed hoc videtur conferri inuito: ergo, &c. ¶ Quarto paruulus, & Furiosus recipiunt sacramenta quantumcunque renuant: ergo videtur, ꝙ etiam adultus inuite baptizatus suscipiat sacramentum. ¶ In oppositũ est Inn. 3. in. c. maiores ex. de bap. & eius effectu, dicens, ꝙ ille, qui nunquam consensit, sed penitus contradicit, nec rem, nec charactera suscipit sacramẽti. ¶ Respondeo dicendum, tã iuxta philosophũ. 3. Eth. q̃ iuxta gl. præsentis. c. † ꝙ duplex est coactio, siue violentia. Vna, quæ facit necessitatẽ absolutã, & tale violẽtũ dr̃ violentũ simpl'r quia oĩno tollit voluntariũ, vt cũ quis aliũ corporaliter impellit ad motũ. Alia est, quæ facit necessitatẽ conditionatã, & hanc vocat Philosophus violẽtũ mistũ, sicut, cũ quis proijcit merces in mari, ne periclitẽtur, & in isto violẽto, quãuis nõ sit per se voluntariũ, tñ cõsideratis circũstãtijs hic, & nũc volũtariũ, & quia actus in particularib. sunt, iõ simpl'r volũtariũ, sed ẽm qd inuolũtariũ. Hac dist. facta, sit 1. cõcl. Qui 1. violentia coacti baptizati, siue immersi sunt, nec receperũt rẽ sacramẽti, nec characterẽ sacramenti. Ista conclu. est Inn. in. c. maiores, ex. de Bap. Ista ẽt concl. ponitur in gl. hic, quæ probatur sic. Ab adulto requiritur in propria persona Vis baptizari in ipso, est respondere. Volo vel nolo. Si aũt oĩno dicat nolo nõ est aptus ad suscipiẽdũ baptismũ, talis ergo nõ suscipit baptismũ. Scđo. sic. Lex euãgelica est lex libertatis: ergo sacramẽta euãgelica sunt libertatis, sed quod libertatis est, libere suscipitur à volẽte: ergo vr̃, ꝙ nec de iure, nec de facto aliquis sacramentũ baptismi suscipiat inuitus. ¶ Scđa cõcl. Qui 2. violẽtia coacti baptizãtur, suscipiũt characterẽ sacramẽti. Ista cõcl. est sicut 1. Inn. vbi. s. & gl. præsentis. c. cũ tales quodãmodo voluntarie suscipiãt sacramẽtũ: Probat̃ concl. sic. Si aliquis baptizat̃ ex amore male inflãmẽte, baptizatus est de facto: ergo, cũ non minus repugnet baptismo amor male inflãmãs, q̃ timor male humiliãs, vr̃, ꝙ si baptizatur ex amore, baptizatus est, similiter vr̃, ꝙ baptizatus ex timore sit baptizatus. Cõclusiones sunt tã S. Th. in 4. di. 6. & magistri Alex. de Hal. q̃ ẽt dñi Bonauent. qui in 4. di. 6. distinguẽtes, ꝙ coactio sit duplex. s. sufficiẽs, & inducẽs. Dicũt, ꝓ 1. cõclusione, ꝙ si aliquis mergatur coactione sufficiẽti vtpote, quia uiolẽter arreptus est, & ipso renuẽte, immergit̃, talis nullo mõ baptizatus est, quia nullo mõ fuit in eo con-

Primũ arg. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. — Prima cõclusio. — Secũda cõclusio. — S. Thomę Alexãder de Halis.

in eo cōsensus, nec volūtas, imo fuit oīno repugnās. Si aūt alios immergat coactiōe inducēte, vtpote minis, vel flagellis, ita, ꝙ magis vult se subijcere sacramento ecclesiæ, quā morte perire. Dico ꝙ, aut intendit alios illudere, & mortē euadere, & tunc est conclusio, ꝙ talis nō suscipit characterē sacramēti, quia ibi nō est intētio suscipiēdi sacramēti cū etiā nullus dicatur baptizatus esse, qui cōsensit se immergi ad locum, aut ipse vult idē, quod facit ecclesia circa se fieri velle magis, quā velit perire, tunc est cōcl. Quod talis siue, credat, siue non, siue velit habere, siue non suscipit tñ sacramentū, eo ꝙ quāuis nō sit ibi volun as meritoria est tñ cōsensus, nec est simpliciter inuoluntariū, vnde talis ẜm canones, & doctores iudicatus est baptizatus. ¶ Hic habitis, dicē-
Ad primū arg. dum est ad rōnes in oppositum. ¶ Ad primā respondetur, negando consequentiā, dicimus. n. iuxta magistrum Alexā rum de Halis, ꝙ si fuerit inuitus primo modo. i. penitus cōtradicens, licet posset sibi præstare beneficium temporale, non tñ beneficium baptismi, & rō est, quia sicut beneficiū grȩ gratis faciētis non præstatur ei, imponit obicē voluntatis, sic nec sacramentum baptismi, quod disponit ad gratiā,
Ad secūdū non datur ei, qui ponit obicē voluntatis. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiā, & rō est, quia non est simile de debito spirituali, & temporali. Spirituale. n. debitū ita radicatur in voluntate, ꝙ manente voluntate necessario manet debitum huius, vnde nullo modo pōt aliquis adultus ab hoc debito liberari, nisi adulta radice. i. voluntate. Non sic est debito temporali. Præterea beneficio hmōi ingressus in ecclesiam, ingressus. n. ad vnitatē ecclesiæ nō est
Ad tertiū. in adulto, nisi annuente voluntate aliquo modo. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta dñm Bonauenturā, negando consequentiam, & rō est, quia non est simile de peccato originali, & de remedio baptismi, qm̄ originalis contractio est,
Ad quartū. quasi naturalis, & ideo ineuitabilis. ¶ Ad remediū baptismi nō respicit naturā, sed potius voluntatē personæ, & ita nō est simile de paruulo, & furioso, & de adulto, quia illi nō bent vsum volūtatis, vnde nō statur appetitui eorū, sed voluntati offerētiū tñ de furiosis dr̄, quia aut habuit aliqñ vsū liberi arbitrij, aut nō habuit. Si non habuit iudicandū est, sicut de paruulo. Si habuit, & ipse baptizari voluit, iudicandum est cum baptismum suscipere. Sed si nullo modo voluit, tunc non dicendum ipsum recipere sacramentum.

4 **Ad tertium.** Sic cōceditur.† Et videt, ꝙ pueri Iudeorū, & vel aliorū infideliū sint ba-
Prima opi. ptizandi, parētibus inuitis. Primo sic, magis. n. debet subueniri hoī contra periculum mortis æternæ, quā cōtra periculū mortis tēporalis existenti, est subueniēdum etiā, si parentes ꝑ maliciā contra niterentur: ergo multo magis est
Primū ar. subueniēdū pueris infideliū cōtra periculū mortis æternæ, etiā inuitis parētib. ¶ Scdo sic. Maius est vinculū matrimoniale, quā ius patriæ potestatis, quia ius patriæ potestatis pōt per hoīem solui, cum filiusfamilias mancipatur. vinculū aut matrimoniale non pōt solui per hominem ẜm illud Mat. 19. Quos deus cōiunxit homo non separet, sed ꝑ infidelitatē soluitur vinculum matrimoniale, dicit. n. Apostolus 1. ad Cor. 7. ꝙ si infidelis discedit, discedat, non est. n. seruituti subiectus frater, aut soror in hmōi, quia vt dicit gl. non cogitur fidelis sequi infidelē odio fidei discedētem: ergo multo magis ꝑ infidelitatē tollitur ius patriæ pote-
Secūdū ar. statis in suos filios, possunt ergo eorum filij baptizari eis inuitis. ¶ Tertio sic. Quilibet homo magis est dei, à quo habet aīam, quam patris carnalis, à quo habet corpus. Non ergo est iniustum, si pueri Iudæorum carnalibus parentibus
Opponit & Respon. auferantur. ¶ In oppositum est tex. præsenti. c. Respondeo iuxta S. Thom. tam in tertia parte, quam in secunda secundæ, quam etiam in quolibetis. De pueris infideliū filijs est distinguendum. Aut habent vsum rationis, aut non. Si habent vsum rationis est conclusio, ꝙ cum tales iam quantū ad ea, quæ sunt iuris naturalis, aut diuini incipiunt suæ potestatis esse, possunt inuitis parentibus baptismum suscipere sicut & matrimonium contrahere pro tpe, & ideo tales licite moneri possunt, & induci ad suscipiēdum baptismū.
Durādus. Si vero nondum habent vsum rōnis, sic vt recitat dñs Durādus, est duplex opinio. Prima dicit, ꝙ paruuli Iudæorū meritorie possunt auferri parentibus, vt baptizentur, & hoc à
Archid. Dnis terrenis, & eius opin. videtur esse dominus Arch. in c. qui sincera, eadem distinctio. Et probant suam opi. non modo rationibus supra positis, sed etiam alijs, & 1. sic. Res, & bona seruorum sunt dominorum suorum, sed Iudęi sunt serui dominorum in quorum terris habitant, vt habetur. extra de Iudæis & sarace. Et si Iudæos, & filij Iudæorum sunt quędā res parentum: ergo filij Iudæorum sunt in potestate principum, vt res eorum. ergo possunt eis vti, vt placet, & sic offerre ad baptismū. ¶ Secūdo sic. Grauior est seruitus humana, quam diuina, sed princeps christianus dñs Iudeorum pōt vendere filios Indeorum, & redigere in seruitutem terrenā, etiam contradicente parente, sicut ipsum parentem: ergo multo fortius pōt ipsum afferre in seruitutem diuinā ad baptismū, imo videtur in hoc mereri, si hoc faciunt ꝑ salutem puerorum, & honorem Dei, & non, vt parentes ad credendum cogantur, quia illud non est licitū, vt patet in 1. artic. ¶ Secunda opinio est huic contraria, videlicet, ꝙ non sit licitum paruulos Iudæorum, aut infide-
lium inuitis parentibus baptizari. Ista opinio, quæ est beati Thomæ in locis supra nominatis, fulcitur, & roboratur S. Thom.
multiplici rōne. Prima est iuxta S. Tho. in 2. 2. q. 10. arg. 12. maxime habet autoritatem consuetudo ecclesiæ, ita, vt in oībus semper est æmulanda, quia etiā ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia autoritatē habet, vnde magis standum est autoritati ecclesiæ, quam autoritati Augustini, vel Hieronymi, vel cuiuscunq; doctoris, sed hoc vsus ecclesiæ nunquam habuit, ꝙ Iudæorum filij, inuitis parentibus baptizarentur, quamuis fuerint retroactis temporib. multi catholici principes potentissimi, vt Constantinus Theodosius, &c. ergo tale nullo modo est attentandū. ¶ Secundo sic, si est forte licitum, probabile esset, ꝙ primi sancti, & rectores ecclesię hoc cōnsuluissent principibus, quos habuerunt valde fauorabiles, vt Sylu ester Constantinum, & Ambrosius Theodosium, hoc autem nunquam legūtur fecisse: ergo nō est probabile, ꝙ hoc posset fieri licite. ¶ Tertio, quia hoc videtur esse contra ius naturale. Filius. n. est aliquid patris, & primo quidem non distinguitur a parentib. ẜm corpus, dum est in vtero matris, postea natus ex vtero carnali, antequam habeat vsum liberi arbi. continetur sub cura parentum, quasi in quodam vtero spirituali: quādiu. n. vsum rationis non habet puer, non differt ab animali irrationali. vnde sicut bos, vel equus est alicuius, vtatur eo, cū voluerit ẜm ius ciuile, sicut proprio instrumento. Ita de iure naturali est, ꝙ filius antequam habeat vsum rōnis sit sub cura patris, vnde contra iustitiam naturalē esset, si puer, antequā habeat vsum rōnis, à cura parentum subtrahatr, vel de eo aliquid ordinet inuitis parentibus. ¶ Quarto, quia hoc non esset securum, sed valde periculosum. Si. n. pueri nondū vsum rationis habentes baptismū susciperent postmodū, cum ad perfectā ætatē peruenirent, de facili possent à parentibus induci, vt delinquerent, quod ignorātes susceperunt, quod vergeret in fidei detrimentū. ¶ Quid posset ꝓbari prædicta opinio, siue conclusio, ex. c. præsenti, sicut nō minorē potestatē habet dñs tpalis super parētē Iudæū, quā super eius filiū, imo quasi maiorē, quia à seruitute parentū deriuatur seruitus filij. Sed cōstat, ꝙ principes nō possunt licite cōpellere Iudæos adultos ad suscipiendū baptismū, vt habetur expresse in c. pręsenti: ergo per consequens nō debent eis vim inferre, auferendo filios eorū, vt baptizentur cū voluntas filij paruuli sit voluntas patris, quousq; vsum habeat rōnis. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in op-
positum, tā in principio positas, q̃ inductas pro prima opi. Ad primū arg.
Ad primā respondetur in S. Tho. ꝙ à morte corporali non est aliquis eripiendus contra ordinē iuris ciuilis, puta, si aliquis à suo iudice condemnetur ad mortem temporalē, nullus debet eum violenter eripere. Vnde nec aliquis debet rumpere ordinem iuris naturalis, quo filius est sub cura pa-
tris, vt eum liberet à periculo mortis æternæ. ¶ Ad secundā Ad secūdū.
respondetur, negando consequentiam, & ratio est ẜm S. Thom. quia non est simile, quia in vinculo matrimoniali vterque coniugum habet vsum liberi arbitrij, & vterque potest inuito alio, fidei assentire, sed hoc nōn habet locum in puero, antequam habeat vsum rationis, tunc tenet similitudo, si conuerti voluerit. ¶ Ad tertiam respondetur ne-
gando consequentiam, & ratio est ẜm S. Tho. quia homo Tertiū ar.
ordinatur ad deum per rationem parentum, quorum naturaliter subiacet, vnde ẜm eorum dispositionem sunt circa eum diuina agenda. ¶ Ad quartam, quod est primum ar-
gumentum primæ opinionis, respondetur negando conse- Ad quartū
quentiam, & ratio est secundum S. Thom. tam in 3. parte, quam in secunda secundæ, & dominum Durandum, quia licet Iudæi, & filij eorum, & res eorū sint dominorū, quantum ad

quātum ad opera ciuilia,& manualia,non tñ quantū ad ea, quæ cōpetunt Iudæis ex iure naturali,vel diuino,vnde seruus adultus pōt fieri christianus dño contradicente.Baptizari aūt,cum ad ius diuinum pertineat, vnde quātū ad hoc Iudæus non est seruus,nec aliquid eius, sed paruulus est aliquid eius,quantū ad ea,quæ dei sunt,quantū ad vsum liberi arbitrii:ergo dñs non pōt paruulum violenter recipere, inuito parente,vt baptizetur.¶ Ad quintā respondetur,ne gando cōsequentiam,& ratio est ſm iam dicta,quia nō est simile de seruitute humana , ſm quam sunt Iudæi subiecti dñis suis,& de seruitute diuina,ſm quā nō subijciuntur eis.

Ad quintū

5 Ad quartam. Sic proceditur.†Et videtur,ꝙ paruuli Iudæorum,inuitis parentibus baptizati suscipiāt characterem baptismalem . Respon.hic sunt duæ opiniones. Qu idā,ꝙ sic. Alia opinio est contraria dicens,quod nō.Pro prima arguitur sic. Non plus habet Iudæus,vel infidelis supra filium suū quā fidelis.s.suum,sed si filius parentis christiani baptizatur,inuito parente, recipit verū baptismum:ergo similiter,si filius infidelis, vel Iudæi baptizetur,recipiet verum sacramentū baptismi:ergo,&c. ¶Secundo idē videtur probari ex illo, ꝙ scribitur de cons. di.4.c.pauuli,vbi videtur insinuari,ꝙ paruulis sufficit fides offerentium,non facta mentione de fide parentū.¶ Tertio sic,ad susceptionē baptismi sufficit, ꝙ non inueniatur in suscipiente obex contrariæ voluntatis , vt patet in paruulis christianorum qui ante baptismum sunt pares paruulis Iudæorum,sed in paruulo cuiuslibet Iudæi, siue infidelis non est obex contrariȩ voluntatis:ergo tales suscipiunt verū sacramentum.¶Pro secūda opinione,quæ dicit,ꝙ paruuli Iudæorum.vel infidelium, si de facto baptizentur,inuitis parentibus,non suscipiunt sacramentum.Arguitur sic 1.Quia ad baptismū non sufficit, ꝙ in recipiente non sit obex contrariæ voluntatis,sed requiritur voluntas directa, vel interpretatiua probatio ponatur,ꝙ adultus nutritus in nemore qui nūquam aliquid audiuit de fide, vel de baptismo est in solo originali,si talis baptizaretur dormiēdo nihil oīno esset factum,& tñ in eo non est obex voluntatis: ergo præter carentiā obicis requiritur.s. intentio,siue actus voluntatis, vel propriæ in adulto,vel interpretatiuæ in paruulo.Paruulus aūt nullā habet voluntatem interpretatiuā, nisi solū parentum,pp ꝙ consueuit dici antiquitus, Ante datā circuncisionem saluabantur in fide parentum, nō aūt aliorum, nisi quatenus gerebant vicē parentis: ergo si, inuitis parentibus baptizareť paruulus,nihil vř fieri,cum desit volūtas eorum directa,vel interpretatiua. ¶Secundo sic. paruulus ita est res patris in pertinentibus ad ius humanū , sicut ouis,& asinus,sed qui violenter rapit ouem,vel asinum,nō pp hoc acquiritur in eo ius in foro humano:ergo similiter, si quis rapit paruulum,non pp hoc acquiritur in eo ius , & dominium,quo ad forū diuinū.Oportet autem,ꝙ offerēs paruulum ad baptismum in ipso habeat aliquod ius , & dñm:ergo,&c.¶ Tertio sic. In recipiente baptismum necessario requiritur fides ecclesiæ propria,sicut in adulto, vel alieno sicut in paruulo.Et hoc expresse dicit Au. sed nulla fides aliena sufficit paruulo,nisi fides parentum.Tum, quia alij à parentibus nullum ius habent in eo.Tum,quia ipse non pertinet ad ecclesiā,nisi ratione stirpis suæ:ergo ad hoc,ꝙ baptismum recipiat est necessaria fides parentū,vnde Aug.in li.de peccatorum remissione inquit,mater ecclesia os maternū paruulis præbet,vt sacris misterijs imbuātur,qa nōdum possunt ore proprio credere ad salutē,sed isti in nullo pertinēt ad fidē ecclesiæ,nisi mediātib.parentib. cū alij sup ipsos nihil oīno recipiunt. Quā opinionē sequēs,& declarās magis dñs Pe.de pa.dicit sic in 4.di.4.ꝙ hō ordinatur in deū per rōnē,per quā pōt Deū cognoscere.Et iō puer ante quā habeat vsum rōnis,ordinatur in deū per rōnē parentū, quorū curæ naturaliter subiacet, ppea ſm eorū dispositionem sunt circa eū agēda diuina,vnde, si puer parētes nō habet,vel nōn cōparet,quicunque vult loco parentis ei sit, & sicut in nutriēdo,sic & in baptizando,& sufficit,ꝙ non appareat voluntas parētū cōtraria.Et si quidē pater,& mater Iudȩi mortui essent,sicut aliqñ moritur,relicta vxore pgnāte, q̄ ēt moriť in partu , vel moriātur,antequā puer habeat vsum rōnis,tunc propinquiores de gñe sunt tutores legitimi loco parentū,vnde nō debēt nec possunt baptizari,ipsis inuitis,sed si non apparent nec parentes,nec propinqui loco parentū.succedit tunc,quicunq; vult. Et ideo quicūque vellet,posset eū tunc baptismo offerre,quia naturalis rō dictat,vt cui parens deficit,alius parens sit,sicut vna auis alienos pullos nutrit,qñ mater deficit. Ex his oībus colligitur (inquit idē dñs Pet.)ꝙ sicut parentes nō possunt cogi ad ea, q̄ sunt puræ fidei.s.legē naturæ, & si coacti nō consentiētes recipiāt baptismū nihil est actum,licet ad ea,quę sunt legis naturæ possunt cogi,sic filij cōtra eorum voluntatē in his,q̄ sunt legis naturæ possunt coerceri,vt.s.eis non subijciātur, sed in his,quæ sunt purè iuris diuini , & voluntatē verā requirunt,vel interpretatiuā, nec debet fieri, ne factū valet, sed quicūque parentū cōsentit, cuiuscunq; ætatis paruulus existat in fauorē fidei videretur baptizandus,quia de patre expressum est,extr:de cōuer.in fi.c.2. De matre vero cōtrariū de facto in Aug.Sed sicut ſm leges , qñ pater agit ad diuortiū, & est timor , ne machinetur in prolē odio alterius parētis,penes matrē debet potius educari,sic hoc debet matri dari,vnde, qa ille nō vult cōuerti , dat causam diuortij, ideo apud conuersum debet educari,siue sit mater.ar.C.de diuor.l.si pater,quia pupillus educari debeat.l.pen.sicut notatur in dicto.c.hæc ille.¶ Si quis vult tenere hāc opinionē iuxta dñm Durand.respondebitur rōnibus factis pro 1.opinione.Ad primā rñdetur,negādo cōsequentiā , quia nō est simile,& rō est,quia ecclesia pest fidelibus nō solū in actib⁹ ciuilib.sed ēt in his, quæ ad cultū dei pertinent. Et ideo si christianus vtatur re sua contra diuinū cultū,nō iniuriatur ecclesia,si priuet eum re sua,& deputet eā ad vsum debitū. Et in hoc casu voluntas ecclesiæ est voluntas paruuli interpretatiua,quia ecclesia habet interpretari volūtatē parētis, imo,vt verius dicatur, voluntas ecclesiæ est magis voluntas paruuli interpretatiua,quā voluntas parētis carnalis,eo, ꝙ de iure voluntas parentis carnalis fidelis subest voluntati ecclesiæ,non sic aūt est de paruulis infideliū,quia ante baptismū non subsunt ecclesiæ,nec rōne,qua filij, nec rōne parētum, vt sic voluntas ecclesiæ possit esse voluntas eorū interpretatiua quoquo modo.¶ Ad secundā de decreto respōdetur,ꝙ decretum illud non cogit,quia offerentes paruulum Iudæi nō offerunt cum vice sua,cū nihil iuris habeant in offerendo filium alienū,nisi hoc procedat de voluntate parētū,nec offerūt eū vice parentū,cū supponamus ex titulo q̄stionis,ꝙ offerāt eum,inuitis parētibus , nec vice ecclesiæ, cū ante baptismū nihil iuris habeat in paruulo infidelis parētis. Canon ergō allegatus loquiť in casu, in quo offerētes gerūt vicē parētū,siue ecclesiæ,qđ pōt esse in paruulis christianorū,non aūt in paruulis Iudeorū.vel quorumcunque infideliū.¶ Ad tertiam respondetur, negādo maiorē.Dicimus.n.ꝙ nō sufficit ad baptismū, ꝙ nō inueniatur obex cōtrariæ voluntatis in eo,qui baptizatur,sed requiritur intentio suscipiēdi baptismum directa, vel indirecta,siue interpretatiua , sicut argutū est in rōne primæ secundæ opinionis.De ista opinione pro nunc nihil aliud dr.Leg.¶[De Iudæis]& de quibuscunque alijs infidelibus, qui fidē nunquā receperunt[ad credendū].i.ad fidē suscipiendā, siue ad conuersionē ad Deū.[Cui.n.vult deus miseretur].i. per suā misericordiā,ei quē vult indurat.ad Ro.9.[per suam iustitiā], quia illi,quos indurat hoc merentur,vt indurentur ab ipso
6 S. Thom.super epistolam ad Ro.9.†verum ad videndum, qūo obduratio, & obcæcatio attribuuntur Deo , quia non solum permissiue,vt tam Hu.quam Arc.exponunt.Est notandum iuxta eundē S.Tho.in prima secundæ q.79. arg.3. excæcatio,& induratio duo important , quorum vnū motus animi humano inhȩrentis malo,& auersi à diuino lumine, & quantum ad hoc deus non est causa excæcationis, & obdurationis,sicut non est causa peccati.Aliud aūt est subtractio grē,ex qua sequitur,ꝙ mens diuinitus nō illumine tur ad recte videndū,& cor hoīs nō emolliatur ad recte viuendū,& quantū ad hoc Deus est causa excæcationis,& obdurationis.Est aūt considerandum, quod Deus est causa illuminationis vniuersalis animarum , ſm illud Ioan.1.Erat lux vera , qui illuminat omnem hominem venientem in hūc mundum, sicut sol est vniuersalis causa illuminationis corporum,aliter tamen,& aliter. Nam sol agit illuminando per necessitatem naturæ. Deus autem agit voluntariē per ordinem suæ sapientiæ. Sol autem,licet quantum est de se,omnia corporea illuminet,si quod tamen impedimētum inueniat in aliquo tempore , relinquit illud tenebrosum,sicut patet de domo cuius fenestræ sunt clausæ, sed tamen illius obscurationis nullo modo causa est sol. Non.n. suo iudicio agit , vt lumen interius nō immittit , sed causa eius est solum ille,qui claudit fenestram.Deus aūt proprio

Respōdet. Prima opi. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Secūda op. Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. August. Petrus de Palude. Durādus. Ad primū arg. Ad secūdū Ad tertiū. Exponiť literam. S. Thom.

iudicio lumen gratiæ non immittit illis,in quibus obstacu lum inuenit,vnde causa subtractionis gratiæ est, non solū ille,qui ponit obstaculum gratiæ,sed etiā deus, qui suo iudicio gratiam nō apponit. Et per hunc modū deus est causa obdurationis cordis,hæc S.Th.[Si contradicentes tracti inuiti]hic etiam accipe inuitos pro expresse contradicentibus.†Alias inuitus^a quandoq; dicitur,qui expresse nō cō-

a¶ Inuitus. Inuitus qs dicatur vide gl.i.l.in uitū. ff. de ser. vrb:p:dio, & i.l. iuuitus, & ibi Cy. C. de pro.Ba. in.l.2 ff.so lu.Mat:&;i l.filius. §. inuitus .ff. de procu.

7 a sentit.ff.de ser.l.inuitum ṡm Laur.Arc.[saluandi.i.ad suscipiendum sacramentum saluationis cogendi,s.ad baptismū Hu.ꝙ Arc.[vt integra sit forma iustitiæ.]hoc.n.exigit iustitia,vt volentes,non inuiti conuertantur,& baptizetur. Hu. [serpenti.]Gen. 3. hoc scriptum est.[petijt].i.peccauit gratia,sine qua liberum ar.non sufficit,vt patet ad Ro.7.ad salutem,& ad Ti.3. non ex operibus iustitiæ,q̄ fecimus nos, sed ṡm suam misericordiam saluos nos fecit.Vnde Apostolus ad Eph.2.dicit cuius gratia saluati estis[qui autem iampridem ad christianitatem]2.pars.Cauendum est ne Iudei aut infideles cogantur per christianos ad suscipiendum Baptismum Christi,& fidem eius.Tum quia tales,qui indeuote,& irreuerenter suscipiunt,non venerantur,sed contemnunt.Tum, quia omnis actus virtuosus requirit in suscipiē te voluntariam electionem,vnde vt dictum est per Augus. nemo potest credere nisi volens.Ideo contra reuerentiā fidei est,quod non libere volenti Baptismus conferatur.Tū, quia ṡm philosophum omne violentum cito corrumpitur & non durat,& ita suscipiens baptismum violenter, faciliter apostatat in cōtemptum christianę religionis[Zizebuti.]proprium nomen Regis Hispanorum Hu.[sacramentis diuinis associatos.]ita omnia sunt signa eos,post coactionem consensisse, & ideo cogi debent ad fidem tenendam, vnde sequitur.[Oportet vt fidem, quam vi,vel necessitate conditionali susceperunt.]Sed hic surgit quæstio.Cum ṡm Aug.habere cætera homo potest nolens,Credere autē non

Augustin. in Episto' sup. Ioan' tract.26.

Quæstio.

8 nisi volēs. †Qualiter potest,quis cogi, vt fidem suscipiat,si ue teneat.Respondet.Hu.ꝙ nō dicitur hic fides cordis,sed dicit fides extrinsecus ritus, & cultus christianorū. Vel dr̄ hic fides cordis.i.sacramentum fidei.s.baptismus, de cons. di.2.hoc est,quod dicimus,& dist.4.nihil.¶ Sed adhuc sur-

Respōdet

Quæstio. 9 git hic alia quæstio, † qualiter potest quis cogi retinere sacramentum baptismi cum semel habitum amitti non posset,vt 1.q.1.quod quidam.Respondetur iuxta.Hu.ꝙ cogātur tenere, quātum ad exhibitionem exteriorum operū.s. vt viuant ṡm ritum Christianorum.Ex quo.n. quis suscipit baptismum sponte ad oīa seruanda tenetur,quæ exigit Baptismus,& fides christianorū[blasphemetur.]Assignat vnā rationem,nec dubium,quin nomē domini blasphemetur, si post fidem susceptam cum aliquali consensu,postea abnegetur,vnde dominus Esa.52. conqueritur dicens.Tota die nomen meum blasphemant[.Et fides vilis.]vbi notandum iuxta H.& Arc.ꝙ multa fiunt propter vilitatem vitādam.s. coactio,vt hic,dilatio,vt in sponsa.27.q.2.institutum. Repellitur promotio seruorum, & quarundam aliarum viliū personarum 54. di.per totum cibi etiam Iudæorum prohibentur nobis pp vilitatem vitādam.28.q.1.oēs. Iteratio similiter pœnitentiæ solemnis.di.50.quamuis, Item & in casu,qui ponitur.80.dis. Episcopi.Prohibetur etiā episcopus esse solus,ne vilescat 93.di.diaconi.Opportunitas etiam,& modus in loquendo mādatur,ne vilescat docēs, vel loquēs. 43.di.sic rector.solemniter penitens repellitur à promotione,nec vilescat dignitas ordinis.61.di.in sacerdotibus.

Respondt

Licet nonnunqnam. Adducit hoc c.ad principale propositum,vbi ex Concilio Bracarensi præcipitur,vt pręlati in correctione subditorū magis vtantur beneuolentia charitatis,quam s.ue ritate austeritatis.Et potest diuidi in duas partes. In prima ponit præceptum.In secunda describit eos, qui à lege prædicta discedunt siue declinant 2.ibi,sed ab his. Prima pars plana est.¶[Sed ab his]2.pars.[quæ sua sunt quærunt.]Hoc sumptum est ab Apostolo ad Phili.2.& 8.q.1.sunt in ecclesia.Vbi dr̄,oēs,quæ sua sunt quærunt,non quę Iesu Christi, cuiusmodi sunt, qui non, quæ ad honorem Dei,& proximorum salutem quærunt,sed quæ ex lucrum,vel gloriam. [lege].i.legali,& canonica doctrina.Hug.[dominari]quod saluator Apostolis prohibet. Lucæ.22.vbi cum inter eos quæreretur,quis eorum videretur esse maior ait.Reges gētium dominantur eorum,& qui maiores sunt inter eos benefici vocantur.Inter vos autem non sic.Vnde Petrus ait 1.

Diuisio.

Exponit literam.

Petri 5.Non dominantes in clero,sed forma facti gregis ex animo.[Ad concordiam]ad tollendum.n.scisma.& conseruandam vnitatis concordiam factum est, vt vnus præesset alijs,vt dicit Hieronymus super epistolam ad Titum. Vnū instituit principem,& caput,& in c.legimus.94. dist.& 89. ad hoc[Ad noxam].i.ad superbiam, & dominādi elationē. Iste honor nō debet hominem erigere,sed eum facere imitari illum,qui ait Mat.11.Discite à me quia mitis sum & humilis corde.Superbia.n. noxam in homine fecit, & casum etiam in angelis in cœlo.Esa.14.& eiectionem hominibus de paradiso.Gen. 3. Et pacem scindit,quia inter superbos iurgia,& lites.prouerbi.13.

Hierony.

Episcopum. Ad idem ad canone Apostolorum inducit hoc ca. Et potest diuidi in duas partes. In prima ponitur statutum, in quo dr̄ ab officio deijci eps, & presbyter,& diaconus,qui in subditos verberibus sæuiūt, vt ab eis plus timeantur:in secunda probat rationabile statutum illud, ratione sumpta ex parte christi cuius,actio nostra est instructio 2.ibi.Quia nunquam.Planum est.Lege.¶[Episcopum timeri volentem] hoc.n.ex superbia videtur procedere,non autē zelo,& causa correctionis,alias secus[Ab officio suo]hoc intelligo,quando episcopus nimis immoderate percutit,quando.s.membrum abscidit,vel, quando est incorrigibilis propter contumaciam, potest deponi,vt 1.q.7.si quis omnem. Si autem immoderate in verbo tractauerit, non ab illo, sed à solo Deo debet petere veniam, ne frangatur episcopi authoritas,vt di.86.di.quando.[quia nunquam 2. pars. Dominus.n. qui seipsum exinaniuit formam serui accipiens.Phili.2.semper humilitatem docuit. Cumque flagellis eiecit vendentes de templo . Matt.21.& Luc.19.[non iracundia.]non superbia hoc egit,sed Dei zelo,& domus ecclesiæ,hanc causam reddit Ioā. euangelista. Io.2.dicens.Recordati sunt discipuli eius,quoniam scriptū est.zelus domus tuæ comedit me.Hoc scriptum est in psal. 68.[Percuteretur]hæc dicit Petrus.1.Petri.2.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Verberibus nemo est subijciendus pro venialibus,nisi pueri.*
2 *Maiores, an possint subijci verberibus.*
4 *Clerici possunt subijci verberibus, quamuis non sint incorrigibiles*
4 *Exilium triplex reperitur in canonibus.*



Cum beatus. Sequitur aliud.c.quod ex Concilio Bracarensi habetur,in quo docetur, ꝙ prælati debēt cum modestia,& patientia corrigere,& hoc ex doctrina Apostoli.Et potest diuidi in duas partes:in 1.facit quod dictum est. In 2. punit contrariū attentantes.2.ibi.Ideo si quis,&c.Leg.¶[Cum beatus Apostolus]2.ad Ti.4.[Arguere.]nota,ꝙ ponit tria.s.arguere,obsecrare,& increpare,quod sic intellige iuxta S. Tho.supra, Paulus instruens aliquam specialiter potest esse,vel de pertinētibus ad fidem, puta, vt doceat veritatem,& remoueat errorem,& quātum ad hoc primum, dicit[argue] errores Ad Ti.2.Argue cum omni imperio. Vel de pertinentib. ad bonos mores,& ad hoc bonum debet inducere superiorē, & tunc debet placide,& benigne monere,vnde dicit.2.[obsecra].1.Ti.5.seniorē,ne increpaueris,& ad Gal. 6. Vos qui spirituales estis,&c.specialiter,si nō peccat ex matitia. Vel increpat malum,& tunc debet increpare dure.Iob 5.Increpationem dn̄i,&c. Vel,vt dicit magister Nicolaus de lyra. Argue peccantes ex ignorantia.Obsecra,peccantes ex infirmitate.Increpa, peccantes ex malitia. Modus autem obseruandus in omnibus istis sequitur, cum diceretur[in omni patientia, & doctrina].i. vt dicit sanctus Thom. ne iratus appareas,& ex ira instruas, sed tranquille . prouerbiorum 19: Doctrina viri iusti per patientiam noscitur. [Nouimus.] ponit casum satis abominabilem[in honoratos] id est contra honoratos viros,lachrimantium,qui verberantur extra de pœ. graue 14. quæst. vlt. si res. [Et ideo] sic construe. Et ideo non est dignum, vt vnusquisque prælatus, prout voluerit, & ei placuerit passim.i.pro quolibet crimine subijciat verberibus,& dolori.[honorabiliora mēbra sua.i.subditos, qui subditi, vt fiat relatio ad intellectum,& non ad vocem. Hug.24.distinct.fraternitatis,scilicet grauioribus, & mortalibus.quasi. d.non pro quibuslibet mortalibus culpis debent verberari maiores, sed

Diuisio.

Exponit literam.

S. Thom.

Nicolaus de lyra In gl.in c. 4.2. Ep.ad Titum.

2 pro grauioribus . † Item , nec pro vnialibus aliquis est subijcien-

est subijciendus verberibus, nisi forte puer causa doctrinę, & ideo coniunxit hæc duo in persona maiorum.i. grauio-
2 ribus,& mortalib.Hu.hic habetur, ꝙ maiores possunt subijci verberibus, sed nō allegatur ad hoc.c.sed pro alia parte.Hu.Item est ar.† ꝙ clerici possunt subijci verberib. quāuis non sint incorrigibiles.[Subtrahant.]Ea.n. est conditio superiorum,& inferiorum,vt,si superiores id,quod debēt, non impendunt inferiorib. inferiores eis debitā obedietiā subtrahant:frustra.n. exigit debitum, qui quod debet non impēdit.ar.di.95.esto,& 22.q.5.de forma.Hu.Leuiter castigatus.Ecce quod leuis castigatio verborum,ſm temperantiam permittitur multis personis,quæ habent correctionē verborum,sed temperatam,vt patri in filios,dño in seruos magistro in discipulos.marito in vxorē.23.q.4.duo ista, & q.5.c.1.& 7.q.1.sicut[increpationem].i.correctionē[nec salutem.]vnde Seneca. Generosus animus hoīs facilius ducitur,quā trahatur.[Et ideo]2.pars.[excōicationis].i.separationis à cōione fratrum, & forte sacramētorum ad tempus exilij, vel exilium vocat ipsam excōicationem, quia sicut exul extra natale solum ponitur, sic & talis extra cōionem
4 ecclesiæ.i.fratrū,& forte sacramentorū.†Et nota,ꝙ triplex exilium reperitur in canonibus.aliqñ.n.certus locus alicui præscribitur,& conceditur,& alia negantur vt monasteriū monachis 18.di.placuit.Exilium nanque videtur, cui non est licitum alijs locis,nisi tm̄ suæ ecclesiæ cōicare,qñq; certus locus interdicit alicui, & alia conceduntur.vt excōicatis sola ecclesia interdicitur 2.q.1.in primis.Licet.n.in alia ecclesia esse possit,in malachitana tñ nullo modo qñq; oīa loca alicui negantur,vel ad tempus,vt 30.q.1.si quis sacerdos,quandoque perpetuo, de pę.di.6.sacerdos. Hu.& Arc.


Seneca.

Salomon. Hic incipit 2.pars huius distinctionis, in qua allegat pro parte contraria. Dixerat .n.supra,ꝙ non est licitum clericis authoritatibus & exemplis, ꝙ prælati possint subditos suos verberibus castigare. ¶[Admonet dicens, percute]inducit primo authoritatem Salomonis.Prouerb.13. vbi inquit sic formaliter.Noli subtrahere à puero disciplinā.Si.n.percusseris eum virga, non morietur.Si virga purcutis eum, aīam eius de inferno liberabis, vbi nota moderamen percussionis, quia virga, nec crudeliter,quia non ad mortem, sed salubriter, vt castigetur,ac vt sanetur à vitijs ad virtutes,& sic liberatur ab inferno.[Hinc etiam]2.inducit exemplum Benedicti,hoc reperies in secundo dialogorum vbi refert Greg. c.4. Quod cū esset quidam monachus sic vagus, ꝙ orationi non poterat insistere,quamuis à beato Benedicto sæpe admonitus fuisset.Et beatus Benedictus vidit, ꝙ diabolus niger in specie nigri pueri dictum monachum per fimbriam vestimenti de orationibus trahebat, quem extra oratorium sanctus vir reperiens eum,virga percussit,& sanauit,hoc pōt facere Abbas,si monachus est incorrigibilis,extra de sen.ex.vt fame,&.c.vniuersitatis,& 20.q.vlt.c.vlti.[Sanauit].s.à tentationibus demonis.[Hinc etiā dñs]3. inducit exemplū Christi,de quo Matt.21.& Lucæ 19.& Ioā.2.[Hinc etiam Apostolus]4.inducit exemplū Apostoli de quo 1.ad Cor.5.habetur corporaliter hoc,vt dicit Hu.non habetur ex tex.sed ex gl.Tantę.n.authoritatis,& meriti fuit Apostolus, vt qui cunque excommunicaretur, etiam corporaliter corripiebatur à demonio 2.q.1.de manifesta,& 11.q.3.audi,& c.ab sit.Hu.& Arc.[magum cæcitate]. 5. inducit aliud exemplū Apostoli,de quo legitur actuum.13.vbi habetur,ꝙ Paulus, & Barnabas in Cypro insula inuenerunt quendam magum pseudo prophetam Iudeum cum Sergio Paulo procōsule viro prudente,hic accersitis Paulo, & Barnaba desiderabat audire verbum Dei,sed resistebat illis Elimas magus,quærens auertere procōsulem à fide. Tunc Paulus repletus spiritu sancto intuēs in eum dixit.O plene omni dolo,& omni fallacia fili diaboli inimice oīs iustitiæ,non desinis subuertere vias domini rectas.Et ecce nunc manus domini super te.i.vindicta dei exercebit super te. Eris.n. cæcus, qui mox excæcatus est corpore, qui prius erat cæcus mente. Hinc etiam gl.inducit anthoritatem canonum:in hoc volumine non habemus illos canones,quamuis videātur innui. 28.di.de his,& 12.quæstione prima.ca. 1.[Ante annos rationabiles].i.adultē, & discretē puniuntur. Et ita corporali pœna. Vnde patet,quòd corporaliter possunt verberari clerici Hug.

Exponit literam.

1 *Captiuitas babylonica,quando fuerit.*

2 *Episcopus quare assumit mitram,& baculum.quando prædicat*



Isciplina. Consequenter inducitur hoc ca. ad idem,ꝙ est beati Gregorij,in quo intendit ostendere.ꝙ in correctione,& gubernatione subditorum debent prælati,& rectores habere disciplinam,& misericordiā,& hoc probat multipliciter.s.exemplo Samaritani,& exemplo arcę tabernaculi.Autoritate sacræ scripturæ Dauid exemplo,Moysi, & documento Iob, & sic hoc documentum inducitur ad probandum,quod prælati possunt verberare subditos suos. Lege.¶[Disciplina].s.correctionis culparum.[vel misericordia].s.relaxatio pœnarum. [multum destituitur].i.deficit rōne virtutis.[si vna sine altera teneatur,] quare concludit, ꝙ circa subditos,&c.vnde prouer.20.dr̄. Veritas, & mīa custodiunt regem, & roboratur clemētia thronus eius.Quod vero pro disciplina correctionis debeat semper in prælatis adiunctā habere mīam probat 1.exemplo Samaritani, vbi tangitur parabola euangelij Luc.10. de eo,qui descendens ad Hierusalē in Hierico incidit in latrones,qui spoliauerūt eū,& plagis impositis,& semiuiuo relicto,abierūt,quē Samaritanus imposuit super iumentum suum,imponens vulneribus curandis illius oleum, & vinum:per vinū intelligitur disciplina correctionis,per oleum suauitas liniētis mię temperamentum simile.23.q.4.est iniusta.[ne multa asperitate exulcerentur].i.exasperentur, soluantur, & dissoluti reddantur,quod fit,qñ nimia humilitas à prælato seruatur erga subditos.86.di.qñ Arc.[hoc nimirum]2.probatio exēplo contētorum in arca tabernaculi.In arca.n. posuit Moyses legē in tabulis datā, vt sibi præceperat dñs Exo. 25.& cum tabulis posita est virga,& manna,quia lex ſm philosophū 10.ethi.debet habere dulcedinē exhortationis,quo ad bonos,& promptos ad bonū,vt dulciter inducantur ad virtutes.Debet etiam habere cōtra malos, & discolos, quibus non prosunt exhortationes seueritatē correctionis,vt virga correctionis feriantur.[Hinc etiā Dauid ait.]psa.22.Hic ponitur tertia probatio.s.autoritate sacræ scripturæ Dauid [Amor.]ad mīam inclinans. [non emolliens].i.dissolutus. [non exasperās.]dicit Greg. prælatus sese taliter debet habere ad subditos,vt ridens timeri,& iratus possit amari,ne nimia lætitia vilē, vel immoderata seueritas reddat odiosum.[zelus.]iustitiæ.Hu.[intueri]4.probatio tangitur historia,quæ habetur Exo.32.[inueniabilē].i.irremissibilē.[pœnæ.]physic. est temperamentum, quia de nullo desperandū est,quamdiu est in hac vita,vt de pe.di.7.nemo.Hu[descende.] quia ad prælatum pertinet subditorum peccata manifesta corrigere.[peccauit populus tuus]quasi diceret, non est meus,quia nuper idolatriam abnegauit. [dimitte me].i.ne roges pro eis.Hu.[semel.]in prima die,[Et iterū]. 2.die Hu.Aut dimitte me.[aut dele me.]non intelligendū de lib.vitæ, ſm prædestinationem, quia qui in li.sic scripti sunt,deleri non possunt,nec de lib.vitæ,ſm præsentem iustitiā, quia sic nullus deletur, nisi per peccatū mortale.Nō est autem credendum, ꝙ Moyses voluisset peccare mortaliter pro salute illius populi, quia hoc fuisset contra charitatem.Sed videtur accipiendum de lib.temporalis vitæ,volebat.n.sicut bonus pastor mori pro ouibus suis, & est sensus.Si non dimittis eis,dele me de vita ista, quia amplius viuere nolo,& expositio colligitur ex seq.vnde.j.e.c.dicitur. Tantaq; fuit pietas,vt se pro illis corā dño mori offerre nō dubitaret.Verum pleniorem intelligentiam huius loci vide in lectura nostra super di.2.de pe.§.Moyses,vbi disputatum est.Vtrum ista petitia Moysi fuerit conueniens.[obtinuit]contra.di.50.in.c.si quis ꝑpostera,vbi dicitur,ꝙ Moyses pro peccatis populi petijt.s.veniam, nec tñ peccantibus veniam cum à Deo petijsset,accepit.Ad hoc respondet gl. ꝙ obtinuit ad tempus,sed non,vt nunquam puniretur: puniti.n.sunt pro illo peccato in Romana, & Babylonica,captiuitate.Hanc responsionem multum improbat efficaciter Nicolaus de lyra super.c. 33. Exo.reprobans opinionē eorum,qui dicunt,ꝙ per diem vltionis,de quo in præfato. c.dominus inquit dicens. Ego autem in die vltionis visitabo.[hoc peccatum].intelligitur captiuitas Babylonica vel Romanorum.Et ratio est, quia expositio hæc non videtur consonare scripturæ veteris,& noui testamenti, quia in sequenti ca. dicitur, quod reddit iniquitatem patrum in filios,& nepotes in tertiam,& quartam generationem, & in pluribus alijs locis veteris testamēti idē habetur, ita, quod

Exponit literam.

Gre.in pd par 1.ca.

Nicolaus de lyra.

non plus videtur se extẽdere vindicta Dei, respectu cuius si
1 bet prędicti determinati. † Captiuitas autem Babylonica fuit longe post quartã generationẽ, quia à fabricatione vituli vsq; ad captiuitatẽ Babylonicã fluxerunt 801. anni, vel circiter, vt vita hoĩs iã erat redacta ad centum, annos, vel cẽtũ & viginti ad plus, & paucis hominibus, & multo plures fuerunt anno 42. post passionem Christi. Item Luc. 19. Saluator loquens de ista captiuate futura, sermones exponens, dicit. Videns ciuitatem fleuit super illam, & subdens dicit. Venient dies in te, & circundabunt te in circuitu vallo, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios, qui in te sunt, cuius causa subditur eo, ꝙ non cognoueris tempus visitationis tuæ. s. Christum tibi prædicãtem, ita, ꝙ captiuitas facta per Romanos causa fuit malitia Iudeorum Christum non recipiendo, sed ipsum crucifigendo. Et ideo dicitur, quod causa huius captiuitatis fuit peccatum vituli, non bene consonat veritati euangelij. Hec

Nicoaus de lyr. Nicolaus de lyra. Vnde & aliter dicendum est, secũdum, ꝙ dicit idem Nicolaus de lyra super eodem cap. super verbo placatus est dominus Non, ꝙ pœnam omnino dimitteret, vt patet ex sequẽtibus in eodem capitul. Nam ait in fine. Ego autem in die vltionis visitabo hoc peccatum. Sed obtinuit, ne omnino deleret illũ populum, sicut dixerat Moysi seruo, ꝙ populus iste duræ ceruicis sit. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos [fratrẽ, & amicum, & proximum.] quẽ signatum puluere inueniet[,]& ceciderũt eadem die. 23. milia.] in hebræo habetur tria milia tantum, quam diuersitatem aliqui sic concordant dicentes

Nicolaus de lira. vt dicit magister Nicolaus de lyra, ꝙ in hebreo numerantur tantum isti, qui fuerunt principales in trãsgressione, & alios in ducentes, sed cum istis de alijs fuerint tot occisi, ꝙ ascendebat numerus ad 23. milia [paucorum.] comparatione. s. aliorum, qui non adorauerunt ex corde consentiẽtes, sed timore tantum, aut qui tantum peccauerunt, quia resistere potuissent, & non fecerunt. [Vtrobique. s. apud deum pro populo, & apud populum pro deo. Exponit causam populi] hæc est causa, quare Episcopus Mitram deponit, cum offert. s. qui tunc causam populi apud Deum precibus agit, & allegat. Et ideo vt humilitatem ostendat in conspectu dei omni potentissimi, deponit indicia, & insignia altitudinis, & communicationis. s. Baculum, & mitram, de consec.
2 di. 1. nullus. [Causam Dei.] † Ecce quare episcopus assumit Mitram, & Baculum, quando prædicat, tunc. n. causam dei apud populum allegat minis, licet sumat mitram cornutã, ad siguificãdum, ꝙ debet esse munitus sacra scriptura, quæ habet duo cornua. i. habet duo testamẽta, in quorum vtroque episcopus debet esse instructus Hu. [vtroque miscuit], quando seruauit dulcedinem pro populo, deum exorando & disciplinam, vindictam exercendo [Hinc quoque] s. probatio. Iob. 29. [Cumque concederem] sedebat cum exercitu, quasi Rex ad puniendum per disciplinam, erat merentium consolator per misericordiam.

1 *Iudex semper debet habere misericordiam, saltem compassionis in puniendo.*

4 *Iudex inferior non habet potestatem absoluendi reum à pęna contra leges à superioribus positas.*

5 *Iudicium humanum non potest in omnibus, nec debet imitari iudicium diuinum.*



MNis qui iudicat. Ad idem inducitur hoc c. quod est beati Isidori. 3. sententiarum. c. 54. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit, ꝙ in Iudice debet esse simul iusticia cũ misericordia. In secunda declarat modum

Diuisio. 2. ibi super iustitiam. Pro declararione huius c. & eorum quæ continentur in gl. quæruntur tria.

¶ Primũ est, vtrum quilibet recte iudicans in iudicio condemnatorio, semper debeat obseruare simul iustitiam, & misericordiam, vel an posset sine misericordiam delinquẽtem punire.

3 ¶ Secundũ est, vtrum Iudex posset licite pœnam delinquẽti dimittere, vel relaxare.

6 ¶ Tertium est, vtrum Iudex possit pœnam licite diminuere, vel augere.

Primũ ar. 1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ in Iudice recte iudicante, non semper simul concurrere debeãt misericordia, & iustitia. Primo sic. Recte iudices iudicãt aliquod ad mortem, sed in hac condemnatione, qua quis afficitur vltimo supplicio, non videtur misericordiam facere, ergo &c. ¶ Secundo dicit Beatus

Secũdũ ar. Ambrosius li. de officijs, est iniusta misericordia, denique in lege scriptum est. Non misereberis illius, & in 1. li. Reg. 15. legitur, quia Saul peccauit, quia misertus est Agag, quẽ prohibuerat diuina sententia seruari. ¶ Tertio idem Am-

Tertiũ ar. brosius dicit in eodem. Si quis latronem, filijs deprecantibus motus, & lacrimis coniugis eius inflexus, absoluendũ putat, cui adhuc latrocinando aspirat affectus. Nonne innocentem tradit exitio, quia liberat multorum exitia cogitãtem: ergo talis puniendis erit sine misericordia. Quarto sic

Quartũ ar. sæpe condemnatur, qui non peccauit, vel in odium alterius deponitur, vt 70. di. c. 1. & 6. q. 1. §. Item, & tamen hic nulla videtur misericordia. Ergo, &c. ¶ Quinto nonne quando-

Quintũ ar. que crimina puniuntur secundum rigorem iuris, etiam vltra, quam debeant puniri, & hoc recte. vt. C. de pę. l. vindicari, &. ff. de his, qui no. infa. l. quid. Ergo. §. pœna grauior: ergo, &c. ¶ In oppositum arguitur ex tex. pręsentis. c. 2. ex il

Opponitĩ contrariũ. lo Iacobi 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam. Item Ecclesiastes. 7. dicitur. Noli esse nimis iustus, sed nimis iustus est, cuius iustitia sine misericordia est, ergo, &c. ¶ Respondeo. Quidam volentes cito se ex

Respõdet. pedire de ista quæstione, dicunt, ꝙ in diuersis criminibus est verum, quod hic dicitur de misericordia, & iustitia, & hunc sensum videtur litera innuere, vbi dicitur, vt iusto libamine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero, per miserationem indulgeat, & ad hunc modum responsionis tendit prima responsio, quam dat gl. præsentis ca. ita dicens. Dicitur iudex seruare misericordiam, & rigorem, non, ꝙ simul exerceat ea circa aliquem, sed, quia, si opus fuerit, & causa subest, debet esse rigidus in iudicando. Aliter respondetur ſm aliquos, quorum responsio videtur nobis conuenientior distinguendo de misericordia. Aut per compassionem mentalem, aut per relaxationem, siue miti
2 gationem pœnæ. Dicunt. n. pro prima conclusione, † ꝙ iudex, semper debet habere misericordiam, saltem compassionis in puniendo, quia, vt. ĩ. eo. di. inquit Gregorius, vera iustitia compassionem habet, falsa vero dedignationem. secundo dicunt pro secunda conclusione. Quod non oportet, ꝙ Iudex semper habeat iudicando per relaxationem, aut mitigationem pœnæ debitæ, vnde August. duo ista no

August. mina, cum dicimus homo peccator non vtique frustra dicũtur, quia peccator est, corripe, quia homo est, miserere, nec omnino liberabis hominem, nisi cũ prosequutus fueris peccatorem nulli homini claudenda est misericordia, nulli peccato impunitas est relaxanda. ¶ His habitis di-

Ad primũ arg. cendum est ad rationes factas. Ad primam respondetur, negando minorem, dicimus. n. ꝙ cum quis non amore vindictæ, vel odio, sed dilectione, & zelo correctionis aliquem iusta morte afficit, etiam misericordiã exercet, quia facit vt alij metuant, & corrigantur, & qui scandalizati sunt de peccato, per iustitiam reparentur. Punitur. n. vnus, vt saluẽtur multi, sicut mutilatur vnum membrum putridum, ne pars sana corporis corrumpatur, vel ledatur, tamen misericordiam exercet circa illum, qui punitur faciendo, vt peccatum illius inter flagella deleatur, vel saltem non crescat, & fiat deterior, quod esset si ille plus viueret, vnde eo ipso, ꝙ Iudex punit aliquem, misericordiam facit, vt. ĩ. c. prox. sic exercuit misericordiam Moyses in præce. c. Hic sensus colligitur ex his. c. 23. q. 4. duo ista, &. c. ex vindicta, qui. n. finem facit peccato, misericors est, de pœ. di. vlti. c. vlt. in fine. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ authoritates illæ Beati

Ad secũdũ Ambrosij non sunt intelligendæ, ita, ꝙ nullam exerceat Iudex misericordiam in iudicando, sed ꝙ non est ita miserendum personæ, ꝙ fit in detrimẽtum multorum, vt dicit magister Alexander de Halis in 3. quod sit cum peccatis, im-

Alexander de Halis. punitas relaxatur, vnde officiũ misericordię, si debeat exhiberi ordinate, prius debet exhiberi multitudini, quam personæ. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta eundem Alexandrũ

Ad tertiũ ꝙ in persona punienda attendendum est, vtrum sit pœnitens inimicos diligere, & misereri eorum, vt de eorum per

August. ditione doleamus, & eorum salutem desideremus, non, vt pertinaces, & in malo persistentes, libertati detrahamus, & impunitati, & de talib. quibus adhuc inest affectus peccãdi. loquitur Ambro. ¶ Ad quartã, & quintam patet respon

Ad quartũ sio ex dictis, quia in oĩbus illis punitionibus obseruatᵣ mĩa.

Ad secundum.

5 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ Iudex licite possit pœnam tota

Primũ ar. liter relaxare. Primo sic dicitur, Iacobi 2. iudicium sine misericordia fiet ei, qui non facit misericordiam, sed nullus punitur propter hoc, quod non facit id, quod licite facere, non potest: ergo quilibet Iudex potest licite misericordiã,

Scdm ar. facere, relaxãdo pœnam. ¶ Secundo, Iudicium humanum debet imitari iudicium diuinum, sed Deus pœnitentibus relaxat pœnam, quia non vult mortem peccatoris, vt dicitur

Tertiũ ar. Ezech. 18. ergo etiam homo Iudex potest pœnitenti licite relaxare pœnam. ¶ Tertio. vnicuique facere licet, quod alteri prodest, & nulli nocet, sed absoluere eum à pœna prodest ei, & nulli nocet, ergo Iudex licite potest reum à pœna

Opponit ĩ contrariũ. absoluere. ¶ In oppositum primo, ꝙ dicitur in præsenti c. quoniam, si pœnam totaliter relaxaret, misericordiam sine iustitia exerceret. ¶ Secundo est, quod dicitur Deuter. 13. de eo, qui persuadet seruire dijs alienis. Non parcat oculus tuus, vt miserearis, & occultes eum, sed statim interficies eum, & de homicidia Deut. 19. Morietur, nec misereberis

respõdet. eius. ¶ Respondeo dicendum, quod Iudex non possit licite regulariter pœnam relaxare. Pro declaratione præsentis conclusionis est notandum iuxta sanctum Thom. in 2. 2. q. 66. art. 4. Quòd duo, quãtum ad propositum pertinet, sunt circa Iudicem consideranda, quorum vnum est, quod ipse debet iudicare inter actorem, & reum. Aliud est, ꝙ ipse nõ fert iudicij sententiam, quasi ex propria, sed quasi ex publica potestate. Duplici ergo ratione impeditur Iudex, ne reũ à pœna absoluere possit. Primo quidem ex parte accusatoris, ad quem ius quandoque pertinet, vt reus puniatur, puta propter aliquam iniuriam in ipsum commissam, cuius relaxatio non est in arbitrio alicuius iudicis, quia quilibet Iudex, tenetur ius suum reddere vnicuique. Alio modo impeditur ex parte reipublicæ, cuius potestate fungitur ad cuius bonum pertinet, ꝙ malefactores puniantur, sed tamen, quantum ad hoc differt inter inferiores Iudices, & supremum Iudicem. s. principem, cui est plenaria potestas pu

4 blica commissa. † Iudex. n. inferior non habet potestatem, absoluendi reum à pœna contra leges à superioribus positas, vnde super illud Ioan. 19. Non haberes in me potestatẽ

August. vllam, dicit Augstu. Talem Deus dedit Pilato potestatem, vt esset sub Cæsaris potestate, ne ei omnino liberũ esset accusatum absoluere, sed princeps, qui habet plenariam potestatem in republica, si ille, qui passus est iniuriam, velit eam remittere, poterit eum licite absoluere, si hoc publicæ

Ad primũ argumẽtũ vtilitati viderit, non esse nociuum. ¶ His habitis, dicendũ est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, & ratio est iuxta sanctum Tho. vbi supra, quia misericordia Iudicis habet locum in his, quæ arbitrio Iudicis relinquũtur, in quibus boni viri est, vt diminutiuus, sit pœnarum. sicut Philosophus dicit. 5. Ethicorum. In his autem, quæ sunt determinata secundum legem diuinam, vel humanam, non est suum misericordiam face

Ad secũdũ re. ¶ Ad secundã respondetur etiã negando consequentiã

5 Et ratio est, † quia in omnibus nõ potest, nec debet iudicũ. humanum imitari iudicium diuinum. Et rõ est, quia, vt dicit S. Thom. Deus habet supremam potestatem iudicandi, & ad ipsum pertinet, qcquid cõtra aliquẽ peccatur. Et ideo liberum, est ei pœnam remittere, præcipuæ peccatũ, cum ex hoc maxime pœna debeatur quod est contra ipsum, qđ non est sic de Iudicibus inferioribus. Præterea etiam non remittit pœnam nisi secundum, ꝙ decet suam bonitatem, quæ est omnium legum radix. ¶ Ad tertiam respondetur,

Ad tertiũ. negando minorem, quoniam Iudex inordinate pœnam remittendo, nocumentum infert & communitati, cui expedit vt maleficia puniantur, ad hoc, quod peccata vitentur, vnde Deut. 12. post pœnam seductoris subditur, vt omnis Israel audiens timeat, & nequaquam vltra faciat quispiam huius reisimile. Nocet etiam personæ cui illata est iniuria, quæ recompensationem accipit per quandam restitutionẽ honoris in pœna iniuriantis. De ista materia vide 2. q. 3. §. sciendum. vbi iterum disputabimus de eadem.

6 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, quod Iudex possit pœnam diminuere, vel au

Primũ ar. gere. Quod autem possit diminuere, videtur haberi ex ca. præsenti. Vbi dr̄, ꝙ semper Iudex cum iustitia mĩam debet obseruare, hoc autem videtur, diminuendo aliqd de rigore pœnæ, ergo &c. Quod vero non possit augere. Videtur haberi ex eodem c. quia tunc mĩam cum iustitia non obseruaret. ¶ In oppositum videtur, quod, supradictum est, videlicet, quod in his, quæ sunt determinata secundum legem

Opponit ĩ contrariũ diuinam, aut humanam nõ est Iudicis facere mĩam, & ita per consequens non est suum pœnam diminuere. ¶ Respõ

respondet deo dicendum secundum Host. In summa li. 5. Rubrica. de accusa. Quòd reo conuicto imponatur pœna ordinaria, et si in iure statuta inueniatur. Nam Iudex, qui maiorem, aut duriorem imposuerit, quam scriptam reperierit, graui in famia notatur, vel arbitrio suo pœna committitur. C. de vi pu. vel priua l. seruos q in fi. & de transac. in fi. c. vlt. In humaniorem tamen semper debet declinare sententiam, vt ibi. Verum, vbi et in modum accusationis agitur, potest Iudex pœnã mitigare ex causa, puta, quando non ex proposito, sed casu præcedente culpa fuit commissa, ita, ꝙ delinquens dolo caret. ff. de pœnis l. recipiendum. §. delinquunt. Vel, quia non habet effectum iniuriæ. Aetati etiam parcitur, vt mitior pœna imponatur. Parcitur etiam senectuti, sed & etiam, & aliter punitur nobilis, aliter plebeius, aliter liber, aliter seruus. Item etiam Iudex potest, ex causa augere pœnam ad terrorem aliorum, qui prompti sunt ad culpam. quia multis grassantibus opus est exemplo ff. de pœnis l. aut facta. §. fi. & hoc in ordinarijs criminibus. In extraordinarijs autem tunc dicetur pœna diminui, vel augeri, cum Iudex non seruat illud, quod in talibus seruari consueuit. Dicit cõsequenter idem Host. puto tamen, ꝙ de mente vtriusque iuris sit, ꝙ vbi quis criminaliter accusatur, & confitetur se commisisse delictum, quòd tunc possat ex causa Iudex pœnam diminuere, nisi forte timore ꝓbationem confiteretur, vel nisi immineret periculũ ex hoc Ecclesiæ, vel animæ potest pœnam ex causa diminuere, vel augere. Item idem Host. extra de rap. in glo. super c. In Archiepiscopum dicit, ꝙ Iudici licet ex causa vnam pœnam in alteram commutare, quando scandalum non imminet, & vbi procedit ex offi. ff. de his, qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. Secus, quando causa non subest, vel, quando ab alio accusatur, quia tũc melior, nec durior infligi debet vt. C. ne sanctum Baptis. reiteretur l. 3. in fine. Plerunque tamen contrarium fit de facto. Host. Lege. ¶ [Omnis staterã] Exponit lĩteram.
.i. examen iudicij. Hug. [in vtroque penso]. i. in vtraque lance. s. condemnationis, vel absolutionis, & licet in vtroque sint permistæ iustitia, & misericordia, hæc tamen melius discernuntur in condemnatione. Hug. & Arch. [sententiã] de pœna inferenda. [temperat.] saltem compatiendo, & intus amando. Hu. [qui Dei] quasi dicat merito hoc debet facere, quia. [qui iustitia Dei.] alias iustitiam, quæ. s. exigit, vt vtrunque faciat, exerceat. [formidat]. i. formidare debet deuians, quod est, cum alterum sine altero facit. Hug[. & vnde non iustificatur] quia non facit vtrunque Hug. [inde potius condemnetur.] quia non facit, quod poscit iustitia, &c.

1 *Iudex, an possit licite punire in se delinquentes, & nu.*

3 *Episcopus potest esse iudex in causa eccle æ.*

4 *Beneficium an possit conferri inuito.*


ET qui emendat verbere.

Quæstio. Primũ ar. Sequitur ad idem hoc cap. quod est B. August. in encheridio c. 72. in quo habetur, ꝙ tam remittens offensam, quam corrigens miseretur siue eleemosynam facit. Breue est, non diuiditur. ¶ Pro pleniori intellectu huius c. & glo. venit hic dispu tandum iuxta glo. ¶ † Vtrum Iudex possit licite punire in se delinquentes. Et videtur, quod non. Primo ex c. seditionarios d. proxima. vbi ex Concilio Carthag. mandatur, quod

Secũdũ ar. non ordinentur, qui iniuriarum suarum sunt vltores. ¶ Secundo idem arguitur ex c. inter 24. q. 4. vbi dr̄, quod nullus

Tertiũ ar. debet alium excommunicare pro propria iniuria. ¶ Tertio idem ex c. de occidẽdis 23. q. 5. vbi dr̄, quod Iudex pro sua iniuria non debet reum occidere. ¶ In oppositum videtur

Opponit ĩ contrariũ. esse c. præsens. Secundo idem est, quod beatus Syluester, dicit in c. Guisillarius 23. q. 4. Miserunt me in exilium. Ego autem non dimisi officium meum, sed eos, qui talia erga

Respõdet. me egerunt, anathematizaui. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctum Thom. in 2. 2. q. 108. ar. 1. & Alexander de Hal. in 3. & dominũ Vlrichum summa. Aut iniuria, quæ infertur personæ iudicis redundat in deum, & in ecclesiam. Tũc est ista conclusio. Quod Iudex debet, & potest iniuriam illam vindicare. ¶ Ista conclusio patet exemplo Heliæ, ad cuius

cuius preces, vt dicit Ambrosi. ignis descendit de cęlo 4. Regum 1. vt Prophetæ vindicaretur iniuria supple, in quantū propheta. i. nuntius Dei fuit sic. n. sua iniuria fuit iniuria mittentis. ¶ Secun do patet exēplo Helisei, qui derisionem suam vindicauit pueros maledictione sua vrsis laniandos. 4. Reg. 2. ¶ Tertio patet exēplo Pauli, qui actuum 23. dixit Principi sacerdotum, Percutiat te Deus paries dealbate. ¶ Quarto patet exemplo B. Syluestri, de quo in argumento pro parte affirmatiua. Circa quam quæstionem iuxta dominum Vlricum nota, quod vindicare propriam iniuriam non licet alicui, nisi diuina reuelatione motus sit, quia alias homo posset habere zelum, sed non secundum conscientiā quia Deus non semper vult statim vlcisci iniuriam, sed dissimulat peccata hominum pp pænitentiam. Sapientiæ. 11. Et ideo Apostolis dicentibus propter irreuerentiam Christo illatam Domino. vis vt descendat ignis, &c. respondet. Nescitis cuius spiritus estis Luc. 9. Vnde tunc solum licet hmōi propria autoritate, cum hoc facit diuina inspiratione. Et ideo, quod in Helia, & in Sansone scriptura commendat in Apostolis dominus repehendit, hæc ille. Si vero iniuria illata iudici ad eius personam tantum pertineat. Tunc est conclusio ista. Quod iudex non debet talem iniuriam vindicare, sed tolerare patienter, si expediat hmōi. n. præcepta patientiæ intelligenda sunt secundum præparationem animi, vt dicit August. lib. de sermone Domini in monte patet hæc conclusio exemplo Christi, qui volens iniuriam propriæ personæ tolerare, iniuriam vero Dei nō inuitam relinquere, ait discipulis. Nescitis, cuius spiritus estis. Lucæ 9. Hæ vero dictæ conclusiones duæ simul probantur autoritate B. Chrysosto. super Matt. sic dicentis. Discamus exemplo Christi nostras iniurias magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias nec vsque ad auditum sufficere Item authoritate beati Gregorij dicētis. Ea quæ in nos cōmittuntur, facile possumus dimittere. Ea vero, quæ in Deū commissa sunt, cū magna discretione, nec tamen sine pœnitentia possumus relaxare. ¶ Tertia cōclusio sic. † Si quis iniuriatur Iudicem, sic, quòd per talem iniuriam impediatur, aut perturbetur iurisdictio sua, tūc Iudex potest talem iniuriam punire, vt notat Innocent. de officio. delect. cum olim Abbas. si de pęnis, dilectus. in 1. gl. & Host. post eum, & est ratio vt deducit Henricus Boyc. in c. 1. de offi. deleg. quia ex quo iurisdictio est sibi commissa, & omnia sine q̄bus iurisdictionem sibi commissam exercere non potest. extra de offic. dele. præterea. &. c. sane. cum cæteris. vnde regulariter cuilibet iudici cōcessum est iurisdictionē suā, defendere pœnali iudicio. ff. si quis ius d. nō obtēp. leg. 1. post prin. ¶ His habitis, respondendum est ad rationes. ¶ Ad primam respondetur, ꝙ iudex in illo casu est Iudex in causa non sua, sed Dei, aut ecclesiæ, quod fieri potest, † Nā episcopus potest esse Iudex in causa ecclesiæ, vt notant Innocen. & Hosti. de elect. nosti. & Host. de verborum signi. ex parte super ver. nihilominus in fine. Ad alias rationes patet responsio ex d. facta. Vel dicendum, vt inquit glo. huius c. in 2. solutione, ꝙ Prælatus pro propria iniuria aliquem punire potest dum tamen hoc non faciat vlciscendi causa, vt d. prox. in c. seditionarios, vel vt magis timeatur vt supra e. d. c. 1. Sed si animo corrigendi hoc facit, & nō ex indignatione bene licet. vt hic dr̄ in glo. Inducta autem capitula intelligūtur de his, qui aut intuitu honoris proprij, aut vlciscendi causa, iniuriantes se puniunt, vt dicit magister Alexander. in 3. Leg. ¶ [Et qui emendat verberibus:] causa correctionis, quod fit etiam extra iudicium. ff. de offi. Procon l. nec quicquam. §: de plano Lau. Arch. [verbere] illum subaudi [in quē]. i. super quē datur ei potestas verberandi, alias non liceret, Aut authoritas Iudicis, siue superioris interueniat Hu. [aliqua disciplina] alia à verbere, vt retribuendo eum in carcerem, vel Monasterium, vel excommunicando & hmōi. Hu. [& cum]. s. ille prælatus dimmittit, quantum ad omnem actionem, vel saltem, quo ad rancorem, quod tenetur facere ex præcepto Iuxta illud Matth. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester cęlestis debita vestra, & idem Matth. 11. de pęn. d. 3. de cotidianis. Quo rancore dimisso, damnum tamen illatum potest sine peccato coram Iudice petere, vt sibi satisfaciat Arch. 23. q. 4. si illic & d. 11. si quis contristatus. [vel orat vt dimittatur.] Orandum est etiam pro aduersantibus, vt à peccato reuocentur. Mat. 5. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, verum etiam in eo, quod corripit, vel emendatiora pœna plectit eleemosynam dat, quia misericordiam præstat. Non solum præstatur bonum ei, pro quo oratur, sed etiam ei, qui corrigitur, vel etiam pœna aliqua sibi conuenienti, & debita plectitur, licet aliquando tali, non placeat correctio, quæ tamen vtilis est à peccato reuocans, vnde etiam pęnæ medicinæ quædam sunt, vt habetur secundo Ethico. & c. cum medicinali extra de senten. excommun. libr. sexto [multa. n. bona] scilicet temporalia secus in perpetuis, sicut intelligit Lau. 23. q. 6. videns, & ibi, dicam Arch. [præstantur inuitis]. i. ad multa bona trahuntur inuiti, vt 73. d. placuit. consuluit. Hu. [inimici.] quia, qui diligit iniquitatem, odit animam suam psal. Hu. ¶ Sed hic
4 potest surgere quæstio. ¶ † Vtrum inuito posset conferri beneficium. Et videtur quòd non per illud. ff. de re. iur. l. inuito non datur beneficium. ¶ Secundo, sic. Beneficium est beneuola actio, gaudium tribuens recipienti, sed inuitus nemo gaudet, ergo, &c. ¶ In contrarium est tex. præsentis c. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ beneficium potest dari inuito. Ista conclusio patet. Tum quia pro festinante perire potest appellari. vt. ff. de appel. non tantum. Item pro inuito potest debitum solui, vt. ff. de solu. l. soluere. Item consanguineum meum, etiam inuitum possum à seruitute reuocare, vt. ff. de libe. causa. l. 1. & 2. Præterea inuito datur beneficium absolutionis ab excommunicatione, sicut etiam inuitus potest excommunicari, & sic dicit S. Tho. in 4. d. 18. & sic de multis alijs potest poni exemplum, cum dicat Aug. in litera, ꝙ multa præstantur inuitis. Ad quod dr̄ in opposi tum. Respondetur, ꝙ ibi beneficium dr̄ priuilegium, ꝙ nō datur inuito, quando est in præiudicium aliorum. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ sufficit ad rationem beneficij, ꝙ ex se gaudium tribuat suscipienti, licet suscipiens propter indispositionem non sentiat gaudium illud, sicut in Phreneticis, & infirmis patet, quibus multa vtilia beneficia conferuntur, quæ tamen ipsi amarissime ferunt.

Margin notes (left column): Prima cōclusio. Exemplum Heliæ. Exemplum Helisei. Exemplum Pauli. Exemplum Syluestri. Secūda cōclusio. August. Chrys. Grego. Tertia conclusio. 2 Henrycus. Ad primā arg. 3 Ad alia ar. Exponit literam.

Margin notes (right column): Quæstio. Primū ar. Secūdū ar. Opponit et Respōd. Ad primū arg. Ad secūdū.

SVnt enim. Quia dictum est supra c. proximo, ꝙ tam corripiens, quam puniens, quam etiam orans, vt quis conuertatur ad viam rectam dat elemosynam, quia mīam pręstat. Ideo subdit, quot sunt genera eleemosynarum, dicens quòd sunt tria genera eleemosynarum, ad quod inducit duo cap. sequen.

1 *Eleemosinarum an conuenienter assignentur tria genera.*




Ria sunt genera. Sequitur ca. hoc quod est Albini doctoris eximij, in quo ponit, ꝙ tria sunt genera eleemosynarum. Breue est, & non diuiditur. ¶ Pro pleniori huius c. intelligentia. Quæritur. ¶ Vtrum conuenienter tria genera eleemosynarum, assignentur in litera. Et arguitur multipliciter, ꝙ non, Primo sic. Quòd duo tantum videntur esse genera eleemosynarum. s. spūalis, & corporalis. vt in c. immediate sequenti. ergo, &c. ¶ Secundo Sic. communiter ponuntur septem eleemosynæ corporales, s. pascere esuriētem, potare sitientem, vestire nudum, redimere captiuum, colligere hospitem, visitare infirmū, & sepelire mortuū, quæ in hoc ver. continentur. Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Ponuntur autem aliæ eleemosynæ 7. spūales. s. Docere ignorantem, consolari tristem, corrigere peccantem, remittere offendenti, portare onerosos, & graues, & pro omnibus orare, quæ etiam in hoc versu continentur. Consule, castiga, solare, remitto sic ora. Ita tamen, ꝙ sub eodem intelligatur consilium, & doctrina, ergo videtur, quod inconuenienter assignentur in litera tria genera eleemosynarum. Patet consequentia, quia de corporali eleemosyna non exemplificat, nisi indigenti tribuere. de spūali non ponit nisi duo. s. remittere offendenti, & corrigere delinquentem. ¶ Tertio sic. Dare eleemosynam est, actus mīæ, sed corrigere delinquentem, magis videtur, ad sinceritatē quam ad mīam pertinere, ergo videtur qđ correctio delinquentis inconuenienter ponatur inter gn̄a eleemosynarum. ¶ In oppositum est tex. præsentis ca. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ conuenienter hic tria genera eleemosynarum assignantur. Et ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam dicitur, quod sub vno genere eleemosynæ spirituales comprehendit August. in capi. se. duo genera, quæ hic ponuntur, sicut dicit. ¶ Ad secundam respondetur

Margin notes: Quæstio. Primū ar. Scd̄m arg. Versus. Opponit et Respōd. Ad primū argumen

spōdetur, ꝙ sub illo genere eleemosynæ corporalis, quod est subuenire indigenti, comprehenduntur omnes septem corporales eleemosynæ. Pro quo notandum iuxta S. Tho. in 2.2.q.32. articul. 2. quod eleemosinæ corporales ordinā tur ad tollendum defectus proximorum ex parte corporis sicut spūales ad tollendum defectus ex parte animæ. Defectus autē corporis, aut est in uita, aut post mortem. Si qui dem est in vita, aut est communis defectus respectu eorū, quibus omnes indigent, aut est specialis propter aliquod accidens superueniens. Si primo modo dupliciter, aut est defectus exterior, aut interior. Interior quidem est duplex vnus quidem, cui subuenitur per alimentum sic, cum, s. fames, & secundum hoc ponitur pascere esurientem. Alius est cui subuenitur per alimātum humidum scilicet sitis, & secundum hoc dicitur potare sitientem, Defectus autem communis respectu exterioris auxilij est duplex. Vnus respectu tegumenti, & quantum ad hoc ponitur vestire nu dum. Aliud est respectu habitaculi, & quantum ad hoc est, suscipere hospitem. Similiter autem si sit aliquis defectus specialis, Aut est ex causa intrinseca, sicut infirmitas. Et quā tum ad hoc ponit Visitare infirmū. Aut est ex causa extrinseca. Et quantum ad hoc ponitur redemptio captiuorum. Post vitam autem exhibetur mortuis sepultura. Et sic patet, ꝙ sub illo genere, quod est subuenire indigenti, comprehenduntur omnes istę septem eleemosynę corporales. Ad hoc vero, ꝙ dr de spiritualibus eleemosynis, ꝙ tantū duo genera posuerunt. Respondetur, ꝙ August. non negā do, quin alia essent genera eleemosynarum, solum ponere curauit principalia genera spūalium eleemosyarum, quæ ordinātur cōtra defectus culpæ qui sunt maximi defectus Culpa.n. aut est in nos commissa, & sic remedium adhibe mus remittendo offensam. Et hoc est primum genus eleemosynæ spiritualis, quod ponit, Aut est culpa proximi in se peccatis. Et sic adhibetur remedium per correctionem, quod est secundum genus eleemosynæ spiritualis, ad quæ duo possunt reduci omnia alia. ¶ Ad tertiam respondetur (*Ad tertiā.*) iuxta sanctum Tho. vbi supra, ꝙ correctio peccantiū, quā tum ad ipsam executionem aictus seueritatē iustitiæ continere videtur, tamen quantum ad intentionem corrigentis, qui vult hominem à malo culpæ liberare, pertinet ad misericordiam, & dilectionis affectum ſm illud Prouerbiorum 27. Meliora sunt verbera diligentis, quam fraudulenta odientis oscula. Le. ¶ [Tria sunt corporalis]. s. cū res corporalis datur egenti. Esa. 58. Frange esurienti panem tuū, (*Exponit literam.*) egenum, & vagum induc in domum tuam. cum videris nu dum cooperi eum, & hæc est eleemosyna corporalis, quæ est multiplex, vt dictum est. [dare quicquid poteris]. i. secū dū facultatem potentiæ tuæ. Hug. [Altera est spiritualis dimittere.] saltem, quo ad rancorem, vltra non cogitur, si ille potest satisfacere, vt d.90. si quis contristatus & 23.q.4. si il lic Hug. de isto genere eleemosynæ dr. Lucæ 6. Dimittere, & dimittemini. sic etiam oramus Mat. 6. Dimitte nobis debita nostra. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris 3. est delinquētem corrigere, quantum interest. De hoc eleemosynarum genere dr Prouerbio. 9. Correctio tribuit sapientiā. [Sed quærit psal.] in psal. 118. In quo corrigit adolescentior viam suam? Respondet in custodiendo sermones tuos. [in quibus scilicet est disciplina.] reducens ad viam rectam.

1 *Eleemosinæ spirituales, an sunt potiores eleemosinis corporalibus.*

2 *Eleemosinarum comparatio potest attendi dupliciter.*



Væ sunt eleemosynæ Sequitur. ad idem hoc c. ꝙ non bene attribuitur August. sed debet attribui Isidoro, qui hoc ponit 3. li. de summo bono c.8. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit duo genera eleemosynarum. s. corpora (*Diuisio.*) lis, & spiritualis. In 2. comparat ea ad inuicem dicens, eleemosynam spiritualem digniorem, & potiorē esse eleemosyna corporali. Ad hoc assignando rationes. Secunda ibi. Eleemosyna corporalis. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur. ¶ †Vtrū eleemosynæ spirituales sunt potiores, (*Quæstio. Primū ar.*) 1 eleemosynis corporalibus. Et videtur, ꝙ non. Primo sic. Eleemosyna ordinatur ad subueniēdum indigētiæ, sed magis indiget homo in corpore, quam in anima, siue spiritu, ergo potior est eleemosyna corporalis quam spiritualis. Consequentia patet, probatur minor, quia indigentia animæ per inquisitionem amoueri potest, & multis alijs modis, & non redit remota semel, vel non vniuersaliter redit, sed corporis indigentia continue affligit, & euitari non potest, & redit remota, vt fames, & sitis. ¶ Secundo sic. Quan tominus recompensatur danti eleemosynam, tāto melior (*Secūdū ar.*) & fructuosior est, eleemosyna: vnde dicitur Matth. 6. receperunt mercedem suam, qui laudem pro eleemosynis quę runt, sed in corporalibus est minor recompēsatio, quia bona spiritualia alijs communicata, in possidente crescunt: ergo elemosynæ corporales sunt potiores. ¶ Tertio sic. Quā to eleemosyna plus satisfacit desiderio, tanto gratior est, quia magis consulatur sed magis satisfit per eleemosynas (*Tertiū ar.*) corporales desiderio pauperis, quam per spirituales, quia defectus corporales magis sequuntur, ergo videtur, ꝙ eleemosynæ corporales sunt potiores. ¶ In oppositum est text. præsentis c. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ simpliciter, & absolute eleemosynæ spirituales sunt potiores, quam eleemosy (*Opponit et Respōd'*) næ corporales. Pro cuius conclusionis euidentia est notandum, tam secundum S. Tho. vbi supra, quam secundum Alb. 2 in 4.d.15. † ꝙ comparatio eleemosynarum potest attendi dupliciter. Vno modo simpliciter, & secundum hoc sicut dictum est eleemosynæ spirituales præeminent triplici ratione. Primo quidem, quia id, quod exhibetur est nobilius. s. donum spirituale, quod præeminet corporali, secundum illud Prouerb. 4. Donum bonum tribuatur vobis, legē meā non derelinquatis. Secundo ratione eius, cui subuenitur, quia spiritus nobilior est corpore, vnde sicut homo sibi magis debet prouidere, quantum ad spiritum, quam quātum ad corpus ita & proximis, quos debet diligere, sicut seipsum. Tertio, quantum ad ipsos actus, quibus subuenitur proximo, quia spirituales actus sunt nobiliores corporalibus, quia sunt quoddammodo seruiles. Ponuntur autem in litera præsentis c. aliæ duæ rationes. Vna est, quia eleemosyna spiritualis nunquam deficit. Siue.n. homo sit diues, siue pauper semper potest eleemosynā spiritualem facere, sicut remittere offensam, & orare, & similes, corporales vero nō semper potest facere, nisi habeat res corporales, sed magis in promptu habet facere eleemosynam spiritualem, quā corporalem. Alia ratio est, quia eleemosyna spiritualis valet ad salutem sine corporali, vt patet in paupere, qui non habet ad dandum indigenti. Corporalis vero non valet ad salutem, si non processerit ex affectu, s. ex charitate, vnde 1. ad Cor. 13. inquit Apostolus. Si distribuero omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, &c. Alio modo potest fieri comparatio inter istas eleemosynas secundum aliquem casum particularem, in quo quædam eleemosyna corporalis alicui spirituali præfertur puta magis esset pascendum fame morientem, quam docendum, sicut, & indigenti, secundum philosophum melius est ditari, quam philosophari, quamuis hoc sit simpliciter melius. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur negando cō sequentiam & est iuxta sanct. Tho. vbi supra, quoniā plus dare indigenti non est melius, nisi cætera sint paria, vnde (*Ad primū arg.*) si minus indigens sit melior, & melioribus indigeat dare ei melius est. Sic autem est in proposito, quia anima multum melior est, ꝗ corpus. Alia etiā rō assignari pōt iuxta S. Tho. in 4. quia licet corpus habeat plures indigentias ꝗ spūs, tñ indigētiæ, spiritus sunt magis fugiendæ, ꝗ indigentiæ corporis, sicut eligibiliores sunt spirituales, quam corporales diuitiæ, vnde eleemosynæ spirituales, quæ ordinantur ad remediū indigentiæ spiritus, sunt potiores. ¶ Ad secundā respondetur negando assumptum, & ratio est iuxta S. Tho. in 2.2. & in 4. quia recompensatio non minuit meritum, & laudem eleemosynæ, si non sit intenta, sicut hūmana etiam (*Ad secūdū.*) gloria, si non sit intenta non minuit rationem virtutis, sicut etiam de Catone dicit Salustius. ꝙ quāto magis gloriā fugiebat, tantum magis eum gloria sequebatur, Et ita con tingit in eleemosynis spiritualibus. Et præterea intētio acquirendi aliquod bonum spiriuale non minuit meritum quia per ipsum Deo coniungitur, sicut frequenter contingit sicut intentio acquirendi bona temporalia, vnde Albertus magnus in 4.d.15. dicit ad illud Mat. 6. Receperūt mercedem suam, quod non intelligitur de spirituali mercede, sed temporali, & transitoria, & non de augmento gratiæ, quod sæpe fit merito eleemosynæ. ¶ Ad tertiam respōdet negando consequentiam, & ratio est iuxta san. Thom. & si (*Ad tertiū*) minus sentiat aliquis defectus spirituales, quā corporale

hoc est

hoc est propter defectũ eius. Non autem mensuratur meritum eleemosynæ, ſm ꝙ acceptat, qui recipit, ſed ſm, quod acceptare debet, alias meritum dantis, & recipientis penderet arbitrio, ꝙ falsum est. Lege. ¶ [Quæ cordis.] Sub isto membro comprehenduntur duo genera in præmisso capi. distinct. [à quo lesus es.] subaudi, & hic maior, & melior est [Nam dare, &c. redundat]. i. abundat Hug. [Eleemosyna] . pars [maior]. i. melior, dignior, & efficacior, quia per eam constituitur, quis dignus vita æterna Hu. Sunt etiam rationes assignatæ supra huiusmodi maioritate, qua eleemosyna spũalis supereminet corporali [sine terrena substantia]. i. sine terrenis diuitijs, quasi dicat. Et si non habeantur diuitiæ [benigno]. i. charitate firmato Hug. [vel benigno,] quia qui dat (vt dicit glo.) non ex charitate, sed vt remoueat à se importunam petitionem. [peccant]. s. venialiter, vt d. 25. §. criminis. sed hoc vt dicit Arch. non est intelligendum, ꝙ talis sic, dando, peccet etiam venialiter, sed tantum cum exasperat pauperem verbis, vnde hic sententia Io. videtur consonare verbis Gregorij dicens, qui dat pauperi, non vt refrigeret viscera indigentis, sed, vt careret tædio interpellãtis, & rem perdidit, & meritũ, & est simile 23. q. 6. §. ex his omnibus. vbi dicitur, qui inuitus dat propter præsentẽ pudorem, & rem, & meritum, perdit. Arch.

Exponit literam. — *Arc.*

1 *Iudex bonus debet miscere misericordiam cum seueritate.*
1 *Correctio primo debet procedere, ex amore.*
Et cum compassione nu.
Et cum mansuetudine nu. 4.
5 *Modestia seruanda est in correctione.*
6 *Extremorum neutrum est tenendum sed medium.*



Ex his. Hic incipit 3. pars huius d. in qua ꝓbatur, ꝙ in correctionib. debet semper iudex miserere mĩam cum seueritate, & hoc probat per 4. authoritates. Soluit etiã cõtrarietatem. quæ videbatur esse in authoritatibus supra positis, & dicit ad concordiam dicens. ¶ [Ex his scripsit]. 1. Petri 5. secundum Io. de Deo. & Arch. [Sunt namque nonnulli.] ista est prima autoritas ad
1 probandum, † ꝙ bonus Iudex debet miscere misericordiã cum seueritate, & scribit eam beatus Gregorius in moralibus. Et diuiditur, hoc c. in duas partes. In 1. recitat quorundam discretionem, quam habent in corrigendo subditos, suos, quæ est, ꝙ aut rigorose sine aliqua admistione benignitatis, aut ita mansuete, vt nullam adhibeant discretionẽ disciplinæ. In secunda docet modum obseruandum in correctionibus per Prælatos, vt. s. mãsuetudo, & discretio adinuicem non separentur. Secunda ibi: Vt cunctis. ¶ Pro ple-
2 niori intelligentia horum capitulorum in quibus potissime tractatur de modo correctionis est notandum, † ꝙ correctio primo debet procedere ex amore Apo. 3. Ego quos amo, arguo, & castigo, sunt tñ qui illos maxime arguunt, & corrigunt, quos videntur non amare, & talis correctio ab his qui corripiũtur ꝓsecutio hostilis reputatur Es. 11. Egredieť virga de radice Iesse ꝙ interpretať incendiũ. Id est de incẽdio amoris debet egredi virga correctionis 2. Ad hoc The. vlt. Nolite quasi inimicum æstimare, sed corripite, vt
3 fratrem. ¶ † Secundo debet fieri correctio cũ cõpassione vt patet ex cap. præsenti. Ait enim Gregorius. Nequaquam iacentem erigit, qui status sui rectitudinem per compassionem non flectit Augu. Duo sunt nomina. Homo peccator, quia peccator est, Corripe. Quia homo est, Miserere. psal. 140. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, sicut dicit gl. super illud Matt. 5. Qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Iustitiæ lumẽ est mĩa. Sine mĩa iustitia totus furor est, Vnde, vt dicit Gregorius. Omnipotens Deus idcirco Principem Apostolorum cadere permisit, vt in culpa sua disceret, qualiter alijs misereri deberet. ¶ Tertio
4 † debet fieri correctio cum mansuetudine Psal. * Superuenit mansuetudo, & corripiemur. Seneca. Vitia animi, sicut vitia corporis leniter tractanda sunt Ga. sexto. Vos quid spirituales estis hmõi instruite in spiritu lenitatis. ¶ Quarto
5 † seruãda est in correctione modestia. Tenendũ est mediũ inter remissionẽ, & districtũ zelũ, sicut in c. præsenti 2. ad Tim. 2. Seruum Dei oportet esse patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. Lege. ¶ [Districti] . i. districtionẽ, & iuris rigorẽ seruantes Hu. [Amittat] hoc est, vt malum, de pœn. d. 1. serpens. in fine [perdant] hoc est vitium 40. d. sæpe 23. q. 4. quædam in fine Archi. [vnde] 2.

Diuisio. — *August.* — *Gregorius* — *Seneca.* — *Exponit literam.*

pars. [vtraque]. i. hæc duo supra e. disciplina c. omnis Hug. [deserat] 86. d. c. 1. & 2. d. c. 1. & 2. & c. quando & 23. q. 4. duo. Arch. [quatenus nec à compassione.] Ex hoc verbo potest, solui contrarietas supradicta. s. ꝙ in omni iudicio debet esse misericordia interior. s. compassionis [rogat] ne dissoluatur. Hu. [sermone modesto] affabili miti, & temperato, nõ nimis mordente, quod fit cum, quis corripitur verbis. [ex
6 altero sibi associato.] Hu. aperte colligitur ex hoc cap. † qđ neutrum extremorum, sed medium tenendum est. Medium. n. tenuere B. Et virtus est medium vitiorum Hug. In cuius doctrinæ signum Saluator noster. Luc. 10. in vulnera sauciati infundit vinum tergens, & oleum liniens.

1 *Dedignari proprie quid dicatur.*
2 *Indignari quid dicatur.*



Vera iustitia. 2. Autoritas ad idẽ sequiť, & est beati Gregorij, in qua assignatur differentia inter veram, & falsam iustitiam, & inter indignationem, & dedignationem. Vera. n. iustitia semp est cum misericordia, & compassione, & indignatione.
1 Falsa vero iustitia semper est cum dedignatione. † dedinari proprie est cum superbia irasci, corripere, & increpare † In dignari vero proprie est ex misericordia, & charitate irasci, & causa correctionis, & est bonorum, sicut dedignari malorum. Vnde proprie dicuntur mali, & falsi iusti dedignari peccatoribus, quia sụpbia, & elatione irascũtur eis, sed boni indignantur peccatoribus, quia ex misericordia, & causa correctionis eis irascuntur Hu. ¶ [Vera iustitia] hoc est cum caritate. quasi dicat, ille, qui est vere iustus, compassionẽ habet erga peccatores, & infirmos. [falsa iustitia] nõ est, hypochrisis est oppositio in obiecto, quia falsa iustitia non est iustitia, sed iustitia dr̃ iustitia opinione hominum qui prædicant quosdam esse iustos, qui tamen non sunt. Sæpe. n. vitia esse mentiuntur, vt d. 40. sæpe. Falsa etiam virtus dr̃ 28. q. 1. §. ex his & alibi. Iniusta mĩa cũ nulla mĩa sit iniusta. vt 23. q. 4. est iniusta, & alibi Periculosa & falsa est mĩa & bonitas inimica iustitiæ, cum nulla misericordia sit periculosa, vel falsa, & nulla bonitas sit inimica iustitiæ, vt d. 50. si quis Diaconus. dedit [falsa dedignatione]. s. elationem sụp biẽdo cõtra pc̃tores, & infirmos tales vidẽtur iusti, & non sunt, sed iusti licet indignentur, nunꝗ tñ de dignanť, & hoc est, ꝙ sequitur [quamuis typo superbiæ]. i. per superbiam eleuatam [disciplinæ]. i. correctionis, quod faciunt, boni, & hoc est proprie indignari: indignantur. n. causa correctionis, irascuntur malis: irrascitur. n. iustus peccatis palearum. vt 7. q. 1. §. cum vero. [sed non de dignantes]. i. non sunt ex elatione irascentes, sicut. n. dictum est, dedignatio, in malum sonat, includit enim superbiã, commotionem & contemptum. Indignatio vero aliquando sonat in malũ cum procedit ex superbia, sed tunc accipitur in bonum, vt hic, cum procedit ex charitate, & zelo disciplinæ, nõ vt proximus cadat, sed vt à peccato resurgat, & maius bonũ, non impediat. [Aut potius, & quo]. i. quantum [eo]. i. intantum quanto. n. quis magis per arrogantiam extollitur tanto magis à luce veri luminis separatur, vt dist. 49. hinc [peccatores fiunt] sicut patet de phariseo, qui se iustificabat d. Non sum ego sicut cæteri hominum, & publicanum condemnabat, qui de templo exiuit condemnatus Lucæ. 17.

Exponit literam.

1 *Homo debet considerare ex seipso, quę sunt proximi.*
2 *Prælatus debet singulos iuuare & releuare pro posse.*




Recedite Sequitur ad idem 3. authoritas quæ est beati Hieronym. super Hieremiam. Et sunt verba malorum, & superborum rectorum, siue prælatorum male intelligẽtium, & contra sensum prophetæ inducentium hæc verba contra peccatores, & infirmos, quæ verba sunt intelligenda de corporali recessu siue separatione, quod est verum, sed intelligenda sunt de spirituali, vt 23. q. 4. recedite. Boni. n. prælati non dicũt sic, sed compatiuntur, sed errantes quærunt, vt eos ad veritatis viam reducant. Et potest diuidi in duas partes. In 1. ponit verba eorum, qui habent falsam iustitiam. In secunda rationibus illa exprobat. Secunda ibi. Sed talis. Lege. ¶ [Recedite.] verba sunt habentium falsam iustitiam, qui verba ista sumunt ex Es. 52. vbi diciť. [Recedite, exite inde pollutũ nolite tãgere.] exite de medio eius. Item huiusmodi superbi rectores peruerse intelligentes, sumunt verba

Diuisio.

Hieremiæ Trenorum 4. vbi dicitur. Recedite polluti, clamauerunt eis recedite, abite, nolite tangere. Super quo ver-
Henrycus. bo Hieronymus dicit. Verba prædicta in hoc ca. contenta. [Talis loqueia]. 2. pars. Talis. n. locutum non illuminat cœcum, quia non sonat à cęcitate culpę, nō sonat ægrotū, quia non curat morbum peccati. & infra non curat infirmum,
1 ex sua infirmitate. †Debet. n. homo considerare ex seipso, quæ sunt proximi. Nam Deuter. 6. legitur, & repetitur Ma. 22. Diliges proximum tuum, sicut teipsum, & Matt. 7. Quęcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis, & similiter Lucæ 6. Ex sua infirmitate. Vnde dominus permisit Petrum cadere, vt ex sua infirmitate disceret, qualiter alijs misereri deberet, vt d. 40. considerandum. [Mansuetudinis], qui vt dicit Apostolus 2. ad Tim. 2. oportet seruum Dei mansuetum esse, vnde Apostolus ad Gal. 6. notáter dicit. Si præoccupatus fuerit homo ī aliquo delicto, vos qui spirituales estis, hmōi instruite in spiritu leuitatis, considerans teipsum, ne & tu tenieris, alter alterius onera portare. Dicit etiam psal. *89. c. Superuenit māsuetudo, & con-
Seneca. ripiemur, vnde & Seneca ait, ꝙ vitia animi, sicut vitia corporis liniter sunt tractanda. [Leuamen.] debet. n. prælatus, singulos iuuare, & releuare pro posse, vt 8. q. 1. Clemens, & de pœnitentia cuiuslibet congratulari 26. q. 6. 7. petentem. Hug. [Laqueo.] de quo psal. 90. Liberauit me à laqueo venantium. & à verbo aspero, verbum sic asperans illaqueat, & mittit peccatores in desperationem. [In foueam.] quia rector superbia excœcatus se, & cęcum peccatorem trahit in foueam peccati, vt contingat, quod Saluator ait Ma. 15. Si cœcus cœcum ducat, ambo in foueam cadunt. [doctor] Paulus. 1. ad Corinth. 9. factus infirmus aliorum infirmitates suas faciens per compassionem, vnde 2. ad Corinth. 11. dicit. quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror.

3 *Remissio in prælato assimulatur pigritiæ in agricola, & vinitore.*
4 *Plures, an conuenienter veniant puniendi pro peccatis vn us.*
5 *Pœna licite augetur propter multitudinem peccantium.*
6 *Iudex qui parcit malis hoc ipso nocet bonis.*
7 *Iustus sæpe perijt pro impio.*



Ed illud non otiose. Sequitur 4. autoritas ad idem. Et est eiusdem beati Hieronymi super 2. Regum. In qua specialiter loquitur contra Prælatos, qui volentes ostendere se intantum beneuoles subditis suis, vt disciplinam omnino negligant correctionis, timentes, ne subditi de eis ma-
Diuisio. le loquantur, & nō attēdentes qualiter in multis locis præcipiatur correctio, & seueritas disciplinę, non considerantes etiam, ꝙ quandoque pro vno peccante totus populus flagellātur. Et potest hoc c. diuidi in duas partes. In 1. ponit, ꝙ quandoque vno peccante ira Dei super populum venit. In 2. assignat causam, vnde hoc contingat, dicens, quod eo, ꝙ Prælati non corrigunt culpas subditorum, & reprobat eorum negligentiam multipliciter autoritate. Secunda ibi: Hoc quomodo accipit. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. veniunt hic duo quærenda.
1 ¶ Primum est, quæ sunt illa, quæ incitare debent prælatos ad correctionem subditorum suorum.
2 ¶ Secundum est, quæ sunt mala, quæ sequuntur ex remissione, & negligentia prælatorum in corrigendo.
respōdet 1 Ad primum. Respondetur, †ꝙ multa sunt, quæ ꝑlatos incitarent debent ad corrigen-
Primum. dum. Primum est frequens admonitio sacræ scripturę, sicut patet in litera huius ca. Et præterea scribitur ecclesiastici. 19. Corripe amicum tuum, & 1. ad Thessa. 5. Corripite inquietos. Item ecclesiast. 7. Si filij tibi sunt, erudi illos à
Secūdum pueritia eorum, &c. ¶ Secundum est exempla, & maxime Christi Matt. 21. Zelus domus tuæ comedit me vos autem fecistis istam speluncam latronum, & Ioan. 2. cum fecisset, quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. &c. Item exemplo zeli in Moyse, & Leuitis, qui vindictā sumserunt de idolatria Iudaici populi. Exod. 32. Item in Helia, qui interficit prophetas Baal 3. Reg. 18. Similiter in Mathatia qui trucidauit Iudęum sacrificantem idolis 1. Macha-
Tertium. beorum 2. ¶ Tertio incitat ad correctionem faciendam vtilitas ex ea proueniens. virga quidem correctionis fructifera est, vnde signata est per illa, quę protulit flores, & amigdala. Numeri 17. de cuius vtilitate dicitur prouerbiorum vigesima nona. Virga, atq; correctio tribuit tibi sapiētiā. Et ideo dr̄ ecclesiastici 30. Qui diligit filiū, assiduat illi flagella vt lætetur in nouissimo. ¶ Quarto incitat ad correctionem Quartum
malum proueniens ex defectu correctionis, de quo in præsenti c. habet, ꝙ qn̄ q̄ ꝓ eo ꝙ ꝑlati negligūt corrigere subditos suos, ira Dei descēdit super populos illis commissos. Præterea patet exemplo Heli. 1. Regum 3. Suscitabo aduersus Heli omnia, quæ loquutus sum super domum eius, eo ꝙ nouerit filios indigne agere, nec corripuit eos & 3. Reg. 1. Adonias elauabatur dicens. Ego regnabo & infra nec corripuit eum pater suus, aliquando, quem occasione Regni Salomon postea fecit occid., vnde Prouerbiorū 13. dicit: Qui parcit, virgæ suæ odit filium suum. Et Prouerbiorum 29. Puer, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam, & hoc sufficiat causa breuitatis pro primo.

Circa secundum. Videlicet quantum malum sit remissio, & negligentia Respōdet
2 correctionis in prælatis, †est notandum, ꝙ zelus indiscret* reprehensibilis est, ita, & remissio. Bernardus. Non irasci, vbi irascendum est, & nolle emendare, peccatum est. Plus Bernardus
vero irasci quam irascendum, est peccatum addere: remissio ipsa est, vt somnolentia in rectore nauis in tempestate, & periculis. prouerbiorum 23. Eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso claue. Es. 56. ꝑlatum negligentem assimilat dormienti, de cuius manu
3 cadit baculus pastoralis. †Itē remissio in prælato assimillatur pigritiæ in agricola, & vinitore: Prouerbiorum 24. Per agrum pigri hominis transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerāt superficiē eius spinæ. Item remissio huius in prælato est, sicut defectus latratus in cane gregem seruāte, quem lupus inuadit, Esa. 56. Canes muti non valentes latrare. Item est defectus buccinæ in speculatore exercitus. Ezech. 33. Si speculator viderit gladium, & non insonuerit buccina, & populus non custodierit se, veneritque gladius, & tulerit de his animam ille quidem in iniquitate sua captus est, verutamen sanguinem eius de manu speculatoris requiram, & hęc de secundo Lege. ¶ [Non otiose]. i. non negligenter cōsiderandum, sed cum timore aduertendum. [ira]. i. vindicta, & afflictio [venit]. i. conuenit, & infertur quandoque Hug. ¶ Hic sur- Isa 56. Exponit literam.
4 git quæsti. ¶ †Vtrum conuenienter propter peccatū vnius plures veniant puniendi. Et videtur, ꝙ non quia Ezec. 18. dicitur, non portabit filius inquitatem patris. ¶ In oppositū est tex. præsentis. c. ¶ Item secundo patet, quoniam Adam peccante omnes puniti sumus. ad Rom. 5. ¶ Tertio Achor peccante in furto anathematis Hierico. Ira Dei Descendit in populum, & multi occisi. Iosue 7. & 23. q. 4. si ea. Item 1. q. 4. §. item. Achor. ¶ Cæterum 4. patet quia Dauid peccante in numeratione superba populi, plures de populo ab angelo cæsi sunt 2. Reg. 24. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ nulla, sine propria culpa punitur pœna spirituali, aut æterna. Nā paruuli, vel in originali decedentes participes sunt culpæ, Adę, in quo omnes peccauerunt, & egent gloria dei. ad Roma. 3. Qui vero non imitantur peccata proximorum parē tum, non puniuntur pœna æterna propter peccata aliena. Et sic verum est, quod filius non portabit iniquitatem patris, sed dum filius imitatur patrem in peccando, sua culpa punitur. Et ita domin' dr̄ visitare peccata patrum in filios. Exod. 20. quia partes, in culpa imitantur, vt exponit Augu. super psalmum 108. & Hierony. super Ezec. c. 18. Pœna vero corporali, & temporali punitur filius pro peccato patris, vnde 2. Regum 12. pro culpa Dauid mortuus est filius eius. Et pro culpa Cham punitus est Chanaam filius eius. Ge. 9. Similiter & pro culpa Principis puniunt̄ tpaliter aut corporaliter subditi. Et horū rō est, quia filius res patris, quo ad tēporalia & corporalia, & similiter subditi res sunt principis, vnde in punitione eorum iuste punitur temporaliter pater, & princeps. De hoc vide, quod notauimus supra circa c. ius generale nomen d. 1. Et de pœn. d. 3. §. Illud vero. Et sic patet, quid dicendum est ad quæstionem. Lege. Primū ar. Opponit contrariū. respondet. August. Hierony.
¶ [Hoc quomodo] interrogatiue legitur, alia litera habet, quando Hug. sed quomodocunque dicatur eadem est sententia. [Ne forte.] Per hoc deprehenduntur mercenarii. vt 43. d. c. 1. & hinc pernicies non modica paratur. vt d. 84. nihil. [& sibi mors æterna paratur] cum magis timeant hoīes Exponit literam.
quam

quam Deum, & magis diligant corpus, quam animam, 31. q. 3. Lotharius, & 11. q. 3. non solum Hu. [seueritati] i. correctionis. Arc. [vt scriptum est]. 1. ad Ti. 5. [Coram omnibus]. i. publice, & manifeste, quod verum est de peccatore publico, secus de occulto, vnde Dominus peccatorem occultum Iudam non reuelauit Matt. 26. qui etiam Matt. 18. dixerat. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipsum solum. Hæc ergo determinatio coram omnibus refertur ad vtrunque. s. ad peccantem [& argue.] Nam peccantem secrete, publice arguere est ipsum publice prodere, vt secunda quæstione prima si peccuit. Si vero peccet publice, & non arguis publice sed tantum secrete, non edificas alios remouens scandalum ab alijs, & est argumentum, quod quis publice, quandoque debet purgari, corrigi, vel puniri, vt scandala vitentur, & metus cæteris in
5 a feratur. Argu. 2. q. 5. si mala. hic est casus, in quo Iudex potest pœnam exasperare, & augmentare. Pœna. n. exasperanda est cum multis crassantibus opus est exemplo, † propter multitudinem. n. peccatum licite augetur pœna a. vt. ff. de pœn. l. aut facta. §. vlt. Et iterum illud nolunt complete auferre excommunicando. Hu. [malum]. s. hominem. Hug. 2. q. 1. de manifesta. & [spiritus]. i. anima. [nec illud euangeli j] Matt. 18. [expulsum] per excommunicationem Hu. [vel vt Gentilem] quo ad sacramenta, quia separatus est à communione sacramentorum, sicut Gentilis, sed cum Gentili comedere possumus, & loqui, sed non cum excommunicato. Hoc plenius distinguetur 2. q. . Si peccauerit. [moliuntur] i. parant. Argu. Iudicem parcentem mali, hoc ipso nocere bonis Arg. 23. q. 4. est iniusta. [quæ ista misericordia est] dicit contra quosdam stultos, qui remissionem misericordiam putant, cum sit maxima crudelitas, misericorditer. n. agitur cum frenetico, quando ligatur, ne se præcipitet in puteum, & cum Lethargico, quando etiam per Capillos de igne extrahitur, & cum oue quando de ore lupi infernalis semiuiua eruitur. Amos 3. cũ vni, &c. [Indiscrete] . i. indistincte, quod facit, qui iniuste miseretur [polluitur] per exemplum vel consensum Hu. vt. n. inquit Apostolus prima ad Corint. 5. Modicum fermentum totã massam corrũ
6 pit, [vel polluit] i. punitur, & affligitur, vt 1. q. 1. fertur. † Sæpe. n. iustus perijt pro impio, vt de consecr. d. 1. in sancta. [Hinc, & alibi] vbi autem hoc scriptum sit, nõ dicit hic glo. supponens, q̃ istius dicti non habemus authorem verum, est aũt hoc q̃ pietas, & disciplina debeãt esse in rectore, vt pietatem reddatur rector, quasi mater, & p̃ disciplinã velut pater. Mater filio cõpatitur, sed pater filiũ percutit virga. De matre dicit Ecclesiastici 4. Esto pupillis misericors & miserebitur tibi plusquam Mater, & Esa. 49. Non potest mater obliuisci infantis vteri sui, & Esa. 66. sicut mater blãditur filio suo, sic ego consolabor vos. De patre autem dicitur Prouer. 13. Qui parcit virgæ odit filium, & Prouerb. 23. Noli subtrahere à filio tuo disciplinam. Si percusseris eum virga, non morietur. Tu autem virga percutis eum, & animam eius de inferno liberabis.

a ¶ Pœna: Pęna propter ie dicitur lucrũ fisci Pe. de An. in c. in tellexiimus nu 11. de adul Mul tiplicatur et pæna ex geminatione delicto rũ Bal in l. quicũque de ser fug. & l. si quis nõ dicam rapere de Epi. & cle.

Percussor quoque. Hic incipit 4. pars huius distinctionis, vbi prosequitur de percussione spirituali, quia superius locutus est de corporali, secundum Ioan. de Deo, & Arch.

Cõtinuatio


Diuisio.

Exponit literam.

Sane. De hac percussione spirituali subiungit Gratianus hoc c. quod est Anacleti, q̃d potest diuidi in duas partes. In prima dicit, q̃ percussor spiritualis dicendus sit qui sermone inutili infirmos amicos percutit. In secunda ostendit, qualis debeat esse doctor, qui habendus est à fidelibus. Secunda ibi, Iõ tenere vos. Leg. e [Sane percussor] alibi dr̃ homicida. de peniten. distinct. prima noli. Hugo. [inutili.] id est est non vtili, sed prauo, quia mala, & praua suadet. Ioannes de Fantucijs. Vel bona, sed indiscrete, & inordinate, vt distinctione quadragesima tertia capitulo primo, Hugo. [percutit] ad destructionem vigesima secunda quæstione quinta, quoties. Archidiacon. [Ideo] secunda pars. [eum] verba sunt Apostoli ad Titum primo vsque ibi. Et recte doctrinam fidelem] id est veracem, quæ ad fidem Christi pertinent continentem [potens sit] scilicet ille sermo, vel prælatus ipse [& contradicentes] scilicet veritati redarguere, he enim sunt duo sapientis opera secundum philosophum nõ mentiri, de quibus nouit, [& mentiẽtem manifestare posse. [Et recte viuentes, &c.]

¶ Distinctio Quadragesima sexta.

1 *Litigiosis propter duas causas prohibetur ordinari. & numero 4.*
2 *Litigium proprie consistit in verbis.*
4 *Et inuenitur in scriptura prouenire ex multis. nu. 3.*
5 *Prælati litigiosi comparantur rusticis multiplici ratione.*



Sequitur. Non litigiosum. Hic incipit d. 46. In qua magister Gratianus exequitur 10c. Apostolicæ, regulæ quod est, q̃ oportet Episcopum nõ litigiosum esse. Iuxta Apostolum prima ad Tim. 4. Pro diuisione huius distinctionis est notandum, † q̃ talis duabus de causis prohibetur ordinari. Prima est vitium, quod consistit in doctrina prædicationis, quia cum talis solet esse superbus, & arogans, nescit humiliter docere, vnde subditi eius doctrinam audire recusant, & hoc vitiũ magister exequitur in primo c. authoritate Gregorij. ¶ Secunda causa est vitium, quod est in statu conuersationis, quia litigiosus solet esse adulator, p̃ditor, detractor, infamator, maledicẽs, inuidens, scurrilis, ad iniuriam propriam vlciscendam facilis, quę singula vitia in prælatis authoritate canonica dãnantur, & de singulis magister subijcit per ordinem post primum c. vt manifeste patet, vbi nota, q̃ magister Gratianus fere per totam istam d. intẽdit argumentari à maiori. Si. n. singula talia vitia repellunt ordinatum, ergo multo fortius ordinandum, multa. n. impediunt ordinãdum, quæ non deijciunt ordinatum, secundũ Hug. Dicet ergo. Oportet ordinandum non esse litigiosum. i. qui soleat hoc facere, frequentia. n. & facultas, ac consuetudo hic notantur. Frequens. n. & facilis consuetus ad rixas, & contentiones faciendas esse non debet, qui debet esse mitis ad oẽs, vbi sunt aliqua notanda. Primum est iuxta sanctum Tho. in secunda secundæ. q. 116. † q̃ proprie litigium in verbis consistit, cũ . s. vnus verbis alterius contradicit. In qua quidem contradictione duo possunt attendi. Qñque. n. contingit contradictio p̃p iniuriã dicentis cui cõtradicẽs cõsentire recusat, p̃pter defectum amoris, animos vincẽtis, & hoc videtur ad ad discordiam pertinere charitati contrariam. Quandoque vero contradictio oritur ratione personæ, quam aliquis contristare non veretur, & sic fit litigium, quod affabilitatio opponitur, ad quam pertinet delectabiliter alijs conuiuere. Vnde philosophus 4. Ethicorum dicit, q̃ illi, qui ad omnia contrariantur, causa cuius, quod est contristare, nec quodcũque curantes discoli, & litigiosi vocantur. ¶ Secun- S. Thoma.
3 do notandum, † q̃ litigiũ inuenitur in scriptura prouenire ex multis, quandoque. n. ex superbia, sicut inter superbos, qui sicut leones non possunt simul cõmorari in antro vno, sed litigãt. Ita simul pacifice commorari non possunt. Prouerbiorum 13. Inter superbos semper iurgia sunt, & maxime quidem arrogantes, qui pertinaciter volunt defendere opiniones suas, & litigant, etiam si sint inepte. Et ideo inq̃t Apostolus 2. ad Tim. 2. Stultas, & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quod generant lites. Vnde Philosophus 2. rectoricæ dicit nos diligimus delectabiles, & sequitur. tales sunt hoĩes tractabiles, qui non arguturi peccatorum, nec litigiosi, &c. ¶ Secundo, q̃nque litigiũ nascitur ex iracundia, sicut fit inter iracundos, qui semper volunt rixari, sicut sunt multi velut canes, qui continue latrant, & nesciũt quare. ¶ Tertio litigium oritur, quandoque ex impatientia, sicut cõtingit inter impatientes, qui sicut equus recalcitrans nolunt aliquid patienter sustinere, sicut sunt aliqui, quos disciplinare est impossibile, vt dicit philosophus 5. Politicorum. Ideo dicitur Ecclesiastici 8. Non litiges cum homine linguato & non instruas in ignem linguam eius, ¶ Quarto litigium, quoniam nascitur ex auaricia sicut fit inter cupidos, qui ex cupiditate adinuicem litigant, sicut duo canes pro vno osse, propter quod inquit Seneca. Conuenientissime viuerent homines, si tollerẽtur ista duo p̃nomina meũ & tuum, vnde Iacobi quarto scribitur. Nonne ex concupiscentijs vestris litigatis, &c. ¶ Tertio notandum. † q̃ multi- Seneca.
4 plici de causã præter superius assignatas prohibetur. ne ordinandus sit litigiosus. prima est, quam tangit Ambrosius in pastorali sic djcens. Non litigiosum. i. non linguam ad vitium relaxet Episcopus, ne per eandem linguam, per quã laudes Ambrosius.

Laudes refert Deo,& diuina libat sacrificia,labium venena proferat,quia non debet de ore Episcopi benedictio simul,& maledictio egredi.¶Secunda causa est, quia oportet Episcopum mitem,& humilem esse,cum episcopis,dicit Saluator.Mat.11.Discite à me,qui mitis sum,& humilis corde,litigiosi autem non sunt mites,sed alti,& superbi.Vnde non sunt apti ad seruitium Dei.¶Tertio,vt inquit Apostolus 2.ad Ti.2.Oportet seruum Dei non litigare,sed mansuetum esse ad omnes patientem,cum modestia corripientem.¶Quarta rō quia,vt dicit Aug.nihil est similius actibus Demonum,quam litigare, vnde seruos Diaboli, non Dei se ostendunt,qui litigant ẽm illud 2.ad.Ti.2.Iam dictū est oportet seruum Dei,&c.¶Quinta causa est,quia litigare est officium contẽptibilis personæ 11.q.1.§.ex his.¶Sexta rō,quia maxime ad ad officium talium promouendorū spectat discordes ad concordiam pacis reuocare exemplo eius,qui est pax nostra,qui fecit vtranque vnum 93.d.§.1. ad hoc autem non est idoneus litigiosus, cum talis potius prouocet pacificos ad discordiam.Sequitur.[Non litigiosum]1.ad Ti.4.[nihil]verba sunt Hiero.in 1.epistola ad Ti. vsque ibi.[quod ex arrogātia]Hug.[rusticorum]vbi prælati,qui in litigijs,& garrulitate,volunt esse,hic comparantur rusticis,†vnde notanter prelati litigiosi comparantur rusticis multiplici ratione,Prima,quia rustici sæpe versantur in litigijs,& precipue si sunt promoti ad magna, vnde Claudianus.Asperius nihil est,humili,cum surgit ad alta. Hu.¶Secunda,quia litigiosus plus vacat exteriori occupationi,q̃ doctrinę,& lectioni,vnde merito inter rusticos cōputet.¶Tertia est,qa litigioso abducit intellectus, & minoraẗ intelligentia,vt in rusticis, vt hō cum in honore sit, nō intelligit,litigio ꝑturbāte,vnde Proue. 18.Labia stulti immiscent se rixis.Et Seneca dicit.Quod muliebre est litigare.¶Quarta est,qa sicut rustici sunt duri,ita litigio oritur rudis,& sæua,& indomabilis duricies,& crudelis,quia nō flectitur ad pacem litigiosus,vnde Psal. 119. Cum his,qui oderunt pacem eram pacificus,cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Augu. *Claudia.* *Seneca.*

1 *Interiora perpenduntur per exteriora.*
2 *Prælatus debet seruare præcepta philosophi.*



Oc habet proprium. Hic tangit Gratianus primam causam,propter quam dicit Episcopum non debere esse litigiosum,quę sumitur ex parte doctrinæ prædicationis, quia talis litigiosus,cum sit arrogans,& superbus,non pōt humiliter,& per consequens vtiliter docere. Et pōt diuidi in tres partes.In 1.ponit conditionem arrogantium doctorū.In 2.inuehit contra illam autoritate prophetæ.In 3.assignat conditionē bonorū doctorū.Scđa ibi, Recte aūt hic dominus.Tertia ibi:Ac contra veram doctrinam.Plana sunt oīa.Lege.¶[Hoc habet proprium]. i.sibi inhærens,& inseparabile.[Inferre].i.proferre. sed inferre dicit,quia talis doctrina arrogantium potius est ad destructionē,quam ad ędificationem,& potius aufert,quam confert.Hu.Io.de Fan.& Arc.[quod docent]hoc est dignū reprehensione,quia doctrina magistri humilis esse debet.vt l.& no.extra de maio.& obe.humilis.& maxime doctrina Dei debet cū humilitate doceri,qui ait Ecclesiastici.24.Superborū,& humiliū colla propria virtute.s.humilitatis,calcaui.Vñ cum simplicib.est sermocinatio eius Prouer.3.[In verbis eorū prodit]ꝙ.s.arrogantes sunt,& Ar.†ꝙ per exteriora perpenduntur interiora,vñ impudicus oculus impudici cordis,est nuntius,vt dicit Au.23.q.5.nec solo. de pœ.d. 1.in actione.[Recte]2.pars.[prophetā].s.Eze.34.c.[eis].subditis[.dominādo]Isti nō recte faciunt,qm̃,cum austeritate dominari,volunt, dant occasionē subditis,vt rebellēt principi,& cōtra eū insurgētes ipsum deijciāt de solio sui principatus,vt cōtingit ipsi Roboam filio Salomonis, qui spreto concilio seniorū, adhęsit consilio iuuenum,qui noluit graue iugū,ꝙ pater suus imposuerat eis releuare,imo duriora voluit ei imponere,populus Israel rebellauit,& con eū insurgēs de regno Israel expulerunt.Et recte, qm̃ vt dicit philosop.4.Polit.Qui tyrannizant,non diu principanẗ.
2 Dicit hic Arc.†ꝙ prælatus debet seruare præcepta philoso
3 phi,sic dicētis.†Cunctis esto benignus,nemini blādus,paucis familiaris,oīb.æquus,ad irā tardus,ad mīam pronus,in aduersis firmus in ꝓsperis cautus,oīb.prodesse velle,& nul

Diuisio. *Exponit literam.* *Io:de Fan.* *Archid.*

li nocere.Arc.[At contra]3.pars.[doctrina].s.sacra,per cognitionē,qa ipsa,vt dicit Grego.humilitatē,q̃ magistra est oīum virtutū,& loquēdo dicere & viuēdo conaẗ ostēdere. Vel [fugit vitiū ꝑ cognitionē].i.docet siue dat cognoscere vitiū supbiæ fugiēdū;[magistrū].i.Diabolū, qui primā elationē cōmisit.Ipse.n.ꝑ superbiā in celū, & super astra soliū suū ponere voluit, & similis esse altissimo. Esa.14.Vnde de eo dr̄.Ipse est Rex sup oēs filios supbię Io.41.[Cauet].i.docet cauēdū.s.qs cū elatis morib. ꝓdicet,pc̄ts.n. coluntˀ demones,& prædicantur, non tm̄ verbis sed ēt factis 32.q.4. in eo. [sacris sermonibus]i.autoritatib.sacræ scripturæ.[Insectatur].i.ꝓsequitur[in cordib.]i.à cordib.audientium effugando,vñ cum quis,audito verbo Christi,compungitur fugatur diabolus,Christo audiente.15.q.1.nec.Ecce,quare litigiosi non sunt in episcopos promouendi. s.ꝑp vitium, ꝙ consistit in doctrina prædicationis,& est alia causa.s. vitium,quod est in statu conuersationis,sub quo comprehēduntur vitia sequētia,quoniam communiter litigiosi sunt adulatores,proditores,detractores,infamatores,maledici, scurriles,propriarum iniuriarum faciles vltores.

Gregorius

1 *Adulatio,an sit peccatum mortale.quod si sic.nu.2.*
2 *Sermo vanæ laudis dicitur dupliciter.*
4 *Adulatio contrariatur charitati tripliciter.*


Vnt nonulli. Hic magister Gra.prosequit,dānando primū vitiū in litigiosis, ꝙ est vitiū adulationis, & est hoc ca.B.Gregorij in moralib.li.18.c.4.¶Pro
1 ius c.pleniori intelligentia quæritur.†Vtrum adulatio sit pc̄tm̄ mortale . Et vr̄, ꝙ sic Primo ex c.præsenti,vbi per prophetā Eze.13.dr̄.Ve.s.æternæ dānationis,q consuunt puluillos.s.adulationis,&c.s.Ve æternæ dānationis nō respōdet,nisi peccato mortali,ergo, &c. ¶Secundo.Idē patet ex c.sequenti,vbi dr̄ Clericus , qui in adulationib.vacare deprehenditur,degradetur,sed talis pena nō infligitur,nisi ꝑ pc̄tm̄ mortale,ergo adulatio est peccatum mortale.¶Tertio,sic.ẽm Aug.in Enchiridion.Malū dr̄,quia nocet,sed adulatio maxime nocet,ẽm illud Psalm. 69.Qm̄ laudatur peccator in desiderijs aīæ suæ, & iniquus benedicit. Excerbabit dn̄m peccator. Et Hiero.dicit,ꝙ nihil est, ꝙ tam facile corrumpat mentes hoīm, quam adulatio.& Psalmista.69.Conuertantur statim erubescentes,vbi dicit gl.Plus nocet lingua adulatoris, quā gladius persecutoris,ergo adulatio non est tantum peccatum mortale,sed ēt grauissimum peccatum.¶In oppositum est Au.in sermone de purgatorio,& habetur supra d.25.§.criminis appellatio,vbi inter peccata minuta numerat,si quis,cuiquam maiori ꝑsonæ,aut ex volūtate,aut necessitate adulari voluerit. ¶Respondeo hic sunt duo vidēda.Primū quid sit adulatio. Scđm est de quæsito,qñ.s.sit pc̄tm̄ mortale.Circa primū est ꝙ adulatio describitur sic vt dicit magist. Ale.in 2.li.†Adu
2 latio est peccatum,ex sermone vanæ laudis alicui exhibito
3 intentione placendi pro,quo notandum†ꝙ sermo vanę laudis dr̄ dupliciter,vna.n.vana laus est,cū laudatur , ꝙ nō est laudandum,aut plusquam laudandum est, & hæc vanitas est ex parte materiæ.Est iterum vana laus cum non fit eo fine,quo debet fieri,hoc est ꝑp Deum,& hoc modo pōt fieri causa cōplacendi hoī,qui laudatur.Et sic iterum dr̄ vana laus,nec obuiat, ꝙ aliquis pōt laudare aliquem causa lucri tꝑalis,qm̄ intētio placēdi est vltimus ,finis,quicquid aliud intendatur.Si.n.intendatur lucrum temporale,hoc est mediante complacentia.Si.n.non complaceret personæ laudatæ,non per ipsam cōsequeretur lucrum.Circa ẽm sit ista conclusio,Quod adulatio qñque est veniale peccatum, qñque mortale.Ista conclusio probatur, & declaratur sic iuxta S.Th.in 2.2.q.116.ar.2.Mortale peccatum est,ꝙ charitati contrariatur.Adulatio quandoque quidem contrariatur charitati,qñq; aūt nō,ergo conclusio vera.†Contrariaẗ aūt
4 adulatio charitati tripliciter.Vno modo rōne ipsius materiæ,puta cū aliqs laudat alicuius pc̄tm̄,hoc.n.contrariatur, dilectioni Dei,contra cuius iustitiā hō loquitur, & contra dilectionē proximi,quē in pc̄tō fouet,vñ est pc̄tm̄ mortale ẽm illud Es.5.Væ,q dicitis malū bonū , bonū malū: & in c.væ,qui dicitis 11.q.3.¶Alio modo contrariatur charitati rōne intentionis,puta cum aliquis adulatur alicui , ad hoc ꝙ fraudulenter ei noceat,vel corporaliter,vel spūaliter,& hoc ēt est mortale pc̄tm̄,& de hoc habetur Prouerb.27.Meliora sunt vulnera diligentis , quam fraudulenta odientis oscula.

Quæstio. Primū ar. *Scđm arg.* *Tertiū ar.* *Hierony* *Opponit contrariu.* *respōdet.* *Ale.de Hal.* *S Thoma.*


oscula. ¶ Tertio modo pōt cōtrariari charitati p occasionē, sicut cū laus adulatoris fit alteri, occasio peccādi. præter adulatoris intētionē. Et in hoc cōsiderare oportet, vtrū sit occasio data, vel recepta, & qualis ruina sequatur. Si autem aliquis ex sola auiditate delectandi alios, vel etiam ad euitandum aliquod malum, vel consequendum aliquid in necessitate, alicui adulatus fuerit, non est contra charitatem, vnde non est peccatū mortale, sed veniale. Concordat magister Alexand. in 2. dicens sic. Aut adulator dicit malum bonum fouendo peccatorem in peccatis, & hoc est mortale. Aut fit adulatio intentione, vt alij prosit, & nulli noceat, vel obsit, tunc dr̄ veniale. Si aūt intentione nocendi alteri, licet alteri prosit, mortale est, videt̄. n. fieri ex libidine mortale. Si autem nec obest, nec prodest, sed contemptum Dei generat pp assiduitatem, mortale dr̄. Hæc Alex. ¶ Ad rationes in oppositum patet responsio. Ad primas. n. duas de duobus cap. respondetur, ꝙ loquuntur de illo adulationis genere, quod contradicit charitati, sicut est adulatio, qua laudatur peccatum alicuius, aut quæ fit intētione alteri nocendi. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta S. Tho. vbi supra ꝙ autoritates ille loquuntur de adulatore, qui laudat peccatum alicuius. Talis. n. adulatio dr̄ plus nocere, ꝙ gladius psecutoris, quia in potiorib. bonis nocet. s. in spūalibus. Non. n. nocet efficaciter, quia gladius persecutoris effectiue occidit quasi sufficiens causa mortis. Nullus aūt pōt esse alteri sufficiens causa peccandi, de istis aliquid tetigimus supra d. 28. §. criminis. Lege. ¶ [Sunt nonnulli]. i. quam plurimi sunt adulatores, qui blādiēdo vngūt, & fugunt, & decipiūt, de quibus Apostolus ad Ro. 16. dicit, per dulces sermones, & benedictiones [seducunt corda innocentum]. s. fatuorū, qui credunt oī verbo. Isti. n. deceptores, vt dicit gl. compositis verbis, sicut locutionem instruunt alijs adulando, & sic loquentes corda simplicium decipiūt, & tales grauiter peccant, de quibus dr̄ Esa. 5. væ, qui dicunt malum bonum, & Prouer. 17. dr̄. Qui iustificat impium, & cōdemnat iustum, vterque abominabilis est ante Deum. [Alligent] vñ Beda in homilia. Nutrix peccati est adulatio, quæ sicut oleū in flamma, sic in peccatis credentib. solet administrare maliciam. [Prophetam.] Secūda pars. [Eze.] 13. Inducit testimonium prophetæ ad ostendendū hoc, ꝙ dixerat de adulatione, videlicet, ꝙ auget pc̄tm̄, & roborat in peccatore. [Væ]. i. æterna erit illis, nisi resipuerint. Hug. [Ad hoc] verba sunt Gregorij exponentis verba illa prophetæ in Pastorali, parte 2. ca. 9. dicentis [puluillos] sub oī. n. cubitu manus est ponere cadentes à sua rectitudine, ac in huius mundi se delectatione reclinantes, blanda adulatione refouere, quasi. n. puluillo cubitum, vel ceruicalib. caput iacentis excipitur, cū correctionis duricia peccanti subtrahitur, eiq; mollicies fauoris adhibetur, vt in errore molliter iaceat, quem nulla asperitas contradictionis pulsat. [Lauddibus. adulationis,] quę per puluillum, & ceruical designantur. [fultus]. i. suffultus, [molliter]. i. sine increpatione, [qescat] in peccato [scriptū est]. s. ibi Eze. 13. Hic inducit ad testimonium parietem, ipse. n. ædificat parietē, qui in peccato obduratur, sed illi liniunt luto, q mendaciter sibi vt in peccato remaneat adulātur. [Peccati duritia]. i. peccatum durum, dr̄ peccatum paries primo pp duriciā. Secundo, qa sicut paries obest visui corporis, sic peccatū mortale visui aīæ, ne Dei visione frui possit. Hu. [sed sanctus vir] Tertia pars hic sanctus vir Iob est de quo Iob 1. Erat vir in terra Hus, nomine Iob. Eratq; vir ille simplex, & rectus, atq; timens deū, & recedēs à malo. Hic sanctus vir ait. Iob. 27. Absit à me, vt iustos vos esse iudicem. Vbi Grego. vbi supra, dicit Ceptam nanque iustitiam deseret, si in laudem peccantium declinaret. [de bonis cognitis]. s. de malis. [Iudicē]. i. asseram [ab innocētia mea] hæc est Innocentia, vt de bonis cognitis non æstiment mala, & de malis cognitis non æstiment bona Hu. &c.

Exponit literam.

Beda.

Ceteram.

2 *Nutrire malum dicitur dupliciter.*
3 *Rapina est grauius peccatum, quam furtum.*
4 *Proditor dicitur, quis multis modis.*
6 *Proditionis vitium tribus causis dicitur maius, vel minus.*


Lericus, qui adulationibus. Sequitur ad idē hoc c. ꝙ sumitur ex 4. Concilio Carthaginensi, vbi ponitur pœna cōtra clericos adulatores, & proditores, videlicet, ꝙ tales degradent̄, siue deponant̄ ab officio. Breue est, non diuiditur. Verum pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, quia te. dici in plurali adulationibus. Vtrū sint plures species adulationis.

3 ¶ Secundum est. Vtrum litigium sit minus peccatum, quā adulatio, siue vtrum adulator plus peccet, quam litigiosus.

1 **Ad primum.** Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ sint plures species adulationis quā tres. q ponunt̄ in gl. huius c. & in gl. 25. d. in. §. criminis, quas ponit ēt, Hu. Prima est, cū quis laudat, siue approbat malū, qđ quis habet. Secunda est, cum quis attribuit alicui laudādo. bonum, quod non habet. Tertia est cum, quis extollit bonum in aliquo, plusquam sit. Arguitur sic, Videtur, ꝙ ēt ex parte mali debeant esse, duæ differentiæ, videlicet approbare malum, ꝙ quis habet, & extollendo malum, ꝙ quis non habet, sicut duæ ponunt̄ ex parte boni, & ita deberent quatuor species assignari adulationis, & non tres tm̄. ¶ In oppositū est authoritas doctorū, qui nō assignant, nisi tres. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ conuenienter. assignantur prædictæ tres species adulationis, quarum prima, quę est approbare malum, quòd quis habet, est fugienda. Est. n. peccatū mortale, vt in c. præcedenti. sunt nonnulli & 11. q. 3. nemo peritorū 22. q. 2, primum. ¶ Secūda vero species, quæ attribuit bonū quod quis non habet, fugienda est, quia mortalis est maxime, si vt noceat spūaliter, aut tpaliter, laudatur. ¶ Tertia, quæ tollit bonum, ꝙ quis habet plusquā, sit, est ēt mortalis, si fiat vt obsit alicui. Si aūt non est venialis vt dictum est supra in c. præcedenti. ¶ Ad rōnes in contrariū respondetur dupliciter, iuxta Alexand. de Halis in . . Primo ex parte mali non competit, nisi vna differētia assignari. Et rō est quia, sicut attribuendo bonū laudat quis aliquem. Ita attribuendo malum, ꝙ non habet, vituperat. Comprobare autē malum, quod non facit, & ipsum pp illud nullam habet rationem adulationis, ergo non videtur pp hoc laudandus, vnde isto modo non sumitur spēs adulationis. Secundo respondetur. negando, ꝙ non sit duplex differentia ex parte mali. Dicimus. n. ꝙ illa differētia prima. q malū peccati nutrit, approbando illud, ꝙ quis habet continet sub se duas.

2 †Nutrire. n. malum est dupliciter. Vel approbando ipsum malū, tanq̄ bonū, vel minuendo malitiam eius, vñ econuerso est de adulatione boni, qa in bono dupliciter adulatur, vel opponendo, ꝙ non est nihil addendo in malo, ecōuerso. s. remouendo malum quod est in diminuendo.

Primū ar.

Opponit te respon.

Ad primū argumen

3 **Ad secundum.** Sic proceditur†Et vr̄, ꝙ vitium adulation s sit maius pc̄tm̄, q̄ vitiū litigij. Primo sic dicit Hierony. Nihil est, ꝙ tam facile corrumpat mentes hoīm, nihil est, quod tam dulciter fallat aīum, sicut adulatio, ergo vr̄, ꝙ adulatio grauius sit peccatum, quam litigium, cum magis sit corruptiuum. ¶ Secūdo sic, Quanto plus aliquod pc̄tm̄ nocet. tanto peius esse videtur, sed adulatio plus nocet, quam litigium, siue adulator, quam litigiosus. Dr̄. n. Esa. 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorū dissipant, ergo adulatio est grauius peccatum, quam, litigium. ¶ Tertio. In adulatione vr̄ esse quædam dolositas, quia adulator aliud dicit ore, aliud habet in corde. Litigiosus autē caret dolo, qa manifeste contradicit. Illa autē, qui cum dolo peccat turpior est, vt dicit philosop. 7. eth. Ergo grauius pc̄tm̄ est adulatio, q̄ litigium. ¶ In oppositum vr̄ esse primū c. huius d. vbi prohibet̄, ne ep̄s sit litigiosus. Et formatur rō sic, Tanto aliqđ pc̄tm̄ vr̄ esse graui⁹. q̄to spūali. statui, magis repugnat, sed litigiū magis repugnare vr̄ statui spūali, dr̄. n. 1. ad Ti. 3. & in c. 1. huius d. Oportet ep̄m non litigiosum esse. & 2. ad Ti. 2. seruū dei non oportet litigare ergo litigium vr̄ esse grauius pc̄tm̄. ¶ Rn̄deo, dicendum, iuxta S. Th. in 2. 2. q. 116. art. 2. ꝙ de vtroq; istorum loqui possumus dupliciter. Vno modo considerando spēm vtriusque pc̄ī. Et s̄m hoc sit ista conclusio. Quod litigium est maius pc̄tm̄, quam adulatio, patet conclusio, quia tanto aliquod vitium est grauius, quāto magis repugnat oppositæ virtuti, sed virtus amicitiæ, siue affabilitatis cui opponitur litigiū, vt dicit Philos. 4. ethic. Et ēt adulatio tendit ad delectandum principalius, q̄ ad tristandū, ergo litigiosus, q superabundat incontristando, grauius peccat, quam adulator, qui superabūdat in delectando. ¶ Alio modo possunt cōsiderari s̄m aliqua exteriora motiua, & s̄m hoc sit ista conclusio. Quęcunque adulatio est grauior, puta quando intendit per deceptionem indebite honorem, vel lucrum acquirere. Quęcunque vero

Primū ar.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Opponit contrariū.

Respōdet S. Thoma.

vero litigium est grauius,puta,qñ homo intendit,vel verita
tem impugnare, vel dicentem in contemptum adducere.
Ad primū arg.
¶ Nunc ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur
negando cōsequentiam, stat.n.q́ aliquod peccatum facilius
corrumpat mentem hominis,quã aliud, & tñ sit minus gra-
ue ƒm speciem, sicut patet de peccatis carnalibus respectu
spiritualium,quæ tñ vt dicit Gregorius sunt minoris culpæ,
Ad secūdū. S. Thom.
quam spiritualia.¶ Ad secundam respondetur,negando mi-
norem illius argumenti vniuersaliter,qm̃ sicut dicit.S. Tho.
sicut adulator pōt nocere occulte decipiendo. Ita litigiosus
pōt interdum nocere manifeste impugnando, grauius autē
est ceteris paribus manifeste alicui nocere, quasi p violētiã
4 quã occulte. † vnde rapina est grauius peccatum, quam fur-
Ad tertiū.
tum.¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiã, &
rō est ƒm S.Tho.quia non semper in actibus humanis illud
est grauius,quod est turpius. Decor.n.hoīs est ex ratione,&
ideo turpiora sunt peccata carnalia, quibus caro dominatur
rationi,quamuis peccata spiritualia sint grauiora,quia proce
dunt ex maiori contemptu. Similiter peccata, quæ fiunt in
dolo sunt turpiora,inquantū videntur ex quadã infirmitate
procedere,& ex quadam falsitate rationis, cū tñ peccata ma
nifesta qñq; sint ex maiori contēptu, & ideo adulatio,quasi
cum dolo existens, videtur esse turpiori, sed litigum, quasi
Exponit literam.
ex maiori contemptu procedēs,videtur est grauius, & hæc
de ista quæstio.Lege.¶ [Clericis adulationibus] contra Apo
5 stolum qui prima ad Thessal.2.dicit:Non fuimus in sermo-
ne adulationis [Proditionibus.] vbi nota:†quod multis mo-
dis dicitur quis proditor ƒm Hugo.proditor dicitur primo.
qui propter timorem tacet,vel non profundit veritatem.vt.
11.q.3. nolite.¶Secundo proditor dr̃,q crimē alterius sibi so
li notū manifestat malitiose,vt 2.q.1 si peccauerit.¶ Tertio
proditor dicitur, qui circonuenit aliū,& calide seducit,vt in
periculū salutis trahat,vt.24.q.3.transferunt.&.16.q.1 .si cu
pis.¶ Quarto proditor dr̃,qui castrū, vel arcem, vel consi-
milē,locū suæ fidei commissum exponit hostibus, vt.22.q.
5.de forma.¶ Quinto proditor dicitur,qui fraterna discor-
dia infectus, iura charitatis & veritatis spernit. vt. 11.q.3.
abiit.¶ Sexto proditor dicitur,qui secretū sibi cōmissum re
Ioan.And. Baldus.
uelat,& publicat,vt hic,& de pæ.di.6.Sacerdos.¶ Septimo,
pōt dici proditor iuxta Io.An.in c.1.de homicidio.li.6.ille,
6 qui mouet bellū,sine diffidatione.¶ Octauo iuxta Baldum,
ille qui dat potionem alteri venenatam. †¶ Cæterum notã
dum, quod vitium proditionis tribus de causis dicitur ma-
ius,vel minus. Vno modo ex parte personæ prodentis, vt si
sit sacerdos prodens,vt in prædicto c.Sacerdos. Secūdo mo
do ex parte personæ proditæ,quia magis peccat, qui prodit
dominum, quam alium,vt in prædicto c.de forma.22.q.5.
Tertio modo ex mō proditionis. Multum.n.refert,an secre
tum fuerit ei commissum in pęnitentia,aut non,si in pœni-
tentia,debet deponi, & toto tempore vitæ suæ perigrinari,
vt in prædicto c.Sacerdos de pę.disti.6. aut in monasterium
arctū detrudi, vt in c.oīs vtriusq; sexus: de pę.& re. Si vero
alias minus punitur.s.vel verberatur,vel suspenditur, vel de
ponitur. Si tamen non vult cessare, qm̃ si vult cessare, non
deponitur sed alias punitur extraordinarie. In quo casu intel
ligitur hoc c.secūdū Hu.degradetur, si nollet cessare admo
nitus, non.n. pro qualibet offensa quis est deponendus.91.
di.c.vlti.&.5.q.4.in loco. &.j.di.pxima. Episcopus,aut pre
sbyter Hu.[Ab officio]supple,& à beneficio. Nã non refert
vtrum ex æquipollentibus, quid dicatur.vt:81.di.si quis Sa-
cerdotum.& c.eos.&.ff.de re iudi.l.in summa.;Lau. Archid.

1 *Excōicatus semel a modo non admittitur ad legitimos actus.*


Ccusatores. Sequitur c. de infamatoribus, quod extractum
est præcedenti concilio Carthaginēsi, in quo
præcipitur,q́ huiusmodi accusatores,qui fra
Exponit literam.
tres suos ad hoc accusant,vt infament,ab epi
scopi excommunicentur. Breue est. Lege.
¶ Accusatores.] malo zelo, qui dicūtur infamatores,qui tm̃
ideo ad accusationē procedunt,vt infament fratres suos, de
quibus habes.2.q.7.si quæ sunt Hu. & Arch.[Excommuni-
cet].i.extra communionem officii, & beneficii fidelium, si
cessare noluerunt,talis:n.accusatio est mortale peccatū. Hu.
Merito autem eijciendi sunt tales ab ecclesia. Apoca.12. Eie
ctus est accusator fratrum,præsertim,qui falso potius detra-
hunt,quã accusent,qui.s.& maligne accusant[scribis,& pha-
riseis]qui obseruabãt Christi opera,vt accusarēt eū Mat.12.
Mar.3.Lucæ.6.& Io.8.cum tamen nullam causam pilatus in
uenire potuit in eo accusatione dignam,sed tm̃ propter inui
diam.Luc.23.& Io.19.Ad communionem] sacramentorū
& fidelium[non ad clerū].i.executionem ordinis clericalis,
vel promotionem,nisi dispensatiue agatur cū eis,sicut fit sæ
pe in aliis criminibus,sicut dispensatum fuit contra canones
apostolorum.81.di.presbyter.ƒm Hu.dicit hic glos.& Gu.
1 Ar.†quod qui semel fuit excommunicatus à modo, non ad
mittatur ad actus legitimos,vt dicã.4.q.1.in principio. Sed
Arc.dicit hic,q́ hoc c.nil facere videtur ad hoc,quia non re-
fert se ad excommunicationem, quæ.est pœna medicinalis,
sed ad vitium,quod est crimen,& adde quod dicam.6.q.pri-
ma c.2.in addi.



Lericus. Sequitur hoc c.contra maledicos ex eodem Concilio, vbi
præcipitur; vt clericus maxime sacerdos ma
ledicus priuetur officio, & beneficio. Breue
est.Lege.¶[Clericus maledicus]s.mala impre Exponit literam.
cando,vel male infamando, quod pertinet ad destructionē,
vel mala in faciē dicendo.q́ pertinet ad cōtumelias, hoc.n.to
tum pertinet ad rationē maledici.vt dicit S.Tho.episto.s.pri
mã ad corin.c.5.[maxime in sacerdotibus].i.si sit Sacerdos. S.Thom.
Hu.[cogatur]per excōicationem,si alias nō vult cessare.Ar.
6.q.illi[veniam].i.pœnitentiam[degradetur].i.suspendatur,
quia degradatus non posset restitui,nisi à papa. 2.q.6.ideo.

1 *Scurę, vnde dicantur.*
2 *Clericus, qui exercet ioculatorem, vel histrionem, si monitus non desistit, debet deijci.*


Lericum scurrilem. Idest scurrilia verba
1 assidue proferentē, †scurræ dicuntur à sequen
do curiã, vt ibi viuant sicut sunt leccatores,&
Ioculatores q in curiis mouēt risum. Tales.n.
videntur esse stultæ capræ. vel simiæ. Diaboli.
[fætidi,& deformes]quibus Diabolus ludit;vt homines ex
citet ad risum. Hu.reuelãt laborãtes in seruitio. Diaboli fal-
sis retractationibus. Hic risus error dicitur Eccle.2.Risum
reputaui errorem. Hic risus maledicitur. Lucæ 6.Væ,qui ri
detis,hæc tamen scurrilitas à stultis vocatur curialitas.[Io-
culatorem]turpibus verbis in [publico] ab officio retrahen
2 dum subaudi censemus.Hu.†Si.n.clericus monitus à talibus
non vult desistere sed turpibus factis exhibuit se ioculatorē
in publico, vel semel vt histrio, qui ludibria sui corporis
exercet,ex toto debet deijci. Et si est laicus non debet pro-
moueri.di.33.Maritum,qui infamis est vt.4.quæstio.1.ca.1.
secundum. Hug.


Lericus. Ex eodem Concilio subiungit hoc
c. In quo condemnatur vitiū inui-
diæ, quod sæpe sequitur litigiosos. Tristant.n.de
bono,& vtilitate proximorum.dicit.n. q́ tales de
bēt repelli à promotione.Breue est.Lege.¶[Inuidens] sapiē Exponit literam.
tiæ.2.scribitur, q́ inuidia. Diaboli intrauit mors in orbē te
rarū Diaboli igitur imitatores sunt, qui fratrū profectibus
inuident,sic fratres Ioseph sibi melior inuidebãt. Gene.37.
Vnde prima Petri.2.dicitur. Deponentes omnē inuidiã do-
nec videtur,q́ possit promoueri peracta pœnitentia. Ar.di.
48:§.ecce sed subauditur maxime, quia nec postea iure cō-
muni potest promoueri. Arg.dis.25.primū: &.1.q.7.si quis
omnem. Hug.

1 *Iniurias proprias, an quis licite possit vlcisci.*
2 *Seditionarij ipso iure sunt infames, & non solum repelluntur à promotione. sed etiam ordinati debent deijci.*
3 *Seditionem facere est, quasi sacrilegium committere.*


Editionarios. Ex eodē concilio subiun
gitur hoc c. in quo ponit
tria vitia impedientia ordinãdos,videlicet seditio
narios.i.seditiones frequēter mouētes. Scđo vsu-
rarios. Tertio iniuriarum suarū vltores. Breue est:¶ Pro ple
niori intelligētia huius c.circa illud verbū iniuriarū suarū vl
tores. Quæritur,vtrū qs licite pprias iniurias posset vlcisci.
Et videtur q́ nō. Ex illo Deuter.3.Mea est vltio. Alia litera Quæstio. Prima ar.
habet mihi vindictã,& ego retribuã, vnde videtur vsurpare
authoritatē diuinã; q pprias iniurias vlcisci;ergo hoc vide Secundū ar.
tur illicitū¶ Scđo idē arguitur aperte ex c.p̄senti.¶ Tertio ex Tertiū ar.
illo Chris.sup Mat.discamus exēplo Christi nostras iniurias
magnanimiter sustinere.deijaūt īiurias nec vsq; ad auditum

sufferre; ergo vindicatio propriarum iniuriarum est illicita

Opponit ī contrariū.

¶ In oppositū arguitur sic. Nihil, quod ab electis petitur à Deo & expectatur videtur esse illicitum, sed vindicatio propriarum iniuriarum electorum petitur, & expectatur à deo ab ipsis electis, secundum illud Lucæ. 18. Deus faciat vindictam electorū suorū clamantiū ad se die, ac nocte, ergo vindicatio ipsa est licita.

Secūda op. Respō det

¶ Secūdo sic. Eliseus derisionē sui vindicauit pueros ipsos irridentes maledictione sua tradens vrsis laniandos: 4. Reg. 2. Respondeo. dicendum. ꝙ vindicatio fit per aliquod penale malum inflictū iniurianti. Est ergo in vindicatione considerandus vindicantis animus, vt dicit

S. Thom. Vlrichus. Prima conclusio

S. Tho. in secunda secundæ, quia si eius intentio principaliter, feratur in malum illius, de quo vindicta fit, & ibi quiescat. Aut, vt dicit Vlrichus, ipsa vindicatio procedat ex passione iracundiæ facientis appetitum vindictæ, sic ponitur ista conclusio. Quod vindicatio propriarum iniuriarū est omnino illicita, patet. C de Iudæis. l. nullus & in. l. scientiā. ff. ad aquil. Nam, vt ibi dicitur. Tuendi duntaxat causa est licitum percutere alium, non vlciscendi. Secundo patet cū etiam pro solo verbo iracundiæ. i. cum dicit quis fratri suo fatue, homo statuatur reus gehennæ ignis. Matt. 5. Tum quia delectari in malo alterius pertinet ad odiū, quod charitati repugnat, quia omnes homines diligere debemus, nec aliquis excusatur, si malum intendat illius, qui sibi iniuste intulit malum, sicut non excusatur aliquis per hoc, ꝙ odit se odientem, non. n. debet homo ad aliū peccare propter hoc, quod ille pecauit prius in ipsum. Hoc. n. est vinci a malo, quod Apostolus ꝓhibet ad Rom. 12. dicens. Noli vinci à malo. sed vince in bono malum. Si vero intentio vindicantis feratur principaliter ad aliquod bonū, ad quod peruenitur per pęnam peccantis. puta ad emendationem peccantis, vel saltem ad cohibitionem

Secūda cō clusio. Augușt.

eius, & quietem aliorum, & iustitiæ conseruationem, & dei honorē, & tunc est ista cōclusio. Licet hō teneatur ꝓpriā iniuriam tolerare patienter, si expediat, hmōi enim præcepta patientiæ intelligenda sunt ſm preparationem animi, vt Au. dicit in lib. de sermone Domini in monte. Si tamen non expediat, vt pote propter vtilitatem, s. communem, de qua dicimus. Vindicatio propriarū iniuriarum potest esse licita, authoritate tamen eius, cui commissus est gladius potestatis secularis, nō tamē licet propria authoritate, nisi tñ forte patria

Vlrichus.

non habeat aliquem superiorem, quia, vt dicit dominus Vlrichus in summa, cū non est aliquis superior, cuius authoritas requiri possit, credo, quod hoc potest quilibet sua authoritate facere, quia hoc potius est repulsio violentiæ, quam vindicta. In hoc ergo seruet, ꝙ dicit Au. sup psal. Deus laudē, &c. s. ꝙ reddere mala pro malis propriū est malis. Cōuenit tamen & bonis. Vnde & lex vltionis modum statuit, nec est iniqua vltio, quam lex statuit, sed vitiosa est libido vlciscendi, magisque ad iudicem pertinet hoc inter homines discernere, quam bonum homine sibi expetere. Hic. n. redderet malū pro malo, sed Iudex iustum pro iniusto.

Ad Primū argum.

¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositū. Ad primam respondetur, ꝙ sicut ille, qui secundū gradum sui ordinis vindictam in malos exercet. non vsurpat sibi, quod dei est, sed vtitur potestate sibi diuinitus concessa. Dicitur. n. ad Ro. 13. de principe terreno, quod minister dei vindex est in iram ei, qui male agit, sic nec ille, qui authoritate eius exercet iniuriarū suarū vindictam, vsurpat sibi quod dei est, & ideo nō peccat.

Ad secūdū.

¶ Ad secundam respondetur, quod c. præsens intelligiter de his, qui propria authoritate, & ex passione iræ ꝓprias iniurias vlciscuntur.

Ad tertiū.


¶ Ad tertiam respondetur, concedendo, ꝙ laudabile est proprias iniurias patienter tolerare, nihilominus, qñ non expediret, videret licitū fore etiā eas vindicare superioris authoritate. Lege. ¶ [Seditionarios]. i. qui sepe seditiones mouent, & comminationes faciunt. Hug. † & hi ipso iu
2 re infames sunt, & non solum repellūtur à promotione, sed etiam ordinati debent deijci. 11. q. 1. conspirationum vnde seditionem excitantes contra Moysen, & Aaron puniti sunt.
Azo.
3 Nume. 26. dicit Azo, seditionem † facere est quasi sacrilegiū committere, vnde & crimen læsæ maiestatis (quod est proximum sacrilegio) committitur, si fiat seditio Romæ, si autē fit in alis locis, patitur quis capitalem pœnam, mortem, s. vt C. de seditiosis. l. 1. & 2. ſm Arch. vel potest dici, ꝙ pro qualitate personæ, aut dignitatis, aut furca suspenduntur, aut bestiis subijciuntur, aut in insulam deportantur. ff. de penis. l. si quis. §. 2. secundum Arch. [Et vsurarios] Si emētes, & vēdentes dominus eiecit de templo. Io. 2. Longe magis eiiciendi sunt vsurari, qui turpius negotiantur, vnde tales non debent habere locum in ecclesia, sed in platea, De quibus. psal. 54. Non deficit de plateis eius vsura, & dolus. Loquendo de religiosis magister Gratia. adiungit de vsurariis, & feneratoribus. Et hi maxime cupiditatis ardore succensi, pro leui causa, ne etiā vel damnū minimū habeant, & ne lucrū etiā paruum subtrahatur, frequenter solent causare litigia. Hugo. & Archi. [vltores. sua] cum non habeant potestatem, sed si haberent, videtur licere, vt in hoc. c. &. s. dist. 46. & qui. Sed non si agatur in forma iudicii, quia homo debet esse Iudex in ꝓpria causa. Hug. & Arch. [rationabiliter.] vltores propriarum iniuriarum repellunt à promotione, quoniam tales sunt ad lites & rixas remoti, quod non conuenit modestiæ clericorum, quos oportet modestos esse ſm Apostolum ad Ti. 3. & prima Petri Vnanimes in oratione estote, modesti, humiles non reddentes malum pro malo, qui enim iniurias vindicare volunt, malum pro malo reddere volunt, vnde Ecclesiastici. 10. dicitur iniuriæ proximi, ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ.

1 *Fœnerari est actus iniustus prohibitus, non solum clericis, sed etiam laicis.*
2 *Sescuplum, quid dicatur.*



On licet. Sequitur c. Laodicen. Concilii ad probandū, quod supradictū fuerat. s. vsurarios nō ordinandos. In quo prohibet clericis pcipue vsuras exigere. Breue est, & non diuiditur. Le. ¶ [Nō licet ministris] ma Exponit literam:
1 xime. s. † fænerari. n. est actus iniustus prohibitus non solum clericis, sed etiam laicis Deute. 23. [suscupla]
2 no. † Sescuplum dicitur, quod continet aliquod totum, & medietatem, vt senarius ad quaternarium est sescuplum, ergo si quis daret mutuo quatuor solidos, & postea pro vsura reciperet sex, illa vsura est sescupula quasi sesquiplica, à sesqui ꝙ est totum, & plica quasi continēs aliquod totum, & eius plicam. i. meditatem, & scribitur. per. s. & non per. x. Hugo. & Arc. quia de vsura alibi est principalis tractatus. s. 14. q. 3. hic supersedemus de materia vsurarum loqui.

1 *Notarij qui super vsuris scienter conficiunt instrumenta de cætero non possunt testificari, nec publica conficere instrumenta.*
2 *Periurus testificari non potest quantumcunque egerit pœnitentiam.*



Icut non suo: Ad idem inducitur hoc c. quod est Leonis papę Et potest diuidi in duas partes. In prima prohibet tam nomine suo, quam alieno quoddam genus vsurarum temporalis lucri quod, exprobrabile. In secunda excitatur ad genus vsurarū cælestis meriti, ꝙ laudabile. Secūda ibi. Fænus aūt. Breue est, & non diuiditur. Lege. ¶ [Sic vt non suo alieno.] vt tutor, curator, aut procurator. Nam secundum Raymundum in summa de vsuris. §. vlti. omnis talis tenetur ad restitutionē, si ille, cuius nomine vult accepit, nō est soluēdo, vel non vult restituere. Nā faciētes, & cōsentiētes pari pœna constringit. 2. q. 1. notum in fine. Gaufridus est ad idē dicens, quod isti tenetur. s. si quis, pro quo exactū est, non est soluendo. Host. vero in summa. eo. tit. §. fi. videtur concordare cum Raymundo, addit autem dicens. Fautor tñ, ꝙ is in cuius vtilitatem versum est primo, & principali tenetur alius. in subsidiū. ff. de eo: per quē factum est. l. ex edicto & hæc indubitanter vera sunt de tutore, curatore, & procuratore. ꝑut quidā pstant authoritatē talibus contractibus, secus de his, qui nudum præbent ministeriū. Itē sciendū, ꝙ si ille soluit; cuius nomine ac

Diuisio. Exponit literam Raymūdus Gaufridus

1 ceptæ sunt vsuræ; cęteri liberātur. ¶ Querit hic Arc. † qd de notoriis: q sup vsuris sciēter cōficiuntur instrumēta. ¶ Respōdet Hos. ꝙ piuri sunt; qa qñ creantur iurant, ꝙ hoc non

Quæstio Respōdet

2 faciēt: ergo nec de cætero testificari possunt; nec publica cōficere instrumēta. † periurus. n. testificari nō pōt; quātūcunq; pœnitētiā egerit. ex. de testi. ex parte. &. c. vlti. Et hoc etiam sunt infames; qbus sunt actus legitimi interdicti. ex. de testi. licet ex quadā est sed Host. in sum. ti. da vsuris. §. pen. [indecēs.] indecēs valde; ꝙ pp lucra aliena aīæ suę qs detrimentū patiaṫ. Mat: 16. [scriptū est] Eccl. 14. Qui sibi nequā: cui bonus erit vnq vtiq: nulli. [Fænus.] secūda pars. Fęnus laudabile; & exercēdū; vt tēporalia misericorditer pauperibus erogātes: cētuplū in vitā æternā recipiamus. Mat. 19. de quo scribitur Prouerbiorū. 18. fęneratur domino, q miseretur ꝓximo & Eccl. 29. Qui facit misericordiā; fæneratur cū ꝓximo: &c.

Distinctio.

¶ *Distinctio Quadragesimaseptima.*

1 *Cupiditas quotuplex dicatur.*



Vod autem Hic incipit dist.47. in qua mag. Gratianus ꝓsequitur. 11. c. Apostolicæ regulæ, vbi habetur, ꝙ oportet Epm non esse cupidum. Pro cuius distinctionis intellectu pleniori est sciẽdũ iuxta Hu. † ꝙ cupiditas
1 alia est honoris dignitatis alia est temporalis gloriæ. Alia est pecuniæ, siue temporalis substãtiæ, siue consistat in pertinacia retinendi, siue in solicitudine acquirẽdi, vltra, quam debeat etiam illicite. Hæc autem cupiditas quandoq; certis argumentis deprehenditur. s. cũ quis vsuris furtis, rapinis, lucris temporalibus inuigilat. Hæc & similia certa argumenta sunt, quod quis est cupidus, vel in his, vel in aliquo horum deprehensus, & ordinandus repellitur, & ordinatus deijcitur, vt infra eodem c. primo, & secundo. qñq; solum præsumptionibus innotescit, puta si quẽ videris debilẽ in spiritulibus, fortem in temporalibus, & pro illis. s. spiritualibus nec modicum laborem sustinere, pro his. s. temporalibus acquirendis, vel retinendis assidue vltra modum fatigari si quem etiam videris superflua retinere, opera misericordię non frequentare, præsumitur ꝙ sit cupidus, & pro his repellitur ordinandus, vt di. 75. Arch. Sed ordinatus non deponitur, nisi forte admonitus cessare noluerit. Qui ergo vult ordinari, & præsertim in episcopũ. & ab omni prædicta, & con simili cupiditate debet alienus esse. Hæc autẽ distinctio potest diuidi in tres partes. In prima parte principaliter prohibet vsuras, & hoc facit per quinq; cap. In secunda probet, per tres authoritates, ꝙ non debemus esse cupidi. In tertia prosequitur duodecimum c. Apostolicæ regulæ. Secunda ibi: Virum catholicum. Tertia ibi, necesse est. Lege tex. ¶ [Quod autem] in fine huius c. non proximo, sed c. Seditionarios. prohibentur ab Apostolo primæ ad Timo. 3. oportet episcopũ non cupidum esse [facile à iusto.] quoniam radix omniũ malorum cupiditas est. 1. ad Timo. 6.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Exigens vsuras grauius peccat, quam aliter accipiens.*



Piscopus aut presbyter. Subiungit primum capitul. primæ partis, vbi percipitur ex canonibus, quod si Episcopus aut presbyter, aut Diaconus vsuras exegerit deponatur. Breue est, & non diuiditur. Lege. ¶ [Episcopus presbyter, aut diaconus.] Idem est etiam de quocunque alio clerico, etiam laico. quia vsura reprobata est in nouo, & veteri testamento. extra de vsuris capitul. secundo & 13. quæstio. 4. per totum Ideo de reliquis ordinibus tacet quia hi tantum fuerunt tempore Apostolorũ, qui hunc canonem ediderũt, hodie esset idem in minoribus ordinibus. Arc. [Exigẽs] Contra illud Neemiæ, 5. Vsuras a fratribus vestris. i. à nullo homine exigatis, quia omnis homo frater noster est ex charitate diligendus vt saluatur ostendit in. Sama
1 ritano. Lucæ. 10. & dicit [exigens] † quia exigẽs vsuras grauius peccat, quã alius accipiẽs. Tũ, quia exigẽdo ostẽdit se habere maiorẽ appetitũ ad vsuras. Tũ, quia magis inuolũtarius ostẽditur exactus, & minus volũtarius vsuras reddere. Exigẽs dicit. s. maxime, qa etiã accipiẽs vsuras hac pœna inuoluitur. vt. j. e. si quis [desinat exigere] & vltra hoc non faciat. Hu. [Aut si amplius hoc fecerit, deponatur] & intellige hoc c. antequã diffinitũ esset, ꝙ quicũq; vsuras accipere deiicere tur à clero. Diffinitio aũt illa facta, & postea in Nicæno concilio, quod in proximo c. habetur. quoniam multi. vnde, & ibi dicitur. Post hãc diffinitionẽ, &c. Io. de Fantu. & Archid.

Exponit literam.

1 *Clericis turpe est turpia lucra sectari.*
2 *Vsura centesima, quæ dicatur.*
3 *Constitutio dat formam futuris negotiis.*
4 *Emolum, vnde dicatur.*
5 *Vsura ex solo cõsensu cogitationis nõ punitur in foro exteriori*



Voniã multi. Sequitur ad idẽ hoc ca. qđ ex cõcilio Nicæno assumptum est, in quo habetur eadem sententia. Et diuiditur in duas partes. In prima prohibet exigere, & accipere vsuras. In secunda imponit pœnam exigentibus siue accipientibus illas.

Diuisio.

Secunda ibi: Iustæ causæ sunt: Lege. ¶ [Quoniam regula Ecclesiastica] sicut sunt omnes diuino officio mancipati, vt. prima q. 3. Saluator. Hug. [Auaritiã] quæ longe debet esse à clericis, vnde Apostolus ad Ephe. 5. dicit. Auaricia nõ nominet (& lõge minus Dominetur in vobis) sicut decet sanctos, decet. n. sanctos. i. clericos diuino cultui sanctificatos, quibus Dominus ait. Sancti estote, qm ego sanctus sum ꝙ sint sine auaricia, vt lõge sint à cultu, & seruitute idolorũ q̃ est auaricia. Col. 3. [clerici] diuino cultui mãcipati [Tur-
1 pia.] † Turpe quidẽ est clericos turpia lucra sectari, qui totũ, suũ lucrũ debẽt solũ Christũ dei sapientiã quærere, dicentes cũ Apostolo ad Philippe. 3. Arbitror oĩa, vt stercora, vt Christũ lucrifaciam. q & 1. ad Ti. 3. dicit. Oportet Diacones non turpe lucrũ sectãtes, & ad Ti. 1. Oportet epm eũ non turpis lucri cupidũ [scripturæ dicẽtis] Psal. 14. [Qui pecuniã suã nõ dedit ad vsuras, &c.] & Lucæ. 6. Mutuũ date, nihil inde spe-
2 rãtes. [Cẽtesimus.] † Cẽtesima vsura est, quæ sorti adæquatẽ in anno, vt si qs dederit. 10. vt in fine anni cũ sorte recipiat alios decẽ. C. de vsuris. l. eos. §. 1. versi. Ideoq; iubemus. [Post
3 hãc diffinitionẽ.] Ar. † ꝙ cõstitutio dat formã futuris negotiis; vt extra de cõsti. c. fi. hoc tamen non tm ad futura, sed etiã ad pręterita extẽditur, quia ante hoc erãt vsurę prohibitæ. Ar. extra de vsuris. cũ tu asseris supple; ergo maxime po hanc diffinitionẽ ẽm Arch. [Adinuentionẽ]. i. formã nouam vsurarũ, vt multi sub pallio emptionis, & vẽditionis in fraudẽ vsurarũ, aut aliis modis vsuras extorquẽt, vt in fructibus præcipiẽdis ex predio pignori dato, quod nõ est faciẽdũ fructus simpliciter sortẽ extenuẽt. extra de vsuris. c. 1. & 2. & c. cõquestus. C. de pig. l. 1. & 2. & hoc fit in fraudẽ legis. arg. 14. q. 3. plerịq;. Io. de Fantu. & Arc. pp ꝙ nõ excusantur tales à culpa, nec à pœna hic posita. [Trẽsiens]. i. quadã trãsactione vel pacto trãsformãs, vt qui vẽdit sextariũ frumẽti, vel marcã argẽti, plusqã valet. Hu. [Emiola.] † Emiolũ dr ab imi, ꝙ
4 est dimidiũ, & olon, quod est totum, quasi cõtinens dimidiũ & totũ sicut est ternarius ad binarũ, cõtinet. n. ternarius binarũ: & medietatẽ illius. s. vnũ. Arc. [sescupla:] dictũ est, quid dicatur. s. dist. proxima c. non licet. [excogitans] . i. cũ effectu,
5 verbi. n. cũ effectu in talibus sunt intelligẽda exta de clericis non resi. c. relatũ. † licet non solo cõsensu cogitationis vsura culpetur. Cũ apud deũ, qui scrutat renes, & corda, puniatur tamen in foro exteriori non punitur, quia solũ videt in facie. Primi Ro. 16. Turpis lucri gratia] hoc scriptum est ex verbis Petri Apostoli dicentis prima Petri. 5. pascite, qui in vobis est gregem dei, prouidentes nõ coacte, sed spontaneæ secundum deum, non turpis lucri gratia.

Exponit literam.

Io de Fan. Archid.

1 *Prædicator dicitur Paulus per excellentiam.*
2 *Pręcepta perfectiora tradenda sunt perfectis.*



Mnes tales. Consequẽter ad ostendendũ quod cupidi facile deuiant à iusto, & à veritate, inducit Gratianus hoc capit. ꝙ est beati Gregorii in moralibus. Et diuiditur in tres partes. In prima inuehit Grego. contra dilectores seculi q ꝓ terrenis vltra modũ fatigãtur, cũ pro cælestibus, nec modicũ laborẽ subire velint. In secũda ostẽdit, quod huius mali dilectores seculi cõparant aliis arboribus, sed boni, & dilectores cęlestiũ cõparant palmæ. Tertio exortat authoritate Apostoli, vt si nõ plus saltẽ tm fortes fiãt in bono qtũ fortes fuerũt in malo, siue ꝙ debẽt saltẽ tm amare iustitiã, quãtũ dilexerãt iniquitatẽ. Secũda ibi. Hi itaq;. Tertia ibi. Nã cũ. Lege. ¶ [Oẽs pro spe]. i. ꝓ resperata. s. vita ęterna. Hu. [Tardius retribui putãt. Nã ẽm istos ꝓsentia futuris præpõderãt, vt de pe. di. 3. §. itẽ hi [. itaq;.] scđa pars. s. dilectores seculi. [Aliarũ à palma] aliæ arbores in imo sunt amplæ in superiori parte angustæ sunt tales sunt dilectores seculi, q in terrenis nimis ampli, & fortes sunt, sed in cęlestibus querẽdis debiles, & infirmi sunt. Et ideo cõparãtur aliis arboribus. Palmæ vero (q in imo stricta & angusta est: sed in supioribus lata, & ampla) cõparãtur boni ẽm illud. *Iustus vt palma florebit in domo dñi, qa tales boni cõtẽptores seculi sunt, in terrenis debiles, sed in supioribus acqrẽdis studiosi, & fortes inueniũtur. Nã
1 cũ.] Tertia pars. [per prædicatorem]. i. Apostolũ Paulũ † qui per excellentiã prædicator dicitur. Ac. 9. 2. Ti. 2. in quo positus sum ego, prædicator, & Apostolus. qui ait ad Ro. 6. Humanum dico, quia vt dicit Ambro. Leue præcipit, & non graue i. congruens imbecillitati humanæ. Et causam assignãs, sub
2 dens ait [propter infirmitatem] † perfectis. n. sunt perfectiora præcepta tradenda. prima ad Corin. 2. Sapientiam loquemur inter

Diuisio.

Exponit literam.

Psal 91.

mur inter perfectos, minoribus autem sunt danda leuiora præcepta. prima ad Cor. 3. Tanquam paruulis in Christo, lac potum dedi, quia ista infirmitas non est ex spiritu, sed ex carne venit. Subdit [carnis vestræ] Mat. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. [Sicut .n.] Ecce ponit documentum, quod dicit esse humanum, in quo docet, quod corporaliter, æqualiter est exhibendum ad seruiendum iustitiæ, siue æquale studium esse adhibendum ad seruiendum iustitiæ, quantum adhibuimus ad seruiendum peccato, & hoc est, quod dicit [sicut seruire] per executionem mali operis immunditiæ, & iniquitati in corde conceptæ, vt immundicia referatur ad peccata carnalia. Ad Ephe. 5. Omnis fornicatio, aut immundicia nec nominetur in vobis. Iniquitas ad peccata spiritualia, & præcipue, quibus læditur proximus. psal. 35. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, quibus in corde conceptis membra seruiunt ad iniquitatē .s. opere exequendā [ita nūc] .s. libertati à peccato tempore gratiæ [exhibite] per executionem bonorum operum [seruire iustitiæ.] in lege diuina nobis propositę, & hoc [in sanctificationem] .i. in executionem, & augmentum sanctitatis. Apoca. vlti. Sanctus sancti ficetur [adhuc.] dicit autem hoc esse humanum, quia secundū rectum iudicium exigeretur, vt homo multoplus seruiret iustitiæ, quam ante seruierit peccato. Baruch. 4. Sicut fuit sensus vester vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes, requiratis eum. Sanctus Tho. super epistolam Pauli. [Si nequaquam amplius] non notat impossibilitatē, sed difficultatem, quæ sæpe videtur quibusdam. Hug. [Tales] .i. tam voluntarii, & studiosi [quales aeris] .i. celestis conuersationis Aer. n. est supra terram, cuius altitudo designat cælestē conuersationem, de qua Apostolus Philip. 3. Nostra autem conuersatio in cælis est. Cum dicitur aer .i. celestis contemplatio, quia in ea boni se pœna contemplationis erigunt ad sublimia, sicut quis in aere. 23. q. 4. cum in lege. Arch. [in carne] .i. in carnali conuersatione. Hu. [validos] .i. fortes, & constantes. Arch. [Terrenæ voluptatis sensus] sicut tunc nullus timor vos coegit ad peccatum, sed libido peccati, & voluptas duxit, sic nunc ad iuste viuendum non vos supplicii metus impellat, sed dilectio iustitię inducat, & hęc quidem non est perfecta iustitia, quia plus debet amari iustitia, quā olim fuerit amata iniquitas. Hu. & Archi.

S. Thom.

1 *Nota persona non indiget examinatione, quæ fit in ordinatione.*
2 *Notus bene potest recipi ad religionem absque probatione.*
3 *Decretum quid dicatur.*
4 *Scientia necessaria est in Episcopo, sicut in quolibet prælato.*



De petro. Ad idem subiungit hoc c. beati Gregorii. vbi quidam clericus electus in Episcopum, qui dicebatur fænerator, iubetur repelli, & alius eligi. Et potest diuidi in duas partes. In prima papa scribens clericis Neapolitanis iubet inquiri, si sit verum, quod sit vsurarius. In secunda iubet. vt representet se Apostolicæ sedi, vt de simplicitate, & aliis examinetur. In secunda ibi. Si vero. Litera. ¶ [De petro] Pro intellectu huius est sciendum, quod Neapolitani istum Petrum elegerūt in episcopum, qui simplex dicebatur esse, & vsurarius, mandat ergo Gregorius Papa, vt examinēt eum, & si inuenerint eum vsurarium, repellant eum, si nō, mittant eum cū decreto suo ad Apostolicam sedem, vt ibi de eius simplicitate, & alia sua cōuersatione examinetur, vbi si inuentus fuerit idoneus, confirmabitur, & consecrabitur. Petro.] de hoc Petro habetur di. 38. Petrus. & di. 61. studii. [suspēdite.] hic arguūt quidam electionem deambulatoriā esse. Ita, quod etiam pluries possent, sed hoc non posset hic argui, quia iste reprobatus erat à superiore suo, & in tali casu tūc possunt electores aliū eligere, vt hic est casus. & 28. di. de Syracusane. Archi. & Io. Fātu. [manus] ordinatorias, vt di. 33. maritum. habita [à vobis examinatione] vt di. 23. qui Episcopus. credo, quod huiusmodi examinationi aliquē, vel aliquos de illis, vel de aliis delegauit. Nā à Metropolitano, vel ab alio eius authoritate debēt fieri, vt dist. 38. omnes psallentes. Hu. & Archid. [quia persona ignota.] Argu. † quod si esset nota non necessaria fuisset exa-
1 minatio, quæ solet fieri in ordinatione. vt. 94. di. valde, & 35. q. 9. veniam. Illa tamen, quæ fit in consecratione Episcopi etiam in noto fieri debet. Ar. 23. di. qui Episcopus. & est ar. † quod si quis notus fuerit bene potest recipi ad religionem
2 absq; probatione, vt in aut. de san. Episcop. §. si quis ad mo-

Diuisio.

Exponit literam

nasticam. quod nō est dubium de ignoto si voluerit iuri suo renuntiare: de hoc est tex. ca. ad Apostolicam. extra de regularib. fallit tamen in ordinibus mēdicantium, vt in c. non so-
3 lum. e. tit. li. 6. [decreto.] † Decretum est charta, vel scriptura continens electionem, & subscriptionem eligentium cū nominibus eorum. dist. 61. Episcopus. Hu. [vt vitam] extra de elec. cum in cunctis. [moresq;.] extra de purga. canonica. constitutus. Arch. [sensum] .i. scientiam, an sit simplex, & in scius omnino, vt dicitur. 39. distinctio. Petrus. † In episcopo enim & in quolibet prælato necessaria est scientia, alias ordinari non debet vt octaua quæstio. 1. oportet. & 1. quęs. 1. vilissimus. Hu [. huic iudicio] .i. nostro examini, & inquisitioni. Hu. [compleamus] eum confirmando, & cōsecrando. ¶ Sed quare examinatio fuit de vsura eis commissa, & non de simplicitate & alia sua vita. ¶ Respondeo. Tota examinatio spectabat ad eum tanquam ad proprium Metropolitanum, sed de vsura poterat cognosci ibi, vt fuerat cōmissa meli⁹, quàm alibi quia ibi erāt personæ repetentes vsuras ei solutas. Et ideo, vt facilius veritas ibi deprehenderetur, huius rei cognitio fuit de mandata secundum Hu. Ar. ad hoc. 23. dist. illud. & extra de elec. postquam. & ca. scriptum sed de simplicitate, & aliis æque bene, vel melius poterat cognosci in præsentia domini papæ. Et ideo eorum cognitionem sibi reseruauit, secundum Hu. in gl. Arch.

Quæstio. Respōdet.



Si quis. Ad idem sequitur hoc c. ex Concilio Elibertano. In quo statuitur vt clerici vsurarii degradentur. Breue est. Lege. ¶ [Si quis clericorum abstinere] à communione sacramentorum, & fidelium, vel abstinere ab officio, & beneficio ecclesiastico, tanquam depositum secundum Hu. Arch.

Exponit literam.

1 *Concupiscentia vel cupiditas, nisi addatur, cui rei sit, non nisi in malo intelligitur.*




Virum. Hic incipit secundum Arch. 2. pars hui⁹ distinctionis, in qua probat per tres authoritates, quod sacerdotes non debēt esse cupidi. Et potest diuidi in tres partes. In prima ponit, quod nō debeant aliqua cupiditate temporalium rerum sacerdotes maculari. In secunda inducit authoritatē ad hoc. In tertia inducit rationē ab effectu. Secunda ibi. Dicente scriptura. Tertia ibi. Mens .n. potentiæ. Breue est, & planum. ¶ [Virum catholicum] .i. Christianum, siue fidelem errore infidelitatis, aut cuiuscunque alterius peccati mortalis, quā cupiditatis [violari] .i. corrumpi, contaminari, pollui. Arc. [Sacra scriptura.] ecclesiastici. 18. Secunda pars. [Concupiscentias] dicit Augu. † quod
1 concupiscentia, vel concupiditas, nisi addatur cui rei sit nō nisi in malo intelligitur. Ecce quod cupiscentiæ sunt refrenādæ, non sequendæ. Iac. 1. concupiscentia, cum ceperit, parit peccatum. & Danie. 13. Concupiscentia subuertit cor. [Mēs .n.] 3. pars potētiæ p talis .i. altitudinis mūdanæ. [à vetitis] mēs .n. ligata visco cupiditatis cito deuiat á vero, vt. 96. dist. bene in prin. & 83. di. nihil. [concessus] quia res ipse dominātur. & ipsa seruire rebus cōuincitur, vt. 14. q. 1. §. 1. [Nec pietati] .i. opera pietatis non exercēt in pauperes. Hu. & Arch.

Diuisio.

Exponit literam.

August.

1 *Cupiditas an conuenienter dicatur radix omnium malorum.*
2 *Cupiditas dicitur tripliciter.*



Bonorum. Inducit cōiter hoc c. ad idem, quod patet esse Gregorii in registro, vbi cōsequēter assignādo rōnē, quare sacerdotes nō debeāt esse cupidi, inqt. [quia bonorū autori] .i. Deo alites inherere non possumus, nisi cupiditatē a nobis abscindamus, quæ est radix oīum malorū. Breue est. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. † quæritur. Vtrū cōueniēter cupiditas radix dicatur oīum malorū. Et videtur, quod nō: Primo quia de superbia dr Eccl. 10. quod sit initiū tm malorū, vr. quod nō cōpetat cupiditati, cū sint diuersa vitia. ¶ Scdo sic Multa sunt mala quæ non proueniunt ex cupiditate, vt est manifestū ergo falsum est, quod cupiditas sit oium malorū radix ¶ In oppositū est text. præsens. ¶ Respōdeo dicēdū iuxta S. Th. super epistola Pauli prædicta. † quod ſm quosdā cupiditas dr tripliciter.
2 qnque pro auaricia ſm quod est speciale peccatū .s. inordinatus amor habēdi diuitias. qnq; prout est genus oīum peccatorū ſm, quod importat inordinatū appetitū rei tēporalis, & hoc includitur in omni peccato, quia est conuersio adū bon commutabile: sed sic non est radix sed genus omnium peccatorū Tertio modo dicitur quædam inordinatio animi ad cōcupiscendum

Quæstio.

Primū arg
Secundū ar
Opponit & Respō.

scendum. bona temporalia inordinate. & hæc est habitualis passio: seu pronitas ad passionem ex originali peccato relicta, & non peccatum in actu, sed radix. omnium peccatorum dicitur autem auaricia radix omnium malorum. Omnia enim consistunt in appetitu. Et ideo origo peccatorum est ſm originẽ appetibilium. Origo appetibilium procedit ex fine, & ideo quantum aliquod peccatum habet finẽ magis desiderabilem, tanto est prius, finis autem alicuius peccati est desiderabilis propter duo, ꝑpter seipsum, & hoc est excellentissimum, quia ad hoc vult homo bonum illud, vt excellat, & hæc superbia. Et ideo superbia dicitur initiũ omnium malorũ. Item propter aliud, & hoc est ꝙ valet adoĩa, & hmõi sunt diuitiæ, quia per hæc credũt se habere oĩa. Et ex ista parte auaricia dicitur radix omniũ malorum. Superbia ergo est, sicut initium, & auaricia radix omnium malorũ.

Ad primũ argu. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositũ. Ad primam patet responsio negando consequentiam, non.n, est inconueniens, quod superbiæ attribuatur esse initium malorũ & auariciç radicem esse omnium malorum diuersis respectibus siue diuersa ratione.

Ad secũdũ. ¶ Ad secundam respondetur, iuxta Hu. hic in gl. & sanctum Tho. in secunda secundç. q. 18. arti. 2. ꝙ auaricia dicitur radix omnium malorum, non quia omnia mala semper ex auaricia oriantur, sed quia nullum malũ est, quod non interdum, ex auaricia oriatur. Lege.

Exponit literam ¶ [Bonorum authori.] bonorum author deus est Iac. 1. omne datũ optimum, & omne donum perfectum à patre luminum est [inhærere] Ma. 6. Nemo potest seruire Deo, & Mammone. [Radix] prima ad Ti. 6. & .49. di. hinc etenim.

2 *Auaricia duobus modis capitur.*

5 *Superfluum cum dicitur in respectu ad necessarium, est duplex.*

6 *Superfluum, quomodo diffiniatur.*

7 *Peccatum mortale est non solum negare superflua fratri existenti in necessitate, sed etiam quæ necessaria sunt personæ suæ decentiæ proprij status.*

Sed non imminente necessitate, nu. 8.

9 *Eleemosynam non dare, etiam de superfluo extra casum necessitatis, non cadit sub pręcepto sed solum pertinet ad concilium.*

10 *Facere intelligitur, quod non debet, qui non facit, quod debet.*

11 *Pauperes ordine iudiciario an possint petere omnia superflua diuitum, tanquam eis debita si negentur eis.*



Icut hi. Ad idem inducitur hoc ca. quod est beati Ambrosii, & secundum. Hug. põt diuidi in quatuor partes. In prima inuehit in auarum. & comparat eum amenti, qui habet mentem alienatam, quia sicut ille credit videre, quæ non videt, sic auarus. In secũda respondendo quæstioni auari increpat eum, quia dicebat se habere propria, cum tamen ipse nihil in hunc mundum intulerit, & quod omnia sunt communia. In tertia ostendit, ꝙ non ideo dicendus sit iniquus, quia plus dat malo, quam bono. In quarta inuehit contra auarum, quod subtrahit, & detinet, vnde multi possunt iuuari. Secunda ibi. sed ait, nunquid Tertia ibi. Tu vero. Pro pleniori intelligentia huius. c. quæruntur tria.

Diuisio

1 ¶ Primum est, vtrum auaricia sit peccatum mortale.

3 ¶ Secundum est, vtrum effectus auariciæ sit excæcatio mentis.

4 ¶ Tertium est, vtrum quis peccet mortaliter, non tribuẽdo pauperibus, quicquid superfluit sibi, vltra sumptus necessarios.

Primũ ar. 1 Ad primum. Sic ꝓceditur. † Et videtur, quod auaricia non sit peccatum mortale. Primo, sic Aua ricia dicitur, quasi ris auiditas, quia. s. in appetitu consistit, per quam exteriora bona intelligi possunt, sed appetere exteriora bona nõ est peccatum. Naturaliter enim homo ea appetit. Tum quia naturaliter sunt subiecta homini. Tum per ea vita hominis conseruatur, vnde etiam substãtia hominis dicuntur, ergo auaricia non est peccatũ.

Secũdũ ar. ¶ Secũdo sic. Oẽ peccatũ, aut est in Deum, aut in proximũ, aut est in seipsum, sed auaricia nõ est proprie peccatũ contra Deũ, Nõ.n. opponitur religioni, nec virtutibus theologicis, quibus hõ ordinatur in Deum, nec etiã est peccatũ in seipsum, hoc.n. proprie pertinet ad gulam, & luxuriã. Similiter etiam non est peccatũ in proximũ, quia per hoc, quod hõ retinet sua, nulli facit iniuriam ergo auaricia nõ est peccatũ.

Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. Super illud primæ ad Corin. 3. Si quis ædificat super fundamentũ. Dicit, ꝙ ille ædificat lignũ fenũ, & stipulã, non edificat mortaliter. sed venialiter, de eo.n. dicit ꝙ saluus erit ac quasi per ignem, & c. ergo auaricia dato, quod sit peccatũ, non erit mortale.

Opponit & Respo. ¶ In oppositum arguitur ex c. præsenti, &
2 in c. auaritiæ. extra de preb. ¶ Respõdeo. Sciendũ primo. † ꝙ auaricia capitur generaliter, & specialiter. Generaliter vero accipitur, ſm ꝙ nõ tm̃, appetitus dr̃ esse pecuniæ, sed altitudinis, & scientiæ, vnde beatus Augustinus 3. li. de li. ar. Dicit ꝙ auaricia græce philargyria dicitur, non in solo argẽto, vel in nũmis, sed in oĩbus rebus, quæ immoderate cupiuntur, intelligẽda est iuxta interpretationẽ suã, quæ est, quasi æris auiditas. specialiter aũt accipitur, ſm ꝙ est immoderatus amor habendi possessiones, quæ nomine pecuniæ designatur. Hoc habito respõdendo ad quæsitũ.

Prima conclusio. Et ista conclusio. Quod auaricia est peccatũ. Ista cõclusio satis apte colligitur ex c. multis, plenis distinctionis. Itẽ patet ex illo apostoli ad Heb. vl. sint mores vestri sine auaricia cõtenti præsentibus. Rõne vero sic declaratur, & probatur præsens conclusio S. Tho. in secũda secũdæ. q. 118. Si quibscunq; bonũ cõsistit in debita mẽsura, necesse est, ꝙ per excessum, vel diminutionẽ illius mensuræ malum proueniat. In oĩbus aũt, quæ sunt propter finẽ bonum, consistit in quadam mensura. Nã ea, quæ sunt ad finẽ necesse est cõmensurari fini, sicut medicina sanitati vt patet per philosophum primo politicorum, vnde necesse est, ꝙ bonum hominis circa ea consistat in quadam mẽsura, dum. s. hõ ſm aliquam mensuram quęrit exteriores diuitias, prout sunt necessariæ ad vitã eius, ſm suã conditionẽ. Et ideo in excessu huius mẽsuræ cõsistit peccatũ, dũ. s. aliquis supra debitũ modũ vult eas, vel acquirere, vel requirere ꝙ pertinet ad rõnem auaritiæ, quæ diffinitur, vt dictũ est esse immoderatus amor habendi. vnde patet, ꝙ auaricia est peccatũ.

S. Thom.

Secũda conclusio. ¶ Secunda, cõclusio. Auaritia quãdoq; est peccatũ mortale, qñq; veniale. Ista conclusio, patet quo ad primã partem ex textu præsentis c. Patet etiã, quia apostolus ad Ro. 1. inter alia peccata mortalia enumerat auariciam. Quo ad secundam partẽ patet ex glo. supradicta super illud ad Corin. 3. si quis ędificauerit, &c. Ratione vero sic declaratur S. Tho. vbi supra.

S. Thom. Pro quo notandũ, ꝙ auaricia importat immoderantiã quandam circa diuitias dupliciter. Vno modo immediate circa ipsam acceptionem, & cõseruationẽ diuitiarũ, inquãtũ. s. aliquis acquirit pecuniam vltra debitum, aliena surripiendo, vel retinendo, & sic opponitur iustitiæ, & hoc modo auaricia ex genere suo est peccatum mortale. Sic.n. ad auaritiam pertinet, ꝙ aliquis iniuste accipiat, & retineat res alienas, ꝙ pertinet ad rapinã vel furtũ, q̃ sunt pc̃ã mortalia. Contingit tñ in hoc gñe auaritiæ aliquid esse peccatũ veniale propter imperfectionem actus. Alio modo auaricia importat immoderantiã circa interiores affectiones diuitiarum, puta cũ quis minus amat, vel desiderat diuitias, vel minus delectatur in eis, etiã si nolit rapere aliena, & hoc modo opponitur libertati, qua moderantur huiusmodi affectiones. Et hoc modo, si in tantum amor inordinatus diuitiarum; qui importatur in auaricia crescat, quod præferatur charitati, vt scilicet propter amorem diuitiarum aliquis non vereatur facere contra amorem dei, & proximi, sic auaritia est peccatum mortale. Si aũt inordinatio amoris ita cõsistat, vt. s. homo aliquomodo super flue diuitias amet, non tamen præfert earum amorem amori diuino, vt. s. propter diuitias non vellet facere aliquid contra deum, & proximum, sic auaritia est peccatum veniale.

Ad primũ argumen. ¶ Ad rationes in oppositum dicendũ est. Ad primã respondetur, ꝙ appetitus rerũ exteriorum est homini naturalis, vt eorum, quæ sunt ad finem. Et ideo in tantum vitio caret inquantũ cõtinetur sub regula scripta ex rõne finis.

Ad secũdũ ¶ Ad secũdam respondetur, negando minorẽ, qm̃ auaricia põt importare immoderantiã circa res exteriores dupliciter, sicut dictũ est circa conclusionẽ secũdã. Si primo modo auaricia est directe peccatũ in proximũ, quia in exterioribus diuitiis nõ põt hõ abundare, nisi alter deficiat, quia bona temporalia nõ possunt simul possideri à multis. Si secũdo mõ sic auaricia est peccatũ hoĩs in seipsum, qa per hũc immoderatũ amorẽ deordinat̃ eius affectus, licet nõ deordinetur corpus, sicut ꝑ peccata carnalia, & ex consequenti est peccatum in deũ, sicut & oĩa peccata mortalia inquantũ homo propter bonũ tẽporale contemnit æternum.

Ad tertiũ ¶ Ad tertiam respondetur conce

dendo, quod aliquando est veniale peccatum, si expositum est.

3 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Respondendo siue præludio argumentorũ sub ista conclusione. Quod effectus auariciæ in homine auaro inter alios sit excæcatio mentis. Ista conclusio patet primo ex tex. præsentis c. in princi. vnde auaricia comparatur amẽtiæ. Secundo patet ex illo beati Chrisostomi dicentis. *Chrisosto.* Tenebrã animæ est pecuniarum cupido. Auaricia ergo excæcat, vt hõ non posset cognoscere, aut affici circa bona æterna, qm̃ tota mens auari rapitur ad temporalia, & quod ad cognitionem, & quo ad affectum, vnde sicut oculi Thobiæ ex stercoribus hirundinum exæcati fuerunt, sic oculi mentium auarorum temporalibus excæcatur secundum sententiam Alexandri de Halis in secundo.

Respõdet. 4 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, quod nõ peccat mortaliter, qui superflua sibi, non erogat pauperibus. Primo sic. *Primũ ar.* Propriũ iuste potest quisque retinere, & si retineat nemini facit iniuriam. ergo. Sed retinendo quis rem suam, etiam superfluam, non facit eleemosinam; ergo nullus non erogando superflua pauperibus peccat mortaliter. ¶ Secundo sic. *Secũdũ ar.* Quod cadit sub consilio non obligat ad mortale, cum consilia in hoc à præceptis distinguantur, sed dare superflua pauperibus cadit sub consilio secundum illud Danielis quarto. Consilium meum regi placeat, peccata tua eleemosynis redime. ergo, &c. ¶ Tertio arguitur sic. *Tertiũ ar.* quia si hoc foret verum, multi diuites, qui multa superflua continent, venirent damnandi, quod esset durum asserere. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. ¶ Respõdeo dicendum, quod hic est opus multiplici distinctione. *Opponit & Respo.* Primo 5 quidem † superfluũ cum dicatur in respectu ad necessarium est duplex. secundum quod necessarium dicitur dupliciter. Primo. s. ratione singularis personæ, sicut illud, quod indiget pro seipso, vel ad nunc, vel ad imposterum, maxime si nõ habet reditus, vel aliquid certum, ad quod imposterum possit habere recursum. Secundo est aliud necessarium ratione curæ commissę, sicut paterfamilias tenetur familiæ, & liberis prouidere. Apud aliquos prima necessitas dicitur necessitas naturæ: secunda vero necessitas personæ, secundum quod persona notat dignitatem, & statum. Sic autem potest dici duplex superfluum. Vnum est, quod superest primæ necessitati ẽm est quod superest secundæ necessitati. ¶ Præterea superfluum diffinitur sic iuxta dominum Albertum in quarto. *Albert⁹ magnus.* 6 † Quo ablato, vita naturæ dantis eleemosynam conseruari potest. Secundum superfluum est, quo ablato, põt adhuc teneri domus, & familia exerceri negotium, & officium licitũ ipsius personæ, & hoc simpliciter secundum æstimationem sapientis, & boni viri. Secundo ex parte eius, cui danda est eleemosyna. Distinguitur duplex necessitas. Vna dicitur extrema, quando sic indiget, quis aliquo, quod potest ei prouidere per alium, quam per iustum, quia vel ipsemet potest ꝑcurare, vel alius debet, & vult ei prouideri. Quibus distinctionibus habitis, sit ista conclusio. Non dare de superfluo sui status, tã primæ necessitate. s. naturæ, quam necessitate secundæ. s. personæ existenti in extrema necessitate, est peccatum mortale. ista conclusio patet ex præsenti text. Secundo ratione sic. Dare de superfluo existenti in extrema necessitate, cadit sub præcepto, patet Luce. 11. quod superest date eleemosinam, ergo conclusio vera, quia qui transgreditur præceptum, peccat mortaliter. ¶ Secũdo sic. Lucæ. 3. dicitur, qui habet duas tunicas, det vnã non habenti, vbi dicit gl. de duabus tunicis diuidendis datur præceptum, sed per largitionẽ vnius tunicæ intelligitur largitio eorum, quæ superfluunt, ad necessitatem vitæ, vt patet per ea, quæ præmittuntur in glo. ergo negare superflua, vt dicit conclusio, est peccatum mortale. ¶ Secundo patet per illud prima Io. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suũ necesse, habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas patris manet in eo, quasi dicat nullo mõ, sed charitas est simpliciter necessaria ad salutẽ: ergo nõ dãdo superflua existenti fratri in extrema necessitate, est pec̃m mortale. ¶ Quarto sic. *Prima conclusio* detinere rẽ alteri⁹, inuito dño, est cõtra ꝓceptũ. Nõ furaberis nõ. n. minus iniustũ est violẽter detinere, q̃ rapere, sed non dans superflua sibi fratri existenti in extrema necessitate, detinet alienum, inuito dño, quia tempore necessitatis cõe illud. quo quis indiget, suum est, vbiq; ꝙ sit etiã super altare. Et ideo non dare sibi suum, est ipsum violenter, & iniuste detinere. Et in hoc casu intelligitur Ambro. in hoc c. dicens. Pasce esurientem, quẽ si non pauisti, occidisti, nec est vltima necessitas expectanda, vt dicit sanctus Th. *S. Thom.* quia tũc forte nõ posset iuuari. Nam fame, vel siti consumpta, dicit Chrisostomus super Io. Non oportet pauperũ vlulantẽ deceptorem vocare, quod dicis. O homo quare fingis pauperem deceptorem esse. 7 ¶ Secunda conclusio. *Secũda cõclusio.* † Non modo superflua, sed etiã, quæ necessaria sunt personæ, siue decentiæ proprii status negare fratri existenti in extrema necessitate, est peccatum mortale patet conclusio, quid plus tenetur diligere quilibet homo vitam proximi sui, quã decentiã sui status. ¶ Tertia conclusio 8 † imminente necessitate alia, quã extrema, non est peccatum non dare pauperi id, quod est necessarium sibi ratione sui, vel sibi cõmissorum suæ curæ, patet conclusio, *Tertia conclusio.* quia charitas ordinata est. Plus. n. tenetur quis sibi, & sibi cõiunctis ratione, curæ. vel familiæ, quã quibuscunq; extraneis. Secundo, quia ars imitatur naturã. Cursus aũt naturę hoc habet, qđ primo accipit de alimentis pro subiecto proprio, quãtum ad nutritionem, & sustentationem postea, quod superest, transmittit ad alios per generationem, sic homo primo tenetur sibi, 9 & familiæ prouidere, deinde pauperibus erogare ¶ Quarta conclusio. *Quarta conclusio* † Non dare eleemosynam etiam de superfluo extra casum necessitatis, non cadit sub præcepto, sed solũ pertinet ad consilium, sicut quodcunq; ad melius bonum. Pręterea patet, quia cũ temporalia bona ordinentur ad sustentationem humanam, & iste sine me põt commode sustentari, non teneor propria impertiri illi. De ista materia, vide de pe. disti. 1. §. quamobrem, vbi disputauimus vtrum eleemosyna cadat sub præcepto. Ad rationes in oppositum patet responsio ex dictis. Dicendum, quod verum cõcludũt extra casum necessitatis. Lege. ¶ [Sicut per fantasias] insani, & dormientes vtũtur pro rebus ipsis fantasmatibus, *Exponit literam.* quia similitudines rerum, quæ existunt in fantasia pro rebus, & non pro similibus rebus, sic auari imaginibus diuitiarum, quæ transeunt inseruiunt, & spiritualibus, & æternis non fruuntur, vnde vt stulti, & amentes terram quærunt, & cœlum perdunt. Hieremiæ. 22. Oculi tui, & cor tuum ad auariciã. Vnde Saluator. ait Vbi thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Mat. 6. [quam solem] cũ tamen super omnia delectabilia sit oculis videre solem, vt dicitur Ecclesiast. 11. Sed isti auari statuerunt oculos suos declinare in terram auri, & argenti, & non vident solem iustitiæ. Christũ, qui est lux vera. Io. 1. Habent. n. oculos ægros quibus ẽm Aug. li. cõfessio. *Augustinus* Odiosa est lux q̃ puris est amabilis. [Oratio:] non orant, vt salui fiant, sed orant auari, vt aurum, & argentum habeant, quo periclitantur in perditionẽ ergo auarorum oratio fit eis in peccatum, quo magis querũt aurum, quã Deũ. De quo philosophus. 1. politicorũ dicit, ꝙ quidam vocatus Midas sic cupiebat aurum insatiabiliter, ꝙ orabat, quod oĩa sibi posita fierent aurũ, qđ ferũt ei euenisse, *Midas* & ita carens cibo interiit. Vnde ait Philosophus deliramentum tales dicere diuitias, quibus habitis, quis egeat necessario cibo, & inconueniens tales dicere diuitias, quibus habũdans fame perit. [Vsuræ artem, nequissimã] artẽ dicit vsurã quia sub prætextu mutui, & subsidij proximi substantiã exhaurit, & decipit pauperẽ in abscõdito, & cõtra dei præceptũ opprimit proximũ vsuris cõtra illud Exo. 22. vbi Deus ait. Si pecuniam mutuo dederis pauperi; vsuris nõ opprimas eũ. [nec satietas] Ecclesiastic. 5. [Auarus non replebitur pecunia] vnde hydropico cõparabitur, qui quãto magis bibit, tãto magis sitit, vnde fideli homini diuitia sunt totus mundus, nõ reperitur obolus auaro. vt. 1. q. 4. quid dicam. [Sed ait] secunda pars. [Auarus, quid iniustum est non congrue.] opponit duplici rõne. Tũ primo, quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est. 32. q. 5. sicut. & 86. d. non satis. Hu. & Arc. Tũ secũdo quia falsum proponit, quia illa non sunt propria in casu necessitatis, sed communia effecta sunt, vnde seruãdo de ꝓpriis vltra necessaria inuadere, & rapere cõuincitur aliena. vt dis. 42. §. 1. Hu. vnde sequit[dictũ auare ꝓpria dicis] dicit increpãdo de falsitate, quasi dicat q̃ stultitia tua est hoc dicere, vnde seqtur [qui ex quibus recõditis, &c.] quasi dicat Nihil tulisti tecũ, [nec ex aliquibus recõditis]. i. cõgregatis. Hu. [ingressus] Iob. 1. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. [qđ est cõe] dicit ꝙ habet qs ꝓ tẽpore necessitatis. Tũ primo dr̃ cõe, qa ꝓpter est cõmunicãdũ. vnde Lu. 11. Quod superest date eleemosynã. Ar. 12. q. 1. duo & 5. q. 2. aurum. & 86. di. non satis. Tũ. 2. dr̃ cõe, qa tempore necessitatis omnia sunt communia. Sic. n. Deus omnia subiecit pedibus. id est potestati hominis, vt dicitur Psal. 8 Tum. tertia cõmune, quo ad bona ecclesiastica, vnde

Prosper.

Prosper.2.lib.de vita contẽplatiua c.10.dicit. Facultates ecclesiæ non sunt propriæ, sed cũes[plusquã sufficeceret sumptui].i.sufficit necessitati, tam in victu quã in vestitu, scilicet, q̃cquid superfluũ, & præter necessaria ad conseruationẽ vitæ sue naturæ est[violenter]i.per violentiam, & rapinam obtentum[est tempore]scilicet necessitatisextremæ.HU.Et ita in quæstione disputata vlt.declarauimus, quod id quod, superfluit homini, post necessaria ad conseruationem naturę esset fratri existenti in extrema necessitate de præcepto ero gandum, vnde in hoc casu bene dicitur, quod per violentiam dicitur auferre, qui vltra necessaria sibi retinet, ad hoc dist. 42.§.1.&.12.q.1.nolo.&.5.q.2.aurum, quod est verum (sicut diximus) si hoc facit tempore necessitatis, Nam alias potest quis licite sibi necessaria retinere. vt.12.q.1.expedit. & c.habebat.& q.2.aurũ.quia vt supradiximus extra casum necessitatis dare de superfluo eleemosinam non cadit in præcepto, sed in consilio.[Nunquid].3.pars, quasi dicat absit. Psal. 10. Iustus dominus. & iustitias dilexit, vnde iuste vni plura dat, vt ad opera minime se exerceat, quod si non fecerit præsertim tempore necessitatis, iustam recipiet sententiam, qua dicetur. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. sequitur. Ite maledicti in ignem æternum. Matt.25.item etiã alii non dat, ne abutatur, aut per patientiam mereatur, & coronetur. vt dicitur in litera, vbi no. quod Dominus ista temporalia communia facit bonis, & malis, vnde Augustinus.1. de ciuit.dei c.8.dicit. Placuit quippe diuinæ prouidẽtiæ præparare in posterum bona iustis, quibus non fruentur iniusti & mala impiis, quibus non excrucientur boni, ista vero temporalia bona, & mala vtrisq; voluit cõia, se vt nec bona cupidus appetat, q̃ mali habere cernũtur; nec mala turpiter euitẽtur, quibus etiam boni plerunq; afficiuntur, interest autem plurimum, qualis sit vsus earum rerum, quæ prosperæ, vel aduersæ dicuntur. Nam bonus nec bonis extollitur, nec malis frangitur; malus vero huius commodi infelicitate punitur, cuius felicitate corrumpitur.[in sinum.]bene in sinum Dei munera abscondit, qui ea sic retinet, vt pauperibus nõ dispẽset, sed in sinum pauperum sunt largiter immittenda. Eccle. 29. Absconde eleemosinam in sinu pauperis [quis tam iniustus.]secure iniustus est, qui sibi non necessaria pro se, & sua familia proximo non dat, imo reddit tempore necessitatis quia tunc sua sunt: Sunt enim eius, qui necessitatem habet, & sic alienum retinet, & est causa mortis innocentis. [Nec.n. magis]hæc est vera litera, vt dicit Hu.[tollere]i.auferre, clã vel manifeste[indigentibus]in casu extremæ necessitatis[denegare.]Assignans autem rationem huius subiungit.[Esuriẽtium.n.].i.esurientibus debitus, quia pro tempore necessitatis omnia sunt communia.vt.s̃.di.8.quo iure, vnde non dás, punitur. Mat.25. Esuriui, &c.[defendis]hic est seruus nequã per talem domini in terram auaritiæ, & in foueam iniquitatis abscondit, & recludit, de quo habes Mat.25.[tantorum]
1 i.tot inuadere bona.i.eis debita, siue eis communicãda, quia si tempore necessitatis non tribuis, quæ supersunt, aliena rapis. Ar.†quod qui non facit, quod debet, intelligitur facere, quod non debet. Ar.di.86.pasce.& .16.q.1.decimæ.& c.quãtum. Hu.¶Sed hic surgit quæstio.†Vtrum pauperes ordine iudiciario possint petere omnia superflua diuitum, tanquam eis debita, si negentur eis. Et videtur, quod sic ex hoc c.cum omnia talia dicantur esse pauperum, siue esurientium.¶ Ad hoc respondet Hug. quod non. Et ratio est quia non sunt eorum licet eorum esse dicantur, quia sunt eis communicanda, re uera eis debentur, quæ tamen non possunt ordine iudicio, sed possunt peti, sicut debetur, scilicet misericorditer, & intuitu dei, & pietatis, vnde si quis iurat da re talia sua, si potest, debet seruare iuramentum, licet prædicto modo sint pauperum. dicit aũt hic gl. quod posset pauper denuntiare ecclesię illum, qui non dat, & sic potest ecclesia cogere, vt det. extra de iura casum.nullus.hãc gl.sequitur Abb.in c.3.de furtis. Sed quid, si quis indiget ad mortem, & iuraui alii dare Respondet, quod subueniendum est morienti, quia ad huc meum est, & postea alteri subueniendum, si potero. Hug &c.

Austustin.

Quæstio.

Respõdet.

1 *Antiqui dies natalitios celebrant.*
2 *Ordinari iuste prohibetur qui præesse nescit domui suę.*
3 *Prælatus debet esse talis, quod valeat reprehendere peccata suorum subditorum.*
4 *Correptio quid dicatur.*
5 *Correctio est duplex.*



Ecesse. Sequitur capi. hoc in quo magister Gratianus.12.ca. Apostolicæ regulæ prosequitur, in qua ostẽditur, quod oportet ordinandum in Episcopum bene esse præpositum domui suæ. Et potest diuidi in sex partes. In prima dicit, quod dictum est. In.2. probat hoc duplici autoritate Apostoli. In.3. idem ostẽdit exemplo beati Iob. In.4. inducit multa mala, quæ secuta sunt ex negligentia patrum circa correctionem filiorum. in.5. concludit, quod conueniens sit, vt qui domui suæ bene præesse nescit, in episcopum non ordinetur. in 6. ostendit, quod si per contumaciã subditorum non possit prælatus corrigere eos, nõ sit imputandum prelato, dumtamen nihil de contingentibus ommittat.2.ibi. Vñ Apostolos.3.ibi de beato Iob.4.ibi ꝙ quia Gely.5.ibi. Iure ergo.6.ibi. Vnde Hieronymus; plana sunt omnia. Lege.¶[Necesse. præpositus].1.ad Ti.3.[si in laicali.]declarat verba Apostoli & huius c.quia si domui suæ presse nescit, familiam suam verbo res virtuose regendo quo modo Ecclesiæ dei gubernacula tenebit. Et arguit per locum à maiori. Nam magis videtur, quod sufficiens sit præesse suæ domui, quam ecclesiæ. Tum quia paucioribus habet intendere in domo propria, quam in ecclesia. Tum quia magis ardua sunt agenda, & operanda in Ecclesia, scilicet de fide & sacramentis, & prædicationis doctrina, non sic in domo, propria circa talia solicitari oportet. Tum, quia plus dominij habet in domo propria, vt sibi obtemperent vxor, & filii, aut serui. Non autem est Dominus ecclesiæ, sed minister. Vnde Apostolus.1.ad Cori 4.dicit. Sic nos existimet homo, vt ministros christi, & dispensatores ministeriorum dei.[Apostolus].2.pars. hæc scribit ad Ephe.5.[Non ad iracundiam].i.nimis arcendo, aut subijciendo Col.3. patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, vt.i. pusilo animo fiãt, qui talis prouocatio non adiuuat ad bonum.[in accusatione].i.nõ accusabiles de luxuria. Hu.[non.n.] Assignat causam prohibitionis. Hu.[frõtem]id est: audaciam.25.di.primum.& 26. vna.& 8.q.1.quid autem. Hu.& Archi. & in c. qua fronte.de app. Alias duas rationes assignat sanctus Th. super Apostolum. Quare filii Episcoporum, quos habuerunt, antequam essent Episcopi, debeãt singulariter esse casti prima: quia mala eorum vita esset testimonium contra patrem, & prælatũ Eccle.10. secundum Iudicem populi, sic & ministri eius. & Sap.4. filii testes sunt nequitiæ aduersus parentes. Secunda ratio est qa ad domũ Episcopi cõcurrit populus, & ideo oportet illos esse castos, contra illud primi Reg.2.& 3.&.4.c. vbi filii Hely non casti, corrumpebant mulieres venientes ad templum, vt.j. dicitur in hoc c.[vnde de beato Iob.]3.pars. ponit exemplum bene præpositorũ domui suæ.[Sacrificia offerebat]sacrificium pro filiis suis, ne in peccatũ laberẽtur, aut si lapsi essent, remissionẽ à domino obtinerent [suo die]
1 scilicet natalitio.† Antiq n. dies natalitios celebrabãt[quos tãta charitatis]hæc.n. conuiuia non gulæ voluptate, sed charitatis perfectione astricti celebrabant.[quod quia Hely].4. pars. In primo ponit exemplum de Hely, de quo primi Re. 4. qui filios suos corrigere neglexit, qui cum mulieribus in vestibulo templi dormiebant, de qua histo.s̃.di.27. leget [discretum iudicio].i. discretæ iudicantẽ Hu.[percussit] Hely enim propter omissionem correctionis plaga diuinę vltionis in se & in filiis suis, quos corrigere neglexit percussus fuit primo. Re.4.[horam honorasti].1. Regum, & hæc dixit dominus ipsi sacerdoti Hely.[hinc Dauid.]secundo ponit exẽplum in Dauid, qui etiam filios suos non correxit, sed permisit voluptuosam vitã ducere ex qua negligentia correctionis sequuta sunt sequentia mala.[Nam vnus filiorum eius.]s. Amon. secundi Reg.23.[sororem suã virginẽ.s. Thamar: oppressit cõsequẽter[alter filius[.s. Absalon pp incestũ cõmissum in Thamar germanã suã, ipsum Amon fratrem suũ sub epulis interfecit. secũdi Reg.13. Cæterũ Absalon ille reconciliatus patri suo Dauid de morte Amõ, patrẽ suũ Dauid de regno expulit, & conatus est eũ expellere[Et ad concubinas suas]secundi Reg.19. demũ suspensus lanceã interfectus est quæ oĩa mala prouenerunt, quia pater filiis permisit viuere
2 insolenter, vnde Prouer.26. Puer, qui dimittitur voluntati suæ confundet matrem suã[hic Apostolus]confirmat autoritate Apostoli prima ad Timo.5.[qui suorum].i. attinentiũ sibi quocunque modo [domesticorum]scilicet existentium de domo sua, aut cognatione sua [fidem negauit] id est, fidelitatem, quam debet habere ad personas dictas, quam negauit facto, debitum auxilium eis subtrahendo.[& est infideli

Diuisio.

Expon it literam.

S. Thom.

deterior].i.in hoc peccat grauius, quam paganus, fidem christi non habens. Nam quanto gradus est altior, tanto casus est grauior, vt exponit Nicoleus de lyra super Apostol. [iure
2 ergo.] 5.pars. Cōcludit ex dictis quod iuste prohibetur ordinari, qui præesse domui suæ nescit, quod etiam ostendit rōne, qui in re minima cuiusmodi est res temporalis, & curæ familiaris in comparatione ad res ecclesiasticas, & diuinas quibus debet intendere Episcopus. [vnde Hieronymus]. 6. pars hæc scribit ad Heliodorum. Episcopum[iustus].i.bonus prælatus, qui est patet spiritualis.[nō polluitur ex vitijs filiorum]quia peccata non maculant, nisi peccantem. Ezec. 18. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij; tunc.n.propria culpa prælatus polluitur, quando negligit filiorum spiritualium corrigere peccata, vel non audet
3 propter suorum pecccatorum pudorem. †vnde prælatus debet esse talis, vt possit, & valeat suorum peccata reprehendere subditorum, quod si fecerit, filiorum sibi non oberunt peccata[libertas] corrigendi alios, si perfecte corrigit suos, quantum in se est. [ab Apostolo] dicente ad Tim.2. Argue cum omni imperio. [Ecclesiæ principi].i.prælato.s. Episcopo, vel sacerdoti, sicut.35.disti. Ecclesiæ. sic exponitur.13.q. 3.diffinimus Archi.[vt talis, &c.quod tunc fiet.]hic non debet esse.§. Credo tamen esse verba Gratiani.i.talem libertatem reprehendi habebit [si nō erit, quod sibi imputetur]qd̄ tunc est, cum nihil omisit de contingentibus, sicut nec medico, si aliqui moriuntur, quando fecit quod in se erat. Et ad ostendendum, quando hoc fit declarat, quæ potest prælatus facere circa subditos, ex quorum negligen.venit repellēdus, & quæ nō potest facere nec imputatur sibi. [Cum.n. gressus hominis] Prouer.20. dicitur. deus gressus hominis dirigit. Et dauid in psalm. 118. petit, dirige dn̄e gressus meos in semitis tuis [viæ eius].i.bona opera eius non sunt in homine autore, sed à Deo Esai.26. Omnia opera nostra operatus es domine in nobis: vnde Thobias filio suo inquit Thobiæ.4. Omni pe benedic deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat. [Corripere] ostendit qui actus sunt in prælato circa subditos, & qui non. †Correptio est actus exterior quo quis verbo
4 increpat, & reprehēdit male operantem, & hunc actum potest facere prælatus. [Corrigere autem non valet] Ecce actū quem non potest. Sed tamen nota, quod correctio est du-
5 plex, Vna exterior, quæ est actus corrigentis, quæ fit verbis, & factis, puta virga, aut aliis pœnis nititur delinquentem castigare, & à malis operibus coercere, & talem homo potest exercere. Alia est correctio interioris hominis detestantis culpam, & obtēperare volentis diuinis mandatis, & ista principaliter à Deo inspirante, & gratiam infundēte, & de ista loquitur hic de qua.23.q.4. sicut non est. Et in psalmo. 17. dicitur. Disciplina tua correxit me in finē. Sic correctus est Paulus exteriori cæcitate, sed per gratiam Dei interius in obediendi prompta voluntate, vt patet Actuum.9.[pulsare]ecce actum, quem potest facere[pulsare]admonendo[non aperire]. Ecce actum, quem non potest facere mentem hominis, vt ad bonum dirigatur, hoc est solius dei. [manus] scilicet delinquentis[comprimere.]Ecce alium actum, quem potest facere[non animum mutare]scilicet in melius, non præueniente gratia diuina. Hu.&c.

1 *Præsumptio non debet fieri pro aliquo ratione, nec econtra.*


Vantumlibet. Consequenter ad ostēdendum non esse imputādum alicui prælato, si in sua familia sint aliqui mali, si nihil omisit de contingentibus, inducit hoc cap. quod est beati Augustini ad Vincentium, in quo quatuor exemplis ostenditur, non esse mirum, si in familia alicuius prælati boni reperiātur aliqui mali, quia non potest prælatus ecclesiæ sic prouidere, quod omnia mala auferre possit, in ecclesia enim ante diem iudicij boni, & mali sunt commisti, tanquam in area palea cū frumento Mat.13. tanquam zizania cum bono semine Mat. 12. vnde vt ibi colligitur ante consummationem seculi non auferet deus de mūdo oīa scādala, nec separabit bonos à malis. Non ergo mirum in domo siue Ecclesia Augustini, siue alterius Episcopi quantumcunque vigilet disciplina correctionis, reperiantur mali.¶[Arrogare]id est arrogāter ascribere[arca Noæ] Ecce primum exemplum. Gen.9. in qua arca filius Noæ malus fuit deridens patris verenda [Abrahæ] Exponit literam.

secundum exemplum cuius vnus filius malus fuit filius ancillæ. Gen. 16. de quo dictum est Genes.21. Eijce ancillam, & filium eius[Isaac]tertium exemplum, qui habuit duos filios Esau, & Iacob. Gen.25. & horum vnus bonus, & alius malus, vnde Malachię primo dominus ait. Iacob dilexi. Esau autem odio habui[qui sicut] exemplum sumptum de monasteriis religiosorum [difficile].i.raro vel nunquam, sic ponitur.2.q.6. biduum[expertus].i.inueni [humiliores] in vita, siue perfectiores, quantum ad bonam vitam. Si dicatur contra.16.q.1.legi. vbi dicitur, ꝙ vix bonus Monachus facit bonum Clericum. So. hic dicas. Meliores.i.feruentiores, siue perfectiores in vita spirituali, ibi dicitur bonus Monachus.i. simplex, non potest facere bonum clericum.i.prælatum doctum in regulis ecclesiasticis[peiores] non sufficit esse in monasterio, nisi honeste ibi viuatur. Ecce qualiter præsumitur, qui in monasterio profecerunt, & contra eos, qui monaste-
1 rio profecerunt †vnde colligitur ratione loci non esse præsumendum pro aliquo vel contra. Ar. dist.40. hoc tamen verū est vt dicit glos. & Hugon. vbi nota est persona, vbi vero est ignota, potius præsumitur pro ea, si vixerit in loco religioso quam si in alio. Ar.24.dist. quando. & 56.di. presbyterorū. & extra de fi. presb. c.1.[iustificetur]id est, augmentum gratiæ ei conferatur per obseruantiam religionis, quidam tamen libri non habent hanc literam. [Sordescat]id est subtrahatur ei gratia, qua subtracta, facilius ruit in alias sordes, & ita amplius sordescit, quam prius sorduerat in seculo, &c.

1 *Negationes duæ faciunt vnam affirmationem.*


Vod ad nos. Ad idē subiungitur hoc c. quod est beati Cypriani, in quo ostenditur non esse imputandum alicui prælato, si sui non corrigantur, ex quo per eū non stat. Et diuiditur in duas partes. In Diuisio
1. ponitur, quod prælatus tenetur dare operā, ne pctōr in peccato moriatur ipsum monendo, docendo, & exhortando vt à peccato exeat per veram pœnitentiam, & ad bonum cōuertatur. In secunda ponit, quod si prælatus fecerit, quod in se est, monendo, & exhortando, quod peccator deserat, tunc prælatus à peccato illius excusatus est. Secunda ibi. si autem Lege tex.¶[Quod]id est quantum[culpa nostra]id est negligentia.[Si autem].2 pars[inculpatos.]quia diligenti prælato nihil imputandum est. Arg. dist.43. Eph. simile.22.q.2. faciat homo. Idem colligitur Ezec.3. Si autem annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem liberasti animam tuam[illos solos]nō nos. Hu.[quo minus] Exponit literam.
1 †Nam duæ negationes faciunt vnam affirmationem, vt.ff. de verb.signifi. Duobus. sed hoc expone[quo minus non]id est magis, quasi dicat, non debent ita nos mouere, vt à iustitia recedamus, vel sine, non potest legi.q.d. non debent nos monere. [& ita non recedamus, &c. Apostolus instruit] ad Galat.1. Si hominibus complacerem, scilicet malis seruus Christi non essem.

Distinctio Quadragesima octaua.

1 *Neophitus, ne promoueatur, an sit conuenienter prohibitum. & num.4.*
2 *Neophitus, quis dicatur, & vnde. & num.3.*
5 *Theatrum, vnde dicatur.*
6 *Circus, quis dicebatur.*
7 *Superbia facit ruere.*


Rohibētur, Hic intitulatur distin. 48. in qua magister Gratianus.13.& vlt.ca. Apostolicæ regulæ exequitur.s. oportere ordinandum in Episcopum non esse Neophitum. Et potestdiuidi in duas partes. In prima ponit quod dictū est. In2. asignat cās huius ꝓhibitionis. Diuisio.
2.ibi. Causa aūt huius.¶Pro pleniori autē intelig. huius c. Quæstio. Primū ar.
1 quęritur. †vtrum conuenienter prohibeatur Neophitus ne promoueatur. Et videtur quod non. Primo talis constitutio videtur contraria practicæ, quam Christus, & eius Apostoli obseruarunt in propagatione Ecclesiæ: ergo non videtur cōueniens. Patet consequentia, quoniam vita, & praxis Christi & Apostolica data est successoribus in exemplum, & doctrinam, vnde etiam Apostolis dictum est. Vos estis lux mundi Matth.5.

Mat.5.Antecedens probatur,quoniam tam christus in Apostolos constituit Neophitos, quam Apostoli per mundum discurrentes, prædicando, & populos ad fidem conuertendo in ordinatione ecclesiarum, non nisi de nouiter conuersis ad fidem per eos prouiderunt ecclesiis, constituendo eos Episcopos per ciuitates,& ita de Neophitis.¶ Secundo sic. Multi sancti reperiuntur ex laicis electi in Episcopos,vt beatus Nicolaus, q ex laico electus est in Episcopum,& beatus Seuerus,qui ex lanificio assumptus est in Archiepiscopum, & beatus Ambrosius est electus in Archiepiscopum, cum nondum esset baptizatus, vt in.§.his omnibus,di.61. Ergo videtur inconueniens prohibere,quod Neophiti,qui iam fidem Christi sunt professi,& baptizati,& ita Ecclesiæ incorporati non possent promoueri.Consequentia patet.¶ Tertio sic.Neophiti possunt habere qualitates promouendorū, s.scientiam;& vitæ sanctimoniam, plusquam antiqui Christiani,ergo inconueniens videtur, quod generaliter prohibeatur Neophiti promoueri.Cōsequentia patet,quia ex virtutibus est magis quis arguendus meritus,& idoneus ad promotionem, quam ex circunstantia antiquitatis temporis.

Secūdū ar. — Nicolaus — Seuerus. — Ambrosius.

¶In oppositum est tex.præsentis c.& apostolus.1.ad Tim.

2 Opponit & Respo. 3.¶Respon.dicendum in primis.† quod Neophitus dicitur nouellus in fide,à neos,quod est nouum,& phitos, quod est fides,vnde Neophitus nouus,siue nouellus in fide,vel nuper renatus.Gu.& Arch.Et nouitas ista intelligenda est de propinqua nouitate temporis, vnde dicitur in tex. qui heri erat Cathecuminus,hodie non fiat Episcopus,& qui heri erat in theatro,hodie non sedeat in ecclesia.s.tanquam prælatus possideat vt exponit Hu.& qui vespere erat in circo: hodie non minister altaris,hęc ibi &, similia verba habentur in gl.1.ad Tim.3.Ex qua descriptione conuincitur stultitia, & malitia eorum,qui ex Iudaismo, aut Gentilitate ad fidem christi cōuersos, qui à multo iam tempore fuerunt baptismo renati improperando vocant Neophitos, cum falso tales dicantur cum non sint noui in fide sed antiqui.¶Secundo,etiam conuincitur error bestialis eorum,qui etiam filios conuersorū, licet à natiuitate fuerint Christi baptismo renati, nec aliam vnquam fidem habuerint,quam christi,vocare non verētur etiā Neophitos, sed certe malitia excæcauit ecclesias eorū.

3 ¶Secundo notandum† quod Neophitus etiam dicitur, qui propositum religionis nuper assumpsit,vt.j.e.c.sicut quibus habitis,respondetur quod conuenienter institutum est,vt regulariter Neophiti non promoueantur,quæ conclusio probatur primo authoritate Apostoli,prima ad Tim.3. secūdo patet ex illo Actuum.1.Oportet eligere vnum ex his,qui nobiscum sunt congregati in omni tēpore quo intrauit, & exiuit inter nos dominus Iesus. Huius autem prohibitionis duplex causa assignatur in litera. Prima est, quam assignat Apostolus.1.ad Ti.3.Ne elatus in superbiam putans, quod religio christiana plurimum eo egeret,incidat in ruinam diaboli.¶Secunda causa est,quia nondum est expertus statum ecclesiæ,& ideo nescit esse grauius,& contemperare se secundum diuersitatem personarū subditarum sibi, de istis dicit Ambro.in pastorali sic.Non Neophitum, hoc est qui nuper ad fidem ex Gentilitate aduenit,aut certe,ex malitia ad clericatus officium est sociatus:hi ergo non tam passim sacerdotalem arripiant gradum ,ne elati per superbiam in iudiciū incidant & in laqueum Diaboli,quia quod longo tempore

Ambrosius.

4 minime discunt in paruo tempore seruare non possunt.†Est tamen notandum quod licet generaliter tales ordinari prohibeantur,tamen si quis Neophitus talis fuerit.vt merito suæ perfectionis clericalem vitam transcendat, tunc à sacris ordinibus,& Episcopatu nō prohibetur,sicut patet illis sanctis de quibus in ar.tactum est.s.beato Ambrosio.Nicolao,& Seuero.¶His habitis,dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primū arg. Ad primam respondetur dupliciter. Primo negando, quod christus,aut Apostoli permisissent aliquem neophitum.i.nouellum in fide ea nouitate temporis,tā propinqui, sicut Apostolus intelligit,De christo patet, quoniā Apostolos primo, vocauit ad discipulatum, & post modum interiectio spatio temporis,ex discipulis elegit duodecim Apostolos, vt patet

S. Thom. ex narratione,Mat.Marci,& Lucæ,vt etiam sanctus Tho.dicit quoli.5. vbi quærit: vtrum beatus Matth.fuerit vocatus statim de Teloneo ad statum Apostolatus. Et ita Apostoli, cum fuerunt ad apicem Apostolatus promoti, nō erant Neophiti eo modo,quo Apostolus loquitur,nec Apostoli etiam promouerunt Neophitos in Episcopos, vnde Apostoli volentes aliquem loco inde in collegium Apostolorum constituere,dicunt Actuum.1.Oportet eligere vnum ex his, qui nobiscum sunt in omni tempore,quo intrant,&c. per id qđ dicitur,omni tempore,&c.datur intelligi secundum sanctū. Tho.qui inducit hanc autoritatem super Apostolum, quod non sit nouellus in societate eorum, & ita non sit Neophitus,& tamen Matthias, qui electus est in Apostolum de Iudaismo factus fuerat Christianus. Et similiter obseruatum creditur per Apostolos in promotione aliorum in Episcopos ecclesiarum,quoniam primo fuerunt per eos docti, & instructi,& interiecto aliquo tēporis spatio, fuerunt promoti.Secundo respondetur,negando consequentiam istam,hoc factum est tempore Apostolorum,ergo nunc fiendum est: Tum quia,cum tunc non essent alii,à quibus prouideretur, nouis ecclesiis;sic facere erat necessarium,sicut aliquando se esse narrat Concilium Nicænum in ca.se. Necessitas autem non habet legem,quæ necessitas nunc cessat.Tum secundo, quia illud factum est diuina inspiratione.Tum tertio,quia in illis non currebant illæ causæ prohibitionis, cum forent sancti,propter quas ꝓhibitio illa facta est, vnde in.§.prædicto. his omnibus.dist.61.habetur. quod si quis Neophitus talis fuerit,qui merito suæ perfectionis clericalem vitam transcēderit,promoueri nō prohibet.¶Ad secundā patet respōsio ex dictis,qm̄ illi promoti sunt diuina electione.Hæc quidē, quæ dicta sunt de prohibitione vera secūdū legem communem, cui Deus non obligauit potentiam suam,vnde aliquos præuenit in benedictionibus dulcedinis, simul eos faciendo summos,quantum ad apicem gloriæ,& virtutum,& quantū ad dignitatis ecclesiæ gradum, sicut illi tres, de quibus arguebatur.s.Ambrosio,Seuero,& Nicolao,qui Neophiti sunt electi ad dignitatem Episcopalem & hoc ex diuina electione processit , quod monstratum est per miracula diuinæ potentiæ. Ambrosio enim assurrexit terra pro cathedra. Seuero insedit columba super caput.de Nicolao reuelatum fuit cuidā Episcopo,vt patet ex legenda,& ex.§ prædicto.61.di.vnde ista non sunt trahenda in consequētiam,alias exemplo Ambrosii possit quis eligi,etiam ante baptismum, quod esset absurdum dicere.¶Ad tertiam respondetur,negādo antecedens,qa nō esse Neophitū ponitur ēt inter alia,quæ requīrūtur in promouēdo.quia licet virtutes sunt pcipue in promouēdis,attēdēdæ nihilominus etiā hoc pp rōnes assignatas quæ ēt ponūtur in litera præsentis tex Et iō de iure promoueri non pōe bene tñ pōt ex dispensatione promoueri De ista materia.dis.61.aliquid amplius dicemus, Deo dante.

Adsecūdū — ad tertiū.

Lege.¶[Prohibentur]ab Apostolo,& à Canonibus.Hugo. [vt qui.] verba sunt Hiero.in.1.epi.ad Ti.[heri].i.paruo tempore ante.Archid.[heri].i.paulo ante, scilicet modico tem-

Exponit literam.

5 pore ante Hu.[theatro.]† Theatrū ab expectatione dicitur, quia in eo populus stabat desuper expectans ludos. Goff.& Archid.vel Theatrum dicitur locus.vnde conspicit quis,à theoro theoras,quod idem est quod conspicio.Lau.& Arch. [Non sedeat in ecclesia tanquam prælatus].i. presideat eccle

6 siæ.Hu.[in circo.]†Circus locus erat sibi fiebant ludi Circenses.vt.11.q.3.cum apud.Hu.[consecrator].i.Episcopus, cuius est hoc officium.68.dist.quanuis.Hug.& Archi.[Causa] 2.pars prima causa prohibitionis est secundum Apostolum ad Ti.1.& 1.ad Ti.3.[ruinam].†Nam superbia ruere facit;

7 vnde superbo lucifero dictum est Esa.14. Quomodo cecidisti lucifer,&c.Et saluator Lucæ.14.ait.Qui se exaltat,humiliabitur.[momentaneus].i.repente promotus, vel intemporanee.& subito sublimatus.i. qui sine interstitio ordinum factus est sacerdos,in momento.s.nō præmissa examinatione,vel experientia in clericatu.Hu. Qui enim inexpertus fide, & moribus ad Episcopatum assumitur , male potest in fide & moribus alios instruere aut de fide rationem reddere sicut debent,& tenentur Sacerdotes.1. Petri.3. parati semp ad satisfaciendum eam poscēti rationem reddere de ea,quæ est in nobis fide.[humilitatem]qui nihil splendidius solet in ceruice pōtificis lucere, vt dist.c.contra morem[modos].i. qualitates,& varietates.Hu.[personarum contemnere].i.humiliare , vel spernere secundum Hu.vel modos , secundum quos modos debet fieri distributio.stipendiorum,vt.74.di. consuluit.dicit hic Hu.spernere mundum spernere nullum, spernere sese,spernere seipsum quatuor hæc bona sunt.[nō ieiunauit.]nota ea,quæ sequūtur esse ea,in quibus debet esse exercitatus promouendus,scilicet in ieiuniis,lachrymis,pænitentiis,& eleemosynis.[quæ est ruina].i.in superbiā, quæ fuit causa ruinæ diaboli[miserum]61.di.miserum.& extra de elec.officii.& c.cum in magistrum.Archid.

1 Neophiti

1 *Neophiti non prohibentur à minoribus ordinibus.*
2 *Constitutio extenditur ad futura.*
3 *Deponi, an quis possit pro quolibet peccato.*




Diuisio.

Voniam. Sequitur ca. hoc ad idem, in quo ponitur, quod Neophitus non debeat in episcopum promoueri. Et pôt diuidi in tres partes. In prima narrat sacrũ cõcilium Nicænum multa superioribus temporibus facta esse: vtpote, quod Neophiti promoti essent in episcopos, contra regulam Apostoli. In secunda prohibet, ne amplius hoc fiat, statuens, quod mora sit faciẽda in cathecismo, antequam baptizetur quis, & post baptismum antequam ordinetur in presbyterum, siue episcopũ. in 3. ponit pœnam cõtra facienti. 2 ibi. Recte ergo. 3. ibi. Si vero. planum est. Lege. ¶ [Quoniam per necessitatem] .i. instante aliqua necessitate Hu. & Arch. sed cessante necessitate debet illud cessare. Ar. 1. q. 7. quod pro remedio. [Ex quacunque] alia. s. feruore, seu fauore personæ, vel pro vtilitate communi, & huiusmodi. Hu. & Arch. [contra regulam] .i. ius cõmune. Hu. Alii dicunt regulam. s. apostoli, qui hanc regulam instituit circa ordinandos, & promouendos. 1. ad Ti. 3. [spiritual e.] per quod mundatur spiritus. Hu. [statim] .i. non seruato tẽpore in interstitiis, quæ seruari debent in ordinibus. vt dist. 77. in singulis. [vel statim] .i. nulla mora facta in cathecumino, cum debeat ibi esse spatium. 20. dierum. vt de consec. di. 4. ante. 20. Hu. [Ad Episcopatum, vel presbyterium.] per hos duos ordines intellige oẽs ordines sacros, & maiores or-

Exponit literam

1 dines† A minoribus non videtur prohiberi Neophiti, vt di. 77. quicunque. Hu. [prouecti sunt] quod non est faciendum, nisi per interstitia temporum. dist. 77 in singulis. [Recte er-
2 go]. 2. pars. [decetero nihil] ar. †quod constitutio extenditur ad futura, & hoc verum est, nisi fiat mentio de preterito. 10. q. 1. sit quidam. [tempore] .i. mora temporis, vel tẽporis interuallo, qm̃ ante Baptismum per. 20. dies debet cathecuminus permanere, vt de cõse. di. 4. ante. 20. [multa probatione] i. examinatione in singulis ordinibus. [indiget] vt fiat presbyter, vel Episcopus, vt dist. 77. in singulis. Inducit ad hoc autoritatem Apostoli. [Apostoli cum præceptum] .i. ad Tim. 3. [non Neophitum] supple elige. [ne]. s. forte elatus in superbiam præ cæteris digniorem se putans nouitate potestatis inflatus, quasi eo indigeat religio christiana [incidat] .i. ruat per arrogantiam, sicut diabolus cecidit, & damnatus est [procedente]. 3. pars Alia litera habet, præcedente, s. ordinationem & sequẽte baptismũ, & tps ordinationis. Si. n. ante baptismũ enormia cõmisisset, non ei postea imputaretur, vt. 26. di. acutius [mortale] criminale. Hu. [Cõmiserit dicũt qdã & adhuc pmãserit in pctõ. 44. di. §. vlt. & .j. di. pxi. §. 1. de hoc Arc. [cessabit.] i. deponetur. Ar. † quod pro quolibet peccato pôt
3 quis deponi. Ar. 2. q. 7. si quis omnem & s. dist. 25. præmium, sed tamen hoc non est verum, quia non omne crimen inducit depositionem, nisi sit peccatum enorme, & manifestum. Et de tali peccato videtur intelligẽdus iste tex. si vero fuerit enorme, sed occultum, siue manifestum, poterit promoueri facere. n. strepitum in concilio est peccatum mortale, non tamẽ sufficit ad depositionem. vt. 5. q. 4. in loco. nec fornicatio simplex. extra de cle. coniuga. de sacerdotibus. [cessabit à clero] .i. repelletur, non promouebitur ad clerum in ordine aliquo, vt. distinct. 81. Apostolus. [Si quis non præter hoc] scilicet promodo [tales] q. d. non solum ordinator, sed & ordinatus. Et ita videtur potius loqui de ordinando, quam de ordinato. Hug.

1 *Neophitus dicitur nouus in religione plantatus secundum Hiero.*



Icut Neophitus. Sequitur ad idẽ. c. hoc; qđ est beati Gregorii, in quo præter modum supra assignatum Neophiti dicit, †quod Neophitus di-
1 citur nouiter plantatus in religione, & quod tales non debent, nisi ordine congruo ad superiora promoueri. Et potest diuidi in duas partes. In prima facit quod dictum est. In. 2. assignat congrua similitudine causas huiusmodi prohibitionis. 2. ibi. Nam casum. planum est. Lege. ¶ [Sicut religionis] ecclesiasticæ ad ambiendos sacros ordines, quia si est Monachus non debet fieri Abbas. vt. 18. q. 2. Abbatem. si est secularis, non debet ordinari [Ordinate ergo]. s. nullum ordinem prætermittendo, vel interstitia cõgrua interponendo [per singulos ordines] congruo ordine.

Diuisio.

Exponit literam.

[Nam casum]. 2. pars [casum. i.] id vnde casus sequitur simile. 1. q. 1. quisquis. Hu. & Arc. acceleratio. n. assensum sæpe casus concomitatur. 1. q. 1. pueri. [postpositis gradibus] .i. inter stitiis inter ordinem, & ordinem, in quibus debet examinari, antequam ad sacros ordines ascendat. vt di. 77. in singulis. [peruia] .i. deuia præcipiantur. Hu. [scimus] congrua similitudo, per parietes intelliguntur minores ordines, in quibus nisi quis primo solidetur longa experientia, & probatione, & superponantur tigna maiorum ordinum, sequetur depositio, & prostratio cunctorum. Cum. n. maius pondus superponitur, quam deferri valeat, aut reiicitur, aut quod subest confringitur, vt. 26. q. 7. alligant. Hug. [scienter.] Nam eis, qui in minoribus non sunt exercitati, & experti, non debent maiora committi. 40 di. an. omnia. Præterea cum expertis habendum est consilium. 1. q. 1. estote. in fine. Arch. &c.

¶ Distinctio Quadragesimanona.

1 *Sacerdotes peccatores indigne ornant deum.*




Cce à quibus. Hic intitulatur di. 49. Hactenus magister Gratianus sigillatũ per. 13. capitula Apostolicæ regulæ ostendit qualem ordinandum in Episcopum oporteat esse. Nunc vero omnium supradictorum summam complectens, sub breuitate in duobus c. se: prosequitur qualem illũ deceat esse, qui ordinatur. Et potest diuidi in duas partes. In prima parte ostendit patere ex dictis, á quibus vitiis debent esse immunes in Episcopos ordinandi. In. 2. assignat causam, propter quam tales debent esse. 2. ibi, qui intercessores, &c. Lege. ¶ [Ecce] qui. n. 2. pars [eius gratia] s. ex auditionis, bñ viuẽdo. [mereantur]
1 †quia indigne sacerdotes peccatores deũ orant, qui nõ merẽtur exaudiri pro suis culpis, de talibus orantibus dicit Esa. 1. Iniqui sunt cetus vestri calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. Laboraui sustinens, & cum extẽderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestræ plenæ sanguine sunt. Lauamini, & mundi estote. Auferte malum cogitationum vestrarum (quo ad peccatum cordis) quiescite agere peruerse (quo ad peccatum operis) Discite bene facere. q. d. Tũc me rebimini exaudiri, de quo. j. in c. hic satis conuenienter patet cu modo sanctitas vitæ requiritur in promouendis, de quo disputauimus. s. in prin. dist. 25.

Diuisio

Exponit literam.

1 *Orationes factæ à malis sacerdotibus, siue prælatis, an noceant populis sibi subiectis, aut prosint, quod non secundum se. nu. 2. & num. 3.*
Nec prosunt populis existentibus in peccato mortali num. 4.
5 *Accusari, an quis possit de crimine, de quo penituit, & impediri à promotione.*
6 *Præsidere, vt quis bene possit quatuor requiruntur.*



Olicite. Sequitur c. 1. quod est beati Gregorii in pastorali, vbi est cõclusio talis. Quod qui vitiis est maculatus nullo modo debeat tentare assumere gradum regiminis in quo pro culpis aliorum apud Deum intercessor constituitur. Et potest diuidi in duas partes. In prima assignat causam, propter quam vitiis maculatus non debeat accedere ad intercedendum pro alijs. In. 2. elicit corollariæ, quod ideo nullus, qui se sentit vitiis maculatum debet appetere gradũ regiminis. 2. ibi qui ergo. ¶ Pro
1 pleniori intelligentem huius cap. quæritur. † Vtrum Orationes factæ à malis sacerdotibus, siue prælatis noceant populis sibi subiectis, aut proficiant, Et videtur, quod noceant potius. Primo per id, quod beatus Gregorius dicit in præsenti c. Cuncti enim liquido nouimus, quia cum is, qui displicet ad intercedendum, mittitur, propter eum Iudicis animus ad deteriora prouocatur; ergo videtur, quod orationes talium malorum prælatorum, siue Sacerdotum noceant subditis. ¶ Secundo sic. Io. 9. dicitur, quod peccatores Deus non exaudit, sed si orationes sacerdotum malorum prodessent subditis, pro quibus orant, à Deo exaudientur, ergo orationes factæ per tales peccatores prælatos, aut sacerdotes non prosunt subditis. ¶ Tertio sic: Dicit Chrysostomus super Mat. qui orat, & peccat, non orat deum, sed illudit, ergo videtur, quod tales peccatores orantes magis noceant, quam prosint.

Diuisio

Quæstio.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

¶ In oppo-

Opponit i contrariũ.

¶ In oppositum arguitur sic. Nullus põt scire de altero, vtrũ sit in statu gratię, vel culpæ. Si ergo orationes tm̃ sacerdotũ bonorum, siue existentiũ in statu innocẽtiæ prodessent sub quibus oratur, hõ nesciret per quos orationes conquireret, facere apud Deũ, & ita multi ab orõnib. fiẽdis retraherẽtur quod esset absurdum.

Respõdet. Prima con clusiò.

¶ Respon. dicendum sub certis con- 2 clusionibus. ¶ Prima est † ꝙ orationes factę per sacerdotes, aut prælatos malos pro suis subditis nullo casu sunt dicende secundũ se nocere subditis. Licet bene malitia prælatorum, aut dolus, & negligentia subditoru põt esse eis nociua. Conclusio ista, quo ad primam partem patet, quia sicut de sacramentis dicitur, ꝙ siue per bonum siue per malũ perficiãtur & ministrentur non nocent, sed prosunt digne sumentibus vt. 83. di. §. quanquam. &. 15. q. vlti. c. vlt. &. 1. q. 1. non nocet, Idem videtur de oratoribus præsertim cũ sacramenta sine oratione non perficiantur. ergo pars istius. conclusionis vera ¶ Secunda pars conclusionis patet in duobus casibus, vt dicit Hu. & Lau. & tangitur primus in glo. Primus est, qñ mali subditi ex certa scientia sibi malũ, & conformẽ suis moribus prælatum, siue Sacerdotem præponunt, præsertim, cum possint habere bonum, & tunc in veritate Deus eis irascitur ¶ Secundus est quando ex negligentia minus dignum sibi præponunt, talibus etiam irascitur Deus. Patet aũt, ꝙ istis, & illis potius sua malitia, quã prælati nocet, quia illis suus dolus, his sua præiudicat negligẽtia. Ar. de pe. di. 6. qui vult. Sed, & si ignoranter subditi sibi malũ præponant, quandoque eis irascitur deus quia hoc peccatis eorum accidit. & ideo patitur deus aliquando eos sub prælato illo flagellari, & ad deteriora vergere. 6. q. 1. c. ex merito. &. 8. q. 1. audacter. In nullo ergo casu credendũ est, quod orationes, vel sacramenta noceant, sed prælati, & subditorũ malitia, sed nec malitia p̃latorum nocet, nec e contrario. quo ad salutem, sed temporaliter tm̃ ꝓm Hu. nisi imitentur mores perniciosos eorũ. Ezec. 28 filius non portabit iniquitatem patris, nec econuerso. Ad videndum etiam, qñ orationes prælatorum, siue sacerdotũ malorum possunt esse vtiles siue prodesse his, pro quibus fiunt & qñ non.

S. Thom.

Notandum iuxta Tho. in. 4. di. 45. quod oratio taliũ potest considerari dupliciter. Vno modo vt est eorum, &

Secũda con clusio.

3 tunc ponitur talis conclusio. † Quod orationes taliũ nec prosunt facien. nec illis, pro quibus fiunt, patet, ista conclusio. Tũ ex tex. præsenti. Tũ rõne sic. Oẽ opus meritorium oportet esse viuificatũ. i. charitate informatũ, sed opera ꝑ peccatores facta sunt mortua: ergo nulli sunt meritoria, nec vtilia. Secundo possunt cõsiderari, vt sunt aliorũ, vel alterius ꝙ dupliciter põt contingere. Vno modo inquantũ peccator orationes, siue suffragia faciens, gerit personam Ecclesiæ totius sicut sacerdos, dum dicit in ecclesia exequias mortuorum, aut orationes pro viuis, & quia intelligit facere, cuius nomine, vel vice fit, vt patet per Dionysium. 23. c. eccl. hierar. tũc fit conclusio ista. Quod orationes taliũ sacerdotiũ, licet sint peccatores prosunt his, ꝑ quibus fiũt sunt in statu gratiæ. pa conclusio, quia orationes talium non innituntur meritis personarum orantiũ, sed meritis ecclesiæ, quæ vna, & eadem est qualiscunq; sit minister. Puto tamen, ꝙ plus valeret oratio, si fieret per bonum ministrũ, quia cũ generalibus meritis Ecclesiæ concurreret specialis deuotio boni ministri, propter quod missa (quæ non solum includit sacrificium, sed orationes præcedentes, & sequentes plus valet. cũ dr̃ à iusto, sacerdote, quã cum dicitur à peccatore, vt dicit dominus Durandus in. 4. di. 66 Et nos de hac materia disputauimus circa c. de cons. dis. 2. Secundo mõ oratio talium sacerdotiũ dicitur alterius: quando agit, vt instrumentum alterius tunc est ista conclusio. Quod orationes talium sacerdotum malorũ prosunt illis, pro quibus fiunt, si sunt in charitate. Patet conclusio, quia cum opus instrumenti sit magis principalis agentis, quamuis ille qui agit, vt instrumentũ alterius, non sit in stato merendi, actio tamen eius põt esse meritoria rõne principaliter agentis, sicut, si seruus in peccato existens, quodcũq; opus misericordiæ facit ex præcepto domini sui charitatem habentis, vnde si aliquis in charitate existens, vel etiã discedens præcipiat sibi suffragia fieri, vel alius præcipiat charitatem habens, illa suffragia valent viuo, vel defuncto, quamuis illi, per quos fiunt in peccato existant. Est tñ verũ, ꝙ magis valerent, si in charitate essent, quia tunc illa ex duabus partibus meritoria essent, vt dicit sanctus Tho. in. 4.

Dionysius

Durandus.

Tertia con clusio.

¶ Tertia cõ- 4 clusio. † Orationes malorũ sacerdotũ, aut prælatorũ, factę ꝑ subditis existentibus in pc̃tõ mortali, nec prosunt facientibus, nec illis, pro quibus fiunt. Ista cõclusio, quo ad primã partem patet ex dictis. Secunda pars probatur, quoniam sicut sacramenta, quæ in se bona sunt bene accipientibus prosunt, indignis aũt obsunt. de cons. d. 2. c. sancta. Ita orationes factæ pro his, qui boni sunt, vel per pœnitentiam boni esse volunt, exauditiones effectũ sortiuntur, factæ vero pro illis, qui mali sunt, vel emendari respuunt, vel qui non mutato corde putant per orationem indulgentiam peccatorum consequi, tũc sine dubio illis non prosunt, vnde dominus ad Iere. 7. Et tu inquit, noli pro populo isto orare, quia non exaudiam te de pę. disti. 1. prædixerat. His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primã argu.

Ad primam, quæ sumitur ex præsenti c. respõdetur primo. negando consequentiam, & ratio est ꝓm sanctum Tho. in 4. quia licet ex parte eius, qui displicet, oratio non sit accepta, tamen ratione alterius, cuius imperio aut vice fit, poterit esse. Deo accepta. Secundo respondetur secundum Alexãdum de Halis in quarto, quod hoc intelligitur de illo, qui scienter mittit indignum ad orandum pro se. Sicut. n. diximus circa primam conclusionem, tali oratio non prodest sed obest, vel respondetur, iuxta Albert. magnũ in 4. ꝙ Gregorius loquitur in tali casu, quando quis ex confidentia propriorũ actuum mittitur intercedere, & non quando est, sicut instrumentum quasi ab alio motum.

Alex. de ha.

Albertus magnus.

Ad secũdũ.

¶ Ad secundã respondetur, quod sicut dicit Augu. super Io. illud verbũ est cæci adhuc iniuncti. i. nondũ perfecte illuminati, vnde nihil dicit. Vel dicẽdũ, vt idẽ S. Tho. dicit in. 2. 2. ꝙ intelligitur de pc̃tõre, inq̃tũ est pecator. i. ꝓm desideriũ peccati, ꝑ quẽ etiã modum oratio eius dicitur execrabilis, vnde beatus Augustiuus super Io. dicit. Si peccatores non exaudiret deus, frustra publicanus dixisset, domine propitius esto mihi peccatori, & Chrysostomus dicit super Matt. diuinis qui petit, accipit, siue iustus, siue peccator. Concordat magister Alex in. 4. dicens, quod intelligatur de peccatoribus impœnitentibus. i. habentibus voluntatẽ perseuerandi in peccatis suis.

Augustin.

Chrysosto. Alexander

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ autoritas Chrysostomi intelligitur sicut præcedens videlicet de peccatore, inquantum est peccator. Vel de peccatore habente propositum manendi in peccatis Leg.

Exponit literam.

¶ [Solicite formidandum] subditis [irati.] dei, vel alterius principis. Hu. [prouocatur] vel non exaudiendo, vel pœnã infligendo, vel cadere permittẽdo. 1. q. 1. ipsi sacerdotes c. vulnerato. &. 2. q. 6. ego. &. 3. q. 7. in grauibus. 8. q. 1. audacter. Hu. [prouocatur.] s. contra eum, qui mittitur, non cõtra eum, qui mittit prima quæstione prima fertur. in fin. vbi de hoc. nisi scienter mittatur indignus. Et sic, vt diximus, videtur intelligere Hu. Ioan. & Lau. maxime, qñ scienter ordinatur indignus, aut præsentatur ad ordines, vel ad beneficium, his. n. modis mittitur aliquis ad intercedendum ad Deum, populo. Arch [gloriæ]. i. prælationis. & dignitatis. Hu. [autor.] occasio saltem per exemplum. Hu. [ruinæ subditis] sicut subditi sunt autores ruinæ prælatis per occasionem vt. 6. q. 1. ex merito [mereatur] 1. q. 1. non est. in fi. Arch. [audeat.] quod si fecerit, peccat. 28. d. priusquã.

Quæstio.

¶ Sed adhuc surgit hic quæstio. † An quis possit accusari de crimine, de quo 5 pęnituit, & impedire à promotione. Et videtur quod sic, per capitula sequen. 26. q. 2. quicunq;. s. 46. dist. clericus &. 8. q. 1. in scripturis. Sed cõtra arguit ex c. admonere. 33. q. 2.

Respõdet.

¶ Respon. iuxta gl. quæ est Hugo. ꝙ potest postea inde accusari, & quod non minus repellitur à promotione, vt in premissis c. aperte insinuatur, vt di. 50. peruenit. & distin. 44. multos. Ad c. autem contrarium, & similia respondetur iuxta Hug. quod vbicunq; innuitur contrarium à sensu contrario, vel dicas. Ar. a sensu contrario non semper valere. 33. q. 2. quicũque. [admonere] vel subaudias maxime, vt hic, & in cõsimilibus locis [regnat] † vt quis bene præsit, quatuor requirũtur 6 quæ Gregorius tangit dicens; pensandum est ad culmen dignitatis, qualiter quisque perueniat, atque ad hoc recte perueniens, qualiter viuat, & bene viuens, qualiter doceat, & recte docens infirmitatem suam quotidie, quanta consideratione cognoscat. Archid.

1 *Sacramenta nõ solũ mentis, sed etiã corporis exigunt mũditiã.*
2 *Impetigo, quid dicatur.*
3 *Herniosus, quis dicatur.*
4 *Libanus, quomodo interpretetur.*
5 *Pollutus tantum in corde, quare repellatur ab ordinatione.*

HInc etenim. Quia superius magister Gratianus ostenderat, quod multa peccata impediebãt à promotione, ad hoc probandum inducit hoc c. beati Gregorij, quod potest diuidi

test diuidi in duas partes secundũ Hu. In prima ponit ea, quę
in veteri testamento repellebãt à promotione, & officio ec
clesiastico, quorum quædam ad literam nunc etiam repellũt
quædam autem non, ẜm vero mysticam intelligentiam oĩa
etiam nũc repellunt à promotione ẜm Hu. In 2. parte expo
nit eam ẜm mysticam significationem. 2. ibi: Cœcus. Lege.
¶[Hinc in Leuit.] 21.c.[de semine tuo] quia nullus, nisi de
semine Aaron poterat ministrare, vt. 31.d. tene. [maculam.]
aliquã de sequentibus. Hu. [panes] more sacerdotũ vt statim
exponit, [nec accedat] vbi [& repéte] Leuit. 21. [si secus fue
rit] hoc licet hodie ad literam, imo etiã luscus non promo-
uetur, vt dist. 55. si euangelica [si claudus.] Hoc nõ tenet, nisi
tanta esset claudicatio, quæ faceret scandalũ. s. ꝙ oporteat
sustentari baculo. Si aũt sine baculo posset sustentari, tũc nõ
repellitur sicut est conclusio gl. di. 55. si quis infirmitate. &
ita sentiunt Host. & Ioan. And. [torto naso] Hoc nõ tenet ad
literam, nisi vltra modum tortus, vel magnus esset, ꝙ gene-
raret scandalum tunc posset impedire. 33. dist. vsq; adeo ẜm
Hug. & Arch. [si fracto pede.] Hoc tenet ad literam, quando
ire non posset. Si vero posset ire, non impediretur secũdum
Hugo. & Archidiacon. [manus.] Hoc tenet ad literam; vn
de non permisit dominus papa illũ celebrare, qui amiserat
digitũ, & medietatem palmæ. extra de cle. ægro. presbyterũ
&. 55. di. qui partem. Si aũt amisisset digitũ: ita, ꝙ sine scanda
lo posset ministrare, non impediretur, vt: 55. dist. lator. [Si lip
pus] Non tenet hodie ad literã, nisi nimia esse deformitas se
cundum Arch. [Albuginem] quæ si magna fuerit, impedit
si parua, non; vnde dominus papa non vult cũ quodam di-
spensare: quia non est certus de quãtitate albuginis. extra de
corpore vitiatis c. 2. [iugem scabiem] Hoc nõ tenet; nisi ni-
miam inducat deformitatẽ; vel fuerit scabies lepræ; quæ pri
uat executionẽ, & impedit à promotione. vt de cle. ægro. re
1 ctoribus. non. n. debet cantare secundum Hug. † quia sacramẽ
ta non solũ mentis, sed etiam exigunt munditiã corporis, vt
dist. 6. testamentum [impetiginem.] Hoc non tenet hodie,
nisi magnam inducat deformitatem secundum Hug. & Ar-
2 chid. † Et est impetigo aquędam infirmitas. quæ deturpat cor
a pus absq; magno dolore, vt. ĩ. dicetur [põderosus] id est, her
3 niosus. † herniosus dicitur ruptus, cui intestina in folliculos
testiculorum descendunt. [Cæcus] 2. pars per cæcitatem in-
telligitur ignorantia, videlicet c. proxi. quæ hominem repel-
lit à promotione, vt distinctio. 36. illiteratos. & d. 38 quæ ip
sis, &. c. omnis cæcitas enim vnius oculi ad literã repellit. 55.
dist. si euangelica. Hu. [tenebris] peccatorum [regum]. i. Re.
[pedes] affectus. Hug. [in tenebris] peccatorum [contice-
scunt] à laude dei. Hu: [Claudus.] Claudicatio dicitur infir-
mitas in via domini, p claudũ ergo intelligitur debilis, & in-
firmus in operibus domini quia licet nitatur ad cælestia, pe-
dem fixũ in terrenis extrahere nõ valet. Et ideo repellendus
est, vt. ĩ. c. prox. 12. q. 2. nolo. [fluxa]. i. dissoluta, siue fluida,
quia facit fluere in peccata. Paulus ad Hebræ. 12. [reuersas]
. i. pigras ad eleemosinas, siue ad rectam operationem. [& dis
soluta genua]. i. fortitudine, quasi firmiter statur in gẽtibus,
quæ soluta est, refrigidata charitate, erigitur sursum ad Deũ
vt nec otio torpeatis, nec debilitate hæsitetis. [pedibus ve-
stris]. s. fidei vestræ, quæ dicitur pes. quia totũ corpus portat
vtpote omnium bonorũ fundamẽtum. [gressus] vt. s. fides
vestra recte incedat credendo, & quod credit confitendo, &
si opus fuerit, patiendo. [vt nos quis]. i. aliquis. [erret] à via re
ctitudinis [magis sanetur] si errauit. Glo. ordi. super Paulum
[paruo autem] per nasum odores, & fetores discernũtur, &
ideo per nasum discretio intelligitur, per paruum nasum,
modica, vel nulla intelligitur discretio, per grandem, vel tor
tum intelligitur immoderata discretio, cum ex tali facto
incurrat hæresim, vel pessimos errores, vt fecerunt, quidam
philosophi, & plures hæreti. quicunq; ergo talem, & talem
nasum habet, repellitur, ad literam vero non, sicut diximus,
nisi magnam inducat deformitatem. Canticorum. 7: [nasus
tuus] ad literam [in libano] in monte erat turris altissima de
qua hoĩes illius regionis prospiciebãt, & sibi cauebant ab ini
micis videntes eos de longe venientes † Libanus interpreta
tur candidatio, hoc est Ecclesia candore virtutũ candida, in
qua discretus prædicator, quasi de turre discretionis debet
Ecclesiæ prouidere. Hu. [ex causis singulis] & peccatis. Nam
secundum varietatem personarũ, & delictorum, varia sunt
habẽda genera medicinarũ. i. pœnarum. Ar. 29. dist. necesse.
12. q. 2. fraternitas. 14. q. 6. si res. Hu. [tentamenta] id est, me-
dicamenta. Hu. [prodeant]. i. contingant. Hu. alias. n. ad veri-
tatem non peruenitur. 29. dist. sciendum. &. 23. q. 8. [Occidit
facto.] per hunc modum omnino in via domini intelligitur
defectus, vnde differt à claudo, quia ille saltem imperfecte in
via domini graditur, ipse fractum habens pedem nullo mo
do. Ad literam, si caret pede, vel manu, repellitur. Si vero alte
rum, vel vtrunq; habeat vitiatum, non nisi deformitatẽ in-
dicat nimiam. Idem dico de gibboso, & quolibet sequẽte, s.
quod ad literam non repellitur, nisi tale vitium miniam in-
ducit deformitatem, in pedibus tamen, si fractio non est, vel
claudicatio vel est alia deformitas forte plures digiti, quam
deberent vel retro. digiti & ante callo, & huiusmodi, non re-
pellit, si veste vel sotularibus tale vitium posit honeste vela
ri. Hu. & Archi. [Exsors]. i. sine sorte, vel separatus [quatenus
hæc]. i. opera domini. [saltem cum infirmitate]. i. imperfe-
ctione [vt]. i. sicut claudus facit, licet imperfecte, cum alterũ
pedem habeat in terrenis. 22. q. 1. nolo. &. ĩ. c. proximo. Hu.
[gibbosus] per gibbum intelligitur terrena solicitudo non
moderata, quæ hominem repellit à promotione. Hu. Luc. 7.
[lippus] per lippitudinem intelligitur naturalis ingenii de-
pressio, & hebetatio, p carnalia opera ille, q̃ sic lippus est ex
toto; remouetur à promotione. Ad literam tale vitium non
repellit, nisi nimiam inducat deformitatem. Hu. [infusione]
humorum defluentium. Hu. [acies pupillæ] quasi dicat non
solum palpebræ grossescunt, sed etiam acies vitiatur. Apoca.
3. [Albugine] hoc est alba macula in pupilla oculi per hanc
intelligitur arrogantia, qui ergo arroganter attribuit sibi, qđ
non habet vel de habito superbit, tanquam criminosus re-
pellitur. Ad literã, sicut dictum est, hoc non repellit nisi nimi
am inducat deformitatem, quod considerare est in arbitrio,
prælati. vt extra de cor. vitia cum de tua. Hu. [peccatorẽ] Ni
gredo. n. peccatum significat. Hug. [tribuit] cum non habeat
45. di. vera vel si inde superbi, vel tribuit sibi. i. quod habeat à
se, & non à Deo, & se laudat, non Deo gratias largitori agit.
16. q. 1. reuertimini. Hu. [& eo]. i. in tantũ. [quo]. i. inquantũ
Hu. ad Ro. 1. [iugẽ scabiẽ] scabies dr̃ luxuria, qui ergo scobio
sus est. i. luxuriosus esse deprehendit, à ꝓmotione repellitur
[petulantia]. i. cõcupiscẽtia in cogitatione vbi facile põt repri
mi. 32. q. 2. sicut. Hu. [actione] exteriori Hu. [Corin.] 1. ad Co-
rin. 10. [tentatio]. i. peccati delectatio [non apprehendat]. i.
non ducat rationem in consensum, & ideo nulla sit in vobis
tentatio [nisi humana]. i. nisi de his, siue quibus vita ista non
agitur, scilicet venialibus. vt de pœ. dist. 1. §. ex contrario, &
c. inter hoc Hu. Et est gl. ordinaria super Apostolum [huma
num quippe est, tentationem]. i. primum motum ad morta
le peccatum. Hu. [superari]. vt. s. transeat ad consensum, &
operationẽ [impetiginem] impetigo est sua scabies, per hanc
designatur auaritia. Hu. [non compescitur]. 34. q. 3. resecan-
dæ. & c. Ecce. Hu. [occupati.] hominis. Hu. [tędio]. i. dolore,
& indignatione. Hug. [capti.] hominis. Hug. [tædio ait] 1. ad
Tim. 5. [radix.] hoc expositum fuit, s̃. di. 47. bonorum [quia
aliarum.] improprietas est sermonis qualis est in euangelio
& alii duo latrones, & est simile. di. 56. Apostolica. & dist. 26.
deinde Hu. [ponderosus] pondus dicitur turpis. & immũda
cogitatio, quia qui grauatur, & si turpia exterius non exer- Quæstio.
ceat, tamen repellitur. ¶ Sed surgit hic quæstio. † Quare iste
5 repellitur qui tãtum in corde polluitur, & ab exteriori actu
vacuus reperitur, cum cogitationis pœnam nemo patiatur.
vt de pe. di. 1. cogitationis. Et latentia peccata nõ habent vin
dictam, quo ad ecclesiam. vt. 12. q. 5. christiana. &. 2. q. 1. no-
uem. &. 5. q. 3. consuluisti. & extra de simo. sicut in fin. & ca.
tua. ¶ Respondetur dupliciter. Primo. quod iste non tãtum Respõdet.
repellitur propter cogitationem, sed potius, quia non adim
plet pręcepta. Non. n. sufficit abstinere à prohibitis, nisi com
pleantur mandata. disti. 47. sicut. &. 11. q. 3. iniustum. &. 23.
q. 5. non est. ¶ Secundo respondetur, & verius. quod iste ta-
lis, & quicunq; est in peccato mortali, etiam sola voluntate,
indignus est promoueri, & ei interdicitur, ne offerat domino
1. q. 1. Sacerdotes. sed si se ingesserit, non poterit repelli cum
eius lateat peccatum. Hu. [profecto diluere.] Sacerdos, quã-
uis peccator dum alias vsum clauium habeat; potest soluere,
& ligare, sed dicitur hic nõ posse diluere aliena peccata, quia
non digne, & sic peccat sacramenta ministrans irreuerenter
cum sancta tractet culpa pollutus, qui debet esse sanctus. Le
uiti. 19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Sãcti. n. esse
debent, qui personam Dei gerunt in officio sanctitatis [quia
ergo] non est. §. sed verba sunt Gregorii ostendens, de qui-
bus supra dixit, & de quibus decretis tractaturus est in ope-
re suo Hugo.

a ¶ Impetigo. fœdatio est cutis serpẽs cum pruritu quã aliiscabiem siccã asperã & prominẽtẽ intelligũt Alij morbũ similem scabiei ab impetu deducũ ũ. Serenus. Si vero vitiũ est quod ducit impetenomẽ, hoc matutina, poteris cohibere saliua vide: Columl. lib. 5.

1 *Potentem non malum est honorari, imo debite potest honorari*
2 *Victimæ proprie quid dicebantur.*
3 *Panes, & victimæ qualiter differant.*



SAcerdotes. Ad idem inducitur hoc cap. quod est beati Hieronymi super Malachiam prophetam, apud quē in c. 1. reprehenduntur. Sacerdotes, qui offerūt panem pollutum, & animal cæcum, claudum vel languidum. Et diuiditur in duas partes. In prima beatus Hieronymus exponens dictum locum Malachiæ prophetæ ostendit, qui offerunt panem pollutum. In secunda parte ostendit, qui offerūt animal cæcum, claudum, vel languidum. 2. ibi. & ꝫ. Si offeratis. Lege. ¶ [Sacerdotes, quantum ad se.] per hanc determinationem soluuntur multa contraria, vt. 24 q. 1. scisma. & q. 2. sane. Bene ait, quantum ad se, quia à quocunque, etiam malo sacerdote, dum formā, consecrandi panem seruet, & Ecclesiæ intentionem habeat sanctum sanctorum & panem cælestem offert, mundum, & immaculatum, vt dicit Augustinus super Io. de baptismo, & aliis sacramentis etiam per malos ministratis, nihilominus, quantum est ex parte polluti sacerdotis, qui sacramentum in digne tractat, & sumit, nec vt sancto pani reuerentiam exhibet, sed quasi pollutum pollutus contractare non veretur, sed contemnit. Vnde Malachię primo scribitur, in quo aiūt. polluimus te, in eo, quod dicitis Mensa domini despecta est mē sam quippe domini despiciunt, qui ad eam polluti accedunt, sic qui iam dicuntur polluere sacramenta. vt. 1. q. 1. quod quidem est vendere spiritum sanctum. 1. q. 3. saluator. & extinguere spiritum sanctum, & occidere pueros. quos offerunt Demonibus. de conse. di. 4. quæris [indigne] id est cum peccatis. Archi. [dato munere] per simoniam. Arch. [panem] iustitiæ. [polluit] id est, pollutus offert panem [populo.] in dignis secreta nostræ fidei reuelando. Archid. 48. dist. in man datis. docendo ea, quæ ab auditoribus intelligi non valent.
1 43. di. §. pariter. Archid [potentem.] † Non est malū honorare potentem, imo debite potest honorari. 7. q. 8. quisquis. & 41. dist. non cogantur, sed id, quod sequitur, est malum: s. despicere pauperem nō audiendo eum, cum ab eo nihil speret vt. 11. q. 3. pauper vel non respiciēdo eum in necessitate. &. ꝫ. [si offeratis] Malac. 1. 2. pars. [superius] in verbis prophetę Hu. [de victimis.] Sed nonne panes, qui offerebantur, victi-
2 mæ erant? † Respon. victimæ proprie dicebantur, quæ immolabant, & ꝓprie ꝓ hostibus victis, vnde & à victoria, vel à victis hostibus dicebatur victima, à vincēdo, quia vincebatē
3 qn̄ ducebatad immolādū. † Est & alia differentia inter panes, & victimas, quia panes, qui offerebantur ad vsum sacerdotum, reseruabantur, sed victimæ. i. animalia consumabantur in totum, vel in partem. Hu. [locat in sede] in dignitate, vel loco regiminis statuit. Hu. & hoc est valde malum, vt qs cæcus est, & ignarus præferatur in doctorem, & locū occupet sapientis. Hoc malum vitare concupiuit Salomon. 3. Re. 3. quando, vt bene regere posset, sapientiam à Domino postulauit. Hoc malum & periculosum ostendit. dominus Lucæ 6. dicens. Non potest cæcum cæcus ducere, alias ambo in foueam cadūt. [Claudum.] Claudicare. n. dicitur ille, qui simul terrenis, & celestibus inuigilat, secūdum Hu. Et ita etiā claudicant, qui de vno peccato agunt pœnitentiam, de alio, nō de pe. di. 3. plures. Lau. [Cui potest inferri]. i. dici. 4. Reg. 18. quod Helias populo Israelitico, qui Deum colebant, & Baal. dixit. Vsquequo claudicatis in duas partes. Si dominus meus est Deus, sequimini eum. Si autem Baal, sequimini eū, & hoc dicit Helias postquā fugerat à facie Acab propter sic citatem [Languidum probat]. i. laudat Hug. Ordina sequentia sic. [Dicens illum] scilicet tardum, & pigrum [redarguendum negligentiæ] id est qui est redarguendus negligentiæ, & pigritiæ. [esse patientem] id est planum, & quietum. dare Deo] id est, offerre [quod dedignatur homo.] Nam homo dedignatur huiusmodi, animalia vitiosa. Et ideo indignum erat olim offerre talia. Leuitico. vigesima secūda. Hoc enim erat peruersum, offerre Deo peiora, cum ipse dator sit omnium bonorum, vnde meliora sunt deo offerenda, vnde Gen. 10. dicitur, quod dominus respexit ad munera Abel, qui offerebat de melioribus nō autē ad munera Cayn, qui de peioribus oblationem Deo faciebat, &c. Et sic finis huius dist.

¶ *Distinctio Quinquagesima.*



EX præmissis. Hic intitulatur dist. 50. Et continuatur ad præcedentem sic. Hactenus magister Gratianus egit de ordinandis. s. quales debeant ordinari, vel repelli. Nunc autē congrue ordine in hac distinctione agit de ordinatis, lapsis. s. vtrū lapsi post ordinationē valeant reparari, vel non. Et incipit hic secundum Archid. 4. pars tractatus distinctionum, & durat vsq; ad. 60. dist. prout dictū fuit supra in prin. huius operis. Diuiditur autem hæc distinctio in septem partes. In quarum prima inducitur; ꝙ lapsi non possunt reparari. Et hoc probat per. 12. autoritates. In. 2. arguit contra. In. 3. concordat iura communia. In. 4. loquitur de hæreticis dicens, cum illis non esse communicandum ante reconciliationem. In quinta de homicidiis sponte vel casu commissis, quando & ad quod imputentur. In. 6. loquitur de solēni pœnitentia. s. quomodo solemniter pęnitentes non debeant ordinari, vel ad secularem militiam amplius reuerti, & quod tali pœnitētiæ clerici nō debeāt supponi, & qualiter, & pro quibus offensis hæc pœnitentia imponenda veniat. In 7. tractat de apostatis. qui nec ad habitum secularem; nec ad clericatum ascendere post pœnitentiam valent. 2. ibi in. §. Econtra. 3. ibi. in. §. quomodo. 4. in. §. de lapsis. Quinta in. §. quod autem. 6. in §. obiicitur. 7. in. §. Apostate. Circa hunc. §. posset quæri. Vtrum tres regulę positæ hic in glos. sint veræ. pro quo vide; quod diximus circa distinc. 25. circa c. primū. Itaq; sine crimine, vbi diffuse loquuti sumus de intelligentia earum. Prętere a notat hic Hug. & Arc. quod rationabiliter in hac. 50. disti. de reparatione lapsorum dicitur. seu agitur, quoniam minimis iste est numerus; remissionis, & restitutionis secundum legem Mosaycam. Erat enim olim annus Iubileus[a] quinquagesimus; in quo & serui, & debitores liberantur, & veteribus dominis omnia iura ex integro restituebantur: de hoc anno Iubileo habetur Leuitic. 25. & secundum Hu. Lau. & Archi. de pę. di. 1. §. his autoritatibus. vbi nos de iubileo disputauimus plene.

1 *Lapsi in peccatum mortale post promotionem, an valeant, per acta pœnitentia, reparari.*
2 *Clerici, vt cognoscantur lapsi, quatuor sunt consideranda.*
3 *Lapsus in crimine enormi, & manifesto deponitur.*
Et quid si crimen est occultum num 4.
5 *Facilitas pœnę incentiuum præbet delinquendi.*
6 *Pœna simpliciter imposita, an intelligatur semper perpetua, an quandoque temporalis.*



SI lapsis. Proposita quæstione in. §. præcedenti videlicet. Vtrum variis criminibus irretiti: post peractam pœnitentiam vel in ꝓpriis ordinibus remanere; aut ad maiores gradus ascendere valeant. Inducit pro parte negatiua quæstionis. In primis hoc ca. quod est beati Gregorii: & ponitur in registro: in quo inhibet Gregorius; ne faciliter; & passim criminosi ad officium; siue ordinem suū vnde lapsi sunt; reparentur. Et diuiditur hoc c. in duas partes. in prima ponit rationes duas prohibitionis. In secunda concludit ipsam prohibitionem. 2. ibi. Et post pauca. Pro
1 pleniori intelligentia huius di. quæritur sic. † Vtrum lapsi in peccatum mortale post promotionem, valeant; peracta pœnitentia reparari. Et videtur: quod non ex c. præsenti; & aliis multis sequentibus. ¶ In oppositum vero etiam sunt multa alia c. quæ in contrarium deducuntur. ꝫ. e. dist. ¶ Respondeo dicendum. quod magister Gratianus volēs respondere huic quæstioni; & soluere hanc contradictionem capitulorum; ponit duas solutiones. Prima est; quod qui odio criminis perfecte pœnitent: reparari possunt; qui vero timore vtilitatis: vel ambitione honoris simulate pœnitentiam agunt, non reparantur. Sed hæc so. nō valet. Tū primo; quoniam soli Deo constat, vtrum vere; vel ficte quis pœniteat. Tum secundo: quia si crimen fuerit enorme: & manifestum; licet de eo vere pœniteant; nō possunt reparari. ¶ Secūda solutio eius est. quod si peccatum lapsi est occultum: potest reparari; si autē manifestum nequam. Sed nec ista so. valeat. quia potest esse tale peccatum, quod licet sit manifestum; non sufficit ad depositionem. vel ad repulsionem à promotione. vt. 5 q. 4. in loco. Et ideo istis solutionibus abiectis: aliter videtur dicendum iuxta

Diuisio.
Exponit literam;
August.

Cōtinuatio
Diuisio.
a ¶ Ann' Iubile[a]. Iubileus quid sit, vnde dicatur quotuplex, & quo eius publicatio, & cuius effectus vide positū medio in. c. ius aūt. 7. dist.
Diuisio.
Quæstio.
Respōdes.

2 dum iuxta Hugo.qui notat in hoc locot ꝙ in reparationem clericorum lapsorum quatuor præsertim sunt consideranda scilicet Quantitas & Qualitas criminis Satisfactio pœnitentis et Modus publicationis. Quantitas criminis utrũ sit mediocre an maximum & enorme Qualitas, vtrum occultũ vel manifestum.Satisfactio penitentis,vtrum an simulatam egerit pœnitentiam. Modus publicationis,an sit publicum per ipsam operationẽ,aut per sententiam.Iudicis,vel per ꝓpriã confessionẽ.Si enorme est,& manifestum tunc est con
3 clusio.† Quod talis lapsus deponitur,nec restituit post quancũque pœnitentiã. vt in prioribus.c. In beneficio tamen cõseruãdo poterit,vt dicit Hu.ei subueniri,maxime,si alias Ecclesiæ sit vtilis ei⁹ cura: vt.j.e.studeat. Si enorme,& occultũ
4 est tunc conclusio. † Quod talis non est deponendus, nec à promotione repellendus post pœnitentiam, extra de temp. ordi.c.vlt.& extra de furtis c.vlt. Excipiũtur tñ duo casus,s. in simonia,qui.n.per pecuniam beneficium acceperit, nisi illi abrenuntiauerit saluus esse non poterit. 1.q.1.si quis neq; Simoniacus.n.raptor.est.Et non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatũ.vt.15.q.6.c.1.Secundus casus est in homicidio.ar.j.e.di.miror.17.dist.huic sedi.¶ Si autem quæratur, quæ crimina sunt enormia. Respondetur;quod omnia illa, quæ indurunt depsitionem,de quibus habetur.81.dist.Apostolus.Si aũt est crimen est mediocre,vt simplex fornicatio, & est manifestum,tũc distinguitur,quia aut est conuictus in iudicio,vel confessus timore probationis Si conuictus in iudicio tunc est conclusio.Quod talis deponitur,vt dist.81.si quis clericus.Si vero ipsa operis publicatione vel spontanea confessione innotuit, tunc est conclusio ꝙ post peractã pœnitentiam poterit misericorditer cum tali agi,aliquando magis,aliqñ minus,vt dicit Hu.qñq;.n.ad minores ordines ostẽdit.vt.15.q.vlt.si quis presbyter.& j.e.presbyterũ,qñquein suis ordinibus tolerabitur.vt.j.e.domino sancto,sed ad maiores nõ ascendet.vt.j.e.hi qui.quandoq; etiam ad oĩa reparabitur,inspecta qualitate personæ,& modo pœnitentiæ & hoc totum intelligitur, cũ veram pœnitentiã egerit.Si vero falsam,& simulatam,siue mediocra,siue maxima sint crimina nõ poterũt ad ordines reparari, vera pœnitẽtia agit odio criminis. Cuius rei signum est pœnitentes in omnibus humiles appareant, & pœnitentiam iniunctam toto conamine implere satagant, falsa, & simulata agitur superbe,& negligenter timore vilitatis, vel ambitione bonorum, quod ex eo perpenditur,si in pœnitentia fuerint leues,aut arrogãtes. vt dicit Hug.¶ Est ergo horũ capitulorum, quæ inducũtur pro vtraque parte quæstionis hæc cõcordia,vt capitula quæ videntur reparationẽ lapsorũ inhibere, vel de maximis criminibus & manifestis intelligantur, vel de mediocribus, & his personis,quæ pœnitentiam simulate agunt,vel de mediocribus, de quibus quis est conuictus, vel confessus timore probationis.¶ Capitula vero contraria intelligenda sunt de mediocribus,de quibus quis est cõfessus sponte, vel euidentia facti,vel de mediocribus & his personis, quæ veram agũt pœnitentiam.Præterea solutio illa generalis,quæ dicit prima c.intelligantur de rigore.Secunda autem ex dispensatione approbanda est.Similiter solutio aliorum dicens,ꝙ restitutio non sit semper regulariter concedenda, vt volunt prima c.sed bene quandoq;,causa legitima subsistente, vt volunt secunda in contrariũ inducta. Verum de hac vide,ꝙ notauimus circa c.primum,itaq; di.25.Lege.¶ [Si lapsis.]iuste Episcopus,cui scribitur,volebat passim omnes lapsos ad suũ ordinẽ reuocare, ꝙ prohibet beatus Gregor.[Si lapsis.]s.in peccatum fornicationis,& adulterii, ordine iudiciario comprobati extra de temp.ord.quæsitũ.Archid. [Conceditur] passim,& indifferenter.Nam in casu qñq; conceditur 82.di. presbyter &.33.q.2.hoc ipsum. Hu. [Vigor].i.vigor. prima ratio.[disciplinæ]id est constitutionis Ecclesiasticę,vel iustitiæ,vel seueritatis [frangitur] quod esse non debet.j.e.absit. secundum. Hu.vbi nota secundum eundem,ꝙ hic seueritas quandoq; frangitur,quandoque temperatur frangitur, quando penitus destruitur,& euacuatur, cum passim,& indistincte nulla discretionis consideratione habita contra disciplinam Ecclesiæ fit,quod hic prohibetur,& j.e.absit.Temperatur autem,eum existẽte ratione inspecta causa mitigatur, & aliqualiter rigori subtrahitur,vt.j.eod.quia sanctitas.[dum] 2.ratio[pro spe reuersionis].i.restitutionis;intuitu.n. rei spe ratæ sæpe quis deuiat à vero,vt hic.& 11.q.3.pauper. Sæpe etiam spe subtracta deuiat similiter à vero. 11.q.3. qui recte [nõ formidat] Facilitas veniæ incentiuũ præbet delinquendi,vt.23.q.4.est iniusta. Vnde debet ita esse, vt pœna vnius sit metus multorũ.di.45. sed illud,vnde ne facilis restitutio gignat contẽptũ disciplinæ,& tollat verecundiã de peccato, & status Ecclesiastici gradus contemptibilis ex facili venia reddatur.Optimũ est, ne passim huiusmodi criminosis fiat gratia restitutionis,vnde sequitur.[Et post pauca]Tertia per [studete].i.cauete. Archid.[lapsos.]in notorio crimine, vel alias ordine iudiciario cõprobato.Arc.[reuocare].i.depositum restituere[nulla vobis.]supple facta. [supplicatio]carnalis,vt spiritualis posset valere.vt.j.e.clerico.vel nec spiritualis,nec carnalis supplicatio põt sufficere,vt Episcopus possit dispensare,sed papa potest,ne huiusmodi vindicta perpetuæ remotionis ab ordine,& ab officio[credatur esse nõ statuta] supple in perpetuum,sed temporaliter[dilata].i.data sub quadam temporis dilatione.s.vsq; ad annum,vel biennium, vel huiusmodi.Hu.Sed hic surgit quæstio propter glo. quæ videtur dicere,ꝙ vbicunq; imponitur pœna depositionis, semꝑ illa intelligatur esse perpetua.† Vtrum pęna imposita simpli-
6 citer intelligatur semper perpetua, an quandoque temporalis.Ad quod sic respondetur iuxta Io.de Fan. quia aut cõstat de causa propter quam fertur sententia,tunc si causa est talis, quæ non exigit pœnam perpetuam, sed temporalem,tũc est conclusio,ꝙ pœna intelligenda sit temporalis. Et ita intelligitur text.23.q.3. non oportet. Et ita etiam potest intelligi text.de constitu.ex literis,quia continua non exigit pœnam perpetuam sed temporalem duraturam ad limitationem contumaciæ. Aut est causa talis, quæ exigit pœnam perpetuam, & tunc est conclusio. Quod pœna intelligitur perpetua.Ita procedit c.eos.1.quæstio. prima & c. reperiuntur.in fi.hoc fuit etiam de mente glo.in c.præalleg.ex literis.& Inno.in c.cum bone.de æta.& quali.Aut non cõstat de causa,si pœna est momentanea,& corpori adhæsiua,tunc est conclusio,ꝙ pęna intelligitur perpetua. Ar.ca.ad audientiam.de cri.fal. ibi & insignum maleficii characterẽ perpetuum,&c.Si autem pœna est successiua, vt priuare aliquem ab arte,vel officio,tunc aut imponitur cũ causæ cognitione, & diffinitione pronũtiando, vbi processum est criminaliter per viam inquisitonis, tunc est conclusio. Quod pœna intelligitur perpetua, & nõ temporalis. Ita procedit text.hic cũ concor. Aut imponitur non diffinitiue, sed interlocutorie, cum ad hunc finem non ageretur tunc est cõclusio. Quod pœna intelligitur temporalis, siue ad tẽpus. nisi aliud in sententia exprimatur ita procedit. ff.de post.l. puto. vbi si Iudex interdicit alicui ne exerceat officium, postulãdi, intelligitur durante officio Iudicis hæc est gl. Innocẽtii in dicto c. cum bone & in c. quod transla. de offic.le.& Archi. hic. Aut pœna imponitur pro contumacia & tunc aut contumacia trãsit in specificũ delictum;vt quia clericus est contumax in non residendo,quæ contumacia reputatur delictum,tunc est cõclusio,ꝙ pro tali contumacia pœna imposita intelligitur, & non temporalis,,vt est casus de cle.non resid.tuæ. Aut contumacia non transit in delictum, sed stat in vim contumaciæ,tunc est cõalusio.Quod pœna pro illa imposita intelligitur temporalis,& non perpetua,vt in dicto ca.ex literis.Præmissa autem sunt vera,nisi imponatur pœna depositionis,qa ista semper in dubio intelligitur perpetua,& non temporalis,vt ũoluit hic glo. 1. in si.

Quæstio. — Concordat opiniones. — Exponit literam; — Quæstio. Respõdet. Io.de Fan



Vi semel. Sequitur secundum ca.ad idẽ propositum,& est Martini pape.Breue est,& nõ diuiditur. Intellectus eius, patebit ex literæ expositione.Lege.¶[Qui semel.]Ar.cõtra eos,q dicunt semel delinquẽtẽ nõ debere deponi.15.q.si. hi qui.Sed ista nõ bñ se fundant qm in prædicto habetur,ꝙ nõ ꝓhibetur, quin talis deponi possit,sed tantum,ꝙ facilius cum tali dispensatur ex quo non deliquit nisi semel.Mitius enim agitur cũ semel delinquente,quam cum eo,qui pluries deliquit.secundũ Hu. [in lapsum]carnis:de eo,n.videtur loqui Hug.& sic sumitur per totam distinctionem secũdum Lau.Arc.[iam depositus erit].i.deponetur,& semper depositus remanebit. Hug.[adipisci.]s.de rigore,vel de crimine maximo,& manifesto, vel de mediori,de quo quis inuite pœnitet,vel de quo est conuictus, & confessus timore probationis, & sic remouetur contrarium hic in glo.signatum.di.82.presbyter. Hu.vnde omnia cõtraria,quæ hic possunt assignari,intelliguntur de dispensatione,vel de crimine mediocri, de quo quis vere pœnitet,& quod innotuit ipsa operatione. vel spontanea cõfessione. Vel potest dici,quod hoc c.& præcedẽs dicunt, quod tales non

Exponit literam

tales non possunt reparari à suis depositoribus: imo à nullis, nisi à papa, ex quo sunt depositi. Hu. & Archi. [gradum] plures sunt gradus sacerdotii, vt episcopi, Archiepiscopi, & sic de alijs, secundum Lauren. & Archid.

1 *Presbyter post ordinationem crimen committens deponitur*
2 *Sacer ordo proprie quis dicatur.*
3 *Agendum mitius est cum sponte confesso, quam cum coacto, vel conuicto.*



Resbyterum. Sequitur tertium.c. ꝙ est beati Gregorij, & 1 ponitur in registro, vbi dicit, †quod Presbyter post ordinationem crimen committens, depo nitur. Et potest diuidi in tres partes. In prima ponitur consultatio. In 2. responsio. In tertia moderatio pœnitentiæ. 2. ibi. Nulla. 3. ibi. Circa quam. planũ est. Lege. ¶ [Presbyterum.] hoc capi. intelligitur in eo casu cũ sequenti, vel in simoniaco. 1.q.1. erga. cum præcedenti. 2 Lauren. [in sacro ordine] scilicet sacerdotij.† Sacrum enim ordinem videtur vocare tantum sacerdotium, ad quem ordinẽ de rigore non reuocabitur, sed in alio inferiori administrabit. s. in subdiaconatu, vel diaconatu, &c. Habebit tñ nomen sacerdotis, sed non officiũ, vt. 15.q. vlti. si quis presbyter. Hug. [permanere] si adhuc non est remotus: [mitius]. s. vt nomen retineat sine officio. Hu. vel in minoribus ordinibus maneat ſm Bar. Brix. Et est argumentum † ꝙ mitius est 3 agendum cũ sponte confesso, quã coacte, vel conuicto. Arg. 12.q.1. non dicatis [facili] quia non coacta, non. n. expectauit sententiam Iudicis, vel conuictionem, vel testiũ productionem. †Ecce, quod facilitas hic commendatur, & remuneratur. Hug. vnde propter vberiorem pœnitentiã, & humilem 4 cõuersionem meretur sibi faciliorem remissionẽ, exemplo domini dicentis peccatrici. Luce. 7. Remittuntur tibi peccata tua. Et petrum lachrymantem ad misericordiam recepit, & omnem prælatum, & pastorem constituit. Io. 21.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Homicida in sacerdotali officio, etiam cum Episcopi dispensatione administrare non potest.*
Et quid si maximam haberet contritionem. nu. 3.
2 *Papa cum homicida voluntario dispensare potest.*
4 *Episcopus non potest dispensare cum homicida in ordine.*



Iror. Sequitur. 4. c. ad idem, & est Ioannis papæ. 8. in quo dicitur† ꝙ homicida in sa 1 cerdotali officio, etiam cũ episcopi dispensatione administrare non põt. Et diuiditur in duas partes. In prima reprehendit Episcopum, qui supplicauerat papæ, vt dispẽsaret in homicidio voluntarie, siue sponte commisso. In 2. aperte prohibet homicidas etiã post quamcunq; pecuniam in sacerdotio ministrare. 2. ibi. Debet ergo planum est. Lege. ¶ [Miror.] Sicut dictũ est. Episcopus iste supplicauerat papæ: vt cũ quodam homicida dispensaret, papa eũ redarguit, & dicit non esse dispensandum. [doctũ] qui Episcopi tenentur scire canones, vt 38. dist. nulli [homicidiũ.] christiani, vel pagani. Hug. & Arc. [perpetratum] sponte, & sine causa quæ eum iuste videntur impellere ad hoc. Hug [ineptius]. i. stultius. [preberemus.] ꝙ quidẽ tamen facere possemus si vellemus. † Vnde papa cum 2 homicida voluntario dispensare potest, vt no. 5.q.6. quia. & dicam. 23.q.8. occidit. Arch. [vel] pro etiam. Hu. [quantãcũque pænitentiam.] ¶ Quærit hic Hu. †quid si haberet tan- 3 tam, quantã quis habere põt in hac vita. s. vt si discedere statim intraret in gloriam, vt fecit Latro, vel Stephanus, nunquid debet dispensari cum eo. ¶ Respon. quod non obhoc, quia vt inquit, contritio cordis vel pænitentia non est causa dispensationis, licet facilius tunc dispensetur cũm aliquo Ar. 1. quæstio. 7. si quis omnẽ. &. 15.q.5. presbyter. in princi. vbi de hoc. Nõ. n. est hic modus tollendæ irregularitatis, vt not. etiam gl. in dicto c. presbyter. Illa. n. pęnitentia & si peccatum absoluat, non tamen in pristinũ statũ restituit. Arg. de pœniten. dist. 6. qui vult. circa fi. Ergo quantacũq; sit contritio cordis, non sufficit ad tollendam omnem pœnam temporalem, licet sufficiat ad tollendã æternam ſm Lauren. & Hu. 4 †Prohibetur etiã Episcopus dispensare cũ homicida, quod intelligendũ est in ordine, sed in beneficio potest, extra de cleri. pugnante in duello. Henricus. &. j. e. dist. Presbyteros & c. studeat. ſm Archi. Item prohibetur dispensare in simonia. 1.q.1. erga. Prohibetur etiam in presbyterio, qui in excommunicatione positus celebrat. vt. 11.q.3. si quis Episco-

Diuisio. Exponit literam. respõdet.

pus sacerdotio priuatus, si etiam in modum inquisitionis cõstet de homicidio, punitur homicida, sicut si esset accusatus & conuictus. extra de dolo, & contu. veritatis. & de accu. inquisitionis. vbi not. Goffr. quod hoc est verum præter pœnã exauthorizationis, de qua habetur. 11.q.3. Et idem ſm eũ, si cõstaret per denuntiationẽ. Et adde, quod dicã. 2.q.1. si peccauerit in gl. in fi. Archi. [forte] de pæniten. di. 3. sunt plures.

2 *Operum diuinorum tria sunt genera.*
3 *Autoritas iubendi occidere maleficos est pœnes Imperatores, siue seculares principes.*
5 *Papa non potest dispensare in his, quæ iure diuino sunt prohibita.*
6 *Interficiens paganum potestate priuata, est homicida.*
7 *Vita, & conuersatio clericorum debet esse discreta à laicali cõuersatione.*
8 *Ingerens se in necessitate, in qua oportet eum peccare, non excusatur.*



Lericum. Sequitur quintum ca. ad idẽ Et est Nicolai papæ. Et põt diuidi in duas partes. In prima dicit, quod clericus occidens paganum nec in ordine suo administrare, nec ad superiorẽ gradũ ascendere põt. In 2. rationem assignat. Secũda ibi. Nam cũ discreti. Pro pleniori intelligẽtia huius ca. quærũtur duo. 1 ¶ Primum, vtrum licitum sit clericis in sacris constitutis occidere paganos, siue infideles, aut malefactores.
4 ¶ Secundum est, vtrum per dispensationem hoc posset esse licitum, vtpote, quod papa dispensaret nunc, vt sacerdotes possent personaliter pugnare contra Turchas.

Diuisio

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur, quodlicitum sit sacerdotibus occidere paganos siue reos, & malefactores. Primo sic dicit Augu. Summa religionis est imitari, quem colis, sed ipse deus, quẽ colimus, occidit malefactores, secundum illud psalmistæ Psal. 135. percussit egyptum cum primogenitis eorũ: ergo ministerium occisionis proprie videtur cõgruere sacerdoti, qui debet esse dei imitator. ¶ Secundo sic. Clerici tenentur adimplere, quod dicit Apostolus Paulus prima ad Corint. 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi, per quod debemus sanctos imitari, sed Moyses, vt habetur Exod. 32. fecit interfici à Leuitis. 23. millia hominum, qui adorauerant vitulum conflatilẽ. Itẽ Numeri. 25. Phinees interfecit israelitã coeuntem cum Madianitide. Itẽ. 1. Regum. 15. Samuel interfecit regem Amalech. Item. 3. Reg. 18. Helias fecit sacerdotes baal. Item. 1. Machabe. 2. Mathatias interfecit eũ, qui ad sacrificandum accesserat. Et dicit Cyprianus, ꝙ præcepti lege hoc fecit signo ante aduentum Christi, ꝙ hæc præcepta sunt multo magis post aduentum christi seruanda videntur, ergo sacerdotibus nouæ legis licitum videtur occidere reos. ¶ Tertio sic. In nouo testamento legimus, ꝙ Petrus Ananiã, & Saphirã morti tradidit, vnde Gregorius in dialogo. Petrus qui tabitam mortuã suscitauit. act. 5. Ananiam, & Saphiram mentientes increpando, morti tradidit. 23.q.8. c. Petrus. ¶ Quarto sic. Potestas spiritualis est maior quam tẽporalis, & Deo cõiunctior, sed potestas tẽporalis licite malefactores occidit, tanquam Dei minister. ad Rom. 13. Ergo multo magis clerici, qui sunt Dei ministri spiritualẽ potestatem habentes licite possunt malefactores occidere. ¶ Quinto arguitur ex illo, quod Leo quartus scribit Luc. 23.q.8.c. igitur cum sæpe. d. Quidam in Romanorum portum saracenos venturos esse dicebant, pro quo nostrũ cõgregari fecimus populũ. Idẽ arguit ex. c. aliis. e. cã. &. q. ¶ Sexto sic. Episcopi habẽt propositos, & ballinos in causis sanguinis, sed illi ballini nihil agunt autoritate: ꝓpria ergo authoritate Episcoporũ, siue clericorũ, quorũ sunt balliui fundũt sanguinẽ malefactorũ. Et cum ille faciat, cuius autoritate fit videntur ipsi Sacerdotes Episcopi facere, seu occidere. ¶ In oppositũ est tex. præsentis c. & c. seq. Respondeo dicendum, quod non licet clericis in sacris constitutis aliquem occidere. Hæc conclusio probatur autoritate multiplici, & ratione. Primo sic. dicit Apostolus 1. ad Timo. 3. Oportet Episcopum sine crimine esse, non violentum, non percussorem. Secundo ex illo Ambro. in c. conuenior. 23.q.7. vbi ait aduersus milites Gothos. Lachrymę meæ arma sunt mihi. Talia enim munimenta sunt sacerdotis, aliter nec debeo, nec possum resistere Tertio. Idem colligitur ex. c. clerici. 23.q.8. ¶ Ratione vero prædicta.

Primũ ar. Secundũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Quintũ ar. Sextũ ar. Opponitur contrariũ. Respõdet.

prædicta conclusio probatur primo sic iuxta sanctum Tho. in. 2. secundæ quæstione. 64 Clerici sunt eiecti ad altaris ministerium, in quo repræsentatur passio Christi occisi, qui eum percutiebatur, non repercutiebat, vt dicitur prima Petri. secundo. Et ideo non competit, vt clerici sint percussores, aut occisores. Debent enim ministri suum dominum imitari secundum illud Ecclesiastici. 10. secundum Iudicem populi, sic & ministri eius. ¶ Secundo sic. Iuxta eundem sanctum Thom. Clericis committitur ministerium nouæ legis, in qua non determinatur pœna occisionis vel mutilationes corporalis, ergo sicut idonei ministri noui testamẽti debent à talibus abstinere. ¶ Tertio sic. iuxta magistrum Alexandrum de Halis in tertia. Ministri nouæ legis debent esse mansuetudinis, & amoris ministri ad alliciendum homines ad bonum, vnde eis dicitur Matth. 5. noli resistere malo. Et ibidem sequitur. Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderũt vos, & intelligitur faciendum à ministris nouæ legis, non solum à voluntate animi, sed etiam in ostensione signi. ¶ Quarto sic, secundum eundem. Ministri nouæ legis sunt ministri sacramenti vnionis, sacramentum enim altaris reputant vnionem Christi, & Ecclesiæ, quã significat vnio animæ ad corpus. Sicut enim anima corpus viuificat, ita christus per hoc sacramentum viuificat ecclesiam, vnde qui dissoluit vnionem corporis, & animæ sacramenti illius vnionem in se non potest demonstrare: & ideo irregularis est ad huiusmodi sacramenti ministerium exequendũ, quẽadmodum bigamus, qui carnẽ suã, diuisit cum pluribus vxoribus, & sicut dicit canon. 15. q. 1. §. quædam sunt; quæ & si non putentur ad pœnam, tamen impediunt sacramenti signaculum. Et introducitur autoritas Hieronymi, qui dicit de illo, qui propter disciplinam casu occidit, quantũ ad culpam innocens est, quantum ad legem reus est. Legem dico sacramenti. Et inde est, ꝙ cũ alii ordines Ecclesiæ ad sacramentum altaris referantur, quia omnes ordinati; aut conficiunt sacramentum, aut seruiunt conficienti, debent carere diuisione, quæ opponitur sacramento vnitatis. Et ideo non licebit ministris Ecclesiæ interficere, sanguinem effundere, aut membrũ mutilare. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respon. iuxta Alexandum de
2 Halis in. 3. † Quod tria sunt genera operum diuinorum, scilicet opera potentiæ, opera sapientiæ, opera bonitatis. In operibus potentiæ, vt creationis, & miraculorum, non quærit Deus imitatorem. vnde Lucifer, quia voluit esse similis in potentia deo præcipitatus est. Esaiæ decimoquarto. Similiter nec in archanis sapientiæ, vnde Adam, quia voluit esse similis in potentia Deo, & scientia, paradiso eiectus est. Gen. tertio. Eritis sicut dij. Operũ vero bonitatis, alia sunt pietatis, & misericordiæ in quibus vult, ꝙ homines imitentur eum. Matt. 5. Estote misericordes sicut & pater vester, &c. Alia vero sunt punitionis, & vindictæ, & in his non vult, vt perfecti imitentur eum propter duo. Primo propter sacramentum vnionis commendandum, requirit ministros congruos, in quibus inueniatur oppositio vnionis. Alia ratio est propter commendandã clementiam suæ miserationis, vt in hoc veniat, quasi coactus punit sicut dicitur Trenorum. 3. Non ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum, & introducantur verba domini punientis, quasi plangentis. Esa. 1. Heu consolabor de hostibus meis, vt sit eius proprium misereri. Et ideo ministri noui testamẽti, qui debent esse in perfectione imitatione dei, debent ipsum imitari in opere pietatis, non in discretione seruientis. ¶ Ad secundam respondetur, quod non est simile de sacerdotibus veteris, testamenti & noui. Et ratio est secundum sanctum Thom. vbi supra quoniam sacerdotes veteris testamenti erant ministri veteris legis, secundum quam pænę corporales infligebantur. Et ideo etiam eis occidere propria manu congruebat. In lege autem noua non determinatur pœna corporalis huiusmodi, sicut dictum est, secundum vero Alexandrum de Halis ratio diuersitatis est, quia ministri timoris ad coercendum à malo erant deputati, & per consequens competebat eis executio, & autoritas interfectionis, non sic autem ministris nouæ legis, qui sunt ministri mansuetudinis, & amoris. ¶ Ad tertium de petro respondetur, negando consequentiam, & ratio est, quoniam Petrus non propria autoritate, aut propria manu interfecit Ananiam; & saphiram sed magis diuinam sententiam de eorum morte promulgauit. ¶ Ad quartam respondetur, negando consequentiam, & ratio est, ſm sanctum Tho. ꝙ clericorum ministerium est in melioribus ordinatum, quam sint corporales occisiones, scilicet in his, quæ pertinent ad spiritualem salutem, & ideo non congruit, ꝙ minoribus se ingerãt. ¶ Ad quintam respondetur, negando consequentiam, ex autoritate enim illa non habetur, ꝙ liceat sacerdoti, aut etiam papæ in propria persona arma suscipere ad effundendum sanguinem, sed bene, quod ad defensionem terræ Ecclesiæ christianorũ populũ conuocare, & hoc est licitũ. ¶ Ad sextã respondetur dupliciter. Vno modo, vt nobis videtur iuxta S. Tho. vbi. s. in responsio: quarti argumenti ꝙ non est inconueniens, ꝙ autoritate Ecclesiasticorum habentium dominia temporalia eorum Balliui, & Iudices iudicium sanguis exerceant, non tñ ꝙ præcipiẽtes eis directe, vt occidant, sed tñ veritatem inquirentes, iustitiæ debitum exequantur, vt satis colligitur ex. c. Episcopus. ne cleri. vel mona lib. 6. ¶ Secundo respondetur iuxta Alexandrum de Halis. in 3. quod est autoritas iubendi, & est autoritas vniendi. In autoritate iubẽdi sequitur ꝙ ille facit, cuius autoritate fit. In autoritate vero vniendi non sequitur. † Est autem autoritas iubendi occidere maleficos penes Imperatores, siue seculares principes Autoritas vero vniendi penes papam, & sacerdotes. Est autem ista vnio diuinæ legis prædicatio, & vt principes diuinæ legi obediant, exhortatio. vnde Bernar. in 4. lib. de consideratione ad Eugenium ostendit, qualiter vterq; gladius est Ecclesiæ materialis, & spiritualis, vt dicit, quod ad ipsam ptinet gladius materialis, non quantum ad Imperium vel quantum ad iussum, sed quãtum ad nutum; vnde dicit hoc modo ad Eugenium. Qui gladium materialem tuũ esse negat, non satis mihi videtur attendere verbum domini dicentis. Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo, & ipse tuo nutu forsitan, & si non tua manu euaginandus, alioqui si nullo modo ad te pertinet, dicentibus apostolis. Ecce duo gladij hic. Non respondisset deus. satis est, sed nimis est, vterq; ergo gladius Ecclesiæ, est spiritualis, & materialis. sed hic quidem pro ecclesia. Ille vero ab ecclesia exercendus, ille sacerdotis, hic militis manu. Sed sane non ad nutum sacerdotis, & iussu Imperatoris, hæc ille.

4 Ad secundum. Sic proceditur † Et videtur, quod papa possit dispensare, quod sacerdotes nouæ legis in persona propria arma suscipiant etiã ad effusionẽ sanguinis. Primo sic. papa habet autoritatem super omnia, quæ sunt iuris positiui, cũ sit princeps legũ ecclesiæ, sed ista prohibitione sacerdotes iudicium sanguinis exerceant, siue ꝙ reos non occidant. videtur esse solius iuris positiui, cũ sacerdotes veteris legis facultatẽ habuerunt reos occidẽdi, sicut tactũ est in priori quæstione. ergo videtur, qđ papa possit in hoc dispensare. ¶ Secundo arguitur ex eo, ꝙ apud Græcos, & apud Hispanos sacerdotes qui sunt in confinibus Turcharum quotidie pugnant contra Turchas, qui vt tangit Hu. in hoc c. videntur habere ſm aliquos dispensationẽ Græci à suo patriarcha, & Hispani ab Apostolico, nostro ergo &c. ¶ Tertio arguitur de beato Petro, qui mutilauit Malchum, auferendo sibi aurem, vt habetur Ioan. 18. Et nihilominus dispensatione Christi factus est pastor Ecclesiæ, vt tãgitur. ẏ. e. di. si post, &c. ¶ Quarto. Religiosi possunt ordinatione summi pontificis militare, & bella gerere cum effusione sanguinis cõtra infideles, ergo videtur quod multo magis clerici seculares. ¶ In oppositum videtur tex. præsentis cap. vbi dicitur, quod Discreti debent esse clerici à laicis qui militãt seculo. ¶ Respõ. q. cqd dicãt aliq Iuristæ Dicẽdum iudicio nostro saluo semper meliori, ꝙ papa non posset dispensare cum sacerdotibus, quod ad bella procederent propria manu pugnatori. Quæ conclusio videtur manifeste esse sancti Thom. in. secũda secundæ, quæstione, quadragesimo articulo. secunda sic dicentis, ꝙ prælati, & Clerici ex autoritate superiois possunt interesse bellis, non quidem, vt ipsi propria manu pugnent, sed vt iuste pugnantibus spiritualiter subueniant suis exhortationibus, &c. Quæ conclusio videtur manifeste probari pro eo † quod Papa non potest dispensare in his, quæ iure diuino sunt prohibita, vt distinctione. decimatertia per totum. Videtur autem hęc prohibitio, quod sacerdotes gladio in propria persona non vtantur esse iuris diuini, iuxta illud, quod Petro in persona. Episcoporum, & clericorum dictum est. Matthe. vigesimosexto. Conuerte gladium tuum in vaginam. Omnis. n. qui gladium acceperit, gladio peribit, ac si aperte diceret. Hactenus tibi tuisque predecessoribus inimicos Dei corporali

Marginal notes: S. Thom. | S. Thom. | Alexander de halis. | Ad Primũ argum. Alexander de halis. | Ad secũdũ. S. thom. | Ale. de H. | Ad tertiũ. | Ad quartũ. S. Thom. | Ad quintũ. | Ad sextum S. Thom. | Alexander de Halis. | Bernardus. | Primũ ar. | Secundũ ar. | Tertiũ ar. | Quartũ ar. | Opponi contrariũ Respõdet | S. Thom.

corporali gladio licuit persequi. Deinceps in exemplum patientiæ gladium, in vaginam converte, ex quo relinquitur, ꝙ præcepto Christi nulli Episcopo, aut sacerdoti licet gladium materialem, siue arma sumere ad bellandum, vnde Bernardus ad Eugenium scribens ita ait. Aggredere subditos, sed verbo, non ferro. Quid denuo vsurpare gladiũ, tentas, quem semel iussus es reponere in vaginam? Secũdo potest sic probari conclusio prædicta. Nulli, qui est deputatus ad aliquod officium, licet quacunque dispensatione id per quod suo officio incongruus redditur. Sed clerici gerẽdo bella, quæ ordinantur ad sanguinis effusionem, redduntur suo officio incõgrui, & inhabiles, vt patet ex dictis in superiori argumento, ergo nulla dispensatione hoc cõgruit.

Bernardus.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, negando minorem. Dicimus.n. quod hæc prohibitio est iuris diuini, vt patet ex dictis. ¶ Ad secundam respon. ꝙ illi Sacerdotes malefaciunt, vt idem Hug. dicit, nec videtur credendum, ꝙ talem dispensationem habeant. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ nõ est ad propositum. Tum primo, quia hoc non egit præcepto, aut dispensatione Christi. Tum secundo, quia nec in hoc videtur Petrus commendatus, sed magis a Christo reprehensus, vnde dictum est ei. Cõuerte gladium, &c. ¶ Ad quartum respondetur negando consequẽtiam, quoniam religioni, vt sic non repugnat bella gerere ẽt cum sanguinis effusione contra infideles, vnde ad hoc sunt aliquæ religiones institutæ, sicut repugnat sacro ordini, quoniam lex sacramẽti altaris, ad quod omnes ordines ecclesiastici ordinantur, non patitur, vt tales sint sanguinis effusores, sicut supra plene dictum est. De hoc etiam notauimus in disputatione nostra, quã fecimus supra in fi. 36. d. Lege.


Ad primũ arg. Ad secũdũ. Ad tertiũ. Ad quartũ.

¶ [Clericum occidit] sponte Arch. vel in bello præter necessitatem obsidionis, tunc.n. si quem interfecerit, cũ alias euadere non posset, toleratur in ordine habito, licet nõ promoueatur ad maiorem, vt in seq. c. de his. Hu. sed hodie in clemen. de homic. si furiosus, tenetur, ꝙ incurrat irregularitatem. [Homicida.n. est] Ar. †ꝙ interficiens paganũ potestate priuata homicida est, & agit contra præceptum Dei. nõ occides. Exo. 20. q. occidit hoĩem, licet paganũ, nec excusatur clericus occidens pp iustũ bellũ qa licet iustũ bellum excusasset secularis militiæ viros, vt eos excusat Aug. 1. de Ciuitate Dei c. 21. ab hom. clericos tamen non excusat, cum eis bella sanguinis sint interdicta, vnde Apostolus, 2. ad Cor. 10. dicit. Non secundum carnem militamus. Nã arma militiæ nostræ non carnalia, sed potẽtia Dei. i. virtute Dei spiritualia, quia nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus 2. ad Ti. 2. Vnde sequitur. [Nam] i. pars. [discreti]. i. diuisi, & d. † Discreta.n. debet esse vita, & conuersatio clericorũ à laicali conuersatione 2. q. 7. laicos, & d. 4. statuimus, & c. denique Hug. & Arc [Militare seculo] in propria persona 16. q. 3. porro & 23. q. vlt. clerici. & c. quicunque & c. reprehensibile. & c. conuenior Hu. & Arc. Nota, quia non dicit simpliciter militare, sed addit, seculo, patet, ꝙ sic ponendus est casus, ꝙ in bello occiderit eum, qđ non notaretur, si simpliciter dictum esset militare, cum in quolibet officio dicitur quis militare, vt d. 40. ante omnia. & 23. q. 1. militare. Hu. [ad effusionem]. i. per quam militiã Arch. [necesse sit]. i. conuenit, vel si proprie tenetur, nõ excusatur. Nam sua culpa ad hoc deuenit, & ideo ei imputatur Arg. † ꝙ si quis ingerit se in necessitatem in qua oportet eum peccare non excusatur Ar. 23. q. 8. quicunque & 15. q. 1. si quis insanis Hu.

Exponit literam.

6 (beside "regularitatem. [Homicida.n. est]")
7 (beside "[discreti]")
8 (beside "tur Arg. †")

2 *Necessitas euitabilis, quæ dicitur.*
3 *Actus se defendentis cum occasione se inuadentis, quando dicatur licitus.*
Et potest fieri quadruplici intentione. nu 8.
4 *Hominem occidere nulli licet intendere priuata autoritate, vt seipsum defendat.*
5 *Effectus duplex sequi potest ex actu alicus se defendentis.*
6 *Actus ex bona intentione proueniens potest reddi illicitus.*
7 *Peccatum an sit, si pro rebus temporalibus conuersandis præter intentionem aliquis vulneretur, vel occidatur.*
9 *Clericus, si defendendo se etiam interficit aliquem, est. irregularis, quamuis non intendat interficere.*
10 *Baptizare, potest sacerdos ex officio, & concessione, laicus solum ex concessione.*
12 *Homicidium committens voluntate incurrit irregularitem, nec debet promoueri.*
13 *Dispensatio duplex est in homicidio voluntario.*
14 *Peccatum minus est interficere Paganum, quam christianum.*
15 *Consilium liberam excicat voluntatem.*



De his clericis. Sequitur. 6. c. ad idem propositũ, & est eiusdẽ Nicolai Papæ. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur consultatio. An. s. clerici, qui paganum interfecerunt, possint postea per pœnitentiam emendati ad pristinum statum redire, vel ad maiorem conscendere. In secunda ponitur responsio. Secunda ibi: Verum. Pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum licitum sit hominem occideret, se defendendo. s. ne ab alio occidatur.

1 ¶ Secundum est, vtrum homicidium inducat irregularitatem.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non sit licitum aliquem occidere, se defendẽdo. Primo sic ex c. præsenti. vbi Nicolaus Papa inqt. Scito nos nullam occasionem dare, nec vllam tribuere licẽtiam illis quemlibet hominem, quodlibet modo occidendi, sed ad præcepta meliora tenenẽ cõiter clerici & laici, ergo nulli hoĩum licitum est aliquẽ occidere, se defendendo ¶ Secundo sic. Dicit August. ad Publicolam, & habetur 23. q. 5. c. de occidendis hominibus. Ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet cõsilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, vt non pro se hoc faciat, sed pro alijs, accepta legitima potestate, si eius congruat personæ, sed ille, qui se defendendo, occidit aliquem, ad hoc eum occidit, ne ipse ab eo occidatur, ergo hoc videtur esse illicitum. ¶ Tertio. Confirmando, arguitur sic. Præceptum est non occidere hominem. s. propria autoritate, sed ille, qui impetitur ad mortem ab alio, non est iudex, nec minister legis, ergo, si interficit, interficit propria autoritate. ¶ Quarto: Idẽ Au. de lib. arb. Qũo apud diuinam prouidentiam à peccato liberi, sunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt. Eas autẽ res dicit esse cõtemnẽdas, quas homines inuiti amittere possunt. Horum aũt est vita corporalis, ergo pro seruanda vita corporali, nulli licitum est hominem occidere. ¶ Quinto sic, sicut est præceptum non occides ita est præceptum non mechaberis, sed non licet committere simplicem fornicationem, vel adulterium pro necessitate vitæ conseruandæ, quia vita spũalis præferenda est, corporali, ergo nulli licet defendendo seipsum alium occidere, vt propriam vitam conseruet. Consequentia patet, maxime, cum homicidium grauius sit peccatum, quam simplex fornicatio, vel adulterium. ¶ In oppositũ est illud Exod. 22. vbi dr̃, si effringens fur domum, siue effodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere, mortuus fuerit, non erit percussor reus sanguinis, August. Non est illi homicidium imputandum vt in c. si ꝑfodiens. de homi. Sed multo magis est defendere propriã vitam, quam propriam domum, ergo etiam, si aliquis occidat aliquem pro defensione vitæ suæ non erit reus homicidij. ¶ Respond. dicendum, ꝙ hic est vna opinio. s. Hu. qui infra eo. d. §. si autem casu. ponit, quòd mortaliter peccat tam laicus, quam clericus, qui ob defensionem sui, vel rerum suarum aliquem propria autoritate interficit, cum potius deberet mortem incurrere, quam inferre, Arg. 32. q. 5. ita ne. Facilius tamen cum eo dispensat, & facilius ob defensionẽ corporis, q̃ rerũ, & facilius, si paganum, quã Christianum occideret, hæc ille. Quam opinionem fundat, quia si ue alias potuisset se defendere, vel non talis peccat, quia cõtra præceptum Apostoli fecit, se defendendo. Hanc autem opinionem prosequutus est Augustinus de Anchona libr. de ecclesiastica potestate quæstione quinquagesima tertia, Arg. tertio vbi sic ait. Puto, quòd sit culpa hominem occidere, ne ipse occidatur, quacũque necessitate hoc fiat cuius raito est, quam dicit esse August. quia videlicet aĩam ꝑximi plus videtur diligere, quam corpus proprium, ꝙ me inuito, possum perdere. Planũ est aũt, ꝙ aĩa proximi perdit ex quo in actu iniusto occedere volens. per me occiditur. Sed opinio ista non valet. Tum, quia, vt dicit Gui. glossator Raymundi nimis est durum, quia contraria opinionibus multorum

Primũ ar. Secũdũ ar. Epist 154. Tom. 2. Tertiũ ar. Quartũ ar. Quintũ ar. Opponit ĩ contrariũ. Aug. Respõdet. Aug. de Anchona. Cõtra ꝑdictã opinionem.

multorum clarissimorum doctorum. Tum, quia tam autoritas Augu. quam ratio inducte intelligenda venit, vt dicit S. Tho. in 2.2.q.64.ar.7. In eo casu, in quo quis intendit occidere hominem, vt seipsum à morte liberet, vel etiam potest dici, ꝙ ratio non procedit, quia nescitur in quo statu mortuus esset ipse, qui occidit, si ab inuasore fuisset occisus an in statu gratiæ, vel peccati potuit. n. habere alia peccata cum nemo sciat, vtrum dignus odio, vel amore sit. Eccles. 9. Præterea, non sequitur, ꝙ necessario damnaretur inuasor, quia cum alterationes præcedentes mortem, & exitũ, animæ à corpore necessario fiant in tẽpore, potest in illo tẽpore quantumcunque breui pœnitere, & ita saluari. Vnde in hoc casu occidens, ne occidatur, non solum præfert corpus, sed etiam animam suam animæ proximi occisi, vnde August. lib. de libero arbitrio. Multo. n. mitius est eum, qui alienæ vitæ insidiatur, quam eum, qui suam tuetur, occidi, sed quod melius est, est magis eligendum, ergo, &c. Quod et dicit Hug. ꝙ talis defendendo se peccat, quia facit, contra præceptum Apostoli. ad Roma. 12. Respondetur, ꝙ nõ est, verum, quia, vt dicit sanctus Thom. ibi prohibetur defensio, quæ est, cum est cum liuore vindictæ cuiusmodi non est ista. Ideo est secunda opinio, quam ponit Raymundus, & tangit eam magister Alexander de Hal. in tertio, qui ita distinguit, quia aut illa necessitas fuit euitabilis, aut ineuitabilis. Si euitabilis. s. ꝙ poterat euadere absque occisione tunc est ista conclusio: Quod talis est reus homicidij, & transgreditur preceptum illud, non occides, & debet tanquam pro mortali peccato agere pœnitentiam, †dr̃ autem
2 necessitas euitabilis, quando poterit aliter euitare periculũ vel antea præcauere, ne in illã necessitatem incideret. Aut fuit necessitas ineuitabilis, quando occidit hominem sine odij præmeditatione, imo cum dolore aĩ se, & sua liberando, cum alias non poterat euadere. Et de tali ponitur ista, conclusio: Quia talis non videtur reus homicidij, nec videtur peccasse, nec astringitur ad pœnitẽtiam nisi ad cautelã propter ambiguũ duplicitatis, vt 23. q. 5. excommunicatorũ. Pôt. n. timeri, ne in aliquo excesserit, vel ne ex indignatione, vel iracũdia, vel ex libidine vindictæ motus fuerit, non ex sola defendere se necessitate, interiorẽ tamen pœnitentiam semper habere debet, & quasi suis peccatis ascribere, quod in tantam deuenerit necessitatem. Bonarum quippe mentium est, ibi culpas suas cognoscere, vbi culpa non est, extra de homic. interfecisti. Concordat in istis, conclusionibus Raymundo omnino, Goffred. & Hostien. in summis suis, & magister Alexander de Halis in tertio. Quæ conclusio potest sic ratione probari. Quilibet magis tenetur ad id, quod ordo caritatis magis exigit & reqrit, sed ordo charitatis exigit, ꝙ magis debeã diligere vitam meam temporalem, quam vitam temporalem alterius. Nam diligibilia ad alterum mensurantur ex diligibilibus, ad se secundum philosophum, ergo occurrente casu necessitatis ineuitabilis, non est peccatum occidere inuadentem, volentem me, occidere. ¶ Secundo sic. Vnusquisque magis tenetur sibi, quam proximo, supposito recto ordine rõnis, ergo defendens se contra iniuste inuadentem se, esto, ꝙ sequatur mors, dum tamen principaliter occasionẽ illius nõ intendat, sed suã saluationem propriam cũ debito moderamine, nihil facit cõtra rectum ordinem rõnis nec contra iustitiam, nec contra charitatem proximi. Con
3 cordare ẽt videtur S. Tho. qui circa hanc materiam in 2.2. q.64. articulo 7. ponit duas conclusiones. Prima est, †ꝙ act⁹ defendentis se ẽt cum occisione inuadentis, se est licitus, dum tñ non Intendat occidere, & seruatum fuerit mode-
4 ramen inculpatæ tutelæ ¶ Secunda cõclusio est, †Quod nulli licet priuata autoritate intendere hominem occidere, vt seipsum defendat. Istas duas cõclusiones sic declarat S. Th. vbi supra vbi sic dr̃. Nihil ꝓhibet vnius actus esse duos effectus, quorum alter solum sit in intentione. Morales autem actus recipiunt speciem secundum, id quod intenditur, nõ autem ab eo, quod est præter intentionem, cum sit per ac-
5 cidens. †Ex actu ergo alicuius se defendentis duplex effectus sequi potest, vnus quidem conseruatio propriæ vitæ, alius occisio inuadentis. Actus ergo huiusmodi ex hoc quod intenditur conseruatio propriæ vitæ nõn habet rationem illiciti, cũ hoc sit cuilibet naturale, ꝙ se conseruet
6 in esse, quantum potest. †Potest tamen aliquis actus ex bona intentione proueniens, illicitus reddi, si non proportionetur fini. Et ideo, si aliquis ad defendendum propriam

S. Thoma.

Augustin.

S. Thoma.

Raymund.
Ale. de Ha.

Gregorius
Hostiensis.

S. thoma.
Prima cõclusio.

Secũda cõclusio.

Probatio primæ cõclusio.

vitam, vtatur maiori violentia, quam oportet, erit illicitũ. Si vero moderate violentiam repellat, erit licita defensio. Nam secundum iura vim vi repellere licet, cũ moderamine inculpatæ tutelæ, nec est necessarium ad salutem, vt homo actum moderatæ tutelæ prætermittat ad euitandum occisionem alterius, quia plus tenetur homo vitæ suæ prouidere, quam vitæ alienæ, & hæc circa primam conclusionem. Circa secundam subiungit sic. Sed quia occidere hominem non licet nisi publica authoritate propter bonum commune, illicitum est, vt homo intendat occidere hominem, vt seipsum defendat, nisi ei, qui habet publicam autoritatẽ, qui intendens occidere hominem, vt seipsum defendat hoc refert ad publicum bonum, vt patet in milite pugnante contra hostes, & in ministro Iudicis pugnante contra latrones, quãuis isti etiam peccent, si priuata libidine moueantur, hæc sanctus Thom. Concordat dominus Vlrichus in summa sua libro sexto tractatu 3. cap. 8. vbi inquit. Quod si quis occiderit alium, ne ab eo occidatur, non pec-
cat, nisi sit intentio corrupta. †Pro rebus aũt temporalibus 7
conseruãdis, si aliquis præter intentionem vulneretur, vel occidatur, non est peccatum, quia casus fortuiti præcaueri non possunt, sed hoc ex proposito facere non licet, quia vita proximi præferenda est rebus fortunæ, nisi ex taliũ oblatione aliquis poneretur in extrema necessitate. Item tractatu 10. cap. 19. ad pleniorem intellectum huius materiæ distinguit hoc perfectius, dicens. Quod licet homo seipsum perimere non debeat, & ideo necessaria ad vitæ. conseruationem teneatur sibi potius exhibere, quam alteri si non habet, quod pluribus sufficiat, tamen se exponere, ne ci ab altero se offerendo pro liberatione proximi eximiæ charitatis est: secundo Regũ 18. Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te, &c. Et ideo consilium perfectionis est poti⁹ patienter sustinere mortem, quam ipsam repellendo aliũ occidere. Et ideo oppositum non est consulendum, cum ex se est indifferens, & potest bene, vel male fieri. † Distingui-
8 mus ergo, quod seipsum conseruare per alterius occisionẽ, quadruplici intentione fieri potest. Vel ex instinctu naturæ ex quo innititur quælibet res ad sui cõseruationem, & hoc est licitum, quia omne, quod est de iure naturali licitum, simpliciter est. Vel est secundo ex instinctu naturæ informatæ per gratiam. s. quando aliquis dolẽs, aduersarium occidit deuitans hoc, quantum potest, sed tamen potius vult eum occidere compulsus per eius instãtiam, quã ab eo occidi, ne dicat in dimidio dierum meorũ vadã ad portas inferi, qui assidue erat, & dicit Psal 101. d. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. i. in ꝑfectione luminis gratiæ, & virtutũ, & hoc est magis licitũ, q. i. quod præmissum est Vel tertio est ex superfluo amore huius vitæ, quo homo se potius fruitur, quam vtitur, & ideo non attendit, an se sic, defendere sit licitum, vel non, sed siue sic, siue sic: tamen sic se defenderet, & sic est illicitum quia talis arbor mala non potest bonos fructus facere. Vult quarto ex odio quo concepit contra eum, qui se inuadit, per quod ita concitatur ꝙ & si posset eum euadere sine eius occisione, potius tamẽ vellet se de illo vindicare, eum occidendo, vel etiam ex superbia, propter quam verecundaretur fugere, inuasorem, etiam si posset sic eum effugere, vel si sponte ex causa illicita ponit se in tali necessitate, sicut faciũt latrones, & adulteri, & his similes, & tunc est illicitum, hæc ille. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ Nicolaus Papa in præsenti ca. loquitur de clericis, vt patet, & quia, vt dicit sanctus Tho. †Clericus, si defendendo se, etiam interficit aliquem irregularis est, quamuis non intendat interficere, sed seipsum defendere. Ideo dicit Nicolaus Papa, quod nullam occasionem, aut licentiam, vult dare clericis occidendi quomodolibet hominem, quia efficerentur irregulares, cum irregularitas sequatur homicidium, etiam si sit absque peccato, vt patet in iudice, qui aliquem condemnat ad mortem. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ loquitur in casu, in quo quis intendit occidere hominem, vt seipsum à morte liberet. ꝙ non licet, Vel dicendum iuxta Alexande. de Halis in tertio, ꝙ in prædicto casu. s. necessitatis, ineuitabilis occisio illa fit functione publica, quia ex concessione legis efficitur minister legis, vnde Ambrosius lib. de paradiso. Nec is, qui homicidium aliquod inuitus fecerit, extra ministeriũ est, si quidem lex ait de eo, quia dominus dedit eum in manus eius, manus ergo eius diuinæ vltioni ministeriũ ꝓbuerũt.

¶ Ad tertiam

Probatio secundæ conclusionis.

Vlrichus.

Ad primã argumen S. Thom

Ad secũdũ

Alexander de Halis.

Ambrosius

Ad tertiũ. Alexãder de Halis.

¶ Ad tertiam respondetur iuxta Alexandrum de Halis in tertio, negando minorem. Dicitur.n.ꝙ in tali casu efficitur interficiens minister legis, differt tamen in isto, & in iudice. Nam Iudex occidit ex iustitia, & officio iste autem ex iustitia, & non officio, sicut est in sacerdote, & in laico, quo
10 ad baptismum, †vterque potest baptizare, Sacerdos ex officio, & ex concessione, Laicus non ex officio, sed ex concessione, in necessitate.

Ad quartũ S. Thoma.

¶ Ad quartam respondetur multipliciter. Primo iuxta S. Tho.ꝙ intelligitur in eo casu, quo quis intendit occidere hominem, vt seipsum à morte liberet, vnde signanter dicit pro his rebus, in quibus designatur intentio.

Ale.de Hal. Vlrichus.

¶ Secundo respondetur iuxta Alex.de Halis, ꝙ intelligitur in casu ineuitabilis necessitatis.s.quando facultas fugiendi datur. ¶ Tertio iuxta Vlrichum in summa sua, ꝙ in casu, quando homo procedit ad interficiendum se inuadentem ex superfluo amore huius vitæ, quo homo, se potius fruitur, quam vtitur, sicut dictum fuit in summa.

Ad quintũ

¶ Ad quintum respondetur negando consequentiã. Et ratio est secundum S. Tho. quia actus fornicationis, vel adulterij non ordinatur ad conseruationẽ propriæ vitæ ex necessitate, sicut actus, ex quo quandoque sequitur homicidium.

Primũ ar.

11 Ad secundum. Sic procedit†. Et videtur, quod homicidium non inducat irregularitatem. primo sic. Ordines in nouo testamẽto sumpserunt originem à Leuitarum officijs, vt dicit Magister sententiarum in 4. distinctio. 24. Et etiam colligitur supra ex capi. 1. d. 21. sed Leuitæ consecrarunt manus suas in sanguinis effusione fratrum suorum, vt patet Exo. 32. Ergo, & in nouo testamento non videntur aliqui à susceptione ordinum prohiberi propter sanguinis effusionem.

Secũdũ ar.

¶ Secundo sic, Propter actum virtutis nullus debet impediri abliquo sacramento, sed aliquando sanguis effunditur propter iustitiam sicut, à Iudice, imo peccaret habens officium, si non effunderet, ergo non impeditur propter hoc à sacramenti susceptione, & ita per consequens non incurrit irregularitatem.

Tertiũ ar.

¶ Tertio. Pœna non debetur nisi culpæ, sed aliquis sine culpa quandoque homicidum committit, sicut se defendendo, sicut patet in c. præsenti, vel causaliter vt dicitur extra de homicidio c. vltimo. Ergo tales non debent incurrere irregularitatis pœnam.

Quartũ ar. Bernardus.

¶ Quarto sic. Carentibus vsu liberi arb. nihil imputatur, quod faciant secundum Bern. de libe. arb. ante medium, ergo si puer, vel homo in actu furię vel dormiens, vel ebrius interficiunt hominem, non propter hoc sunt irregulares.

Opponit ĩ contrariũ. Respõdet. S. Thoma.

¶ In oppositum vr̃ esse tex. præsentis c. & plura alia canonum, statuta, & ecclesiæ consuetudo. ¶ Respon. dicendum, ꝙ homicidium inducit irregularitatem siue impedit ordinis susceptionem cuius ratio ẛm S. Tho. est, quia omnes ordines referuntur ad sacramentum Eucharistiæ, quod est sacramentum, pacis nobis per sanguinem Christi effusum factæ. Et quia homicidium maxime contrariatur paci, & homicida magis conformatur occidentibus Christum, quam ipsi Christo occiso, cui omnes ministri prędicti sacramenti debent conformari. Ideo de necessitate præcepti est, ꝙ non sit homicida, qui ad ordines promouetur, quãuis non sit de necessitate sacramenti. Pro cuius materiæ plenaria informatione est dicendum iuxta gl. ꝙ est homicidium quoddam ex voluntate, quoddam ex necessitate, quoddam ex casu. De homicidio volũtario ab-
12 solute sit ista conclusio. †Committens homicidium voluntate, incurrit irregularitatem, talis non solum non debet non promoueri, sed imperpetuum deponi, vt in ca. si quis viduam infra eadem dis. etiam si Paganum interficiat, siue, Saracenum supra e.d.c. præcedenti & in c. præsenti, & cum tali nunquã dispensantur supra e. di. c. miror. & etiam si sit clericus ministrare in ordine suo non poterit. extra de tempo. ord. c. vlt. poterit, aũt cum tali dispensari in beneficio. extra de cler. pug. in duell. c. 2. Si autem illud homicidium fuerit occultum, acta pœnitentia remanebit in susceptis or-

Arch.

13 dinibus, vt in p̃senti c. de his. Et no. iuxta. Arc. †ꝙ in voluntario homicidio est dispensatio minor, vt tolerentur in minoribus, vt extra de homi. cõtinebatur. Est, & maior, vt toleretur in susceptis ordinib. infra e.d. clerico. Et est maxima, vt promoueatur, extra de homi. lator. Et hec conclusio non solum intelligitur de committente homicidium volũtate illicite, sed etiam de committente licite, sicut patet, de Iudice, qui licet effundendo sanginem malefactorum, nõ sit reus culpæ. imo meretur nihilominus incurit irregularitatem, vnde quicunque in causa sanguinis fuerit Iudex vel aduocatus, siue pro actore, sine pro reo agit contra actorẽ. Item accessor officialis, testis, notarius sentẽtiam scribens, vel proferens. Similiter etiam, qui scribit attestationes vel legit eas, dum proferuntur, vel publicantur. Item, qui scripsit, vel dictauit literas pro tali vindicta sanguinis, omnes irregulares efficiuntur, vt infra proxima d. si quis post & ca. aliquantos, & extra, ne cle. vel mona. c. sententiam. Si vero, homicidium cõmittatur necessitate, aut euitabili, aut ineuitabili. Si euitabili, in quo intelligo non solum, qui tempore occisionis poterat euitare, sed etiam, illum qui se sua culpa in talem necessitatem ingessit, puta vidit exercitum venientem ad obsidendum castrum, & cum posset fugere, vel declinare includit se in castrum, quod in nullo pertinebat ad ipsum, secus.n. esset, sicut dicit glo. Raymundi, si ibi habebat domicilium, vel res suas, quas valebat conseruare, & postea sequuta est necessitas, vel simile, tunc sit ista conclusio. Quod talis homicidium committens, incurit irregularitatem, quæ impedit promouendum, & deijcit iam promotum, patet, quia ad maiores ordines non ascendit, nec in susceptis toleratur, nisi ex magna dispensatione, vt dicit Host. & Conco. Bernar. in gloss. c. sicut dignum, in fine. de homic. Alij vero dicunt, quod post peractam pœnitentiam de iure commune potest exequi ordinis officium iam suscepti. Hoc etiam dicit Goffre. Hoc etiam videtnr dicere. Arch. colligens ex Vincentio in hoc cap. quando homicidium illud est occultum, ita, quòd non scitur, vel à paucis scitur, & non est scãdalum. Si vero est prorsus ineuitabilis necessitas erat, triplex opinio. Vt not. Ioann. Andrea. in clemen. si furiosus. de homicidio. Prima est Hu. qđ talis incurrit irregularitatem, & huius opinionis est sanctus Thom. tam in secunda secundæ quæstione 64. quam in quarto sententiarum, d. vigesimo quinto. Hanc conclusionem etiam ponit Petrus de palude in quarta d. 25. sic dicens. Ille, qui interficit hominem, seipsum defendendo licite, sed ex intentione, est irregularis, non enim excusatur, quia licite fecit, cum Iudex licite faciat, nec quia ex necessitate hoc facit, excusatur quoniam maior est necessitas vitandi mortale, quã mortem, & vitandi mortem multorum, quam vnius, & dãnum reipublicæ, quam vnius personæ. Iudex autem non potest vitare mortale peccatum, nec mortem multorum aliquando, nec damnum reipublicæ, nisi damnet ad mortem istum publicum malefactorẽ, & nihilominus fit irregularis. Ergo multo magis iste, qui ob tutelam sui corporis hominem interfecit ad quod non tenetur. Et hoc est verum, quantum ad promouendum vlterius, sed quãtum ad ministrandum in susceptis homicidium ineuitabile non deijcit ab ordine, nec à beneficio, sicut deijcit homicidium ex officio, quia videtur clericatum abdicare, qui ex proposito officiũ sanguinis suscipit, non sicantẽ, aũt qui ex inopinato ad sui defensionem aggressorem interficit, hæc ille ad hoc facit præsens c. de his & c. aliquantos ĩ. d. 51. & extra, de homi. interfecisti. Quod autem Petrus mutilans auriculam serui est promotus dicit idẽ Petrus de palude. ꝙ Christus dispensauit, qui postea dixit ei. Pasce oues meas, Vel dicendum, ꝙ nondum tũc erat prohibitio ecclesiæ, vel si tũc erat prohibitum, iuditiale fuit, & post mortem Christi nõ ligauit, nisi quatenus ecclesia hoc statuit, dicente Apostolo clericum non esse percussorem, hæc ille. ¶ Secunda opin. fuit Io. & Goff. ꝙ, quo ad suscipiendos, irregularis, sed dispensabilis, sed in susceptis licite ministrabit. ¶ Tertia opinio est hic approbata, quæ fuit Barth. Brix. & quam tenuit Host. extra eo. ti. c. 1. & 2. & ca. lator dicens, ꝙ Clemẽs quartus, & curia tenebat, videlicet, ꝙ nullam talis irregularitatem incurrat. Si vero homicidium sit causale, tunc distinguitur, quia aut occisor dabat operam rei licitę, aut illicitę si illicitę, vt si vadens ad lupanar cum armis, non cum intẽtione pugnandi, & præter intentionem, bello orto, inde homi. fecerit, & hmõi. Vel si non medicus de medicãdo se intromiserit, & mors secuta fuerit, tunc ponit concl. ꝙ talis irregularis efficit. Talis.n. nec in suscepto ordine põt ministrare vt. ĩ. e. cleri. Si vero dabat operã rei licitæ, & nõ adhibuit diligentiã suam, q̃ debuit, vt qa medicus aliqd de cõtingentib. omisit: Vel qa putator ex arbore ramũ deiecit in publico, nec clamauit, & aliquẽ occidit, tunc est concl. Talis cõtrahit irregularitatẽ, quæ impedit promouendum, & deijcit iã promotũ, patet conclu. & ex c. de his. ĩ. di. si vero dabat operam rei licitæ, sicut cũ Magister verberaret disci pulũ causa disciplinæ, vel cũ qs deponebat fœnũ de cutru,

Hostiensis

Goffre. Archi.

Io. And. Prima op. S. Thoma.

P. de palude.

P. de palude

Secũda op.

Tertia opi

Bart Brix. Hostien.

Vel arborem propriam sibi necessariam incidebat, & similia, si adhibuit diligentiam debitam, videlicet respiciendo & proclamando, non tardè, aut remissè, sed tempore, congruo, & altè, ita, ꝙ si aliquis veniebat, ibi poterat fugire, & sibi cauere, vel magister non excedendo modum, in verberando discipulum, tunc est conclusio ista. Quod tales non incurrunt irregularitatem, vnde non imputabitur eis homicidium, si casu contingat, vnde non solum in susceptis remanere possunt, sed etiam ad superiores promoueri, sicut ante, vt extra de homici. c. lator, & c. dilectus & Ioan. & c. vlt. & c. significasti. Pro ista conclusione est Goffre. & Ho. Concordat Innoc. in gl. c. presbyterũ, & c. ad audientiam, & Ber. in gl. c. sicut indignum in fi. & addit nisi graue scandalũ esset, vel tanta laborasset infamia, ꝙ purgatio esset indicenda. extra e. in literis. Hoc idem dicit Inno. in gl. ibidẽ. Notandum autem, ꝙ non tantum reputandus est irregularis, qui occidit, sed etiam, qui hominem mutilat membro, vt d. 55. c. vlt. Talis. n. est conditionis Dei inimicus e. d. si qd seipsum absciderit. Non tamen est ista grauis irregularitas sicut illa, quæ per homicidiũ est contracta vt dicit Richardus de media villa in quarto. ¶ Quibus habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam secũdum S. Th. in 4. & Richardum, quia nõ est simile de ministris vete. legis, & nouæ, quia lex vetus inferebat pœnam sanguinis, non autem lex noua, cuius iugum est leue, & suaue. Mat. 11. ¶ Ad secundam respõdetur, negando minorem, & ratio est, quia irregularitas nõ incurrit propter peccatum tantum, sed principaliter propter ineptitudinem personæ ad sacramentum Eucharistiæ ministrandum, quæ ineptitudo potest homini prouenire per actũ virtutis iustitiæ in effusione sanguinis, sicut supra expositum est. Et ideo iudex, & omnes, qui in casu sanguinis ei participant, sunt irregulares propter hoc, ꝙ effusio sanguinis non decet ministros dicti sacramenti. ¶ Ad tertiã respondetur negãdo assumptum, & ratio est, quia irregularitas (vt dictum est) non incurritur tantum peccatum sed principaliter propter ineptitudinem personæ, quã incurrit ille, qui defendendo se committit homicidium, vt dictũ est supra, etiam dato, ꝙ fuerit sine culpa. Quod vero dicitur de causali homicidio, satis ex superioribus patet responsio, quoniam, cum nullus facit, nisi illud cuius causa est, quod est voluntarium in homine, ille ignorans hominem occidit homicidio causali, non dicitur homicida, nec irregularitatem, incurrit, nisi dederit operam rei illicitæ, vel nisi omiserit debitam diligentiam, quia iam quodammodo efficitur voluntarium, vt dictum est. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ dictum beati Bernardi intelligẽdũ est de imputatione pęnæ culpæ, & pœnę, quæ non nisi culpæ debetur, qualis pœna nõ est irregularitas, vt ex dictis patet. ¶ Secundo dicitur, quod cum aliquis carens vsu rationis, occidit hominem, tale homicidium non est voluntarium, nec inuoluntarium proprie loquendo, & talem homicidam, si per culpam suam non incidit in defectum vsus rationis. Aliqui non reputant talem irregularem, quod probant per id, quod dicitur 15. q. 1. aliquos vbi dicitur de carente vsu rationis qui hominem occidit quomodo reus constituitur, qui nescit, quod fecerit? & illud c. si quis insaniens e. causa, & q. exponũt de illo, qui per culpam suam vsu rationis priuatus est, Alijs dicũt tales esse irregulares, quamuis nõ sint rei homicidij, quia nõ imputatur eis ad culpam, nec ad aliã pęnam, nisi ad irregularitatem, vt dicit Richardus de media villa in quarto. Sed iam in oppositum habetur in clemen. de homicidio. si furiosus. Lege te. ¶ De his defendendo, occiderunt] alias cum possent euadere, vel non seruant moderamen inculpatæ tutelæ. [Licẽtiam] quia hoc ipsum videretur, si ad eundem, vel maiorẽ ordinem reciperetur. Ar. supra e. c. 1. 23. q. 4. iniusta Hu. & Arch. [quælibet] 15. q. 1. [nec his verum] soluit. Secunda pars. [saltem paganum.]

14 Ar. † minus peccatum esse interficere Paganum, quam christianum, cum magis diligendus sit christianus, non solum natura coniunctus, sed fide, & sacramento. Occisio tamen Pagani est magis damnosa, qui aĩam, & corpus in morte ꝑdit. Mat. vlt. Qui non crediderit, & baptizatus non fuerit, condemnabitur. Bonus autem Christianus, & si occisus fuerit in corpore, tamen animam custodit in vitam æternam, vnde dicitur eis nolite timere eos, qui occidũt corpus. Ma. 5. Et ita videtur soluta obiectio. de c. si habes 24. q. 3. iuxta finem, vbi de hoc [Consuluit] per hoc verbum videtur hoc

Gregoriu Hostiensis. Innocẽtius

Richar. de media vil.

Ad primũ argumen

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quar. ũ

Ric. de med. villa. Exponit literam.

consuloqui de consilio, quod & quidam dicunt, & intelligunt, de feudo, cum alias posset euadere, mihi tamen videtur, qd sit præceptum per illud verbum irreprehensibiliter, & illud indebite, & illud damnabiliter. Si. n. esset consilium, nõ
15 damnaretur quis non obseruando, † consilium. n. liberam excitat voluntatem, nec obest, ꝙ dicit [consuluit]. Sæpe. n. monemus, vt quis faciat, quod de præcepto tenetur facere, vt 28. q. 1. sit. n. [famulari]. i. de iure de seruire, sic extra de tempo. ord. ad aures. Arch. [in inferiori habitu]. i. in minore ordine, vel inter laicos. Hu.

1 *Secundum leges fieri, quid dicatur, quid secundum canones.*
2 *Crimen falsi secundum leges non inducit regulariter decapitationem.*
3 *Communio laica dicitur multis modis.*



SI Episcopus. Sequitur septimum capitulum ad idem, & est ex concilio Agatensi, in quo ponitur, quod cadat ab officio, & honore episcopus, aut presbyter aut Diaconus, qui crimen capitale. i. per quod secundum leges decapitari deberet, commiserit, aut falsum testimonium dixerit. Non diuiditur, planum est. Lege text. ¶ [Si episcopus. Capitale]
1 † secũdum leges dicitur, quod inducit decapitationem, secundum canones, ꝙ inducit depositionem [aut chartam]. Ecce, ꝙ disiungit inter crimẽ capitale, & falsificationem chartæ, & hoc secundum leges, quia quamuis ſm canones sit crimen capitale,
2 non tamen ſm leges. † Non. n. crimen falsi secundum leges regulariter inducit decapitationem, vt. ff. ad legem Corne. de fica. l. 1. §. vlt. Nisi in casu, quando mulier subiecit partũ, vt. C. ad legem Corne. de fal. l. 1. De hac materia vide supra d. 19. vbi plus notauimus de falsitate chartarum. [falsum testimonium]. Si tamen sit directe accusatus, & cõuictus vel in iure confessus, & damnatus per sententiam. Secus, si sit ei probatum, excipiendo, puta introducitur testis aduersarius, vt eum repellat, vt obijcit ei, & probat, ꝙ olim falsum testimonium tulerit in aliqua causa. Nec ideo debet condẽnari, vel infamari, vel aliam pœnam sustinere, nisi, ꝙ nunc in hac causa repellitur à testimonio, secundum Hu. ad hoc extra de ordi. cognitio. cum dilectus, in fine. Arc. Idem videtur si sit coniunctus ciuiliter, ſm Hug. [monasterio] 16. q. 6. de lapsis. [Laicam]. i. conuersationem cum laicis tantũ
3 habeat, quasi non clericis, vt negatiue intelligatur. † Laica tamen communio dicitur multis modis. s. acceptio Eucharistiæ post clericos cum laicis, vel acceptio Eucharistiæ ter in anno tantũ sicut faciunt laici. s. In natiuitate Paschate, & Pentecostæ, vel panis benedictus, qui solet dari laicis dominicis diebus. Item cessatio, ab officio, & cohoro, & dormitorio, & refectorio clericorum. Cõmunicatio tamen cũ laicis hoc quarto modo competentius accipitur hic licet quolibet aliorum modorum posset intelligi Hu. Loquitur autem hoc ca. de rigore. & merito.

Exponit literam.

1 *Occisio, quocunque modo facta an sit peccatum mortale.*
2 *Homicidij species sunt plures.*
3 *Homicidium corporaliter committitur dupliciter.*
Et facto quadrupliciter nu. 4.
5 *Occidere hominem, etiam malefactorem, est peccatum mortale priuatæ personę.*
Non tamen habentibus potestatem publicam. nu. 6.
Et hoc si faciant amore iustitiæ nu. 7. & nu. 8.
9 *Consilium, vel mandatum dedisse occidendi, quomodo intelligatur.*
Et an talis peccet mortaliter. n. 10.
11 *Occidere hominem in casu necessitatis euitabilis, defendendo se est peccatum mortale.*
12 *Homicida, siue facto, siue præcepto, siue consilio, siue defensione in casu euitabilis necessitatis incurrit irregularitatem.*



SI quis viduam: Sequitur octauum capitulum ad idem quod est ex Concilio Martini. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit, quòd Bigamus si ordinetur deponendus sit. In secunda, quod homicidium committens facto: præcepto, consilio, vel defensione post baptismum, etiam non sit admittenda ad clerum, & si ad illum irrepserit, deponatur. Secũda ibi, Similiter. ¶ Quia vero de prima parte satis

Diuisio.

te satis dictum est supra, d.34. nunc circa secundam partem
Primũ ar. 1 pro pleniori eius intellectu quæritur.†Vtrum occisio, quo cunque modo facta assignato in litera, videlicet facto, præcepto, consilio, & defensione, sit peccatum mortale. Et videtur, quod non. Et primo de homicidio facti sic. Laudabile est, ꝙ homo, si sit priuata persona, operet, quod est vtile bono communi. sed occasio malefactorum est vtilis bono communi, ergo laudabile etiam est, ꝙ personæ priuatæ malefactores occidant, & ita sequitur, ꝙ non sit peccatum mortale.¶ Secundo arguitur, ꝙ præcepto occidere, nõ sit
Secũdũ ar. peccatum probatur sic Exo.32. habetur, ꝙ Moyses præcepit. Occidat vnusquisque proximum suum fratrem, & amicum suum pro peccato vtili conflatilis, sed in hoc non creditur peccasse, ergo, &c.¶ Tertio. Quod nõ sit etiã peccatũ,
Tertiũ ar. consilio occidere hominem. Probatur sic. Nullus videtur peccare consulendo id, quod in diuina lege præceptum est, sed in diuina lege præcipitur homines malos interficit, dr̃. n. Exo.22. Maleficos non patieris viuere, ergo, &c.¶ Quar-
Quartũ ar. to. Quod occidere hominem defensione non sit peccatum patet ex dictis circa c. ex his supra e.d. vbi probatum est, ꝙ in casu ineuitabilis necessitatis non sit peccatum occidere, hominem inuadentem, volẽtem occidere.¶ In oppositum
Opponit se respon videtur esse tex. præsentis c.¶ Respondeo, dicẽda sunt hic tria. In primo assignabuntur, quot sunt homicidij species. In secundo declarabitur, si occasio quomodolibet dicta, fit peccatum mortale. In tertio vtrum omnes committentes homicidium istis quatuor modis in litera, sint irregulares.
2 Circa primum notandum iuxta Raymundum, †ꝙ species
Raymund. homicidij sunt plures. Nam aliud est spirituale, aliud corporale, spirituale est, quo quis spũaliter quadã iuris fictione occiditur, quod fit qninque modis. s. odiendo, detrahendo, male consulendo, nocendo, victum subtrahendo. De primo prima Io.3. Omnis, qui odit fratrem suum homicida est. Item de primis 4. habes, de pœn. d.2. c. homicidiorũ c. omnis iniquitas c. noli putare. vbi videas, quia ibi plene disputauimus de istis. De quinto habes d.86. simul quoque Pasce, fame morientem, &c. Goff. & Host. ponũt, octo mo-
Goffre. Hostiensis dos, quia sub diuidunt nocumentum, iniquitatem, & iniustitiam. Corporale vero homicidium est, quo homo cor-
3 poraliter occiditur.†Et hoc committitur dupliciter. s. lingua, vel facto, lingua autem tribus modis, præcepto, consilio, & defensione, vt patet in c. præsenti, & de pœn. d.1. peri-
4 culosæ.†Facto vero fit homicidium quatuor modis, iustitia, necessitate, casu, & voluntate. Iustitia, vt cum iudex, vel minister reum iuste cõdemnatum occidit. Necessitate euitabili, vel ineuitabili. Casu dando operam rei licitæ, vel illicite, & si licite, aut adhibita diligentia, vel non voluntate, aut iuste aut iniuste. Iuste, quãdo est ibi adhibita causa iustus ordo, iustus animus iudicis occidentis, Iniuste, quan-
Ale. de Hal. do aliquod istorum trium deest, vt dicit Ale. de Hal. & hęc de primo articu. Circa secundum sit ista conclusio prima,
Prima cõclusio. 5 †Facto occidere hominem, etiam malefactorem est peccatum mortale priuatæ personæ. Ista conclusio probatur pri-
Augustin. mo autoritate Aug. dicentis in primo de ciuitate Dei, qui sine a liqua publica administratione maleficum interficit, velut homicida iudicabitur, & tanto amplius, quanto sibi potestatem à Deo non concessam vsurpare non timuit. Ratione sic. Occidere malefactorem licitum est, inquantum ordinatur ad salutem totius cõitatis sunt præcisio membri putridi ordinat ad salutẽ totius corporis, ergo ad illũ solũ pertinet, cui committitur cura cõmunitatis conseruandæ sicut ad medicum pertinet præscindere membrum putridum, quando ei commissa fuerit cura salutis totius corporis. Cura autem communis bonis cõmissa est principibus habentibus publicam autoritatem, ergo eis solis licet malefactores occidere, non autem priuatis personis, ergo occidere hominem est peccatum mortale priuatæ personæ
Secũda cõclusio. 6 cum sit contra præceptum. Dei.¶ Secunda conclusio.† Facto occidere hominem. s. malefactorem non est peccatum habentibus publicam potestatem, sed debitum, patet conclusio ex ratione iam dicta, & patet authoritate beati Aug. primo de libe. arb. Si homicidium est hominem inteficere potest occidere aliquando sine peccato. Nam miles hostẽ, & minister nocentem, non inde videntur peccare, cum ho-
Tertia cõclusio. 7 minem occidunt.¶ Tertia conclusio.†Licet facto occidere hominem malefactorem non sit peccatum habentibus publicã autoritatẽ, cũ amore iustitiæ hoc faciãt, peccant tamẽ mortaliter, si iusta causa, aut iustus ordo, aut iustus animus defuerit. Nam vt dicit Raymundus, hæc occisio, si fiat à iudice leuiore vindictæ, vel delectatione effundendi humanum sanguinẽ, licet malefactor iuste occidatur, iudex tam peccat mortaliter propter intentionem corruptam, similiter & minister, si faceret hæc iuris ordine non seruato 23.
8 q.4. §. penul. & q.5. miles, & c. cum minister. & c. lex æterna cum cæteris. Concor. his Goff.¶ Quarta conclusio. †Occidere hominem præcepto est peccatum mortale priuate personæ, sed tantum sine peccato licet fungenti publica potestate, seruatis seruandis. Patet conclusio ex superioribus, qa cui est peccatum aliquid facere, est peccatũ præcipere fieri cum ille videatur facere, cuius præcepto fit.¶ Quinta conclusio de consilio in occidendo. Est tamen primo notandũ ꝙ secundum Gui. in gl. Raymundi, cum dr̃ homicida consilio intelligitur de consilio exhortationis, vel approbationis, ꝙ homicidium fieri debeat, non autem de consilio simplicis opinionis, vnde, si quæreniti, an liceat christiano occidere paganum, vel iudici malefactorem. Respondeatur, ꝙ sic. Non solum respondens non peccat, sed nec sit irregularis, licet ille, cui taliter respondisset, Paganum postea interficeret ex confidentia illius responsionis, ẽt licet ille errasset in respondendo. Concor. Inno. qui super c. ad audien-
9 tiam dicit, Sic†intelligitur consilium, vel mandatum dedisse in mortem alterius, quando suasit illud, vel rogauit, vel mãdauit, vel alias consuluit vtilitatẽ, quæ sequeretur ex ho-
10 micidio ostendendo. Sit ergo ista conclusio.†Peccat mortaliter, qui iniusto, ante corrupto consilio cõcurrit in mortem alicuius hoĩs. Conclusio ista est Arc. in præsen. c. patet
11 ẽt de cons. per tuam &c.¶ Sexta conclusio.†Occidere hominem, defendendo se in casu necessitatis euitabilis est peccatũ mortale. Si aũt in casu ineuitabilis necessitatis, nõ est pc̃m hæc cõclusio patet ex dictis supra. e.d.c. de his, & hoc dictum sit de 2. articulo. Ex prædictis patet responsio ad q̃stionem, qua quæritur, vtrum homicidium semper sit mortale peccatum, quia dicendum est, ꝙ sic, nisi fiat iuris permissione, vt in Iudice, & in eo qui defendit se, & sua, vel in bello iusto, si laicus interficit aliquem sine pœna est 23.
12 q.1. quid culpatur.¶ Circa tertium sit ista conclusio.†Oĩs homicida, siue facto, siue præcepto, siue consilio, siue defensione, in casu euitabilis necessitatis, incurrit irregularitatẽ patet conclusio ex tex. præsentis c.¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ facere aliquid ad vtilitatẽ communem, ꝙ nulli nocet, hoc est licitũ facere cuilibet priuate personæ, sed si sit in nocumento alterius, hoc non debet fieri, nisi secundum iudicium eius ad quem pertinet æstimare, qd sit subtrahẽdum partibus pro salute totius. Hoc autem nõ est cuiuslibet personæ, sed tantum publicæ, vt supra dictum est.
¶ Ad secundã respondetur, ꝙ rõ non procedit, qm̃ Moyses erat publica persona, cum esse dux populi illius cui cõueniebat (vt dictum est) occidere malefactores.¶ Ad tertiã respondetur, licet non omnis talis consilio concurrens in mortem alicuius, sicut assessor, qui iusto, & non corrupto, consilio assistit, Iudici, non peccet consulendo, nihilominus incurrit irregularitatẽ, vt dictũ est. Si aũt consuleret liuore vindictæ, aut delectatione effundendi sanguinem humanum, peccaret, licet consuleret, quod lex præcepit, & irregularitatem incurreret.¶ Ad quartam patet responsio ex dictis. Concedimus. n. ꝙ qui defendendo se occidit hoĩem in casu ineuitabilis necessitatis, non peccat, nec irregularitatem incurrit. Lege.¶ [Si quis, non admittantur] de rigore. Nam ex dispensatione, instante necessitate, admittuntur & bigamus & viduæ marit⁹, vsq; ad subdiaconatũ, vt supra d.34. lector. Hu. [deiicitur] nisi ex mĩa tolleretur, quo casu intelligitur illud contrarium hic assignatum infra eo. quicunq; pœnitens. [similiter] 2. pars [defensione] sui, vel alterius euitabili, & intelligo ista quatuor largo modo. s. cũ crimine, vel sine crimine. Nã & officialis ẽ homicidij cõscius. [facto] Iudex. [præcepto] iurisconsultus, siue assessor cõsilio, Miles, qui se ferro, & patriam tuetur [defensione] rei publi. Oẽs isti, si bono zelo ad hoc ducantur, nõ peccãt, vt 23. q.4. quæsitũ, & q.5. Miles & c. Iudex & c. cum hõ, & tñ repelluntur à promotione Hu. & hoc pp irregularitatem quam incurrũt, vt supra diximus. Nec ob. ꝙ nõ peccẽt, quia lex promotionis non cõsiderat pc̃m, sed potius factum considerat, vt dicit te. 15. q.1. c. fi. s̃m Lau. & Arc. [Post baptismum] si. n. ante non imputaretur 26. d. acutius. [deiiciatur] si tñ est promotus secundũ veriorẽ opi. vel [deijciatur], i. repellatur à promo-

Quarta cõclusio. Quinta cõ. Isidorus. Sexta conclusio. Septima cõclusio. Ad primũ arg S. Thoma. Ad secũdũ. Ad tertiũ. Ad quartũ Exponit literam.

à promotione,ſi non eſt ordinatus,tamen ex diſpenſatione
poteſt promoueri vſque ad ſubdiaconatum,vt diximus 44.
diſtinct.lector.

1 *Accuſari poteſt quis de crimine de quo egit pęnitentiam.*



PEruenit. Sequitur 9.c.ad idẽ. Et eſt B.
Gregorij in regiſtro.Et poteſt
diuidi in duas partes. In 1.narrat aliquos de
Diuiſio. ſacerdotibus lapſos poſt pęnitentiam,vel ad
miniſterij ſui officium reuocari. In ſecun-
da,quia hoc cõtradicit canonibus,prohibet
Exponit literam. ne fiat.Secũda ibi.Qui igitur.Planũ eſt totum.Lege.¶[Per
uenit,vel poſt.]Argu.†ꝙ quis poteſt accuſari de crimine
1 de quo egit pœnitentiam, & hoc licet pęnitentia tollat
peccatum,quo ad Deum,non tamen habilitat delinquen-
Io.de Fan. tem,quo ad forum contentioſum.Io.de Fan.[vel ante pœ-
nitentiã]hoc erat peſſimũ niſi forte intelligatur ante pœni
tentiam peractam.Hu.[ꝙ omnino prohibemus]dic,vt ex
tra de temp.or.c.vlt.Arc.[Canones contradicũt]vt infra
c.prox.[qui igitur]Secunda pars.[in peccatum carnis].ſ.for
nicationis,vel adulterij.[Non accedat]de rigore,vel ſi fue-
rit de crimine conuictus,vel confeſſus timore probationis
vel[non accedat]per illum,qui eum depoſuit.

1 *Depoſitus,quod non habeat ordinem,vel,quod amittat ordinẽ*
quomodo intelligatur.
2 *Canones pęnitentiales ſunt in poteſtate epiſoporum.*
3 *Coerctio monachorum pertinet ad epiſcopum.*



ACcedens. Sequitur decimum c.ad idẽ.
Et eſt eiuſdem Gregorij. Et
Diuiſio. poteſt diuidi in duas partes. In prima facit
mentionem de quodam Saturnino presby-
tero.In ſecunda de quibuſdam alijs tribus
de quodam Diacono, & quodam Abbate,
& de quibuſdam Subdiaconibus,quos omnes(ſicut depoſi
ti pro ſuis criminibus erãt)vult permanere in ſua deiectio-
ne,& deputari pęnitentię.De Saturnino dicebatur,ꝙ poſt
depoſitionem ſuam cantauerat miſſam,quod ſi eſt verum,
præcipit,vt priuetur communione ſacramentorum vſque
ad mortem,& ꝙ in ſcriptis præſtet cautionem,ꝙ de cæte-
ro non præſumet accedere ad officium ſacri ordinis, per-
mittit tñ eum eſſe in procuratione quorundam Monaſte-
Exponit literam. riorum,q̃ ſibi data erat.Secũda ibi.præterea.Plana ſunt om
nia.Lege.¶[Accedens ex presbytero].i.extra officium pſ̃
byteri poſito,ſm̃ Hu.& Goff.in princ.quia depoſitus erat,
vt ſequitur.Et habes ſimilem expoſitionem in princ. C.in
proemio.ver.ex quæſtore.i.extra quæſturam poſito Arc.
Propter hoc verbum dixerunt quidam, ꝙ clericus depoſi
tus amittat characterẽ ordinis Ar.d.54.ex antiquis, & 11.
q.3.Epiſcopus,ſed hoc eſt falſum,imo ſicut character ba-
ptiſmi inſeparabiliter adhæret animæ,vt 32.q.7.licite. Ita
1 & character ordinis,vt 1.q.1.ꝙ quidam,& de conſec.d.4.
c.oſtenditur,Vbicunque ergo innuitur,†ꝙ depoſitus non
habet ordinem,vel quod amittat ordinem,ſic intelligitur
.i.executionem,& priuilegium ordinis presbyteralis. Hu.
[deiectus].i.degradatus.Hu.Arch.[preſumpſit]ex præſum
ptione,& inobedientia debet grauius puniri,talis. n. præ-
ſumptio eſt peſſima,de qua.Eccleſiaſtici 37.O pręſumptio
nequiſſima,quæ certe orta es de corde ſuperbo,& maleuo
lo.Ex hac litera patet,ꝙ depoſitus conficit, dummodo in
forma eccleſiæ celebret 1.q.1.§.ex his,& extra de ſacra.ite
ran.c.2.& extra depo.c.1.& extra de ord.ab epi.c.2.[vſque
ad diem vltimũ]generale eſt, ꝙ ſi clericus excommunica-
tus,vel remotus ab officio celebrauerit,perpetuo eſt depo
nendus,& arcẽdus à cõmunione ſacramentorum Ar.11.q.
3.ſi quis Epiſcopus & 21.q.5.c.penult.& di.55.nullus. Sed
cõtra 2.q.5.qua de cã.Sol.ꝙ ibi fuit diſpẽſatio & m ĩa. Hu.
Alanus. Concordat Alanus Gof.Bernardus.vt nota extra de cle.ex
Gee go. commun.mi.c.1.[excommunicatione].i. à ſacramentorũ
ſeparatione,hæc vocatur hic excommunicatio. Simile 3.
Bernardus q.3.c.vl.[Viaticum]quia in via huius mũdi, qua tẽditur ad
patriam,neceſſarium ſit ad roborandum contra vitia,& de
mones,ſicut panis neceſſarius eſt viatoribus,ne in itinere
fatigati deficiant.Hu.vnde huius figura præcepit in Helia.
3.Reg.19.qui in fortitudine panis ambulauit vſq; ad mon
2 tem Dei Oreb [inter laicos].i.ad modum laici.Hu.& Arc.
Hæc tuæ fraternitatis]†pœnitentiales.n.canones in pote-
ſtate ſunt epiſcoporum Ar.infra c.de his clericis.in fi. Hu.
26.q.7.tempora.Lau.[Præterea.]Sequitur 2.pars,[Diaconũ
& Abbatem]dicunt quidam,ꝙ eundem debemus intellige
re Diaconum,& Abbatem,ſed melius intelligitur de duo-
bus ſm̃ Hu.& ſm̃ hoc refertur hæc dictio,quæ ad Abbatẽ.
Sed ſiue ſic,ſiue aliter exponitur ſic litera.[Veneris, locus
eſt quidam].i.de adminiſtratione illius loci.Lau.[Cecidiſ-
ſe]per crimen ſic infra e.quia,ibi, Memẽto vnde cecideris
3 [quem quidem]Abbatem,ſiue Diaconum.Arch.[In pœni
a tentiam]Arg.†ꝙ coerctio Monachorum a pertinet ad epi-
ſcopum Ar.18.q.2.hoc tñ & c.ſi qs Abbas,& c.Abbates,&
c.cognouimus.Hu.de hoc de off.ordi.quanto Arch.[cuius a¶ Monachorũ Appelatione monacorũ cõtinetẽ et abbas monaſterii P. de Anc.in c.mãdato n 2.de ſim & vide ibi Zabar.
.ſ.Abbatis[priorem locum].i.locum exiſtendi inter mona
chos vt prius,non quod eundem locum,quem prius,ſed lo
cum,vbi prius videlicet,quem ipſe epiſcopus diſcernet,qa
forte ponet eum vltimũ,vt moris eſt inter religioſos,vbi,
qui in grauiori culpa vltimum locum inter fratres obtinet
Alij intelligunt priorem locum.ſ Abbatis inter alios mo-
nachos,quia in alio Monaſterio poterit eſſe Abbas,ſed iſta
expoſitio non placet nobis,quia cum talis Abbas perpetuo
eſſet depoſitus ab officio ſacerdotali,& forte cuiuſcunque
ordinis,male poſſet curam animarum Monachorum exer
cere.[Subdiaconi quoque laicos]id eſt,ſicut laici quia non
4 inter clericos.Hu.†Saturninũ vero]ſic conſtrue.Nos decer
nimus Santurninũ cauere ſcriptis.i. vt in ſcriptis faciat cau
ionẽ,& in ea promittat,vt nunq̃,&c.Et fit ad maiorem cau
telã,vt ſi poſtea vellet præſumere celebrare, ſiue miniſtra-
re, ꝓpria ſcriptura ei obuiaret,vt 1.q.7.ſaluberimum. ſm̃
Hu.& Arc.[Gorgonia,atque Capraria]diuerſæ inſulæ ſunt
Fuerat iſte Saturninus relegatus in vnam inſularum illarũ
ad agendam pœnitentiam,ſed cum eſſet valde prudens, &
prouidus in rebus temporalibus à fuerat ei cõmiſſa procu-
ratio,& cura in rebus monaſteriorum,quæ erãt in illis dua
bus inſulis,in quarum adminiſtratione permittit eum Gre
gorius Hu.[In quo].i.in adminiſtratione habita. Hug. ſine
cuiuſquam aduerſitate.ſ.vt nullus ei contradicat,vel aduer
ſetur. Hug. & Arch.

1 *Depoſitus non poteſt eſſe epiſcopus in eadem eccleſia.*
Rationem reddit nu. 2.
3 *Electio debet fieri infra tres menſes poſt mortem prælati.*
4 *Vacantem eccleſiam,quis debeat gubernare infra tempora ele*
ctionis.
5 *Epiſcopus non debet contradicere voluntati patroni,ſi dignum*
offerat.
6 *Metropolitanus,an poſſit recuſare electum in epiſcopum.*



POſtquam. Sequitur 11.c.ad idẽ. Et eſt
eiuſdem Gregorij. vbi Gre-
gori. dicit, ꝙ poſt priuationem epiſcopi in-
fra tres menſes alius eligendus eſt. Pro cuius.
c.intelligentia eſt,ſciẽdum,ꝙ vt dicit Hu.Epi
ſcopus horũ de quibus dicit Gregorius in ca.
p p crimẽ ſuum depoſitus erat. Volebant illi canonici aliũ
eligere,ſed Metropolitanus,vel Primas nõ ꝑmittebat, cui
ſcribit Gregorius,vt illis non contradicat.ſed electionem
fieri permittat,ex quo iam primum epiſcopum habere nõ
poſſunt,& vltra tres menſes eccleſia nõ debeat vacare.Oĩa Exponit literam.
ſunt plana.Lege.¶[Poſtquam]quanquam,vt ſit ſpeciale in
1 Epiſcopo,†ꝙ ſi depoſitus fuerit in eadem eccleſia epiſco
pus eſſe non poterit,vt 7.q.1.hæc nequaquam,niſi iniuſte
fuerit priuatus ſiue depoſitus,tunc etiam poſt multum tẽ-
poris ſuo redditur epiſcopatui,vt 35.q.9.veniam,& c.Gre
gorius,& eſt hoc ſtatutum forte in epiſcopalis dignitatis,
excellentia Hu.& Arc.[Nulla rõ]de rigore iuris, ſecus ex
2 diſpẽſatione infra e. Io. †cum.n.publice quis in crimẽ lapſ
ſus eſt ſententialiter à ſuo ſtatu deiectus,ratio prohibet,ne
ad illum locum reuocetur.Primo,ne ex recordatione pri-
mi lapſus eius promotio iniuſta videatur.Secundo ne eius
infamia magis creſcat,& ſcãdalum maius in populo augea
tur.Tertio,ne inde ſtatus clericalis, vbi magis contemna
tur,niſi hæc omnia tolerare condigna pœnitentia, præcla
ra vita,& conuerſatio honeſta, quæ famam redolere fa-
ciat, eccleſiæ vtilitas ad hoc vrgeat.[Vltra tres menſes.]
3 †Ecce,quod infra tres menſes debet fieri electio poſt mor
tem prælati infra alios tres menſes conſecratio.vt diſtinct.
75.quoniam & diſtinctio cap.quoniam,niſi ex iuſta cau-
ſa differatur,vt 7.quæſti.1.non oportet, cõſtitutum, & 28.
diſt.de

4 d.de Syracusanę. ¶†Si quæratur quis gubernabit interim ecclesiam. Respondetur, ꝙ interim debet dari visitator illi ecclesiæ. 61.d.obitum, & c.catinensis, qui debet dare operā vt ibi, Episcopus eligatur, quod si nō fecerit, remouebitur, & alius statuetur Visitator 6.q.1.constitutum, secundū Hu.
5 & Arch.[Consentire].i.consensum præbere.†Et est ar.pro patronis, quorum voluntati Episcopus non debet contradicere, si dignum offerant. Arch.66.d.de persona.[fraternitas]loquitur Metropolitano, vel priuati. Hu.[Ordinare].i.
6 pmittere eligi. Et est Ar.†ꝙ Metropolitanus non potest recusare electum, nisi sit aliquid, quod electio obijciatur Ar. 34.d.Presbyteri.Hu.& Arch.

Quæstio. Respōdet

Si post ordinationem. Sequitur 12.c. ad idē & est Martini papæ, in quo dicit. quod qui post ordinationem suam in vitium carnis lapsus fuerit est ab officio deponendus. Breue est, & nō diuiditur. Lege.¶[Cum manibus lutulentis].i.luto fædatis.i.cum mente & conscientia polluta 1.q.1.necesse. Sed hoc c.potius vr̄ facere pro alia parte, innuit.n.non prohiberi à ministerio, nisi, dum habet manus lutulentas.i.mentem, & conscientiam pollutā, ergo vr̄ à contrario sensu, ꝙ post penitentiam, qua mundatur conscientia à pctō, non prohibetur. Hu. Sed saluo meliori iudicio facit pro Gratiano per hoc, ꝙ dr̄ [oīno prohibendū est.] Et sic qualitercunq; egerit pniām, repellet. Nec obstat, ꝙ ait[manibus pollutis,&c.]qa licet egerit pniam, tamen semel, manus polluit per peccatū. Io.de Fan.

Exponit literam.

Io.de Fan.

1 *Exempla veteris testamenti potius sunt admiranda, quam vsquequaque imitanda.*
2 *Aaron an peccauerit in conflatione vituli.*
3 *Consentiens in mortem alicuius, dicitur illius occisor.*

Contra. Hic incipit 2.pars.hui⁹ d.in qua Magister multis exēplis, & autoritatibus nouē probat, ꝙ criminosi post lap-
1 sum possint reparari. Est tamen notādum,† ꝙ exempla veteris testamenti non multum faciunt ad propositum, cum potius sint admirāda, quam vsquequaque imitanda 2.q.7.§.item Balaam 12. q.2.gloria.ſm Hu.& Arc.Leg.tex.¶[Maria]de qua & eius historia habetur Nu.12.& transsumptiue 45.d. disciplina. Ista Maria fuit soror Moysi, quæ murmurans contra Moysen pp hoc, ꝙ eiecta extra castra lepra punita est. Maria autem hæc post 7.dies curata intra castra est ad pristinum statum reducta.[prophetandi.]largo modo prophetiam accipiēdo, quia non prophetauit, sed fuit laudatrix domini. [Aaron]Ista historia habetur originaliter Nu.12.& transsumptiue 45.di.disciplina.[post conflatum vitulum]in datione legis conflatus est vitulus, & postea ædificatum est tabernaculū, vt dr̄ in Exo.32.Et postea consecratus est Aarō
2 in summum sacerdotem.†Sed nunquid peccauit Aaron in conflatione vituli. Non est dubium ꝙ sic, vt de pe.d.2.§.opponitur.alias incongrue hoc exēplum magister induceret potius.n.debuit mortē incurrere, quam malo consentire, vt 32.q.5.ita ne.[Dauid]de quo 2.Re.22.spūm prophetiæ [recepit]infra e.ponderet iuxta fi.& iuxta illud Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spū principali confirma me.[Māsit]qamāsit Rex Arc.de quo hr̄ originaliter 4.Re.21.& trāsumptiue de pœ.d.2.§.si Acab.& 23.q.8.conuenior.[in Regia sede]3.Reg.21.[Petrus negauit Christū]Mat.26.& Lu. 22.Ioā.1.& infra e.d.considerādum.[Paulus lapidauit]Paulus pro eo dr̄, Stephanum lapidasse, quia lapidantibus præbuit consensum, & auxiliū, dum vestes lapidantium custo-
3 diebat. Act.7.†Ex quo patet, ꝙ consentiens in mortem alicuius, occisor illius est effectus[Est electus]Act.9.vt tamen dicit glo.hoc exemplum non valet, quoniam hoc fecit ante Baptismum, vnde post baptismum non erat ei imputandum.[Recepi]vt 1.q.7.conuenientibus.Hu.[Augusti.]qui fuit Manicheus ante baptismum, non postea. Et ideo non valet hoc exemplum.Hug.

Exponit literam.

Quæstio.

Ioannes. Hic magister ostendit per multa exempla, ꝙ multi clerici, & Episcopis suis gradibus deiecti sunt post modū restituti. Et colligitur hoc c.ex epistola Cyrilli, in qua ponuntur plures tales. Omnia sunt plana.

1 *Homo, an restituatur in pristinam dignitatem per pœnitentiā & num.3.*
2 *Homo per peccatum dupliciter dignitatem amittit.*
4 *Mora, & dilatio in multis casibus est necessaria.*
5 *Celeritas est inimica iudicij.*
6 *Frui large, quid dicatur, quid vti.*
7 *Holocaustum, quid dicatur.*



Ponderet. Alia litera habet consideret. In hoc c.ostendit, ꝙ Clerici post lapsum acta pœnitentia, possunt in statū pristinum restitui. Et potest hoc in generale, diuidi in duas partes. In prima ponit quoddā præambulum inductum ad hoc, vt in hac materia non loquatur quisquam subdito, aut sine deliberatione matura aut passionate sed cum pondere, & grauitate, & fraterno affectu. In secunda exemplis, & authoritatibus propositum suū prosequitur. Secūda ibi, Porro. ¶Pro pleniori intelligentia præsentis c.& sequentium quæritur
1 †Vtrum homo per pœnitentiam restituatur in pristinam, dignitatem, & videtur, ꝙ non. Primo authoritatibus supra in princip. huius di. in quibus aperte colligitur, ꝙ lapsi nō possint ad pristinam dignitatem reparari, vnde in c.peruenit inquit Gregorius, Ianuario episcopo Charalitano scribens Peruenit ad nos quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post vel ante pœnitentiam administerij sui officium reuocari, quod omnimodo prohibemus.¶Secundo sic, ante peccatum potest quis ad maiorem gradum ascendere, non autem post peccatum conceditur hoc pœnitenti, vnde infra e.d.ex concilio Ilrrdensi. Ita habentur hi, qui sancto altari deseruiunt, si subito flenda debilitate carnis corruerint, & domino respiciente penituerint officiorum, suorum loca recipiant nec possent ad altiora promoueri. ¶Tertio sic super illud Amos.5.Virgo Israel cecidit dicit, gl.Non negat, vt resurgat, sed vt resurgere virgo possit, qa semel oberrans ouis(& si reportetur in humeris pastoris) non habet tantam gloriam quantam quæ nunquam errauit ergo per pœnitentiam non recuperat homo pristinam dignitatem.¶Quarto dicit Hierony.quicunque dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare reuerti.n in pristinum Gradum difficile est.¶In opposi tum est te.præsenti c.in quo non modo conceditur, ꝙ per penitentiam posset homo reparari, & restitui ad pristinū, honorem, & dignitatis gradum, sed ꝙ hoc negare sit error. Patet etiam hoc ex multis c.sequētib. in eadem d.maxime ex c.quia sanctitas tua & ex c.contumacies.¶Respondeo di
2 cendum iuxta S.Tho.in 3.parte.quæst.89.articulo 3.†quod homo per peccatum duplicem dignitatem amittit vnam, quantum ad Deum, aliam quantum ad ecclesiam. Quantū ad Deum amittit duplicem dignitatem, vnam principalē quam.s.computatus erat inter filios Dei per gratiam, & de hac dignitate loquendo sit ista conclusio, ꝙ homo per veram pœnitentiam recuperat hanc dignitatem. Patet cōclusio, quia homo per pœnitentiam recuperat gratiam Dei pditam, & cum eo virtutes gratuitas, mediante quo homo efficitur filius adoptionis, secundum illud ad Rom.8.Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Dicit.n.Ambrosius, ꝙ pœnitentia optima res est, quæ omnes defectus reuocat ad perfectionem hoc.n.est significatum Lucæ 15.de filio prodigo, cui pater pœnitenti, iussit restitui stolam primam, & annulum, & calciamenta. Aliam vero amittit dignitatem secundariam, s. innocentiam, de qua sicut ibidem. Lucæ 15.legitur, gloriabitur filius senior dicens. Ecce tot annis seruiui tibi, & nunquam mandatum tuū præteriui, & de hac dignitate ponitur conclusio secunda, videlicet. Quod istam dignitatem homo p pœnitentiam recuperare non potest. Patet conclusio, quia quod non subiacet diuinæ potentiæ, non potest esse effectus pœnitentię, sed præterita non fuisse non subiacet diuinæ potentiæ. Minor patet Dicit enim philosophus sexto, Ethicorum, quod hoc priuatur Deus ingenita facere, quæ sunt facta. Item dicit Hieronymus. Cum Deus omnia possit, non potest de corrupta facere incorruptam, & ita similiter de quocunque alio præterito, quod non fuerit. Tertia conclusio, Quod licet homo per pœnitentiam nō possit recuperare prædictam dignitatem, vt puta virginitatis, aut innocentiæ, recuperat tamen aliquando aliquid maius, quia vt ait Gregorius in homilia.de cap.ouibus. Qui errasse à Deo se considerant, damna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo gaudium

Diuisio.

Primū a

Scd̄m arg.

Tertiū ar.

Quartū ar.

Opponit contrariū.

Respōdet. S.Thoma.

Prima cōclusio.

Augustin.

Secūda cōclusio.

Hierony

Tertia cōclusio.

Gregorius

teſt vendicare, & diſpenſare, & alienationem factam po-
teſt habere gratam, vel poteſt eam reuocare, ſi vult. Ar.12.
q.2.ſi qua de rebus Hu.


Ene valet Sacerdos. Sequitur, decimum.
ad idem. Et eſt beati Auguſtini, in quo ait, ꝙ
Diuiſio.
ſacerdos lapſus peracta pœnitentia poteſt re-
dire, ſiue reſtitui ad priſtinum honorum gra-
dum. Et diuiditur in duas partes. In prima di-
cit, quod dictum eſt. In ſecunda tollit obſtaculum. Secunda
Exponit literam.
ibi. Licet in hoc Lege.¶ [Propter ſimulatas.]hæc eſt vna de
cauſis, quare lapſi prohibeantur reſtitui, quia, vt reſtitue-
renter, & honores adipiſcerentur, quidam pœnitentiam ſi
mulabant: ergo ceſſante cauſa ceſſare debet effectus. Hug.

Qnomodo. Hic incipit tertia pars huius diſt. In
qua concordat iura, & dicit, ꝙ qui ve
re pęnitent, poſſunt reparari. Et qui ficte pęnitent, nō ſunt
reparandi, & hoc probat 10.authoritatibus. Archid. Lege.
Exponit literam.
¶ [Quomodo igitur]q.d.quia præmiſſe authoritates viden
tur ſibi contraria dicere: ergo eas ad conſonantiam reduca
mus.[vilitatis].i.ne habeatur vilis, & contemptibilis, ſi nō
ageret pœnitentiam, vel ſi non caderet ab honore habito,
vel ſi non admitteretur ad maiorem celſi gradus. Hug. Et
probat per quatuor capitula ſequentia. Arch.

1 *Punitionis triplex gradus reperitur, quando tota multitudo peccat.*
4 *Ius, quid ſit.*
5 *Rigor, quid dicatur.*
6 *Equitas, quid dicatur.*
7 *Diſpenſatio, quid dicatur. Et accipitur dupliciter. nu.8.*
Et eius tres ſunt ſpecies nu,9.
10 *Diſpenſatio aliquando videtur promiſſa.*
11 *Criminoſus, ſemel debet repelli à promotione, & promotus deijci.*
12 *Promittens aliquid inuitus, & coactus, an teneatur illud obſeruare.*


T conſtitueretur. Hic Au. aperit cauſam quare
ſtatutum eſt, ne lapſi reparentur, non ideo ſta
tutum eſt, quia eccleſia valeat diſpenſare, &
eos reſtituere, ſed propter illos, qui fictā age-
bant pœnitentiam, ût ſic reſtituerentur. Et po
Diuiſio.
teſt diuidi in tres partes. In prima aſsignat cauſam, quæ di-
cta eſt, quare lapſi non reparentur. In ſecunda quoddā ob-
ſtaculum remouet. In tertia caſum vnum excipit à rigo-
re. Secunda ibi. Nam ſanctus. Tertia ibi. Vnde verū. Pro ple
niori intellectu huius.c.quæruntur duo.
1 ¶ Primum eſt, vtrum detrahendum ſit ſeueritati iuris, dum
multitudo eſt in crimine.
3 ¶ Secundum eſt, vtrum diſpenſatio ſit ius, vel quid ſit.
1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non
ſit detrahendum ſeueritati ex eo, ꝙ
multitudo ſit in crimine. Primo ſic ex c.ea, quæ de ſta.mo.
Primū ar.
vbi mandatur viſitatoribus, vt monachos contumaces, &
rebelles abſq; perſonarū differentia non parcendo eijciant
Secūdū ar.
ab ouili, &c.¶ Secūdo arguitur ex illo Exo.32.vbi Moyſes
propter

propter peccatum idolatriæ occidi præcepit multitudinem, vsque ad viginti triamilia hominum. ¶ Tertio arguitur, ex illo deutero.7.vbi præcipitur filijs Israel, vt septem gentes, quæ erant in terra promissionis percuterent, vsque ad interemptionem, quod Deus iustissimus non præciperet, nisi iustum esset: peccantem multitudinem humano iudicio condemnari. ¶ In oppositum arguitur ex litera præsentis tex. qui est beati August. ¶ Respondeo dicendum iuxta S.Tho. in secunda secundæ, q.108.art.1.† ꝙ quando tota,

Tertiũ ar.

Opponit & Respon. S. Thom.

2 multitudo peccat triplex gradus punitionis eis reperitur in sacra scriptura. Primus est ꝙ tota reperitur punita, sicut patet. Exo.14. vbi omnes Aegyptij submersi leguntur in mari rubro, ita, ꝙ vnus ex eis non remansit eorum, qui persequebantur filios Israel. Secũdo patet in punitione sodomitarum, qui vniuersaliter perierunt. Gen.19. ¶ Tertio patet in exterminatione gentium, quæ erant in terra promissionis, de quibus in argumento tertio, dicit.n. Greg. quòd ibi patienter tolerandi sunt mali, vbi aliqui inueniuntur boni, quod quia non erat in gentibus illis, diuino iudicio destructæ sunt. ¶ Secundus gradus est, ꝙ non tota multitudo sit punita, sed bone, quoad magnam multitudinis partem, sicut patet. Exo.32. vbi viginti trimilia hominum sunt occisi in pœnam eorum, qui vitulum adorauerunt. ¶ Tertius gradus est, ꝙ, quando speratur multorum correctio, seueritas vindictæ non exercetur in multos, sed in paucos, principales tamen, quibus punitis cæteri terreantur, sicut dominus Num.25. mandauit suspendi principes populi pro peccato multitudinis. Dicit.n. Aug. in lib. contra Faustum. Aliquando delinquentium multitudo est punienda in paucis, vt eorum exemplo cæteri terreantur, & ad pœnitentiam prouocentur, quandoque autem non tota multitudo peccauit, sed mali secerni à bonis possunt, tunc est conclusio. Quod debet in eos vindicta exerceri, si tamen hoc fieri posset sine scandalo aliorum, alioqui parcendũ est multitudini, & detrahendum seueritati, vnde dominus Mat.13. de zizanijs, dicunt serui vis eamus, & colligamus ea, Respondit dominus. Ne forte eradicetis triticum, sinite vtraque crescere. Vnde Aug. in li. contra Faustum. Crimina inquit punienda sunt, quãdo salua pace ecclesiæ fieri possunt in quo tamen discretio est adhibenda. Aliquando.n. delinquentiũ multitudo diu per patientiam est expectanda, aliquando in paucis punienda, vt eorum exemplo cæteri terreantur, & ad pœnitentiam prouocentur. Hæc ille. De ista quæstione est glo. notabilis in c.latores de cle. ex. ministrante, & in c.2. de tempo. ordina. & ibi ponit gl. versum Ob populum multum, crimen pertransit inultum. Sequitur alia conclusio. Quod idem dicendum sit de principe, quem sequitur multitudo. Tolerandum est.n. peccatum eius, si sine scãdalo multitudinis puniri nõ posset, nisi forte esset tale peccatum principis, quod magis noceret multitudini, vel spiritualiter, vel corporaliter, quam scandalum, quod exinde timeretur, vnde gl. super illud Matth.11. de zizanijs. Dicit multitudo non est excommunicanda, nec princeps populi. ¶ Ad rationes in principio factas. Ad primam respondetur ꝙ ratio non procedit, quia non semper est detrahendum seueritati, quando multitudo est in crimine, nisi, quando timetur scandalum, & ruptura pacis Ecclesiæ alias non, sicut etiam patuit ex dictis. Hoc autem scandalum nõ timetur in punitione vnius conuentus monachorum, si omnes reperiantur professionis suæ transgressores, imo malis crescentibus, opus est sæuire vindicta, vt dicit lex. ff. de pœnis. l.aut facta, & 23.q.4. cum quisque. Ad secundam, & tertiam patet responsio ex dictis.

August. — Aug. — Versus. — Ad primã arg.

3 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur ꝙ dispensatio nõ sit ius. Primo sic. Dispensatio dicitur vulnus iuris. Ita vocat illud canon.23. q.4. ipsa pietas, circa fi. Ergo non sunt idem. ¶ Secundo sic, dispensatio est relaxatio iuris, vt dicit hic gl. Ergo dispensatio non potest dici ipsum ius, consequentia patet. ¶ Tertio sic. Ius, sicut dicitur hic in gl. dicitur media strata incedere inter rigorem, & dispensationem: ergo sequitur, ꝙ ius non sit dispensatio, nec econuerso. ¶ In oppositum videtur esse, quod, vt dicit Arc. dispensatio aliquando pro iure ponitur, vt extra de torneamentis. c.2. quod non esset, nisi dispensatio aliquo mõ esset ius. ¶ Respõ. Hic veniũt duo faciẽda. Primo declarabitur, quid sit ius, quid rigor, quid æquitas, quid dispensatio. Secundo respondebitur ad quæsitum. ¶ Circa
4 primum sciendum, ꝙ † ius est ars boni, & æqui, cuius meri-

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit i contrariũ & respõdet.

to nos, quis sacerdotes appellat.i. sacrorum ministrorum
5 præceptorum ministros. ff. de iusti. & iure. l.1. §. ius. ¶ † Rigor vero, vt dicit Host. est excessus, siue austeritas iuris scripta aliquoties ad terrorẽ. Secundum hunc terrorem dicit canon, ꝙ non est danda communio, etiam in fine vitę his, qui defecerunt in accusatione clericorum. 2.q.3. si quis episcopum. Item, & ꝙ non oretur pro illo, qui presbyterũ nominat tutorem in testamento filiæ suæ. dist.88. neque, sed iste rigor non est ius, nec est seruandus, nisi forte casualiter ad terrorem. s. cum multis grassantibus opus est exẽplo. s. distinct.45. sed illud, quandoque tamen rigor est subtilitas iuris, sic ponitur extra de rest. spo. in literis, & capitul. sæpe
6 contingit, & sic seruandus est. † Aequitas vero secundum Host. media est inter rigorem, & dispensationem, siue misericordiam. C. de iudi. placuit, hæc à Cypriano ita describitur Aequitas est iustitia dulcore misericordiæ temperata. Vel dic, ꝙ æquitas est virtus rationabilis regens misericordiam, & rigorem, hæc est æquitas, quam iudex, qui minister iuris est semper debet habere præ oculis. ff. de eo, ꝙ cer. lo. da. oportet. l. ꝙ si Ephesi. in fi. vt, si sciat bonos remunerare, malos punire via regia incedens nec declinans ad dexteram, nec ad sinistram. s.45. dist. disciplina, & c. qui emendat, &. s. e. dist. ponderet in fin. & . j. e. domino sancto. Nam melius est de misericordia, quam de seueritate reddere, rationem, ꝙ intellige ẽm Raymundum, nisi ex iusta causa seruet rigorem, vel faciat dispensationem. Ea autem quæ dicta sunt de æquitate Raymundus attribuit iuri, de quo dicit, ꝙ incedat via regia, & sp. debet haberi præ oculis, &c. † Dispensatio autem ẽm Raymund. hic est iuris rela-
7 xatio. Host. vero hic dicit, ꝙ dispensatio est rigoris iuris, per eum, ad quem spectat misericors canonice facta relaxatio, vt colligitur. 1.q.7. §. nisi rigor, & c. sequentibus, & hoc de primo. ¶ Circa ẽm, in quo respondendũ est quæsito sciendum est, ꝙ vt dicit Raym. & Hosti. in summa sua, duplex est opi. circa hoc. Quidã dicunt, ꝙ sit ius. Alii debẽt ꝙ non. Sed tu dic iuxta eundem Raymundum, ꝙ etiam Arc.
8 repetit hic, † ꝙ dispensatio dupliciter accipitur. Vno modo vt actio.i. secundum, ꝙ est in dispensante, tunc est conclusio. Quod dispensatio non est ius, sed est potestas data à iure, siue actus potestatis à iure concessus. Secundo accipitur dispensatio, vt passio.i. secundum, ꝙ est in eo, cum quo dispensatum est, & tunc est conclusio. Quod dispensatio est ius priuatum.i. licentia, vel permissio, quædam alicui specialiter facta contra rigorem iuris, non autem est ius commune, sicut etiam de priuilegijs potest dici. s. ꝙ sint iura priuata. Arg. ad hoc 33.q.2. interfectores, & c. in adolescentia. Concordat etiam Host. Verum hoc est intelligendum de dispẽsatione debita: Pro quo notandum iuxta. Raymun-
9 dum, † ꝙ dispensationum tres sunt species. Est.n. dispensatio debita, quædam prohibita, quædam permissa. Debita est, cum multorum scandalum timetur, vt in c. præsenti. Caue tamen ne decipiaris in scandalo, quia aliquod ad hoc inducere sufficit, & aliquod non: debita vero dispensatio est ratione temporis, vel personæ, vel pietatis, vel necessitatis, siue vtilitatis ecclesiæ, vel euentus rei, de singulis ponũtur exẽpla 1.q.7. §. nisi rigor, & in c. sequẽtibus, vsque ad. §. Ecce, & breuiter vbicunque subest iusta causa, dispensatio est debita. j. e. di. domino sancto. ver. præcipiunt, & versi. vt necesse. Est autem consequenter notandum, ꝙ licet debita sit dispensatio ex causis prædictis, & peccet prælatus non dispensando. Ar.2. quęs.4. quanto, in fi. tamen subditi non habent ius petendi nisi forte supplicando, sicut etiam dicit hic gl. Hu. de ista dispensatione debita dicit Arch. hic, ꝙ sicut ius, cum sit executio iustitiæ. ff. de iusti. & iure. l.1. §.1. prohibita autem dispensatio est, vbicunque non potest fieri sine manifesta decoloratione Ecclesiæ. Item vbicunque non est iusta causa 1.q.7. tali, & c. & si illa, extra de elec. innotuit. §. multa, & §. fi. Ista dispensatio prohibita non est di-
10 cenda ius, vt dicit Arch. sed dissipatio iuris. † Permissa autẽ aliquando videtur dispensatio in casu. s. vt. s. in c. si quis presbyter. e. dist. quod forte potest intelligi, quando aliquis ad accusationem alterius conuictus est surripuisse vasa ecclesiæ vel aliquã rẽ ecclesiasticam, tunc si subest aliqua causa dispensandi, permittitur episcopus dispensare, etiam, si forte accusator contradiceret, & in multis alijs casibus, in quibus iura permittunt dispensationem, de ista dispensatione permissa dicit Arc. ꝙ non est ius, sed misericordia, vt. s. 45. disciplina. in prin. & c. omnis & 9. quæs.1. ordinationes.

Hostiens. — Raymund. — Raymund. Hostiensis — Hostiensis Raymund. — Archid.

Istis

Exponit literam.

Istis habitis patet responsio ad rationes in princ. quia primo procedunt, ꝙ dispensatio non sit ius commune, & hoc est verũ. Le.¶ Vt constitueretur post alicuius criminis enor-
11 mis] Arg. † ꝙ semel criminosus debet repelli à promotione, & promotus deijci. Primum videtur verum, sed ſm nõ generaliter est verum. Hu. [accipiat clericatum,] si adhuc illum nõ accepit. [vel redeat.] cum depositus est maneat, cũ non est deiectus. Hu. Lau. & Arch. [non desperatione indulgentiæ] .i. ob hoc, ꝙ ecclesia desperet .i. diffideret se posse talibus indulgere, & eos restituere. Hu. [Alioqui] .i. aliter. s. si desperatione indulgentiæ factũ esse dicamus. [contra claues,] tunc.n. nulla soluerentur ita [in terra] ab ecclesia. Hu. [sæuissime] .i. seuere, & secundum rigorem iuris, ne. s. delinquens spe huius indulgentiæ libentius peccaret. Hu. [damnabili] .i. maiori, mortali, non de leui. ff. de accu. leuia. Arc. [Nemo fit clericus] .i. fiat clericus, si nondum est, vel [sit clericus] .i. permaneat, si nondum eiectus est. Hug. & Archid. [placuit] dico ideo. s. ne forte etiam de cæteris ab illo damnabili enormi, de quo egit pœnitentiam [superbè] .i. ficte. [vt desperatione] .i. propter disperationem, .i. deposita spe. Arch. [altitudinis] .i. dignitatis. Hu. [medicina humilitatis] .i. humilitas, quæ est medicina pœnitentiæ. Hu. de pe. dist. 1. c. 1. q. d. hoc est dictum de rigore. [Nam] secũda pars probat exemplo Dauid, & Petri, ꝙ possunt restitui, si vera agatur pœnitentia. Dauid 2. reg. 12. [fundit] Luc. 22. pœnituit. s. e. quia tua, in fi. & de pe. di. 1. §. ex his authoritatibus. in prin. [permansit.] s. e. ponderet. [sed tamen non ideo posteriorum] .s. patrum [diligentia] qua statuerunt, ne lapsi promouerent, vel restituerentur [qui] .s. posteriores, [vbi] .i. cũ vel quando saluti ecclesiæ nihil detrahebatur, puta paucitas erat in crimine, & non timebatur scandalum, vel detri-
12 mentum ecclesiæ, & est Ar. † ꝙ licet aliquis inuitus, & coactus promittat, a vel iuret aliquid, aliud debeat obseruare, si in illius obseruatione salus animæ non ledatur Ar. 22. q. 4. si aliquid inuitis. Hu. [Humiliati pœnitentium] .i. ad, vel propter humilitatem pœnitentium. s. vt desperatione altitudinis temporalis humiliores essent [addiderunt] statutis ecclesiæ aliquid seueritatis statuendo, ne lapsi repararẽtur. Hu. [quo] .i. vt [salus] ecclesiæ, vel pœnitentium, quibus spe restitutionis ablata, omnis occasio superbiæ auferebatur, & humilitatis aditus pandebatur [expertus], causam supponit istius additionis, & constitutionis [per] .i. propter. [affectatas] .i. desideratas [potentias] .i. dignitates. [Experimẽta multorum morborum.] Nam iuxta diuersitatem morborum debet esse diuersitas medicinalis. Argu. dist. 29. necesse. [verum] Tertia pars. [Non huius] .i. non vnius tãtum, vel paucorum debilium. Hu. [Plurimorum] in quibus timetur periculum scismatis, alias etiã multitudo est punienda, vt 31. q. 5. ita ne, & de pœ. dist. 6. qui vult in fin. sicut in quæstione dictum est detrahendum seueritati, vt vel non puniantur, sed moueantur, vt dist. 44. comessationes, & 1. qõ. 7. quoties. Idem faciendum est, cum petens persona est in causa, vt 23. q. 4. non potest. Hug. [Charitas] .i. charitatiua monitio, quæ sola nocere non potest. Hu. [maioribus malis] .s. potentis personæ, vel multitudinis, vnde. s. maius malum euenire posset 45. dist. licet. Lauren. & Arch. Ecce pacis vbi debet esse dispensatio. Nam sicut in quæstione diximus, dispensatio quandoque inhibetur, vt in enormibus, & manifestis criminibus, vt in homicidio sponte commisso, vt. s. e. miror, & in simonia, vt 1. q. 1. erga quãdoque permittitur, vt in mediocri crimine, & manifesto, vt. j. e. dominus præsbyteros, & c. hi, qui, quandoque debetur, vt cum multitudo est in delicto, vt hic, & in quibusdam aliis casibus. Arg. infra eod. si quis diaconus, & prima quæst. septima, dispensationes.

a¶ Promittat. Adde late, & pulchre Pe. de An. in ca. qualiter n. 1. de pa. Et promittẽs soluere cũ iuramẽto cõpẽsado. Idẽ Pe. ĩ c. ad nostrã nu. 2 de iureiuran.

1 *Papa dicitur pater patrum.*
2 *Reparari nullus debet ad priora beneficia, nisi peracta pœnitentia.*



Bsit Sequitur ad idem hoc c. quod secundum rubrum tituli videtur sumptum ex epistola Cleri Romani missa papæ Cypriano. Sed cum in chronicis nõ inueniatur aliquis papa nominatus hoc nomine hoc nomine, videtur, ꝙ hæc litera sit mendosa, & infra eo. in c. de eo. vnde quidam, vt Bar. Brix. corrigit hunc titulum sic. ex epistola Cornelij Papæ, quam scribit Cypriano martyri suadenti sibi de nouatianis facile recipiendis, de istis duobus habetur 6. quæstio. 1. factus, & 2. q. 7. puto. Sed videtur nobis, ꝙ cum beatus Cyprianus in ca. seq. reprehendat eos, qui de facili recipiunt lapsos. Titulus huius c. non videatur sumi ex epistola Cornelij papæ ad Cyprianum suadente sibi, & c. vnde aliam correctionem huius tituli ponit Hu. videlicet, ꝙ Cyprianus iste fuit patriarcha Alexandrinus.

Bar. Brix. — Cõtra Bar. Brixiensis.

1 † Nam papa dicitur pater patrum, ꝙ conuenit cuilibet prælato. Vnde sæpe in literis beati Augustini, & Hieronymi ad prædictos episcopos reperitur vsus huius vocabuli in titulis literarum. Et ſm hoc dicimus, ꝙ iste patriarcha (qui hic nominatur papa) hæreticos reuertentes ad ecclesiam de facili recipiebat in suis ordinibus, quod erat occasio ruinę cadendi in hæreticam prauitatẽ, ſm illud. Facilitas venię, & c. Suadet ergo per epistolam Clerus Romanus prædicto papæ, ne hoc decetero faciat. Sed nec hæc correctio nobis videtur conueniens. Nam principium c. habet sic. Absit à Romana ecclesia, & c. vnde magis videtur Clerus Romanus, in quo debet intelligi caput eius respondere prædicto patriarchæ, suadenti, aut rogãti facilem receptionẽ aliquorũ lapsorum per ecclesiam Romanam, quam, ꝙ Clerus romanus persuadeat, ꝙ patriarcha prædictus decetero nõ faciat. Sed qualitercunque corrigatur titulus, cum hic nihil dispu-
2 tandum concurrat exponatur litera, cuius sententia est, † ꝙ nullus debet reparari ad ꝓpria officia, nisi peracta pœnitẽtia. Breue est. ¶ [Vigorem] .i. rigorem. [prophana] .i. stulta, & sine causa. Arch. [neruos seueritatis] .i. neruosam seueritatẽ .i. disciplinam censuræ ecclesiasticæ, quæ merito dicitur neruosa, quia flecti, & mitigari potest ex iusta causa, frãgi autem nunquam debet. Nerui.n. inclinantur, & flectuntur, sed non rumpuntur nisi cum difficultate. Hu. [euersa fidei maiestate] .i. ecclesiastica disciplina, per quam fides nostra habetur magna, dum honores ecclesiasticã correctionem metuentes eam postponere, & abijcere non præsumunt. Hu. [iaceant in peccatis primis], sed cadant vlterius, alia committendo. [Euersorum fratrum] .i. proximorum euersorum, & ruentium in peccatum [ruinæ] .i. facilitati lapsus. [properata] nimis [remedia communicationum] .i. eam facilis reparatio ad priora officia profutura non sunt, vt ait gloss. facilitas veniæ incendium præbet delinquendi. 23. q. 4. si quis. [medicina] .i. humilitatis intercepta .i. prætermissa, & de medio ablata. In quo casu venia danda non est, vt 24. q. 2. legitur. Hu. [periculis] .s. animarũ .i. peccatis [occidere] per negligentiam, & c.

Cõtra Hu. — Exponit literam

1 *Sacerdotes, qui putauerunt posse dari remissionem peccatorum sine pœnitentia, an peccauerint.*
2 *Peccatum actuale mortale impossibile est remitti sine pœnitentia.*
3 *Gratia Dei, & gratia hominis qualiter differant.*
4 *Martyr interpretatur testis.*



I quis præpostera. Sequit̃ ad idẽ hoc c. quod est beati Cypriani in libro de lapsis. In quo reprehendit quosdam sacerdotes, qui adeo erãt temerarij, quod se posse crederent remittere, & relaxare peccata etiam non pœnitentibus. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit sine pœnitentia peccata dimitti non posse. In secunda remouet quoddam obstaculum. 2 ibi. Mandant aliqua. ¶ Pro pleniori intelligẽ-
1 tia huius c. quæritur. † Vtrum conuenienter isti sacerdotes reprehendantur, qui remissionem peccatorum putauerũt posse dari sine pęnitentia. Et videtur, ꝙ non. Primo sic. Nõ est minor potestas & ministerialis data sacerdotibus circa adultos, quam circa pueros, sed pueris per sacramentum Baptismi peccatorum tribuunt remissionem absque pœnitentia: ergo & adultis possunt conferre remissionẽ peccatorum, absque pœnitentia. Consequentia videtur bona. ¶ Secundo sic. Isti sacerdotes videntur ista fecisse persuasione martyrum Christi, vt dicitur in litera: ergo, cum illi nõ sint credendi, nisi iusta, & sancta persuasisse, videtur, ꝙ isti non veniant redarguendi ex tali facto. ¶ Tertio sic. Peccata possunt remitti absque pœnitentia: ergo isti sacerdotes promittentes remissionem peccatorum etiam in pœnitentibus non veniunt reprehendendi, consequentia videtur bona, & antecedens sic probatur. Sicut se habet auersio à Deo ad damnationem, ita cõuersio ad deum ad salutem. Sed auersio à Deo sine omni delectatione potest esse causa damnationis: ergo cõuersio ad Deum sine omni dolore pœnitentiæ

Diuisio. — Primũ ar. — Scdm arg. — Tertiũ ar.

Quartū ar. tentiæ potest esse causa salutis. Quarto sic. Pœnitētia habuit initium ab institutione Christi, sed sicut legitur Io. 8. Christus mulierem adulteram absoluit absque pœnitentia: ergo videtur, ꝙ etiam hoc possint eius ministri. s. sacerdotes. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. ¶ Responsio dicendū sub certis conclusionibus.

Opponit & Respon. Prima cōclusio. Prima conclusio est.

2 † Quod impossibile est peccatum actuale mortale sine pœnitentia remittit, loquendo de pœnitentia, quæ est virtus. Ista cōclusio probatur authoritate ve. & noui testamenti. veteris quidem, dicitur. n. Hiere. 18. Si pœnitētiam egerit genus illa à malo, quod fecerit, agaz & ego pœnitētiam à malo, quod cogitaui, vt facerem ei, & sic econtra videtur, ꝙ nisi pœnitētiam agat, deus offensam non remittit. Ex nouo testamento patet etiam. Dicitur. n. Lucæ. 8. Si pœnitentiam non egeritis, omnes simul peribitis. Ratione vero sic probatur iuxta S. Tho. in 3. parte q. 86. ar. 2. Cum. n. peccatum sic dei offensa: eodem modo deus peccatum remittit, quo remittit offensam in se commissam. Offensa autem directā opponitur gratiæ. Ex hoc. n. dr aliquis alteri esse offensus, ꝙ repellit eū a gratia sua.

S. Thom.

3 † Hoc autem interest inter gratiā Dei, & gratiam hoīs, ꝙ gratia hoīs non causat, sed psupponit bonitatem veram, vel apparentem in homine grato, sed gratia Dei causat bonitatem in homine grato, eo, ꝙ bona voluntas Dei, quæ in nomine gratiæ intelligitur est causa omnis boni creati. Vnde potest contingere, ꝙ homo remittat offensam, qua offensus est, alicui absque immutatione voluntatis eius. Offensa autem peccati mortalis procedit ex hoc, ꝙ voluntas hominis est auersa à deo per conuersionē ad aliquod bonum commutabile. Vnde requiritur ad remissionem diuinæ offensæ, ꝙ voluntas hominis sic immutetur, ꝙ conuertatur ad Deum cum detestatione prædictæ conuersionis ad bonum commutabile, & proposito emendæ, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ, ſm̄, ꝙ est virtus.

Secūda cōclusio. ¶ Secunda conclusio. Conuenientissime reprehenduntur sic sacerdotes, qui præsumebant dare peccatorum mortalius remissionem in pœnitentibus. Patet conclusio ex præcedenti conclusione, quia cum isti præsumebant, quod est impossibile. s. peccatum actuale mortale remitti sine pœnitentia, merito reprehendendi veniebant.

Ad primū arg. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando consequentiam, & ratio est, quoniam in pueris non est, nisi originale peccatum, quod non consistit in actuali deordinatione naturæ. Et ideo remittitur eis peccatum cum habituali immutatione per infusionem gratiæ, non autem cum actuali, sed in adulto in quo sunt actualia peccata, quæ consistunt in deordinatione voluntatis actualis, non remittuntur peccata in Baptismo sine actuali immutatione voluntatis, quod fit per pœnitentiam, vnde Aug. in lib. de pœnitentia dicit. Nemo suæ voluntatis arbiter constitutus potest inchoare nouam vitam, nisi pœniteat eum veteris vitæ.

Augusti. li. de vtilitate pœnitētiā circ. 1. Ro. l. t. in homil. 50. de vtil. & necess. pœnit. circa principium. Tom. 10.

Ad secūdū. ¶ Ad secundam respondetur. Primo, ꝙ credendum est, ꝙ præfati martyres non persuaserunt dari remissionem peccatorum, nisi pœnitentibus, & falsæ sacerdotes isti se excusabant. ¶ Secundo respōdetur, ꝙ dato, ꝙ præfati boni persuaderent illud, non erat faciendum, quousque videretur, si persuasio eorum conformis esset diuinæ scripturæ, quia, vt dicit Aug. s. di. 9. ego solis. Soli scripturæ diuinæ honor iste exhibendus est, vt nullus scriptorum eius errare credatur.

Aug.

Ad tertiū. ¶ Ad tertiam respondetur, negando antecedens. Et ad probationem respōdetur, negando minorem. Dicimus. n. juxta S. Tho. in quarto dis. 14. ꝙ in aduersione à Deo semper est conuersio ad bonum commutabile, & illa quamuis non habeat delectationem sensibilem. semper tamen complacentiam voluntatis habet. Vnde & similiter oportet, ꝙ conuersione ad Deum adiungatur displicētia, & hic dolor pœnitētia dicitur.

S. Thom.

Ad quartū. ¶ Ad quartam respondetur, negando minorem, loquendo de pœnitentia interiori, siue secundū ꝙ est virtus. Dicimus. n. ꝙ Christus propter potestate excellentiæ, quam Christus solus habuit, contulerit adulteræ effectum sacramenti pœnitentiæ, qui est remissio peccatorum sine sacramento pœnitentiæ, non tamen sine interiori pœnitentia, quia hoc erat impossibile, sicut patet in cōclusione prima quam pœnitentiā ipse Christus in ea per gratiam operatus est.

Exponit literam. Leg. tex. ¶ [Si quis præpostera]. s. cum ante datur remissio peccatorum, cum habeatur pœnitentia. Multæ rationes colliguntur in litera ista propter quas merito horum merita reprobatur. Tum primo ibi præpostera, &c. Primo. n. præire saltem debet interior pœnitentia, vt corde conuertatur, alias non est remissio, nec digna peccati absolutio. Vnde tamdiu manet decisor, & non penitēs, quamdiu non dolet de peccato, vt dicit Isidorus. ¶ Secundo ibi, festinatione, quia præ nimia festinatione non prosunt, sed obsunt, quemadmodum. n. medicina, dum indisposito, & non præparato festinantius, quàm conuenit, exhibetur, nocet, & non curat, sic talis festinata absolutio impœnitenti, & indigno obest, & nocet absoluenti, qui irreuerenter sacramentalia verba absolutionis non idoneo, & inepto confert Deum offendit. Prouer. 19. Qui festinus est, offendit. ¶ Tertio ibi, contempto domino, &c. reprobatur horum temeritas, quia se intromittebant de his, quæ non suberant facultati, siue potestati eorū, & forte absoluebant de omnibus casibus, & etiam reseruatis papæ, & suos, & extraneos. Vnde ait cunctis remissionem se putant posse dare. ¶ Quarto ibi, domini præcepta rescindere damnabatur eorum temeritas, quia præcepta dominica violabant in hoc, ꝙ lapsis, & indignis beneficijs immundis per peccata, & impœnitentibus panem cœli dabant contra præceptum domini dicentis Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus, & Mat. 15. non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Vnde Chananæa mulier non obtinuit filiæ salutem, donec coram se humilians catellis se comparauit, in exemplum, ꝙ peccator non consequitur animæ salutem, nec meretur beneficium absolutionis suscipere, donec per veram penitentiam se humiliauerit coram sacerdote. Moyses quoque obtinere non potuit populi liberationem, donec in multis populis fuit percussus, quia peccatori nō parcitur, nisi per pœnitentiam fuerit in corde contrito humiliato percussus. Similiter patet in Dauid, [Mandant] secunda pars. s. vt dicit Hug. [martyres]. i. boni viri, siue religiosi. Archid.

4 a † martyr interpretatur testis. Et dicitur quandoque modis. s. qui pro lege dei tuenda moritur, vt septem fratres qui cum matre sunt interfecti ab antiocho, quia nolebant comedere porcinam contra legem Mosay eam sicut legitur in lib. Machabeorum. Secundo, qui pro veritate moritur, vt prophetæ. Tertio, quia vice Christi moriuntur vt innocentes. Quarto, & proprie, qui pro confessione nominis Christi moriuntur, vt Apostoli. Quinto martyr dicitur, qui pœnas potius quam neget patitur, vt hi de quibus loquitur Cyprianus tempore, qui Gentiles multum exacerbabant in christianos. Ad hos martyres accedebant quidam qui acceperant pœnitentiam, & conquerebātur eis de sacerdotibus, quasi de crudelibus, hi autem rogabant sacerdotes, vel per epistolas, vel per nuntios, vt remitterent peccata delinquentibus, quos dicit Cyprianus non esse exaudiendos, nisi sciatur primo, si deo placeat, qđ dicunt. [contra dominum] quòd nullo modo est faciendū, etiam si præcipiatur à superiore, vt 11. q. 3. non semper [sacerdotem]. i. ordinem, vel officium sacerdotis. Hu. [facienda sint] danda absolutio delinquenti. Sed qualiter poterimus cognoscere, ꝙ talia sint hoc modo videlicet. [si obtēperantis]. i. subditi, obedientis, & pœnitentis [sit prona, & facilis confessio] per hæc. n. signa extrinseca interior deprehenditur pœnitentia, vt. j. e. si quis diaconus. Sæpe. n. ex signis extrinsecis perpenduntur intrinseca, & præsumitur pro aliquo, vel contra Ar. 31. q. 2. c. 1. & 2. [moderatio]. i. vita moderata. i. vt contemperet se monitis sacerdotis, & à prohibitis abstineat. Tali. n. qui contritus ad confessionem venit cum proposito abstinendi à prohibitis, & obtemperandi mandatis sacerdotis, bene per sacerdotem potest dari remissio peccatorum. [Sed si scripta non sunt in domini lege, quæ mandant.] Si. n. scripta essent, facienda essent, cū nephas sit dicere scripturam diuinam mendacem, vt 23. q. 5. quod ergo Hu. [ante est]. i. conuenit primo. [vt sciamus] quia non debemus faciliter credere 11. q. 3. non solum à Deo impetrasse] ¶ Sed, quomodo poterimus hæc scire. Respondetur, ꝙ per signa superiora. s. si obtēperantis, &c. similia. [tunc] quasi dicat, non ante. i. postquam sciuerimus eos deo placere. [conuenit nos facere, quod mandant. Nec. n. statim] multa. n. laudāt homines, quæ Deus reprehēdit, & econtra 1. q. 1. vt euidenter. 11. q. 1. sacerdotibus, in fin. [Humana pollicitatione]. i. huiusmodi, vt istorum martyrum, qui promittunt illis salutem, quos exterius videbant pœnitere, etiam si interius non pœnitebant. Hu. nec tamē accepit plene, quia non. s. occiderentur. 23. millia hominum exod. 32.

a ¶ Martyrum approbatio quas solennitates exigat vide j po. medio. in c. sanctu 15. dist. & martyrum quis possit sustinere, & quādo eum deminc. ... que 90. di.

Quæstio. Respōdet.

1 Conciliorum

1 *Conciliorum ſententijs diſcordantibus, quod præferatur, & nu. 2. & 3. & nu. 7.*
4 *Papa, ſi ex certa ſcientia ſtatuat contra ſtatutum alicuius concilij, vel papæ, illi ſtandum eſt.*
5 *Concilium vniuerſale, & prouinciale, ſi diſcordant in materia fidei, ſtandum eſt vniuerſali, in his tamen, quæ ſpectant ad diſciplinam Prouinciali, niſi illi ſit derogatum. nu. 6.*
8 *Lex, quæ vno tempore eſt iuſta, et rationabilis alio tempore ſeruata, poteſt eſſe iniuſta, & nociua.*
9 *Epiſcopus peccat, non diſpenſando, ſi eſt ratio diſpenſandi.*
10 *Iuda interpretatur peccator.*
11 *Antiquitati defertur in multis.*



DOmino ſancto. Sequitur ad idem: c.hoc, quod eſt Iſidori in epiſtola ad Maſſanum epiſcopum de ſacerdotali officio, quod diuiditur in duas partes. In prima, quia præfatus Maſſanus epiſcopus in Anchiritano Concilio inuenerat, ꝙ lapſi poterant reſtitui, alibi legerat, ꝙ non ſolutionem huius contrarietatis quæſiuit ab Iſido. ideo Iſidorus ei mittit: iſtam epiſtolam, in qua omnium authoritatum, quæ de lapſis reparandis, aut non reparandis loquuntur, contrarietas ſoluit, dicẽdo, ꝙ q̄ falſe pœnitẽt reſtitui, nõ debẽt q̄ vero vere pęnitẽt reſtitui poſſunt, & hoc ꝓbat authoritate Ezec. & Io. in Apoc. In 2. oſtẽdit, quid ſit faciẽdũ, vbi reperit cõtrarietas inter aliqua cõcilia 2. ibi. In fine aũt huius. *(Diuiſio.)*

¶ Pro pleniori aũt intellectu huius c. q̃tũ ad ſecũdã partẽ.
1 quærit. ¶ † Vtrũ ſit verum, ꝙ hic dicit Iſid. ꝙ diſcordãtib. ſnĳs conciliorum, ſemp̱ concilij antiquioris, & potioris authoritatis ſententia ſit tenenda. *(Quæſtio.)* Et videtur ꝙ non. Primo ſic, arguendo contra ſuppoſitum. Canones conciliorũ ſanctorum patrum conditi ſunt inſtinctu ſpiritus ſancti: ergo non vr̃ poſſibile, ꝙ diſcors ſentẽtia inueniar̃ in canonibus ipſorum conciliorum conſequentia patet, cum ſpiritus ſanctus ſit doctor veritatis, & author vnitatis, non poſſunt ab eo procedere contrariæ ſententiæ. *(Primũ ar.)* ¶ Contra quæſitum arguitur ſic, Canones Apoſtolorũ ſunt vetuſtiſſimi, & maximę authoritatis, vt pote ab epiſcopis eccleſię primis principibus inſtituti, & tamen in multis eorum rigida ſentẽtia per pietatem aliorum canorum mitigatur. Et ita ſententia poſteriorum conciliorum præfertur ſententiæ antiquorũ canonum, ſicut patet de clerico fornicãte. In canonibus. n: Apoſtolorum erat inſtitutum, vt presbyter quocunq; modo fornicationem committens deponeretur. Sed talis rigor per Gamgrenſe concilium hodie mitigatur, & emendatur, vt di. 82. presbyter. *(Scd̃m arg.)* ¶ Tertio ſic arguitur ex illo. ff. de leg. non eſt nouum, vbi habetur, ꝙ poſteriores leges ad ſe trahunt priores. Item idem intelligitur. extra de cogna. ſpirituali c. 1. vbi habetur, ꝙ poſterior conſtitutio præiudicat priori. *(Tertiũ ar.)* ¶ In oppoſitum eſt tex. præſentis c. ¶ Reſpondeo, dicendũ in primis, ꝙ cum ſnĩa proprie deciſionẽ cauſę alicuius aut dubitationis dicat, vt 11. q. 3. ſummopere, & c. graue, & 4. ſequen. videtur, ꝙ aliud ſit loqui de ſententijs conciliorum, & aliud de ſtatutis, aut canonibus ipſorum, vnde hoc non conſiderantes gl. & doc. dicunt circa hoc c. multa, quæ non videntur ad mentem loquentis, cum ipſe tantum loquatur de ſententijs in deciſione cauſarum, aut enucleatione dubiorum, in quibus tex. nunc eſt clariſſimus iuxta c. in canonicis di. 19. & c. ſubmittitur di. 21. *(Opponit & Reſpo.)* Nihilominus, ne videamur intendere tm̃ eorum reprehenſioni, vtentes cũ eis nomine ſententiæ, etiam ad canones, & conſtitutiones, quæ magis ſunt regulæ viuendi, quam ſententiæ in deciſione cauſarum dicemus aliqua de oĩbus. Dicimus autem, ꝙ hic opus eſt multiplici diſtinctione iudicio noſtro, qa aut loquimur de concilijs vniuerſalibus, aut particularibus, ſiue prouincialibus. Si de vniuerſalibus, hoc dupliciter. Aut de vniuerſalibus inter ſe, aut de vniuerſalibus in comparatione ad particularia, ſiue prouincialia. Si loquamur de vniuerſalibus inter ſe, tunc videndum, an diſcordia inter ea ſit in materia fidei, aut in alijs ſtatutis poſitiuis pertinentibus
2 ad bonum regimen eccleſiæ, & eccleſiaſticam diſciplinam Si primo modo, tũc ſit iſta concluſio. † Si diſcordia inueniretur inter concilia vniuerſalia. Quod credimus ſtandum. eſſet ſententiæ antiquioris, ſiue prioris concilij vniuerſalis, dum tñ fuerit plenarium authoritate. Romani pontificis, & approbatione fultum, & roboratũ. *(Prima cõcluſio.)* Iſta cõcluſio quæ eſt tex. præſentis literæ, & c. ſicut ſancti euãgelij di. 15. vbi quatuor concilia vniuerſalia prima. ſ. Nicenum Conſtantinopolitanum. Epheſinum primum, & Calcedonẽſe omnibus aliis præponuntur, vt pote potioris authoritatis, ſic rõne probatur. Cum. n. tale primum concilium in fide, ſtante diuina pollicitatione Lu. 22. ego rogaui pro te Petre, &c. Et Mat. vlt. ego aũt vobiſcum ſum ad cõſummationem ſeculi errare nõ poſſit, & fides ſi ſimplex, & incõmutabilis, vt ait Aug. & Leo papa, non poteſt ſequẽs conciliũ illi in veritate aduerſari, niſi alterũ ipſorum à veritate fidei deuiaret, cum vero non niſi falſum diſſonet. *(Auguſt. Leo papa.)* Aut ergo controuerſia vera non eſt, quod magis credendũ eſt, aut aliquod illorũ catholicũ non eſſet, quod magis de poſteriori præſumẽdũ eſſet, cũ antiquũ iã totius eccleſiæ acceptatione fuiſſet approbatum, ſicut exẽplũ patet de 1. Epheſino concilio, in quo Neſtorij impietas eſt reprobata. Et de 2. qđ cõtraria diffiniuit in fide. Vnde primũ fuit approbatũ, & acceptũ, vt in c. ſicut & c. ſctã Ro. Eccl. di. 15. hr̃. Et ſm̃ reprobatũ p̱ ſynodũ calcedonẽ. Si vero diſſonantia, quæ reperitur in canonib. vl̃iũ conciliorũ ſit circa ea, quæ ſunt iuris poſitiui, vt puta circa regimẽ humanæ vitæ, aut diſciplinã eccleſiaſticã, ſit iſta 2.
3 concl. † ꝙ magis tunc ſtandũ ſit cõſtitutioni poſteriorũ cõciliorũ q̄ priorũ. *(Secũda cõcluſio.)* Iſta cõcl. primo patet ex. c. all. arguendo de cogn. ſpũali c. 1. & ff. de leg. nõ eſt nouũ. Scđo rõne patet, quia cũ hmõi agibilia humana habeãt materiã variabilem pro loco, & tpe, & cõditionib. perſonarũ, ſæpe ſtatuta priorũ conciliorũ moderãtur ſupplẽtur, atq; ẽt corriguntur p̱ poſteriora concilia, vnde Au. cuius eſt in cõcluſio, iſta li. 2. de bap. cõtra Donaſtitas, ait ipſa plenaria cõcilia ſæpe priora poſteriorib. emẽdari, cũ aliquo rerũ experimento aperit, qđ clauſum erat, cognoſcitur qđ iacebat. Hæc Aug. *(Aug. de Bap. cõtra Don. li. 2. c. 3. T. 7. idem habetur ca. 10. eiuſdẽ lib.)* In ta lib. n. nõ habet locũ antiquitas, quãtumcunq; fuerit magnę authoritatis, qm̃ aliqua ſuperiorib. tp̃ibus erant conueniẽtia, quæ nr̃s plurimũ diſpendioſa eſſent. i. quaſi impoſſibilia ſicut patet de canonib. apoſtolorũ circa diſpoſitionẽ clerici fornicarij, de quo argutũ eſt in prin. quęſtionis. Patet ẽt de cõcilio illo præſtãtiſſimo Niceno, cui circa diſpoſitionẽ ſediũ patriarcharũ p̃iudicatũ eſt per cõciliũ vniuerſale ſextũ, vt in c. renouãtes di. 22. & illi ſtatur, & p̃iudicar̃ Niceno, licet antiquioris, & potioris authoritatis. Cõfirmãtur etiã
4 iſtæ cõcluſiones ex eo, quod dicit Hu. hic. *(Hug.)* Notat. n. † ꝙ, ſi papa ex certa ſciẽtia ſtatuat cõtra ſtatutũ alicuius cõcilij vel papæ, vel faciat ad hoc capitulũ, nõ debet reprehẽſibile iudicari, ſi ſm̃ varietatẽ tẽporum ſtatuta varientur humana, Aug. vel alterius præualebit eius cõſtitutio. Ar. d. 18. qm̃ quidem. Exceptis articulis fidei, & præceptis vtriusq; teſtamenti, & illis, quæ ſpectant ad generalem ſtatum eccleſiæ, contra quæ papa ſtatuere non poteſt, ſed ea vſque ad ſanguinẽ defendere 25. q. 1. ſunt quidã. Si vero loquamur de vniuerſalibus concilijs in comparatione ad ꝓuincialia, ſeu
5 particularia, tũc ſit iſta 3. cõcl. † ſi diſcordia ſentẽtiarũ ſit inter cõciliũ vl̃e, & cõciliũ prouinciale ſemper ſnĩa vl̃is cõcilij eſt p̃ferẽda, ſiue ſit prius, ſiue poſterius, ſi ſit diſcors ſnĩa in materia fidei. *(Tertia cõcluſio.)* Iſta cõcl. patet tum ex c. ſubmittitur di. 21. vbi dr̃, ꝙ ſacris canonib. p̃cipiẽtib. & exemplis ſanctorũ patrũ, vbi eſt ſemper maior authoritas eundũ eſt, & in oĩb. cõtrouerſijs ad potioris ſedis iudicia actio dirigar̃. Scđo patet authoritate, & rõne beati Aug. qui in li. 2. de bap. ſic inquit. Cõcilia, q̄ p̱ ſingulas regiones, vel prouincias fiũt plenariorũ cõciliorũ authoritati, q̄ fiũt ex vniuerſo orbe chriſtiano ſine vllis ambagib. cedere & ĩ. loquẽdo de cypriano ita ait. Si aũt cõciliũ eius attẽdit, hinc eſt vniuerſæ eccleſiæ poſterius cõciliũ p̃ponendũ, cuius ſe mẽbrũ eſſe gaudebat. Nã & vniuerſum partib. ſp optimo iure p̃ponir̃. Hæc Au. *(Aug. de baptiſ. cõtra Do. li. 2. c. 3. Tom. 7.)* Si vero diſcors ſnĩa inter cõciliũ vl̃e, & prouinciale nõ ſit in materia fidei, ſed in alijs, q̄ ſpectãt ad diſciplinã. eccleſiaſticã, ſit
6 iſta 4. cõcl. † ꝙ ſtãdũ eſt ſnĩæ, ſiue ſtatutis cõcilij ꝓuincialis, ſi ſit antiquit⁹, q̄ ſnĩę cõcilij vl̃s, niſi in canonib. cõcilij gñalis poſterioris cõtinear̃ clauſula derogatoria priorib. localib. illis dũ tñ ſtatuta cõcilij ꝓuincialis ſint rõnabilia. *(Quarta cõcluſio.)* Et rõ eſt, quia canon gñalis nõ extẽdir̃ ad res. vel ad loca, in q̄bus ſpecialiter eſt ꝓuiſum. ff. de pęnis l. ſanctio legũ, q̄ cõcluſio vider̃ manifeſtẽ haberi ex c. 1. de cõſt. li. 6. vbi dr̃, ꝙ licet papa cõſtitutionẽ cõdẽdo poſteriorẽ priorẽ (q̄uis de ipſa mẽtionẽ nõ faciat) reuocare noſcar̃, ſtatutis tñ, & cõſuetudinib. locorũ, & p̱ſonarũ ſingulariũ (dũ tñ ſint rõnabilia.) p̱ cõſtitutionẽ à ſe editã (niſi expreſſe cauear̃ in ipſa) nõ intelligitur in aliquo derogare. ¶ Si vero fiat ſermo de cõcilijs prouincialibus, ſiue particularibus, hæc põt eſſe dupliciter, aut


de celebratis in diuersis prouincijs, aut de celebratis in eadem prouincia successiue. Si primo modo, sit ista conclu-
7 sio. In materia fidei illius sñia est præferenda, quæ authoritati sacræ scripturæ, aut sanctorũ patrũ innititur. Ista cõcl. patet ex c. placuit, cum gl. 36. q. 2. vbi sententiæ cõcilij Melden. (dicentis, ꝙ raptor post peractã pœnitẽtiam posset sibi copulare matrimonialiter puellam raptam.) statur, & non sententiæ concilij Aquisgrani dicentis contrarium. Et hoc. quia sententia concilij Melden. cõformatur authoritati diuinæ legis, hæc etiam sententia est Hieronimi, vt patet in c. tria e. causa, & q. qui vt ait glo. præfertur. ideo illi concilio, quia eius sentẽtia roboratur authoritate diuinæ legis, & authoritate Meldensis concilij, vt in c. si aũt e. causa. & q. Si vero discordia sẽtentiarũ sit circa alia, puta circa regimẽ vitæ, & disciplinam ecclesiasticam sit ista conclusio 6. Quod vtriusque concilij sententia habet vigorem in loco suo, siue prouincia, licet sint contrariæ, dum tamen non sint cõtra ius naturale, aut diuinum. Ar. di. 12. illud. Si aũt sẽtẽtiæ sint conciliorũ eiusdem prouinciæ tunc est 7. concl. Quod tunc sententiæ posterioris concilij standum est, & nõ prioris. Patet conclusio, quia 2. constitutio tollit primã sibi contrariam. Ista conclusio satis aperte colligitur extra de consti. cum. M. ferrarien. Si vero non appareat, quod conciliorum sit antiquius, siue prius, aut posterius, aut præstatioris authoritatis, & sunt inæqualis pietatis, & misericordiæ. Tũc est conclusio 8. ꝙ sententia, quæ est maioris pietatis, & misericordiæ est præferenda, & magis sequenda patet di. 9. c. sana vbi inquit Aug. tñ digniora sunt imitatione, quantũ excellentiora pietate. His habitis, patet responsio ad rõnes in principio quæstionis, præter q̃ ad primã. Ad quã respõdetur multipliciter. Primo iuxta Hu. in præsenti c. Respondetur, ꝙ potest dici, ꝙ sancti patres non semper loquebantur per spiritum sanctum, & ita potuerunt dicere cõtraria, vel ignoranter, vel scienter. Vel põt dici secundo ẜm eundẽ ꝙ non est ibi contrarietas, nisi quo ad nos, qui nõ plene intelligimus. Secundum gl. respondetur, ꝙ duo canones possunt esse contrarij, & tamẽ vterque est iuste institutus, quia vnus statuit iuste, & alter potest instituere contrarium, & iuste, vt di. 63. §. verum. Nobis autem videtur dicendum, ꝙ nunquam reperitur contrarietas in sentẽtijs cõciliorũ vniuersaliũ, de quibus loquitur c. violatores in materia fidei, quæ necessario vna est totius vniuersalis ecclesiæ, ẜm illud apostoli, vnus deus, vna fides, vnum bapti. In canonibus autem iuris positiui, qui respiciunt disciplinam ecclesiasticã bene potest esse aliqua contrarietas, quia, cum lex debeat aptari personis, locis, & temporibus, & ista sint variabilia, necesse est, vt mutatio fiat legum ipsarum pro tempore, & loco, & conditione personarum†. Vnde lex, quæ vno tẽpore est iusta, & rationabilis alio tempore seruata esset iniu-
8 sta, & nociua, sed ista non est proprie contrarietas, qñ non est ẜm easdem personas, & eadem loco, & tempora, aut rerum conditiones, & maxime, quia quantuncunque mutentur statuta huiusmodi, & per noua preiudicetur prioribus, semper tñ manet vnitas intentionis statuentiũ, quæ est vtilitas reipublicæ. Et in eodem spiritu sancto, quo dicatur sunt tales canones vno tpe, mutãtur & alio tpe, & instituũtur alij pro necessitate temporum, aut consideratione ætatum, vt inquit Leo papa di. 60. in c. sicut quidã. Leg. ¶ [Domino sancto Isidorus] subaudi salutem in dño. Arch. [ꝙ]. i. quia, [innotuit]. i. significauit Hu. [corporale delictũ]. s. fornicationem, & adulteriũ. Et dicitur corporale, quia ministerio corporis exercetur, vnde Apostolus. Peccatũ quodcunque fecerit homo. s. aliud à fornicatione, extra corpus est. Qui autem fornicatur in corpus suum peccat. i. sic peccando non solum animam polluit, sed etiam corpus suum interius eneruat, & debilitat, & exterius fœdat Hu. [Præcipiunt]. i. permittunt Hu. Sic ponitur. s. 31. q. 1. c. hac rõne, & 33. q. 2. hoc ipsum [vendicare]. i. defendere, quasi authoritate, & rõne multitudinis, vt de pœ. di. 6. q vult in fi. &. s. e. qa sanctitas, vel rõne antiquo. qui fuerunt in veteri testamento, vt di. 82. plurimos. [ergo ita.]. s. vt necesse sit [potest exponi]. i. vtile est, & accommodum [vel]. i. permittatur. Vel sic proprie, vt capit gl. dicens ex hoc verbo, vel, ex illo præcipiunt, quod supra ponitur, patet dispensationem qñque
9 esse debitam, vt dixi. s. e. vt constitueretur, † & sic patet, ꝙ episcopus peccat non dispensando, si est ratio dispensandi, vt di. 34. fraternitas Ar. 2. q. 5. quanto. Et hæc expositio videtur esse melior ẜm Hu. & pœ. prout ipsi notant, de pœ. di.

Quinta cõclusio. — Sexta conclusio. — Septima cõclusio. — Octaua cõclusio. — Ad primũ arg. — Ephe. 4. — Exponit literam. — 1. Cor 6. — Hug. Petrus Archid. — Ezec. 2. S.

6. c. 1. iuxta fi. Arc. [Id autem] verba sunt Isidori [Ezechiel] 16. c. probat, ꝙ vere pœnitens est restituendus, vera autem pœnitentia est, cũ peccator erubescit de peccato, & dicat. Confusio faciei meæ cooperuit me præ erubescentia, qua quidem ex confusione de peccato nascitur inde dolor, atq; displicentia, & detestatio commissi peccati. Hinc ait propheta. [Confundere à Iuda] Iuda. n. peccator interpretatur, Psalm. 43.
10 †quia in confessione peccati confusio crescit [post contritionem autem] id est, post confessionem portatur ignominia, vnde sequitur [porta ignominiam tuam]. i. pœnitentiam tibi iniunctam, quantumcunque ignominiosam, quia adhuc minor est, quam tu mereris [& reuertimini ad antiquitatem] quia post completam veram pœnitentiam, qui lapsus fuerat, potest ad statum pristinum reduci [item Ioannes.] item ostendit Isidorus per documentum Ioannis Apostoli, qui Apoc. 2. scribit [angelo]. i. episcopo Ephesinæ ecclesiæ [vt agat pœnitẽtiam, & primis operibus similia agat, ne de statu suo lapsus in ruina, & casu deiectus maneat. Memor.] o tu prælate peccator. Hu. [vide]. i. de quo statu. s. gratiæ, & virtutum [excideris: Et age pœnitentiam] quod est necessarium, qñ, nisi pœnitentiam feceritis omnes peribitis, & c. Luc. 13. Sequitur [alioqui veniam] ad tuum malũ, & damnum. [Candelabrum]. i. dignitatem tuam, siue officiũ ecclesiasticę dignitatis, in quo quis positus super alios melioris vitæ exemplo, debet alijs lucere, & viam vitæ ostẽdere Hu. extra de elect. cum in cunctis. [posse.] debere. Hu. [in fine] secunda pars [discors sententia,] quæ. s. alijs placari non possit. [Antiquior, & potior existit authoritas.] antiquior. s. tempore, vel obseruantiæ diuturnitate, vt iuxta ca. in canonicis. di. 19. Vel dicitur antiquior, non tantum temporis antiquitate, vel sed sapientia, & vita immaculata, videlicet ecclesiastici. 39. Sapiẽtiam antiquorum exquirit sapiens, narrationem virorum nominatorum. s. potioris authoritatis conseruabit. & Deut. 32. Interroga maiores, & dicent tibi, vnde bene ait. Et potior authoritate. Nã vniuersalis concilij sententia præferenda est sententiæ concilij prouincialis, & sententia antiquorum quatuor conciliorum principalium sententiæ, quorumcunque aliorum. Et sentẽtia breuiter cuiuscunque concilij, cuius est potior authoritas præferenda est sententię concilij, cuius tanta nõ est authoritas. Nã vt in c. submittitur, dis. 21. dicitur, vbi est semper maior authoritas, eundum est, & in omnibus controuersijs ad potioris sedis iudicia actio est dirigenda, videlicet in decisione causarum, loquendo autem de statutis cõciliorum intelligendum est, qñ sicut potior authoritate, sic etiam pietate. Nam sicut sanctorum exempla, quæ magis sunt pia, sunt sequenda, vt dist. 9. sana, ita de canonibus ẜm Hu. De istis satis dictum est in quæstione super versic. anti-
11 quior notat Arc. † ꝙ defertur antiquitati [a] in multis primo
a in libris corrigendis nouo. vt veterũ. Secundo in cõsuetudinibus sequendis, vt hic, & 33. q. 2. hoc ipsum. Tertio in conciliis sequendis, 20. di. de quibus. 4. in prælatis eligendis 61. di. statuimus 5. in eleemosynis, largiendis 86. di. non satis. 6. in reuerentiæ exhibitione. ff. de mu. & ho. l. semper 2. q. 6. anteriorum. §. illud etiam. extra de transac. quantum 7. in retinendo morem circa testamenta. C. de testa. l. testamenta 8. in testificatione 35. q. 6. notificamus 9. in instrumentorum depositione. ff. de fide inst. l. vlt. 10. in suspitionis remotione 34. di. fraternitatis. 11. in executionis admissione 18. di. placuit. 12. in pœnæ relaxatione 86. di. tanta, & 26. q. tempora. [Quicunque itaque.] Concludit ex dictis responsionẽ ad interrogata Gregorij supra eod. [quia Hieronymi] supra eod. & purgabit [Augustinus] supra eod. vt constitueretur. [Isidori] supra eod. cap. proximo. [Timore vilitatis]. s. quia timent, ne viles sint inter alios. Laurent. & Hug. [Sed obijcitur] ei, quod dicitur in princ. §. Hu. [Illud Hormisdę.] quantum ad principium c. finis. n. vel medium non videntur absonare. §. Hu. siue facere cõtra solutionem Gratiani, sed magis facit pro eo Ber.

a ¶ Antiquitati Adde cardi. zab. in c. quoniam nume. 1. de trãs. epi. & po. medi. c. 1. domino sancto. Isid.

1 *Inuitus dicitur, qui non consentit expresse.*
2 *Intrinseca sæpe deprehenditur per extrinseca.*



I quis diaconus. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. In prima Hormisda papa ponit authoritatem concilij Nicæni. In secunda argumentatur ex ea, quòd clerici peccantes carnali delicto, debeant deponi, & non restitui. In 3. inuehit in illos, quibus non licet hæc constitutio. 4. Diuisio.

Si duo. Ad idem per totum est hoc.c.ex eodẽ Concilio,& quasi hoc.c.sententialiter habetur deutero.19.vbi dicitur.Hæc erit lex homicidæ fugientis,cuius vita seruanda est,qui ꝑcusserit proximum suum,nesciens,& qui heri,& nudiustertius nullum cõtra eum habuisse odium comprobatur, sed abiisse cum eo simpliciter in syluam ad scindenda ligna,& in scissione lignorum securis fugerit manum , ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit, & ceciderit mortuus,hic ad vnam prædictarum vrbium confugiet, & viuet.Hæc ibi.Lege.¶ [Dixerit]tunc.s.& sic,vt casus posset euitari.s.non tarde,aut voce submissa , non tenetur,nisi forte ille audire,vel intelligere non posset,vt mutus , surdus,infans,peregrinus,& furiosus, tũc.n.tenetur,siue proclamet,siue non,debuit.n.diligentior esse,vt illũ præmoneret tali modo,vt illum intelligeret,ſm Hug.[Innocens,47. di .quod ad nos 23.q.5.de occidendis.Lau.& Hu.

Exponit literam.

Præmissis. Hic magister colligit ex dictis, ꝙ ex præmissis authoritatibus sanctorum patrum,licet lapsi post pœnitentiam peractam , tollerentur dispensatiue in susceptis ab ordinibus , ad maiora tamen officia non permittuntur promoueri.

1 *Dispensatio facilius fit cum eis,qui semel delinquunt,quam qui iterato peccauit.*

His qui altario. Ad idem inducitur hoc. c.ex Gilerdensi ad probationem eius, quod dixerat.Et diuiditur in duas partes,secundum, ꝙ duo principaliter dicit. In prima ponit, ꝙ semel lapsi post pœnitentiam in suis ordinibus remanere possunt,sed non ad maiora ascendere. In secũda,quod,qui iterato lapsi sunt,ab omni gradu remouẽtur.2.ibi. Quod si iterato.Plana sunt ab omnia Lege.¶ [Subito.]per hoc collige, ꝙ hoc.c.intelligendum est de lapsis per ordinationem.Hu.[Coruerunt]in peccatum[Mortificato]Petri.3.Mortificati quidem carne, viuificati autẽ spiritu,de quo psal.50. Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum,& humiliatum,&c.[maneat in potestate]vt 81.dist.præsbyter,& 26.q.7.Sacerdos,& s.e.de his clericis. Hu.[Quod si]2.pars.[Ad vomitum .] Hoc sumptum est de beato petro,qui secũda Petri.2.Ne reuertatur quis ad priora peccata dicit,ne cõtingat eis illud veri prouerbii. Canis reuersus ad vomitum suum , & sus lota in volutabro luti.
1 [Non solum dignitate]Ar.†ꝙ facilius dispensatur cum eis, qui semel delinquunt,quam qui iterato peccat. Et,ꝙ peccatum interatum,grauius punitur. Ar.1.q.7. saluberrimũ. Hu.& nota,ꝙ hoc c.loquitur de iure, quia ex dispensatione ad altiora sunt ascendere,etiam post iterationem criminis.Et quod dicitur,non possint,intellige de iure.Hu.

Diuisio. Exponit literam.

Sed exemplum. Supra dictum est,ꝙ lapsi post pœnitentiam non possunt ad alta ascendere.Modo Gratianus arguit in contrariũ exemplo beati Petri, & tamen non bene probat,quia priuilegia paucorum non faciunt legem communem 16.q.1.Hinc est & 26.q.2.non exemplo ſm Io.de Fan.& Arch.[trinæ negationis.]Mat.26.[Pastorem.]Io.21.


Considerandum. Inducit Gregorium ad probandum quod dixerat de Petro.Planũ est & breue.Lege. ¶ [Ancillæ.]Matth.21.[permisit.i. non prohibuit.Hug. Deus hoc permisit,quia mala,vt dicit August.in Enchiridio c.1 .fieri non permitteret, nisi inde eliceret bona. Ex negatione autem Petri subsequuntur bona, quia hoc dei misericordia patet. Spes de venia peccatoribus datur. Petrus inde humiliatus

Exponit literam. August.

humiliatus melior effectus est, vt dicitur in cap. se. [quod nimirũ.] Assignat rationem diuinæ permissionis [præposuit] hoc verbo. Pasce oues meas. Ioan. vigesimo prim. [Electus est] Princeps. extra de electione significasti. Nõ in illo Tu es Petrus. de hoc nota. distio. vigesimo primo. In nono [Tolleraret] de hoc Ecclesiastici trigesimo primo. Intellige quæ sunt proximi tui ex te ipso & apostolus Ait in epistola ad Hebreor. capitul. quarto. Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia. Et loquitur de Christo. Et dicit ibi gloss. Impossibile est scire afflictorum afflictiones hominum, qui afflictionis experimentum non habuit, & sensibiliter omnia non sustinuit. Christus vero omnia, scit, nõ solum per hoc, quòd Deus omnia nouit, sed per hoc, & similia sustinuit. Psalmus centesimo secundo Misertus est ti mentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum similitudine nostri.

1 *Petrus, negando, peccauit.*

Tamen per pœnitentiam reconciliatus, maiorem recepit gratiam. n. 2.



Exponit litteram.

Fidelior. Inducit Ambrosium super Lucã consequenter ad ostendendum, ꝙ beatus Petrus post lapsum negationis ea in fide quãtũ in gradu profecerit. Breue est. Le. ¶ [Fidelior], quia in fide constantior post casum, & fortior resurrexit, dixit August. ita, vt Petro dicatur, quod dicitur Hier. 20. Fortior fuisti, & inualuisti. Petrus quidem fortior inualuit, quia post fortior in fide contempto Iudæorum timore, palam Christum prædicauit, mallens obedire Deo, q̃ hominibus. [perdidisse]

1 Ecce manifeste dicitur, †ꝙ Petrus, negando peccauit, sed quidam peruerso fauore eum excusare nituntur vt 11. q. 3. Non solum. & de pe. d. 2. §. hæc. Quid est ergo, quod alibi dr̃, & tamen Christum corde confitebatur, quem ore negabat. Et alibi. Peccatum fuit Petro ore negare, cum corde crederet. Respondeo secundum Hu. ꝙ secundum rei veritatem Petrus fidei virtutem perdidit, sed tamen talem, qualem credulitatem retinuit, sicut credit malus catholicus


2 [maiorem gratiam.] †Petrus per pœnitentiam reconciliatus, maiorem recipit gratiam, vnde dicebat. 1. Petri. 2. 4. Administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. [Pastor] probat augmentum gratiæ in Petro. Primo, quia officium pastoris accepit, quod est ad probationem, maioris gratiæ, vnde contra trinam negationem factam Matth. 26. vt digne gregem domini pasceret, ter confessus est Christum maiore charitate diligere. Secundo vt qui infirmus cecidit, surrexit firmamentum aliorum, pro quo Dominus rogauit, vt firmius in fide cæteros confirmaret. Lucæ 22. Petrus ergo non iam petra putans, aut titubans, se firma. Ipse. n. Petrus surrexit in labium veritatis, quod firmum stat in æternum. Prouerbiorum 12. [pro soliditate deuotionis]. idest pro soliditate fidei, & deuotionis, qua erga Christum, & eius ecclesiam fuit [petra ecclesiæ dicitur. Tu es Petrus.] Mat. 16. [Super hanc petram]. i. super te, qui es petra. Ita exponit Ambrosius, & Gregorius. Sed August. aliter exponit maxime in libro retractationũ. i. super me, quem confessus es. Christus. n. erat petra 1. ad Corint. 10. [In nationibus]. i. in gentilibus corporis Christi. i. ecclesiæ, tanquam rector, & caput Hu.

Ambrosius Goffre.

Item obijcitur. In hoc. §. incipit huius d. 6. pars secundum Arch. In qua loquitur de pœnitentibus cum solemnitate, & de Bigamis mistim. Et inducit 14. authoritates ad probandum, ꝙ lapsi, post pœnitentiam non possunt reparari, cuius oppositum est supra.

4 *Episcopus solus potest dispensare in casibus sibi à iure permissis nisi in contrarium sit consuetudo. nu. 5.*

Diuisio.



Ex pœnitentibus. Hoc est primum c. inter 14. quæ inducit parte illa, ꝙ lapsi post pœnitentiam, nõ sunt reparandi, siue restituẽdi, quod c. sumptum est ex Concilio quarto Carthagine. qđ potest diuidi in duas partes. In prima parte, ponit, quod solenniter pœnitens ordinari non debeat. Et si ordinetur, deponitur. In secunda ponit idem de Bigamo ibi: Simili sententiæ, quia plura tanguntur in glo. & maxime tria. Ideo ꝓ pleniori intelligentia huius c. quærunt tria 2

1 ¶ Primum est an ille, qui est ordinandus debeat prodere delictum suum, si interrogatur.

2 ¶ Secundum est, an quis debeat in contradictorio iudicio similiter respondere, an sit criminosus.

3 ¶ Tertium est, an episcopus sine suo capitulo possit dispẽsare in casibus sibi à iure permissis.

1 Ad primum. Sic procedit. †Et videtur, ꝙ ordinãdus debet ꝓdere delictũ suũ ex præsenti c. vbi dr̃. Clericus deponatur à clero, si ordinationis tẽpore non prodidit se fuisse pœnitentem. Et inducuntur in glo. ad hoc Arg. 24. d. c. 1. Et c. vlt. & 81. d. tantis & c. quicunque. cum alijs multis. ¶ In oppositum videtur illud. de pœ. d. 1. his authoritatibus. vbi dr̃. Non tibi dico, vt te prodas. ¶ Respõdetur dicendum, ꝙ secundum, ꝙ tangitur est duplex opinio circa hoc. Vna Hug. & sequacium, dicentium, ꝙ tenetur ordinadus prodere omnia crimina sua. Alia opinio est ꝙ non. Pro quo notandum, ꝙ aut ordinandus habet crimen, quod impedit ordinis executionem, etiã post peractam pœnitentiam tunc sit ista conclusio. Quod ordinandus tenetur reuelare, siue prodere crimen illud patet cõclusio: quia alias peccaret, permittendo se ordinare, ex quo crimine illo irretitus, ministrare non posset, Ad hoc de accu. c. inquisitionis. & de temp. ord. c. fi. Et ita potest intelligi tex. 8. q. 3. Artaldus. in fi. Pro ista conclusione dicit sic Arch. hic. Quicquid dicat Hug. & alij sententiam eius sequentes. Dicas secundum Innocen. ꝙ ordinandus non debet omnia sua crimina prodere, sed illa tantum, quæ ordinis executionem impediunt, & in ordinatione hoc specialiter instituitur hic propter periculum animæ. Et hoc ipse Innocentius notat in dicto cap. inquisitionis. Et ista in opinionem communiter sequuntur canonistæ. Si vero crimẽ non sit tale, quod impediat ordinis executionem post peractam pœnitentiam. Et tunc aut crimen est notorium, & tũc est conclusio secundum Innoc. ꝙ tenetur respondere, si interrogatur. Et ita potest intelligi tex. hic, quia loquitur de publico crimine, quia vix solennis pœnitentia potest esse occulta, licet Episcopus posset ignorare. Ad hoc facit optime infra. co. Si ille. Item est alia conclusio, ꝙ si ordinandus est diffamatus de aliquibus criminibus, & fuit interrogatu debet respõdere, an sit criminosus. Sic procedit 81. d. tãtis Daniel. Et ita potest intelligi prima pars gloss. vt dicit Io. de Fantuci. Si autem non est diffamatus, tunc est conclusio, ꝙ non tenetur se prodere, quia pœnitentia peracta poterit in ordine ministrare. extra de temp. ord. c. fi. Et ita procedit 2. op. glo. hic posita. Aut nõ est in crimine, sed habet defecti, ꝑ quẽ repellit ab ordinãdo, siue defectus inuisibilis, vt erat hic siue visibilis vt si esset corpore vitiatus, tũc est, cõclusio, ꝙ debet exprimere, & dicere. Patet de primo extra de ele. innotuit. De 2. ex. de corpore vitiatis. Ex. suisti. ¶ His habitis, dicẽdum est ad rationes factas in prin. Ad primam respondetur dupliciter. Primo, quod tex. non dicit criminosum, sed dicit pœnitentem. Et ita ratio non procedit. ¶ Secundo respondetur, ꝙ etiam si loquatur de criminoso, intelligendus est tex. de criminibus, aut defectibus, qui etiam post peractam pœnitentiam impediunt ordinis executionem. Ad aliud respondetur, ꝙ etiam non facit ad propositum, quia loquitur de pœnitente occulto, sicut in foro pœnitentiali, hic loquimur de eo, qui dispensationem petit, ad q̃ habendã est necess. vt crimen, siue defectum, qui eum impedit, pandat ei dispensare secum debet.

Primũ ar

Opponit contrariũ.

Prima conclusio

Archi.

Innocent.

Io. de Fan.

2 Ad secundum. Respondetur sic iuxta Io. de Fantu. † Aut interrogatus quis, si sit criminosus, sponte respondet, quod sic. Tunc est conclusio ꝙ sua responsio sibi præiudicat in hoc ad minus, de quo agitur. s. ad ordines suscipiendos. patet ex quo interrogat, voluntariæ respondit. Et ita intelligitur vno modo tex. de elect. per inquisitionem & e. ti. c. dudum 2. de confes. c. 2. & de accusa. inquisitionis. Et istud est dictum Compostellani in dicto c. dudum. & Arch. Hic aut interrogatus, dicit se nolle respondere. Tunc aut est interrogatus de crimine notorio. Tũc est conclusio, ꝙ talis compellitur respondere. Ar. de cohab. cle. & mu. vestra. Et ita potest alio modo intelligi. c. dudum 2. de elec. quia quasi impossibile est, ꝙ duas dignitates occulte retineat, vt prælatus Aut. crimen nõ est notorium, sed ille est diffamatus super crimine, super quo interrogatur

Respõdet. Io. de Fan.

Compostel.

interrogatur. Et tunc est conclusio, ꝙ etiam respondere, siue agatur per viam acquisitionis, siue exceptionis, vt à dignitate repellať. Et est ratio, quia, ex quo est diffamatus, debet se proprio iuramento purgare vna cum purgatorib. 2.q.5. presbyter & c. omnibus. Et istud est plus quam, si ab ipso solo veritas inquiratur. Si ergo purgatio, quæ est grauior sibi, potest indici, multo fortius, antequam sit indicta purgatio potest ab eo solo, ꝙ minus, & facilius est, sibi veritas extorqueri Ar. de deci. ex parte. & qui filij sint le. peruenerabilem. §.1. Item si dissimulatio criminis periculum inducit, vt hæresis, vel dilapidationis, in quibus periculū est, si occulta sint, extra de accu. qualiter & 22.q.1. si quis p capillum, vt not. specu. de pen. §.7. ver. 19. dicit tamen consequenter Io. de Fantu. ꝙ his casibus non cōpellitur præcise respondere, sed causatiue tantum, sicut nec præcise compellitur se purgare canonice, vnde, si noluerit respondere, punietur, tanquam conuictus, secundum, ꝙ qualitas negotij exigit, sicut dicimus de purgatione canonica. Ar. de iura. calum. c. fi. & de confessio. c.1. & 2. li.6. Si autem crimen esset occultum, nec esset diffamatus. Tunc est cōclusio, ꝙ respōdere non compellitur, nec iudex debet eum interrogare. de accu. qualiter. in fin. Et sic debet intelligi. de pæ. d.1. non tibi dico. & 2.q.1. si peccauerit, quia occulta non sunt publicanda, sed soli Deo relinquenda 6.q.1. si omnia. & cap. omnes. Aut positio non continet crimen, sed excommunicatonem, tunc aut sententia excommunicationis est lata à iure aut ab homine. Si a iure non tenetur respondere. de offi. dele. prudentiam. §. sexta. Et ratio est, quia sententia canonis semper ligat, & est iusta. Sententia vero hominis quandoque est in iusta, nec semper profertur pro crimine 11.q.3. c.2. & de senté. excom. à nobis, quia potest ipse lata sine iusta, & rationabili causa 11.q.3. §. si ergo. & quandoque nulla. de appellat. ad pœnitentiam, & de senten. excom. solet. li.6. secundum Arch. li.6.

Io. de Fant.

Respōdet. Io. de Fan.

Ad tertium. Respondetur distinguendo iuxta Io. de Fantu.
3 † aut consuetudo in hoc di
4 sponit, ꝙ solus Episcopus posset. Et tunc est conclusio, † ꝙ solus Eps posset dispensare, qa cū istud sit puræ iurisdictionis potest præscribi per Epm de consuetu. Non est lib.6. & hodie, quasi communiter hoc faciunt Episcopi sine suis capitulis, vt hic dicit Arc. & non glo. in c. cum eo. de elec. li. 6. Aut consuetudo nihil disponit, & tunc videtur conclu-
5 sio probabilis, † ꝙ episcopus non possit dispensare sine concilio capituli, vt hic voluit gl. ita dicens. Sicut. n. Episcopus non potest audire causam, nisi cum clericis, vt 15.q.7. episcopus. sic nec solus potest dispensare. Et hāc partem tenet etiam Arc. de fin. presby. c.1. li.6. prout notat Io. An. super glo. dicit c. dudum. Nec obstant secundum eum iura, quæ non faciunt mentionem, nisi de Episcopo, quia debet in illis suppleri, & de consilio c. quia, cum dispensare fit de maioribus negotijs 1.q.7. dediti. Episcopus maiora non exercet sine capitulo, de his quę fiunt à præla. qaanto nam licet concedatur episcopo alienare causa necessitatis, non tamē hoc facit sine capitulo 12.q.2. sine exceptione. Et tantum sit nunc dictum de tertio. Lege tex. ¶ [Ex pœnitentibus] publice, vel solenniter Hug. [bonus.] quo ad vitam [non ordinetur clericus] Sæpe. n. quis est bonus, & tamen non potest fieri clericus, vt infra e. illud & 16.q.1. legi. Causa tamen necessitatis potest ordinari. vt infra e. placuit, & hoc si ad secularia negocia eis vetita, non redeant, alias secus vt infra di. proxim. si quis post. secundum Hug. [Pęnitentem] glo. dicit, ꝙ ex hoc videtur, ꝙ ordinandus teneatur prodere crimen. Sed hoc non videtur verum, quia vt dicit Arch. & bene, tex. non dicit crimen, aut criminosum. sed pęnitentem, nec hoc probant capitula inducta, sed circa hoc, quid dicēdum sit in primo articulo notauimus. [potestate ordinandi]. i. ordinem conferendi, [priuetur.] Hug. [simili] secunda pars. [viduā,] cuius maritus mortuus est. Hu. [repudiatam] propter fornicationem, vel ob aliud Hug. [secundam] post primam, vel [secundam] 1. ab alio cognitam Hu. &c.

Ioā. Andr.

Exponit literam.

1 *Ordo quilibet aliquando dicitur sacer.*
2 *Bigamus potest esse Diaconus presbyter, & Episcopus.*
3 *Papa potest dispensare, cum bigamo, si inueniatur factus Episcopus.*
4 *Irregularis, licet non debeat promoueri: promotus tamen non deijcitur.*

Quicunque. Ad idem sequitur hoc secūdum c. quod est Siricij papæ, in quo habetur, ꝙ solenniter pęnitens, vel bigamus faciens se ordinari sine spe promotionis ad maiora, de misericordia tolerať in susceptis ordinibus. Breue est. Lege. ¶ [Quicunque pœnitē
1 tes] solenniter, vel publicè. Hu. ad sacram militiam. i. clericatum, † quilibet. n. ordo quandoque dicitur sacer. 6.q.1. in
2 fames & 28.q.1. nullus, vel dic ad sacros ordines. Et est Ar. † quod bigamus posset esse Diaconus, presbyter, & episcopus. Qualiter. n. remanerent in huiusmodi ordine, si eum
3 non recipissent, secundum Hu. qui credit, † ꝙ Papa potest dispensare cum bigamo, si inueniatur factus Episcopus pſbyter, vel Diaconus, quamuis hoc facere non deberet, vt ad ordinē illū promoueretur, de hoc s. d.21. lector, vnde dicebat Lau. ꝙ hoc est contra Nicolaum furiosum, qui scripsit bigamum non posse suscipere ordinem Diaconi, vel presbyteri, etiam si cum eo dispensaretur, Arch. [indebite] quasi dicat secus, si ex dispensatione. Hug. [Stabilitate]
4 hic haberi consueuit † quod licet irregularis non debeat pmoueri, tamen promotus non deijcitur, & sic conualescere potest electio in eo, qui vitiose est electus 1.q.1. præsentatus, secundum Arch. qui dicit ita notasse Vince. extra de renuntiatio. nisi. §. personæ.

Exponit literam.

Laurent.

1 *Corpus Christi dicitur benedictio pœnitentiæ.*

Si vero. Sequitur tertium c. ad idem ppositū, ꝙ est concilij Gerund. in quo iuxta veriorem sensum est ita conclusio. Quod qui ad extremū vitæ veniens ita vt iam viaticum susceperit, & forte crimine occulto, & prauo ex timore, aut magnitudine deuotionis promiserit, aut ex iniunctione sacerdotis, si conualesceret, subiret pœnitentiam publicam. Et iste conualescens voluerit subdere caput ad subeundum, onus publicæ pęnitentiæ, vt pote, quia non sibi debitam, dicit, ꝙ si tamen talibus vitijs, pro quibus regulariter pœnitentia publica ille non fuerit obnoxius, admittatur ad clerum iste casus est planus, & magis iudicio nostro textui conformis. Et est iuxta etiam Bar. Brix. & Arc. sententias Lege tex. ¶ [Is benedictionem:] † corpus Christi dicitur benedi-
1 ctio pœnitentiæ, quia dignus sacra communione consecutus est benedictionem diuinæ gratiæ, quæ est seruitus pœnitentiæ, vel communio dicitur benedictio pœnitentię, quia solum pœnitentibus datur 95. d. illud Hu. & Arch.

Exponit literam.

2 *Pœnitens solenniter non admittitur ad ordines quadruplici ratione.*
4 *Prohibiti promoueri in seculo, etiam in monasterio facti religiosi prohibentur.*

Si ille qui. Sequitur 4.c. ad idē propositū, & est Hormistæ papę. In quo dicitur, ꝙ quemadmodum solenniter pœnitens non debet promoueri, sic nec ille, qui ad agendam pœnitentiam mittitur in monasteriū. Et potest diuidi in tres partes. In 1. ponit de publice pœnitente. In 2. de pœnitente in monasterio. In 3. remouet quoddam obstaculum. Secunda ibi. Ille vero tertia ibi: Nemo. Pro pleniori intelligen. huius c. & multorum aliorum quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum conuenienter publice pœnitens arceatur ab ordinibus suscipiendis.
3 ¶ Secundum est, vtrum conuenienter pœnitentiam agens in monasterio impediatur ad sacerdotium promoueri.

Primū ar.

1 **Ad primum.** Proceditur sic. † Et videtur, ꝙ non conuenienter publicæ, siue solenniter pœnitens arceatur ab ordinibus suscipiēdis. Pœnitentia omnes defectus reuocat ad perfectū, vt dicit Amb. ergo videtur, ꝙ pœnitentia solennis, vel publica non debeat pœnitentia solennis, vel publica non debeat pœnitentem impedire, ne ad clericatū pmoueať, si laicus est, aut ad superiorem ordinem ascendere, si clericus est. Consequentia videtur bona. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti ca. & multis alijs. ¶ Respondet. dicendum, ꝙ conuenienter solenniter pœnitens arcetur ob ordinibus suscipiēdis, imo episcopus talē ordinans, potestate ordinandi priuatur, vt supra e. in c. ex pœnitētibus, nisi forte necessitas ecclesiæ exposcat, aut consuetudo,

Opponit & Respon.


consuetudo,tunc.n.dispensatiue recipitur ad minores ordines,non aũt ad sacros ordines.†Et hoc quadruplici ratio
2 ne secundum Raymundum:Prima est ordinis excellentia, Raymund.
quia non sunt digni suscipere ordines,qui dudum fuerunt vasa vitiorum d.1.illud.¶Secunda est timor habẽdi ex cõsuetudine pristina surgens,d.61.In sacerdotibus, in fine. ¶Tertia est propter scandalum populi vitandum.Cum.n. talis pœnitentia non imponitur,nisi pro crimine publico, & vlgatissimo,quod totam comouerit vrbem.26.q.6.c.vlt. non posset sine magno scandalo ministrare d.50.de his vero.¶Quarta,quia non habet frontẽ reprehendẽdi alios, ꝙ maiora publica commisit.25.d.primum & 43.d.§.1.idem S.Thom.in 4.d.14.¶Ad rationem in contrarium respondetur iuxta eundem sanctum Tho.negando consequentiã. (Ad arg. S. Thom. Sent.d.14. q.1.arg.5. ad tertiv.)
Et ratio est, quia quamuis pœnitentia reuocet oẽs defect⁹ restituendo in pristinam gratiam, non tamen restituit in pristinam dignitatem.Et ideo mulieres post peractam pœnitentiam de fornicatione non valeantur,qui dignitatem, virginitatis non recuperant.Et similiter post publicam pœnitentiam peccator non redit ad hanc dignitatem ad clericatum assumi.

3 **Ad secundum.** Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ inconuenienter agens pœnitentiam in monasterio arceatur à sacerdotio suscipiendo. Primo,quia videmus cõtrarium,quoniam pœnitentiam agentes in monasterio promouentur, & pro maioritate perfectionis status eorum citius promouentur. ¶Secundo sic. 2.q.1.In primis habetur,qualiter quidam Episcopi missi in monasterium ad agendam pœnitentiam post sex menses restituuntur ordini suo.¶In oppositum est text.præsentis. c.¶Respondet dicendum,ꝙ conuenienter,qui pro delicto aliquo coguntur agere pœnitentiam perpetuo in aliquo monasterio,arcentur à sacerdotio ista conclusio probatur quoniam talis,& solenniter pœnitens habent ad inuicem magnam similitudinem in discretione,& abstinentia,& separatione à conuersatione aliorum.Et ideo pari pœna plectuntur. ¶ Ad rationes in oppositum patet responsio. Ad primum respondetur,ꝙ hoc c.non se extendit ad omnem pœnitentem in monasterijs,sed ad illum solum,qui pro dilecto aliquo inuitus traditur in monasterio perpetuo acturus pœnitentiam. ¶ Ad secundam respondetur, vt respondet glo. ꝙ illi Episcopi erant missi ad tempus in monasterium non perpetuo.Hic autem loquitur de eo, qui perpetuo mansurus intruditur in monasterium,&c.Lege.¶[Si ille pœnitentiam.]publicam,& solennem Hu.[perfecte]vnde videtur,ꝙ ob hoc deberi impedit,cũ ita perfecte pœnituerit Hu.[nõ põt].i.non debet pœnitentiã solennem.[deijciatur.]quia tempore ordinationis non prodit se esse pœnitentem,vt supra c.ex pœnitentibus Hug.[ille ergo]2.pars. [inuictus]pro aliqua iusta causa defensionis,aliter ,n.inuitus,intromissus ibi manere non cogitur vt 20.q.1.sicut. [quam pœnitens] solenniter per quandam similitudinem,vt dictum est 33.quæst.2.[admonere conscientia.]Ar
(Primũ ar / Secũdũ ar. / Opponit & Respo. / Ad primũ arg. / Ad secũdũ / Exponit litera.)


4 gu.†ꝙ qui in seculo prohibentur promoueri etiam in monasterio facti religiosi prohibentur.Ar.d.55.priscis.& 16. q.1.lædi Hu.[nemo]3.pars.[periculosum]& certe temerarium,& periculosum est contra diffinitionem apostolicæ sedis velle ire.[vel 318.]per hoc intelligitur Nicæna synodus,in qua fuerunt tot episcopi d.15.cap.1.Hug.hoc.n. duræ ceruicis est, & restituitur . Spiritui sancto Act.octauo quia ibi tot congregati sunt in nomine Domini ipse in medio eorum fuisse nõ dubitatur,eo testante, qui,ait Mat.18. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo,in medio eorum sum,qui non permittet eos errare in fide . Vnde his contradicere est periculosum in fide,præcipue.Sede Apostolica approbante, vt scribit Hieronymus ad Damasum Papam trigesimo quarto,quæstio prima hęc est fides, & cætera[in quibus]id est per quos Spiritum sanctum credimus loquutum supra eo.si quis Diaconus Hug. dum .n. sancti patres circa veritatem maxime fidei , & morum adunantur, certum est, quod non ipsi loquuntur, sed Spiritus sanctus in eis . Sic in Apostolis dominus toti ecclesiæ maxime prælatis promisit Mat.decimo.Non estis vos, qui loquimini, sed Spiritus sanctus, qui loquitur in vobis, & Ioan.decimo quinto Spiritus sanctus, qui à patre procedit docebit vos omnem veritatem. Hac enim fide constantia,dum de fide,& legalium cessatione Paulus,& Barnabas Petrum, & Iacobũ expeteret, Petrus secure ait. Visum est nobis,& Spiritui sancto,ita nos docenti. Actuũ 15.
(Hiero. in epistol. ad Dam.P.de oblation. Alanus.)

1 *Episcopi,an valeant dispensare in his quæ tanguntur in hoc capitulo.*


On confidat. Sequitur quintum ca. ad idem,quod est Gelasij Papæ.In quo dicitur,ꝙ non licet Episcopos suscipere ad ordines bigamos,aut solenniter pœnitentes aut illiteratos,aut corpore vitiatos,aut conditionarios,aut extra tempora à canonibus instituta promotos.Breue est,non diuiditur. Lege.¶[Non confidat.Coniugia].i.coniuges post pœnitẽtiam solennem Hug.[sine literis].i.omnino illiteratos, sic 34.d.præcipimus & 35.c.1.vbi de hoc Arc.[Corpore vitiatos]enormiter.Hug.d.55.c.vlt.[Conditionarios].i.aliqua conditione seruitio dominorum, vel aliorũ subiectos, de his omnibus habetur supra dis.36.illiteratos.& d.prox. sequenti,fere per totum. & d.55.c.1.2.& 3.[discussos].i. probatos,& examinatos.[Congruentis]à canonibus statuti 77. d.in singulis,vbi inuit, ꝙ interualũ debeat esse inter ordinẽ & ordinẽ[passim].i.distincte,& indifferẽter.[Applicare diuinis].i. Ecclesiasticis, Sed hic ꝓ pleniori intelligẽtia capitu. (Exponit literam.)
1 quæritur.†Vtrum Episcopi valeant dispensare in his, qui tanguntur in hoc c.Et videtur,ꝙ sic. Primo,quia Episcopi, possunt dispensare in criminibus,vt supra e.d.præsbyter & c.si quis.& extra de iudic.at si clerici. ¶ Secundo nos videmus omni die illiteratos promoueri,& etiam non seruatis interstitijs temporum,ꝙ nõ facerent nisi haberent potestatem dispensãdi in huiusmodi casibus.¶In oppositum videtur tex.præsentis c.vbi ait papa .Non confidat quisquam pontificum,fas,&c.¶Respondet dicendum iuxta Hug. & Arch.ꝙ conuenienter dicitur in litera præsenti,ꝙ Episcopi non possint dispensare in huiusmodi.Ista conclusio patet hic,& de re iu.li.6.c.1.¶Ad rationes in oppositum.Ad primam respondetur negando consequentiam,& ratio est quia non est simile de criminibus,& de huiusmodi defectibus,quoniam crimina per pœnitentiam delentur,irregularitas autem non.Et ideo potius Episcopus potest dispensare in criminibus,quã in huiusmodi irregularitatibus. Præterea ibi fit dispensatio,vt plurimum in iam recepto ordine hic vero in promouendo.Multa.n.impediunt promouendum,quæ non deijciunt iam promotum . secundum. Hu.¶ Ad secundam respondetur dicitur.n.secundum Hu. quod in his soli papæ dispensatio iure conuenit.Quod vero Episcopi ordinent illiteratos pœnitus, & non seruatis, interstitijs temporum videntur excusare, quia papa videt scit,& tolerat.Sed,vt dicit Arch.hic hodie hoc non habet locum in promotione illiteratorũ,quia cũ Episcopi tales illiteratos ordinantes puniantur, quia à colatione censuræ per vnum annum lib.1.Tit.9.sunt suspensi,vt in ca. nullus. de temp.ord.li.6.non videtur excusari propter talem consuetudinem.
(Quæstio. Primũ ar. / Secũda ar. / Opponit & respond. / Ad primũ argumen. / Ad secũdũ)


Anones. Sequitur 6.c.ad idem,quod est Innocen.papæ.In quo habetur ꝙ publice, & solenniter pœnitentes excludũtur etiam à minoribus ordinibus. Breue est, & planum.Lege.¶[Excludunt]nisi dispensatiue admittãtur ad minores causa vtilitatis, vel necessitatis vt infra e.placuit. (Exponit literam.)

Hoc non de quibuslibet. In hoc §.ponitur vna solutio Magistri ad capitula dicentia, publice pœnitentes non promouendos.Alia solutio ponitur infra e.§.potest.[Accipiunt,]quod non debet fieri,vt de pœn.di.5. Contrarium de his. Et intelligitur hoc de pœnitentibus solenniter Hu. & Archidiaconus.


I quis post. Sequitur 7.c.ad idem propositum,ꝙ est Innocentij papæ In quo habetur,ꝙ non est ad ordines promouendus,qui post publicam pœnitentiam militiam secularem assumit.Breue est Lege.¶[Post remissionem]i. post pœnitentiam solennem,qua fit remissio peccatorum 1.quæstio.7.si quis omnem Hu.[vel]id est,[post Baptisma,] per ꝙ remittuntur peccata.de conse.d.4.c.2.Et ita loquitur c.si quis post infra d.proxi.secundum Io.de Fantu.Sed secũdum istam vltimam expositionem non facit hoc c. ad propositum Gratiani secundum Hu.& Arch.vnde verior videtur prima expositio,maxime cum Gratia. loquatur hic de (Expouit literam.)

publica

publica pœnitentia, & ponitur vt dicit Lau. & Hu. consequens pro antecedenti, sicut è conuerso fit. 26.q.1.quæ epi scop [Militia.] idem est de quolibet officio seculari. Sed militia, & repugnatio præsertim solent inhiberi pœnitenti bus, vt de pœn. dis. 5. contrarium Hug. [habuit] supple maxime. Bern. & Arch.

2 *Pœnitentiæ triplex est species scilicet Solemnis; Publica, priuata.*

3 *Pœnitentia solemnis, quæ dicatur.*

Quæ publica nu 4.

Quæ priuata nu 5.



Potest & aliter. Hic incipit alia solutio Et est melior secundũ Hug. & Arch. Pro intellectu pleniori huius. §. & capituli se. quæruntur duo.

1 ¶ Primum est, vtrum debeat aliqua pænitẽtia plublicari, siue solemnizari.

6 ¶ Secundum est vtrum talis pœnitentia solennis, si detur, reiterari possit.

Primũ ar 1 Ad primum Sic pro proceditur. † Et videtur, qđ nulla pœnitẽtia debeat solennizari Primo sic. Non licet sacerdoti etiam metu peccatum alicu ius confiteri, quantumcunque publicum, sed per pœnitentiam solennem publicatur peccatum, ergo non debet pœnitentia aliqua solennizari. ¶ Secundo sic, Iudicium debet esse secundum conditionem fori, sed pænitentia est quoddam iudicium, ꝙ in foro occulto agitur, ergo nõ debet publicari, siue solennizari. ¶ In oppositum est tex. præsentis literæ, & omnium capitulorum, huius sextæ partis huius distin. in cuius quolibet c. fit mentio de pœnitentia solenni, & publica. ¶ Respondeo dicẽdum. † ꝙ triplex species pœnitentiæ, solet distingui iuxta Doct. tam Theologos, quam Iuristas. s. solennis, publica, & Priuata. † Solennis dicitur illa, quæ inchoatur in cap. 40. secũdum ritum, & formam de qua infra. e. c. in c. quam debet imponere Episcopus cũ pſbyteris, qui modum culpæ nouerũt, & non est imponẽda, nisi pro crimine, ꝙ totam commouet vrbem, vt 26.q.6.ca. vlt. Hæc autem pænitentia non est iteranda, & multa alia cõueniunt sibi de quibus infra dicetur. † Publica autem pœnitentia dicitur dupliciter. Vno modo pœnitentia, qua aliqs publicæ facit in signis publicis pœnitentiæ, licet non ita solennibus. Alio modo dicit pẽnitẽtia publica quælibet, quæ fit in facie ecclesiæ sicut cum iniungitur, peregrinatio per mundum cum baculo cubitali, vel processionis in camisis Hanc autem, vt dicunt potest quilibet Sacerdos iniungere parochiano, quia non inuenitur contrarium nisi forte aliter sit de consuetudine illius Ecclesiæ. Et ista est communis opinio, vt dicit Host. † Priuata, vero pẽnitentia dicitur, quam quisque facit, cum confitetur suo sacerdoti peccata, & recipit ab eo modum taxatum satisfaciendi. ¶ His habitis, sit ista conclusio. Conuenienter ponitur in ecclesia aliqua pœnitentia publica, siue solennis, quę conclusio proba tur sic iuxta sanctum Th. in 4. d. 14. Primo vt peccatum publicam habeat pœnitentiam, Medicina debet respondere morbo, sed peccatum quandoque est publicum, quod multos ad exemplum peccandi trahit, ergo & pœnitentia, quæ est medicina eius debe esse solẽnis, & publica, qa multi edificantur. ¶ Secundo, quia maxima confusione etiam dignus est in hoc mundo, quia grauissimum scelus commisit. ¶ Tertio, vt si alijs ad terrorem. Hanc etiam rationem assignat dominus Bonauentura. ¶ Quarto, vt sit alijs exemplum pœnitendi. ¶ Quinto ne desperent, qui in grauibus peccatis detinentur, & spes, veniæ auferatur. ¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur negãdo cõsequentiam, & rõ est sanctum Thom. quia Sacerdos non reuelat confessionem talem, pœnitentiam iniungendo, quamuis suspitio oriatur illum aliquod enorme peccatum commisisse. Non. n. culpa pro certo scitur ex pena, quandoque aliquis pœnitentiam pro alio facit, sicut legitur in vitis patrũ de quodam, qui, vt socium suum ad pœnitentiam prouocaret, ipse cum eo pœnitentiam egit, si autem sic peccatum publicum, ipse pœnitens exequendo pœnitentiam confessionem à se factam manifestat. ¶ Ad secũdam respondetur negando consequentiam. Et ratio est, qa, sicut dicit S. Tho. pœnitentia solennis, quantum ad iniunctionem nõ exit forum occultum, quia sicut occulte quis confitetur, ita occulte pœnitentia eis iniungitur. Executio aũt bene exit forum occultum, & hoc non est inconueniẽs.

Secũda ar.

Opdouit i contrariũ

Hostien.

S. Tho ma. 4 sent di. 14. quæſ 1. ar. 5.

Ad primũ

Bonauen.

Ad primũ. S. Thoma.

Ad secũdũ S. thoma.

6 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur ꝙ pẽnitentia solennis iterari possit. Primo sic. Sacramenta, quæ characterem non imprimunt. cum sua solennitate iterãtur, vt Eucharistia, & extrema vnctio, & huiusmodi, sed pẽnitentia non inprimit characterẽ, ergo cum sua solennitate potest iterari. ¶ Secundo sic: Pẽnitentia solennizatur propter grauitatem, & manifestationem peccati, sed post peractam pẽnitentiam contingit illa peccata committere, vel similia aut grauiora: ergo solennis pẽnitentia iterum debet exhiberi. ¶ In oppositum est tex. præsentis capitu. ¶ Respondet dicendum, ꝙ pœnitentia solennis iterari non debet regularitet. Ista conclusio ostenditur rationabilis ex tribus iuxta sanctum Tho. in 4. d. 18. & Dominum Durandum. Primo, ne ex reiteratione, vilescat, & minus timeatur, & per consequens peccata, pro quibus imponitur facilius perpetrentur. Et ista ratio tangitur in litera ab Ambrosio, & Augusᵗ. in se. ca. Secundo propter significationem. Significat. n. eiectionem primi hominis de Paradiso, quæ semel tantum facta est. Tertio propter solennitatem, solennitas. n. est, quasi quædam professio, ꝙ pẽnitentia perpetuo debet obseruari. Et ideo iteratio solennitati resistit. Si tñ post modũ peccauerit. nõ clauditur ei locus pẽnitentiæ sed pnĩa solennis iterũ nõ est iniungenda. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur negando consequentiam. Et est ratio iuxta sanctum Tho. & durandum, quia, ꝙ non iteratur, non est propter characterem, cum ipsum nõ imprimat, sed propter solennitatem, & licet in alijs sacramentis, in quibus solennitas iteratur, iteratio non repugnet solennitati, hic tamen sic, vnde non est simile. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, & ratio est secundum sanctum Thom. quia quamuis ratione criminis deberetur sibi eadem pẽnitentia, tamen solẽnis iteratio non competit propter causas dictas. Lege. [Quæ semel in ecclesia conceditur] quia, sicut dictum est, non est imponenda, nisi semel de lege communi ad duos, vel tres annos, vel minus, sicut Ambrosius, imposuit Imperatori, tamen si consuetudo habeat, quod iteretur, illa excusat, quia, quando mos erat crimen non erat, vt dicit Petrus de palude in 4. distinc. 14. simili modo dicit Hu. hic, & Io. in gl. ꝙ in quibusdam Ecclesijs iteratur [vnum] .i. in iterabile, vel in fine illius collatum, & consecratum [vnum] .i. æquale æqualens vnius, & eiusdem efficaciæ, à quocunque confertur, nisi malitia suscipientis, vel aliud impediat, vt de conse. d. 4. si sicut. [vnica] .i. iterabilis. [est] .i. debet esse. [non est secundus pẽnitentiæ]. s. solennis [pẽnitentiam agendam] solẽnem. [qui luxuriantur in Christo] .i. in his, quæ Christi sunt, vtpote, qui immunde tractãt & suscipiunt sacramenta Christi. [vere] .i. perseueranter, & charitatiue pẽnitentiam solemnem, nunquam iterandum putarent, vbi non est mos, vel quo ad se, quia ea non indigerent, debet. n. vere pẽnitens exhibere se talem, ꝙ non indigeat penitentia tali Hu.

Primũ ar

Secũdũ ar. Opponit & Respon

S. Thoma. ar. 5. q. n Ad secũdu Durandu.

Ad primũ argumen. S. Thoma. Durandus.

Ad secũdũ

Exponit literam.

P. de palude



Quamuis Sequitur octauum c. ad idem. est beati August. vbi dicit, quod quamuis pẽnitentia solennis semel concedatur pænitentia tamen secreta, seu priuata indigentibus non negatur Leg. ¶ [Pẽnitentiæ solennis humillimæ] .i. quæ cum omni humilitate agi debet Hug. [vilis.] paruipenderit, si sæpe repe eretur. [tamẽ quotidie] peccantibus, de pę. d. 3. ad huc instant. [per pænitentiã priuatam secretam, vel alias publicam non solennem hęc sæpe, & sæpius, imo semper post iterari. Nam quacunque hora, & cętera Ezechielis vigesimo octauo & vigesimo sexto q. 6. si presbyter.

Exponit literam.

1 *Pẽnitentię solennis impositio spectat so'um ad episcopum.*


Et an possit ab alio imponi, absente episcopo nu 4.

2 *Episcopus an possit committere, vt alius inferior eo imponat pænitentiam solennem.*

3 *Pænitentia solennis, & pubilca qualiter differant.*

5 *Pẽntens solenniter debet commam deponere.*

6 *Pœni tentia solennis, an possit imponi alicuiinupto.*



Poenitentes. Sequitur nonum ca. ad idem ex concilio Agathen. In quo datur doctrina, quo modo pẽnitentia solennis est imponenda.

imponēda.Circa ꝙ ponit tria.Primo quo est imponēda,qa .i.ab Episcopo.Secundo qualiter,quia debent mutare vestimenta.Tertio,quibus imponenda est,quia non iuuenibus,sed potentibus supportare onus huiusmodi pœnitentæ 2.ibi,si autem 3.ibi:iuuenibus.Lege.¶[A sacerdote].i.Epi-
1 scopo,†ad quem solum spectat solēnis pęnitentiæ impositio,vt hic,& in proximo c.Ad eum quoque spectat solenni pœnitentium reconciliatio,nisi in necessitate.26.q.6.c.1.&
2 vlt.Hug. in gloss.¶Sed quæritur.†An possit cōmittere Eps vt alius inferior eo,imponat.secundum Gul.durandum in speculo,vt deducit dominus Petrus de palude in 4. dist.24. Non potest.Cuius ratio erat,quia quæ sunt ordinis,siue dignitatis Episcopalis,non potest committere non habenti,eundem ordinem,aut dignitatem extra de conse.Eccl. vel al.c.aqua.Sed contrarium tenet consuetudo,quæ in talibus positiuis,quæ non sunt de iure diuino,seruanda est, vnde Pęnitentiarij Episcoporum, ipsis absentibus,ipsam imponunt,similiter solennis reconciliatio eius pertinet ad Epi-
3 scopum,quia ad eūdem pertinet soluere,& ligare.†In hoc autem differt pœnitentia solennis à publica,quia illam potest iniungi à quolibet Sacerdote.Hæc Petrus de palude.
4 Huius opinionis est Hug.hic,vbi quærit.¶†Sed nūquid potest imponi ab alio,vel Archipresbytero , vel decano , vel consimili persona,absente Episcopo.Respondet, non credo cum tanta solennitate potest quidem imponi , sed non ita solenniter , sicut nec solennis reconciliatio fit absente Episcopo . Si tamen episcopus Præsens , vel absens præciperet alicui presbytero,vt suppleret vicem suam,& impositionem solennis pœnitentiæ , & reconciliationem, posset fieri per presbyterū . Hæc ille.[si autem comas]2.pars[abiiciatur.]ab ecclesia,vel ab impositione talis pœnitentiæ.Hu. †debet ergo solenniter pœnitens comam deponere,quam-
5 uis male obseruetur,quandoque propter negligentiā Episcoporum Ar.hic,& de consec.d.5.dictum , vbi dicitur , ꝙ debet esse in habitu clericali,ꝙ de tonsura,& non de vestibus intelligitur.Mulier autem,cui imponitur solennis pœnitentia,quia etiam fœminis,sicut viris potest imponi, vt 33.q.2.de his non deponit comam , quia eam habet in signum subiectionis,vt supra d.30.c.2.Hug.[Iuuenibus]. 3. pars forte non posset tantā asperitatē sustinere, præsertim, cum soléniter pœnitentibus interdicatur Matrimonium vt 33.q.2.de his Hu.idē dicit gl. & Hu. dicendū esse de decrepitis,quia ætatis ratio habenda est in pœnitentia vt 36. q.7.tempora & c.hoc fit[viaticum tamen omnibus].s.pœnitentibus,quia de istis agitur,hæc.n.communio nulli pęnitenti in morte est neganda,ne sine eo,qui est panis vitæ. Io.6.Christianus moriatur.Circa principium huius c. vbi dicitur.[petunt.]innuitur,ꝙ homines petunt hanc pœnitē-
6 tiam solennem.¶†Quæritur vtrum potest imponi alicui inuito.Respondetur iuxta Hu.ꝙ si crimen est occultum,non potest imponi,nisi volenti,& pœnitenti,si crimen est magnum,& publicum , & mouet scandalum , potest imponi inuito.Et ad eam debet cogi etiam per excommunicationem , si sponte non vult eam subire.

Exponit litera. — Quæstio. — Guil. durandi. — Petrus de palude. — respōdet. — Quæstio. — Quæstio. — Respōdet.

1 *Pęnitentia solennis,an possit imponi in alio tempore quam in quadragesima.*
2 *Decanus,& Archipresbyter in idem sunt.*
3 *Aqua benedicta fit purgatio & remissio peccatorum, saltem venialium.*



N capite. Sequitur ad eandem materiā 10.c.ꝙ est ex eodē.Cōcilio Agathe.In quo de ritu,& forma solennis pœnitentię agitur . Et diuidi potest in tres partes.In prima ostenditur quo tempore,& à quo talis pœnitentia sit iniungenda.In 2.quibus præsentantibus.s.proprijs Prælatis præsentātur Episcopo.In 3.de forma ipsius solennis pœnitentiæ. 2. ibi:Ibi autem adesse 3.ibi.Post hæc.Plenę autem describitur in litera forma solennis pœnitentiæ,vnde non est aliud faciendum,nisi,ꝙ legitur litera.Lege:¶[In cap.40.] Circa
1 hanc partem,quæritur.†Vtrum alio tempore,quam in ca. 40.possit in poni pęnitentia solennis.Et videtur,ꝙ sic: Primo ex illo Eze.28.in quacunque hora ingemuerit, seu conuersus fuerit,&c. Ergo eadem hora potest iniungi pœnitētia,qua conuersus est.¶Secundo ex c.quamuis supra e.dis. vbi dicitur,ꝙ pœnitentia nunquam est cogenda . ¶ Tertio arguitur.sic.Oī tpe,quando petitur,debet dari pœnitentia ista,sed potest peti alio tempore,quam in capite 40. ergo potest dari alio etiam tempore.¶In oppositum est te.præsentis ca.in quo cum à iure sit determinatum tempus, videtur ꝙ non possit dari alio tempore secundum Hu.& Arch. ¶Ad duas primas rōnes respondetur,ꝙ loquuntur de priuata pœnitentia,quæ in secreto imponitur à confessore ꝓprio,quæ omni tempore potest dari hic autem fit sermo de solenni.¶Ad tertiam respondetur iuxta Hu. ꝙ si petatur alio tēpore,potest imponi pœnitentia à Sacerdote suo. Expectatur tamē caput 40.vt imponatur ei ab Episcopo pęnitentia solennis.i.adhibeatur hæc solennitas, quę hic describitur . Et hoc innuitur per hoc, quod dicit [accipiunt, vel acceperunt]vnde licet alio tempore potest imponi pęnitentia à sacerdote.i.de crimine,vnde quis debet pęnitere pnīa tn̄ cū hac,vel illa solēnitate pōt imponi alio tpe Hug. [suscipiūt]vel suscipere volūt, vel [susceperūt suscipere ꝓposuerūt Epo.vel Archiepiscopo,vel alicui maiori,qui in suppleat locum Episcopi, si episcopus ei mādauerit specialiter.Hu.[sacco].i.vili , & grosso,sacceo panno.Hic.n. ponitur pro quolibet vili , & aspero habitu,& Adam erat indutus veste pellicea,quando eiectus fuit,de pę.d.1.Adam secundum Lau.& Ar.ꝙ de alia veste,quam de sacco,cum tn̄ sit vilis, & aspera potest pęnitens indui ipso habitu[& vultu protestantes se esse reos].i.obnoxios,vel pœnitentes in-
2 terius.Hu.[ibi autem]2.pars.deca.i.[Archipresbyteri.]†ex hac expositione videtur, ꝙ idem sit Decanus & Archipresbyter,contra infra d.60.c.1.vbi distinguit inter Decanū,& Archipresbyterū.Respondetur,ꝙ forte ly aut sub disiunctione tenetur.i.vel Secundo respōdetur,ꝙ ibi decanus dr̄ Episcopalis Ecclesiæ,qui alius est ab Archipresbytero.Hic autem Dicani dicuntur rurales,vt dicit gl.& Hu.[Modū].s. qualitatem,& quantitatem.Hu.[Gradus pęnitētiæ.]vt primo asperius,& postea leuius pęniteat,& magis prout profecerunt in pęnitentia,vt 33.q.2.admonere.& ca.latorem. Hu.[Præfator]In superiori parte huius c.[Iniūgere.]¶Sed nunquid episcopus debet imponere pęnitentiam,quomodo dicit hic,ꝙ presbyteri eorum.Respondetur iuxta Hu. ꝙ solennitas mittendi in ecclesiam,& eijciendi, & faciendi alia,quæ sequuntur ad Episcopum pertinet,sed presbyter,vel Archipresbyter suus debet ei iniungere satisfactionem.s.modum ieiunandi,& peregrinandi,& alia bene operandi,ꝙ tamen secundum consilium,& conscientiam Episcopi debet esse præsertim si enorme est delictū cū illa crimis de pę.d.1.defleat.[Benedictam aqua].†fit purgatio, & remissio peccatorum saltem venialium,vt de conse.d.3. aquam & d.10.nequaquam Hu.& gl.[Quod sicut]esse qd significat talis pęnitentia.[Proiectus est]Ge.3.Ministris. i. hostiarijs.ad quorum officium pertinet vt d.21.cleros , & 35.d.per lectis.[In sacra autem dominica cena]tūc.n. reconciliantur pęnitentes,& in ecclesiam introducuntur in signum,ꝙ illa die per efficaciam corporis domini ad gratiam fideles reducuntur.[Representētur].s.ipsi pęnitētes, scilicet tali die dominicæ cæne omni anno mittantur in ecclesiam,& stent in ecclesia,& non communicent alijs in eucharistia,vel in osculo,& sic sint vsque ad octauam Pasche. Postea exeant de ecclesia,& sint extra vsque ad talem diem sequentis,anni , & hoc faciendum est omni anno pænitentiæ , quousque interdictus est ei generalis introitus in ecc.

Diuisio. — Quæstio. — Exponit literam. — Primū ar. — Secūda ar. — Tertiū ar. — Opponit contrariū respōdet. — Ad primū & secundū argumēn. — Ad tertiū — Laurent. — Quæstio — respōdet.

Hanc autem.

In hoc.§. magister Gratianus ponit,ꝙ hæc pænitentia solennis nō imponitur clericis,imo illi,quibus quandoque imposita fuit,ad clerum assumi prohibentur , ad quod inducit sequen.capitulo.

1 *Pęnitentia publica,an possit,siue debeat imponi clerico.*
2 *Pænitentia clericorum non iniungitur per manus impositionem.*
3 *Rebaptizatus,an possit promoueri.*



Onfirmandum est. Sequitur ca. ad confirmationem eius, quod dictum est,ꝙ clericis non est imponenda pænitentia solennis.Et est capitulū ex Concilio Charthagineum, quod diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ dictū est.in 2.quod rebaptizatus non ordinetur in clericum 2. ibi:Nec vnquam.¶ Pro pleniori intelligeutia huius c.quæritur.

Diuisio. — Primū ar

1 ritur.†Vtrum pœnitētia publica imponi possit, siue debeat clerico, & probatur ꝙ sic. Primo sic. Pœnitentia solẽnis imponitur propter grauitatem delicti. Sed idem delictũ grauius est in clerico, quam in laico, ergo magis debet imponi clerico, quam laico. ¶ Secundo arguitur ex ca. sacerdos de pę. d. 6. vbi dr̃. Quod sacerdos, qui reuelare peccata pœnitentis pſumpserit, omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinando peragat, sed hoc est solenniter pœnitere. ¶ Tertio arguitur ex c. presbyterum supra d. 18. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. Responsio dicendum, ꝙ clericis solennis pnĩa non est imponẽda. Et ratio est, propter .s. scandalum vitandum, ne .s. scandalizentur subditi, si tales deberent eis ministrare, & sic contemnerent eos, & officium eorum, vt d. 82. presbyter. & d. 61. in sacerdotibus & supra ea. de his vero. Ista ratio est Hu. & S. Tho. in 4. ¶ Secũda ratio est propter reuerentiam ordinis. Et hanc assignat dominus Bonauentura in 4. d. 14. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur negando consequentiam, & ratio est, iuxta S. Tho. in 4. ꝙ licet clericus in eodem genere peccati plus peccet, quàm laicus, tamen non iniungitur ei pnĩa solennis, ne ordo veniat in contemptum. vnde non defertur personæ, sed ordini. ¶ Ad secundam, & tertiam respondetur, ꝙ illa pœnitentia non est solennis, licet sit publica. Omnis .n. pnĩa solennis est publica, sed non ecõuerso. Vnde proprie illa est solẽnis, quæ cum prædicta solennitate in c. 40. imponitur ab episcopo. Alia vero quantũcunque sit aspera, & publica, vel diuturna, non est solennis & talis potest imponi sacerdoti, vt dicit S. Tho. vbi supra & hic dicit gl. & Hu. vnde sacerdos pęnitens potest ad tps, vel in perpetuum peregrinari cum habitu, & eis, quæ fuerunt solenniter pœnitẽtes vt 30. q. 1. si quis sacerdos. & in c. inductis arguendo. Lege. ¶ [Confirmandum]. i. firmiter statuẽdum. [Presbyteri, vel diaconi]. gratia exẽpli dicit, qm̃ idem est, de quo licet alio clerico. Hug. [non eis manus tãquam] quia semper solenniter pœnitentes, & quia clericis solen-
2 nis pęnitentia non est imponenda. †Ideo pœnitentia clericorum non iniungitur per manus impositionem. [Laicis imponatur solenniter, nec vnquam rebaptizati.] 2. pars. s. scienter. Vbi nota ꝙ rebaptizatur quis aut ignoranter, vel scienter. Item si scienter, aut spõtaneus, aut coactus. Et hoc aut coactione absoluta, aut conditionali. Si ergo ignoranter, vel scienter, sed coactus coactione absoluta ex dispen-
3 satione potest†promoueri. vt de conse. d. 4. cos. [ad clericatum] infra de conse. d. 5. dictum. Contra. Ibi dicitur, ꝙ rebaptizati semper debent esse in pœnitentia, & habitu clericali. Sed illud intelligitur, quo ad tonsuram, & vestem, & non quo ad ordines, secundum Hu. & Arch.

Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit & Respo. — Ad primũ — Ad secũdũ & tertium — S. Thoma. 4. sen. q. 1. argum. — Ad primũ. P. de palude

1 *Laici post pœnitentiam solennem non sunt ad ordines admittendi.*



Llud. Sequitur ad idem hoc c. ꝙ est syricij Papæ. In quo dicit, ꝙ sicut publica solennis pnĩa non est imponenda clericis, † ita laici post pnĩam solennem non sunt ad ordines admittendi. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit de laicis, ꝙ dictũ est In 2. assignat rationem. Secũda ibi: Sane quamuis. Lege te. [Par]. i. æquum, & iustum. [pęnitentiam] solennẽ Hu. [Post pœnitentiam] solennem non liceat d. 33. maritum Hu. [nulla] infra d. 61. [Instrumenta]. i. vtensilia, & vasa, in quibus sacramenta conficiuntur, & congeruntur. Vel [instrumenta] .i. dignitates, ordines, vel officium, quibus gerimus, & ministramus sacramenta. Et hæc causa generalis est ad quemlibet criminosum post baptismum, vt supra d. 25. primum & d. 47. quoniam. Sed glo. arguit, ꝙ pœnitentia præcedens purget vitium supra e. d. ferrum. & non soluit, sed dicendũ ꝙ ibi loquitur de iam promoto pænitente, hic de promouendo, qui etiam post pœnitentiam non ordinatur. Ioann. de Fantucijs.

Diuisio. — Exponit literam.

1 *Ingressus monasterij operatur, vt facilius cum aliquo dispensetur.*



Lienum. Sequitur ad idem hoc ca. qđ est Leonis papæ. In quo ponitur, quod solennis pœnitentia non est imponenda Presbytero, vel Diacono. Et diuiditur in tres partes. In 1. ꝓhibet. In 2. prohibitionem probat autoritate. In 3. concludit quid agẽdum sit, cum sacerdos, vel Diaconus lapsi fuerint.

Diuisio.

Secunda ibi. Quod siue. Tertia ibi: Vnde plana sunt omnia. Leg. [alienum]. i. impositionem solennẽ Hu. [ꝙ siue]. secunda pars. [Apostolica.]. i. Apostolorum, siue Apostolicorum Hu. [Sacerdos si peccauerit]. primi Reg. 2. Ista autem ratio non videtur valida, ꝙ si imponitur pœnitentia solennis sacerdoti, ꝙ non esset, qui oraret pro eo, quia alij sacerdotes, & laici possent orare pro eo, sicut etiam faciunt pro Papa. d. 40. si Papa. Vnde vt dicit Hu. hæc rõ non est bona. Sed Arch. dicit, ꝙ forte intelligitur, quo ad restitutionem officij, vt sit sensus, ꝙ non poterit haberi effectus orationis, si imponatur ei pœnitentia solennis, quia cum non posset post talem pœnitentiam ad pristinum statum reparari, superuacuum esset pro eo orare Et hoc est, quod sequitur. [vnde] quasi dicat quia non possit reparari licet quis oret pro eo. Ideo huiusmodi lapsis, &c. [Successio] vt in monasterio aliquo agat pœnitentiam, vel fructuosa poterit ei esse pnĩa,
1 quo ad reparationẽ off. †ingressus. n. Monasterij operatur, vt facilius cũ aliquo dispẽsetur 56. d. c. 1. & extra de apo. c. 2.

Exponit literam. — Arch.

1 *Licitum aliquid est ratione consuetudinis ecclesiæ, quod alias de iure communi non liceret.*
2 *Peccatum, quod dicatur grauissimum.*



Lacuit. Sequitur ad idem probandum hoc c. sumptum ex concilio Toletano. Et potest diuidi in tres partes. In 1. ponit, quod pœnitentes solenniter ad clerũ nõ admittantur. In 2. ꝙ, si qui tales sint ordinati, stent, quo ad honorem, & beneficium, sed non quo ad officium. In 3. describit pęnitẽtem. Secunda ibi. Si qui autem. Tertia ibi: Eum, qui. Leg. te. ¶ [Vt pænitentes.] solenniter [vsus]. i. vtilitas. [Inducit dispensationem,] vt 1. q. 7. Et si illa, [vel vsus]. i. consuetudo
1 alicuius ecclesiæ. Et secundum hoc est arg. † ꝙ rõne consuetudinis ecclesiæ aliquid est licitum, quod alias de iure communi non liceret Hu. Et in hoc casu dispensabit episcopus sm̃ Hu. & Ray. non obstãte supra eo. ex pœnitentib. quia illud intelligitur, tum ordinat absque dispẽsatione, vel cum indiscrete dispensat. [Tunc]. s. cum alterum istorum exiget [Deputẽtur]. i. ordinentur ad istos ordines, per quos intellige oẽs minores vsque ad subdiaconatũ. Hu. [non legant]. i. non promoueantur ad ordinem, [in quo quis legat Apostolum, vel Euangelium]. i. Subdiaconatum, alias friuola videretur hmõi prohibitio, cum hoc eis iure cõi non liceat Hu. [Si qui autẽ] 2. pars [Habeamur.] quo ad honorem, & beneficium: non quo ad officium, quia non ministrabunt officiũ subdiaconatus, vnde locum obtinebũt suum in mẽsa in choro, in c. in dormitorio, in subscriptionib. puta, cum alienantur res Ecclesiasticæ, & hmõi, sed officium Diaconi vel subdiaconi non exercebunt, vnde sequitur. [Habeantur dico ita, vt non ministrent] & hoc est [vt non imponãt manum altari]. s. tangendo sacra ministrãdo, tanquam subdiaconus. Et hoc exponit, cum subiungit [ne sacra coniungãt.] Sic ergo non conceditur eis esse inter subdiaconos, quo ad officium, sed quo ad nomen, & locum standi, vel sedendi in choro, in mensa, & hmõi vt 15. q. 8. qui amiserit. si qs presbyter. Et hæc lectio sana, & plana est sm̃ Hu. [Eũ] Tertia pars. [pænitentẽ] solenniter. [post baptisma.] Hoc ideo dr̃, quia in baptismo oĩs satisfactio exterior relaxatur] gra-
2 uissimis [†grauissimum dr̃ hoc peccatum, ꝙ est horribile in cõspectu hoĩm, & multũ scandalizat eccl. vt 26. q. 6. c. vl.

Diuisio. — Exponit literam. — Raymund.

1 *Apostata vnde dicatur.*
Et quis proprie dicatur Apostata nu. 3.
2 *Apostatarum duo sunt genera.*

Apostatæ. Hic incipit septima pars huius d. secundum Arch. In qua introducit de apostatis. Et huius introductionis causa fuit secundum Hug. quia cum dixisset, ꝙ publice pęnitentes non possent promoueri ad clericatum. Et quia apostatæ, solennem pęnitentiam agunt quandoque. Ideo magis adiicit de eis, dicens, ꝙ tales post pœnitentiam nec habitum secularem suscipere, ne officium clericatus debent ascendere. Qui. n. fuit pœnitens solenniter, nec debet reuerti ad militiam, nec ad negotiationem, nec clericalem habitum relinquere, licet clericus
1 esse non possit. Vbi notãdum†, ꝙ apostata dr̃ ab apos, quod est reror, & stolõ, ꝙ est missus, vel missio. Inde Apostata dr̃ temerarius à fide vel religione recessurus. Et dr̃ quasi post
2 statio. i. retrograda statio. ¶ Item notadum†: ꝙ apostatarũ duo suo genera principalia secundum Hug. & Archid. hic videlicet

videlicet eorum, qui recedunt à fide Christi ad cultũ idolatriæ. ¶ Secundum est eorum, qui recedunt à religione ad statum sæculare, quia si quis transit de maiori religione ad minorem, non dicendus apostata ẽm Innoc. qui in nullo venit contra illa, quæ sunt de substantia religionis, cum sp sit in alicuius obedientia, vt ipse notat extra de æta. & quali. intelleximus. in fine. Nam non dicitur Apostata proprie, nisi, qui ad seculũ redit, vt in capit. proximo & extra de Apostata. c. 1. & sic ẽt notãt Io. Vin. Gof. & Ber. extra de tẽp. or. ex parte. vbi tamen notat Innocentius, † ꝙ proprie non dicuntur apostatæ, nisi, qui legem christianam dimittunt 30. q. 4. beatus. & qui relicta professione, quam non licet dimittere, dimittunt sine causa, vt infra proxi. Arch.

Innoc. — Ioann. Vincent. Innoc. 3

Diuisio.



SI qui. Inducit hoc c. ex Concilio Aretalen. ad probandum hoc, quod magister Gratianus dixerat, ꝙ Apostatæ ad clericatus officiũ non sunt admittendi. Et potest d uidi in tres partes. In 1. parte statuit, ꝙ Apostatæ sine pęnitentia ad communionem sacramentorum non recipiantur. In 2. instituit ꝙ tales Apostatę à fide vel religone ad officium clericatus non assumantur. In 3. ꝙ tales Apostatæ post pęnitentiam secularem habitum suscipere non præsumant. Secunda ibi: Quos, Tertia ibi. Et quicunque ille. Plana sunt omnia. Leg [Hi qui] à fide, vel religione, vel ordine apostatantur. [sine pęnitentia] saltem interiori. Hu. [Communionem sacramẽtorum] vt 3. q. 4. eos. Et hinc collige, qualiter intelligatur illud 3. q. 4. beatus & 27. q. 1. virgines. secundum Hu. [quos] Secunda pars. [Non admitti] supra. §. proxi. vbi dixi. Arch. [Et quicunque.] Tertia pars. [sit]. s. appostata. Hu.

Exponit literam.

¶ Distinctio quinquagesima prima.

Ecce. In hoc. §. incipit d. 51. & Magist. se continuat ad præcedentem distinctionem. ¶ [A sacris,] vel accipiendis vel perditis recuperandis, vlteriores obtinendo. [adiecit.] de curialibus ostendens, ꝙ curiales, vel post baptismum militãtes in armata militia seu in foro determinantes, vt sunt iudices, & aduocati, ad clericatum nõ debeant promoueri. Pro pleniori intelligentia huius. §. & sequentium capitulorum sunt declaranda tria.

1 ¶ Primum est, qui dicantur curiales.

2 ¶ Secundum est, qui curiales prohibeantur ordinari.

3 ¶ Tertium est, quæ sunt causæ, propter quas curiales prohibeantur promoueri.

Respõdet. Raymund. Hostiens.

1 Ad primum. Respondetur, † ꝙ curiales secũdum Raym. & Host. dicuntur tripliciter. Vno modo large. Curiales dicuntur omnes, qui aliqua conditione sunt obligati curiæ Principis, vel alicuius Publicæ potestatis, siue sint milites, siue aduocati, vel causidici, siue iudices siue officiales, siue histriones. i. ludibria sui corporis exercentes aliquo genere ludi, vel vrsos, vel alias bestias introducentes. Et breuiter quicunque habentes aliquod officium in curia honestum, vel inhonestum. ¶ Secundo strictè dicuntur curiales illi soli, qui officia curiæ honesta procurant, siue gerunt, vt sunt Decuriones, Iudices, & similes. ¶ Tertio modo magis strictè dicuntur curiales illi soli, qui in causa sanguinis sunt officiales. s. qui reos sanguinis faciebant apparere in iudicio, & eos condemnatos morti tradebant, vel mutilabant. Et isti dicũtur curiales à cruore, vel à cruce. Alij dicunutur curiales cura.

Respõdet. Prima conclusio

2 Ad secundum. Respondetur sub quatuor conclusionibus. Prima conclusio est, † ꝙ omnes curiales indistinctè prohibentur ordinari, nisi primo sint absoluti à curia. Ista cõclusio colligit ex tribus sequẽtibus capitulis huius d. Postquam vero absoluti sunt à curia cum d. quia aut exercuerunt sæua, vt officiales, vel milites, qui sanguinem humanum fuderunt, siue turpia, & inhonesta, vt histriones. ¶ De talibus ponit 2. conclusio, ꝙ tales non possunt promoueri, quæ conclusio colligitur ex istis duobus primis c. huius d. Item 46. d. clericus. ver. clericum scurrilem, verbis turpibus iocu latorem ab officio trahendum præcipimus. Item de conse. d. 2. pro dilectione.

Secũda cõclusio.

¶ Si vero honesta officia exercuerunt, vt iudices, aduocati, tabelliones. Subdistingue, quia aut exercuerunt officium suum in cã ciuili, siue pecuniaria, tunc est 3. cõclusio, ꝙ tales admittuntur, Si alias non repellantur. Colligitur conclusio ex c. osius d. 61. Si autem in causa sanguinis, exercuerunt officium suum, tunc est quarta cõclusio, ꝙ tales repelluntur à promotione, quæ conclusio, est manifesta ex multis capitulis distinctionis præcedentis, vt in c. de his clericis, & multis sequentibus.

Tertia cõclusio. — Quarta cõclusio.

Ad tertium. Respõdetur, † ꝙ ẽm Ray. multæ sunt causæ, quare tales prohibentur promoueri, siue ordinari, inter quas sunt tres efficaciores, quas ponit Hu. & Arc. in gl. Prima est, quia quidam eorũ sunt viles personæ, & frequenter cõtrahunt irregularitates ex officio suo. Hæc ratio redditur 1. & 2. & 3. c. sequentibus. ¶ Secũda est, quia multum molestatur ecclesia, & incommoda patitur, quando tales repetuntur. Hæc causa redditur 2. & 3. c. seq. ¶ Tertia est, quia præsumitur contra eos, ꝙ transeũt ad clericatum non voto religionis, sed vt fugiant ratiocinia dominorum suorũ. Hæc ratio assignetur 1. & 2. & 3. c. sequen. & infra d. 53. legem. Idem. Goff. & Host.

Respõdet. Raymund.

2 *Peccata quæcunque committit quis ante Baptismum, non imputantur ei post.*

4 *Constantia dicitur in bono pertinacia in malo.*

5 *Milites exequentes præceptum superiorum an sint irregulares.*

6 *Quorum relatiuum refertur ad singula generum.*

7 *Agendum remissius est ratione multitudinis & causa vitandi scandalum.*



ALiquantos. Inducit magister hic hoc c. ꝙ est Inn. Papæ ad probationem huius, ꝙ dixerat, ꝙ curiales non essent ad ordines assumendi. Et diuiditur in tres partes. In 1. reprehedit ordinationẽ quorundam, curialium de præterito factam ex causa tolerandã. In 2. prohibet decætero talia fieri. In 3. pœnam contrafacientib. imponit. Secũda ibi. Sed ne deinceps Tertia ibi: Eo videlicet. Pro pleniori intelligentia huius c. & eorum, quæ tanguntur in gl. quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum aduocatus in causa sanguinis præstãdo patrocinium pro eo sit irregularis.

2 ¶ Secundum est, vtrum clerico in causa sanguinis liceat aduocare.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ aduocatus in causa sanguinis præstando defensionis patrocinium reo, non sit irregularis. Cuilibet est licitum defendere reum 23. q. 5. reos & C. de episc. au. l. additos. Ergo defendendo reum non incurrit pœnam irregularitatis. Consequentia videtur bona. ¶ In oppositũ est t. præsentis literæ iuxta gl. Hu. & Ar. ¶ Respondeo dicẽdum, ꝙ ẽm quod Hu. tangit, & ẽt gl. hic duplex fuit opinio, circa hoc: Vna fuit Bar. videlicet, ꝙ talis non erat irregularis. Et dicebat, ꝙ te. pñs literæ vbi dr̃ in forensi exercitatione versati, intelligebatur de eo, qui aduocabat pro actore contra reum. Vñ clericus põt esse aduocatus in tali causa, vt 23. q. 5. reos. Et cum objiciebatur ei, ꝙ si actor deficit, patitur pęnam talionis. Et ideo nõ magis pro eo, quam pro actore stare debet in tali causa. Respondet tripliciter. Primo, ꝙ actor non semper patitur pęnam talionis, quia non semper punitur de calumnia. Secundo, ꝙ nõ est intentio talis aduocãtis, nec ad hoc intendit, vt actor puniatur, sed vt reus defendatur, & absoluatur. Item, quia in alio iudicio agendum est ad puniendum calumniam actoris. ¶ Secunda op. quæ est Hu. & dñi Arc. & quam gl. dicit tutiorem esse, ꝙ aduocatus in causa sanguinis, siue pro reo, siue ꝓ actore præter patrocinium incurrat irregularitatem, si ex aduocatione mors alicuius secuta fuerit. Idẽ dicit, si fuerit testis, vel iudex, vel accusator Ar. hic & supra d. prox. si quis viduam. Et respondet sic ad euasiones tres datas per Bar. Id vero, quod de ca. reos inductum est, non obstat, qm̃ non dr̃ ibi, ꝙ possit aliquis clericus patrocinari pro damnatis, sed, ꝙ possumus intercedere pro eis. Post latam. n. sententiam, licet ecclesiæ postulare veniam dãnato, & pro eo supplicare, vt 23. q. 5. reos, & q. 8. si vobis Item licet actor non semper puniatur de calumnia, tñ sæpe contingit, ꝙ punitur de calumnia, & facile solet contingere, vt 28. d. de Syracusanæ, & 19. q. 2. duæ, & 32. q. 1. dixit Item licet, ꝙ de fendat reum, non principaliter intẽdat, vt actor puniatur. Tamẽ secundario, & per quãdam consequentiam ad hoc nititur Ar. 1. q. 3. si quis obierit. Item dico, ꝙ statim absoluto reo, punienda est calũnia actoris:

Ad primũ argumen. — Opponit & Respon. — Prima op. — Opponit. — Respondet — Secũdũ ar.

actoris, si deprehendatur, & ab eodem Iudice. Vnde protestatio, ꝙ non intendebat ad mortem non potest eum iuuare, ex quo dat operam rei illicitæ.

2 Ad secundũ. Sic proceditur, †Et videtur, ꝙ clericus in causa sanguinis possit aduocare sic. (Primũ ar.) Clericus potest appellare pro condẽnato in causa sanguinis, quia ibi quilibet auditur. ff. de appe. non tñ sic põt causam appellationis exercere, & ꝑ cõsequẽs in causa sanguinis pro reo aduocare. ¶ In oppositum est te. præsentis c. (Opponit et respõd.) Respondeo dicendũ, ꝙ clericus non põt aduocare in causa sanguinis, probatur ista conclusio iuxta Hu. qm̃ cui nõ est licitum interesse, vbi agitatur causa sanguinis, vel vbi eius occasione põt prouenire non est licitum aduocare in causa sanguinis, vel sed clerico non est licitum interresse vbi agatur cã sanguinis vbi eius occasione, &c. 23. q. 5. vnũ solũ & q. 8. sæpe his à quibus: ergo, &c. ¶ Scd̃o sic. clericus nõ põt esse accusator in cã sanguinis 2. q. 7. sicut Sacerdotes & 11. q. 1. nullus clericus. Itẽ nec Iude 23. q. vlti. his, à quibus. Item nec testis 11. q. 1: testimonium. Item nec notarius, vt 21. q. 4. illud, & extra ne cle. vel mo. sñiam. Ergo nec põt esse aduocatus. (Ad primũ arg.) Patet consequentia à simili in eadem causa. ¶ Ad rationem in oppositum respondetur iuxta Hug. negando assumptum. Dicimus. n. ꝙ clericus non appellauit in cã sanguinis, quia non debet cum in tali cã interesse non debeat. ¶ Respondetur ẽt secundo negando cñam, quia dato, ꝙ appellauerit, appellationẽ tñ nunq̃ in propria ꝑsona exequeẽ, cũ interesse nõ debeat, & admonitionis patrocinium præbere non poterit. (Exponit litera.) Le. tex. ¶ [Aliquantos.] Tãgit quatuor gña curialiũ, s. aduocatorum in causa sanguinis, militum, vel officialiũ, qui sæua præcepta sunt executi, & histrionũ q exercẽt ludibria sui corporis, quorũ nullus debuit promoueri. [Post acceptã baptismi] ꝙ iõ dicit, †quia q̃cũq; pc̃tã quis cõ-
3 mittit ante baptismũ, non imputanẽ ei postea, & iõ nullus ꝑp hoc promoueri impeditur vt infra c. si qus post & supra d. proxi. si quis viduã. [in forensi exercitatione.] vt aduocati tam in cã ciuili, quam in criminali Arc. [obtinendi.] in cã sanguinis, siue pro reo, siue pro actore patrocinium posset
4 [pertinaciam] vitiũ notat. † Sicut. n. cõstantia dr̃ in bono, sic pertinacia in malo. s. firma perseuerantia in malo Hug. & Arc. [obediẽdi. i. cuiq; probandi obiectũ crimẽ reo. [citos] i. vocatos Arc. [quorum] s. aduocatorũ gñaliter, & simplex est relatio. Hu. [aliqui.] quasi non oẽs, sed illi, qui in cã sanguinis patrocinium præstiterunt, alij licite pñt promoueri vt d. 61. osius. [aliquantos ex militia]. i. milites Arc. [necessa (Opponit:) rio]. i. de præcepto maiorũ 8. d. quæ contra & 23. q. 5. miles
5 vel [necessario]. 50. exigẽte officio suo Hug. ¶ †Sed vr̃, ꝙ isti milites, q exequẽtes ꝑcepta superiorũ, nõ deberẽt iudicari inhabiles, quia necessitas obedientiæ, qua superiori astringunẽ eos excusare vr̃ Ar. 23. q. 4. qui peccat & q. 1. quid culpaẽ, ad si. & quę. 5. miles, vñ os. necessitas excusare debet eos (Respõdet.) 3. q. 7. §. verũ. ¶ Rñtur iuxta Arc. hic, ꝙ tales excusantur à pc̃tõ, & ita procedunt contraria, sed non q̃tũ ad ordines suscipiendos, vt hic & 23. q. fi. his à quibus. Et rõ est ẽm Arch. quia licet vrgeanẽ rõne offi. ipsi tñ hanc necessitatem intulerunt, sibi sponte subijciendo se huic necessitati. Ar. d. superiorũ c. clericũ & ff. qui satisd. co. l. fideiussor. §. 1. Itẽ cum distincta sit malitia clericalis à seculari, eligẽdo vnã vr̃ alteri renuntiare Ar. C. de fur. l. 1. ẽm Io. de Fant. & Arc. [aliquantos ex curialib.] Hic strictissime accipitur hoc vocabulum. s. pro illis officialib. qui condemnatos ad mortem, vel mutilationem puniebant. [aliquantos, qui voluptates]. i. ludibria. quibus voluptates excitabanẽ, & quib9 voluptuosè intẽdebant. [Editiones]. i. repræsentationes turpiũ ludorum Hu. [quorum oĩm.] s. talium ordinatorũ promotorũ sic cõ-
6 tra rõnem. †Nã hoc relatiuũ quorum, licet referaẽ ad gña singulorum, & non tñ ad singula generũ, nam nõ oẽs supra dicti repelluntur. Non. n. repelluntur illi, qui in ciuili causa fuerunt aduocati d. 61. osius. Nã supra dr̃ aduocatis, loquẽs (Laurent. Arch.) restrinxit de quorum numero aliqui, &c. ẽm Hu. Laur. & Arc. [q̃ si singula discutienda]. i. emendanda, & corrigenda. Hu. [Remittenda.] i. sine pęna dimittenda. Simile d. 4. deni-
7 que. Et est ar. †ꝙ rõne multitudinis, & cã vitandi scandalũ remissius est agendũ. Et, ꝙ aliquid prohibetur fieri, ꝙ tñ factũ toleratur vt 7. q. 1. Episcopus in diocesi Hu. [Sed ne.] 2. pars. [dilectionis nr̃æ.] Loquiẽ alicui ꝑlato Hug. [fuerit] de inceps Hu. [deponatur] quia multum indignũ est tales ordinari. Raro. n. vel nunquam inuenitur cum talibus dispensatum Hu. [Deponantur] hic videas, quod legitur, & nota-

tur trigesima sexta. dis. qui ecclesiasticis in fi. Archidiacon.



Designata. Ad idẽ inducitur c. eiusdẽ. In noc. ad Felicẽ episcopum. In quo ostẽdit q ex laicis curialibus nõ possint ad clericatũ promoueri. Et diuiditur in duas par (Diuisio.) In 1. exponit, qui. s. sint isti videlicet, q post baptismũ astricti sunt curiæ. In 2. assignat vnam rõnẽ. Secunda ibi. De curialibus manifesta. Planum est. Le. ¶ [Designata gña,] s. quatuor [fideles]. i. postquam fuit fidelis. i. Baptizatus Hu. [Administrauerit in sæuis]. i. interficiendi damnatos offi. exercuerit. Hu. [vel ministrauerit]. i. astricte fuerunt curiæ. Arc. [De curialibus.] 2. pars [de curialibus,] s. qui tamen honesta officia, & non seua exercuerunt. Rõ, quare promoueri non debeant, subditur [illa, qm̃ & si, &c. habeant] alia ratione inspecta, s. merito vitæ, & si sunt absoluti à nexu curiæ, astringitur. C. de cur. l. in successione lib. 10. & manus ei inijcere potest. C. e. ti. l. generali secundum Io. de Fantu. & Arch. (Exponit literam.)

3 *Astricti perpetuo alicui administrationi, repelluntur ab ordinibus.*

4 *Obligati ad tempus alicui officio finito tempore possunt promoueri.*



Præterea. Ad idem inducitur hoc c. ex Concilio Toletano. quod diuiditur in duas partes. In 1. prohibet, ne curiales, siue curię astricti, ad ordines ꝑmoueanẽ. In 2. assignat duas rõnes ad hoc. Secunda ibi: Pro quibus postea. Circa literam mouebãtur aliquæ paruæ quæstiones, quæ tanguntur in gl. Le. ¶ [Fratribus]. i. Episcopis Arc. [functionibus]. i. officijs Hu. [Pro quibus.] Prima ratio, quare tales non debent promoueri, s. ꝙ sunt criminosi. Et quia, cum repetũtur, Ecclesia molestatur. [Gratia]. i. vtilitas, vel alacritas Hu. [nascatur] Ecclesiæ Hu. [Constat] secunda ratio [eos]. i. histriones [ministeriis] i. officijs [præesse] vt maiores [an interesse] ludibria exercentes [rogaremus eum] ne ad curiam reuocarentur [q̃ solitudinem, & tristitiam tu ipse] loquitur cuidã episcopo, cui scribebat Hu. [quibus,] s. nobis Hu. [Ingens molestia imperatoris] instabat, vt rederentur non solum inferiores clerici, verumetiam, &c. Sed hic surgit quæstio triplex. (Diuisio. Exponit literam)

1 ¶ Vna est, vtrum sacerdotes deberent reddi.

2 ¶ Secunda est, vtrum alteri obligatus posset promoueri.

5 ¶ Tertia est, vtrum astrictus iuramento ad aliquod opus tẽporale exercendum, videlicet scripturam libri, vel officiũ protestariæ alicuius communitatis, possit ingredi monasterium, non obstante iuramento.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ etiã curiales in sacerdotio cõstituti, reddi debeant, si repetãtur, ex c. si seruus d. 54. vbi dr̃, ꝙ episcopalis dignitas nõ liberãt à curia, ergo multominus sacerdotalis. (Primũ ar.) ¶ In oppositum est in aut. de S. Epi. §. sed hæc quidem. ¶ Respo. dicẽdum, ꝙ nullo modo sunt reddẽdi sacerdotes (Opponit. & Respõdet.) ¶ Ad rationem in oppositum dicendum, vt dicit Hu. & bene, ꝙ c. illud si seruus, quod ponitur d. 54. est aut. Modo ẽm canones Sacerdotiũ liberat omnino à curia, quo ad personam. (Ad arg.) Præterea liberat etiã à seruitute, ergo multo magis à curiali officio, quod est minus. Non sunt ergo reddendi, sicut nec serui facti sacerdotes, vt infra d. 54. ex antiquis, frequens ergo sic autoritate derogatur ꝑ canones. Sed de hoc aliquid dicetur infra in præsenti c. si seruus.

Ad secundum. In quo quæritur vtrum alteri obligatus, promoueri non possit in clericũ. †Respondetur per distinctionẽ, quia aliq sunt astricti perpetuo alicui administrationi: Et de talibus est conclusio ꝙ tales ꝑpetuo ab ordinib. repellũtur. (Respõdet.) Ista cõclusio est Hos. sup c. vnico de oblig. ad ratioc. Si ad administrationem perpetuo sunt astricti ab ordinibus perpetuo repelluntur. (Prima cõclusio.) Et sic intelligendum est c. legem infra d. 53. & c. quęcunque d. 54. Concor. Arch. hic. Aut non est obligatus perpetuo, sed ad tempus. Et tũc est conclusio. Et ponitur in gl. hic. (Secũda cõclusio.) †Quod talis finito officio, potest licite promoueri, vt extra de obli. ad ratioci. c. vnico. Aut non est obligatus ad officiũ, sed ad debitũ, & tũc est conclusio, quæ etiã est gl. & Arc. ꝙ talis non repellitur à promotione, imo sufficit cedere bonis. (Tertia cõclusio.) C. qui bo. ce. pos. l. 1. 2. & 3. nec. n. capi pro debito potest, vt. C. de ac. & obl. l. ob æs. Et iste talis factus clericus respondebit pro se, vt. C. de episc. & cle. l. quisquis in fi. Nec ob. c. vnicum de obli. ad ratiaioc. quia illud intelligitur

quando

quando lis erat contestata, vnde debet intelligi, quod hic dicitur de eo, qui nulla præscriptione se potest à curia liberare C. de decuri.l. si quis decurio libro decimo. Et quilibet de ciuitate pôt eum capere, si præses absuerit, vt. C.e.ti.l.quoties. ſm Lau. & Arch. & Io. de Fantu.

Prima cõclusio. Ad tertium. Sic respondetur per distinctionem: † quia aut talis astrictus iuramẽto ad exercendũ aliquod opus temporale, &c. potuit obtinere remissionem iuramenti à parte, aut non. Si obtinuit tũc est cõclusio, ꝙ pôt talis intrare Monasteriũ. Ista cõclusio patet ex. c. præterea. extra de sponsa. Aut non obtinuit remissionẽ par- Secunda cõclusio. te; tunc distinguitur, quia aut opus, quod iurauit, adimplere est expedibile, etiam post ingressum, sicut est scriptura. Tũc est conclusio, ꝙ tale iuramentũ non impediret ingressum Monasterii, quia vtrumq; simul poterit facere. Et ita procedit gl. hic. Aut opus illud non expedibile simul cũ religione, sicut est cũ ille. qui iurauit gerere officium potestariæ alicuius cõmunitatis per annũ. Et de tali est conclusio. ꝙ licet per hoc non vitietur ingressus religionis. Cõsulitur tñ ei, vt primo persoluat iuramentũ, & postea intret Monasteriũ. Ista cõclusio est Host. quæ tñ dicit esse vera, qñ non faceret in fraudem sed vt Deo seruiret. Sed si faceret in fraudem, vt euitaret laborem, tũc peccaret. vt sentit Inno. super dicta regula secundum Ioan. de fantu. Tertia cõclusio.

1 *Officium sumens necandi homines post Baptismum, sicut miles Iudex, & officialis non potest promoueri ad Diaconatum.*
2 *Clamys est vestis militaris.*



SI quis post. Ad idẽ inducitur hoc c. ex concilio Toletano, in quo dicitur ſm verũ intellectũ tex. † ꝙ qui post Baptismum officium sumpserit necandi homines, sicut miles. Iudex, aut officialis, dato ꝙ non peccauerit in executione officii, promoueri tñ nõ pôt ad Diaconatũ, etiam si ex dispensatione ad minores ordines assumptus fuerit. Breue est. Et nõ diuidit. Et iuxta hũc intellectũ, quẽ credimus esse huius literæ, planum est. Lege. ¶ [Post acceptum] quasi si ante non crederet Hu. [Clamydẽ] † vestis est militaris. Hu. [Cingulum militare signum. Hu. [vestis militaris] dicitur illud signum. Et cingulũ dr̃ officiũ, & ordinaria administratio ad talia facienda, siue in iudicio, siue in bello Hu. & Arch. [grauia] non reatu sed actu. s. interficiendo. q. d. licet grauiter nõ delinquat, quia ex suo officio hoc facit. 23. q. 5. miles. & ca. si homicidiũ. ſm Io. de Fan. & Hu. qui dicit hic. ꝙ siue iudex, siue officialis, vel miles, qui tale vel tale officium sumat, & non exequatur, nunquam ob hoc repelletur. s̃. eo. c. 1. 2. & 3. (Exponit literam. — Io. de Fant.)

1 *Infamis infamia iuris, siue infamia facti est irregularis.*
2 *Rebaptizatus scienter est irregularis.*
3 *Actus, qui non habet effectum, potest inducere irregularitatẽ*
4 *Decessor proprie quis dicatur.*

Diuisio.



QVi in aliquo. Ad idẽ inducitur hoc c. ex. 4. concilio Toletano. quod pôt diuidi in quatuor partes. In prima enumerat ea, per quæ quis repellitur ab episcopali dignitate. In secunda ponit, quis ad eam est assumẽdus. In tertia ostendit, à quibus electus Episcopus est consecrandus; quia ab oĩbus cõprouincialibus Episcopis, saltem tribus, & qñ die. s. dominico, & vbi, quia vbi placuerit Metropolitano. Et quarta etiã, à quibus est Metropolitanus consecrandus. s. in ciuitate sua, & à suis suffraganeis. In quarta ponit contrafacientes. Secunda ibi. Sed nec ille. Tertia ibi. Quicunq;. Quarta ibi. Si quis aũt deinceps. Lege. ¶ [Qui in aliquo] Præmittit generaliter de crimine. Postea supponit multas species criminis. Hu. [detẽti] supple nõ erunt sacerdotes. Ita, ꝙ in qualibet clausula, subauditur, non erunt sacerdotes. i. Episcopi quod innititur ex eo quod sequitur. ¶ [Sed nec ille.] Nam loquitur in hoc c. de Episcopis quod innititur ex verbo sequẽti. s. ab vniuersis cõprouincialibus Episcopis ſm Hug. [qui infamiæ.] † Infamis est irregularis, siue sit infamia iuris, siue infamia facti. Arch. [Qui scelera in hæresi] hoc intellige de adul. 1. q 4. placuit. Lau. & Archid. [Baptizati.] extra formã Ecclesiæ, vel scienter in contẽptũ Ecclesiæ, cũ possent baptizari in Ecclesia, & à catholico, sed intulerunt ab hæretico. Hu. adhæc. 1. q. 7. Cõuenientibus. in fi. Lau. [Rebaptizari.] s̃. di. proxi. confirmandum. n. fi. Arch. Et notat ꝙ rebaptizatus scienter est irregularis, sic & in rebaptizante. extra de aposta. c. 2. Arch. ¶ † Sed qualiter actus, qui non habet effectum, quia rebaptizatio nõ imprimit aliquem characterem inducat irregularitatem, & impedimentum, quod de iure non sortitur effectũ. extra de spon. literas. & c. accessit. ¶ Respondet Arch. ꝙ qñq; inducit irregularitatẽ, & impedimentũ, quod de iure non sortitur effectum extra de Biga. nuper. & extra de spon. ad id ꝙ ſm Goff. [membrorũ] s. principaliũ, & in aperto apparẽtiũ, Hug. & Arch. [minus] supple enormiter: Idẽ est, si plus enormiter ſm Hu. Ar. extra de offi. cus. c. 1. de hoc. Puta, si haberet tres manus. Arch. [Secũdæ vxoris] iã ab alio ductæ, & cognitæ. Hu. [qui viduã]. s̃. dist. 34. si quis. Arch. [Concubinas] notorias ante pœnitentiã. Secus, si post pœnitentiã extra de temp. or. quæsitũ. [Seruuli] di. 54. c. 1. & per totũ Arch. [ignoti]. s̃. di. 24. qñ ar. de conse. dist. 2. tribus. Archid. [Neophyti] 48. di. §. 1. Arch. [qui curiæ.] Propter hoc verbũ totũ hoc c. introductum est ſm. Hu. [inscij]. 36. di. [illiteratos.] Archi. [30. annos] cõpletos. extra de elect. cũ in cunctis. Arch. [gradus ecclesiasticos] prætermittendo. Hug. [qui ambit.] 1. q. 7. sicut. & q. 7. sanctissimis [obtinere]. i. male acquisitũ retinere, & hic cõmittitur simonia, sicut si daret ꝓ accipiẽdo. Hu. [qui à decessoribus eliguntur] in eis locis, in quibus sunt vel fuerunt electores, quod non debet esse, nisi de speciali priuilegio alicui concedatur, vt in articulo mortis eligat sibi successorẽ, vt concessum fuit Magunti. 7. q. 1. petisti. Hu. † Nota quod decessor proprie dicitur, qui decessit nullo intermedio interueniente. Arch. [Sed nec] Secũda pars. [Sacerdos]. i. Episcopus. Hu. [clerus] nominando [populus] consentiendo. Hu. 63. dist. nosce [vel autoritas exquisiuerit] approbãdo, & confirmando. Hugo. [quicũq;.] Tertia pars. Sacerdotij. i. Episcopatus. [omniũ] vel maioris partis. Quod. n. a maiore parte fit, ab omnibus fieri dicitur. Hug. [à tribus]. 64. distincti. cap. 1. & extra de temp. or. nec Epi. [in sacerdotẽ]. i. in Episcopũ [die dominico] & hora tertiarũ. di. 75. c. 1. Hu. [conuenientibus suis literis.] Omnes prouinciales debẽt interesse scrutinio, & consecrationi, consentire, vel per literas consensum præstare.] Et magis consecrabitur autoritate, vel præsentia eius] quia vel debet interesse, vel autoritatem absens præstare. ¶ sed quare dicit magis, cum quilibet Episcopus prouincialis debeat interesse. ¶ Respondet Hu. ꝙ ideo, quia potius exigitur præsentia Metropolitani, quam cõprouincialium. Tota. n. autoritas in tali facto ex illo pendet. Nõ. n. in ciuitate Metropoli, si tñ aliquod impedimentũ hoc fieri prohibuerit in tali ciuitate, fiat alibi, vbi congrue fieri poterit. Ar. d. 23. In nomine dñi. Sed regulariter in ꝓpria ciuitate debet fieri, vt disti. 64. Metropolitano. & c. Agatho. Pôt ergo alibi esse causa. s. propter aliquod impedimentũ, vel quia iubetur à primate, vel à Papa. Hu. Et idem intelligit Gof. de primatibus, & patriarchis. Arc. [si quis autem.] Quarta pars. [Sacerdotij] id est Episcopatus. &c. (Exponit literam. — Opponi — Respõde. — Archid. — Quæstio. Respõdet.)

¶ *Distinctio Quinquagesima secunda.*



QVi vero. Hic intitulatur dist. 52. in qua occasione illius verbi, in proxi. superiori. c. s. ꝙ non possunt esse sacerdotes, q ꝑ gradus Ecclesiasticos nõ ascendunt. s. vt primũ sint Clerici, inde Ostiarij. Postea Lectores, deinde exorcistæ. & sic de alijs. Ne quis hæc indistincte reciperit, interserit Magister in hac di. quid iuris sit, si qs ex ignorantia, aliquo medio ordine prætermisso, ascendat ad maiorem. Et statuitur, ꝙ debeat cessare à maiori, quousque ordinem prætermissum accipiat, quo accepto, poterit redire ad officium superiorum.

2 *Baptismus est ianua sacramentorum.*
6 *Ordinem aliquem prætermittens ex certa scientia vel superbia, & ascendit ad superiorem debet omninq deponi.*



SOlicitudo. Inducit ad probationem, huius, quod dixerat hoc capitulo quod est Alexandri secundi, in quo dicit id quod dictum est in. §: Propleniori intellectu huius capituli & eorum, quæ tanguntur in glo. quæruntur quatuor.

1 ¶ Primum est. Vtrum quis possit ordinis sacramentum suscipere. prætermisso baptismo.

¶ Secundum

3 ¶ Secundum est, vtrum quis possit ordinari in sacerdotem prætermissis aliis prioribus ordinibus.

4 ¶ Tertium est, vtrum quis possit ordinari in Episcopũ non ordinatus in Sacerdotem.

5 ¶ Quartum est, vtrum rapiens ordinem per saltum, sit ipso iure suspensus ab ordine, sic suscepto.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ quis possit suscipere ordinis sacramentũ prętermisso baptismo. Primo sic. (Primũ ar.) Essentialius cõiungitur ordo ordini, quam aliis sacramentis. Sed ordo sequens põt suscipi, non susceptis prioribus, vt innuitur in præsenti cap. Ergo etiam ordo possit suscipi, non suscepto baptismo. ¶ Secũdo sic. (Secundũ ar.) Per characterem ordinis efficitur homo dispensator tor sacramẽtorum, per characterẽ baptismalem susceptiuus eorũdem, sed potestas actiua non præsupponit de necessitate passiua, quia põt esse sine ea, sicut patet in Deo, ergo videtur, ꝙ cum character ordinis non præsupponit de necessitate characterem baptismalẽ, ꝙ poterit quis suscipere ordinis sacramentũ, baptismo non suscepto. ¶ Tertio sic põt cõtingere. (Tertiũ ar.) ꝙ aliquis non sit baptizatus, qui se baptizatum existimat probabiliter. Si ergo talis ad ordines accedat, non cõsequetur characterem ordinis, si character de necessitate præsupponat characterem baptismalem. Et sic ea, quæ faciet. vel consecrationes, vel absolutiones, & huiusmodi nihil erunt, & in hoc Ecclesia decipitur, quod est inconueniens. ¶ In oppositũ est gl. præsentis. c. (Opponit & respon.) ¶ Respondeo dicendum, ꝙ nullus põt ordinis suscipere sacramentũ, non suscepto prius baptismo. Ista cõclusio patet primo extra de presb. non bap. c. 1. & fi. ratione sic, quæ assignatur in gl. 2 † Nam baptismus est Ianua sacramentorũ, vt di. 32. §. verũ. Nisi. n. positũ sit fundamentũ, nihil põt super ædificari, vt. 1. q. 1. cũ Paulus. Secundo sic. Ille, qui accedit ad ordinis sacramentũ, necesse est, vt sit ordinis susceptiuus, sed hoc competit ei tñ per baptismum, ergo de necessitate sacramentum baptismi præmittitur sacramento ordinis. ¶ Ad rationes in oppositũ. (Ad Primũ argum.) Ad primã respondetur, negando consequentiã, & ratio est ſm Alber. in. 4. quia licet ordo ordini essentialius cõiũgatur, quo ad formã sacramenti. nõ ita tñ habet ordinẽ ad ipsum fundamentũ, quia actus habent diuersos, sed nullũ actũ habet ordo diuersum à fide. Et ideo sacramentum fidei, quod est Baptismus est fundamentum. Et est simile in sensibus in natura, quia auditus similior est visui, quantũ ad formam sentiendi, quam tactus. Et tamẽ sine auditu põt esse visus, sed nullo modo sine tactu, quia tactus non est tã sensus, quam fundamento sensibiliũ. ¶ Ad secundã respondetur, negãdo vniuersaliter minorẽ. (Ad secũdũ. S. Thom.) Et ratio est. quia licet verum sit iuxta sanctũ Tho. in eo, qui habet potentiã actiuã à se, ꝙ potentia actiua non præsupponat passiuã. In eo tñ, qui habet potẽtiam ab altero, præexigitur ad potentiam actiuã potentia passiua, qua recipere posset potentiã actiuã. ¶ Ad tertiam respondetur (Ad tertiũ.) iuxta S. Tho. ꝙ si talis nõ baptizatus ad sacerdotium promoueatur. non est sacerdos, nec conficere debet põt, nec absoluere in foro pœnitentiali, vnde ſm canones debet baptizari, & iterũ ordinari, & si etiam in Episcopum promoueatur, illi quos ordinat, non habet ordinem. Sed tñ pie credi põt, ꝙ quantum, ad vltimos effectus sacramentorũ summus Sacerdos suppleret defectum, qui non permitteret hæc ita latere, nisi periculum ecclesiæ imminere posset.

3 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ quis non possit ordinari in Sacerdotem prætermissis prioribus ordinibus. Primo sic. (Primũ ar.) Character sacerdotalis ad characteres aliorũ precedentiũ habet ordinẽ essentialẽ, siue necessarium. ergo nullus põt ordinari in Sacerdotẽ prætermissis præcedentibus ordinibus, consequentia est bona. Antecedens probatur, quoniam maior est connexio ordinis ad ordinem, quam ordinis ad baptismum. Et character vnius ordinis ad characterem alterius ordinis, quantum ab baptismalem. patet quia hæc est conuenientia in forma speciei, ibi aũt non sed essentialis ordinatio est characteris, tam sacerdotij, quam cuiuscũque ordinis ad baptismũ, vt patet ex quæstione præcedenti, sicut etiã dicitur. ex. de presby. nõ bap. c. fi. Ergo sequitur, ꝙ nullus põt sacerdos ordinari, prætermissis prioribus ordinibus. ¶ Secundo sic. (Secundũ ar.) Qui scienter promouetur ad ordinẽ superiorem, priore omisso, suspenditur ab executione, vt habetur in litera præsenti, sed hoc non esset, nisi oporteret ibi seruare ordinẽ: ergo &c. ¶ Tertio sic. (Tertium ar.) Ordo magis cõpetit ordini, quam numeris & figuris, sed sic est in numeris, ꝙ numerus posterior necessario præexigit priorem. & in figuris figura posterior antecedentem, vnde nunquam est quaternarius sine ternario, nec tetragonus sine trigono. Ergo nunquã est gradus secũdus siue primo, nec tertius sine secũdo, & sic de alijs vsq; ad sacerdotiũ. ergo: &c. ¶ In oppositũ est litera p̃ sentis. c. arguẽdo sic. (Opponit in con traria) In his, in quibus est ordo essentialis, primo destruitur posterius sed non habito priore ordine, nihilominus habetur posterior, sicut patet in ordinatis per saltũ. qui nõ sunt reordinandi, ergo. &c. Maior patet per se, minor patet etiã per tex. præsentis. c. & ex. de clerico ꝑ saltũ ordinato. tuæ literæ. ¶ Respõ. dicẽdũ, ꝙ est ordo necessitatis, & ordo cõgruitatis. (Respõdet.) Si loquamur de ordine istorũ graduũ Ecclesiasticorũ sit ista cõclusio. Quod nõ est inter eos ordinatio essentialis, siue necessaria. Patet cõclusio. qm̃ ordo posterior põt haberi, & suscipi sine priori. vt patet ex text. præsentis literæ. Et ratione sic probatur; quia si omittatur aliquid in sacro, quod sit de necessitate sacri, oportet ꝙ sacramẽtũ reiteretur. Sed si aliquis recipit ordinẽ sequẽtẽ, ꝑtermisso priori nõ reordinatur, sed supplet, ꝙ sibi deerat ſm canonũ statuta: ergo præcedens. ordinatio non est de necessitate sequentis. Concordat Tho. & Hosti. & Pe. (Hostiensis) Et ita apparet opi. Hu. quam ponit hic in litera falsa, vbi dicit, ꝙ prætermissis minoribus ordinibus, sacer ordo non confertur loquendo de ordine congruitatis bene est ordo inter ipsos ordines, vt dicit dominus Bonauentura. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. (Ad primũ argu.) Ad primam respondetur; ꝙ argumentũ non procedit, ratio assignata fuit ab Alberto magno in responsione ad primam rationem articuli precedentis. Ratio etiam assignatur iuxta sanctum Thom. (S. Th. 4. se. di. 24. q. ar. 2. q. 5. Ad primũ arg.) quia licet magis conueniant ordines secundum similitudinem speciei, quam ordo cum baptismo Nihilominus secundum proportionem potentię ad actum magis conuenit Baptismus cum ordine, quam ordo cum ordine quia per Baptismũ acquirit homo potentiam recipiendi ordines, non autem per ordines inferiores datur potentia passiua ad recipiendũ maiores ordines ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam, & (Ad secũdũ) ratio est. quia ex litera illa habetur; quod sit ordo congruitatis; non tamen necessitatis, quantum est de integritate sacramenti licet bene ordo necessitatis, quantum est de obligatione precepti, quia quis tenetur ordinari ascendendo, nõ saltando. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiã. (Ad tertiũ. Bonauent.) & ratio est iuxta dominum Bonauenturam, quia non est simile: qm̃ numerus sequens habet præcedentem partem sui; sed non sic gradus sequens habet præcedentem partem sui, sed, ut dispositionem de congruo.

4 Ad tertium. sic proceditur † Et videtur ꝙ quis possit ordinari in Episcopum non factus sacerdos. Primo sic. (Primũ ar.) Ex determinatione superius posita in c. præsenti Arguitur sic. Inter ordines non est essentialis, siue necessaria connexio, vt posterior non possit haberi sine priori, sed Episcopatus est ordo, & superior ordine sacerdotali. ergo sicut potest effici sacerdos, prætermisso diaconatu, ita Episcopus prætermisso sacerdotio. ¶ Secundo sic. (Secundũ ar.) Character Episcopalis videtur esse disiunctus a charactere sacerdotali vt videtur innuere gl. huius. c. Ergo põt conferri siue sacerdotali, consequẽtia patet, cũ sint distincti, & non necessario connexi. ¶ In oppositum est. Hug. & Archidiacon. hic (Opponit & Respo.) Respond. dicendum, quod nemo potest ordinari Episcopus sacerdotio prætermisso. Probatur ista cõclusio sic. Episcopatus non est ordo distinctus à sacerdotio, vt est sacramẽtũ, vt alias fuit ostẽsum circa d. 21. in c. clericos, sed nõ distinctũ à sacramẽto ordinis nõ imprimit characterẽ aliũ, quã sacerdotiũ, & Episcopatus est essentialis ordo: ergo &c. consequentia patet. Antecedens probatur sic iuxta Pet. de palude (Pe. de Pal.) quia cũ Episcopi sit consecrare sacerdotẽ, & nõ ẽ cõuerso. Oportet potestatem Episcopalẽ esse maiorẽ, & digniorẽ sacerdotali. Non aũt esset maior, nisi eã includeret, quia actus est nobilior consecrare corpus Christi, qui actus pertinet ad sacerdotem, q̃ ordinatio ministri, quæ pertinet ad Episcopũ. Nam secundns est propter primũ. Si ergo Episcopus non esset Sacerdos, iam potestas Episcopalis esset inferior sacerdotali, & per consequens non posset ordinare sacerdotẽ: ergo necessario oportet Episcopũ esse Sacerdotẽ. vnde Episcopus in veteri lege dicebatur. Summus sacerdos, vnde huius opi. (Raymun.) vt dicit Raymun. sunt fere omnes doct. ꝙ nullo modo potest esse Episcopus, nisi sit sacerdos, quia ordo sacerdotalis est, quasi substantiale fundamentum ordinis Episcopalis. Concordat. Goffred. sed & Hostiens. (Goffredus Hostiensis) qui videtur aliter sentire

sentire. Concor. in hoc, ꝙ talis Episcopus non haberet executionem, nec aliquid conferret, nisi postquam sacerdos esset factus. ex. de excess. præl. ex literis. Si vero prætermisisset alium ordinē à sacerdotali, sentiūt fere omnes, ꝙ Episcopus est, & conferre pōt omnes ordines, præter illum, quē non accepit. 1. q. 1. gratia]. Addit etiam Hostien. ꝙ talis Episcopus executionem de iure non habet, quo ad ordines, quos suscepit. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam dicendum est negādo assumptum pro minori videlicet, ꝙ Episcopatus sit ordo, vt est sacramentum, sicut dictum est. ¶ Ad secūdā respōdetur negando assumptum. Dicimus. n. ꝙ est vnus, & idē character in essentia, sed est ampliatus, vt dicit dominus Pet. de palude in quarto, sicut habitus scientiæ, aliqñ augetur nō intēsiue, respectu eiusdem cōclusionis, sed extēsiue respectu alterius, vt puta quia de eodem obiecto sub eadem ratione formali per exercitium nouum acquirit homo nouam notitiam nouæ conclusionis, sicut intenditur habitus scientiæ, nō sic, ꝙ possit limpidius speculari id, qđ prius obscurius, quia ponitur, ꝙ nō plus frequentant conclusionem prius notam, sed quia per illum habitum, per quem prius nō poterat considerare pro veritate, nisi vnam conclusionem, quam solum frequentauerat; nō pōt æqualiter considerare secūdam quē prius nō sic poterat, ita character sacerdotalis; qui prius nō poterat ordinare, vel conferre ordines sed tātum inūgere, conficere. & absoluere, adhibita Episcopali cōsecratione, potest non plus absoluere; vel conficere plusquam prius; sed ordinare; & confirmare; quod non poterat prius; ita quod nō est alia ordinatio Episcopalis; & alia sacerdotalis sed non est ordo; quia sunt diuersæ actiones sacræ quibus vnus character imprimitur per primam; & perficitur per secundam. Et tantum dictum sit de isto tertio.

Ad Primū argum. — Ad secūdū. — Pe. de Palu.

5 **Ad quartum.** Respondetur† quod hic duplex est opinio. Quidam dicūt; ꝙ talis per saltum promotus; sit ipso iure suspensus; cuius opinionis videtur esse Hostiens. Alij dicunt: ꝙ nō sed est per sententiam suspēdendus. Et pro istis; vt dicit Archid. facit hæc litera. Et tantum propter peccatum prohiberi a sacris; & promotione & hæc videtur vera sententia. Nam si à iure esset suspensus arguit Archid. celebrando efficeretur irregularis. extra eo. lib 6. c. 1. & extra de regu. iuris cum æterni. & e. li. de senten. excom. cum medicinalis. in fi. Et sic etiam intelligit Inno. vt no. extra de cleri. excomm. mi. si celebrat. Et idem tenet Host. vt etiam notat in Spec. de offi. leg. §. iuxta propositiones. vbi quidam tamē dicūt participantes. &c. Et tātum dictū sit de isto quarto. Sequitur litera. ¶ [Negligentia] i. ignorātia. Hu. quia crassa fuit in proprio facto non excusat. ff. pro socio. l. fi. & ex de cler. excom. mi. c. penul. Et ideo cū eo dispensatur, vt hic & ex. e. tit. c. 1. Sed de rigore deberet deponi 16. q. 4. §. qui autem. & 25. q. 1. hac consona. Io. de Fan. Et ꝙ talis deberet deponi, hic notat Hu. sed ꝑm eū cum isto facilius dispensatur propter talem ignorantiam; & dicit consequenter. quod si vnqnam in tali casu iusta ignorantia potuit esse tunc debet fieri cum eo, quod in hoc c. dicitur. Arc. [Potius] electiue Hu. [Superbia] i. contemptu, hoc est ambitione certa scientia. Arch. ¶ †Sed quid si ex certa sciētia, aut superbia prætermisit aliquem ordinem, & ascendit ad superiorem. Dic, ꝙ debet deponi omnino, nec cum eo dispensatur, saltem ita de facili. secundum Hu. Vnde dicebat hic Hostiē. ꝙ si scienter per saltū promotus in ordine, non gradatim in ordine recepto ministrauerit incideriт in menem illius rubricæ. extra de cler. excom. min. Et sic non poterit cum eo, nisi per sedem Apostolicam dispensari. Et hoc ipse notat in summa. de clerico per saltum promoto. §. vlti. in fi Sed si sciēter promoueatur per saltū, & non ministret, iniungetur pœnitentia, & supplebitur caute, sed quod incaute fuit prætermissum. Et sic per Episcopum dispensabitur. Arc. hic. & ex. de sacra. non ite. c. 1. secundum Hostiens. [Consulendo] per hoc verbum patet, ꝙ hoc c. loquitur dispensatiue Hu. [Imponas.] Sed nunquid cogebatur iste suscipere ordinem subdiaconatus non præcise, sed sub conditione. s. si vellet ministrare in superioribus. Hu [ad officia.] Si ante eligeretur, non teneret electio, quia talis præposteratio habet defectum ordinum, qui reddit electionem nullam. extra de elect. dudum vbi sic notat Vincent. Archid. [Concedas] dispensatiue, quā dispēsationem potest sua autoritate facere Episcopus, quod dic, vt legitur, & notatur extra de cle. per sal. promo. capit. 1. in fin. Archid.

respōdet. — Hostiensis — Exponit literam. — Io. de Fant. — 6 Quæstio. Respōdet. — Hostien.

¶ Distinctio Quinquagesima tertia.



Vriales. In hoc. §. intitulatur. 53. dis. Et continuatur sic ad præcedentes. Superius di. 51. dictum est à magistro. Curiales nō debere ꝓmoueri. Et de hoc assignauit duas causas, nunc vero assignat tertiā secundum Hu. & Arc. Supra d. 51. assignat duas cās prohibitionis huiusmodi. Tertia ratio, ratiocinia scilicet de officiis administratis. Hugo. &c. — Cōtinuatio

2 *Iuramentum non dicitur violare, qui illud in melius commutat.*
4 *Medium probatur per duo extrema.*
3 *Habitus non debet mutari in probatione.*



Egem. Inducit ad probandum, quod dixerat hoc c. sumptum ex Gregorio, quod diuiditur in duas partes. In prima prohibet ne obligati seculari militiæ vel publico, officio ad clerum, vel vitā regularem sint recipiēdi, nisi absoluti prius a b obligatione fuerint assignans rationem de hoc. In secunda instruit qualiter obligati militiæ sunt probandi, antequam ad regularē professionem recipiantur. Secunda ibi. Si qui vero. Pro pleniori Intellectu huius c. quæruntur duo. — Diuisio.

1 Primum est, an curiales obligati militiæ, vel rationibus publicis iuramento, possint ingredi religionem.

3 ¶ Secundum est vtrum, conueniens sit forma, quam dat in receptione militum ad monasteria, vt in habitu primo probentur per triennium.

1 **Ad primum.** Sic procditur. Et videtur, quod milites seculares possint ingredi religionem. Primo ex c. præsenti: in secunda parte ex cap. multos. ꝟ. distinct. seq. vbi datur libertas veniendi ad religionem eis, qui primo militiæ seculari sunt obnoxii. ¶ Secundo arguitur. Clericus ita est obnoxius Episcopo suo iuramento, sicut miles principi, sed clericus sine licentia Episcopi, imo eo inuito, pōt ad religionem conuolare: ergo & miles iuramento astrictus Principi. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c. Respon. dicendum, quod de militibus secularibus est distinguendum, quia aut sunt vltra militiam astricti iuramēto ad seruiēdum tam principi, quam reipublicæ, & propter hoc suscipiunt salaria, aut non. Si non, tunc est conclusio, quod tales possunt sine licētia principis, aut reipublicæ recipi, si aliud non impediat in monasteriis. Et de talibus potest intelligi tā secunda pars huius c. quam c. multos. Si vero tenētur astricti iuramento, aut perpetuo tempore, vt milites iurant reipublicæ, & salaria accipiant de publico. Et de istis est conclusio, ꝙ tales, cum non possint relinquere officia sua sine licentia principis, & absolutione ipsius vinculi obtenta, non possunt recipi in monasteriis, sine licentia, seu permissione principis, in horum. n. personis dominus habet aliquod ius, de talibus loquitur tex. huius. c. si vero non sunt astricti iuramento perpetuo, sed ad tempus, sicut est de eo, qui iurauit regere ciuitatem, quo ad officium castellaniæ, vel militis. Tunc est conclusio, quod tales possunt recipi in monasterio, quāuis princeps, vel ciuitas contradicat ꝑm Raymun. & Hug. † Nō. n. iuramentum violat, qui illud in melius commutat. ex. de iureiuran. peruenit idem Innoc. & Goff. & Hos. Consulitur tamē quo si receperunt pecuniam pro salario restituant illam illi, à quo receperunt pro rata temporis. ¶ Ad rationem primam in oppositum patet ratio ex dictis. ¶ Ad secundam respōdetur, quod non est simile de milite, de quo tex. loquitur, & clerico. Tum quia hic ius alterius læditur. s. principis, cui ad seruiendum perpetuo est astrictus miles, & ibi non. Tum quia de milite est cautum in canone, sed de clerico expresse non prohibetur. Hugo.

Primū ar. — Secundū ar. — Opponit & respon. — Raymun. — 2 — Ad primū argu. Ad secūdū

3 **Ad secundum.** Sic procedit. † Et videtur quod, miles talis probandus sit in habitu monachali, non in habitu laicali, quia non solum alij probabunt ipsum, sed eius ipse probabit asperitatem habitus ipsorū, quod non pōt facere in sua veste. ¶ secundo ad idem est decretalis. ex. de regulari. statuimus. ¶ In oppositum videtur tex. præsentis c. Respon. dicendum, quod melius probandus venit miles, aut quicunque alius in habitu monachali, quam laicali

Primū ar. — Secundū ar. — Opponit & Respon

quam laicali. Ista conclusio videtur patere ex argumentis in principio, & est ratio secundum Archid. in c. si quis incognitus. 17. q. 2. Ad ca. præsens respondetur vno modo, iuxta Bern. hispanum, quod intelligitur de eo, qui abrenuntiauit statim iuri suo repetenti ad probationem regulæ. Sed Monachi, si non obstante illa renuntiatione, volunt ipsum probare, quo ad conditionem personæ suæ, tunc ipsum probabunt in habitu suo laicali. Vel dicẽdum secũdo nostro iudicio, ꝙ tex. præsens. & c. multos. & c. si quis incognitus loquantur de his, de quibus verisimiliter timendum sit, ꝙ nõ veniant ad Monasterium religionis amore, nec vt relinquãt seculum, sed vt mutent, vt dr̃ in litera ista, cuiusmodi sunt milites curię astricti. Item serui fugitiui. Itẽ ratiociniis obligati. Nobiles depauperati. Vxorati sine licentia coniugum fugientes ad monasteria. Et ideo de talibus maior cautela habẽda est in probatione eorũ, sicut habetur in litera, tam de habitu, quam de tẽpore probationis. Et ex forma data pro istis non est sumenda consequentia, aut regula generalis pro omnibus. Verũ Io. de Fan. sequendo Inno. de regu. super eo concludit, ꝙ si consuetudo, vel regula disponit, in qua veste debeat talis probare regulam illud seruabitur, vt sentit glo. hic & in dicto c. super eo. Nam in isto potius est standum consuetudini, vel regulæ, quam iuri scripto ẜm doc. in dicto. c. super eo. Aut consuetudo nihil disponit, tunc gl. in di. ca. si quis & in c. super eo. tenet, ꝙ debet probari in habitu Monachali cum in illo consistat etiam magna pars austeritatis regulæ. Nec obstat c. multos: quia cum dicit in laicali habitu. exponit gl. dicti c. super eo. i. nouitiorũ, qui videtur laicalis ad habitum professorum, sicut patet in ordine nostro prædicatorum. Videtur nobis, ꝙ responsio ista Io. de Fan. sit minus cõueniens. Melius videtur dicẽdum, vt dictum est. s. Præterea quantum ad illam taxationem temporũ triennij videtur inconueniens ẜm alia iura. Nam aliqñ, vt in cruce signatis. tm̃ assignatur dimidius annus. ex. de regu. c. Aliqñ vnus anus, vt. 17. q. 2. Gonsaldus. Aliqñ bienniũ, vt. 19. q. 3. in monasteriis. Respon. dicendum, ꝙ conuenienter fuit tractatũ tẽpus triennii pro illis personis, de quibus loquitur. Pro quo notandum iuxta gl. & Hu. & Host. & Arch. hic ꝙ si vita, & conditio hominis sit nota, probatur per annum, & sic loquitur prædictũ c. Gonsaldus. Si vero conditio nota sit, sed vita ignota, tunc ꝑ biennium. Et sic loquitur prædictum c. in monasteriis, & si vtraq; . s. conditio, & vita sit incognita, vel saltem conditio, tunc triennium est expectandum. Et sic loquitur c. si quis incognitus. & c. istud. & . j. dist. proxi. multos. Iura tamẽ moderna videntur se ad annum restringere. Archi. Et tantum dictũ sit de istis dubijs. Concordat Henric. boych supr ca. ad Apostolicæ extra de regu. Lege tex. ¶ [Legem] lex ista non inuenitur in codice, quia Iustinianus præcesserat Mauriciũ. Hug. & Arch. [Militiæ] erant quidam milites, qui erant iurati reipublicæ, iurauerunt. n. se nunquam vitaturos mortem pro salute reipublicæ. Et salariũ accipiebant de publico, isti nõ poterant officia sua inuito principe relinquere. Et ideo tales nõ sunt suscipiendi ad monasteria sine licentia, &c. sicut dictũ est. s. in quæstione. [Rationibus] id est ratiociniis. Hug. [causarum suarum]. i. conditionum, aut fortunarum suarũ. Lau. & Archi. [fugiunt] quod semper præsumitur. Hu. veniant tamen huiusmodi milites post emersa stipendia, & officia cõpleta, intrare possunt religionem. C. de Epis. & cleri. si quis. Lau. & Archid. [Ob hanc propere]. i. antequam nexibus secularibus absoluantur. Hu. [quam prius]. i. ante ecclesiasticum, habitum susceptũ. Hu. [nequaquã student] dum transeunt ad clericatum [mutare]. i. in alium statum vertere. Arch. Argu.
4 † ꝙ per duo extrema perpenditur, & probatur mediũ. a Constat. n. de talibus, ꝙ male vixerunt ante clericatum, & cõstat, quod male postea. s. post clericatum. Ergo cõstat perhoc de medio. s. de eorum voluntate, quod nõ bona intentione, nec voto religionis sumpserunt habitum clericalem. Hu. [si quis vero] secunda pars. [Militaribus] hic loquitur de militibus, absolutis non suscipiẽdis, nisi eorũ vita prius cognita fuerit. Alioqui nulla esset additio. Hug. [suscipiendi] ad habitum in
5 habitu. Dicit hic Hu. Argu. † quod in probatione non deberent mutare habitum, quod male obseruant quidam. In suo. n. habitu quisque probandus est, & ita colligitur, quod regula beati Benedicti in c. 58. Ar. hic. & dist. 54. multos. & . 17. q. 2. si quis. & extra de regula. super eo. Arg. ꝙ dum sunt in probatione retinent possessiones, & omnia propria, quæ antea habebant, ergo nihil iuris in eo collatum est monasterio. Hu. Sed tu dic, vt prius.

Bernardus hispanus.

Io. de Fant.


Contrà Io. de. fan t.

Exponit literam.

¶ Add. Specu. de disp. & all. §. 3. ver. vel in princ.

¶ Distinctio Quinquagesima quarta.

2 *Subiectio muleris impedit ordinis subiectionem.*
4 *Serui priuatorum ad nullum ordinem debent promoueri, nisi pleno iure à dominis suis fuerint manumissi, & plenam libertatem consecuti.*
5 *Libertas plena, quæ dicatur.*
6 *Serui Ecclesiorum non possunt promoueri, nisi ab ecclesia fuerint libertatem consecuti.*



SErui autem. Hic intitulatur dist. 54. quæ cõtinuatur ad præcedens sic. Superius tractauit magister Gratianus de curialibus, qui curiæ obligati sunt, an ordinari possent. Et quia serui licet non sint curiales, sunt tamẽ obnoxii alicui conditioni, ideo consequenter in hac distinctione prosequitur de seruis, an possint ordinari ẜm Hug. & Arch. Diuiditur autem hæc distin. in quinq; partes: In quarum prima principaliter tractat de seruis nõ ordinandis, & hoc probatur per nouem autoritates. In secũda tractat, an serui Iudæorum ordinari possint, ipsis inuitis. In tertia quid iuris sit de seruis scienter ab episcopo ordinatis, dominis ignorãtibus. In quarta tractat, qui serui monachorum possint ordinari. In quinta tractat, an serui Ecclesiarum transeundo ad religionem, possent ordinari ẜm Io. de Fant. & Arch. Secũda ibi. In. §. hoc tamen. Tertia ibi. In. c. si seruus Quarta ibi: In. §. de seruis. Quinta. In. §. quod autem. Pro pleniori intellectu huius distinctionis quæruntur duo.
1 ¶ Primum est, vtrum seruitus conuenienter assignetur inter impedimenta ordinis.
3 ¶ Secundum est, vtrum si seruus sit ordinatus, ignorãte domino, sit restituendus, &c.
1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ seruitus non impediat aliquem à susceptione ordinis. Primo sic. Ad Gal. 3. Inqt Apostolus. In iesu non est seruus, nec liber, ergo ita potest ordinari seruus, sicut liber, consequentia videtur nota. ¶ Secundo sic, Ordo dicit potestatem spiritualem, seruitus subiectionem corporalem, sed subiectio corporalis non habet repugnãtiam ad id, quod spirituale est, ergo seruitus non debet impedire aliquem à à susceptione ordinis. ¶ Tertio sic. Magis est turpe clericum in seruum vendi, quam seruum in clericum ordinari. Sed licite clericus in seruum vendi potest, quia Episcopus Nolanus . s. Paulinus seipsum in seruũ vẽdidit, vt in dialogo legitur; ergo multofortius põt seruus in clericũ promoueri. ¶ Quarto, oĩa alia sacramenta ita põt suscipere seruus, sicut liber. ergo à simili ordinem ita potest suscipere seruus, sicut liber. ¶ Quinto, peior est seruitus diaboli, quam hominis, quæ quandoq; est meritoria, si patienter toleretur, sed seruus diaboli potest ordinari, quia quilibet existens in peccato mortali Diaboli seruus est. Io. 8. ergo multo fortius seruus hominis. ¶ In oppositum est præsens di. vnde in c. 2. vnde dicitur. Nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueãtur, nisi prius à proprijs dominis legitimam libertatem consequantur. Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus. Prima est, ꝙ seruitus non impedit ordinis susceptionem de facto, pater, qm̃ si seruus ordinetur, vere ordinẽ suscipit, libertas. n. non est de necessitate sacramenti, licet sit de necessitate præcepti. ¶ Si arguatur contra, quia mulier non põt suscipere sacramentũ ordinis, ratione subiectionis, sed maior est subiectio in seruo, quam in muliere, quia mulier non datur viro in ancillã, ꝑ ꝑ quod nõ de pedibus sumpta est, ergo videtur. ꝙ seruitus impediat de facto ordinis susceptionem. ¶ Ad quod respondetur, negando consequentiam. Et ratio est secundum Thom. in quarto, quia signa sacramentalia ex naturali similitudine repræsentat. Mulier autẽ subiectionẽ dicit à natura, sic autem non seruus. † Et ideo subiectio mulieris impedit ordinis susceptionem. Ista conclusio patet, quoniam, iura tales prohibent ordinari, nisi prius redditi sint libertati. vel nisi consensus interueniat dominorum. ¶ Pro cuius conclusionis, & iurium, quæ hoc prohibent declaratione est notandum, quod vt inquit dominus Durãdus in quarto. di. 25. Quædam sunt sacramenta, quæ non cõstituunt ordinatum in aliquo gradu dignitatis, & excellentiæ super alios, & talia sacramenta possunt indifferenter, dari seruis, & liberis. Aliquod est sacramentum, quod ordinatũ constituit in gradu dignitatis super alios, sicut ordo,

Cõtinuatio

Diuisio.

Primũ ar.

Secundũ ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Quintũ ar.

Opponitur in contrarium

Respõdet.

Opponit

Respõdet.

Durandus

cut ordo, per quem ordinatus fit dux, & rector ecclesiæ. Et tale sacramenum de iure communi non debet dari seruo, & hoc propter tria. Primo propter dignitatem status, in quo sunt ordinati. Porte.n. dignitatum vilibus personis paterenō debent, ne propter vilitatem personarū status veniat in cōtemptum, status enim ordinatorū magnæ dignitatis est, & status serui magnę vilitatis, & deiectionis. ¶ Secundo propter officium ordinatorum. quia non decet ordinatos in vilibus officiis occupari. Hoc.n. in reuerētiā cederet diuini cultus, cui ordinati deputati sunt. Sed dominus potest seruū vēdere, & in vilibus officiis occupare: ergo conuenientissime seruus prohibetur ordinari. ¶ Tertio, quia nemo pōt dare, quod non est suum. Ordinatus, eo ipso, quod ordinatur, seipsum dat & mancipat diuino seruitio, quia hoc est officiū ordinatorum. Seruus autem non habet potestarem sui, quia sicut dicit Philosophus. 3. politicorum Seruus est res animata possessa, ergo non pōt se dare, & offerre ad seruitium dei per ordinis susceptionem, ergo conclusio vera. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, quod autoritas Apostoli intelligenda est quo ad meritum, non quoad officium, & ita nō facit ad propositum. ¶ Ad secundum respondetur, quod ratio non procedit. Et hoc ideo, quia vt inquit sanctus Tho. In susceptione spiritualis potestatis ordinis est aliqua obligatio ad aliqua, ēt corporaliter agenda. & hoc per corporalē subiectionem aliā qua. s. quis seruituti alicuius est obnoxius. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam, & ratio est ſm sanctū Tho. qm̄ beatus Paulinus ex abūdātia charitatis spiritus dei actus, hoc fecit, sicut rei probauit euentns. Nam per eius seruitutem multi de grege suo sunt à seruitute liberati. Et ideo non est ad consequentiam trahendum, quia vbi spiritus domini ibi libertas. 2. ad Corin. 3. ¶ Ad quartam respondetur, negando consequentiam, qm̄ non est simile. Tum quia per alia sacramenta non constituitur quis in gradu dignitatis, super alios, sicut per hoc sacramentū, vt dictum est. Tū, quia conferendo alia sacramenta seruis, nullū fit præiudicium dominis suis, quia dignitatem, & reuerentiam aliorum sacramētorum possunt seruare, & dominis suis seruire, qđ nō est hic ¶ Ad quintam respondetur dupliciter. Primo negando consequentiam. Et ratio est ſm Richar. de media villa, quia seruitus domini non pōt deponi à seruo pro voluntate sua, sed seruus diaboli pōt effici liber, qn̄ vult, adiuuante deo. ¶ Secundo respondetur, quod clericus, quandiu est in peccato mortali, ordinari non debet. Et qui sciēter talem ordinaret, peccaret, nisi in casu in quo peccatum suum occultū, & Episc opus eum ordinare teneretur.

Ad Primū argum.

Ad secūdū S. Thom.

Ad tertium.

Ae quartū

Ad quintū Richard. de media villa

Ad secundum.

Sine præludio argumentorū sic per distinctionem respondetur. 3 †Nam, si seruus de facto ordinetur, non adepta libertate, aut est ordinatus sciente domino aut ignorante. Si sciente domino, subdistingue. Aut contradicente, aut non. Si sciente, & cōtradicente, tunc reuocatur ad petitionem domini in seruitutem, & in quocunq; gradu fuerit ordinatus vt dicit gl. etiam sacedotali. j. eo. quis autem leges. Quidam tamen excipiunt vnum casum. s. cū ordinatur in sacerdotem. Ar. j. e. frequens & c. ex antiquis: hæc dicit Inno. Sed oībus videtur, q̄ dominus debeat seruari indēnis. Si autē ordinatur seruus, domino sciente, & non contradicente, eo ipso ingenuus fit, siue liber nec pōt à domino repeti. j. eo. summa. si domino sciente, idē Inno. Et hoc verum est ſm Host. ad quoscunq; ordines fuerit ordinatus. Idem Goffr. & Vlrichus. Tacite.n. videtur ei dedisse licentiā dominus, & per consequēs eū fecisse liberū. Si vero, ignorāte domino, fuit ordinatus, similiter distingue quia aut sciente ordinatore, & presentatore simul conditionem ordinandi, aut altero tm̄ aut non. In primo casu ordinatus manebit in ordine suo, sed illi, qui fuerunt conscij, ordinando, & præsentando, siue ambo, siue aler tm̄ debent domino reddere duo mancipia æqualia. j. e. si seruus, absente domino. Si vero contingat, q̄ neuter habeat vnde soluat, poterit dominus illū sibi postulare restitui. Ar. j. eo. ex antiquis. In secundo vero casu s. ordinatore, & præsentatore ignorantibus conditionem eius. Tunc aūt est ordinatus ad minores ordines tm̄: & tunc debet reddi domino, nisi forte velit aliquis eū redimere. Aut est ꝓmotus ad sacros ordines: Et tūc vel est diaconus, vel subdiaconus tm̄. Et tunc redimi debet à seipso, dando pro se vicariū. i. aliū seruū domino, vel ab Ecclesia, & remanere in suo ordine. Si vero non redimitur, domino debet reddi. j. ex antiquis. Si vero promotus est ad sacerdotiū. Aut habet peculium, & tunc debet peculium dari domino. & sacerdos libertati dari. Hæc S. Tho. in. 4. hæc Bonauentu. hæc Petrus. hæc Host. & Goffr. Aut non habet, & tunc nisi aliquis ipsum redimat domino, debet reddi ad seruiendum in seruitiis tn̄ licitis, & honestis, quæ deceant sacerdotem. s. in horis canonicis. j. e. frequens & hæc de secundo. Lege. ¶ [Serui] sciendum, q̄ serui alii sunt priuatorum, 4 alii ecclesiæ. †Serui priuatorum ad nullum ordinem debent promoueri, nisi pleno iure à dominis suis fuerint manumis 5 si, & plenā libertatē consecuti. †Plena libertas dicitur, qn̄ ni 6 hil iuris in seruo retinetur. vt. j: ea. c. 2. & . 4. c. †Item serui Ecclesiarum non possunt promoueri, nisi similiter ab Ecclesia fuerint libertatem consecuti. vt. j. e. in c. Ecclesia, vel prælatus Ecclesiæ non potest aliquem manumittere pleno iure, nullo retento obsequio in eo, nisi Episcopus pro vno duos det eiusdem meriti, & eiusdē peculii, vt. 12. q. 2. Episcopus qui nec etiam tunc pleno iure manumittat, quia in eo aliqđ ius videtur Ecclesia retiner e, cum eam non possit in ius vocare, vel contra eam accusationem, vel testimonium intendere, quod si fecerit: reuocabitur in seruitutem Ecclesiæ, vt hic dicit Hugo.

Respōdet.

Innocētius

Vlrichus.

S. Thom.

Exponit literam.

1 *Seruus aliquis si sit plurium dominorum an requiratur consensus omnium vel sufficiat consensus alterius tantum vt libertatem consequatur, vel possit in clericum ordinari.*

2 *Liber esse debet qui diuinis officijs ascribitur.*



Vllus. Hic inducit primam autoritatē ad probandum intentionem suam, & est Leonis papæ, vbi cōclusio est, quod sine domini voluntate seruus non est ad Ecclesiasticū minus suscipiēdus. Et diuiditur hoc c. in duas partes. In prima prohibet, ne ab Episcopis seruus cuiuscunq; sine sui domini licentia ad clericatus officiū suscipiatur. In secunda assignat rationem huius. Secunda ibi: Debent.n. esse. ¶ Pro pleniori intelligētia huius c. & gl. quæ 1 ritur. † Vtrum si seruus aliquis sit plurium dominorū. vtrū requiratur consensus omnium, vel sufficiat consensus alterius tm̄. vt libertatem consequatur, vel possit in clericum ordinari. Et videtur, quod requiratur consensus omniū. Primo ex tex. præsenti, vbi dicitur voluntas eorum accesserit. Ecce, q̄ loquitur in plurali, & tn̄ tex. exprimit de seruo in singulari. ¶ Secundo ad hoc facit glo. fi. & iura in ea alleg. ¶ In oppositū est gl. 1. Respondeo dicendum, q̄ hic sunt duo modi dicendi. Vnus est, q̄ non sufficiat consensus vnius tm̄, sed omnium rōnibus dictis, pro quo videtur esse Archid. Alius modus dicendi est, q̄ sufficiat volūtas, siue cōsensus vnius: Et pro istā opinione videtur Io. gl. Hu. & Lau. Io. de Fā. pro qua opinione inducit glo. insti. de donatio. §. erat olim. & . C. de con. ser. manumis. l. 1. vbi dicitur, quod si vnus velit ad libertatem perducere, quamuis alius contradicat, vere liber efficitur, nec in seruitutem reuocabitur. Et hoc æquitas est, & humanius in fauorem libertatis, vt dicit Hug. Sed ille, qui eum facit liberum consocio suo, vel consociis certa æstimatione condemnabitur. Et concordat Henricus Boych, super c. de seruorum. & extra de seruis non or: vbi ita distinguit, quia aut dominus pro parte serui communis prius manumiserit, seruata solēnitate illius. l. 1. C. de ser. communi manu. & satisfecerit cōdominis de pretiis partiū suarum, & postea voluerit, quod ordinetur, tunc Episcopus potest eum licite ordinare, & intelligit secundā opinionē. Si aūt dominus pro parte, non præmissa manumissione ſm formam iuris vult, & consentit aliiscontradicentibus, vel saltem non consentiētibus tacite, vel expresse, vult quod seruus ordineturtunc ordinari non debet. Et ita intelligit opinionem primam Archidi. & c. huius. Ad rationes vero in oppositum respondebitur ꝑ declarationē literæ. Lege tex. ¶ [Petitio]. i. vt petunt eum ordinari [& velint eorum] s. dominorū vel alterius eorū Hu. [volūtas] nō mō expressa, sed etiā tacita, & interpretatiua, quæ etiā pro cōsensu habetur in hoc casu, vt. j. e. si seruus 2 Hu. [debēt.n.] secūda pars. †Liber.n. esse debet, q diuinis officiis ascribit. Tū quia fit particeps Ecclesiasticæ libertatis. Tū qa ad regalis, & sacerdotalis dignitatis fastigiū disponitur sublimādus. Tū, qa qui spūalibus dedicatus est officiis nō debet seruilibus occupari. Habet.n. Ecclesia suā militiā, & suos milites & sua arma, & sua castra: vt. 24. q. 1. militare. Militia Ecclesiæ est officiū Ecclesiasticū, milites clerici, casta Ecclesiæ arma lacrymæ, & orationes, & excommunicatio. Hugo.

Diuisio.

Quæstio.

Primū ar.

Secundū ar.

Opponic & respon.

Henrichus boych.

Exponit literam.

1 *Manumissio est datio libertatis.*
2 *Manumissus, si amiserit chartam, an sufficit, si probat se omisisse, vt possit promoueri.*
3 *Facta in publico, non licet in dubium reuocare.*
4 *Seruus ordinatus, siue consecratus, siue licentia domini sui, quare redditur domino suo.*
Et an talis seruus retineat priuilegium clericale. numer. 5. & num. 6.
Et an talis seruus poterit contrahere num. 7.
Et an debeat portare habitum clericalem, & tonsuram. numero. 8.
9 *Clericus depositus, an perdat priuilegia clericorum.*


NVlli. Sequitur ad idem hoc secundum c. ꝙ sumptum est ex Tribuciensi Cōcilio vbi dicitur, ꝙ ex seruili conditione nullus ad ordines accedat, nisi à dominio suo prius obtēta libertate, quæ in ecclesia prius sit publicata. Et diuiditur hoc cap. in duas partes. In prima facit, quod dictum est. In secūda dicit. ꝙ si quis seruus absq; consensu domini fuerit ordinatus, in seruitutem domini sui redigatur. Secunda ibi. Porro. Leg. ¶ [Nulli ad sacros] .i. ecclesiasticos, vt. 28. q. 1. nullus. Hug. &. s. ea. c. 1. &. j. e. c. si quis. & extra de ser. non ord. ca. 1. & c. consuluit. Arch. [legitimā] .i. plenam. s. cum dominis in eis nihil iuris sibi retinet, & intelligitur hoc ca. sicut & præcedens de seruis priuatorum. Hu. [Consequitur] per manumissionem. † Nā manumissio est datio libertatis. Nam quandiu quis in seruitute est, manui & potestati est subiectus siue suppositus, & manumissus est liberatus a manu, & potestate domini. inst. de libe. in prin. Arch. Vbi notandum, ꝙ si manumissio fit ad hoc, ꝙ ordinetur manumissio debet potius fieri coram ecclesiastico Iudice, quam coram seculari ẜm Arch. Ar. extra de ser. non ord. c. 1. [charta.] † Sed pone, ꝙ amiserit chartam. Nunquid sufficit, si probet se amisisse. Videtur ꝙ sic, ẜm Raymun. & Arc. dummodo probet eius continentiam extra de priuile. cum olim [in ambone]. in pulpito, qa ex vtraq; parte solet esse pulpitum, vel quia ex duabus partibus fit aliquando accessus ad ipsum. Hu. Et fit hoc ad cautelā, non minus ille consequetur libertatē, quis nulla scriptura interueniat, vel talis publica denūtiatio. Hu. [Rite consecrabūtur] .i. ordinabūtur. Et est ar. vt inqt gl. & Hu., † ꝙ ea, q̄ publicæ fiūt, non licet in dubiū reuocare, nec in his debet quispiam audiri. Arg. 11. q. 3. curæ. & di. 87. c. vlt. &. 8. q. 1. licet. Sed contra esse videtur. 15. q. 6. c. 1. in fi. Sed vt dicit Arch. hoc contrariū loquitur, cum negatur qualitas facti, & non ipsum factum, quia pōt dicere coactus feci, sed non pōt dicere non feci. [Porro] secūda pars. [consecratus.] i. ordinatus in quocunque ordine, excepto diaconatu, & presbyteratu. vt. j. e. ex antiquis. [conditionis] .s. seruus, & in seruitio domini, sicut & ante. ¶ Circa hanc partem occurrunt plura dubia. Primum est † quare ordinatus, siue consecratus sine licentia domini sui redditur domino suo, cum alia res consecrata non reddatur. 14. q. vlt. comperimus. Respond. duplex est ratio. Vna, quia in rebus aliis maxime inanimatis, quæ solæ consecrantur non est dolus, sed in homine sic. Alia, quia in rebus inanimatis consecratio est in superficie, & ideo non debet à manu prophana tangi, nec potest. 32. q. 7. licite. ¶ Secundū dubium est † Vtrum seruus sine licentia domini ordinatus, & restitutus domino retineat priuilegium clericale. Et ita vtrum possit conueniri coram Iudice seculari. Nunquid potest noxali iudicio conueniri, & tradi noxę. Nūquid potest mouere arma præcepto domini. Nūquid pōt verberari sine sacrilegio. ¶ Ad hoc respondet gl. & Hugo. ꝙ perdidit omnia priuilegaia clericorum. vt .j. e. ex antiquis. non ergo debet gaudere illis, quæ ex illis cōsequentur. Ar. 16. q. 1. generaliter. potest ergo conueniri coram Iudice seculari. Et sic in cæteris præmissis. Sed in verberatione distinguendum dicit. Hug. quia à domino suo potest verberari sine sacrilegio, sicut ante, quia non est inde factum præiudiciū domino, sed aliis: Et pro ista opinione facit text. hic in fin. qui vult ꝙ sit illius conditionis, cuius erat ante ordinationem. Sed non est dubiū, quin ante poterat verberari, ergo & tūc ẜm Archid. Et hanc partem tenet Hostien. c. 2. de seruis non ord. motus etiam per istum tex. licet Innocen. teneat cōtrariū per c. si quis suadēte 17. q. 4. Sed dicit Ho. ꝙ tex. intelligitur de liberis, & libere ordinatis, sed seruus non habet liberum consensum, vt possit domino præiudicare. Et ideo sibi restituitur sub pristina seruitute, quo ad omnia, vt hic vult tex. Et ista opinio videtur esse verior. ¶ Sed hic surgit quæstio. † cur talis seruus perdit omnia priuilegia clericorum, & non priuilegium canonis. Respon. ꝙ ratio diuersitatis est, quia priuilegiū istud. s. non cōueniri coram Iudice seculari, & huiusmodi, est datum clericis in fauorem tantum eorum, quo iste se fecit indignum, cum sic ordinatus est, sed illud priuileginm. s. non verberari sine sacrilegio nō tantum fauore clericorum datum est eis, quantum & odio laicorū, siue malefactorū. Congruit ergo illi sic ordinato hoc priuigium, non ex fauore clericorum, sed odio malefactorū, sed quantū ad dominum, nullo modo congruit, quia per factū eius non debuit fieri præiudiciū ẜm Hug. Io. de Fant. & Arc.

Diuisio — *Exponit literam* — *Quæstio.* — *Archid.* — *Primū dubium. Respōdet.* — *Secundū dubium.* — *Respōdet.* — *Hostiensis.* — *Secūda qō. Respōdet.*

7 ¶ Tertio quæritur. † vtrū talis poterat contrahere matrimonium. Ad hoc respondetur iuxta Hug. ꝙ, si est in minoribus ordinibus, potest, si in sacro non potest tū ratione ordinis, tū ratione voti, quod intelligitur fecisse in susceptione ordinis sacri. Nam ad continentiam seruandam potuit inuito domino animam suam obligare. ¶ Quarto, quæritur † vtrum talis debeat portare habitum clericalem, vel tonsuram. ¶ Ad hoc respondetur, ꝙ hoc relinquitur arbitrio domini, cōtra cuius voluntatem talia non habebit. Arg. 33. q. 5. quod Deo &. di. 12. illa. & di. 61. c. 1. Coronam tñ, qualemcunq;, crederē eū debere habere, si quoquo modo fieri posset sine scandalo Domini. Arch. 20. q. 3. eos. ẜm Hug. & Io. de Fant. & Arc.
8 (Quarta qō. Respōdet.)
9 ¶ Quinto quæritur, † vtrum idem sit de deposito clerico. s. an perdiderit priuilegium clericorum, sicut de seruo ordinato. Respondetur ꝙ non & ratio est secundum glo. & Hugo. Io. de Fantu. quia clericus depositus legitime ordinatus fuit nec peccauit permittendo se ordinari, licet postea deliquerit, seruus autem peccauit, quia furtum sui corporis fecit.

Tertia qō. Respōdet. — *Respōdet.*


MAgnus. Sequitur tertium c. ad idem sumptum ex concilio Maguntinen. vbi habetur, ꝙ officio procurationi, aut alicuius administrationis obligati, siue etiam tutores pupillorum ante depositum officium, & rationem dispensationis assignatam ordinari nō debeāt. Et diuiditur hoc c. in tres partes. In prima ponit ꝓpositionem factam in Concilio. In secunda responsionem siue consultationem vnius Episcopi. In tertia approbationem eiusdem responsionis factam per totum Concilium: Secunda ibi. Gratus. Tertia ibi: Vniuersi dixerunt. Omnia plana sunt.

Diuisio

1 *Serui Ecclesiarum dati libertati, si honestate vitæ claruerint possunt ordinari.*
2 *Famuli appellatione serui, & non liberi continentur.*


QVi ex famulis. Sequitur ad idē quartum cap. sumptum ex Concilio nono Toletano, qđ diuiditur in duas partes. In prima loquendo de seruis Ecclesiarum dicit † ꝙ serui Ecclesiarum dati libertati, si honestate vitæ claruerint possunt ordinari, & ad maiores ordines assumi. In secūda, ꝙ si tales postea fuerint ingrati, & incorrigibiles reperiantur, in perpetuā seruitutem redigantur. Secunda ibi. Quos Lege. ¶ [Qui ex famulis] id est seruis. † Nam famuli appellatione serui non liberi cōtinētur. C. de præpo. sac. cub. l. pen. l. 12. Arc. [seruituri] in diuinis, & clericalibus officiis [libertatis] non plenæ. 12. q. 2. de libertis. & c. Diaconi. Hu. & Arch. [Quos] secunda pars. [flagitii] id est, ingratitudinis, ꝓ qua quis reuocatur in seruitutem ẜm Hu. & Laur. 12. q. 8. Quidam tamen intelligunt flagitium quodlibet crimen. Nam pro quolibet crimine potest reuocari in pristinā seruitutē, si incorrigibilis appareat, quod de seruis Ecclesiæ potest esse verum secundum Hug. Nam alii, qui ex voluntate Dominorum suorum facti sunt clerici propter nullum crimen etiam, si sint incorrigibiles, reuocantur in seruitutem. Hug.

Diuisio. — *Exponit literam.*

2 *Obsequium duplex est spirituale, & corporale, & quid vtrunque dicatur.*
3 *Opera artificiales, quę dicantur.*
Quæ fabriles. num. 4.
Quæ obsequiales num. 5.


QVicunque. Sequitur ad idem quintum c. ex 4. cōcilio Tolet. ꝙ diuidit in duas partes. In prima statuit, ꝙ serui in libertatē plenam à dñis dati, possunt ad clericatū suscipi, si

scipi, si alias sine crimine, aut alio impedimēto reperiantur. In secunda dicit, quod manumissi à dominis, retento aliquo obsequio, non recipiantur ad ordines, secunda ibi. Qui vero retento. Lege. ¶ [Quicunq; libertatem] supple, quæ nō pōt dari ad tempus, sed perpetua. ff. de manu. test. l. libertas, Lau. & Arch. [sine crimine] & sine quolibet alio impedimento. Hu. [directa] .i. plena & absoluta. Hu. [Qui vero] .2. pars. [retento in eis à dñis obsequio] quod libertus debet patronis [seruitute] .i. seruitio .i. seruitii obnoxietate tenentur. Hug. & Lau. [voluerint] reuocare in seruitutem, in eos commissa ingratitudine [fiant serui] .i. reuocentur in seruitutem, causa tamen ingratitudinis prius probata. Hu. Circa hunc locū surgit duplex quæstio.

Exponit literam.

1 ¶ Prima, vtrum ad hoc, quod seruus manumissus ordinari posset, necesse sit, vt dominus nihil obsequii reseruet in illo.

6 ¶ Secunda est, vt si aliquod seruitium in manumisso retineri possit, vtrum ad hoc requiratur consensus Episcopi, &c.

Primū ar. 1 **Ad primum.** Sic proceditur. †Et videtur, quod in tali manumisso dominus eius nihil obsequij reseruare possit. ex. c. pręsenti. vbi tex. aperte dicit, quod qui, retento obsequio, manumissi sunt, pro eo quod adhuc patroni seruitute obnoxij sunt, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinē promouendi. ¶ In oppositum videtur infra eod. distinctio. capi. se. item extra de ser. non or. c. nullus. Respon. dicendum, quod vt tangit glo. & Hugo. duplex est modus dicendi. Quidam .n. dicunt, ꝙ priuatus dominus bene potest retinere in manumisso, ordināndo aliquod obsequium spirituale, vel etiam corporale, quod consistit in non

Opponit & respon.

2 faciendo. †Pro quo notandum quod obsequium aliud est spirituale, aliud corporale. Spirituale est ministrare, cantare altaris missam, & cætera officia celebrare, orare pro defunctis & huiusmodi. Corporale obsequiū[a] dicitur illud, quod lex humana vocat operas libertorū. Sed operarū, q̄ à libertis exhibentur patronis, quædam sunt artificiales, quædam fabriles, quædam obsequiales, siue officiales. 3 † Artificiales dicūtur, quæ imponuntur in aliquo artificio, vt puta dabis mihi singulis annis. 10. operas in scribendo, vel in muro faciendo vel in vinea putanda, vel fodienda, & huiusmodi. †

a ¶ Obsequiū Quibus p̄stetur, & q a bus pietas vide gl. in l. 1. §. fi. & l. of. ff. mād.

4 Fabriles dicuntur, quæ imponuntur, & promittūtur sine impositione alicuius certi artificij, puta dabis mihi singulis annis. 10.

5 operas. †Obsequiales, siue officiales dicūtur, quæ consistūt in obsequio præstando, siue affirmatiue, vt in assurgendo, in salutando, concomitando, obediendo, & exhibēdo obedientiā, & consimilibus, vel negatiuē, vt non accusāndo, in non ius vocādo, nō criminādo, nō verberādo. nō iniuria afficiēdo, & similibus. Hoc aūt alijs verbis exprimit, quia operarū quædā cōsistūt in faciēdo quædā vero in nō faciēdo. Dicūt ergo isti, quod priuatus in manumisso ordinādo poterit retinere aliquod obsequium spirituale. s. vt celebret diuina officia in capella sua, vel vt cantet missam pro anima sua, vel suorum, vel aliquid huiusmodi. Et si ordinatus fuerit, & hoc facere recusau erit admonitus, reuocabitur in eius seruitutē. Itē pōt retinere obsequiū corporale. s. non artificialem, vel fabrilē operā, nec officialē, quæ exhibet affirmatiue & q̄ consistit in faciēdo, sed officialē, quæ exhibetur negatiue, vel q̄ consistit in nō faciendo. s. vt non accuset est nec vocet eum in ius. Alij vero, sicut Hug. dicūt, ꝙ nullū penitus obsequiū vel spirituale, vel corporale debet in eo retinere, alioqui nō ordinabitur. Et ad c. nullus. de ser. non ord. Respondet illud c. abrogatum esse. Sed ista responsio nō videtur conueniens Arc. quia si illud c. fuisset abrogatū, nō fuisset incorporatum in volumine decretalium. 19. dis. c. 1. vnde inter has opi. prima videtur sequenda. Dicendum est ergo. quod honestū seruitiū, & spirituale possit retineri, vt ibi: extra de cons. appo. c. 2. ꝯm Io. de Fant. & Archid. & gl. in dicto c nullus. & ad c. Episcopus. Respond. ꝙ non est ita generale intelligendum, sicut Hu. accipit illud, quia non videtur excipi obsequium spirituale. Verum vt dicit Host. ad vitandum omne contrarium hoc onus est imponēdum in ipsa manumissione ante ordinationē. Et sic in ipsa ordinatione poterit onus iā impositum declarari. extra de elect. significasti. & extra de præb. significatum. Et sic talis non seruierit, poterit degradari. ỹ. eo. di. frequens. & c. quicunq; & extra. eo. nullus. Si tamē factus fuerit sacerdos, non fit seruus olim domini sui. Idem Goff. & Innocen.

Hugo.

Cōtra, Hu. Arehid.

Io. de Fan. Archid.

Hostiensis.

Respōdet. Alanus. 6 **Ad secundum.** Dubium †vtrum requiratur consensus Episcopi. Duplex etiā modus dicendi reperitur. Quidam dicūt, vt Alanus, quod sic, vnde vt dicit Arch. Alanus respondendo ad primam quæstionem ait, ꝙ sic de consensu Episcopi, alias non, & sic intelligitur. ỹ. eo. frequens in fi. & ex. de ser. non or. nullus. Et istud dicit præcipue per c. istud quicunq;, ita etiam dicit Ioann. & Raymundus. Et videtur probabile ꝯm Archid. Alij vero, vt Tancre. dicunt, ꝙ pōt tales operas retinere non distinguendo an consenserit episcopus. vel nō. Huius opinionis est Io. de Fant. pro qua, vt inquit, optime facit c. eo libentius ex. e. tit. vbi sufficit solus consensus domini in retinendo. Nec est bona responsio, inquit quam videtur dare Arch. quod illud. c. loquat de seruis Ecclesiæ, quia potius facit in oppositū. Nā si rector Ecclesię pōt retinere seruitiū in seruo Ecclesiæ sine consensu Episcopi, fortius poterit dominus tenere in suo seruo priuato. Ad hoc etiam optime facit text. in c. 2. de conditio. appo. vbi nulla fit mentio de licentia Episcopi. Et tamen approbatur appositio seruitii spiritualis posita in traditione libertatis secundum Io. de Fan. & tantum pro nunc.

Raymund. Tancredus. Ioan. And.

De seruorum. Palæa est.

SI quis. Sequitur ad idem sextum c. ex cōcilio Martini papæ. Cuius cōclusio ponitur in rubro, & planissima est. Lege. ¶ [Tributo] .i. iugo, onere Hugo. [Aliqua conditione] vt, curiali, originaria, ascriptitia, vel manentia. Hu. sic. ỹ. e. admittuntur. Arc. [patrocinio] .i. patronatu. Hu. [Consensus] saltem tacitus. Hu. ỹ. e. si seruus. Arch.

Diuisio.

De rebus. §. palæa est.

Veterum. In hoc. §. incipit secunda pars huius distinctionis, in qua magister Gratianus tractat, quid iuris sit si seruus ordinatur, non adepta libertate. Sed de hoc licet in prin. dist. in secundo articulo dictum sit, tamen repetendū est aliquid, vbi notandum iuxta Raymun. Hug. & glo. quod cum seruus ordinatur, aut ordinatur sciente domino, aut ignorante. Si sciente aut contradicente, aut non. Si sciente domino & contradicente in seruitutem. reuocabitur in quocunq; ordine ordinetur, præterquam in sacerdotio, quoniam si est ordinatus sacerdos, remanebit in eodē ordine, peculio si quod habet, domino restituto, quod si nō habet peculium, nec est, qui eum ordinauit, debet reddi dño suo ad seruiendum ei in seruitiis licitis, & honestis, quæ ordinem suū deceant, vt in horis canonicis, missa, & huiusmodi. ỹ. e. frequens, quod si contumax hęc renuat, deponi potest. ex. e. nullus in fine. Si vero ordinatus est in Diaconū, habebit pro se vicarium, & ipse remanebit in ordine, alias reuocabitur in seruitutem nisi aliquis vellet eū redimere. Et idem intelligitur de Subdiacono. ex. c. miramur. In alijs vero ordinibus absolute reuocatur in seruitutē. vt. s̄. e. nulli. & in seq. c. Satis concor. Goff. & Inno. Si vero ordinatur sciēte domino, & non contradicente hoc ipso efficitur liber, & ingenuus. ỹ. e. si seruus sciente. Et hoc verum est ad quoscunque ordines fuerit ordinatus idem Goffr. & Inn. Si vero ordinatur, ignorante domino aut Episcopo, & eo qui pręsentat ad ordines ignorante eius conditionē, vel sciente. Si ignorante doño, & ordinatore Episcopo, vel præsentatore sciente eius cōditionem, tunc talis ordinatus in ordine suo remanebit, sed Episcopus, vel præsentator suus in duplum domino restituet, vt. ỹ. e. si seruus absente. Si vero domino ignorāte, & episcopo, & præsentatore eius conditionem nesciente tunc locum habet c. præsens. Nam ordinatus in inferioribus ordinibus reuocatur in seruitutem.

Raymūdus

Goffredus. Innocen.

1 *Leges seculares sūscipiendæ sunt in causis Ecclesiasticis.*
2 *Ordo iudiciarius seruandus est in receptione, & redditione.*
3 *Seruus ordinatus, domino ignorante, aut contradicente, quare non semper reddatur.*

Ex antiquis. Inducit ad p̄batione dictorū ca. hoc Gelasii Papę. pro cuius c. intellectu est sciendum, ꝙ actores amandi conquesti sunt papæ, ꝙ quidam serui, vel curiales sui domini erant ordinati contra rationem. Papa Gelasius delegat huius causæ cognitionem duobus Episcopis, vt si viderint legitime probari eos sic esse ordinatos, eos restitvāt, & præfigit formam in modo procedēdi. Diuiditur ergo hoc c. in tres partes. In prima inuehit contra Episcopos, qui in tali facto plurimum peccabant, licet esset prohibitum ex antiquis statutis, & in concilio nouiter tunc temporis celebrato

Casus.

Diuisio

Exponit literam

In secunda exponit querelam. In tertia delegat eius causæ cognitionẽ. Secũda ibi. Autores. Tertia ibi. [Et ideo fratres. ¶ [Obnoxias].i.alicui obligatas. [cõditionem].f. seruitutes vel manentię, vel huiusmodi. Hug. [Cingulo].i. honore. Hu. [cælestis].i. Ecclesiasticæ. Hug. [Ignorantia] iuris, vel conditionis ipsorum. Archi. [Actores] Secunda pars.i. procuratores. [suo iuri].i. iuri sui domini, vel huiusmodi Hu. [in clericos] hoc nomen clerici comprehendit alios ordines à Diaconibus, sic. 64. dist. placuit. quandoq; tamen omnes comprehendit. 11. q. 1. de persona. [Concilium] Toletanum forte. §. e. quicunq;. Lau. & Arc. [ignorantia] iuris, vel seruilis conditionis ipsius promouendi. Lauren. & Archid. [religioso priuilegio].f. clericali, vt possit compelli coram Iudice seculari [Compelli] redire Hug. [Et ideo] Tertia pars. [monstrauerint] legitima probatione. Lauren. & Hugo. [discussos] id est probatos [obnoxios].i. suo iuri astrictos: legum etiam secu-
1 larium. Hu. Et est ar. † pro legibus secularibus suscipiendis in causis Ecclesiasticis. Arc. 11. q. 3. summopere. Hug. [tramite.]

Di

2 Ar. † qđ in receptione, & redditione est ordo iudiciarius obseruandus, alias non debet reddi. Ar. 15. q. 7. c. 1. & c. Episcopus. Hu. & Lau. [intermissione].i. exceptione, vel appellatione ₰m Hu. [ita] Ecce præfigitur forma iudicii delegato, quã non debet excedere. Arc. 7. q. 1. peruenit, &. 17. q. 1. si custos.

Opponit

[peculii sola.] ¶ Sed nonne omne peculium serui est domini sui. Vtiq; vt. 13. quæst. 2. illud. Nulla ergo pœna infligit huic presbytero, nec deperit aliquod vtilitati eius, si res ei restituatur, vt. j. e. generalis. Ad hoc respondetur secũdum Hug.

respõdet.

& glo. quod in hoc punitur, quod amittit administrationẽ, peculij, quam forte habebat. [peculij].i. administrationis peculii. Hu. vel dicitur peculiũ.i. id, quod postquam factus est sacerdos, acquisiuit. Quid si non habet peculium, sic vel sic. Assumat eum in capella sua, vt ibi ministret, vt. j. eo. c. prox. Quid si nec capellam habeat dominus Inanis est actio, quã inopia debitoris excludit. Hinc dicere non possum. Redde, quod debes, vt, 14. q. 6. c. 1. nec presbytero est aliud imponendum, quam canon imponat.f. quod mulctetur in peculio quod nec habeat, vel quod postea habebit, siue postquam redactus fuerit ad meliorem fortunam, vel ex operis suis,
5 vel alio modo. Hugo. † Sed quare dominus punitur in huiusmodi casibus. Quare non redditur ei semper seruus ordinatus, ipso ignorãte, aut cõtradicẽte. Resp. ꝗ hoc fit ꝑ ꝑ prærogatiuã, & fauorẽ alterius.f. sacerdotis, vnde hic priuatur dñs iure suo, quacunque culpa. Ar. d. 22. renouantes. Hu. [Diaconus] de Subdiacono non facit mentionem. Et ideo de hoc miratur Inno. extra de ser. non or. miramur. Io. de Fan. Arc. [Aut vicariũ] Sed vnde dabit, cũ nihil habeat. Quærit gl. & Hu. ad hoc respondet gl. sufficienter, & eadem est responsio Hug. [Reddatur domino.] Nota hæc esse vera de reddendo Diacono, vel aliis, cum Episcopus ignorauit cõditionem, vbi autem ipse, vel præsentator sciuisset ipsi remanebunt in suis ordinibus; & Episcopus, vel præsentator condemnabitur in duplum, vt. j. eo. si seruus absente. Hu. [neminẽ posse.] Hodie excipitur Subdiaconus, qui gaudet eodem priuilegio quo diaconus extra de ser. non or. miramur. [Vendicare] libertatem [iura].f. si nulli redderentur [priuilegia].f. Ecclesiarum, si omnes indistincte redderentur. Arch. Circa glo. mouet Archid. Vtrum constitutio se extendat ad præterita. Sed quia alibi est congruentior locus ad loquendum, de hoc supersedemus.


Quæstio.

Respõdet.

Quæstio

1 *Causa status potest agi per procuratorem.*
2 *Sacerdos non redditur propter prærogatiuam ordinis.*

Diuisio.



FRequens. Ad idem inducitur hoc ca. ꝗ est eiusdem pontificis. Et diuiditur in tres partes. In prima præmittit, quasi proemium. In secunda narrat factum, qualiter .f. Episcopus quidam duos fratres promouerat, vnum in clericum. Alium in Sacerdotem. Procuratores vero dominæ Placidæ repetebant eos, dicentes eos fuisse seruos prædictæ dominæ. In 3. delegat tribus Episcopis huius causæ cognitionem in hunc modum. Vt si illi fuerint conuicti. Clericus reddatur. Presbyter vero, quia propter sacerdotium in seruitutem redigi non potest, non reddatur, sed si placet doñæ ministret in ecclesia, sua in diuinis officiis. Secunda ibi. Nuper. Tertia ibi. Et ideo. Lege ¶ [Circunstrepit].i. pulsat, vel lædit, vel molestat. Archid. [obnoxias].i. constrictas vinculo seruitutis, vt sunt manentes, vel ascriptitij, originarii. secundum Laure. & Arch. [Nuper] secunda pars. [Marcelianen.] hæc erat ciuitas Binomia, vel duæ erant ciuitates, & duo Episcopatus, sed tunc erãt in vnum redacti. Hu. sic di. 75. c. vlti. Arc. [absentis] hoc ipso præsumitur frauus interuenisse, quia in absentia dominæ factũ est Hugo. [Et ideo] tertia pars. [inter supra dictos autores.]

Exponit literam

1 a † Ergo causa status a potest agi per procuratorem, quod est contra id. 2. q. 6. si quando glo. Respondet, ꝗ ibi loquitur de eo, qui impetitur, hic de eo, qui impetit. Sed Hu. dicit, quod nullum est contrarium, nec aliquam solutionem esse necessariam, si certum est, quod causa status prohibetur agi per procuratorem ex parte illius, de cuius statu dubitatur: si ille vendicet sibi libertatem, sed ex alia parte non prohibetur esse procuratorem, qualitercunq; talis causa agatur, vt hic dicitur, quod procurator esset ex parte illorum, de quorum statu dubitatur, sed tantum ex alia parte. Hu. [Extremæ].i. seruilis, quæ dicitur extrema.i. deterrima, & infima. 11. q. 1. Christianis. Hu. [refragationis].i. defensionis. Hug. [diluere.] Sed nunquid reo incumbit onus probationis non, vt. 6. q. vlti. quod autem. Sed excipiendo se esse liberos, fecerunt se actores, vel de propria voluntate sumpserunt hoc onus, vel hoc ipso probant se liberos, quia illi non probant contrarium, & hoc melius dr vt. 29. q. 2. huius rei [gradus].i. sacerdotiũ. [præfinitus].i. determinatus [legibus] canonicis, quia seculares nihil inde dicunt [non defendit] quia nõ habet ipsum. si enim haberet defenderet ipsum, ne redderetur. Nã ipso iure sacerdotium liberatur à seruitute propter sui prærogatiuam. Dicunt quidam hoc verum esse, vbi ordinationem expressam non præcessit contradictio. Nam tunc secus, vt. j. e. c. proxi. Nam, ex quo Diaconus in tali casu amittit potestatem dãdi vicarium, vt ibi patet, ergo in tali casu sacerdos amittit libertatem manendi in ordine. Sed Hug. dicit, quod non debet reuocari, ex quo factus est presbyter, licet contradictione præcedente. Nã hic ista sola causa assignatur, quare non debeat reddi, quia presbyter est, peruenietur ergo in amissione peculij. Et Episcopus, si sciuit, punietur in duplum. secundum Hug. de hoc. §. §. proxi. Arch. [Non velut redditum] ad seruitutem. Hu. & Arc. [habeat] domina illa susceptum in ecclesia sua. † Ecce, quod sacerdos non redditur propter prærogatiuam ordinis.

¶ Causa status. Corã quo talis causa debeat agitari. vide car. zaba. in. c. 2. nu. 3. de serui. nõ ordi. & in foro seculari an ecclesi. ibi num. 2.

1 *Timor pœnæ inducit legis obseruantiam.*
2 *Originarij serui qui dicantur*
3 *Contradictio plus facit, quam absentia.*



QVis autem legis. Ad idem sequitur hoc cap. quod est eiusdem Gelasij papæ. Et diuiditur in tres partes. In prima parte ponitur, quasi proemium epistolæ; in quo inuenit contra contemptores legum principum, & regularum sanctorum patrum. In secunda narrat querelam procuratorum Dominæ Maximæ, qui conquerebantur, quod duo originarij suæ dominæ erant ordinati à quodam Episcopi in Diaconos, cõtra dictione præcedente. In tertia delegat huius causæ cognitionem duobus Episcopis, vt si ita verũ esse cognouerant, eos à sacris officijs repellant, & suæ dominæ restituantur. Secunda ibi. Actores. Tertia ibi; & ideo fratres. Lege. ¶ [Leges] seculares dicentes seruos, vel originarios non debere ordinari absque voluntate dominorum. Hug. [patrum] antiquorum [modernas] id est, à modernis factas. [impunitum] Argum. † quod timor pœnæ inducit legis obseruantiam. Io. de Fan. [Actores] secunda pars. [Maximæ] nomen proprium est illius Dominæ. Archidiacon. [Originarios, hi, & ascriptitii dicuntur, quia ita glebæ ascripti sunt, vt eam sine volunta-
2 te Domini dimittere non possunt. † Sed originarii dicuntur, quia ex origine patris, vel Aui vel proaui habent, quod adhærent glebæ. Isti vulgo manentes dicuntur à manendo secundum leges. Serui glebæ appellantur sic; ergo omnes originarij sunt ascriptii, & econtrario. Hæc tamẽ potest esse differentia, quia ille, à quo incepit talis manentia, proprie dicitur ascriptitius, & non originarius: descendentes vero ab eo vtroq; vocabulo censentur. Hug. Secus, si essent facti. sacerdotes & est Arg. q. 6. quoties. &. 11. q. 1. quia res. & di. 81. tantis. Nec habet hic diaconus potestatem dandi vicarium ꝑpter contradictionem præcedent, sed præcise retruditur in
3 seruitutem. Hug. † Et est argu. plus facere contradictionem quam absentiam, vt hic. Hug. Nec obstat, quod inducitur in contrarium hic in glo. quoniam vt dicit Arch. illa regula habet locum

Diuisio.

Exponit literam.

Archid.

bet locum in his, quorum præsentia, vel cōtradictio nō pōt totū, quod agitur, confirmare, vel infirmare, siue infringere. alias secus, vt hic facit pro Archid. ex. de simo. sicut tuis. vbi dicitur, quod plus operatur expressa contradictio, quam taciturnitas. Io. de Fant.

1 *Impietas non est committenda causa pietatis.*
2 *Simonia, an committatur in emendo libertatem.*



Generalis Ad idem inducitur hoc ca. ꝙ est eiusdem Gelasij papæ. Et diuiditur in duas partes. In prima ostendit seruos, vel originarios sine dominorum suorum assensu non debere ordinari. aut ad religionē suscipi. In secunda præcipit subpæna tales ordinatos restitui, & ꝙ alii deinceps non recipiantur. Secūda ibi: Quibus sic. Litera. ¶ [Generalis querelæ] id est vitandum est quod præsumitur à multis, vnde fere oēs cōqueruntur [prope modum]. i. fere. Hugo. [causantur]. i. conqueruntur. Hugo. [passim]. i. indifferenter, & indistincte. Hug. [dominorum] quo ad seruos [possessionemq;] hoc quo ad originarios Arch. [religiose]. i. Ecclesiastice. Hu. [conuenientibus]. i. cōsentientibus. Hug. [quæ modis. pernicies]. i. morbus secundum Pau. [ne per]. i. propter. Hug. [nominis]. i. Ecclesiasticæ religionis institutæ inter Christianos [aut alienam peruadi]. i. inuadi videantur. † non. n. causa pietatis committenda est impietas. 1. q. 1. non est disciplina [subuerti] quod fit cum seruus ordinatus, non redditur. Hugo. [præcipue] est admonēda talis pernicies [cum nec hanc obligationem]. i. personis huiusmodi, sic obligatis, vnde multum obfuscatur dignitas clericalis [militantium]. s. in diuinis. Arc. [Iurgari]. i. vituperari, & maledici [vel iurgari]. i. molestari, [litigare] litigiū pati, vt di. 51. designata. Hug. [obnoxia]. i. culpabilis. [Quibus] secūda pars. [Seruituti]. i. clericatui. Arc. [subscriptionis testimonio]. i. scriptura continentiæ subscriptionē testiū. Hu. [trāsactione] improprie ponitur. i. pactione, dādo pecuniam, vel vicarium, vel aliquid tale. † Sed nunquid incurritur simonia ex tali pactione, dando pecuniā, &c. Dicendum, ꝙ non, quia hic non emitur ordo, vel officium, vel aliquid ei annexum, quod non liceret, vt. 1. q. 3. si quis abiecerit. Sed emitur libertas, vt seruitium temporale, vt libere liceat ministrare, quod licet, & non prohibetur, vt. 36. q. 1. de raptoribus. & dist. 82. presbyter. secundum Hu. vnde etiam Diaconus, qui iam est res sacra, potestle emere, vt. s. e. ex antiquis. Arch. si quæ sint aliena, quæ ecclesia non debet occupare, vt. 12. q. 2. Fraternitas. Sic occupata debet restituere, nisi sint consecrata, sed tūc restituent æstimationem, vt. 14. q. 6. si res.

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio. Respōdet.

2 *Serui Iudæorum, an possint ordinari, eis inuitis.*

Hoc tunc. In hoc. §. incipit secunda pars huius distinctio. ꝭm Io. de Deo, & expeditur tertiū membrum tactum. s. per glo. summā per Arch. Dictum nanque est, quod serui inuitis, vel ignorantibus dominis, nō debent ordinari, vel ad libertatem perduci, ne ergo crederet quis hoc esse intelligendum de seruis Iudæorum, ideo determinat magister Gratianus, ꝙ hoc quod dictum est de seruis tunc obseruādum esse, cum dn̄s, & seruus sunt christiani, sed seruis Iudeorum aliud est tenendum. ¶ Pro pleniori intelligētia huiuspartis quæritur. † Vtrū serui Iudæorū, eis inuitis, possint ordinari. Et videtur, ꝙ nō pueri iudæorum, inuitis parentis, non debent baptizari, ergo nec eorum serui sed si non debent baptizari, eis inuitis: ergo nec ordinari. Cōsequentia videtur bona, & antecedēs patet. s. dis. 45. qui syncera. ¶ Secundo sic. Seruus pagani, licet fiat Christianus, nō liberatur à seruitute illius: ergo nec seruus dei liberatur à seruitute Iudæi factus Christianus, ergo ordinari nō debet, eo inuito. Consequentia videtur bona. Antecedens videtur esse Apostoli. 1. ad Tim. 6. Quicunque sunt sub iugo infidelium dominos suos omni honore dignos arbitrantur. Et. 1. Pet. 2. Serui subditi estote dominis vestris, etiam discolis. ¶ In oppositum est tex. literæ præsentis. Respon. dicendum, quod serui Iudeorum, eis inuitis possunt ordineri. Patet cōclusio: quia eis inuitis, possunt baptizari, & ita effici liberi ad ordines suscipiendos, tamen pro pleniori intellectu huius conclusionis est tam iuxta. Raymund. quam iuxta gloss. hic, & Hug. notandum, quod de seruis Iudæorum distinguendum est, quia aut est vernaculus, id est de propria ancilla in ꝓpria domo natus, aut est emptitius. Si vero est emptitius, aut fuit emptus, postquam erat Christianus, aut ante. Itē si ante, aut ad seruiendum, aut causa mercimonii. Si sit vernaculus, & christianus, vel fieri velit, tunc est conclusio, ꝙ talis statim, eripitur in libertatem, nullo pretio dato. Ista conclusio habetur. C. de Epis. & Cleri. Deo nobis. §. vl. Itē patet cōclusio. ỉ. e. ex. c. fraternitatem. vbi Greg. vult, ꝙ emptus vel q̄ præsumit emptus ad seruiēdū, sine ꝓtio liberat, si velit esse Christianus. Multo magis, qui est natus detentus ad seruiēdum, sine pretio liberabitur. Item patet conclusio ex. ca. admittitur. ỉ. ea. vbi Leo papa loquitur de omnibus liberandis, & tamen pro solis emptis causa mercimonii, dicit pretium esse reddēdum. Item, si fuit emptus, postquam fuit Christianus. & tūc est conclusio, quod siue sit emptus causa seruitii, siue causa mercimonij. nullo reddito pretio liber efficitur. patet cōclusio, quia commercium serui Christiani, tam lege fori, quam lege poli Iudæis est interdictum penitus, vt sequenti capit. mancipia. & C. e. ne cristianum mancipiū. l. 1. Si vero sit emptus, vum erat paganus in in causa seruitii, & tunc vult fieri christianus, tunc est conclusio, quod talis sine pretio etiam liver efficitor. Patet conclusio ex c. fraternitatem. ỉ. e. Si vero emit eum causa commercii. s. vt venderet eum alteri, distingue, aut exposuit eū venialem infra tres menses, vel non Si non, & post tres menses sit, vel velit fieri Christianus, tūc est conclusio, quod talis sine pretio liberabitur. patet cōclusio, quia præsumitur, quod ad seruiendum emit, vt. ỉ. e. fraternitatem. Si vero infra tres menses exposuerit eum venalem & forte vendere non potuit, si in illo spatio, vel etiā postea factus sit vel fieri velit Christianus, tunc est conclusio, quod talis liberabitur dato pretio. 12. solidorum ab aliquo. s. Christiano, vt. ỉ. e. ca. fraternitatem. Et erunt illi. 12. solidi vsualis monetæ illius loci. extra de maledi. statuimus. Hoc autem, qđ de foro reddendo in tali casu diximus, verum est, si dominus seruum illum nolentem circuncidi, non circunciderit, quia si Iudæus seruo suo postquam est Christianus, vel dicit se velle fieri christianum, vel si est alterius sectæ; signaculū circuncisionis impresserit pro iniuria propria corporis, nullo dato prætio liberabitur vt. ỉ. e. nulla. & 17. q. 4. Iudas. & de consec. dist. 4. pleriq;. & C. ne Christianum mancipium. l. 1. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respon. ad antecedens, quod illud est verum de paruulis, nondum habentibus vsum rationis, qui autem ad annos discretionis peruenerint bene possunt fidem christi suscipere; etiam parentibus inuitis. ¶ Ad secundam dicendum quod dicit Hu. quod quicquid dictum est de seruis Iudeorū emptitiis, idem dicendū credit de seruis paganorum emptitijs, siue christianis, siue alijs, sed in vernaculis dicit aliud esse; quia siue sint siue velint esse christiani habent seruire dominis, nec. n. cū pretio. nec sine possunt remoueri à iugo seruitutis sine suorū dn̄orū voluntate. Et cā differētiæ huius de seruis Iudæorum; & paganorum est propter perfidiam Iudæorum quos sæpe seuerius constituit ecclesia; quia ipsi perfidius eam impugnant; & plus timetur cohabitatio Iudæorum, quam paganorū: quia Iudæi peritiores sunt: & facilius seducunt Christianos; vt dicit Hug. Sanctus autem Thom. aliam rationem assignat. in. 3. 2. q. 10. ar. 10. quin Iudæi sunt serui Ecclesiæ: ideo potest disponere de rebus eorum; sicut placet; sicut etiam principes seculares multas leges ediderunt erga suos subditos in fauorem libertatis; in illi vero infidelibus. qui temporaliter Ecclesiæ; vel eius membris non subiacent, prædictum ius ecclesia non statuit: licet posset instituere de iure. Et hoc facit ad vitandum scandalū. S. Tho. Sed Arch. dicit quod aliter dicendum est secundum. sententiam Raymundi. Io. & Lauren. veriorem videlicet; quod idē sit dicendum de vtrisq;. Dictum ergo Apostoli ad primitiuā ecclesiam est referendum; in quo tempore infideles dominabantur omnibus. Vel loquitur quando accedebant ad eos causa prædicationis secundum Raym. Ad aliam autoritatem beati Petri respondetur, ꝙ loquitur de consilio. Exhortatur enim; vt etiam infidelibus cum patientia seruiatur propter dominum Iesum Christum; vnde ibi sequitur . Hæc est. n. gratia si propter conscientiā dei sustinet quis tristitias patiēs iniuste; vnde & prima ad Cor. 7. dicitur. Seruus vocatus est; non sit tibi curæ: sed si potes liber fieri magis vtere. Vbi dicit glo. seruitute. Intelligendum tamen vt seruiat in licitis & non sit ei periculosum cum infideli conuersari propter fidei subuersionem. Archi.

Primū ar.

Secūdū ar.

Opponit & respon.

Raymūdus

Ad Primū argum.

S. Thom.

Archid. Raymund.

3 *Seruus baptizatus an remaneat seruus domini sui post baptismum.*
4 *Commercium christiani interdictum est Iudæis.*



Ancipia. Sequitur c. quod est beati Gregorij, in quo pcipit Libertino Episcopo, vt seruus christianus à Iudæo emptus, liberetur siue liber pronuntietur. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, quod dictum est. In secunda assignat rationem præcepti. Secunda ibi. Nec quod absit. Sed pro pleniori intelligentia huius c. & gl. quæruntur duo. Diuisio

1 ¶ Primum est, vtrum aliquo modo licitum sit Christianis seruire Iudæis.

2 ¶ Secundum est vtrum licitum sit Christianis mancipium habere Iudæum.

respōdet. 1 Ad primum. Sine præludio argumētorum. † Respondetur iuxta glo. hic. & Host. plenius, quod cum prohibitum sit in hoc c. quod nullum mancipium Christianū seruiat Iudæo, multo minus liberi Christiani eis seruire debent. Non enim debent esse assidue inter domum Iudæorum, nec tanquam familiaris nutrix, aut obstetrix, alias si ipsi Christiani ab eis discedere nolint, debent excōmunicari. extra. e. Iudæi. & c. ad hæc. & c. & si Iudæos. Si autem Iudęi volunt eos dimittere, prohibetur. fidelibus commerciū cū eis, vt in dicto ca. & si Iudæos in fi. sed extra domum possunt eis per Christianos seruitia fieri, vnde possunt habere colonos Christianos. extra e. multorum. Cōcor. S. Th. in. 2. secunda. q. 10. ar. 10. Ad tertium qui assignans rationem, quare Christianus non debeat esse seruus Iudæi, & tamen possit esse seruitor eius in aliquo opere. Dicit sic, ꝙ serui subijciuntur dominis ad totam vitam, & subditi prælatis ad omnia negotia, sed ministri artificum subijciuntur eis ad aliqua specialia opera. Vnde periculosius est, qđ infideles accipiunt dominum, & prælationem supra fideles, quam ꝙ accipiunt ministerium ab eis in aliquo artificio. Et ideo permittit ecclesiam, quod Christiani possint colere terras Iudæorum, quia per hoc non habent necesse conuersari cum eis. Salomō etiam expetijt à Rege Tyri magistros operum ad ligna scindenda, vt habetur. 3. Regū. 5. Et tamen, si ex tali communicatione, vel conuictu subuersio fidelium timeretur, esset penitus interdicendum. Hæc sanctus Tho.

2 Ad secundum. In quo quæritur †. vtrum liceat Christianis mancipium habere Iudæum. Respondetur secundum Raymun. Hugo. & Io. & Goff. quod sic. Patet ex c. & si Iudæos. ex. e. & 23. q. 4. displicet. Non tamen debet cum eo commorari, ita, quod eum habeat tanquam familiarem. 24. q. c. sæpe, & capitu. nullus, sed faciet habitare seorsum deputādum eum ad custodiā pecorum, vel ortorum, vel vinearum, aut huiusmodi. Concordat sanctus Thom. in. 2. 2. q. 10. ar. 9. Ita non est prohibitū quando fideles habeant seruos infideles, si tamen domini periculum immineret ex communione talis serui, debent eum à se abiicere, secundū illud Matt. 5. Si pes tuus, &c. Et si voluerit fieri Christianus, non potest eum dominus prohibere, quia Spiritus sancti vocatio vincula soluit. 19 quę. 2. duæ sunt. Item Hostien. † Sed nunquid talis post baptismum remanet seruus domini sui. Vtiq; secundum Arch. quia, vt inquit seruitus de iure diuino est introducta. Gene. 9. Maledictus Chana an. & c. 24. q. 3. §. sed qui. Et est per ius, gentiū, & de iure diuino cōfirmata. 12. q. 2. à capitulo illo: Si quos de seruis. vsq; ad c. Ecclesiarum seruos secundum Raymun. & Goffre. Eo saluo, quod in aliquibus casibus seruitus est per Ecclesiam introducta: 32. dist. eos. & 81. dist. quidam. & 15. q. vlti. cum milite. & ex. de iudi. c. Iudæi. & ca. ad liberandam secundum Goffr. qui de hoc satis notat in summa de Iudæis §. vlt. Arch. Lege. ¶ [Mancipia] christiana, antequam emerētur à Iudæo comparasse, vel causa seruitij, vel causa mercimonii. Nihil enim refert in hoc casu † cum commerciū Christiani sit interdictum Iudæis, & iure poli, vt hic. & lege fori vt. C. ne Christianum mancipium. l. 1. & c. C. de Epi. & cler. de vobis. §. his ita. Hug. [Iuxta præcepta] legum canonicarū vel etiam secularium, vt in prædictis legibus Codicis. [perducite ad libertatem] i. libera pronuntiate, & ostendite, cum tñ antea essent libera. Hu. Et si appellatio interponatur, ne hoc fiat, non est ipsi appellationi deferendum. ex. de appel. consuluit nos, vbi patet quod appellatio, quæ fit contra canones vel leges, non est aliter admittenda. ff. de verb. sign. si qua pœna, tunc enim legibus est contradicendum, cum instituuntur postquam autem fuerint institutæ obediendum est. 4. distin. in istis. & §. sequen. [ne quod.] secunda pars. [polluatur] vel suscipiendo circuncisionem, vel comedendo carnes in quadragesima, & diebus veneris, & coacte; vel voluntate.

S. Thom.

Hostiensis 3

Raymund.

Exponit literam 4



Vlla officia. Sequitur aliud capitulum ad idem ex concilio Toletano. 4. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit quod Iudeis nulla officia iniūguntur supra christianos. In secūda quod si qui serui Iudęorum ab eis ritu iudaico fuerint maculati: vt puta quia ab eis sunt circuncisi, vel compulsi comedere carnes, quando non deberent, vt discernerent cibos, & huiusdi, nullo date pretio redeāt ad libertatē. Secūda ibi. Si qui vero, & c. Le. ¶ [Nulla officia] publica. s. vt sint Cōsules, vel psules nec Iudices, vel Officiales, & hmōi. vt. 17. q. 4. constituit. Hug. [Inferte pœnam] Ar. quod exosus non debet aliquibus præponi. Ar. dist. 63. ca. vlt. [Si qui] Secunda pars. [Iudaismo maculati ritum]. s. aliqui Iudæorum forte compulsi, vt comederent carnes, quando non debent, sicut dictum est iam. Et intelligitur hoc de emptitijs seruis cā mercimonii, antequam essent Christiani pro quibus reddendum erat pretiū, nisi fuissent ritu Iudaico maculati, vt dicit Hug. & Io. de Fā: Pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur duo. Diuisio. Exponit literam,

1 ¶ Primum est, vtrum conuenienter prohibeatur ne Iudæis iniungantur aliqua officia publica administrationis supra Christianos.

2 ¶ Secundum est, in quibus casibus ecclesia iudicat de Iudæis.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ non conuenienter prohibeantur Iudæi habere officia supra christianos. Primo sic. Omnes quasi fideles videntur ex radice Iudæorum traxisse originem secundum Apostolum ad Ro. 11. Ergo videtur, quod propter reuerentiam Apostolorum, & Patriarcharum, qui fuerunt fundamenta, & radix religionis Christianæ, Iudæi nō sunt priuandi omni honore. ¶ Secundo sic. Licet Iudæis vendere annuos reditus, sicut patet ex. de Iudæis ex speciali, sed tales quibus annui census venduntur, coguntur ad aliquod officium supra alios, à quibus pecuniā exigunt, qui sunt Christiani, ergo, &c. ¶ In oppositum est c. præsens. Respōdeo, dicendum, quod cōuenientissime institutū est, ne Iudæi, &c. Ista conclusio patet multipliciter. Primo, quia cum iudæi, propter eorum peccatum sint in seruitutem redacti, cōueniēs est, ne in aliquo dominētur liberis Christianis, qui sunt filij Regis Christi, liber ab omni iudaica seruitute. Matt. 17. ¶ Secundo iustum est vt Iudæi, qui Christum vsq; ad ignominiam crucis contempserunt, à Christianis non sublimentur ad aliquem honorem, sed contempti maneant sub iugo seruitutis in nullo officio dominantes. ¶ Tertio, quia iudæi ex odio Christi inimicantur Christianis damna inferre, & ne propter dominatū opportunitas sit eis Christianos subuertere. quia superiores vim habeant. coactiuam respectu inferiorum, conuenientissime institutum est per Ecclesiam, ne habeant officia publica super christianos. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam respondetur, quod tūc illi, qui procedunt de radice sunt honorādi quando sunt imitatores iudicis, non extirpatores, & destructores. Iudæi autem tempore passionis Christi non fuerunt patriarcharum, & prophetarum imitatores: sed occisores, sicut dicitur Matth. vigesima tertia Iudæi etiam, qui nunc sunt non sunt imitatores Apostolorum. Et ideo non sunt propter talem radicem honorandi. Bene autem, qui Apostolos imitātur in fide, & obseruantia religionis Christianę. ¶ Ad secūdam respondetur. vt in dicto ex speciali, quod quamuis liceat reditus vendere Iudæis, vnus tamen christianus est deputādus super grauaminibus imponendis Clericis; & laicis Christianis. per quem iudęi, siue sarraceni, siue Christianorum iniuria regalia iura consequantur. Primū ar. Secundūar. Opponit. & Respon Ad Primū argum. Ad secūdū.

Ad secundum. Siue argumentum, in quo quæritur † in quibus casibus ecclesia iudicat de Iudæis. Respondet Arch. hic, ꝙ in multis. Primo: ne nobiscum conuiuent. 28. q. 1. sæpe. Secundo, vt repellantur à testimonio, & accusatione. 2. q. 7. alieni. Tertio ne fungantur publica functione, vt hic. Quarto, ne mancipia habeāt Christiana, vt nutrices, vel obstetrices. extra de Iudęis. Iudæi. Quinto, ne emant ea, nisi venalia exponāt, j. tres ment es. j. c. proxi. Sexto ne synagogas nouas construant. extra de iudæis. consuluit. Septimo; ne in die parasceues aperiāt fenestras, extra de Iudæis, quia nuper. Octauo, vt dent, decimas de prediis, quæ habent. extra de deci. de terris. Nono, ne mancipia christiana circuncidant, vt hic. Decimo, vt pœna Respōdet.

pecuniaria

pecuniaria puniantur, vt.j.ca.proxi.11. Vt verberibus subijciantur.28.q.1.sæpe.12. Ne ex testamento catholici aliquid capiant.24.q.2.sane.13. Ne ad fidem compellantur.dist.45. de Iudæis. Decimaquarta. Vt fidem poscētes.40.diebus probentur.de conse.di.4.ne quod. Decimaquinta. Vt non repellant cōtra se fideles testes inductos.de testi.Iudæi. Decimasexta. Ne ecclesias habeant ad firmam, extra de Iudæis, non fine, quæ hodie est remota. Decimaseptima. Ne fidelis fidelitatem eis faciat, secundum Archid. vide glo.de Iudæis capitulo Iudæi, &c.

1 *Seruus Iudæi tacens vsque ad tres menses, an dicatur dominū lædere, & pretio fraudare.*



Casus. FRaternitatem. Sequitur ad idem, aliud c. qđ est beati Gregorii. Pro intellectu cuius assignandus est casus. Casus est iste vt dicit Hu. Iudæi Neapoli inhabitātes multos seruos paganos emerant alibi, & eos Neapolim adduxerant. Cōtingit forte aliquos eorū dicere se velle fieri Christianos. Dubitans Episcopus Neapolitanus consuluit Greg. quid iuris esset casu in hoc. Rescribit Grego. Et diuiditur responsio sua

Quæstio. in duas partes. In prima parte dicit, ꝙ si quis seruus Iudęorū dicat se velle fieri christianum, eripiatur in libertatem, & nō sit fas domino postea eum vendere. Secūdo, ne hoc indistincte reciperetur, de oībus distinguit, quando pretium debet reddi domino, & qn̄ non. Secunda ibi. Hi vero. Lege textū.

Exponit literam. ¶[Fraternitatem] intellige hoc c. per decretalem. ex de Iudæ.c.vlti.quod est gl. istius Archid. [de Iudæorum seruitio] Hug. [Venūdandi] nisi christiano, vel etiam nulli in casu. [Hi vero] Secūda pars.q.d. ne hoc indistincte accipiatur. Et ideo Iudæi rationabiliter conquerantur. Distinguo, & sic cōstrue [vero].i. sed [ne hi].s. Iudæi, quos huiusmodi oportet seruos amittere, forsitan vtilitates suas irrationabiliter existiment impediri. solicita nos conuenit consideratione seruare, vt si paganos, quos mercimonij causa de extraneis finibus emerint.s. vt venderent, contigerit forte fugere ad Ecclesiam infra tres menses. Sed qn̄ incipiet computari hoc tēpus. Respō.

Quæstio. Respōdet. Hug. ꝙ ab ipso die, quo ipse emptor recipit se in propriam domum. Si.n. in remotis partibus emit, non potuit eos in via exponere, infra ergo tres menses à die, quo Neapolim ducti sunt computandos. Hu. Et subdit causam, quare potuerunt fugere.s. quia dominus eorum non erat præsens, & hoc est [dum].i. quia [emptor].s. Iudæus, cum venditi, fuerant non inuenitur. Absentauerat enim se.ne.s. serui illi ab eo in libertatem peterentur, vel ob aliud Hug. [Pretium eorum].s.12. solidorum [percipiant] à christiano emptore, quia alii non licet emere, ex quo habet talem voluntatem. Si autem ponit aliam partem distinctionis [post diffinitos tres menses] dixerit, supple, si eū dominus non exposuerit venalem infra

Quæstio. Respōdet. 1 tres menses. ¶Sed nonne† si seruus tacet vsq; ad tres menses videtur dominum lædere, & pretio fraudare. Respōdet Hu. ꝙ nō, imo dominus ipse lædit, & fraudat, qui eum infra tres menses venalem non exposuit. [Dicitur] id est intelligitur, & præsumitur. Ex eo.n. ꝙ tāto tempore retinuit, & nō exposuit, præsumitur ꝙ ipsum emit, vt seruet, & hæc præsumptio est.l. iuris. Et dicunt quidam, vt dicit gl. & etiam Hug. ꝙ contra præsumptionem hanc non admittitur probatio, cum hic non tantum præsumat, sed statuat ius, vt extra de regula. vidua & extra de condi. appo. per tuas.

1 *Episcopus ordinans scienter seruum alterius, an committat furtum.*

2 *Seruus ordinatus, si non habet ad soluendum, an sit restituendus domino.*



SI seruus. Hic incipit. 3. pars distinctionis, in qua magister Gratianus tractat, quid sit agendum de seruis scienter ab Episcopis ordinatis dominis ignorantibus. Se-

Diuisio. cundum Ioan. de Deo, & Archidi. Et diuiditur hoc c. s̄m duo principalia dicta. In prima ponit, quod si Episcopus scienter seruum in presbyterum aut Diaconum ordinauerit domino ignorante in duplo satisfaciet. In secunda ponit, ꝙ si Episcopo ignorante, talis seruus ordinatus fuerit, petens illū ordinari, similiter domino satis

Exponit literam. faciet. 2. ibi. Si vero. Omnia sunt plana. Lege. ¶[Si seruus.] hoc cap. & ea, quæ sequuntur referuntur ad primum membrum huius distinct. Archid. [Presbyter, aut Diaconus.] Sed nunquid idem erit in minoribus ordinibus. Est duplex opinio. Quidam dicunt, ꝙ non quia in illis indistincte pōt fieri restitutio dominus. Alia est opinio. Hug. dicentis, ꝙ idem deberet dici in illis, quod dicitur hic in istis. Nec obstat iste tex. qui exprimit de his duobus, quia ideo expresit de duobus, quia potius in istis impedit restitutio, quam in aliis, & ideo de istis expresit. Sed videtur Ioan. de Fan. ꝙ prima opi. Io. de Fan sit verior per tex.c. ex antiqui, s̄.eo. vbi expresse patet, ꝙ minores debent restitui. Et ideo hic non expresit de minoribus ne contradicat illi textui. [permanente]. ¶Contra vide- Opponit. tur, ꝙ non debeat remanere in officio clericali, quia talis seruus permittens se sic ordinari, committit furtum sui ipsius. vt. C. de ser. fugi. l.1. & ita videtur, ꝙ deberet remoueri. Respōdet glo. & Hun. ꝙ toleratur ex mīa, dispensatur enim respōdet. cum eo, ideo facilius, quia Episcopus videtur ei dedisse licētiam ordinandi. Et ita quoquo modo excusatur authoritate superioris, vt dist. 28. Diaconi. ¶Sed surgit quæstio† Vtrum Quæstio. Eps scienter seruū alterius ordinās, cōmittat furtū. Respōdet Hu. ꝙ peccat quidē morraliter, sed furtū nō facit qa non facit pro cōmodo suo, vt ipse detineat eū [dupli].i. duplici.i. de dn̄o duo eiusd ēæstimationis, & de proprio peculio, quia non debet de rebus Ecclesiæ, ne delictū personæ conuertatur in damnum Ecclesiæ, vt.6. quæstio.6. Episcopum. Hug.

2 ¶†Sed quid, si isti non habent ad soluendum. ¶Respondet Respōdet. Quæstio. gloss. quod est restituendus domino, vt. s̄.e. ex antiquis. Sed vt dicit Archid. Quidam dicunt hoc esse verum, vbi præcessit contradictio. s̄.e. si quis autem. Sed aliter non est reddendus. s̄.eo. frequens [perhibent] scientes eum seruum. Hugo. [simili] id est dupli. Hug. [obnoxij.] Arg. ad hoc extra a. eod. li. & de præben. si Episcopus Arch.

1 *Casus in quo Dominus ipso facto amittit seruum.*

2 *Casus tres, in quibus Sacerdotium statim liberat à seruitute.*



SI seruus sciente. Sequitur ca. ad idē huius nouæ constitutionis, quod totum habetur in aut. de sanct. Epi. §. si seruus. & ponitur. C. de Epis. & Cle. super. l. serui. & durat eius tenor vsq; ibi. Ve-

Diuisio. rum. Et diuiditur ho c. in. 4. partes. In prima ponit quod seruus ordinatus, sciente domino, & non contradicente, liber efficitur. Et in secunda, si seruus ordinatus sit, domino suo ignorāte, licitum sit domino repetere eum infra annum. In secunda dicit, ꝙ seruus transiens ad religionem, lapsi triennii, liberatur. In tertia, ꝙ dignitas Episcopalis liberat à seruili, & paterna obligatione. In quarta, qđ ascriptitii inuitis dominis ordinantur, non tamen ab onere agriculturæ liberantur. 2. ibi. Verum. 3. ibi Episcopalis. 4. ibi. Ascriptitios. Lege.

Exponit literam. ¶[Sciente] domino, & non contradicente, videtur enim cōsentire, hæc enim scientia, & taciturnitas pro consensu habetur, & hoc propter fauorem libertatis, & religionis, vt hic &.20.q.2.c.1.&.2.& dist.27. Diaconus. & dist.28. Diaconi. Idem continet propter fauorem matrimonij, vt.29.q.2. si quis Hu. †Hic habes casum vnum, in quo dominus, ipso facto, amittit seruum. Sunt ne alii casus; Respondetur quod sic Primus est iam hic assignatus. Alius est si dominus seruum dimittat tempore famis. extra de infam. expo.c.1. & de hoc nota. di.88. ca. vlt. & in summa Hostien. eod. tit. §. quid iuris. Item si pileatum eum ire facit, quasi liberum ante funus. C. de lati. libr. tol. l. vnica. §. sed & si quis. Item, si stat in libertate per decem annos. extra de coniug. ser. literas. Item si permittat eum dotare vxorem more francorum extra de natis ex li. ven. capit.1. quod hodie est remotum. Item si tradidit ancillam nuptui ei, qui liberam eam credebat. C. de latit. liber. tol. l.1. §. sed, & si quis. Item si seruus, sciente domino, meretur militiam, aut quamlibet dignitatem adipiscatur ab Imperatore, in aut. coll.6. constitutio, quæ de dignitatibus; &c. iuxta prin. secundum Arch. [vnius anni] à die ordinationis computandi. Hugon. [recipere] nisi sit factus Sacerdos, vel diaconus, tunc enim presbyter mulctabitur in peculio. Diaconus autem dabit vicarium, aut reddetur. Hugo. [Verum] 2. pars. Hoc habetur in aut. de sanc. Episc. §. sancimus: &. C. de Epi. & Cler. super. l. serui. & incipit. verum vsque ibi. Episcopalis. Archid. Et dicit [verum] q.d. annus sufficit in clerico, sed si debet esse Monachus triennium. Hugo. & Archid. [legitimo].i. à lege statuto. Hugo. [Experimento] id est probatus fuerit per triennium. Vnde sequitur [debent enim] Arch. [Episcopalis] 3. pars [liberat] à fortuna seruili. Sacerdotium etiam liberat. Ar. s̄.e. ex antiquis. & cap. frequens [sed non

[sed nō à curiali] falsū est ₰m canones. Nā si sacerdotiū liberata a seruitute, multo fortius à curiali conditione. Vel pōt dici, ꝙ tunc tantum durat curialis, vel officialis conditio post presbyteratum, vel Episcopatū, cū aliquid habet, ꝓp quod curiæ, vel officio sit obnoxius, quo casu liberatur, quo ad ꝑsonam, sed non, quo ad officium. Nam vel huic iuri abrenuntiabit, aut debitum obsequium per alium, quem maluerit, exercebit. vt. C. de Epis. & cle. quisquis Hu. [Sed etiā ius patriæ.] quia, cum sit, quasi pater omnium constitutus, non decet, vt in patria potestate remaneat, vel detineatur. Idem credo de sacerdotio, & Monachatu. Hug. An. vero, quod dicit. Hu. de Sacerdotio, & Monachatu verum sit, discutietur circa. c. 1. 23. q. 5. [Ascriptionis]. 4. pars. Hoc habetur in aut. de sanc. Epis. §. ascriptitios. Et ponitur. C. de Episcopis, & Cle. super. l. iubemus. Arc. [Præter volūtatem.] hoc exsufflatum est per canones, quibus cauetur, ne tales ad clericatum admittantur, nisi primo absoluantur, vt. s. e. si quis. & in ca. generalis. & in proxim. capitul. Hug. † Et ita no. tres speciales 2 casus, in quibus Sacerdotium statim liberat seruitute, quilibet alius ordo inferior per annum. Monachatus per triennium. Et in hoc magis attenditur dignitas ordinis clericalis, quam fauor, & religio Monachatus, sed & in hoc ipso maior impenditur fauor Monachatui, quā ordini, quia Monachatus legitimo tēpore sumptus, statim liberat, quod non facit ordo. Vel forte Monachatus quandoque sumptus, statim liberat, hoc tamen non est expressum in iure. Hu.

¶ Sacerdotiū Sacerdotiū præcellit Imperiūdignitate. p. An. in c. solite n. 7. de maio. & obe. Sed nō tollit suauitatē, nec impedit trāsmissionē hæreditatis. nō adit. Bal. in. l. apud hostes. versi. ex. quæro. C. de suis. & legit.

1 *Ingenui soli habent natales.*


Dmittuntur. Vt ostendat Magister. ca. sententiæ superioris authoritatis esse abrogatum, statim annectit c. hoc quo cauet, ne serui, vel ascriptitii, vel alij alicui cōditioni obligati ordinentur, nisi prius à dominis absoluatur. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit factum reprehensibile. In. 2. præcipit ab illo abstinere. 2. ibi: Ab his. Lege. ¶ [Natalium.] Olim omnes etiam ignobiles describebant dies natales. i. diem natiuitatis suæ. Ar. C. de probatio neq; vt sciretur eorum natiuitas ex quibus parentibus essent orti, & quando. i. quo tempore, sed serui, & illegitimi non. Et ideo isti cum non habeant natales non promouebantur. † Ingenui. n. soli habēt natales ₰m Lau. Archi. De istis natalibus habetur dist. 86. non satis. ver. Item consideranda est. Arch. intellige autem hanc nobilitatem cum moribus Nam alias falsum titulum sibi abrogarēt. [Hu. minime potuerunt] i. non sunt cōsequuti. Hu. [capiat] i. digna sit capere. Hu. & Lau. s. eo. generalis [ab his]. 2. pars. [eorum] vel alicuius eorum. vt. s. e. c. 1. Hu. & Arch.

Diuisio

Exponit literam

De seruis. Hic incipit. 4. pars huius distinct. in qua, magister tractat. An serui Monasteriorū, possint ordinari secundum Io. de Fan. Hu. & Arch. Et potest diuidi in duas partes. In prima sophistice allegat, quod serui Monasteriorū ordinari non possent. In 2. soluit in illo. §. hac authoritate, & bñ, admodū. n. seruorū aliarū ecclesiarū, debēt illi manumitti. s. retento patronatu, & sic possunt ordinari. Item, si de licentia dominorum serui Monasteriorū, vel Ecclesiarum vel priuatorum intrauerint Monastarium, & facti fuerint Monachi, libere possunt postea promoueri. vt. j. e. multos. Litera sicut. s. e. di. ex famulis.

Diuisio.

1 *Prelatus, an possit manumittere seruum Ecclesiæ.*
2 *Leges possunt allegari in foro canonico.*
3 *Possessio, proprie sumpto vocabulo, à non domino bene alienatur.*
4 *Inuasor est qui rem alienam alienat.*


Bbati. Inducit Magister hoc c. quod est octauæ synodi pro parte illa, ꝙ serui Monasteriorum non possint ordinari. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit, quod non licet Abbati, vel Monacho monasterij seruum liberum facere. In secūda assignat rationes duas. Prima incipit ibi. Qui. n. nihil. 2. ibi. Nam sicut seculi. Lege tex. ¶ [Abbati vel Monacho] etiā, cum abbatis licentia. Lau. & Arch. [seruum] etiam meritum, Arch. [liberum] plena libertate. Et ita soluitur quæstio, qua 1 queritur. † Vtrum prælatus potest manumittere seruum Ecclesię. Dicitur. n. ꝙ nulli Prælato etiam seculari licet seruū Ecclesiæ facere liberum, non retento patrocinio, & obsequio, nisi recompenset pro vno duos eiusdem meriti; & de proprio peculio. [qui. n.] de regulari, ꝙ non possit, assignat rationem primam, quia s. Abbas, cum non habeat proprium recompensare non potest, quia oīa, quæ fuerunt eius ipso ingressu facta sunt Monasterii, vt. 12, q. 2. non dicatis. &. 18. q. 1. c. 1. Et ita impossibilitate impediente, non pōt seruū Monasterii facere liberum pleno iure Hu. Vnde ista litera innuit ꝙ loquitur de manumissione. non retento patrocinio. Si . n. loqueretur de ea, quæ pleno iure fit. s. retento patrocinio non congrue sequeretur, hoc. n. sine recompensatione posset, fieri ex quo retinetur patronatus Ecclesiæ, præsertim, si ordinet. 12. q. 2. de libertis. & s. e. di. qui ex famulis. ₰m Hug. nihil habet proprium, nec habere potest, vnde recompenset Hu. [libertatem] plenam [rei alienæ]. i. Ecclesiasticæ, quæ nostra non est, sed aliena, quo ad proprietatē, sed est nostra, quo ad vsum, & nobis commissa, quo ad dispensationem. Hugo.
2 [Nam sicut]. 2. ratio [seculi leges] Ar. † ꝙ leges possunt allegari in foro canonico, qñ illud fit in adiutorium canonum. Ad hoc di. 10. si in adiutorium. Io. de Fantuciis. [possessio]. i. proprietas vel res possessa, sic exponitur. C. de probatio possessiones. sic. ff. de verb. sig. l. interdum. Et ideo sic expone, † ꝙ 3 possessio, proprie sumpto vocabulo, à nō domino bene alienatur, vt in contrario non tamen proprietas, & ita procedit tex. hic Arch. & Ioan. de Fant. Alij dicunt illas leges esse correctas. per legem. C. de acquire. posi. ex liberis. Tu dic, quod leges illæ possent saluari in duobus casibus, vt ibi secundum
4 Arc. & Io. de Fa. [domino] dicit Lau. §. † Inuasor est, qui rem alienam alienat. 3. quæstione secunda in Ecclesiastico.

Io. de Fan

Diuisio

Exponit literam

Hac authoritate. In hoc. §. respōdet magister Gratianus ad ca. præcedens & benedicens. ꝙ authoritate illa. s. capituli proxi. prohibētur & c. Et recedēdi ab obsequio. i. non retēto obsequio Monasterii, hoc. n. esset plena libertate seruū manumittere, qđ prohibetur, sed non prohibentur manumitti in libertatem, retento patrocinio, & obsequio Monasterii [præfatæ constitutionis]. s. quod nō liceat Abbati seruum Monasterii facere omnino liberum, redditur, in alio ca. quod habetur. 17. q. 4. in venditionibus: Hu. [sacræ]. i. Ecclesiasticæ. Hug.

Quod autem. In hoc. §. incipit. 5. pars huius dis. in qua Magister tractat secūdum Io. de Fantuciis. & Arch. Vtrum serui ecclesiarum possint ad religionem transeundo, ordinari.


Vltos. Inducit ad propositum suum magister Gratianus hoc c. quod sumptum est ex beato Grego. In quo dicit, ꝙ si serui ecclesiarum volunt conuerti ad Monasterium, obseruandus est iste modus, vt prius probentur in habitu laicali, & si mores eorum cōformes religioni sancto desiderio inueniantur, libere monachari possint, & tandem, si digni inuenti fuerint poterunt ꝓmoueri. Et diuiditur in duas partes. In prima arguit pro vtraque parte videlicet, quod talium admissio, vel repulsio pōt, esse iusta. In secunda assignat modum, ₰m quem tales iuste possint recipi, & tandem ordinari. 2. ibi. Vnde necesse est. Lege. ¶ [Multos probemus.] quod non est faciendum. s. e. generalis. Arch. [incautæ]. i. indistincte, & generaliter sanciendo, ne quis eorum monachari permittatur. Hu. [Lau. & Arc. [quædam]. i. eos, qui hoc appetunt propter Deum. Hu. [dedit omnia.] Io. 1. [Vnde necesse] 2. pars. i. Vtile, & expediens [ex seruis Ecclesiasticis]. i. seruis Ecclesiæ. Hug. [vel secularis militiæ]. i. ex seruis priuatorum, vel ex seruis Ecclesiæ, qui milites sunt, & laici. Nam & quidam milites serui sunt Ecclesiæ, vt. 19. q. 3. c. Monasterijs. Hu. [probetur.] habito cōsensu Ecclesiæ, cuius sunt serui. Hu. Vel probetur iam manumissus ₰m Lau. quod idem est. Sed nec Hu. nec Lau. videntur mihi habere intellectū B. [Gregorii], qui videtur esse de seruis Ecclesiæ, quod quamuis intrent Monasterium sine licentia dominorum non possunt reuocari. vnde, ait [absque nulla retractatione in Monasterio omnipotenti domino seruire permittatur, vt ab humano seruitio liber recedat.] hoc non diceret Gregorius, si in seruis istis ecclesiæ licentia dominorum prius requireretur. Aut, quod prius manumitti deberent. [morte.] s. corporali, nontamen omnia, qui in veteri testamento morte mulctabantur, repellunt à promotione, sed multa alia, vt furtum, & simplex fornicatio non puniebantur morte, vt. 26. quæst. secunda denique. & in aliis multis. 22. quæstio. 1. si quis per vetus. quæ hodie repellunt. 81. di. c. 1. Hu. & Archid.

Ecce quomodo. In hoc §. Magister ponit duo Primo quidem concludit ex præmisso

præmisso ca.quomodo serui ad clericatum valeāt assumi Et quomodo non. In secunda loquitur de libertis,quod nō sint promouendi sine suorum dominorum licentia.



Rohibendum est. Inducit hoc c. quod sumitur, ex concilio Elibertano ad probandum, quod dixerat de libertis.Breue est,& non diuidit.Lege.¶[Prohibendum in seculo].i.in vita ista viuentes.Hu.Dicunt quidam[in seculo].i.etiam in seculari conuersatione volētes,quod si patroni religionis, habitum sumpserint, videntur libertis suis licentiam dedisse,vt idem faciant,vel in clericos ordinentur.Sed hoc nō est verum iuxta.Hu.Lau.& Archi.qm̄ si patronus transit cū eo ad monasterium,vt.18.q.1.c.1.Exponendum ergo est in seculo.i.in vita ista,dum vixerint.[non promoueantur]nisi cō sentiente patrono.vt.s.e.si quis.

Exponit literam.
In moder i oribus', codicibus legit, Elibertino,

¶ Distinctio Quinquagesimaquinta.



Orpore vero vitiati. Hic intitulatur di.55. In qua magister Gratianus tractat de alio impedimento ordinandi, videlicet de corpore vitiatis. Et quæ pœna debeatur ordinatoribus talium.Et diuiditur in duas partes principales.In prima tractat quod corpore vitiati non sunt ad ordines promouendi,& probat per.12.authoritates sanctorum. In secunda specialiter loquitur de debilibus membris,ostendens, quod debilitas prouenies à casu etiam quandoq; repellit ab ordine.2.ibi.In.§.Hoc autem.

Diuisio.

1 *Corpore vetiati qui non promoueantur ad secros ordines an sit conuenienter statutum.*
2 *Oculum habens erutum siue sit per culpam suam,siue non prohibetur ordinari.*
3 *Dispensatio, quando fit ex causa contra canones antiquos sublata causa, tollitur dispensatio.*
4 *Laici, an possint ipso iure promoueri ad clericatum.*
5 *Impedimenta vndecim, quæ prohibent promoueri.*



Riscis. Hic inducit Magister primum c. de Gelasio papa sumptum ad probandum ꝙ corpore vitiati promoueri nō debent.Et est verum quod c.plura alia continet quę longe sunt a proposito vn.c.hoc pōt diuidi in duas partes.In.1 ponit casum dispēsationis contra ius antiquum. In secunda dispensat.2.ibi.Concedimus.¶ Pro pleniori intelligentia huius.c.& totius dist.
1 quæritur. ¶†Vtrū conuenienter statutum sit, quod corpore vitiati non promoueantur ad ordines.Et videtur ꝙ non. Primo sic.Legitur de Origene,quod se eunuchizauit,vt tempore persecusionis tam in publico quam in secreto, viris,& fæminis licite prædicaret & sic omnem occasionem detrahē di excluderet & tñ postea apud Cesaream presbyter ordinatus est,vt legitur in historia ecclesiastica, & tamen hoc creditur licite factum: ergo, &c. ¶Secundo idem arguitur de sancto Marco,qui pollicem dextrum dicitur sibi amputasse,& tamen postea ordinatus est,& promotus.¶Tertio sic. afflicto non est danda afflictio,ergo propter defectum mēbri,qui est quædam afflictio,non debet quis impediri ab ordinis susceptione. ¶ Quarto sic. Ad ordinis susceptionem magis requiritur integritas discretionis,quam corporis,sed aliqui sunt ordinati ante annos discretionis: ergo etiam cū corporis defectu possunt ordinari;ergo non videtur conueniens institutio, quod defectum corporis patientes excludantes ab ordinis susceptione. ¶In oppositum est præsens distinctio.Item etiam extra de corpore vitiatis idē habetur.¶Respondeo dicendum iuxta S.Thom.in 4.dist. 25. & Richardum de media villa,quod aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinis,vel propter impedimentum claritatis personæ,defectus autem membrum, quidam sunt ita notabiles,quod impediūt officij executionem, verbi gratia abcisio pollicis,& sic de similibus.Et de talibus est conclusio.Quod impediunt ordinis susceptionem de iure. Quidē vero obfuscant notabiliter personæ claritatem, vt abcisio nasi,& sic de similibus.Et de talibus est conclusio, quod impediunt ordinis susceptionem de iure.Iura.n.tales prohibē tur ordinari propter sacramenti reuerentiam, & dignitatē; vnde Leuit. 21.dicitur Homo,qui habuerit maculam, non offerat panem Deo suo, nec accedet ad ministerium eius,in quo fuit figuratum,ꝙ nō tantummodo in hominibus promouendis ad sacerdotium nouæ legis attendendum est, ꝙ careant macula animæ,sed etiam notabili macula corporis, quæ derogare posset illi reuerentiæ, quæ debetur sacramen
2 to ordinis;†vnde habēs oculum erutum,siue sit per culpam suam,siue non,prohibetur ordinari,vt.j.ead. & si euangelica.Si vero sint defectus membrorum tales, qui non generēt notabilem deformitatem in facie,vel in manibus, si non est introducta ex culpa propria,nullam inducunt irregularitatem.vt.j.eo.3. c. eunuchus dicitur. quod si quis per insidias hominū eunuchus factus sit,vel si in persecutione eius sunt ei amputata virilia,vel si ita natus est, dignus est,vt fiat Episcopus.& c.le idem habetur,vbi sequitur. Si quis vero sponte,nō interueniente iusta causa.se mutilat.à susceptione ordinis repellendus est.Vnde, qui ad reprimendum carnis tentationes sibi abscidūt virilia,irregulares sunt,vt.j.e.si quis. Tales.n.nō habēt iustam cām castrationis suæ, quia per virtutē carnali vitio repugnandum est,vt.j.e.hi qui.& in.c.qui partē eo.dis.dicitur,qui partem cuiuslibet digiti abscidit,hunc ad clerum canones non admittunt.Sic ergo patet, ꝙ plura sunt vitia membrorum,quæ si ex culpa vitiati proueniunt, irregularitatem inducunt.Et si sine culpa proueniunt irregularitatem non inducunt, & sunt plura ex quacunq; causa prouenientia, quæ vitiatum irregularem reddunt, siue efficiunt. Nullum tñ vitiorū prædictorum impedit ordinis susceptionem de facto.Si.n.circa irregularem fiant ea, quæ fieri debēt circa illum,qui ordinatur,vere suscipit ordinem,quem sic suscipere non debuit,nec susceptū debet exequi.¶ Quibus habitis,dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur.Primo,quod in illo Origene nec ordinatores eius non sunt commendati. Secundo, vt dicit gl,illud nō est trahē dum ad consequentiam.¶ Ad secundā de beato Marcho dicitur,vt dicit Hu.ꝙ illud fuit speciale priuilegiū.Et ideo nō facit legem communem,vel vt dici dominus P e.de Palude in.4.di.25.ꝙ illud fuit ex dispensatione spiritus sancti,vel petri,qui erat Papa.Et per consequens in omni tali defectu poterat dispensare, quia nec tm̄ erat amputatum,quia posset facere fractionem.Hæc ille.¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ assumptum est verum sine iusta causa. Nam aliqñ quis affligitur sine culpa sua,& tamen non sine iusta causa,loquendo de tēporali afflictionē. Vnde hic causis supradictis, iuste afflicto defectu membrorū additur afflictio ista pænalis.s. prohibitionis ad ordines suscipiendos.¶ Ad quartam respōdetur, ꝙ quamuis ante annos discretionis possit aliquis suscipere ordinem de facto, non tamen de iure, & ita etiam hic vt dictum est. Sequitur tex. ¶[Priscis.]Pro intellectu huius literæ est sciendum, ꝙ casus huius c.sic ponitur Ab Hu. Dicit.n.ꝙ tempore Gelasii papæ propter hostilem rabiem fere tota Italia destituta erat officio clericorum adeo,vt pauci,vel nulli ibi inuenirentur.Sacerdotes.Mandat ergo Gelasius, vt pro hac necessitate Monachi ad ecclesiasticos ordines promoueantur.Nā vsq; ad tēpus Gelasii Monachi iure communi non promouebātur ad sacros ordines,sed instā te necessitate permisit Gelasius, vt ordinarentur.Hæc Hug. Sed salua pace.Hu.si ex suo sensu hoc, dixit non bene dixit. Nam falsum videtur, ꝙ Monachi vsq; ad tempus Gellasij iure cōi nō promouerētur ad sacros ordines,cū ante tēpus Gelasij fuerint,quam infiniti Monachi sancti viri,& in ordinibus sacris constituti,& maximi doctores maxime in Ecclesia oriētali,nec ad hoc inducit aliquē tex.Præterea,cum ꝓm ius cōmune,qui sanctioris vitę,& plenioris doctrinæ debeāt ad sacros ordines assumi,vt dist.35.per totū.Cūq; Monachi sanctioris vitæ præsumantur,quam laici,si literati inueniantur,mirū est,ꝙ iure cōi nō sunt assumēdi ad ordines sacros. Cæterum nō tm̄ loquitur Gelasius de Monachis,sed etiam de laicis,vnde etiā aut de laicis,vnde dispensatio hic facta nō ad suscipiendum ordines sacros fuit,quia ad hoc de iure cōi poterant,sicut alii,vt.8.q.1.in.scriptis.& 16.q.1.vos aūt.[sed & citius]quamuis cōe statuat, ꝙ promouerentur,instāte necessitate vsq; ad sacerdotiū.vt.dist.77.Monachus. Et ita circa hoc solū dispēsatur hic circa Monachos, & laicos.Et hoc etiā videtur in fi.intellectus.Hu.[Manentibus] in suo statu, licet ex causa eorum rigor nunc ad tēpus relaxetur.Et est ar.
3 †quod vbi cōtra canones antiquos dispensatur ex causa,sublata causa tollitur dispensatio. Est ergo iudicandum ꝓm ius commune

Diuisio
Quæstio.
Primū ar.
Secundūar.
Tertiumar.
Quartū ar.
Opponit & respon.
S.Thom.
Richardus

Ad Primū argum.
Ad secūdū.
Pe.de Pal.
Ad tertium
Ad quartū
Exponit literam.
Casus.
Cōtra Hu.

commune, non ſm̃ ius; vbi diſpenſatio continetur. Ar. 56. di. Cenomanen. 77. di. Monachus. 1. q. 7. exigunt. & c. donarum. 9. q. 1. ordinationes. ſm̃ Hu. & Lau. & Arch. [comperũi]. 29. di. c. 1. 2. & 3. [vrget] ad diſpenſandũ. Hu. [anguſtia]. i. neceſsitas, vel vtilitas. 1. q. 1. quod prouer. Arch. [Cuſtodiri] niſi cum inſtat neceſsitas, tunc. n. contra ius aliquid fit, vt. ff. de mu. & ho. vt gradatim. §. quoties. ſm̃ Lau. & Arch. [Eatenus], ſ. in tm̃ [munera]. i. officia. [Concedimus]. 2. pars. [munus]. i. officium, vel ordinem, & præſertim. Sacerdotalẽ, quo magis indigebat. Eccleſia. Hu. [ante acta]. i. præterita. [& etiã de laicis] vno modo exponitur ſic, etiam laicali conuerſatione, quia non ſolum debet requiri vita eius præterita, poſt quam fuit Monachus, ſed etiam dum ante fuit Laicus. Nam ſi aliqua commiſiſſet, dum fuit laicus, quæ impedirent promouendum, etiã factus Monachus impediretur, vt 16. q. 1. legi. ¶ Secundo, legitur ſic [etiam de laicis]. i. hoc etiam requiritur à laicis, non ſolum à clericis. ſ. vtrum laici bonum teſtimonium ferant. de eo. Ar. 8. q. 1. licet. Vel quod melius eſt, legatur tertio ſic, etiam pro, & repetatur, ſi quis de laicis accedit ad clericale munus. † Sed nonne laici ipſo iure poterant, promoueri ad clericatum. Sic reſpondet Hug. Sed in hoc fuit diſpenſatio, quod tunc permiſſum eſt, vt inſtante neceſsitate citius promouerentur vſq; ad ſacerdotium [ne ſit, &c.] Ponuntur hic. 11. impedimenta, quæ prohibent ſupra dictos promoueri, etiam inſtante neceſsitate. ſm̃ Bar. Brixi. Sed videtur neceſsitas, & vtilitas excepta in hoc caſu. Ar. 7. q. 1. ſcias in fi. & 1. q. 7. tali. & extra de his, quæ fi. à maio. par. cap. c. 1. Arch. † Primum aliquo crimine infectus. Secũdum illiteratus. Tertium Bigamus. Quartum, vel ab adoleſcentia nõ virginem ſortitus. Alia litera habet, nec à marito relictam Sortiles. Quintum, vel corpore vitiatus propter hoc inductum eſt hoc c. Sextum, vel ſeruilis. Septimũ vel originariæ conditionis. Octauum, vel curiæ Nonum, vel publicatum Decimum, vel publica pœnitentia. Vndecimum, vel nulla congruentis temporis expectatione. Quæ autem debeat eſſe expectatio. in ſinguis ordinibus habetur. di. 77. in ſingulis.

(Margin: Innocẽtius. Archid. Lauren. — Quæſtio. — 4 — Bart. Brix. — 5)

1 *Promotores indignorum priuantur poteſtate ordinandi.*

2 *Priuilegia inducta contra canones nullius ſunt momenti ipſo iure.*



Vllus. Sequitur ad idem hoc. 2. ca. quod eſt ex concilio Arelatenſ. vbi maxime oſtendit, quæ pœna eſt impenenda illis, qui Bigamos & corpore vitiatos, & alios per ſacros canones, prohibitos ordinari pſumpſerint. Et diuiditur hoc ca. in tres partes. In prima ponit prohibitionem. ſ. ꝙ nullus Bigamos, aut pœnitẽtes, aut corpore vitiatos audeat ordinare. In ſecunda punit contra faciẽtes, vt. ſ. à celebratione miſſæ ceſſent per annum. In tertia aggrauat punitionẽ aduerſus cõtumaces, vt de hmõi ceſſare nolentes deponantur. 2. ibi. Iõ qcũq;. 3. ibi. Quã rem ſi quis. Le. ¶ Nullus pænitentem] ſolẽniter, vel publice. Hu. [honoribus]. i. ordinibus Eccleſiaſticis. Io. de Fan. [prope] i. fere Arc. [ſacerdotum:] i. Epiſcoporum. Hu. [ſupplicantium] carnaliter. 1. q. 1. pueri. & q. 7. ſi quis omnem. Hu. [Neceſſe]. i. vtile. [ſeueriorem.] † Primo tales promotores indignorum priuabantur poteſtate ordinandi, vt diſti. 50. ex pœnitentibus. & 36. di. qui Eccleſiaſticis. Sed quia frequentes, & proni inueniebantur in hoc exceſſu, ideo hæc pœna exaſperata eſt. & facta ſeuerior, ſ. vt præter hæc etiam abſtinerẽt á celebratione miſſæ per annum; vnde ait [imponere regulam ſeuerioẽ] .i. regulam olim impoſitam, & ſtatutã fieri ſeuerioẽ, & aſperiorem per additionem ſm̃. Hug. [Et ideo]. 2. pars. [Ab hac die.] Nota hanc conſtitutionem pertinere tantum ad futura ab ea die, qũa &c.] i. à die datæ ſnĩæ, ſimile. 4. q. 5. c. 1. [anno integro.] Ecce annal, pœna: & di. 74. eps. & d. 89. decenter. Hu. [Quã rẽ] 3. pars. ſ. abſtinere à celebratione miſſæ poſt cõdẽnationem [fratrum]. i. Coepiſcoporũ in concilio congregatorũ [cõmunione Eccleſiæ]. i. rerũ Eccleſiaſticarũ, vel ſacrorum, à quibus abſtinebit toto tempore vitæ ſuę diſpoſitus, vt. diſ. 50. accedens. & 11. q. 3. ſi quis. Epiſcopus. & c. placuit. Hug: [vt ſeueritatẽ] ferre. n. & c. 16. q. 1. in canonibus. 82. di. plurimos. Hu. [inſtituta] alias, niſi eſſent ſalubriter inſtituta, nõ eſſent obſeruanda. 12. di. perceptis. & 2. q. 7. qua p. p. Et eſt arg. † ꝙ priuilegia inducta contra canones ipſo iure nullius ſunt momenti, quia non ſunt ſalubriter introducta, cũ etiam regulæ generales non ſunt tenendæ, niſi ſalubriter ſint inſtitutæ. Hu. [contemnit]. i. vilipendit, depretiatur. Arch. ¶ Sed quid facit hoc c. ad propoſitũ Magiſtri, cum in eo nihil dicatur de corpore vitiatis. Reſpondetur ſm̃ Hu. ꝙ in hoc facit, quia hic oſtenditur, quæ pœna debeat imponi ordinatoribus talium, & credendum eſt, quod in præmiſſa parte ca. facta erat mentio de corpore vitiatis. Sed Magiſter noluit tã prolixũ. c. ponere. Et hoc ſatis datur intelligi ibi, circa ea.

(Margin: Diuiſio. — Exponit literam. — 1 — 2 Quæſtio. Reſpõdet.)

1 *Venire contra factum ſuum aliquando licet.*



Pœnitentes. Sequitur ad idem. 3. c. quod eſt Hylarii papæ, quod diuiditur in duas partes. In prima prohibet pęnitẽtes, & ignorantes, & corpore vitiatos promoueri. In ſecunda pœnam minatur contra facientibus. 2. ibi. Quiſquis autem. Lege. ¶ [Pœnitẽtes]; ſ. ſolemniter. Hu. di. 51. ex pœnitentibus. [Inſcij.] 36. di. illiteratos. Arch. [perpeſsi]. i. ſponte nulla neceſsitate inſpecta. Hu. [factum ſuum diſſoluat]. i. deponat eos, quos tales ordinauit. Et eſt ar. † quod licet alicui venire contra factum ſuũ vt. 12. q. 1. certe. & 35. q. 9. quod quis. ſi ex certa ſcientia tales ordinauit. Nunquid poterit eos deponere. Non videtur, cum ex hoc ipſe ſit dignus depoſitione, ſed quia cauſam diſſolutionis dedit, dicitur factum diſſoluere. Sæpe. n. dicitur facere, ꝙ aliquis facit, eo cauſam dante, vt hic. & 1. q. 1 ſi quis inquit Et tunc exponitur ſic. [Factum ſuum diſſoluet]. i. diſſoluetur ipſo exiſtente cauſa diſſolutionis. ſ. ſine qua non, niſi. n. ſic ordinaſſet talis ordinationis nulla eſſet diſſolutio. Et ideo dicitur ipſe diſſoluere, quia in eius ignominia diſſoluetur. Ar. di. 70. Neminem & 21. q. 2. c. 1. ſecundum Hug.

(Margin: Diuiſio. — Exponit literam. — 1)

Corpore vitiati. Hic conſequenter. Magiſter oſtẽdit, de quibus corpore vitiatis intelligatur, quod non poſſunt promoueri. d. &c.


1 *Inſpiciendum eſt non tantum quod eueniat ſed etiam, quod euenire poteſt.*



I quis. Ad idem ſequitur hoc 4. c. quod eſt ex canonibus Apoſtolorum, in quo ſtatuitur ꝙ non ordinetur, qui Sibi abſcidit mẽbrum. Et diuiditur in duas partes. In prima facit, quod dictum eſt. In ſecũda aſsignat caſum. 2. ibi. Quia. & c. Lege tex. ¶ [Si quis abſcidit] ex animi indignatione. Hu. [Quia]. 2. pars. [homicida] im ꝓprie. i. inciſor humani corporis. Sed tamen dicitur homicida quantum ad id, quod inde potuit contingere, ſicut qui & infantem exponit homicidæ nomen ſortitur, vt diſt. 87. c. vlt. Et eſt ar. † ꝙ inſpiciendum eſt non tm̃, quod eueniat, ſed etiã quod euenire poſsit. Ar. diſ. 21. denique. & 22. q. 1. in nouo. & 23. q. 5. relegentes. & c. de occidendis. vel dicitur homicidia, qm̃ homicida eſt oĩs illicitus motus [dei]. i. creatoris [inimicus] abſcindendo. n. innuit, quod dominus aliquid ſuperflui in eo creauit, quod eſt falſum, vt diſt. 35. ab exordio Hu. Dominus. n. & natura ſm̃ Philoſophum nihil faciũt fruſtra. Item deſtruit quod ille plantauit, & fecit [ſemetipſum]. i. virilia. Sed idem eſt de quolibet membro. Hu.

(Margin: Diuiſio. — Exponit literam. — 1)

1 *Abſcindens ſibi virilia cauſa infirmitatis, an poſſit ordinari.*



I qu. Sequitur. 5. ca. ad idem, quod ſumitur ex Concilio Arelaten. In quo ſtatuitur, ꝙ q abſcindunt ſe etiã, intuitu caſtitatis ſeruandæ non promouentur. Breue eſt. Lege. ¶ [Hi qui.] ¶ Sed hic eſt quæſtio † vtrum abſcindens ſibi virilia non hac cauſa ſed cauſa infirmitatis, de qua aliter liberari nõ põt, niſi abſcinderet, poſſet ordinari. Ad quod reſpõdetur, ꝙ adhibita cautela, ſine peccato facit ſe, vel permittit ea abſcindi à Medico vel ipſemet inſcindit ſi peritus eſt in tali arte, dummodo hoc non faciat ex indignatione, põt promoueri. vt di. 33. Maritũ ſecundum Hu. facit. c. 2. de corpore vitiatis.

NVnquam. Sequitur ad idem ca.hoc, ꝙ est beati Chrisostomi.homi. 3.super Mat.vbi conclusio sua,ꝙ de vitijs parentum erubescere nõ debemus quasi per ea impediamur ad salutem.Nec est erubescẽdũ de iure licet de facto quis in de q̃nque erubescit. Et potest diuidi in duas partes.In 1.dicit,quod dictum est:in 2. assignat duas rationes.Prima ibi.Quod si fornicatorem.Secunda ratio ibi,Item non est.Leg.¶[Nunquam de vitiis erubescamus,]quia sicut laus,& gloria secundum Philosophum est ex proprijs actibus virtutum,& non ex alienis,sicut verecũdia est de proprio actu turpi,vnde de alieno facto nõ est proprie verecundia,vnde Aristoteles 4. Ethicorum, ꝙ verecundia,non est hominis studiosi.i.virtuosi.Et ideo cũ vitia parentum non sint vitia filiorum,non debent filij verecundari de vitijs parentum,sed bene vitia parentum displicere filijs debet.¶[Sed & vnum illud quæramus.] Et exponens,quid sit illud vnum, subiungit. ¶[Amplectamur virtutem]vbi notandum†primo,ꝙ virtus dicitur hic,vnũ, quod quærendum est, quoniam virtus est,qui animum in quadam vnitate,& æqualitate constituit.Vnde Aug.lib.de quantitate animæ dicit,ꝙ virtus sit æqualitas quædam,vitæ vndique consonans rationi.Virtus.n.vitæ æqualitatem facit in omni fortuna,vt prospera animum non extollant, & aspera non deijciant.Vnde Tullius,præclara est in omni vita,& idem semper vultus,& eadem fides.Et Seneca. virtus per omnia consonat rationi.& omnibus virtutibus regula vna est ratio recta.†Secundo notandum,ꝙ inter alias rationes triplici ratione virtus est amplectenda. Primo,qa perficit habentem ,& opera reddit commendabilia, vnde Aristoteles 2.Ethicorum:Virtus est habitus voluntarius in mente consistens,qui habentem perficit,& opus eius reddit bonum.Et in libro de spiritu,& anima. Virtus dicitur, habitus mentis bene institutæ, & intelligit mentem, bene institutam ad similitudinem regni, ꝙ bene institutum est si recte in eo consulatur,& recte imperetur,& recte obediatur,sic mens bñ instituta est,cũ rõ recte cõsuluit,& volũtas recte imperat,& vires subiectè volũtati,recte obediũt.Hãc aũt institutionem virtus in mente facit,ipsa.n.rationem illuminat,& voluntatem supra vires subiectas rectæ sublimat.¶Secunda ratio,quia virtus nobilitat animam, vnde virtus sola animam facit nobilem,vnde poeta.Nobilitas sola est,atque vnica virtus quæ moribus ornat.Et Hieronymus,Summa nobilitas est clarare.virtntibus.¶ Tertia ratio est,quoniam virtus est medium,quo beati udo,quæ summum bonum est,attingitur Mat.5.beati pauperes, quoniã vestrum est regnum cœlorum,&c.[Matrem.]ꝙ vitia parẽtum non debeamus erubescere,ostendit per turpia matris quæ filium bonum non sordidant,vt si mater fuerit,[alienigena].i.alterius,infidelis.[vel fornicatione,&c.fuscatur] quo ad salutem animæ,& pœnã æternam[quod si,fornicatorem]Assignat primam rationem,arguendo per locum a maiori,quia qui pc̃õr fuit, & per pœnitẽtiã est a pc̃is purgatus non maculatur:vt patuit in Dauid secundi Regum 12.qui in psal.ait psal. 31.Beati quorum remissæ sunt iniquitates.& quorũ tecta sunt peccata. Item Beatus vir, cui non imputabit dominus peccatũ. Longe magis non debet imputari filio peccatum parentum,quod filius non commisit.Ezechie.18.Filius non portabit iniquitatem patris. [Maculat]quo ad reatum Pęnæ æternæ.Hu.ad idem supra d.50.ferrum & sic est hic argumentum †ꝙ quis non potest accusari de crimine:de quo egit pœniteniam.[Item]secunda ratio.[Laudandus]vnde philosophus secundo Ethicorum dicit,ꝙ ex naturalib.nõ laudamur,neq; vituperamur. Nemo inquit,improperabit cæco nato:cuius rõ est:qa laus exhibet̃,& similiter vituperiũ ex actib.bonis:vel malis:qui sunt in potestate nr̃a & quorum dñi sumus,cuiusmodi sunt actus boni:vel mali nostrorũ parentum,cum nõ sint inñ a ptãte[nescio]& ad probandum:quod dixerat ꝙ ex virtute parentum nõ reddebatur quis clarior. Subiungit [nescio q̃uõ].i.qua occulta dei dispẽsatiõe vel quo occulto dei iudicio:ille q natũ est ex parẽtib. prsus a virtutib.alienis ipse tñ fuit virtute

fuit virtute Dei mirabilis, magis splendeat, quam ille, qui est bonus, & natus ex bonis, magis.n.est admirabilis, qui exemplar non habuit, & bonus est quam qui habuit, & bonus est Arg.95.d.in scripturis.vel sic.[nescio quomodo nō magis,&c.]vt sit sensus idem sub alio alio modo loquendi, si quis dicat, quod ille bonus est, & natus ex bonis parentibus non intelligo, & hoc est nescio, id est non intelligo, non video Hu.& Arch.

1 *Sacrum dicitur à secreto.*
2 *Deus quare dicatur creator corporis.*
3 *Et quare figulus.*



Asci. Sequitur ad idē hoc c. quod est beati Hierony.contra Ruphinum, qui contra Hieronymum scribere præsumpsit, vbi ꝓbat exēplo terræ, ꝙ vitia parētū propinquorū filijs nō imputantur. Et diuiditur in duas partes. In 1.ponit, ꝙ adulterium parentū filijs nō imputatur. In 2.ostendit per exempla, ꝙ sæpe boni nascūtur ex malis, & econuerso. Secunda ibi. Iepte. Leg.¶[Nasci de adulterio].i.adulterium, de quo quis generatur nō est culpa ipsius[qui nascitur].i.generatur Hu.Ar.[quomodo] hoc ostendit quodā simili[sed fur, & latro].s.peccat.[recipit vulua, quod suum est].i.proprium vuluę[membra distinguit]paulatim, vt 32.q.2.sicut Hu.[sacri].i.secreti.†Sacrum.n.dr̄ à secreto.secundum Hu.[creator animæ]Anima.n.rationalis, per creationem infunditur à Deo, qui Gen.1.[inspirauit in faciem hominis].i.in corpore formato, & dispositio spiraculum vitæ.& ipse est[creator corporis.]Improprię.i.factor.Hu.formauit.n.illud de limo terræ Genesi.1. †& dicitur Deus creator corporis, non ꝙ Deus corpus hominis creauerit de nihilo, sed quia subito ipsum fecit de limo terræ, ꝙ in instanti fieri non potuit, vt limus fieret corpus aptum ad receptionem animæ rationalis, nisi per potētiam infinitam creantis. Et quo ad hoc dr̄ factio corporis hominis creatio, & factor corporis creator.[figuli.]† Deus.n.figulus dicitur, quia sicut ille de eadem massa facit vasa honorabilia, & quædam ad infima officia, sic Deus. Vnde Apostolus.ad Ro.9. An nō habet potestatem figulus ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud vero in contumeliam,&c.[Dei virtus est]de quo Apostolus 1.ad Cor. 1.Prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam[Domum]prouer.9.[sapientia].s.Christus.[ædificauit sibi domum, & excidit in ea columnas septem,]quia beatam, virginem septem donis Spiritus sancti roborauit, & firmauit, secundum beatum Au.li.de natura, & gratia, vt non posset peccare, nec mortaliter, nec venialiter[Iepte]. Secunda pars. filius meretricis Iudicū 9.[Apostoli voce]ad Heb.11. vbi Iepte ponitur in cathalogo sanctorum in hoc exēplificat de bono nato ex malis parentibus[Esau.] hic de malo nato ex bonis parentibus[in lolium]simile 24.q.1. quoniā vetus causa, vnde saluantur, vel damnantur. Aliqua tangit hic de generatione humana. Arc.quæ quia nec ad præsens videntur pertinere, & magis illorum tractatus ad Medicos spectat, non curauimus de eis ad præsens aliquid dicere.

Diuisio. — Exponit literam. — Aug. li. de nat. & gra. ca. 36. Tom. 7.


1 *Ecclesia, quomodo dicatur sponsa Christi.*



Ponsus. Sequitur ad idē hoc c. quod est beati Aug. vbi ostendit exemplo ꝙ parentum iniquitates filijs obesse non possunt, Non diuiditur Leg.¶[Sponsus].i.Christus dicit hic gl. ꝙ ecclesia vocatur hic sponsa Christi, quia adhuc potest per delictum separari ab eo, sicut sponsa à sponso, ante consumatum matrimonium, sed in futuro seculo dicitur vxor, quæ modo dicitur sponsa septima questio. prima sicut. Sed quæritur, hic de veritate huius gl. Respondetur iudicio nostro, ꝙ gl. in hoc dicit verum. Primo in hoc, ꝙ ait, ꝙ Ecclesia vocet sponsa, quia ad huc posset separari per dilectum ab ipso. & ꝙ nunc non dicatur vxor, sed sponsa. Nam ecclesia sponsa Christi dr̄. Iuxta illud Cant.5. Venit in ortum meum soror mea. Non, quia potest separari, per delictum à Christo, sed quia indissolubili mutui amoris vinculo Christo copulata est, de quo amore mutuo ipsa sponsa canticorum.5. loquit̄ Ego delector in eo, & ad me cōuersio eius. De despōsatione vero eius dicitur Oseæ 2. dispensabo te mihi in sempiternum in iustitia, & iudicio, & mīa, & miserationib. sponsabo te in fide, & scias, quia ego Deus. Non est ergo dicēdū, ꝙ ecclesia pōt per delictum separari à Christo, qm̄ ecclesia indissolubili, & perpetuo matrimonio, est Christo copulata, vn̄ Apostolus de matrimonio primorū parentū ad Eph. 6.loquens subiungit. Sacramentum hoc magnū est in Christo, & in ecclesia. Præterea ecclesia non modo nunc dr̄ spōsa Christi, sed etiam vxor, vnde psal.127.dr̄. Vxor tua sicut vitis abundans, & c. vbi dicit gl. Aug. Christo dr̄ vxor tua, ergo vxor eius ecclesia.† Dicēdum est, ergo aliter ecclesia dr̄ spōsa Christi, & indissolubili vinculo ei cōiuncta, de cuius despensatione dr̄ Ma.22. Simile est regnum cælorū hoī regi, qui fecit nuptias filio suo, vbi gl. interli. dicit, ꝙ per incarnationis ministeriū Ecclesiam filio suo copulauit, tunc.n.vt dicit B.Greg.in homilia. Pater Deus filio suo nuptias fecit, qn̄ hunc in vtero virginis humanæ naturæ coniunxit qn̄ Deum ante secula fieri voluit hoīem in fine seculorum & infra. Vterꝰ genitricis virginis huius spōsi talamus fuit, vnde & psal. dicit, 18. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Tanquā sponsus quippe de thalamo suo processit, quia ad coniungendam sibi ecclesiam incarnatus Deus de incorrupto vtero virginis exiuit. Hæc Greg. Præterea de huius sponsæ nuptijs dr̄ Apoc.19. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venervt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. gl. Nuptiæ.i.ecclesia coniuncta est Christo, & conueniēs fuit, vt coniungeretur, quia ipsa ecclesia fecit se idoneam, vt reciperet, vbi considerandū, ꝙ harū nuptiarū sponsalia cōtracta sunt in prophetarū sponsione perfectū Matrimonium per verba de præsenti mutua locutione Mariæ, & Angeli, vbi virgo gloriosa consensum præbens ait. Ecce Ancilla dn̄i fiat mi hi s̄m verbum tuum. Luc.1. matrimonium vero consummatum fuit in carnis, & verbi vnione. Vn̄ Au. super titulis psa.44. dicit. Coniunctio nuptialis verbum, & caro huius coniunctionis. Thalamus est vterus virginis, fæcūdatur coniux in Christi passione, quia de latere Christi, fluxit sanguis, & aqua, quibus significabantur sacramenta, ꝑ quæ fęcundat̄ ecclesia. Solennitas vero harū nuptiarū inchoata fuit in ascentione domini, vnde Apostolus ad Eph. quarto inquit. Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. de istis pro nunc satis, si quis de nuptijs ecclesiæ plenius cuperet intelligere videat in 1.li.summę nostræ de ecclesia à c.37. vsque ad 41. inclusiue. Sequitur[bonos, & malos]Ad has nuptias sponsus Christus vocat bonos, & malos, quos ecclesia tanquam sagena capit. intra se. Mat.13. & tanquam area paleas, & triticū cōtinet Mat.3. & Lu.8.[Nasci]in genealogia Christi recitant̄ boni, & mali, quia vt dicit Hierony. Christus de bonis, & malis parentib. nasci voluit, qui bonos, & malos saluare venit, inter bonos fuit Habraam, Isaac, & Iacob, & Dauid. Inter malos fuit Salomon, cuius culpa, & nō pnīa legitur, vt dicit Au.22. contra Faustū. Roboam malus fuit, cuius malitia scissum est regnum Israel 3.Regū.12. Et plures alij reges Iuda, vt docet historia tertij, & quarti Re. & secundi Parali.[obesse non posse.]quo ad pœnm æternā, quia tunc vnusquisque onus suum portabit sicut dicit Apostolus, & habetur 23.q.4. si quis à catholica.

Exponit litera. — Aug. — Grego. — Aug. — Hierony. — Aug. cōtra Fau li. 22. capit. 88. Tom. 6. Gal. 6.

1 *Priuari, an quis possit dignitate sua propter peccata solum propria, quod non regulariter nu.2.*
Quandoque tamen causaliter nu. 3.



Atis peruersum. Ad idem sequitur c. hoc, quod est B.Gregorij in registro, in quo Gregorius scribens cuidam epō q volebat priuare quosdā officio, & beneficio ꝑ vitia parentum Dicit, ꝙ ex culpa propria, quis est deiiciendus, aut priuandus commodis suis sine gradu dignitatis suæ aut beneficijs suis, & non culpa alterius, breue est, & non diuiditur.¶Pro intellectu huius c. quæritur. †Vtrum propter peccata solum propria quis possit licite priuari dignitate sua. Et videtur, ꝙ non. Primo arguitur in eo casu, in quo quis adeptus est beneficium pecunia patris, vt 1.q.5.c.1.¶ Secundo arguitur in eo casu, in quo pater commisit crimen læsæ maiestatis, tunc filius videtur priuandus beneficio, cum sit infamis factus 6.q.1. §. verum. Infames etiam promoti deijciuntur. 6.quæstione 1. infames. Et videtur, ꝙ culpa aliena, non propria isti veniunt priuandi. ¶Tertio arguitur ex c.renouantes d.21. vbi absque culpa propria Alexandrina ecclesia priuata legitur dignitate sua.

Quæstio. Primū ar. — Secūdū ar.

Opponit et respõd. ¶ In oppositum est te. præsentis c. ¶ Respondeo, dicendum
2 sub certis conclusionibus. Prima est, †ꝙ regulariter nullus priuatur bñficio, aut dignitate sua sine propria culpa. Patet conclusio Ar. 1. q. 4. quia iam itaque, & d. 74. gesta. & 16. q. 7. inuentū. ¶ Secunda conclusio, †ꝙ causaliter, quandoque contingit, ꝙ licet non sine causa, tamen sine propria culpa quis priuatur sua dignitate, siue iure suo, vt in dicto ca. renouantes. & extra de eccle. ædifi. ad audientiam. & extra de cleri. ægro c. 2. vbi quis priuatur sine culpa iure suo, vbi, vt inquit gl. scias, ꝙ multoties punitur quis sine culpa, sed nõ sine causa. vt extra, vt lite non contest. quoniam & supra. d. si cuius vxorem. ¶ Nunc dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando cõsequentiam, dicimus. n. iuxta gl. & Hu. ꝙ potius priuatur propter rem furtiuam, quia furtiuum erat tale beneficium, quã pro peccato patris: nisi. n. rei furtum purgeẽ, quod fit, eam restituẽdo, cum restitui posset, pœnitẽtia non agitur, sed simulatur vt 14. q. 6. c. 1. ¶ Ad secundam respondetur, negando, ꝙ ꝓ motus ob hoc debeat deijci, nec propter hoc præsertim infamatur, cum iam sit exemptus à iurisdictione principis, qui hanc legem promulgauit. Vnde licet Imperator possit punire filios propter crimen patris iure temporali, non tamen potest eos punire iure spirituali, & maxime, quando sunt clerici, vnde gl. 16. q. 7. filijs. & gl. in cle. pastoralis. de re iud. Io. de Fa. ¶ Ad tertiã responsum est, ꝙ illud factum est non sine causa, & vrgente, vt in prædicto cap. dictum est. Lege, ¶ [Satis] hoc c. loquitur de promotis [culpa]. s. grauis Nam pro leui culpa licet mortali, non deiicitur 68. d. sicut.

Prima cõclusio. Secũda cõclusio. 3. Ad primũ arg. Ad secũdũ Ad tertiũ. Exponit literam.

1 *Christus, quod natus sit de adulteris commistionibus, an sit verum, & num. 2.*

3 *Adulter dicitur, quasi alienum vterum terens.*



Diuisio.

Dominus. Sequitur ad idem c. hoc c. quod est Hieronymi super Matth. in quo exemplo Christi, qui natus est de progenie adulterorum, vult ostendere, ꝙ natus est adulteris aut malis parentibus nõ repellendus ab ordine Ecclesiastico, si alias dignus inueniatur. Et potest diuidi in duas partes. In 1. ostendit, quod dictum est. In 2. ostendit exemplariter, ꝙ Christus descenderat nõ solum de alienigenis, sed de adulterinis commistionibus. Secunda ibi: Iudas. n. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli quæritur. †Vtrum verum sit, ꝙ Christus natus sit de adulterinis commistionibus. Et videtur, ꝙ non primo sic Christus natᵘˢ de virgine Maria fuit iuxta illud Esa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & c. Et habetur in symbolo fidei, natus de virgine Maria. Ergo falsum est, ꝙ natus de adulterinis commistionibus. ¶ Secundo sic. Qui natus est de adulterinis commistionibus non est legitime natus, sed Christus fuit verus, & legitimus filius ẽm carnẽ de virgine Maria, quæ disponsata fuit Ioseph, vt dicitur Lucæ 1. vnde iuxta Ambr. super Lucam. Ex parte Christi ideo desponsata fuit virgo Maria, ne ab infidelibus, tãquam illegitime natus abijceretur. Ait. n. Ambro. Quid Iudæis? Quid Herodi possit ascribi. si natũ viderentur ex adiutorio? per qui? ¶ Tertio sic. Ad honorem, & laudem natificit sanctitas parentum, vnde in laudem beati Io. Baptistæ dicitur Lucæ 1. ꝙ parentes essent iusti ambo ante Deum, & c. Ergo videtur, ꝙ deroget honori Christi, ꝙ dicatur nasci de adulterinis commistionib. ¶ Quarto sic. In tota genealogia Christi non reperitur aliquis de adulterio natus. Nam Phare, quem Iudas solutus à lege matrimoniali de Thamar nuru sua vidua genuit. Gen. trigesima octaua non de adulterina sed fornicaria, & incẽtuosa commistione ratione affinitatis, natus est. Cæteri vero positi in genealogia Christi omnes fuerũt de legitimo toro nati, & coniugali comistione. Nam Boom licet de Rahab prius meretrice, tamen ex ea coniũcta vero matrimonio ipse Salomon genitus est, & nõ de adulterina commistione. Sic & Obeth. natus ex Ruth vera vxore Boom. vt patet Ruth 4. Item Salomõ quoque natus est de Betsabee prius adultera, qui tñ, cũ natus est natus est non ex adultera, sed legitima, & coniugali, quia eam iã Dauid acceperat in vxorem, vt patet 2. Regum 11. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. quod est Beati Hieronymi. ¶ Respondetur dicendum, ꝙ verum dicit Heronymus, ꝙ Christus non quo ad propinquos parentes, qui fuerunt beatissima virgo Maria, veraciter mater eius, quæ sanctissima fuit, & Ioseph, qui fuit pater putatiuus eius, qui etiam sanctus fuit, sed quo ad aliquos longe accedentes voluit nasci de peccatoribus, & de alienigenis, & de adulterinis commistionibus. †Et hoc duplici ratione. Vna assignatur hic in litera à beato Hierony. vt. s. nobis fiduciam præstaret, vt qualicunque modo nasceremur ab eius corpore nõ separari, si tñ fide, & opere ei adhæremus. Secũda causa est eiusdẽ Hieronymi super Mat. dicentis in genealogia Christi nullam sanctam mulierem assumi, sed eas, quas scriptura reprehendit, vt, qui propter peccatores venerat, de peccatricibus nascens, omnia peccata deleret. Hęc ille, licet autẽ Beata Virgo in genealogia Christi ponatur, ipsa tamẽ nõ genuit de viro, de quib. Hieronymus loquitur vnde obiectio quæ fieret de beata Virgine non ꝓcederet. ¶ Ad rationes in oppositum patet responsio. Procedunt. n. tres primæ rationes de proximis parentibus Christi, de quibus nõ loquitur Hieroymus. ¶ Ad quartam respondetur, negando assumptum. Nam manifestum est, ꝙ Salomon conceptus est, & natus de commistionibus adulterinis: Nam Dauid commiscuit se Bethsabeæ coniunctione adulterina, & Bethsabeæ cum Dauid pari modo, licet, quando Salomon natus est Bethsabeæ iã assumpta esset in vxorem Dauid. Hoc. n. non arguit: quãdo Salomõ natus esset de adulterinis cõmistionibus. Le. ¶ [De alienigenis] vt patet in Ruth, q̃ fuit Moabitis [de adulterinis] vt in Bethsabeæ vxore Vriæ Hu. 2. Re. 11. & 12. †Adulter autẽ dicitur, quasi alienum vterũ terens. secundum papiam. [Qualicunque]. i. quibuscunq; parentibus [vestigia]. i. affectus, virtutes, & actus: Prima Petri 2. Sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit. [Corpore]. i. Ecclesia, quæ est corpus eius. Col. 1. [non separemur]. i. non separamur. Hu. [membra] prima. ad Corin. 12. Vos autem membra Christi estis [ponit lex longinquis.] tamen quod etiam hodie alicui non nocet, dum tamen ipse sit de legitimo matrimonio natus, quamuis pater esset de illicito coitu, & de talibus hic loquitur. Et ita non sunt contraria 15. q. vlt. cũ multæ. ex. de ele. cũ in cunctis. Nõ. n. repellũtur à sacerdotio, vt hic Lau. Et idem Sentit Hu. dicens, ꝙ nisi sic intelligaẽ, exẽplũ de Christo inutile esset. Ar. [ordine]. i. quibuscunq; parẽtibus Hu. [Literatus] alias repellitur 36 d. Hu. & d. 50. non confi dat [vnius] non duarũ aut plurium, quasi nõ sit bygamus aut poligamus Hu. [Non repellitur] ũ à Sacerdotio, supple, si ex suis meritis dispensationem meruit obtinere [Iudas] Secũda pars [Patriarcha] vnus ex 12. filijs Iacob, de quo, & eius nuru [Thamar.] ex qua duos filios vno concubitu suscepit, quorum vnus vocatus est Phares, alter Zaram Gen. 38. [Salomon] Matt. 1. [Obeth ex Ruth] Mat. 1. Booz de Rahab Matt. 1. Iste accepit vxorem Ruth Moabitidem, de qua genuit Obeth patrem Isai, patris Dauid, qui & Iese dictus est. Esa. 11. & Matth. 1. Christus. n. ex his per virginem natus est Mat. 1. [sicut prædixerat propheta] Esa. 7. Egredietur virga de radice Iesse [& Flos]. i. Christus de radice eius ascendet. [sacerdos] Tu es sacerdos magnus in æternum secundum ordinem Melchisedech. psal. 109. [& ad Hebre.] 4. [ideoque, si filij eius sumus,] si pro qa, quia per creationem primo secundum illud Psal. 81. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Et per fidem secũdum illud Io. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Et ad Galla. 3. Omnes enim filij Dei estis per fidem. [imitari] ad Ephe. 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, & c.

Quæstio. Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Opponit & Respon. Hierony. Ad primũ & secũdũ & tertium ar. Ad quartũ. Exponit literam.

1 *Sara quare dixerit eijce filium Ancillæ.*

2 *Ludus quem docebat Ismael Isaac qualis fuerit.*



Ismael. Ad idem sequitur c. hoc quod est beati Augustini lib. de vnico Baptismo, vbi ostenditur, ꝙ à Populo Dei nõ separat, vilis conditio materna, sed propria culpa. Breue est, & non diuiditur. Lege. ¶ [Ismael enim filius Ancillæ cum matre eiectus est à domo Habra. Gene. 21. Eiice inquit Sara, filium Ancillæ, ne sit hæres cũ filio liberæ. †Sed quæritur, quare, quia ludebat cum Isaac. i. persequebatur eũ. Dicit Apostolus Gal. 4. quia inducebat eum ad Idolatriam, vt dicit Aug. qui sup Io. hom. 12. dicit. Quid est, quod mali fecerit Ismael puero Isaac, quia ludebat cum eo, sed ait August. Illa lusio deceptionem significabat, illum ludũ Sara intellexerit. Et apostolus vocat persecutionem, & bene persequebatur Maior Minorem,

Exponit literam. Quæstio. August. Id epl. sup Io. trac. 11. Tom. 9.

2 Minorē,quia ludendo seducebat à cultu veri Dei. † Qualis autem fuerit ille ludus,Isidorus super Gen.explicat dicens ab Hebreis hoc tripliciter exponitur.Primo,quia composi tis Idolis ludos,& venerationē impendere ostēdebat. Hoc Sara grauiter accepit,metuens ne filium suum Isaac idolatriæ macula fœdaret.¶ Secūdo,quia ille Ismael scurrilis,& iocularis,cum esset summæ leuitatis,fratrem similem reddere conabatur.¶ Tertio,quia aduersus Isaac litigans,qua si maioris ætatis,ludo sibi primogenita vendicabat, quod Sara quidem audiens non tulit,& hoc verba eius videntur, approbare,quibus ait.Nō erit hæres filius ancille cum filio meo Isaac[potestas vxoris].i.ius matrimoniale[sine licentia.].i.Saræ.Ex voluntate.n.vxoris accessit Abraam ad Ancillam,quam duxit vxorem Gen.16.& sic Abraam non ex adulterio,sed ex vero matrimonio genuit Ismaelem. Hoc .n.ius matrimoniale,siue licentiam habebant olim tempore patriarcharum vxores,vt earum licentia.& rogatu Mariti proprijs ancillis cōmiscerentur sine peccato,vnde filij inde nati potius dicebantur vxorum,quam ancillarum.Hinc sequitur[cuius magis filius]secundum legem.i.legalis,non carnalis.Sequitur rō.[Quia ꝑ ipsius iura].i.potestatē,vel licentiam,sed ipsius coniugis,quæ licentiam dederat. Hug.

Contra. Hic incipit tertia pars huius d.in qua probat contrarium eius, quod præmittitur, videlicet,ꝙ parentum peccata imputētur filijs,quod verum est de imitatoribus patrum,vel etiam,quo ad aliquas pœnas temporales.

1 *Nati ex Meretricio communiter sunt viles, & degeneres, & ignobiles.*



SI gens Anglorum. Hoc c. inducit ad probandum,ꝙ dictum est, & est B. Bonifacij martiris scribētis Regi Anglorū.Nō diuidit̄L.¶[Ad instar Sodomiticæ] indifferēter adulterando cū meretricibus, & alienis vxorib.nō ꝙ illo vitio vterentur,vt patet,in litera sequente,quia ex tali coitu nulla proles posset generari,& quo ad hoc fit comparatio secundum Bar.Brix. Sed tu dic inquit Arc.cum Hu.ꝙ non tantum abutebantur maribus,sed etiam fornicabantur cū scortis,quod patet per id,quod subditur de tali cōmistione,&c.huius sentētiæ est etiam Lau.[degeneres.]gl.quo ad fortitudinem,& nobilitatem,vt 35.q.3.quædam, vel quo ad virtutem. Nam in filijs timetur flagitium paternum, vt 6.q.1.si quis cū militibus.Hu. Vbi nota†,ꝙ nati ex meretricio viles,& degeneres,& ignobiles communiter sunt. Tū quia sequuntur,& imitantur mores matrum,à quibus corpus contrahunt,& quarum lacte nutriuntur.Tum secūdo, quia sic nati paruipenduntur,& minori cura educantur, & inter viles abijciuntur à patribus incerti,& suscepti.Tū tertio,quia in offensam Dei & in contemptum Matrimonii. Patres fornicarij generant in abiectione,& vilitate filiorū puniuntur,vnde nati ex meretricio à sacris ministerijs merito propter eorum vilitatem repelluntur,nisi eorum vitæ probitas,& amor honestatis,& vita bona eos dignos reddat,vt probatur per Vrbanum supra in c.1. presbyterorum & per sequens c.Apostolica.[Iudex]alias Vindex Hug.[per ignorantiam legis Dei].i.per ignorantes legem Dei Hug. [Sæuire in eos.]Sæpe.n.Deus permittit malos vlcisci talia vt 23.q.5.remittuntur &.§.Hinc notandum.& q.4.si quos. [vnde Vrbanus]supra e.c.presbyterorum Hug.Istud Vnde ita cōtinuat c.præcedēti.Hoc mō ibi dr̄,ꝙ hæc peccata parentum nocens filijs,vnde non possunt promoueri, nisi in Cænobijs,vel nisi cum eis dispensetur secundum Bar.Brix. Vel continuatur ad idem,quod ibi dicitur in prin.[imitatores paternæ,& c.]vel ad id,quod dr̄ in fine.[verum, si morum,&c.]q.d.de illicito coitu nati,si mali sunt,non sunt ꝓmouendi,si boni,ex dispensatione promouentur.Et dic[vnde].i.ad hoc ostendendum secundum Hug.& Arc.

Exponit literem.

Bar. Brix.

1 *Electi,quando sunt duo vel plures,quis sit præferendus.*
2 *Dispensatio ad episcopatum cum illegitimis fit sola autoritate Papæ.*
3 *Dispensati a canone,an incurrant nouam irregularitatem,si ante dispensationem celebrent.*
4 *Irregularitates,& ipsarum pœnæ sunt de iure positiuo.*



APostolica. Inducit etiam Magister ad idem probandum ca. hoc Alexandri secundi,qui autoritate sua mandat confirmari electionem cuiusdam illegitimi, sed virtuosi. Et diuidit in duas partes. In 1.ponitur mandatum Papę.In 2.remouet obstaculum quoddam Secundam ibi:Nam pro eo.Leg.te. ¶[Apostolica.]Scias,ꝙ duo electi erant vnus erat filius Sacerdotis:sed dignior,cuius electionem papa mandat cōfirmari.Regulare est.n.†ꝙ quando duo,vel plures electi sunt Is præferendus est,qui maioribus inuatur meritis,vt d.64. c.vlt.[qui ab ecclesia].i.à canonicis maioris ecclesiæ ꝑ hoc innuit alter esse electus ab aliis.s.patronis,vel religiosis.[digniorem altero]electo Hu.[Canonicā.]Nota,ꝙ non sufficeret,ꝙ esset dignior,nisi canonicæ esset electus Ar.63.ca. 1.& d.79.c.1.Hu.[probaueritis].i.inueneritis,& cognoueritis scrutinio,vel alias,ĩ iure.Hu.[nostra fulsti.]Ar.†Quod sola autoritate papæ cum illegitimis dispensatur ad episcopatum.Nota,ꝙ electio facta de inhabili admittitur,& confirmatur contra regulā c.si.de postu. Præla.& de elec.innotuit.Sed hic,ꝙ iste est casus specialis,in quo talis admittitur ex magna dispensatione,vt dicit tex.de cor. vitia ca.2. [Si cæteræ]improprietas est sic d.26.deinde.q.d.si alias dignus est.[conuiuendo].i.consentiendo Hu.[recipimus]Surgit hic q.iuxta Arch.†Vtrum,si aliqui sunt dispensati à canone,non propter crimen,sed propter defectum,vt illegitimi,& corpore vitiati incurrant nouā irregularitatem, si ante dispensationem celebrent.Ad hoc Respondetur iuxta dictum Arc.ꝙ non,& hoc seruat curia Romana,quia, quā do dispensat cum talibus,simpliciter dispensat super defectu,& non super irregularitate,quam contraxit ex celebratione ante dispēsationē,vt patet in hoc c. & seq.c.proximo & extra de filijs Presbyte.veniens.Et idem est,si est suspensus à canone,non propter crimen,sed propter infamiam, sicut sunt illi,quorum crimina notoria,qui etiam post pœnitentiam prohibentur celebrare propter scandalum,& in famiam.extra de coha.cle.c.vlt.Et tamen,si ante dispensationem celebrent,non credo,ꝙ incurrant nouam irregularitatem,quia hoc non inuenitur in iure secundum Inno.ꝙ dic vt no.plene,extra de cle.ex ministran. si celebrat. † Et nota,ꝙ irregularitates,& ipsarum pœnæ sunt de iure positiuo,sicut ipse Inn.notat extra de renunt.Nisi,cum pridem dicebat etiam Inn.ꝙ irregularitas ordinatoris,& ordinati non impedit executionem,quin conferatur habitu, licet non exercitio Ar.huius c.& infra c.proximo.& c. vltimo. extra de renunciatio.cum pridem.§.Personæ.Et ita ipse notat,& Host.cum eo.extra de scisma c.1.super versi. irritas. Ex quorum dicto potest dici idem esse in qualibet alia irregularitate secundum Arch.hic.

Diuisio. Exponit litera. Quæstio. Respōdet.

Hoc autem quod. Hic magister Gratianus,ꝙ dictum est in præcedenti. c.videlicet,ꝙ filij presbyterorum possunt promoueri,ostēdit procedere non de iure communi,sed ex dispensatione.

1 *Dispensatur cum illegitimo ratione virtutis.*
2 *Dispensatio non est ius, vel regula.*
3 *Iudicandum est secundum ius commune non secundum dispensationem*
4 *Clausula supplemus de plenitudine potestatis,si quis fuerit defectus si ponatur in priuilegijs,an intelligatur remotus omnis defectus.*
Et quid,si dicatur supplemus defectum,si quis circa iuris solennia fuerit nu.5.



CEnomanensem. Inducit magister hoc c.Vrbani ad probationem eius,ꝙ dixerat,quod diuiditur in duas partes.In 1.dispensatur cum filio sacerdotis ad episcopalē dignitatem,si virtuosus extiterit.In 2.protestatur, ꝙ non intendit ius constituere.Secunda ibi.non tamen Lege.¶[Cenomanensem electum]sicut dicit glo.Hodie non sunt tales eligendi,sed postulandi, & à solo papa , sicut dictum est in c.prox.[Si cæteræ virtutes].i.si alias dignus est Ar.†ꝙ rōne virtutis dispensatur cum illegitimo. [Non tamen]Secunda pars[pro regula].i.regulari,& cōi iure Hu. Ar.†dispensationem non esse ius, vel regulam Ar. 1.q.7: si quis oēm.Item Ar.†ēm ius commune iudicandū,non secū dum dispensationem Ar.d.55.priscis. Hug. Mouet autem quæstionem hic Arc.& post eum Io.de Fant.†Vtrum si in priuilegiis

Diuisio. Exponit literam. Quæstio.

priuilegijs ponaт clausula, supplemus de plenitudine potestatis, si quis fuerit defectus omnis defectus intelligatur remotus. Ad hanc quæstionem respondetur, ꝙ quidam sunt defectus solennitatum iuris positiui, vt, ꝙ non esset forma seruata debita in dispensatione, vel sententia. Et tunc est conclusio, ꝙ clausula illa supplet huiusmodi defectū. Et ita intelligitur de transa. c. 1. quam opinionem sequitur ibi Abb. Quidam autem defectus personales occurrentes in persona illius, cum quo dispensatur, qui nec exprimitur in dispēsatione, vt puta, ꝙ ipse erat excōmunicatus, vel illegitimus vel alium naturalem defectum patiens. Et tunc est conclusio, ꝙ talis clausula non operatur suppletionem talium defectuū, sed requiriт expressa mētio ipsorū. † Et iō, si diceret supplemus defectū, si qs circa iuris solēnia fuerit, talis clausula parū operatur, nisi defectus pronuntietur Ar. ff. si quis. cau. sed & si quis. §. quæsitum. & extra de offi. Vel ex parte. In hoc. n. casu non intelligitur dispensare in aliquo defectu nisi specificetur defectus, & sic tenet curia, quæ cōsuetudo satis consonat iuribus prædictis, vnde consueuit dici, non obstante tali defectu, extra de ele. illa. & de eta. & quali. eam te. secundum Bona. Et no. de hoc in spe. de off. le. §. nunc secundum Arc. & Io. de Fan. Quod autem dicitur hic, ꝙ si exprimatur defectus in tali clausula, illos remouet, Intellige verum de defectibus, quos confirmās tollere pōt. Si autem non posset remouere, tunc talis clausula, etiam si contineret expressum defectum, illos non tolleret vnde etiam si princeps suppleret defectus iuris naturalis, vel diuini, quos non potest tollere suppletio talis, non operaretur, vt est casus in cle. pastoralis circa prin. iuncto, §. cæterum. dictæ cle. & ibi etiam notat Ia. secundum Io. de Fantu.

respōdet.

Arch. Io. de Fan.

Cum ergo. In hoc. §. magister Gratianus respondet ad c. Osius, vbi filij Sacerdotum di cebantur in summos sacerdotes promoti. Et dicit, ꝙ hoc non est intelligendum de filijs sacerdotum fornicatione natis, quia tales, quantilibet sanctitate polleant, non sunt assumēdi ad tantæ dignitatis apicem, sed de filijs legitimo Matrimonio procreatis.

Quod autem. Consequenter in hoc. §. Gratianus remouet quandam contrarietatem. Nam contra illud, quod supra in c. vndecunque dictum est, vitium originis semini non imputari, videbatur esse illud sapientiæ 3. filij adulterorū sunt abominatio deo, dicens hoc esse intelligendum de filijs adulterorum, qui patrum imitantur peccata, quia tunc sunt propria, nō autem de virtuosis, quoniam tales, & Deo sunt grati, & dispensatiue ad ordines ecclesiasticos assumuntur.

1 *Agendum mitius est cum humiliter & sponte confesso.*




Via simpliciter. Ad probandum autem, quod dixerat inducit Magister hoc c. Papæ Vrbani in quo cum illegitimo ad Episcopatum ꝓmoto, dispensatur pp virtutes, vitam religiosam. Et diuiditur ī duas partes. In 1. narrat humilitatē confessionis promoti. In 2. ex superabundanti clementia Apostolicæ sedis dispensat super vitio defect⁹ Natalis. Secūda ibi, Nos Apostolicæ. Lege. ¶ [Peccatum]. i. impedimentum. s. quia natus erat de adulterio, vel potius peccatum non tuum, sed adulterium patris. [vel peccatū] tuum, ipse. n. forte sciens permiserat se ordinari, & ita totū c. pōt legi de peccato paterno, vel de proprio, vel de impedimento. Hu. [humiliter] Ar. † mitius agendum esse cum humiliter, & sponte confesso Arg. d. presbyterorum [confessus] videlicet, ꝙ ex matre nō legitima. Et ita de iure nō debeat promoneri præsertim ad sacerdotium Arg. d. 54. [adtuntur] & 15. q. vlt. cum multæ. Et nota, ꝙ hoc confitendo, confessus est adulterium patris. [Nos apostolicæ] Secunda pars. [Criminibus]. i. impedimentis Hu. & Arc. [peccati]. i. impedimēti. Hu. [Cōfirmamus.] Sed nūqd Eps posset dispēsare cū illis? Credo ꝙ nō si debeat promoueri ad epm. alias credo, ꝙ possit pſertim in minorib. ordinibus secundū Hu.

Diuisio.

Exponit literam.

¶ *Distinctio Quinquagesima septima.*



Tem qui in ægritudine. Hic incipit distinctio. 57. in qua ostenditur quid iuris de eo, qui baptizatur in ægritudine, an sit ordinandus. Et dicit, quòd non, & inducit ad hoc capitul. sequens.

Si quis. Hoc c. quod est concilij Cæsariēsis. Inducit Magister ad probandum, ꝙ adultus, qui, dum sanus esset, baptismum distulit, & in ægritudinem mortis timore baptizatur, ordinari non debeat. Et diuiditur in duas partes: in 1. poniт statutū de hoc. In 2. excipit duos casus, in quibus pōt talis ꝓmoueri. Secunda ibi. Nisi forte postea. Leg. ¶ [Si quis adultus.] & discretus, non paruulus. Hu. [presbyter ordinari nō debet.] imo nec ad alios ordines minores promoueri, vt dicit Hu. [Non. n.] hæc est causa constitutionis, quæ duplex assignat. Vna vt dicit gl. Ray. e. ti. quia præsumitur non vere pœnitens, cum non ex volūtate, sed ex necessitate videtur recepisse Baptismum. Et ita præsumitur, ꝙ peccata nō fuerint ei dimissa. Secunda causa huius statuti est, vt dicit Vlricus in summa, vt per hanc pœnam homines compellantur non negligere salutem suam. [Non. n. fides]. i. susceptio sacramenti fidei. s. Baptismus [est]. i. præsumitur esse [volūtaria . s. ex amore processisse, sed [ex necessitate]. i. timore mortis [nisi forte] Secunda pars. Duos casus excipit. Primus, si post baptismum [studium]. i. vita, & fides [ꝓbabilis fuerit] Ar. ꝙ ex causa probabili dispensatur. De hoc no. 1. q. vlt. & si illa. Secundus casus est, si raritas clericorum hoc exegerit. Ar. ꝙ ratione raritatis hominum aliqua conceduntur, alias non concederentur. Ar. 25. q. 1. c. 1. d. 55. priscis.

Diuisio.

Exponit literam.

Vlrichus.

¶ *Distinctio Quinquagesima octaua.*



Tem ex Monachali. habitu. Hic incipit d. 58. In quo ostēdiт, ꝙ Monachi sine licētia sui abbatis nō possunt ordinari in aliqua ecclesia, vt sint ī simpliciter Clerici vel psonæ, vel prælati. Et continuatur sic iuxta, gl. ad præcedentia. Nam quia superius autoritate Gelasij Papæ in c. priscis d. 55. habitum est, ꝙ Monachi possunt promoueri ad ecclesiastica, & dignitates, & ordines. Ne ergo quis crederet hoc posse fieri sine licentia Abbatis. Ideo Magister hanc distinctionē ponit. In qua ostendit, ꝙ hoc nō debet fieri. Breuis est, & ideo amplius non diuiditur.

Cōtinuatio

2 *Consensus capituli non requiritur in danda licentia monacho consentiendi electioni.*



Vllus ad ecclesiasticum. Hic ponit Magister primum c. ad probandum, quod dixerat. Et diuiditur in duas partes. In 1. prohibet, ne quis Monachus ad ecclesiasticum beneficiū promoueatur sine licentia Abbatis sui In 2. excipit vnū casum. Secūda ibi: nisi. Pro pleniori intelligentia huius c. & eorum, quæ tanguntur in gl. quærunт duo.

Diuisio.

1 ¶ Primū est, vtrū monachus possit ꝓmoueri ad beneficiū ecclesiasticū, nisi cōcurrat cōsensus abbatis & conuentus.

3 ¶ Scdm est vtrū ad hoc, ꝙ clericus secularis transferatur ad aliud beneficiū, requiratur consensus epi, & capituli simul.

Ad primū. Respondetur sub certis conclusionib. prima est, † ꝙ autoritate Apostolicæ sedis pōt monachus promoueri ad ecclesiasticum beneficiū, siue ad quācunq; ecclesiastiam dignitatē, non requisito consensus Abbatis, aut conuentus. Ista conclusio patet, quia papa habet plenitudinem potestatis, & pōt de oī eccl. clericū euocare ad bene placitū suū 9. q. 3. nunc vero & c. p principale. ¶ Scda concl. † In danda licentia Monacho consentiendi electioni de se factæ non requiriт cōsensus c. sed sufficit cōsequēs solius plati: habet hec cōcl. ex c. si religiosus de ele. per consequens patet responsio ad qōnem, dr. n. ꝙ ad hoc ꝙ monachus possit transire ad benefincium ecclesiasticum sufficit licentia, siue consensus Abbatis. Et ad c. statuimus, 19. q. 3. vbi videtur requiri consensus conuentus Monachorum. Respondetur, ꝙ licet olim fuerint opiniones, hodie tamen sumus expediti per c. si religiosus de elec. li. 6.

1 respōdet. Prima conclusio.


Secūda conclusio.

Ad secundū. Respondetur † Duæ sunt opiniones. Prima dicit, ꝙ in translatione Clerici secularis requiraт consensus solius epi. Alia est opinio, ꝙ in tali traslatione reqraт cōsensus vtriusq;. s. tā epi, q̄ cap. Potest ista diuersitas tolli sic iuxta Arch. & Ioan. de Fantu. quoniam

Arc. Io. de Fant.

quoniam translatio ista fit per viam permutationis beneficiorum, aut nõ, sed per viam trãslationis. Si primo modo, tunc distingue. Aut talis beneficiorum collatio spectat ad episcopum, tunc procedit prima opinio, quia ex causa potest episcopus mutare personas de loco ad locum, vt extra de rerum permutatio c.quæsitum, & 7.q.1.episcopus 2.vbi etiam de hoc. Aut collatio beneficiorum spectat ad capitulum, vel prælatum alium, tunc currit secunda opinio, ꝙ episcopus non poterit permutare sine aliorum consensu, extra de offi. Arc.ad hoc.§.vlt.& de maio.& obe.c.vl.secũdum Ho.in c.d.quæsitum, & in summa, de rerum permutatio licet li.6.¶Et idem gl.in cle.vnica eo.titu. ¶ Sed surgit aliã quæstio.s.An in hoc casu sufficeret solius capituli authoritas, aut alterius inferioris ab episcopo, vt.s.possit permutare. Dicit hic Arc.ꝙ Host.dicit, ꝙ non, & ratio est secũdum Arc.quia non conceditur ei, ꝙ possit dispensare contra cõcilium, sed episcopo tantum, extra de præben vacante Ar. extra de testa.requisiti, & hoc ipse notat Host. in prædicto ver. Et nunquid ad hoc etiam facit secundum Arc. quia ex quo inferiori hoc à iure non est permissum, nõ debet hoc sibi vsurpare propria authoritate 25.q.2.amputato. Premissa intellige vera ẜm Ioan.de Fan.nisi inferior præscripsisset hac potestatem, quod videtur posse per gl.in cl.ne in agro. §.ad hoc.de sta.regula. Præmissa limitant vera Lau.Tan.& Bar.Brix.quando fieret permutatio beneficiorum, quo ad proprietatem, tunc dicunt, ꝙ Abbates, ad quos talia beneficia pertinẽt, possunt illa ꝑmutare sine authoritate episcopi, vt dicit hic Arc.Et nota 16.q.7.neminem. Sed dicit Io. de Fan.Ego credo oppositum, quia iste contractus est alienatio, vt patet de re.Eccl.non alie.nulli. Sed in contractu alienationis perpetuæ etiam prælati inferiores debent requirere consensum episcopi 12.q.2.Abbatibus.& c.sequenti, & 17.q.4.in venditionib.gl.tñ in cle.de re.eccle.non alie intelligit hoc verum esse, si tales Abbates non sunt exẽpti. Si autem translatio Clerici non fiat per viam permutationis, sed per viam trãslationis episcopus potest, sicut plenius videbitur 7.q.2.episcopus 2.Lege.[¶Ad ecclesiasticum, nisi quem Abbas], & hoc rationabiliter, qm̃ cum Monachus non habeat velle, nec nolle sub Abbatis obedientia constitutus, ad sui assumptionem exigitur voluntas Abbatis 16.q. 1.si quis monachus, & c.cum pro vtilitate, vnde sine licentia eius nihil potest facere, vt 19.q.3. statuimus, & 12.q.1. non dicatis.Hu.Idem intelligendum dicit de plebano.Hu. & glos. Quod sine eius licentia non possit Clericum transferre ad alium locum.

Quæstio. — *Respõdet.* — *Hostiensis* — *Io de Fan.* — *Exponit literam.*



I quis. Sequitur aliud c.ad idem, quod est ex quinto concilio Carthaginensi, vbi habetur, ꝙ episcopus promouens monachum sine licentia Abbatis, & conuentus ad beneficium, priuetur communione aliorum Episcoporum, & talis promotio est nulla. Pro pleniori intelligentia huius c.& gl.quæruntur hic tria.

1 ¶Primum est, vtrum Monachus posset promoueri ad ecclesiam secularum.

1 ¶Secundum est, vtrum Monachus possit promoueri, vt præficiatur hospitalibus.

3 ¶Tertium est, vtrum monachus possit effici vicarius episcopi.

1 Ad primum. In quo quæritur†. Vtrũ monachus siue Religiosus possit promoueri ad ecclesiam secularem sic proceditur. Et videtur primo ꝙ non. Primo sic extra de regular.super eo. Ratione sic sicut ecclesia Regularis non debet effici clericorũ seculariũ extra de reli.do. inter.sic Ecclesia secularis non debet esse Regularium, vt in prædicto c.super eo.¶In oppositum videtur esse tex.præsentis c.vnde super versi.maiorem, dicit gl.Ar.ꝙ monachus potest esse prelatus in ecclesia seculari. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ad vidẽdum, ad quæ beneficia clericorum secularium monachi, siue religiosi possint promoueri, sic potest distingui hoc modo Iuxta Io.de Fan.hic. ꝙ quædam est dignitas pontificalis. Tunc sit ista conclusio prima, ꝙ in hoc casu etiam, si sit suprema, vt est papatus, Religiosus potest ad illam promoueri, etiam si non sit suprema, vt sunt aliæ dignitates episcopales inferiores papatu. Ista conclusio patet 18. q. 1. statutum, & extra de voto, per tuas, & de elec.nullus li.6.& cle.1.e.ti. Quædam autem sunt dignitates inferiores pontificalibus, & tunc distingue quia aut sunt regulares, aut seculares. Si regulares, est conclusio secunda, ꝙ monachus potest ad tales promoueri. Patet conclusio extra de sta.reg.c.2. de præben. cum singula. li.6.& cle.ne in agro.§.ad hæc, de sta.reg.& hoc tenuit glo. 16.q.1.in summa. Quæ conclusio est etiam vera in dignitatibus nõ principalibus ecclesiarum regularium. Et ita etiã potest intelligi tex.iste ẜm intellectum gl.hic in fi. dum tñ non sint diuersæ professiones, vel habitus, vt in cl.1.de ele. Si vero sunt seculares, tunc distingue. Aut sunt non collegiatæ, nec curatæ, vt sunt decanatus, præpositurae, & aliȩ dignitates in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis nõ principales, & tunc est conclusio, ꝙ ad tales dignitates de iure monachi promoueri non possunt, vt no.Ho.de sta. mo.q̃d dei, & Panor.in cle.fi.de ele. Aut sunt dignitates principales, & curatæ in ecclesijs collegiatis. Et tunc est conclusio, ꝙ ad tales promoueri possunt, & hoc tenet Ber.in d.c.2.de sta.re.Et, quia talis ecclesia collegiata est, non potest esse sine cura aliqua ideo propter priuilegium curæ poterit promoueri ad eam. Et hanc conclusionem videtur sequi gl.fi. in gl.1.de elec. Quædam autem sunt ecclesiæ non collegiatæ sunt tamen curatæ, & tunc in hoc sunt variæ opiniones, vt no.in c.quod dei, de sta.reg. Nihilominus verior opinio videtur esse, ꝙ ad tales ecclesias promoueri possunt. Pro qua conclusione videtur esse tex. 16. q.1. moderamine loquitur per verbum decernimus, & c.sic siue, dicit posse eligi à populo, vel episcopo, sed si esset inhabilis, ita, vt requireretur dispensatio, non posset eligi, sed deberet postulari, de postu.præla.c.2.Et istum intellectum approbat dictum c.quod dei. Quædam sunt beneficia simplicia sine cura, vt præbendæ in ecclesia cathedrali, vel collegiata. Et de istis est duplex opinio. Prima, quam videtur gl. hic tenere est, quod possit. Et idem gl. 16. quæstio.1. 7.in noua. Alia opinio est cõtraria, quam tenet glo.64.distin. quorundam. Et hic Arc. dicens, quod illud, quod dicitur hic, est dictum, allegando, & c.quorũdã, hoc probat, vt ibi dicit gl. Pro ista ergo opinione, sit ista cõclusio. Quod ad talia beneficia simplicia monachus de iure promoueri non possit. Patet ista conclusio extra de regula.super eo. & idem, quod ibi notatur. Probatur etiam ratione sic. Nam sicut ecclesia regularis non debet reformari ex clericis secularibus, vt de reli. do.inter quatuor. Et sic nec secularis ex clericis secularib. vt in d.c.super. eo. Et hanc partem tenet Ho.in di.c. quod dei de statu regu. Secundo sic ratione. Non debent esse in eodem collegio homines diuersæ professionis 16.q.7. in noua, & elect.cum causam, vbi propter curam animarum, in quo est speciale, & in c.q̃d Dei de sta.re. Nec ob. c.deus, qui de vi.& ho.cle.quod ad hoc allegatur, quia vt dicit Archid.non loquitur in aliquo casu, sed de regularibus tantũ. Nec ob etiam istud c.si quis, quod allegatur in cõtrario, vt videlicet de consensu Abbatis possit promoueri ad clericatum, & per consequens ad beneficium simplex, quia quatenus iste tex.inducitur à contrario sensu, quia tale argumentum non habet locum, cum alia iura contradicant. vt supra est ostensum ẜm Arch.& idem tenet Arch.7.q.1.hoc nequaquam vel potest intelligi iste text.ꝙ loquatur de ecclesia monachali, quæ etiã erat episcopalis, vt dicit hic glo. in fi.Et idem etiam procedit in alijs beneficijs non curatis, etiam principalibus, vt not.in d.c.super eo. Et notat glo.in ver.secularibus in cl.quia regulares.de sup.negli.præla.nec in talibus beneficijs potest dispensare episcopus, etiam si monachus sit promotus ad ecclesiam curatam, vt simul beneficium simplex cum curato retineat, vt plene disputat Ioan.And.in regula, quæ à iure.de regul.iur.libr.6. in mercuria. Et tantum dictum sit de ista quæstione secundum Archid.& Ioan.de Fantu.

Ad primũ arg. — *Opponit ĩ contrariũ* — *respondet* — *Io de Fan. Prima conclusio* — *Secũda cõclusio.* — *Tertia cõclusio* — *Quarta cõclusio.* — *Quinta cõclusio.* — *Archi.*

2 Ad secundum. In quo quæritur†An monachus possit promoueri ad hospitalia. Respondetur, ꝙ circa hoc sunt variæ opiniones, nam Arc. tenuit, ꝙ non 18.q.2.quidam, cuius opi.sequitur gl.in ver. secularibus, in cle.quia contingit de reli.do.dicens. Quod, cum monachi ecclesijs extra suam regulã non possunt præfici, nisi propter curam animarum, & hospitalia careant cura, ergo ad illa promoueri non possunt, Io.de casti.in tractatu de synodo.quæstione 3.dicit istud idem tenere Fedricum de Senis in consilio 28.Et idem dicit pa.in dicta cle. nisi esset hospitale alicuius religionis, sed Laur. distinguit, quia hospitale cui religiosus, præficitur, aut spectat ad religionem, quæ super hospitalitatem est principaliter fundata, vt cruciferorum sancti Antonij viennensis, sancti Galli

Respõdet. Archid. — *Io.de casti. Laurenti.*

prope

prope Florentiam,& similium. Aut spectat ad religionem, quæ licet habeat hospitalia, tamen principaliter instituta est ad alia opera charitatis. In primo casu potest poni probabiliter ista conclusio, ꝙ possit religiosus tali hospitali pfici, quæ sit de illa religione. Quæ conclusio patet, quia ex quo illa religio est fundata super hospitalitate, & hoc est principale studium, per quod operibus pietatis ad seruiendū deo se dedicauit, vnde nihil religiosis ipsis obstat, quominus plura hospitalia erigant, & in illis hospitalitatē seruent, & religiosos suos deputent ad hospitalitatem ibi seruandam,& ipsa hospitalia seruanda,& regenda. ¶ In secundo casu est distinguēdum. Aut tale hospitale est annexum ecclesiæ curatæ, ita, ꝙ rector vnius sit rector alterius. Et tunc videtur conclusio probabilis, ꝙ religiosus posset præfici hospitali propter curā animæ, iuxta notata in ca. quod dei de sta.reg. Aut hospitale non est annexum alteri ecclesiæ curatæ, sed est hospitale annexum religioni ipsius, vt quia est de mensa monasterij, vel in proprietate cōcessum monasterio, ita, ꝙ ibi non imponitur certus, nec intitulatus rector. Et tunc etiam est conclusio, ꝙ potest ibi poni religiosus illius monasterij, sicut etiam possunt mitti religiosi ad alia loca,& opera monasterij custodienda,& promouenda, quia si mittuntur pro vtilitate monasterij ad litigandum, multofortius ad curandum pauperes. Vnde constat, ꝙ si monasterium habet iuxta se, vel infra septa monasterij hospitale pro pauperibus hospitandis, vt moris est, ꝙ potest deputare Monachos ad curam illius, ex quo sibi non datur in titulum. Aut hospitale nō est principale, & per se. Et tunc aut collegiatum religiosorum, & ipsi sibi eligunt rectorem, sicut est in hospitali sancti Galli,& sanctę Marię de senis,& tunc est conclusio, ꝙ etiam tali hospitali potest præfici religiosus, quia talis potest habere curam animarū, & iurisdictionem in collegium, de elec. dudum 2. Aut hospitale non est collegiatum, nec aliter habet curam animarum,& requirit certum rectorem per se. Et tunc est cōclusio, ꝙ tale hospitale licet sit certæ religionis, ad quem spectet illud, non tamen conferri poterit religioso. Patet conclusio, quia in hoc casu non cessat prohibitio, ꝙ monachi non præficiantur, vbi non subest cura animarum, vt notat gloss. in dicta cle. quia contingit. Nec in hoc valeret cōsuetudo, nisi vt valere posset, vt præficiatur beneficio simplici, secundum Laurent. vt dicit Ioan. de Fantu. Et hæc de secundo dubio,&c.

Prima cōclusio. Secūda cōclusio. Tertia cōclusio. Quarta cōclusio. Quinta cōclusio.

1 *Violatores paternarum traditionum grauiter peccant.*
2 *Electus in episcopum debet scire canones.*
3 *Præponi debet quis iuniori ratione antiquitatis.*



STatuimus. Subdit etiam Magister hoc vlti.c.ad propositum suum quod est Leonis papæ.In quo, vt rubro continetur , dicit , ꝙ rudibus,& imperitis ecclesiæ gubernacula non sunt committenda.Et diuiditur in duas partes.In prima dicit , quod dictum est.In 2. assignat rationem præsentis institutionis 2. ibi.Cum valde iniquum.Planum est Lege. ¶ [Statuimus, violentur].i.corrumpantur,polluantur.cõtaminentur,aut vis fiat eis.Arch.†Et nota, ꝙ violatores paternarum traditionum grauiter peccant,vt patet di.64. quia per ambitiones Arch.[Credatur].i.committatur.Arc.[legitimarum].i. canonicarum.Hu.[nescij.] † Nã canones debet scire electus in episcopum,vt 38.di.nulli,& c.omnes[humilitatis] ecclesiasticæ[ignari]quales sunt neophiti,vt di.69.§. prohibentur,cum nihil melius fulgeat in ceruice episcopali, vt dist. c.contra morem.[ab infimis ordinibus]sic prima q.1. pueri.Archi.[incrementum]paulatim, & moram faciendo in singulis.Hu.[sed à summis].i.ab ordine episcopali 2. q.7.c. accusatio.Nõ ꝙ postea ordinent in minoribus inferiorib. ordinib.sed quod ita citò volunt ad illum ascendere , ꝙ ab eo videntur incipere. Hug.quod non est faciendum,cum facile tunc sequatur casus,& ruina,vt di.47.sicut.[Cum valde]2.pars.[Antiquis]dummodo,sicut boni,& digni.Et est ar.†ꝙ ratione antiquitatis debet quis præponi iuniori[rudes.]inexperti,& non probati.Arc.

Diuisio. Exponit li teram. (margin notes beside the above paragraph; item numbers 1, 2, 3 in margin beside "vis fiat eis", "canonicarum", "ar.")

HIs omnibus. §.est, in quo concludit ex præcedentibus, ꝙ laici prohibentur in episcopos eligi.

Econtra. Hic incipit secunda pars distinctionis, in qua magister Gratianus obijcitur contra prædicta de beato Nicolao,Ambrosio,& Seuero,qui ex laicis sumpti sunt in episcopos.Et soluit sic,ꝙ cum laici merito suæ perfectionis vitam transcendunt clericalem , tunc possunt tales laici in episcopos eligi.Sed huic solutioni multum obuiat Gregorius.j.e.obitum.ibi.Ad cuiuslibet cõuersationis meritum,&c.vbi patenter ostenditur,ꝙ quantumcunque laicus sit sanctus , & perfectus in episcopum eligi nõ potest,idem colligitur supra e.in sacerdotibus,& di.58. hoc ad nos.Et ideo hæc solutio nulla videtur, vt dicit gl.& Hug.dicendum ergo est secundum mentem prædictorum capitulorum .s. Obitum in sacerdotibus. Et hæc ad nos, Quòd nullus laicus,quantumcunque præcellat,debet eligi in episcopum. Quod autem de illis tribus obijcitur, dicimus,nullam esse obiectionem,quia speciale fuit in istis, & diuina inspiratione factum est , & reuelatione Spiritus sancti,cui nullus resistere potest,vt 19.q.2.duo:de Nicolao vero reuelatum est cuidam episcopo, vt , qui veniret primus ad ecclesiã,fieret Episcopus. Seuerus electus est in Archiepiscopum Rauennatem , quia columba super caput eius insedit,in electione vero Ambrosij dicitur terra ei pro cathedra surrexisse. Et ideo non est trahendum ad consequẽtiam,vel ius commune,vt eorum exemplo alij etiam similes possunt eligi in episcopos.4.q.3.in fine. Alias exemplo Ambrosij posset quis ante baptismum eligi in episcopum, quod nullus concedit , videtur tamen magister dicere de Ambrosio,ꝙ non fuerit electus,sed postulatus,vt.j.e.§.sic, sed c.Valentinianus 63. di.dicit eum fuisse electum . Et ita dicunt quidam de alijs, ꝙ fuerunt postulati,quod licet ẽt, dum sunt in laicali vita,vel in minoribus.Alii, ꝙ dispensatum fuit cum istis.Lau.& Hu.& Arch.Lege.¶ [Electus] Sibi contradicit Gratianus.j.e.§.sic vbi dicit Ambrosius fuit postulatus.[Ex lanificio]exercebatur tale officium.s. lanificium.Hug.[Electus in Archid.]ecclesiasticæ prohibitionis quædam.s.non oẽs.Hu.[cessant.]supple,nisi vtilitas eorum succedat 16.q.1.cum pro vtilitate.Ar.55.di.priscis imo , & si necessitate ius commune sit inductum , licet causa esset, ius tamen perpetuum est 19.q.2.duæ & 32.q.1.dixit. Hoc ergo intellige, cum hoc idem exprimitur in constitutione vt cessare debeat,causa cessante,vt 25.q.3. quod scripsi.La. & Arc.de hoc etiam.j.c.Neophitus.

Exponit li teram.

1 *Prohibitio facta ex causa,an debeat cessare,cessante causa.*



NEophitus. Hoc cap. est beati Ambrosij scribentis ad Vercellẽses.Et hoc contra inuidos,qui dicebant, eum nõ de iure fuisse episcopum.Le.[prohibentur].s.ab Apostolo 1.ad Ti.3.& Ti.1.Arch.[Et à canonibus]supra 48.di.Ti.1.& c.quoniam Hu.[ordinari]præsertim in presbyterum,vel episcopum[in superbiam] Causa huius prohibitionis hæc fuit, ne Neophiti inciderent in superbiam,& ruinam diaboli.Sed,si non deest humilitas,& sufficientia,& ecclesiæ necessitas,bene potest Neophitus promoueri dispensatiue.Et assignans rationem,subiungit [vbi causa prohibitionis].s.Hu.[non hæret personæ]Tunc dicitur personæ hærere , cum in ea reperitur vitium,quod causam dedit edicto,vt superbia in Neophito[nõ imputatur].i.nõ reputatur vitium[si contra fiat] .i.si tunc eligatur talis,non reputatur esse vitium Hug. Hic surgit quæstio, vtrum si hæc est sufficiens ratio . Dimissis multis verbis quorundam,dicendum est,ꝙ sic,non ad hoc ꝙ iure communi fieret de quolibet tali electio,sed ad hoc, ꝙ dispensatiue talis eligeretur. Sed est hic quæstio,quã mo-
1 uet gl.†Vtrum cessante causa cessare debeat prohibitio ex causa facta, & videtur ꝙ sic, ex.c.quod pro necessitate 1.q. 7.¶ In oppositum arguitur ex c.dixit 32.q.1.& 19.q.2 duæ sunt.Ad quæstionem hanc respondetur, vno modo in glo. quæ exponit quadrupliciter,quomodo verum sit,ꝙ cessante causa,cesset constitutio.¶ Secundo respõdetur iuxta Hu. & Arc.per distinctionem , ꝙ quandoque ex causa speciali contra ius commune dispensatur, quandoque ex causa speciali cõtra ius commune statuitur, quando vero ex aliqua causa contra ius commune fit dispensatio,tunc est conclusio,ꝙ cessante illa causa a debet cessare dispensatio,nec.n.ad consequentiam trahi debent, quæ iuri derogant cõmuni, vt 9.q.1.ordinatores,& 1.q.7. quod pro necessitate,& dist. 55.c.1.& de cons.di.5.quidquid.Et hoc verum est,nisi illi causæ succedat alia causa,tunc.n.cessante prima causa,non cessabit constitutio.V.g. Cogente penuria clericorum,permissum est olim,vt monachi ad clericatum promouerentur . Cessante hac necessitate , non cessat hodie promotio monachorum , quia loco illius necessitatis vtilitas ecclesiæ de eorum promotione successit . Quando vero ex aliqua causa ius commune statuitur . Aut est perpetua causa, aut non,sed temporalis.Si est perpetua est conclusio, ꝙ perpetua debet esse obseruantia iuris,vt de sacerdotibus dicitur, quia.n.causa,quare ꝓhibiti sunt sacerdotes ducere vxores,vel eis commisceri est perpetua,& esse debet.s. administratio altaris.Ideo perpetua est constitutio de continentia eorum.Item , quia causa, quare dilapidator ante causæ cognitionem remouetur ab ecclesia , quia alias facile veritas non deprehenderetur est causa perpetua . Ideo constitutio perpetua est,vt dist.31. sacerdotibus,& c.si laicus,& 3.q.2. quia ea . Si autem causa non est, perpetua,sed temporalis subdistingue,quia aut constitutio exprimit,ꝙ cessante causa illa debeat cessare ius illud,tunc est conclusio.Quod deficiente causa illius,deficiet constitutio.d. 50.domino,& c. vt consti-

a ¶ Cessante causa Ad- de pulchre Pe.de An.i c. & si christus nu.15. de iurei. & in c cũ cessante nu.1. de ap.& ibi colle Old. consi. 212. Bal i l gñaliter. C.de epi & cle. car. zab.in cl. ex. norabili de iud

vt constitueretur. Si autem non exprimit, tunc est conclusio, ꝙ etiam conficiente causa, non deficit ius, siue constitutio, sed est perpetuum, & generale, vt 32. q. 1. dixit & 3. q. 5. accusatores. Nisi aliquid interueniat, propter quod relaxetur de iure. Si autē hæc quinque. Necessitas, vtilitas pietas, contraria constitutio, contraria consuetudo. Necessitas, vt cum prohibitum est laicos subito ordinari, tñ sunt ex necessitate, vt dis. 55. priscis. Vtilitas, quia cum prohibitum esset Neophitum ordinari pp superbiā, ordinatus est tñ Ambr. cum esset Neophitus causa vtilitatis, vt hic. §. his omnibus. Pietas, quia cum prohibitum esset, ne quis episcopus clericum ordinaret alterius absque illius consensu, & hoc propter indignos, qui sic furtiua quadam vsurpatione ordines vsurpabant, quibusdam tñ causa pietatis parcitum est, vt 9. q. 2. Lugdu. Contraria constitutio, quia cum esset generaliter prohibitum, ne quis prima feria ieiunaret. Et hoc ideo, ne dies illa veniret in contemptum, vt di. 30. si quis tā quam & c. si quis presbyter. legimus tñ dixisse Hieronymū Vnde omni die ieiunare possem, vt di. 76. vtinam. Contraria consuetudo, vt in esu carnium suffocatarū comedi prohibitarum, vt di. 30. si quis carnem. Tamen ecclesiæ consuetudo in contrarium obseruat. Idem de ingurgitatione tempore carnispriuij, vt di. 4. denique Hu.

Sius Sequitur c. hoc ad idem quod est Sardicen. Concilij, in quo instituitur, ꝙ si diues, vel literatus laicus, vel aliquis curialis fuerit postulatus in episcopum, non debeat consecrari nisi per singulos ordines fuerit legitime cōprobatus. Breue est & planū. Lege textum. ¶ [Osius diues.] quia ſm Hug. de facultatibus suis ecclesiæ necessitatibus consulat, non tñ in hoc est recipiendus, nisi alias dignus sit, vt 1. q. 3. ex multis. Nec ob. ꝙ diues est reijciēdus, dummodo cum diuitijs habeat bona opera, vt dist. 30. hęc scripsimus [scholasticis] id est disciplinis scholasticis eruditus. Hu. [de foro]. i. de officio disputandi, vel [de forocausarum]. i. de officio iudicandi, vel tractandi causas ciuiles. non tamen criminales. Nam, qui fuit iudex, vel aduocatus in causa sanguinis, vel executor, & qui hmōi horrēda fecit, non potest ordinari. Et in tali casu intelliguntur capitula di. 51. & 53. quæ possunt hic assignari pro contrarijs, vnde subditur. [Ex administratione], non obuiat illis c. quia ibi administrator intelligitur in causa sanguinis, hic autē sumitur pro eo, qui alias administrauit, vnde dic ex administratione. i. ex officio administrandi in officio aliquo in curia principis, vel rei puplicę. ſm Hu. [postulatur] à principe. Hu. [ordinetur]. i. eligatur. Sed nec ordinetur in episcopum. [Lectores.] quo nomine comprehenduntur subdiaconatus, & reliqui inferiores ordines ſm Hu. [Et officio diaconi.] Et ita, vt dicit gl. in tali consecratio episcoporum potest differri, quandoque vitra annū. 7. q. 1. constitutum & . j. c. bene & di. 75. quoniam.

Exponit literam.

2 *Ecclesiis tribus modis prouidetur.*
3 *Nominatio simplex, quę dicatur.*
5 *Epilepticus non postulatur, nec eligitur.*
6 *Membro mutilatus non postulatur.*
7 *Bigamus non postulatur.*
9 *Clericus alienæ diocesis, an sit postulandus, vel possit eligi.*
Religiosus, an debeat postulari, vel eligi.
12 *Postulatio, quando dicatur concors.*
15 *Eligentes indignum, priuantur potestate eligendi.*

Sed aliud est postulari.

§. est, & tertia ps huius d. in qua soluit contradictionē per distinctione, & respicit. §. s. e. contra, vbi dictum est, ꝙ laici possunt eligi. Dicit ergo hic magister, ꝙ est differentia inter postulare. Et eligi. Nam postulatur, qui alteri est subditus, ille vero eligitᷣ qui est in sacris ordinibus constitutus. Et hæc electio fit cū solemnitate decreti, postulatio vero non postulatio dicitur (dicit Hug.) cum ante electionem requiritur ab episcopo, vel principe, an velint talem personamconcedere, vt eligatur in episcopum, vel cum requiritur ab eadem persona, si velit, vt eligatur, & vtrunque erigitur, scilicet vt requiratur ipse de voluntate eius, & ab episcopo, vel principe, vt illum concedat, cum neutrum sine altero efficaciter sufficiat. Pro pleniori intellectu huius. §. & eorum, quæ tanguntur in gl. quæruntur hic aliqua.

1 ¶ Primo, quid sit postulatio.
4 ¶ Secundo, quis sit postulandus.
10 ¶ Tertio, à quo debet fieri postulatio.
11 ¶ Quarto, qualiter fiat postulatio.
13 ¶ Quinto, quis possct postulare.
14 ¶ Sexto, quis sit effectus postulationis.
16 ¶ Septimo vtrum per postulationem ius acquiratur postulato.
17 ¶ Octauo, vtrum postulantes variare possint.

1 **Ad primum.** In quo quæritur, quid sit postulatio. † Respondetur, dicendo, ꝙ postulatio ſm Goff. est gratiæ petitio Ar. extra de postula. Bonæ. Sed ista descriptio non placet Ho. in summa. c. tit. quia non est conuertibilis cum suo descripto, vnde ſm Host. ibi postulatio est alicuius personę (quę eligi prohibetur nō pp vitium, sed propter defectum, qui tamen postulatum non omnino inhabilem reddit, ad prouidendum ecclesiæ) concors, & certa capituli facta petitio, dicitur non propter vicium, quia vt. j. dicetur, in quæstione sequenti, criminosus non potest postulari, dicitur propter defectum, qui tamen postulatum, & c. cuiusmodi defectus est in ætate, extra de elec. cum nobis olim. §. penult. & vlt. vel defectus in ordinibus, vt extra de elect. dudum. §. fi. & extra de æta. & qualita. à multis, vel defectus in natalibus, vt extra de ele. innotuit, vel defectus in consensu, puta ligaras habet alas, vnde non potest libere cōsentire in his, & in similibus defectibus, postulari permittitur, sed eligi prohibetur, vt patet extra de postu. c. vlt. & extra de elec. innotuit. §. habito. Ergo sequitur in descriptione ad prouidendum ecclesiæ, qui per postulationem ad electionem peruenitur, † vel ideo, quia tribus modis prouidetur ecclesijs. s. per electionem canonicā & per postulationem concordem, & per nominationem solennem. De his tribus habes extra de postula. præla. c. bonæ memoriæ. in fi. Ideo autem in descriptione prædicta ponitur certa, & alicuius personæ, ad denotandam differentia inter postulationem, & nominationem, quia in postulatione vnica, & certa nominatur persona, nisi capitulum diuiditur, extra de post. Bonæ 1. & . 2. Sed in nominatione plures exprimuntur, & sic incerta est petitio, tamen ſm Goff. per talem nominationem acquiritur ius. Ar. à contrario sensu 2. q. 7. diffinitiua, & ver. nominationes, & ipsa pendente, non eligitur alius, ne Papa illudatur, extra de post. Bonæ 2. §. nec nocebit. Secus autem si nominatio sit simplex non solennis. † Et dicitur simplex illa, quæ fit in tractu, quando dicitur Petrus esse bonus, vel Gulielmus, vel talis, vel idem videtur de nominatione in scrutinio facta, quousq; fuerit publicata, extra de elec. publicato, secūdum Goff. & de hac simplici loquitur extra de elect. ꝙ sicut, & c. sequenti, vel potest dici, ꝙ nominationem solemnem vocat prouisionē per vnū factum, quæ nec electio proprie dici potest, vt patet 1. q. 4. & hæc de 1. q. secundum Hosti.

Respōdet

Hostiensis. Cōtra Gof.

2

3

4 **Ad secundum.** Quæstionem, in qua quæritur, quis postulandus sit. † Respondetur secundum Host. vbi supra, ꝙ non potest postulari criminosus, puta periurus, homicida, inobediens, & c. Tales. n. nec eligi, nec postulari possunt, extra de postul. c. 1. & 2. Itē non professus tacite, nec expresse non postulatur in regularem prælatum, sicut nec eligitur, extra de elect. cum causam, & cap. cum ad nostram, nisi necessitate instante, tunc enim potest hoc fieri, dummodo in regula fuerit competenter instructus, sic potest intelligi extra de elect. cum ad monasterium, & cap. officij. §. fin. † Item non postulatur epilepticus, sicut nec eligitur extra de elect. cum inter canonicos, nisi forte curatus sit ita, quòd ad minus per annum steterit liberatus supra distinct. 33. communiter. † Item non postulatur membro mutilatus, qa talis omnino inhabilis est extra de cor. vit. exposuisti. † Item non postulatur Bigamus, nec irregularis, nel alius consimilem defectum habēs, quia talia, & similia omnino inhabilem reddunt postulatum, Sed, si talis defectus est, quia non reddat omnino inhabilem, admittitur postulatio, sicut & defectus, de quibus exemplificauimus supra in præcedenti articulo circa partem illam descriptionis propter defectum. ¶ Iuxta hoc quæritur. † Vtrum clericus alienæ dioc. sit postulandus, vel posset eligi: respondetur, quòd quidquid videatur dicere. §. iste Gratiani, & Vincētius, eum tantum postulandum, hoc videtur dicendum iuxta Bernard. extra de postula. & si vnanimiter, quòd clerici non possunt dimittere ecclesias

Hostien.

5

6

Quæstio. Respōdet.

7

8

ecclesias suas sine consensu episcoporum suorũ, nihilominus eligi possunt siue in sua, siue in alia dioc. extra de ele. cũ inter canonicos. ¶ Iuxta hoc etiam quæritur. † Vtrum religiosus debeat postulari, vel eligi. Respondet diuersæ fuerunt hactenus opiniones. Sed hodie tene indistincte, ꝙ siue in monasterio, siue extra etiam ad episcopalem dignitatem eligi debet, vt notatur per Ioan. Andr. extra de elect. nullus lib. 6. &c.

Quæst. 10. 9

10 **Ad tertium.** Dubium, in quo quæritur, † A quo debet fieri postulatio, vel à quo sit aliquis postulandus. Respondetur, ꝙ si sit episcopus à papa postulandus est extra. e. c. fi. si vero patiatur defectum ſm ordinem, vel ætate, debet postulari ab eo, qui in hac parte dispensare potest, vnde si aliquis 20. annorum postuletur ad dignitatẽ, si est sine cura ab episcopo postulari debet, si est cum cura à papa. Si vero sit defectus, quia est alienæ dioc. vel, quia subest alteri, vt religiosus, & huiusmodi, nõ oportet, ꝙ postuletur, sed eligi potest, vt dictum est parum ante in 2. dubio, vtrum religiosus, &c. ¶ Verum dicit Ho. in summa, ꝙ quando quis propter defectum voluntatis eligi non potest, à proprio prælato postulandus est, qui, si consentire noluerit postulationi, vel electioni, ad superiorem habeatur recursus, qui compellet eum extra, de iure pat. nullus 7. q. 1. omnis, qui gemebat 9. q. 3. nunc vero. Idem Gof. vbi vero propter defectum ordinem, vel natalium, vel ætatis eligi prohibetur, postulãdus est ab illo, qui dispensare potest. Nam, & in maioribus beneficijs, quinimo etiam, si Abbatia sit à diocesano videtur postulandus extra de elect. cum monasterium, de æta. & qualit. tua. Aliquoties etiam postulatur, qui à seipso nã si sit laicus eiusdẽ dioce. à seipso postulatur, his verbis petimus, vt facias te promoueri, quia volumus te eligere. Sed si sit de illa diocœsi, tunc postulandus est à proprio prælato, & collegio 71. di. primatus. Et, quia consensus illorum non sufficeret, postulandus est postea à seipso, ꝙ si dicat, nolo tonsurari, nisi de electione certificatus, nullum pactum interponendum est. Et si fiat, ꝙ ex eo, vel id, quod sequetur non valebit. Sic intelligitur 59. di. hoc ad nos, & per totum 16. q. 7. per laicos, vnde talis ex pacto ordinatur, vel tonsurat, vel corrupta intentione simoniacus est ſm Hu. & Guliel. Secus, si pia sit eius intentio, & nullum præcedit pactum, vnde dicit Hosti. Non peccat, qui hac s e recipit ordinem, dũ tamen principaliter eo proposito non ducatur 59. di. si officia, & 61. di. quid proderit, secundum Hu. Item dicit Raymund. ꝙ curialis postulatur ab Imperatore, vel ab alio principe, cuius nexibus est astrictus, vt. s. e. di. Osius. item coniugatus debet postulari ab vxore, dis. 28. de his, in fin. Episcopus, vel electus confirmatus, vel Abbas exemptus postulatur à papa extra de trãs. inter, & extra de consuet. cum venerabilis.

Respõder.

Hostiensis

Goffre.

Raymund.

Respõdet. Hostiensis 11 **Ad quartum.** Dubium, in quo quæritur qualiter postulatio fiat. † Respondetur secundum Host. vbi supra, ꝙ nõ requiritur forma, nisi hec, ꝙ concorditer, & communiter consentiant postulantes. Cum. n. gratia requiratur concorditer, & communiter peti debet, vt extra de post. Bonæ 1. & 2. §. cæterum, & seq. alias ecclesia Romana nõ cõsueuit postulationẽ recipere, posset tamen, si vellet postulationem factam à maiori parte capituli admittere, minori parte mininime eligente, sine cuiuscũque iniuria, quia generaliter obtinet, vt stetur maiori, & saniori parte, 75. dist. c. 1. & 2. & 3. & 10. q. 2. hoc ius porrectum, & extra de his, que fi. a ma. per ca. c. 1. Sed si minor eligat tunc ad hoc, ꝙ postulatio præualeat, requiritur consensus duarum partium, extra de elec. scriptum, secundum Goff. magister Ia. dicit, ꝙ & decretum requiritur, quia decretum de substantia postulationis, sic intellexit, extra de postu. c. Bonæ memoriæ 2. §. nec nocebat. Nota etiam secũdum Host. in summa. rub. de elec. §. 8. vtrum imitari, &c.

Iacobus

12 † Quod postulatio dicitur concors, quando duæ partes cõcordant, non alias, extra de elec. scriptum. §. vlt. Et si duæ partes concordant, idem est, ac si omnes concordarent, dicit etiam, ꝙ in postulatione non requiritur forma concilij extra de elect. quia propter. s. vt fiet per modum scrutinij, & forma decreti.

Respondet

13 **Ad quintum.** Dubiũ, in quo quæritur, † quis potest postulare. Respondetur secundum Raymun, & Host. vbi supra, ꝙ qui potest eligere extra de postu. Bonæ 2. §. cæterum, & per totum, extra de ele. innotuit.

14 **Ad sextum.** In quo quæritur, † quis sit effectus postulationis, respondetur iuxta Goff. Host. & Arc. ꝙ effectus postulationis hic est, ꝙ postulatione admissa habilitatus est eligi postulatus, extra de elec. innotuit. in fine. Et sic videtur sentire etiam hic gl. Hunc tamen ordinem, & si à iure procedat, vt dicit Host. & Arc. nõ seruat Romana curia. Nã, si ab ea aliquis postuletur, postulatione admisse, non sequitur electio, sed approbatio postulationis, & postulati habetur pro electione, & confirmatione, vt habetur extra de elect. cũ inter canonicos. Et hoc ideo facit, vt euitet circuitus, qui vitandi sunt. ff. de condi. indebi. l. dominus. Et vt vitentur dispendia ecclesiarum extra de elec. ne pro defectu. Secundum hanc ergo consuetudinem curiæ Romanæ possumus dicere, ꝙ nunc effectus postulationis est, quia postulatione admissa, tanquam rite facta, poterit postulatus confirmari, ac si electus fuisset extra de elect. cum monasterium. † Est autem hic sciendum 15
iuxta Arc. ꝙ sicut eligentes indignum, priuantur potestate eligendi, vt extra de elec. cum in cunctis, sic & postulãtes, vt extra de post. c. 1. & 3. & de elec. c. Bonæ, & c. scriptum, in fine, ꝙ intelligendum est cum postulatur indignus, vel irregularis ex crimine. Secus si ex defectu. Et sic intellige finem illius decretalis, scriptum, secundum Gof. qui ita notat in summa de postu. §. effectus, &. §. vlt.

Respõdet.

Hostiensis

Archid.

16 **Ad septimum.** Quæsitum in quo quæritur. † Vtrum per postulationem aliquod ius acquiratur postulato. Respondetur, ꝙ in hac materia, vt ad longum narrat Host. in summa. e. tit. multæ sunt opiniones, vna fuit da. & Hu. dicẽtium, ꝙ nihil iuris acquiritur postulato per postulationem, nisi sequatur electio, ratio, quia postulatio innititur gratiæ, extra de postu. Bonæ. 2. dicunt tamen, ꝙ si postulantes faciant aliquem ordinari sub hab spe, vt eum eligant, & postea eligant alium, tenet electio, dum tamen postulatio non fuerit superiori præsentata, alioqui contra, sed tamen eludentes tenentur eluso actione iniuriarum, quia non licet mutare consilium in alterius præiudicium. ff. de reg. iur. nemo ſm Hug. Alia opinio est Guil. naso, qui dicit, ꝙ per postulationẽ acquiritur ius, extra de elec. scripto. Ad hoc inducit rationes, & multa iura. Tertia opinio est Goff. qui videtur mediare, qui dicit sequens opinionem primam. Quod postulatione nõ acquiritur ius, per quod possit agere, cum ex gratia pendeat. Tamen si postulatio fiat de concordia, & digna ex debito incumbit superiori ipsam admittere, ꝙ si non fecerit iniuriã, facit postulantibus, & postulato. Sed gratiam, si admittit, Ar. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. penul. tamẽ de tali iniuria agere non potest, sic & dispensatio ex gratia petitur, & tamen ad ipsam ex causa concedendã superior tenetur. 50. distinct. ponderet, & c. domino sancto, & c. si quis Diaconus. Sic, & pauperi eleemosynam petenti non datur actio, & tamen diues tenetur ipsam dare, iuxta illud. Luc. 6. omni poscenti te tribue. Et illud Luc. 12. d. Date eleemosynam, &c. Item acquiritur ius postulato, quia postulantes resilire nõ possunt, ex quo præsentata est Host. volens has opiniones ad concordiam reducere, distinguit sic, quia aut duo postulantur, aut duo eliguntur. aut vnus postulatur, & alius electus. Si duo postulantur, aut ergo in alterum conueniunt duæ partes capituli, & postulatio fit ex causa, puta propter vrgentem necessitatem, vel euidentem vtilitatem ecclesiæ, aut alterum istorum deficit. In primo casu est concl. 1. Quod per postulationem acquiritur ius postulantibus, adeo, ꝙ etiam confirmatio peti põt extra de elect. cum monasterium, & c. cum nobis olim. §. vlt. & c. qđ in causis. §. si. etiam si non professus. in regularem prælatũ postuletur, dum tamẽ in regula sit competenter instructus vt in prædicto c. cum monasterius. extra de elec. & c. officij §. fi. Et sic põt intelligi sententia, & opinio Gulielmi naso, & iura sua. secunda concl. ꝙ in nullo casu dicto per talẽ postulationem acquiritur ius postulato. Et sic intelligi potest sententia, & opinio Dam. & iura sua, nisi fuerit superiori pſentata. Alioqui ius acquiritur, vt dicit Gof. non tñ aget postulatus, ne de se nimis præsumendo se, ingerere videatur vt extra de elec. qualiter. verum in modum denuntiationis admitteretur ad vtilitatem ecclesiæ, vt extra de elect. publicato. Quod, si neuter postulatorum habet duas partes, vel si habet, postulatio ipsa non fuit ex causa. Ponitur ista tertia conclusio, quòd per talem postulationem non acquiritur ius postulato, patet, quia talis

Respõdet. Hostiensis

Prima opi.

Secũda opi. Guil. naso

Tertia op.

Hostiensis

Prima cõclusio.

Secũda cõclusio.

Goffre.

Tertia cõclusio.

talis postulatio gratiæ innititur, nõ iuri, & sic etiam potest intelligi sententia Dam.& iura sua. Vbi vero duo eliguntur est quarta conclusio, quod ibi semper maiori, & saniori parti eligentium standum erit, nec requiritur causa, sicut in postulatione, extra de electio. licet. §. fina. Si autem vnus eligitur, & alter postulatur, & in postulatum duæ partes conueniunt, & ex causa fit. Tunc est conclusio quinta, ꝙ in illo casu postulatio præfertur, & vincit electionem: ergo in hoc casu fortior est, quam electio, & sic intelligi potest sententia Guil. extra de elect. scriptum. §. 1. Qđ si vnus ex duabus partibus deficiat, vel causa non subest, electus obtinet, vt in d.c. scriptum. §. ꝙ si ad faciendum, hęc vera intelligas dicit Host. dũmodo personę idoneæ sint. Alioqui, si personæ non sint idoneæ, persona electa idonea contra personam postulatam minus idoneam, quamuis duas partes habeat, obtinebit, extra de elect. dudum ĩ. & c. scriptum. §. si vero.

Quinta cõclusio. Guil.

17 **Ad octauum.** in quo quæritur, † vtrum electores variare possunt. Respondetur ẜm Host. ꝙ postulantes variare possunt re integra. i. quamdiu est in potestate eorum, hoc est quousque miserunt pro cõfirmatione petenda. Si vero postulatio est iam præsentata superiori per postulantes, tunc non possunt resilire, & hæc tenet Ber. extra de postu. c. vlt. & extra de elec. cum inter canonicos, & in c. cum in causis, dicit etiam Host. super c. Bonæ memorie, circa fi. extra de postu. & Inn. in gl. ibidem, ꝙ si postulans, & superior a quo postulatur, concordarent, bene posset fieri variatio, & possunt resilire postulantes, non obstante contradictione quacunque postulati, cum nec postulato sit ius aliquod acquisitum. Lege. ¶ [Clericus alterius ciuitatis non eligitur.] Contra hoc dictum est supra in quæsito secundo, quis postulandus sit ibi dictum est secundum Ber. ꝙ talis eligi potest, extra de postu. & si vnanimiter. Et ita habet gl. Sed post electionem est postulandus 76. dist. dilectionis, & 63. di. literas. Sed laicus primo est postulandus, postea eligendus ab episcopo, quia contra voluntatem suã non cogitur ante concedere. di. 63. literas. Et videtur Gratianus velle, ꝙ clericus eiusdem ecclesiæ non sit postulandus, sed compellendus, & mouendus, vt suscipiat sacros ordines. ĩ. e. bene. Hug.

Respõdet. Hostiensis. Exponit literam.

1 *Decretum an sit de substantia electionis.*
2 *Decretum fit duabus de causis.*
3 *Electio, si sit in dubio an possit aliter probari, quam per scripturam, vel subscriptionem.*



Piscopus. Inducit magister Gratianus hoc c. quod est Gregorij in registro, ad probandum, quod dixerat de differentia electionis, & postulationis, in quo Gregorius loquitur cuidam episcopo visitatori illius ecclesiæ de quodam postulato ad episcopatum, ꝙ eligatur, & postea cum decreto subscriptione omnium canonicorum roborato mittatur Romam consecrandus: Breue est, & planum. Pro pleniori intellectu huius
1 c. quæritur. † Vtrum decretum sit de substantia electionis. Et videtur, ꝙ sic. Ex c. pręsenti, vbi in hoc videtur distingui electio, & postulatio. Quod electio fiat cum solenni decreto. Postulatio autem non, sed cum simplici petitione. ¶ Secundo arguitur, ex di. 47. de Petro, & 2. q. 1. legum, & 7. q. 1. æqualiter. ¶ In oppositum est gl. hic dicens, ꝙ licet in electione requiratur decretum cũ subscriptionibus canonicorum, tamen electio sine ipso facto tenet. ¶ Respõdeo, dicendum, ꝙ hic sunt opiniones duæ. Quidam dicunt, ꝙ decretum sit de substantia electionis, imo etiam postulationis, inducunt pro se 7. q. 1. episcopus de loco, & extra de postu. Bonæ 2. §. nec nocebat. ẜm Ber. per quæ iura dicebat, vt inquit Arc. ꝙ decretum erat de substãtia postulationis. ¶ Alia opinio est, ꝙ non est de substantia postulationis, vnde Host. respondet. extra de elect. innotuit, ꝙ decretũ non est de substantia electionis, nec postulationis, vnde eo omisso (dummodo de alijs constet,) & postulatio potest admitti, & electio cõfirmari ẜm eum. Et ista videtur melior opinio, quã ponit etiam Hu. in præsenti loco, ita dicens, ꝙ decretũ non est de substantia electionis, & sine eo potest esse, & canonica potest esse, non minus, ꝗ si adesset, pone. n. præsentem illum, qui eligitur, & Metropolitanum præsentẽ in electione. Nonne post consensum sola voce expressum potest cũ
2 Metropolitanus statim confirmare, & consecrare. † Fit ergõ decretum duabus de causis, vt tangitur in gl. ẜm Hu. Primo ad cautelam, vt, si postea reuocaretur in dubium de cõsensu alicuius, vel vellet variare, obstet ei propria subscriptio. Ar. 1. q. 7. saluberrimum. Alia causa, vt sciatur, an omnes canonici sint præsentes in electione. Ar. extra de his, ꝗ fiunt a præla. quanto in fi. Licet ergo scriptura requiratur in electione, tamen, si fiat sine ipsa, tenet, & est simile, sicut deducit gl. in matrimonio, in quo licet multa requirantur, interuenire, nihilominus, si non interueniunt, tenet matri-
3 monium 30. q. 5. nostrates. ¶ Sed surgit hic quæstio. † Quid si dubitetur de electione, an possit aliter probari, quã per scripturam, & subscriptionem. Respõdetur, ꝙ sic, imo multo melius per testes, potius. n. credendum est viuæ voci, quã mortuæ. Sed, & per publicam famã ẜm Hu. & c. Lege. ¶ [Episcopus, dũ]. i. ex quo. [ille]. f. de quo præcesserat sermo. Hu. [fuerit postulatus]. i. electus [episcopus] in episcopum. Cum solennitate decreti facti post electionem, tunc. n. & nõ ante, dũ. s. simpliciter est postulatus, requiritur scriptura hęc, vel illa. Et ita aperte innuitur hic differentia, quam Gratianus vult assignare inter electionem, & postulationem Hu. [& testimonio] 2. dist. 1. cum tua [litera continente. Nam & aliorum testificationem de eius vita, & conuersatione, & opinione, vt 7. q. 1. qualiter, & loquitur cuidam visitatori, secundum Hug.

Quæstio ; Primũ ar. Scđm arg. Opponit contrariũ. Respondet Prima opi. Secũda op. Quæstio. Respõdet. Exponit literam.

Sic beatus. In hoc. §. Magister exemplificat de beato Ambrosio. Lege. ¶ [Postulatus.] Contradicit sibi ipsi Gratianus. Primo in. §. illo. s. a. his omnib. vbi dicit Ambrosij electum, & in c. 1. di. 63. Valentinianus. Sed quidam volentes excusare Gratianũ, exponunt sic, vbi dicitur electus. i. ad eligendum postulatus, dicit autem Hu. & creditur, & diuina inspiratione fuerit tunc electus.

Exponit literam.

Item clerici. In hoc. § incipit 4. pars huius distinctionis, vbi magister Gratianus adiecit, quod semper de eadem ecclesia debet eligi prælatus, si idoneus inueniatur.



Ec emeritis. Inducit ad probandum propositum suũ magister Gratianus hoc c. quod est Cælestini papæ, in quo statuit, vt clericis benemeritis ecclesiæ non præponantur in electionibus ignoti homines, & peregrini. Breue est, & clerum. Lege. ¶ [Nec emeritis]. i. bene meritis. vita, & scientia prima. quæstio. 1. vilissimus. [peregrini transeuntes, vel valde remoti. Hu. & Arch. [Extranei] nimis remoti. [aut ignoti]. i. qui nuper sunt instituti, nec olim fuerunt cogniti ibi nec adhuc plene. [bene]. i. bonis actibus [præponãtur in electione], vel beneficij collatione. Hu.

Exponit literam.

1 *Eligendi facultas, si ad aliquem deuoluta fuerit, an teneatur eligere, vel prouidere de collegio.*
2 *Papa potest, vndecunque voluerit, prouidere.*
3 *Præsumptio est semper, quod aliquis sit dignus in ecclesia, nisi contrarium probetur, & nu. 4.*

Vllus. Sequitur ad idem propositum hoc c. quod est Innocentij papæ, ꝙ potest diuidi in tres partes. In prima dicit, quòd nullus inuitus detur episcopus. In 2. quòd tũc de alia ecclesia eligendus quis venit, quando in clero ipsius ecclesiæ nullus reperitur idoneus. In 3. assignat rationẽ 2. ibi. Tunc autem. 3. ibi. Habeat vnusquisque. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli, & gl. quæritur. † Vtrum is, ad quem per negligentiam, vel delictum alicuius, vel aliquorum deuoluitur eligendi seu prouidendi facultas, teneatur eligere, vel prouidere de collegio, vel de gremio ecclesiæ, ad quã, vel in qua electio, seu prouisio est facienda. Et arguitur primo quòd sic. Ex. c. præsenti, vbi manifeste hæc habetur. 2. infra e. ex. c. obitum 3. extra de ele. ne pro defectu. ¶ In oppositum arguitur. Ad metropolitanum deuoluitur idem ius, quod habebat capitulum, sed capitulum potuit eligere, vt eo. tit. in c. cum inter canonicos, & c. cum nobis, & c. in causis: ergo sequitur, quòd ille, ad quem deuoluitur potestas eligendi, poterit eligere, & prouidere, vndecunque voluerit, dum tamen sit idoneus. ¶ Respondet dicendum sub distinctione, ẜm quòd distinguit Henricus boych, in hac quæstione, quam mouet super cap. dilectus, extra de concel. præb. Aut loquimur de papa, & tunc sit ista conclusio, † Quòd papa potest, vndecũ-
2 que voluerit, prouidere, vt extra de electio. Bonæ memoriæ in fin. & ratio est, quoniam ad papam pertinet plena

Diuisio. Quæstio. Arguit tribus med ijs Opponit contrariũ. Respõdet. Hen. Boyc Prima cõclusio.

dispositio beneficiorum, vt de præben. c.2. li.6.2. quia nullum concilium, nulla constitutio canonica ligat ipsum extra de ele. c. significasti, & c. innotuit. §. quamuis. Aut quæritur de alijs prælatis, & tunc aut in illa ecclesia reperitur idoneus aliquis ad talem dignitatē, ad quā est facienda electio, aut non. Si non, fit ista conclusio 2. Quòd in hoc casu potest de extraneo prouidere. Hæc conclusio patet per capitula allegata in principio quæstionis pro parte negatiua, quia in omnibus illis expresse cōceditur, ꝙ in tali casu posset de extraneo prouideri. Si autem in ista ecclesia reperitur idoneus tunc sub distinguendum est. Aut quæritur in ecclesijs secularibus, aut in regularibus. Si in secularibus fit tertia conclusio. Prælatus talis poterit prouidere de extraneo. Ista conclusio est Ber. Inn. & Compo. in c. alleg. ne pro defectu. Quæ conclusio probatur ratione illa, quæ inducta est pro parte argumentatiua, quia videlicet non minus poterit ille, ad quem est deuoluta eligendi potestas, quam poterant canonici. Sed illi poterant de extraneo prouidere: ergo, &c. Verum vt dicit Henricus fallit hoc, vbi de consuetudine, vel statuto ecclesiæ non posset prouideri de extraneo, vt in omnibus ecclesijs Franciæ est de consuetudine pscripta, ꝙ dignitates, vel personatus non conceduntur extraneis, de qua consuetudine notat Inno. extra de his, quæ si præla. c. tua in glo. nota, ꝙ Host. est contrariæ opi. qui, vt refert hic Arc. si eligat de alia ecclesia, si est idoneus in ipsa ecclesia vacante, non valet electio, quia est facta contra formam illius decretalis. Item in summa sua tit. de elec. dicit capitula allegata dicentia non de alia ecclesia, sed de propria fiendam electionem, loqui de necessitate, licet aliqui alij intelligant illa de honestate, inter quos est Ber. vt supra diximus, qui super c. ne p defectu, ita dicit dico, ꝙ primo debet inquirere personas vacantis ecclesiæ, & eligere de personis ipsius. Et istud de iure debuit fieri per illa iura inducta. Sed si hoc non fecerit, nihilominus valebit electio. Nam multa fieri non debent, facta tamen manent 27. q. 1. nuptiarum, & 27. dist. si vir. Et nunquā inuenies, ꝙ propter hoc cesset electio. Hæc ille. Vnde opinio Ber. præfertur opinio Io. hic, & aliorum: vnde sententiam Ber. seruat curia Romana, vt hic Arc. ¶ Si autem fiat quæstio de ecclesijs regularibus subdistingue, quia aut imminet electio, seu prouisio prioratuum, seu aliorum officiorum regularium inferiorum Abbatijs facienda. Et tunc est ista quarta conclusio, Quod debet de eclesia ipsa, siue monasterio eligi. Patet satis per notata in c. cū singula de preb. li.6. §. prohibemus, & in cle. cum Romani, de elect. Si autem imminet Abbatū electio, seu prouisio facienda, tunc est conclusio quinta, ꝙ poterit de extraneo religioso, dummodo sit eiusdem religionis, & habitus prouidere. Patet conclusio, quia hoc poterant illi, quibus est deuoluta potestas iuxta ea, quæ leguntur, & notantur, extra de elect. cum renuntia. in cle. Aut imminet electio episcopi facienda, & tūc est conclusio sexta, Quòd potest eligi vndecunque, dū tamen alias sit idoneus. patet conclusio ex præfata elec. cum Romani. in. §. vlt. vbi sic dicitur. Per hoc autem, qn religiosus in episcopum secularis, vel cuiuslibet regularis ecclesiæ, licite posit eligi, nō intendimus prohibere, & tantum sit de ista conclusione. Lege. ¶ [Nullus] absolute, vel determinate hic, vel ille. [detur] clericis inuitis à principio: sed, si nullum vellent habere, vel ex certa scientia vellent malum, cum possent habere bonum, tunc eis inuitis dabitur episcopus. Ar. dist. 65. si forte, & di. c. quoniam, & di. 89. volumus, & extra de elect. cum in cunctis. Hu. [Tunc autem] 2. pars infra c. obitum. s. di. 23. ca. 1. Hug. [Non credimus. Benigna præsumptio canonis
3 †semper. n. præsumitur, ꝙ aliquis sit dignus in ecclesia, nisi contrarium probetur. Item. j. e. obitum primum [reprobādi.] ab eligentibus eorū merita discutientibus, si digni sunt reprobatione, vel reprobandi à superiori [in aliena]. i. alijs debita. Hu. [sic facultas remittendi]. i. resistendi. [grauari] à metropolitano, vel principe, vel Abbate volente eis inuitis dare episcopum determinate, vel de alia ecclesia cū ibi inueniatur idoneus ꝭm Hu. Ad hoc facit expresse, extra de elect. ne pro defectu in fi. vbi not. Host. quod superius induximus. Nihilominus dic de hoc iuxta determinata. s. in q̄stione [Ex transuerso]. i. de alia ecclesia. Ar. [qui & si nō debitum]. i. episcoparum possunt consequi, quia non omnes simul ibi possunt esse episcopi. [vel]. i. saltem. [Liberum iudicium]. i. liberam electionem, quæ cum magna discretione, & diligenti discussione vitæ illius qui eligitur debet fieri, & est Ar. 66. dist. c. 1. & 8. q. 2. dilectissimi. Est tamen hic
4 notandum, †ꝙ, si omnes consentiant in extraneum, dato, ꝙ inter eos inueniatur idoneus, concesso etiam, ꝙ eligere de ecclesia ipsa sit necessariū, in illo casu rata erit electio. Hoc .n. priuilegium fauore clericorum introductum est, & hoc ipso ei abrenuntiant. Licet. n. cuique renuntiare ei, quod eius fauore introductum est ar. 1. q. 5. mandastis, & q. 7. nos Hug. & Host. & Goff.

Secūda cō clusio. | Tertia cō clusio. | Hostiensis Archid. | Bernard. | Quarta cō clusio. | Quinta cō clusio. | Sexta conclusio. | Exponit literam. | Hostiensis

1 *Electio secunda non potest celebrari, prima non cassata.*


STudij vestri. Sequitur ad idē hoc c. quod est beati Gregorij in quo beatus Gregorius scribit Neapolitanis qui elegerant Petrum, vt dist. 47. de Petro, ꝙ quia ille dicebatur esse simplex, & vsurarius, & ita forte merito veniret reprobandus, ꝙ p uiderent sibi de alio, non quidem per electionem, sed per deliberationem, quem post eligerent magis idoneū, si contingeret prædictum Petrū reprobari, †quia prima electione non cassata, non potest secunda celebrari, extra de elec. considerauimus. Secundum Bar. brix. hodie dic, vt e. titu. c. 2. li. 6. e. tit. cum terra Arc. Breue est. Leg. ¶ [Studij. Nō inueniatur idoneus,] propter simplicitatem, vel crimen vsurarum, vel propter aliud Hug. [declinare electio.] Ecce, ꝙ non debet eligere alium, antequam Petrus reprobetur, sed dicitur, ꝙ prouideat de alio, in quem, Petro reprobato, electio eorum posset merito declinare, & hoc planū est quia, si simpliciter eligunt plures, nihil actum intelligitur, antequam vnus eorum proferatur, quia vna ecclesia plures simul maritos, vel sponsos habere non potest, secundū Hu. & Arc. vnde multa impertinentia videntur tangi in gl.

Bart. Brix. Exponit literam.

1 *Visitator spiritualium, & temporalium administrationem legitimam censetur habere.*
2 *Monasteriorum cura, & dispositio pertinet ad episcopum.*


OBitum. Ad idem sequitur hoc c. quod est Gregorij in registro, in quo habetur, ꝙ mortuo episcopo panormitano, statuit Gregorius visitatorem quendā illius loci iniungens ei quatuor ꝭm, quæ c. istud potest diuidi in quatuor partes. In quartum prima iniungit illi, vt clericos illius ciuitatis commoueat, vt eligāt in vnione virum dignum tanta dignitate. In secūda iniungit, vt eligāt de eadem ecclesia, si in ea reperiatur idoneus, In tertia iniungit, vt caueat, ne laica persona, quantūcunq; sit laudabilis meriti, eligatur. In quarta iniungit ei curam monasteriorum, & solicitudinem, quousque præficiatur illi ecclesiæ aliquis episcopus. Secunda ibi. Commouemus. Tertia ibi, prouisurus ergo. Quarta ibi, monasteria autem. Lege. ¶ Obitum solenniter]. i. in totū, plenarie, vt, quia pro prius episcopus omnia disponas, simile 12. q. 1. quoniā Hu. [delegamus] per nostrum rescriptum. Arc. [studio] dissensionis. Hu [sacerdotem]. i. episcopum. [Commouemus]. 2. pars. [Ciuitatis] quia non solum de canonicis maioris ecclesiæ, sed de toto clero totius ciuitatis, siue totius episcopatus querendus est idoneus, potius quam aliunde sumēdus, ꝭm Hu. [Non credimus] præsumptio est canonis. Hu. [prouisurus.] Tertia pars. [ne ad]. i. audeant eligere aliquem laicum quanticunque sit meriti, & conuersationis honestæ. Hu. & Arch. [periculum incurras] propter negligentiam in negotio tibi commisso. [adhibitam.] Hic gl. tractat de potestate visitatoris, sed hodie hoc est determinatum de supplen. ne-
1 glig. præla. ecclesiæ lib. 6. vide ibi. † Talis tamē visitator spiritualium, & temporalium administrationem legitimam censetur habere, vt ibi dicitur. [Monasteria.] quarta pars.
2 †Nota curam, & dispositionem monasteriorum ad episcopum pertinere, nisi probentur exempta. Ar. 16. q. 1. qui vere, & q. 7. omnes Basilicæ.

Diuisio. | Exponit literam.

1 *De ecclesia quis dicatur.*


CAtinensis. Ad idem sequitur hoc capitul. in quo Pelagius papa scribit ab Eucarpum episcopum Mesanensem, committens ei visitationem illius ecclesiæ, & solicitudinem celebrandæ electionis, ac gubernationem eiusdem ecclesiæ, quousque de idoneo pastore sit prouisum. Et potest diuidi in duas partes. In prima parte excusat, quòd laborem visitationis iniungat illi,

Diuisio.

iungat illi.quia fortassis esset antiquus,vel impotens ad huiusmodi labores.In 2.iniungit sibi visitationẽ præcipiẽs, ꝙ illuc pergat,& de eodẽ clero talem eligi faciat,qui nec vxorem habeat,nec filios,& qui non sit criminosus,& cũ fuerit electus Romã veniat cõfirmationẽ recipere electionis suę 2.ibi.Mox ergo dilectio tua.Oĩa plana sunt,&c.Leg.¶[Cathaniensis impossibile].i.non cõmode , aliter fieri potuit, quia iste vicinus,& sic sumitur.ff.de ver.sig.nepos proculo vel[impossibile].i.difficile sic sumitur.ff.de his, quæ deie. & effu.cũ sanæ,& Arc.[in prouincia illa] restringit subdẽs. [duntaxat.]vbi erat Cathania.Hug.[alij, q̃ tibi.]ꝑp virtutes tuas,& prudentiã.[Ad deum].i.ecclesia.i.quæ sunt ecclesiasticæ Hu.[nisi forte].i.quãdiu vacabit ecclesia.[mox ergo] 2.pars[de clero]†de clero dr̃, siue ecclesia, qui ibi haberet domiciliũ.ff.de ver.sig.l.prouinciales.Lau.& Arc.[qui nec vxorẽ]non notat vitiũ.s.ꝙ ab hoc esset bonus, vel dignus, sed,quia occasione vxoris,& filiorum res ecclesiæ solẽt de lapidari,& ideo repellitur. Si tñ alius dignus inueniri non põt,exacta diligẽtia,poterit ordinari.vt di. 28.de Siracusanæ,vide ibi quid diximus circa hoc.[Nec crimẽ.]quod intellige de quolibet crimine commisso à tpe baptismi Ar. 25.di.primum.Hug.[Compellat]gl.dicit hic:ergo aliquis põt compelli ad episcopatum,sed hoc non potest hic haberi,nec hoc dicitur, nec innuitur hic,sed potius dicitur hic, ꝙ compellendi sunt clerici ad electionem faciendam, ẜm Hu.& Ar. Et sic non bene arguit gl.[cum decreto].i.cũ scriptura,in qua electio, & clericorum subscriptio cõtineatur [& testificatione rela.].i.cum literis tuis continentibus tuã, & aliorum testificationem de conuersatione, opinione,& examinatione,vt.s.c.episcopus,& 7.q.1.qualiter.

Exponit literam. (margin)

1 (margin, beside "2.pars[de clero]")

Contra gl. (margin)

1 *Monachus potest in episcopum eligi.*



Ene. Sequitur ad idẽ aliud c.quod est beati Gregorij in registro.Et potest diuidi in duas partes. In prima beatus Greg.narrat, vacationem diuinam ecclesiæ Aprutij,& causam.In 2.intellecta bona fama cuiusdam,qui dicebatur Opportunus,iniũgit illi,vt illum moueat,vt aut fiat monachus,aut subdiaconus,vt tandem posset promoueri ad episcopatum.2.ibi.Sed,quia.Plana sunt omnia,&c. Leg.¶[Bene Opportunus]proprium nomẽ est.[si nulla crimina maxime,quæ,&c.]Hæc.n.omnia impediunt,vt diximus supra,di.44.milites,in fi.vbi de hoc, Hug.& Arc.[vel Monachus]Sed,quare monachus,quidam dicunt, ꝙ voto tenebatur vt fieret monachus,& tunc est sensus, fiat monachus,si tenetur,si non tenetur,vt fiat monachus,fiat subdiaconus à vobis,sed,si vouerat,non tantũ erat hortandus,sed etiam cogendus ẜm Hu.Alij dicunt, vt dicit Hu.ꝙ illa ecclesia erat monasterium,& omnes erãt ibi monachi, vt de consuetudine erat, ꝙ non fieret ibi episcopus, nisi monachus.Sed contra hoc est,quia tex.non loquitur copulatiue sed disiunctiue,vel monachus,vel subdiaconus.Ideo nobis videtur,ꝙ ideo,ita loquitur Greg.quia istis duabus.s.monachatui,& subdiaconatui solemne votum castitatis est annexum,vt.s.di.32.per totum.Et ita voluit illum ligare aliquo istorum,vt ad statum laicalem non posset amplius reuerti, Et ita posset spes certa haberi, ꝙ in episcopum tantum eligi posset[promoueri]. Ex hac litera dicit Goffre.
1 †ꝙ monachus potest in episcopum eligi, quod intelligit præmissa postulatione,& admissa,alias secus,58.dist.c.1.& 2.Et hoc ipse notat in summa,de tempo.or.§.sed nunquid his causis.Arch.

Diuisio. (margin) Exponit literam. (margin)

Qui autem. §.est, qui continuatur ad duo capitula præcedentia, quæ loquuntur de visitatore.In quo ait,ꝙ cui,&c.de se patet.

1 *Visitatori incumbit omnimoda solicitudo totius episcopatus,& in ciuitate,& extra.*



Voniam festus. Hoc capit. inducit Gratianus ad ꝓbandum,ꝙ dixerat in.§.prædicto,& est c.Gregorij in registro, quo scribit cuidam episcopo. Diuiditur autem hoc c. In tres partes.In prima, narrat vocatione ecclesiæ Capuanæ iniungit beatus Greg. visitationem illius ecclesiæ cuidã episcopo.In secunda iniungit illi,ꝙ nihil de rebus ecclesię minui patiatur.In tertia committit eidem omnimodam solicitudinem episcopatus illius secunda ibi. Sic tñ tertia ibi. sed omnem vigilantiam. Plana sunt omnia. Lege textum ; ¶[Quoniam Festus]proprium nomen est.[sic tamen]secunda pars.[de prouectionibus] id est, vtilitatibus, vel promotionibus][ministerijs]id est, vasis, & vtensilibus Hug.[præsumi inuadi]minui. Archidiacon. [Sed] tertia
1 pars[vigilantiam]Ecce, ꝙ visitatori incumbit omnimoda solicitudo totius episcopatus,& in ciuitate,& extra 12.q.1. quoniam &.s.e.obitum. Hu.[in vigilijs].i.obsequijs mortuorum.[& obsequio].i.officio viuorum.Vel vigiliæ dicuntur generaliter omnia ecclesiastica officia,vt 91.d.c.1.Hu. [Obsequio]in alijs.Hu.sed iudicio nostro,cum ait vigilijs, & obsequio voluit nocturnum, & diurnum officium designare,cui sedulo deseruire ipsi clerici debent.

Diuiso. (margin) Exponit literam. (margin)

¶ *Distinctio Sexagesima secunda.*



Reuiter. Hic incipit distinctio 62. quæ continuatur ad præcedentes sic.postquam visum est,ex quibus ordinibus in quos gradus sunt eligendi.Nunc videndum est, à quibus sunt eligẽdi. Ostenditur ergo in hac distinctione,quorum sit electio episcoporum . Dicit ergo,ꝙ clericorum est eligere,& populi electioni factę vel fiendæ consentire. Metropolitani vero cum suis suffraganeis est consecrare eum, qui canonice est electus, ad quod inducuntur sequentia capitula.

1 *Testimonium plebis æquiualet electioni.*
2 *Electus est quidam a clericis, & non expetitus a plebibus, an debeat consecrari, vel consecratus deijci.*



Vlla ratione. Inducit in primis magister hoc ca. ad propositum suũ,quod est Leonis papæ. Et diuiditur in duas partes.In prima ostendit,ꝙ nõ sunt habendi inter episcopos,qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti,nec metropolitano iudicio consecrati.In secunda ostendit,ꝙ varia sit ordinatio eorum,qui à talibus Pseudo episcopis sunt ordinati. Secunda ibi,si qui autem clerici.Lege.¶[Nulla habeantur].i. remaneant,quo ad dignitatem,& officij executionem,sed ordinem amittere non possunt episcopalem. Hug. & Arc. [plebibus] simile 3. quæst.1.§. patet. Archid.[Expetiti],ꝙ intelligitur, cum de eis reddunt bonum testimonium
1 †quia testimonium plebis æquiualet electioni , vt 24. dist. cap.1.& dist.67.reliqui sacerdotes,secundum gloss. ¶ Sed
2 surgit hic quæstio .† Quidam electus est à clericis,& non expetitus est à plebibus.Vtrum debeat consecrari,vel consecratus deijci,siue cassanda sit eius electio . Et videtur,ꝙ sic.in odium eligentium , & consecrantium cum contemptu est,licet ex gratia populus sit requirendus, vel vocandus,vt 16.quæst.7.decernimus,& 21. quæst.2. cap.1.& 70. dist.cap.1. Nam semper consensus plebis est requirendus, vt 8. quæstio.prima licet. Item, quia populus potest excipere contra electum dicens, ꝙ ei mutuo nõ est dandus episcopus,vt 63.dist.si forte,& ca.Adrianus.Hu.dicit,ꝙ si oritur scandalum ex hoc irreuocabile , cassanda est electio, quia in electione laici nullum ius habent,nec iterum adeo est plebis necessarius consensus in electione, vt sine eo fieri non posset. Arg.in proximo cap. male tamen fit , cum non requiritur 8.q.1. licet. Concordat satis gloss.quæ dicit, ꝙ non ideo cassanda est electio , licet laici non interfuerint , quia plura exiguntur , quæ tamen omissa non vitiant factum.Arg.30.quæst.5.nostrates,quia huiusmodi leuia omissa non vitiant rem.ff. de ven.inspi.l. prima in fin. Eo autem ipso laicus intelligitur consentire,si non dissentit,vt 54.distinct.si seruus[iudicio].i.autoritate, & dispositione.Hug.[vnde cum sæpe quæstio].s. an digne alios possunt ordinare , vel non Hug. [male accepto].i.non legitime.Bernar. ꝙ Archid. [accepto]ab ipsis Pseudo episcopis & intrusis. Hug. [tribuendum]dico de iure, & canonice. Hug.[ꝙ]simplex est relatio[collatum]. Canonice,de iure, & re vera sacramenta accipiunt, & conferunt, non tamen iure aut canonice,vel ad salutem,vt de consec.dist. quarta nullus autem.[Si qui autem]secunda pars.[Pseudo episcopis].i.non canonice ordinatis.[Toleratis]tamen ab ecclesia.Hug. simoniacorum. prima quæst. prima,si qui à pseudo.Archid.

Diuisio. (margin) Exponit literam. (margin) Quæstio , (margin) Respõdet. (margin)


Docendus. Sequitur ad idem hoc ca. quod est Celestini papæ, in quo habetur, quod populus docendus est non sequendus. Et diuiditur in duas partes. In prima ostēdit, quod clericorum est docere populum, non ei consensum præbere. In secunda minatur pœnam his qui electionē clericorum tentauerint sibi vendicare: secunda ibi. Quisquis. Plana sunt omnia. Lege textum. ¶ [Docēdus] cum clerici eligunt, & eligere volunt canonice, si populus non consentit, dummodo nihil obijciat contra personam electi, vel eligendi, faciendum est, quod hic dicitur secundum Hu. & Lauren. Arch. [Non sequēdus] in malo. s. cum canonice electioni contradicit, nihil obijciēdo in personā electi. [Nos] s. clerici [commouere eos] s. laicos. Arc. Quisquis] secunda pars [prohibita. s.] ea, quę in superiorib. prohibuimus, vel prohibita sunt ab alijs, [de futurum] quia punientur secundum iudicium Romanæ ecclesiæ. Hu. Nam, vt sacrilegus, & simoniacus punietur, vt legitur, & notatur 1. q. 1. sunt quidam. Arc. [Per seueritatem] excommunicationis, vel depositionis, vel alterius pœnæ. Ferro. n. resecanda sunt vulnera 16. q. 1. in canonibus [regulis] ecclesiasticis. Hu. [vendicemus] vt quos timor dei, & c. extra de electio. cum in cunctis. Arc. [Totas]. i. omnes Hu.

Diuisio.

Exponit literam.


Nullus. Ad idem sequitur hoc capitulum Calixti papæ, & in quo præcipit, quod nullus cōsecretur in episcopum, nisi fuerit prius canonice electus. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, quod dictum est. In secunda adijcit pœnam contrarium præsumentibus. Secūda ibi, Quòd si. planū est. & c. ¶ [Nullus, nisi canonice] vt 11. q. 1. nos in homine. [Consecret] nisi dispenset cum eo, & possit dispensare. hoc dico, quia si propter cōscietiē metropolitani subditus eligat in episcopum, non elegerunt canonice. Potest tamen metropolitanus eius electionem habere ratam, non ergo remouetur hic dispensatio licita [Consecrans, & consecratus deponantur] vt dist. 51. c. 1. Hæc autē intelligo de rigore, vel cū electus indignus est, puta bigamus, vel illiteratus, vel criminosus, alias fieret, quod dicitur dis. 1. ex pœnitentibus 1. q. 1. si quis episcopus, & di. 36. qui ecclesiasticis. Hu. & Arc.

Diuisio.

Exponit literam.

¶ *Distinctio Sexagesima tertia.*


Laici. Hic intitulatur di. 63. quæ ita cōtinuatur ad præcedentem iuxta gl. In præcedenti dist. ostensum est, quod clericorum est eligere, laicorum vero tantū consentire. Et inde, orta occasione, prolixius exequitur in hac distiuctione. Vtrū s. laici debeant interesse electioni prælatorum. Et diuiditur hæc distinctio in septem partes. In prima parte ostendit, quod laici non debent eligere, nec electioni ecclesiæ interesse, nisi vocati. In secunda inducit aliqua capitula in cōtrarium. In tertia soluit. In quarta ostendit, quare data sunt priuilegia aliqua principibus interessendi electionibus Romanorum pontificum. In quinta ostendit quare post modum prædicta priuilegia à principibus fuerunt ablata. In sexta autem ostēdit quorum clericorum sit ipsa electio, quia etiam religiosorum. In septima ostendit. si electio diuidatur, quis electorum alteri sit præferendus, Secunda ibi, in. §. econtra. Tertia ibi, in. §. electiones. Quarta ibi, in §. Principibus. Quinta ibi, in. §. Verum sexta ibi, in § cum ergo Septima ibi, in. §. Nunc ergo quæritur.

Continuatio.

Diuisio.

1 *Laicis, an liceat interesse electioni prælatorum ecclesiæ.*
2 *Electio dicitur canonica tribus modis.*
3 *Princeps potest excommunicari, etiam à simplici episcopo.*


Nullus laicorum. Hoc est primum capitulum primæ partis, & est c. Adriani papæ. quod in duas partes diuiditur. In prima præcipit, ne aliquis laicorum, quantæcunque autoritatis sit, præsumat immiscere se electioni patriarchæ Archiepiscopi, vel episcopi. In secunda iniungit pœnam excommunicationis contrarium attentātibus. Secunda ibi. Quisquis secularium principum. ¶ Pro pleniori intellectu huius c. & totius distinctionis quæritur. † Vtrum liceat laicis interesse electionibus prælatorum ecclesiæ. Et videtur, quod sic. Primo ex illo. Act. 6. vbi legitur, quod Apostoli cum multitudine aliorum discipulorum Christi elegerunt septem diaconos, ergo videtur licere laicis interesse electioni ecclesiasticorū. ¶ Secundo arguitur ex c. In nomine domini dist. 23. vbi dicitur de electione Romani pontificis. Si prauorum, & iniquorū hominum ita peruersitas inualuerit, vt puta, sincera atque gratuita in vrbe non possit fieri electio. Cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisque laicis licet paucis, ius potestatis obtineant eligendi apostolicæ sedis pontificē vbi congruerit, ergo, & c. Tertio sic. Laicis licet interesse electioni dignitatum secularium: ergo & clericorum, antecedens patet. ff. quod cuiuscunque vniuersi no. l. 1. & per totū, Consequentia patet, quia vna est omnium fidelium ecclesia. ¶ Quarto sic. Extra de iure patro. nobis, vbi habetur, vt dicit hic gl. quod ex consuetudine præscripta, laicus potest interesse electioni. ¶ Quinto arguitur ex c. Abbatem 18. q. 2. quod inducitur ad probandum, quod patronus possit interesse electioni prælatorum ecclesiæ, tanquam ius potestatis habens in electione. ¶ Respondeo dicendum, quod non licet laicis interesse electionibus prælatorum ecclesiæ. Ista conclusio multipliciter ostendit sic. Ius eligendi prælatorum ecclesiæ non cadit in laicum, ergo conclusio vera. Consequētia patet, & antecedens habetur in cap. præsenti, & extra de elect. sacrosancta. ¶ Secundo sic. Iura spiritualia non cadūt in personas non spirituales, & personas non consecratas: extra de iudi. c. 2. Sed eligere prælatum in ecclesia est actus spiritualis, Ar. extra de præscrip. causam, quæ ergo cōclusio vera. ¶ Tertio sic. In electione contrahitur matrimoniū siue vinculum spirituale inter episcopum, & canonicos, & ecclesiam, extra de elect. cum inter canonicos. Sed non est licitum laicis super hoc ius aliquod potestatis habere in ecclesia, vt patet: ergo conclusio vera. ¶ Quarto sic. Omne illud, per quod tollitur libertas eligendi, in ecclesia, tanquā illicitum est abijciendum, & nullo modo tolerandum, sed laicos interesse electioni prælatorum tanquam ius potestatis habentes in ea, obuiat libertati ecclesiasticæ, vt extra de sacrosancta: ergo conclusio vera. ¶ Quinto sic. Ei qui non est sequendus, sed docendus, ei qui non habet potestatem, siue libertatem imperandi, sed tantum ei incumbit necessitas obediendi, videtur repugnare, quod habeat ius potestatis in electione prælatorum ecclesiæ, sed populus est huiusmodi, vt in c. populus dist. præcedenti, & in. §. sequenti his omnibus. Ergo non est licitum laicos interesse electioni prælatorum ecclesiæ, tanquam ius potestatis habētes in ea, quod fuit conclusio. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur, negando consequentiam, & ratio est, quoniā non est ad propositum, quoniam electio illa, quam multitudo discipulorum Christi de septem diaconibus fecit, non fuit electio prælatorum ecclesiæ, nec aliquorum ad officium ecclesiasticum exercendum in ecclesia, sed ad seruiēdum, & ministrandum mensis, sicut manifeste patet ex ipsa litera. Actu. 6. vbi sic dicitur, In diebus illis. Crescente numero discipulorum, factum est murmur Grecorum aduersus Hæbreus, eo, quod despicerentur in quotidiano ministerio viduæ eorum. Conuocantes autem 12. multitudinem discipulorum dixerunt. Non est ęquum nos relinquere verbum dei, & ministrare mensis, Cōsiderate ergo viri fratres viros ex vobis boni testimonij septem, plenos spiritu sancto, & sapientia quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi, & ministerio verbi instātes erimus. Et placuit sermo omni multitudini, & elegerunt Stephanum, & c. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam. Et ad c. in nomine domini, respondetur, quòd tunc laicis paucis tantum datum fuit ius potestatis eligendi summum pōtificem cum alijs, non quòd licitum esset eis interesse, sed propter pacem, & quietem ecclesiæ, vt sine scandalo, quod tales mouere possunt, si non interessent electioni, celebraretur electio; vt dicit Hug. ¶ Ad tertiam respondetur, negādo consequentiam, quoniam aliud est de dignitatibus secularibus, & aliud de spiritualibus, siue ecclesiasticis, licet enim vna sit ecclesia omnium fidelium, nihilominus non omnia omnibus licent, sed quædam quibusdam tantum, quædam alijs secundum varietatem statuum, graduum, & officiorum in ea. ¶ Ad quartam respondetur, quòd falsum est, quòd tale habetur in capitulo illo nobis, sed textus. ita dicit. Cæterum in conuentuali ecclesia non electioni prælati faciendæ, sed iam factæ honestius patroni postulatur assensus, vbi dicit Bernardus, quòd ius electionis non cadit in laico, in ecclesia collegiata.

Diuisio.

1 Quæstio.

Primū ar. Secūdū ar. Tertiū ar. Quartū ar. Quintū ar. Ad primū arg. Ad secūdū. Ad tertiū. Ad quartū. Pro intellectu c. nobis de iurepa.

Nec valet

Nec valet aliqua consuetudo, vt laicus interesse cũ clericis in electione prælati. Si dicatur, quod, imo ibi innuitur, cũ sequitur. Nisi aliter de sua iurisdictione obtinuerit, vt partes suas interponere debeat electioni tractandæ. Ad hoc respondet Ber. multipliciter. Primo, ꝙ hoc intelligatur cum ecclesiastica persona ius obtinet patronatus, quia hmõi psonæ debent interesse electioni cum clericis, ex quo cõsueuerunt ibi interesse. Vel possent intelligi generaliter etiam de laico, exponendo hoc de iurisdictione spirituali cõcessa in ipsa fundatione, quam concessionem ostendere debet, & ab eo, qui hoc concedere potuit.s. à domino papa, quia episcopus cõcedere non posset, sicut credo, & hoc bñ probatur 16.q.1. Hinc est etiam. Vbi fuit datum priuilegiũ, ꝙ rex simul cum monachis eligant Abbatem. Aliter vero patronus in electione esse non debet. Hæc Bern. Concordat Arch. qui dicit respondẽs ad illud de sua iurisdictione, &c. dicas ẜm Vincentium.s. ꝙ priuilegium apostolicum indultũ ex plenitudine potestatis.ȷ'.eo. in synodo, & 16.q.1. hinc est etiam ẜm Host. ¶ Ad quintum de c. Abbatem respondetur, quòd non facit ad propositum, quia illud c. non loquitur de electione, sed de electionis iam factę per monachos præsentatione, & confirmationis petitione ẜm Goff. & Archid. & Io. de Fantu. Lege. ¶ [Nullus] nec etiam patronus, cũ tm̃ de electione metropolitani, vel episcoporum tractet. Lau. Et extra de electiõ massana, & infra c. proxi. ver. & statuit. Archid. [inserat] quasi importunus vitium notat. Nam inuitatus adesse, & interesse poterit, vt infra c. proxi. Hug. nec dicetur tunc se inserere ẜm Io. de Fan. Arch. [Cõfusio], vel contentio, quæ solet esse, vbi laicorũ multitudo cõgregatur. Hu. [quisquis] secunda pars. [aduersus communem,] quia omnes eligere debent, vel maior pars. Et quia potest esse communis, non concors subdit [ad consonantem] sed quia posset esse consona, siue concors, sed in malo. Ideo subiungit [canonicam].i. vt sit in bono zelo, & de idonea persona, & ab illis qui potestatem habent eligendi. Hæc ergo tria exiguntur in electione.s. vt sit [communis id est, ab omnibus, vel maiori parte, [& consonans].s. vt concordent in bono, non in malo puta in simonia. Item, ꝙ sit [canonica]. Et si vnum istorum defuerit, potest reprobari Ar. di.38. quæ ipsis Ar. quod si aliqui separatim consenserint electioni. seu in aliquem talis consensus non valet, vt notatur in
2 glossa. † Distinguit autem hic Arc. ꝙ electio dicitur canonica trib. modis. si large, stricte, strictius. Strictius dr̃ canonica, vbi omnia interueniunt, quæ sunt de substantia, & quæ sunt de solennitatibus, quæ à iure pręcipiũtur. Et sic loquitur istud c. nullus. Stricte dr̃, vbi omnia interueniunt, quæ sunt de substantia, & non alia, quæ sunt de solemnitate, puta, sine quibus nulla est electio, puta, si omittatur forma, extra de electio. quia propter, large dicitur canonica, quan fit ẜm ius naturale.s. vbi nulla seruata est forma, sed tantum consensus eligentium, & electi interuenit [ecclesiastici ordinis].i. ecclesiasticarum personarum Hu. [anathema sit].i. excommunicetur ab epo, cuius dioceſi hoc commisit, vel
3 à concilio. † Et nota principem posse excõicari, etiam simplici episcopo. [Ecclesia].i. ecclesiasticæ personæ [collegiũ] ecclesiæ. Hu. aliquando ecclesia est congregatio fideliũ, de consec. di.1. c. ecclesia, vt in gl.

1 *Successor tenetur ad id faciendum, quod suus prædecessor facere debuerat, vel disposuerat.*
2 *Biblus quid dicatur.*
3 *Cancellarius, quis dicatur.*
4 *Causa spiritualis potest delegari laico.*



Drianus. Sequitur ad idem hoc c. quod est ex octaua synodo sumptũ, in quo ostenditur, ꝙ laici interesse non debẽt electionibus prælatorum, nisi per clericos inuitẽtur. Et diuiditur hoc c. in tres partes. In 1. narrat factam fuisse congregationem octauę synodi vniuersalis, & qui ex parte Apostolicæ sedis illuc missi fuerant, & qualiter prouidentia illius sedatum fuit scisma quoddam. In secunda ponit, quid diffinitum, & statutum est in ea circa electionẽ prælatorum, videlicet, quòd nullus laicus audeat se miscere illi. In tertia excipit illos laicos, qui per clericos ad electionem ipsam inuitarentur. Secunda ibi. In qua sic statutum est. Tertia ibi. Si vero quisquam laicorum. Lege. ¶ [Adrianus] verba sunt notarij scribentis, & recitantis facta concilij vsque ad locum illum. [Consecrationes, &c. Et exinde sunt verba sinodi ostendentis, quod electio episcoporum sit clericorum, & consecratio episcoporum, & quod nullus laicus debet interesse electioni, nisi inuitatus. Construe sic. [Adrianus direxit missos, &c.] Direxit, inq̃, ad Basiliũ, &c. Et direxit, dico ad Cõstãtinopolim, ꝙ.s. dirigere nũtios il luc ad eos. [Nicolaus p̃decessor eius deposuerat] Et est arg.
1 † successorẽ ad id faciendum teneri, ꝙ suus prædecessor facere debuerat, vel disposuerat ar.11.q.3. si episcopus ante
2 Hu. [Bibliotecarius].i. cancellarius. † Biblus est genus papyri, vnde olim fiebãt chartæ, & libri, & tota depositio, vñ Bibliotheca.i. librorum repositio.s. armariũ. Hinc Bibliothecarius.i. repositarius.
3 † Is ergo dr̃ cancellarius, qui scripta, & gesta negotiorũ pro exẽplaribus apud se habet recondita. Hu. & Arc. Sed Lau. dicit, ꝙ Bibliothecarius, dr̃ à Biblo, qđ est iunctus, vbi olim scribebãt, quia pergamenũ non habebant. Arc. [& Fotini] qui substitutus fuerat Ignatio. [In qua] 2. pars. Ordina sic. Hęc sancta, & vl̃is sinodus cõcordãs prioribus cõcilijs distiniuit, & statuit cõsecrationes, [& promotiones].i. electiones episcoporũ fieri, & clericorum electione, ac decreto à canonibus præfixo, dist.65. porro [Et collegio episcoporũ] refert singula singulis. collegiũ episcoporũ ad cõsecrationes, & clericorũ electiones ad promotiones. Arc. [Atq; iure ꝓmulgauit, &c. Laicorũ].ȷ'. di.96. bene quidẽ, & 23.q. vlt. cõuenior. Hu. [silere].i. non eligere, sed eligẽtibus cõsentire. Hu. Quid si acquiescere noluerint. Respondetur, si nihil objiciunt contra personã electi, quod quidẽ possunt excõicãdi sunt, quousq; recusatores acquiescãt, vt s. c. proxi. & proxi. di. docẽdus. Hu. [Collegio ecclesiæ maioris. Si vero quisquã] Tertia pars [ad cõcertandũ] cõtra rebelles, vel [concertandũ].i. ad simul tractandũ, & discutiẽdum cum alijs, quia in electione multa fit cõtradictio, multa discussio, multa examinatio in approbatione eligendi. Hu. Vel cooperãdũ electioni, vel cõcordiæ. Hu. [ab ecclesia].i. eclesiasticis personis. Hu. [inuitantur] aliter nõ debent se ingerere, arg. ꝙ quis non potest iure suo inuitatus ab eo, qui
4 habet iuspoſſe priuare 2.q.6. si eps. Et est Ar. † ꝙ cã spiritualis potest delegari laico, quia electio res spiritualis est [promouet].i. ligat.s. ipsum collegium Hu. & Arc.

1 *Hesperia dicta est Italia ab Hespero rege.*
2 *Conuersatio bona requiritur in episcopo ad gubernandum populum.*
3 *Conuersatio præbet alicui testimonium.*
4 *Imperator non tantum papæ, sed etiam minoribus episcopis subiacet.*
5 *Suffraganei debent eligere metropolitanum.*



Alentinianus Sequitur c. hoc ad idẽ propositũ, ꝙ est sumptum ex tripertita historia 8. c. & põt diuidi in sex partes. In prima narrat exhortationem imperatoris ad episcopos super eligendo Archiepiscopo Mediolanen. vt talem eligerent, vt caput ei submittat. In secũda explicat, qualiter prædicti episcopi videntes sapientiam, & animi puritatem imperatoris rogabant eum vt ipsemet eligeret. In tertia parte confitetur imperator ad eum nõ pertinere electionem hmõi. In quarta ostenditur, qualiter episcopi elegerunt beatum Ambrosium. In quinta parte ostenditur, qualiter imperator audita electione beati Ambrosij, exultans deo gratiarum actiones egit de prædicta electione. In sexta ostenditur, qualiter contristatũ Ambrosium de electione sua. Imperator consolatur, Secunda ibi. Hoc autem. Tertia ibi. At ille ait. Quarta ibi. Tunc sacerdotes. Quinta ibi. Cum autẽ. Sexta ibi. Cumque sanctus Ambrosius. Lege. ¶ [Valentinia-
1 nus. Hesperias].i. occidentales, vel Italicas. † Hesperia dicta est Italia ab Hespero Rege, qui ibi regnauit. Hug. [mortuo Auxentio] videtur, ꝙ fuerit Archiepiscopus Mediolanen. Hu. [vt lupus] Oues christi. Ille, qui erat hæreticus disperge bat, & mactabat. Io.10. qualem oportet esse episcopum docet Apostolus, prima ad Ti.3. & ad Ti.1. [verbo solo] Ne sibi dicatur, quod dominus de pharisćis ait, dicunt, & non faciunt. Chisti.n. prædicator non solum verbo debet docere, sed, quod docet verbo facto confirmare, vt Christus, qui cæpit facere, & docere. Actu. primo, & philosophus dicit septimo Ethicorum, quòd plus mouent opera, quam
2 verba. † Et ideo ad gubernandum populum requiritur in epi-

Archid. Vincentius | Ad quintũ | Exponit literam. | Io. de Fan. | Archid. | Diuisio | Exponit literam. | Lauten. | Quæstio Respõdet. | Diuisio. | Exponit literam. | Matth.23.

in epo conuersatio bona, per cuius exéplum populus eum sequatur ad virtutum opera. Et ideo Paulus scribens Timo theo episcopo, inquit 1. ad Ti. 4. exemplum esto fidelium & in verbo, & conuersatione, in fide, in charitate, & castita te. Et ad T. secúda. In omnibus præbe teipsum exemplum bonorum operum, testemque doctrinæ .i. commendanté doctrinam. Nam testimonio honorum operum debet præ dicationi insistere, alias non debet dis. 81. nemo. & dist. 40.
3 multi Hu. †conuersatio. n. præbet alicui testimonium 2. q.
4 5. 2. cum pastoris. [Submittamus] Arg. †Imperatorem non papæ tantum, sed etiam minoribus episcopis subiacere, vt etiam ab illis possit corripi & excómunicari, vnde in apostolis dictum est episcopis. Ma. 18. Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, sed de hoc plenius vi debitur infra di. 96. duo tanquam homines. Humanum. n. est peccare, sed solius dei est non peccare, vt de pœni. dist. 2. §. Charitas siue, nullus. n. est homo sine peccato, vt di. 45. licet, & de pœni. dis. 3. §. Inter hæc. Item adhuc [instant necessario] .i. exigente, & compellente fragilitate carnis. [hoc autem secunda pars [discerneret] .i. eligeret, vel ordinaret. Hu. [sapiés] de pœ. di. 2. sapiés. [pius] idem est, quod purus, religiosus, castus, sanctus, immaculatus, ẜm papiam. Arch. [At ille] Tertia pars [super nos est] ratione huius verbi istud facit ad ppositú, [supra nos est [.i. ad nos nó spectat electio sed ad vos. Consimiliter respondet Theodoricus Rex dist. 17. §. Huic. [Ille splendore gratiæ diuinæ] .i. ecclesiasticæ di gnitatis Hu. [Tunc sacerdotes] quarta pars. [Sacerdotes] .i. episcopi quia de episcopis supra precessit sermo. Vbi dictú
5 est euocans episcopos. Et est ar. † ꝙ suffraganei debent eligere metropolitanum ar. infra e. dist. 66. Archiepiscopus. [Cum autem ordinatione diuina] quinta pars. [Electus.] Supra dixit magister, & male, vt dicit glo. ꝙ non fuit electus, sed postulatus, in illo. §. sic, vnde credendum est, ꝙ diuina inspiratione hoc factum est de beato Ambrosio, nec est tra dendum ad consequentiam, vt dicit Hu. [commiseram cor pora] quia magistrum militum eum fecerat Hug. [ordinem] expone .i. officium meum, & dignitatem, cum non sit dicendum, ꝙ Imperator habeat ordines, sicut ecclesiastica persona, quia si sic, non diceret imperator, quod supra eum erat interesse electioni episcoporum sicut supra dixit.


1 *Papa maior est imperatore, & iudex eius.*


Porro. Inducitur ad idem propositum hoc c. quod est Nicolai ad Regem Lothariú in quo prohibet, nec regio fauore fiant electiones. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat Regi, qualiter relatum est, quod non permitteret eligi in episcopos nisi familiares suos. In secúda exprobrat hoc, & præcipit, ne in Treuerensi ecclesia, &c. secunda ibi. Idcirco planum est. Lege. ¶ [Porro fauentem] .i. amicum, vel familiarem. Hug. vel fauentem, vt dicit gl. [permittas] ad huius verbi declarationem videas, quod le. & no. 1. q. 1. quod qui dem, & e. q. 6. si quis autem in glo. vlt. Archid. [Idcirco] secunda pars. [iniungimus.] † Est ergo papa maior Imperatore, & iudex eius, cum maior minori præcipiat. argu. infra eod. tibi domino, & distinct. 96. duo, & 6. quæst. prima, beatus, & distinct. 21. capit. primo, Hug. [in Treuerensi.] Ista est metropolitna 11. quæst. 3. Theugaldus [Agrippina] ab Agrippa condita, vel aucta, quam quidem dicunt Coloniam. Hug. [antequam relatum] .i. antequam nobis dicatur. Videtur ergo, ꝙ in his duabus ecclesijs non possit fieri electio, nisi voluntas papæ requiratur, quod videtur mirum. Respondetur ẜm Hu. & gl. primo, ꝙ ibi eligi pona tur pro institui, vel confirmari, vel consecrari. Et ita exponitur 8. q. 1. episcopo 2. in fi. Vel secundo, ꝙ fuit tunc statutum specialiter de istis duabus ecclesijs ex causa, quia solebat ibi imperator notos, & familiares suos intrudere, & fa cere eligi. Et ideo statutum fuit tunc, ne electio sine cósen su Romanæ sedis arbitraretur. Hu.

Diuisio.

Exponit literam.

1


Si per ordinationem. Ad idem sequitur hoc c. ex concilio Parisiensi, vbi præcipitur, ꝙ non debeat consecrari, qui per laicalem abusum fuerit electus. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit statutum. In secunda adiungit pœnam episcopis, qui talem receperiut, seu cósecrarint. Secunda ibi, si quis planum est. Lege tex. ¶ [Si per ordinationem] .i. electionem, vel inuestituram. Io. de Fan. vel abusiuam promotionem. Lau. [honoris istius] .i. episcopatus. Hu. [recipi.] 16. q. 7. sane Archid. [Ordinatum] .i. electum, vel inuestitum. Archid. [Si quis] secunda pars. [A fratribus] .i. Coepiscopis, vt distinctio 58. cap. vltim. Hug.

Diuisio.

Exponit litera.

Non est. Ad idem sequitur hoc c. ex. Concilio Laodicen. Planum est. Lege textum. [Sacerdotium] .i. episcopatum. Hu.

1 *Diaconus potest eligi ad regimen animarum.*


Omnis electio. Ad idem sequitur hoc c. ex sexta vniuersali synodo, in quo manifeste statuitur, vt irrita sit omnis electio, siue episcopi, siue Presbyteri, aut diaconi à laicis facta. Breue est & Planú Leg. ¶ [Omnis electio episcopi.] .i. alicuius ad episcopatum. Hu. [presbyteri, aut diaconi] ad aliquem or-
1 dinem, vel officium ecclesiasticum, vel prælationem †quia Diaconus potest eligi ad regimen animarum. Hu. [à principibus] secularibus. [Electio] .i. inuestitura, [de episcopatu] vel alia ecclesia [irrita] quo ad ius [vel irrita] .i. irritáda, quo ad factum. i. in duobus casibus sequentibus. Hu. [ẜm regulá canonis Apostolorum [vt patet in c. hic alle. si quis episcopus 16. q. 7. Hu. [Ecclesias] .i. ecclesiarum inuestituram, quá nullus debet recipere à laico, nisi forte de regularibus, & si receperit irritabitur, quod factú est, & ipse deponetur. ex. ne elec. quisquis [segregentur ab ecclesia] .i. à communione, si satisfacere noluerint. Hu.

Exponit literam.


Non licet populo. Ad idé est hoc cap. ex concilio Martini papæ. Breue est, & planum. ¶ [Non licet ad sacerdotium] .i. episcopatum, sed clericis licet, [& postea sit in iudicio] .i. scrutinio, & probatione episcoporum comprouincialium [eú] .s. electum à clericis. Clericorum. n. est eligere, populi consentire [examinare] examinandum, & confirmare autoritate Metropolitani. H.

Exponit literam.

His omnibus. §. est, in quo magister concludit ex superius positis sanctorum patrum autoritatibus, quod laici non sunt admittendi in electione episcoporum.

Econtra. Hic incipit secunda pars, in qua arguens contra, nititur probare non esse excludendos laicos ab electione episcoporum, sed debere interesse eorum electionibus, & hoc per 16. c. Verú dicit Io. de Fan. capitula omnia, quæ ad hoc inducuntur intelligenda esse, ꝙ laici tantú debent consentire, nó autem eligere, nisi habeant ex priuilegio speciali, vel sunt vocandi ad tempus ex causa. Et ita concor. gloss. dicens, ꝙ laici debent interesse non ad eligendum, sed ad consentiendum, vt infra eo. nosse, & §. electiones.

Io. de Fan.

1 *suffraganei debent eligere metropolitanum,*
2 *Electio metropolitani, confirmatur a papa.*


Quia igitur. Ecce Primum c. ꝙ inducitur pro parte ista, quod est beati Gregorij in registro, vbi cófirmat Gregor. electionem factam de episcopo, in cuius electione interuenit voluntas, & cósensus imperatoris. Breue est. Leg. ¶ [Quia sacerdotij]
1 .i. episcopatus Hu. [cócilij episcoporú.] Et est ar. † ꝙ suffraganei eligere debeant metropolitanum. [vel concilij propriè] .i. collegij clericorum maioris ecclesiæ, vel ciuitatis, & hoc videtur melius simile 12. q. 2. placuit, & c. episcopus qui mancipium. Hug. & Arch. [principis voluntate,] quia patronus erat illius ecclesiæ, & ideo debebat interesse electioni, aut absens consentire, facit 18. q. 2. Abbatem. Et pro pter hoc allegatur hoc c. hic Hu. [Consentimus] tuam cófir
2 mádo electionem. Et est ar. † ꝙ electio metropolitani con firmatur à papa. Ar. j. e. quanto c. & salonitanæ. Hu. [sua gratia elegit] .s. e. Valentinianus.

Exponit literam.

1 *Clerici nomine possunt intelligi suffraganei*
2 *Consensus laicorum, an exigatur in electione.*
3 *Factum non videtur esse, quod non durat factum.*
4 *Ius prælatus, an acquiratur ipsi electo per electionem, quod non ante confirmationem nu. 5.*
6 *Electores, an possint variare voces suas.*

Quanto


Vanto. Sequitur aliud c. ad idem propositum, quod est beati Gregorij in registro. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat qualiter Archiepisco. Mediolanen. sublato de medio Constantinus Diaconus electus fuit. In secunda, quia in petitione clericorum eligentium non continebantur subscriptiones eorum. Et ita non plene intelligebat, si omnes quorum voluntates requirebantur in electione, consensissent, iniungit Ioanni Diacono, vt Ianuam proficiscatur, & si laicos aliquos Mediolanenses, ibi existentes reperiret cōsentire præfatæ electioni, faceret præfatum electum à suffraganeis consecrari. Secunda ibi. Sed, quoniam non fuit.

Diuisio.

Exponemus literam iuxta propositum ad quod Gratianus inducit hoc c. videlicet ad probandum, ꝙ consensus laicorum requiratur in electione Episcoporum, & dimittemus multa q̄ tangit gl. quæ vident̄ impertinentia proposito literæ iuxta mentem Gratiani. Exponimus ergo de laicis. Lege. ¶ [Prælata cunctis]. vt d. 12. non doceret. & 9. q. 3. aliorū & c. cuncta. [Constat]. i. existit Hu. [illa]. s. cura Hu. [Consecrandum]. i. confirmandum Hug. [innotuit]. i. significauit.

Exponit literam.

1 [clerus] Arg. † ꝙ electio Metropolitani spectabat ad clericos illius Ecclesiæ. Verum etiam nomine cleri possunt intelligi Suffraganei. [Consensisse.] Nam fuit electus vnanimi consensu à clericis. Bar. Brix. Arch. [Sed quoniam] secunda pars [relatio]. i. electio nobis relata Hu. Et ita dubitabat de a illorum laicorum consensu, quorum consensus * erat, quasi 2 necessarius, vt res transiret, quasi sine scandalo. † Sed nunquid exigitur cōsensus laicorum in electione, Sic etiam de iure & infra e. nosse. Hu. [ne quid ad cautelam]. s. vitādi scādali, ne scrupulus aliquis resideat in corde alicuius, vt 8. q. 1. licet Hu. Sed de laicis intelligitur, qualiter ꝓpter subscriptionem non factam dubitabatur de consensu eorum, cū ipsi non debebant subscribere, præsertim maiores, quales isti erant Ar. 7. q. 1. Episcopus de loco 2. q. 7. si quis autem Hu. Præterea, cum ita remoti essent à Mediolano, non videtur necesse, vt consuli deberent. Non ergo videntur consulti ad cautelam, ne, ꝙ scandalum inde posset oriri. Nos credimus, ꝙ hoc non exigebatur de stricto iure vt dicit Hug. sed ad cautelam factum est sicut dicit Papa. Fortassis tales erāt illi laici, qui impedire possent electionem, & pacem illius perturbare, si eorum consensus non interuenisset in illa electione [necesse est te Ianuam ad requirendum illorum consensum]. s. Mediolanēsium, qui ibi detinentur. [Barbarica] .i. feritate barbarorum Genuam impugnantium Hu. & Ar. [voluntates præstaturi]. Nota absentium desideria esse requirenda, & cōsensum in electione prælati, vt extra de electio. ꝙ sicut. secundum Lau. dicit Hu ꝙ hoc non credit, nisi, cum ita sint propinqui, ꝙ facile possunt consuli. Verum hic videas, quod nota extra de ele. bonæ memoriæ. in gl. sic citas. Ad cuius dicti declarationem dicas, prout ibi notat Ber. s. ꝙ si absentes, qui iusto impedimento tenētur, habēt impedimētum proprium, puta infirmitatem, aut proprias inimicitias, tunc si maior pars nō consentit, ꝙ datur ad eos ipsi absentes constituant procuratorem ad electionem, si volunt extra de elect. quia propter, & hoc si Canonicus absens non sit in pupillari ætate. extra de elect. eod. lib. 6. Tamen supra proxime dicta intelligas cum determinatione eius, quod habetur extra e. li. 6. & eo. titu. si quis iusto. Si vero absentes non habent proprium timorem, sed communem, quia iuste timent, ꝙ electio pure, & sine violentia nō possit fieri in ciuitate, propter Tyrannum aliquem paratū ad oppressionem, & violentiam aliquam inferendam, vt fuit in prædicta decretali. Bonæ, tunc debent præsentes, & absentes conuenire ad tutum locum. Et si præsentes hoc nolunt, possunt absentes etiam pauciores appellare, ut procedatur sine illis in loco illo, vbi impressio iuste timetur, vt prædicta decreta. Bonæ & 23. d. in nomine domini Arch. [discriminet]. i. disiungat. Hu. [perdurare] est Arc. de perseuerantia. † Non. n. videtur esse factum, quod non durat factum, nec dr̄ consensus, nisi duret versum Arc. 8. q. 1. audacter & 17. q. 2. Gonsaldus & 31. q. 2. si verum &. ff. de in rem verso l. si pro patre. §. versum [à proprijs Episcopus] vt d. 51. qui, in aliquo & d. 61. c. 1. [Cum nostræ autoritatis assensu.] Ecce, ꝙ aperte colligitur, ꝙ electio Metropolitani a Papa, est confirmanda. [solatiante]. i. permittente. Arc. [huiusmodi]. s. vt à sede Apostolica confirmetur, & à proprijs Episcopis cōsecretur [vigorem]. i. priuilegium. i. confirmando cocessa, vt Metropolitani consecrentur à suis Episcopis, nō minuat sine culpa Ar. 16. q. 7. inuentum: sic. n. vult ecclesia Romana alijs Ecclesiastica priuilegia impendere, & sua sibi seruare, vt alterius iura non minuat, & 99. d. nullus c. ecce, & 9. q. 3. conquestus, & 25. q. 2. de ecclesiasticis. quāuis decerta scia, etiam hoc posset Ar. 9. q. 3. cuncta & c. nunc vero, & c. principalem secundum Hu. Hic in glo. mouetur, quæst.

¶ Cōsensus. consensus dicitur quadruplex vide p. de Anch. in ca. 1. n. 3. de off. delega.

4 † Vtrum per electionem sit acquisitum ius prælaturæ ipsi electo. Et licet de hoc nos aliqd dixerimus supra d. 23. c. 1. nihilominus, quia hic hæc materia in glos. & per doctores res singulariter tractatur, volumus, & nos hanc materiam hic disputare. Arguitur autem, ꝙ per electionem ius prælaturæ sit acquisitum, & potestas administrandi ipsi electo. Primo sic per electionem, & consensum subsequutum efficitur quis prelatus Ecclesiæ, vt 8. q. 2. dilectissimi, vbi super ver. platos, dicit Hu. ꝙ ex electione fit quis prælatus. ergo, & cætera. ¶ Secundo ad idem arguitur ex c. contra sanctorum 16. q. 7. vbi super ver. denominati, dicit glo. Ergo sola nominatione acquiritur ius. ¶ Tertio ex c. placuit 72. d. vbi super ver. eligitur, dicit glo. Ar. ꝙ ex electione ius acquiritur. ¶ Quarto ex c. nihil extra de elect. vbi habetur, ꝙ electi vltra Italiam constituti administrant ante confirmationem, ergo, &c. ¶ Quinto arguitur sic. Non videtur dubium quin clerici faciant sibi prælatum, & pastorem, sicut Principes faciunt Imperatorem licet post ea confirmetur à Papa, vt 93. distincti. legimus, ergo videtur, ꝙ ex sola electione, quis acquirit ius prælaturæ, & ius potestatis administrādi. ¶ In oppositum est manifeste c. nosti extra de elect. vbi dr̄, ꝙ electus ante confirmationem disponendi de rebus ecclesiæ non habeat facultatem. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ hic sunt opiniones. Vna est Hug. quam prosequitur hic glo. q dicit, ꝙ cum ex tali mutuo consensu cōtrahatur matrimonium spūale inter eligentes, & electum. Ita, vt ille iam dicatur sponsus illorum vel ecclesiæ, & hæc sponsa illius, ꝙ per electionem consecuto consensu electi acquiratur ius prælaturæ, & potestas administrādi electo, & ꝙ per cōfirmationem solum exercitiū administrationis ipsius acquiratur. Inducit pro se argumenta, quæ inducta sunt in principio q̄stionis. Hanc sententiam, vt dicit Arc. fouet Goff. extra de transla. Episco. c. 2. vbi dicit, ꝙ & si per confirmationē detur potestas administrādi, vt extra de elect. nost. & c. transmissam. nihil tamen additur, quo ad substantiam, siue vinculum matrimoniale, vt in d. c. 2. extra de trans. Epis. Nam per mutuum cōsensum contrahi habet hoc spūale matrimonium, vt eo. ti. licet postquam obligatur est sponsus ecclesiæ, vt 7. q. 1. sicut. Et hac rōne motus dicebat ipse Goffr. ꝙ post talem consensum nō potest electus epm autoritate propria renuntiare, sed tantum autoritate Papæ. Aliorum, est opinio, ꝙ per electionem ante confirmationem per superiorem non acquiratur ius aliquod prælaturæ, nec administrandi facultas. Et pro ista parte videtur esse dominus Host. Innocen. Vincen. Io. Be. quorum opinio plus mihi placet, iuxta quam sit ista conclusio. † Quod per electionem ante confirmationem non acquiratur ius prælaturæ nec potestas administrandi ipsi electo. Ista conclusio multipliciter probatur. Primo sic capiendo contrarium fundamentum alterius opinionis. Ex sola electione ante confirmationem non contrahitur plene matrimonium spūale inter electū, & ecclesiam: ergo per solam electionem, cum non sit sponsus ecclesiæ adhuc, non acquiritur ei potestas administrandi res ecclesiæ, consequentia patet. Antecedens probatur. Tum, quia ante confirmationem renuntiare potest, etiam sine autoritate Papæ: patet etiam. Tum expresse. extra de translat. c. 2. vbi de vtroque sic habetur. Sicut autem Episcopus consecratus sine licentia Romani pontificis nō potest ecclesiam relinquere, sic & electus confirmatus. super quo ver. dicit gl. Ergo ante confimationem potest, quod verū est, quia adhuc habet tenue ius, cum posset repelli per exceptionem infra de accusa. super his. Hæc glo. & sequitur in tex. cum non debeat in dubium reuocari, quando post electionem, & confirmationem. ¶ Secundo sic. Si per electionem esset acquisitum ius prælaturæ electo, electus posset nominari prælatus, aut Episcopus, patet. Sed non nominatur prælatus, nec Episcopus, nec Abbas, sed tantum electus ergo vr̄, ꝙ per electionem solum ius prælaturæ non est acquisitū electo. Patet consequentia, quia vnusquisque licite denominatur ab his formis, & habitibus, & potestatum iuribus, quæ in sunt. ¶ Tertio sic. Electus ante confirmationem

Quæstio. | Primū ar. | Secūdū ar. | Tertiū ar. | Quartū ar. | Quintū ar. | Opponit ī contrariū. | Respōdet | Prima op. | Secūda op. | Hostien. Innocent. | Prima probatio. | Secūda probatio. | Tertia probatio.

nem administrans, punitur, vt patet extra de elec. qualiter. & c. bonæ. & extra de præben. cum iam dudum: quia eius electio irritatur, ergo sequitur, ꝙ per electionē ius, siue potestatem administrandi non acquirit. Consequentia patet, quia sicut teste Aristotele in li. de somno, & vigilia. Cuius est actus, eius est potentia. Ita econuerso, cuius est potentia eius est actus, vnde sine iniuria electi nō videt̄ esse, ꝙ si potestatem habet administrandi ante confirmationem, ꝙ puniatur si administret. ¶ Quarto sic. Secundū Apostolum ad

quarta probatio. Hebre. Nemo sibi honorem assumat, sed qui vocatus est, tāquam Aaron. Ergo sequitur, ꝙ per electionem, & consensum, electi electus nō acqrat, sibi aliquod ius potestatis administrandi: consequentia patet, quia alias ipse sibi assumeret honorem tanquam Aaron. Ista ratio est Innocen. extra de elect. 3. 3. c. qualiter. vbi reprehendens quendā electum de hoc, quod ante confirmationē, se immiscuisset administrationi episcopatus recipiendo tam à clericis, quam laicis iuramenta. Et assignando rationem reprehensionis, subiungit de illo electo non attendens, ꝙ secundum Apostolum nemo debet sibi assumere honores, &c. Quocirca Papa irritat eius electionem. ¶ Quinto, probatur sic conclusio. Nul-

quinta probatio la potestas spiritualis potest ab hominibus dari, cum sit hæc supra homines, sed oportet, ꝙ sit à Deo immediate, vel ab eo, qui eius vicem gerit in terris, sed potestas prælationis ecclesiasticæ, est potestas spūalis, vt est manifestum, ergo impossibile videtur, ꝙ per solā electionem eligentium, & consensum electi talis posset acquiri alicui, ergo necesse est, ꝙ detur vel à Deo immediate, vel ab eo qui eius vicem gerit, cuiusmodi est confirmator. ¶ Sexto sic. Omnis potestas p̄-

Sexta probatio, lationis ecclesiasticæ post Christum dominium cæpit à Petro, quia ipsi primo pontificatus datus est in ecclesia, vt dicit sanctus Anacletus, vt in c. in nouo d. 21. ergo per solam electionem ante confirmationem Apostolicæ sedis immediate, vel mediate non acquiritur potestas prælationis alicui. Consequentia videtur manifesta. ¶ Septimo sic, Per

Septima ꝓbatio. electionem, & consensum electi ante cōfirmationem apostolicæ sedis acquiritur alicui potestas prælationis ecclesiasticæ, falsum est, ꝙ omnis spūalis iurisdictio ab Apostolica sede, vt à capite emanat in totum corpus ecclesiæ contra c. ita dominus, d. 19. Item falsum est, ꝙ omnes ecclesiasticas dignitates, & iura prælationum instituat Romana ecclesia. contra c. omnes d. 22. sed hoc est inconueniens, ergo, &c. ¶ Octauo sic. Ex sola electione acquiritur ius administran-

Octaua ꝓbatio. di soli Papæ. Ergo non alijs Prælatis. Cōsequentia patet. Antecedens colligitur manifeste ex c. in nomine domini 23. d. vbi electus in papa autoritatem teneat regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi, &c. Vbi dicit gl. in alijs prælatis, secus est. Nā illi ante confirmationē nō habent facultatem administrandi. vt extra de elect. nosti. Et ista sufficiant pro nunc de ista conclusione. ¶ Nunc dicendum est ad rationes

Ad primū argu. in oppositum. Ad primam de autoritate dilectissimi respōdetur, ꝙ illud intelligit̄ de electo cōfirmato iuxta c. alle. inter corporalia extra de transa. quod patet ex eo, quod sequitur semel prælatos, quia ex sola electione non dr̄ quis simpliciter prælatus, vt probatum est. ¶ Ad secundā de cap. con-

Ad secūdū tra sanctorū 16. q. 7. respondetur, ꝙ gl. illa non est curanda. Tum primo, quia ex nominatione nihil iuris acquiritur nominatis, vt expresse habetur extra de elec. ꝙ sicut. Secundo quia, vt dicit Arch. ibi, non tantum est denominatio, sed ēt intitulatio, quod colligitur ex illo verbo tempore ordina-

Ad tertiū. tionis. ¶ Ad tertiam de c. placuit 72. d. respondetur, ꝙ gl. nō est curanda, est. n. alterius opinionis. Tex. vero est, intelligēdus de eo, qui est elect& cōfirmatus. ¶ Ad quartā de c. nihil

Ad quartū est ex de elec. rn̄det negādo cōsequētiā, quia ꝙ electi aliq. s. remoti, qui vltra Italiam sunt constituti administrent, non est ex eo, ꝙ ex eorum electionibus ius potestatis administrandi sibi sit acquisitum, quia si hoc ratione electionis competeret omnibus competeret electis in Italia, & extra Italiam, sed hoc est ex dispensatione Apostolicæ sedis, sicut manifeste habetur c. alle. vbi sic dr̄. Ita, ꝙ interim valde remoti, videlicet vltra Italiam cōstituti, si electi fuerint in cōcordia dispensatiue propter ecclesiarum necessitatem, & vtilitatem in temporalibus, & spiritualibus administrent.

Ad quintū ¶ Ad quintam respondetur, ꝙ falsum est. ꝙ clerici faciunt sibi Prælatum, aut pastorem proprie loquendo. s. transferendo in eum, aut conferendo ei aliquam potestatem spūalem bene tamen dicuntur eligere. Et quod dr̄ de Imperatore quia exercitus facit Imperatorem. Respondetur, quod non est simile, quia aliud est de potestate seculari, & terrena, quā potest populus exercitus trāsferre in alterum, siue donare alteri, vt instit. de iure naturali. §. sed qd̄ Principi. Et aliud est de spūali potestate, quæ ab hominibus eligentibus dari non potest, vnde similitudo, quam ponit Hieronymus in c. legimus, non currit, quo ad hoc, quia cum loquitur de clericis, non dicit ꝙ faciebant episcopos, sed ꝙ eligebant, licet dicat ꝙ exercitus faciebat Imperatorem, sed similitudo attenditur, quo ad hoc ad remouendum occasionem scismatis tam clerici, quam exercitus dederunt operam, vt vnus omnibus præponeretur, sed clerici per solam electionem. Ex quibus patere pōt solutio alterius quæstionis, q̄ mouet

6 gl. in prin. † An electores possint variare voces suas. Respondetur, ꝙ possunt variare voces suas ante publicationē scrutinij, postea vero nō, ista conclusio habetur extra de elect. in c. publicato. Et ratio, quare variare possunt, vt ait glo. est quia ad hoc nō videtur ius acquisitum per electionem. Vnde hoc narrat varias opiniones glo. hic in prin. & Host. in in summa ti. de elec. §. vtrum electio variari possit, vbi ita dicit in fi. His anfractibus locus esse non potest, vnde sic dico ꝙ nominatio nuda, & simplex mutari potest vt in ca. quod sic de elect. sed vestita per publicationem mutari non potest, vt eo. ti. c. publicato. Ergo à cōtrario sensu ante publicationem mutari non potest, vt e. c. publicato, licet variari, qd̄ arg. fortissimum est. ff. de officio eius, cui man. est iurisdictio leg. prima. Item extra de his, quæ fiunt à prælatis ad Apostolicam. §. fin. Quæstio. respondet.



Lebs. Sequitur ad idem c. hoc Gelasij papæ in quo præcipit Papa, vt conuocetur clerus, et populus ad electionem celebrandam Episcopi. Et diuiditur in tres partes. In 1. narrat vocationem diuinam ecclesiæ Diotrensis. In 2. commemorat electionē quandam defectuosam iam præcessisse. In 3. exhortatur illos episcopos, quibus scribit, & visitatores fecit, vt dent operam, vt electio de persona idonea communis, & cōcors celebretur, Secunda ibi: Ac sicut asseritis. Tertia ibi: Et ideo fratres charissimi: planum est. Lege. ¶ [Dispergi]. vbi nō est gubernator, corruet populus. [à vobis probatus]. Secunda pars, vt eligeret, & loquit̄ visitatorib. qui cū alijs cō probauerūt p̄sonā illius electi & iudicarūt eū idoneū. [tenuibus] i. modicæ autoritatis & sic non numerus tantum, sed etiam autoritas eligentium consideratur, vt 19. d. in canonicis [ad vos pertineat] cum sitis visitatores 61. d. Catinensis. Arc. [vt omnes] vel saltem maior pars. [Et ideo fratres] Tertia pars. [Et omnibus] Ar. non solū canonicos maioris ecclesiæ debere interesse electioni episcopi, sed etiam presbyteros, capellanos, & generaliter totum clerum ciuitatis. Hoc credo verum esse ad consentiendum, & consulendum, & contractandum, sed etiam tantum spectat ad Canonicos maioris ecclesiæ, & clericos religiosos, vt infra c. obeuntibus Hug. [Episcopū sæpius.] Ex hac litera videtur, ꝙ ad electionem sæpius fieri debeat citatio. Et sic videtur sentire Go. & Ber. extra de elect. cum nobis. Et hoc per istam liaeram dicunt, sed dic, inquit Arch. ꝙ hoc intelligitur de gratia, & sic ibidē notant Innoc. Host. & Ber. Compost. Nam non sunt necessariæ solennitates peremptorij in istis citationibus, & trium citationum, sicut in iudicijs, sed statim non venientibus vocatis, possunt procedere præsentes, extra de ele. quod sicut §. fin autem Arg. extra de postu. Bonæ 2. vltra medium. Curialius tamen facerent præsentes secundum Hostiens. si vsque in mane diei sequentis, nisi forsan expiraret eorum potestas eligendi expectandum extra de offic. delega. consoluit, secundum Arch. [à constitutis] alias [præscriptis]. i. determinatis, & in canonibus præfixis [vt electus]. s. prius confirmetur, intromittatur, & tandem ordinetur, & consecretur. Hæc. n. & similia dicuntur cōstituta præscripta s̄m Hu.

Diuisio. Exponit literam. Hostien.

T *Episcopus Imolensis appellabatur Cornelienses.*

Osse. Sequitur ad idem hoc c. Stephani papæ idem dicit, quod in præcedenti c. Et diuitur in tres partes. In 1. narrat papa vacantem, seu vacationem ecclesiæ Imolentis, & discordiā ibi in populo ortam: in secunda exhortatur Metropolitanū vt solicitet electionem concordem de idonea persona. In 3. declarat, quod clericorum sit electio episcopi, populi vero consentire. Secunda ibi. Veruntamen, Tertia ibi: Sacerdotium quippe. planum est Lege. ¶ [Nosse fore] id est esse [peruentum] i. peruenisse. Hu. [Imo sensem] † tempore imperatoris Diuisio. Exponit literam.

peratoris Federici antiq,& Ottonis quarti.Episcopus Imolensis appellabatur Episcopus Corneliensis,sicut vidi contineri in priuilegio prędicti Ottonis , quod ipsius episcopi imolensis,& ecclesia vocabatur ecclesia Corneliensis,Arch. [Sacerdotum]Tertia pars.i.clericorum Hu.[cõsensus]quia populus non debet dissentire.

1 *Aemilia protenditur a Rauenua vsque placentiam.*



Piscopos, Ad idem est hoc c.Nicolai papæ.Breue est,& planum Leg. ¶[Per Aemiliam.]†quam dicunt esse à Rauenna vsque ad Placentiam Hu.Reliqua pars Lõbardiæ dicitur Liguria,sic vocat à Rege Liguro.de his habetur 23.q.5. Liguribus Archid. [Electionem cleri,& populi.]Nota improprietatem.s.vocabulum semel positum teneri æquiuoce Ar.d.29.Item no.ꝙ verbum eligendi nunc attribuitur clero,nunc populo, nũc Metropolitano,vel alij maiori.Clero attribuitur proprie, populo,vel metropolitano improprie.[clerus eligit].i.nominat,vt hic & ca. quanto & supra eo. populus eligit,id est expetit,vel consentit, vt 7.quæst.1.remoto & 8.q.1.Episcopo non liceat Hug.

Exponit literam. 1

1 *Clericus alterius diocesis potest eligi.*
2 *Episcopus non debet cogi concedere clericum suum,si nolit.*
Male tamen facit,si absque iustitia negat nu.3.
4 *Metropolitanus [,]an possit extrahere clericum episcopi, eo inuito.*
5 *Clericus,quare inuito Episcopo proprio,non potest transire ad episcopalem dignitatem.*



Itera. Ad idem sequitur hoc c.quod est Gelasij Papæ,in quo cõclusio est,ꝙ si clericus vnius diocesis in alterius eligatur episcopus.Proprij episcopi erit illum cõcedere , vel negare,ꝙ potest diuidi in 3.partes.In prima narrat,quid ex illius episcopi literis percepit. In 2.explicat,ꝙ gratum habebit, si illum electum concedat.In 3.parte exhortatur ad festinandum, vt die sancto Paschæ valeat consecrari. Secunda ibi: Hæc itaque diximus. Tertia ibi:Et si potest,&c.Lege.¶[Literas postulari]ad eligendum. Hu.[si omnes]vel maior pars Hug. [eligunt].Hic

Diuisio.

Exponit literam.

1 patet,†quod clericus alterius diocesis potest eligi extra de ele.cum inter Canonicos & c.ecclesia 2.contra Hu.[vis]ar
2 gu.†Episcopum nõ debere cogi concedere clericum suum,
3 si nolit.76.d.dilectionis.& d.85.Florentinum†Male tamen facit episcopus, si absque iustitia negat,vt 12.q. 1.omnis , q etiam potest per superiorem suum cogi.extra de iure patr. nullus gloss. & 11.q.3.nunc nisi sit iusta causa contradictionis.Et sic potest intelligi istud c.literas.Iste autem superior qui cogere possit Episcopum est non Metropolitanus,vt quidam volunt dicere,sed Apostolicus,qui habet plenitudinẽ
4 potestatis.†Non.n.credo Metropolitanum posse extrahere clericum episcopi,eo inuito, nec episcopum clericum inferioris prælati,inuito ipso prælato Archidiacono.9.quæstio.3. conquestus capi.per singulas c. Archiepiscopus & c.nullus: Sed hæc prærogatiua reseruatur summo põtifici 9.q.3.nũc vero & c.per principalem Hu.& Ar.[diem]sanctum Pasche [vel].i.saltem[sabbato noctis magnæ].i.paschalis.i. in sabbato præcedente noctem paschalem.Nam nec ille dies est illius noctis,nec illa nox est illius diei,sed sequentis[ordinari].s.presbyter[vel consecrari]Episcopus hoc.n. non licet, nisi die dominico,vt d.55.ordinationes Hug. ¶Sed surgit
5 hic quæstio,quæ mouetur etiam in glo.† Quare clericus, inuito Episcopo proprio,non potest transire ad Episcopalem dignitatem,& ad aliam prælationem,vt dictum est , & idem colligitur infra d.76.c.vlt.& d.85. Archiepiscopum, & 7.q.1.Episcopus de loco,sed eo inuito potest transire ad Monasterium,vt 19.q.2.c.1.quod mirum videtur,cum trãseat ad Monasterium pro salute duntaxat propria,& vtilitate priuata,ad episcopatum vero pro salute,& vtilitate communi,quæ semper priuatę vtilitati præponi debet vt 7.q.1. scias & 8.quest.1.in scripturis , vnde videtur , quod potius deberet transire ad Episcopatum eo inuito,quam ad Monasterium.¶Respondet, ꝙ ratio diuersitatis est,quia monasterium est locus humilitatis,& deiectionis.Et ideo,q ad ipsum descendit non præsumit facere , nisi causa melioris

Quæstio.

Respõdet.

frugis,& sic ambitus non notatur,sed desiderium in eo sine ambitu præsumitur.Episcopatus vero est locus dignitatis, & Excellẽtiæ,& altitudinis,& ideo qui ad ipsum ascẽdit facile ambitus notatur,& cã dignitatis,& ambitiõis hoc facere præsumitur presertim,qui inuito proprio episcopo se ingerit,cum potius inuitus trahi debuerat,vt 8.q. 1.sciendũ, & 1.q.7.sicutis & c.qui episcopatum 8.q.1.Hu.

1 *Consensus patroni,an requiratnr in electioneclericorum, vel solius prælati.*
2 *Testes an sint requirendi in inquisitione.*



Rincipalis. Sequitur ad idem hoc c.ꝙ est eiusdem Gelasij papæ, sed in primis non placet rubrum,quia non videtur,verum ꝙ voluntas principis in ordinandis requiratur necessario,nisi cum eius curiales ad clerum postularentur , aut patronns esset ecclesiæ,sicut Hu.dicit, quod iste Imperator erat , ob quam causam requirebatur eius consensus.Diuiditur autẽ hoc c.in duas partes.In 1.narrat qualiter quidã milites petierunt ab imperatore,qui patronus erat ecclesiæ , vt ordinarẽtur aliqui in illa ecclesia ,& qualiter hoc fieri præcipit Imperator.In secunda mandat papa cuidam episcopo , cui scribit vt examinet illos,& si idoneos repererit, eos iuxta voluntatem Imperatoris ordinet,& promoueat. Secunda
1 ibi:Ideo hortamur.¶ Pro huius capituli,& glo.pleniori intelligentia quæritur.†Vtrum consensus patroni requiratur in electione aliorum clericorum , vel nisi solius prælati. Quod sic arguitur primo ex præsenti c.¶Secundo arguitur ex multis c.inductis in gl.¶ In oppositum videtur esse,extra de iure pa.postulast.Respon.istam quæstionem determinat Hu.16.q.7.decernimus.vbi ponit duas conclusiones: Prima est,ꝙ consensus Patroni non necessario requiritur, ad institutionem aliorum ministrorum ecclesiæ. ¶ Secunda conclusio est inconueniens,si requiratur consensus illi[9], dicit.n.sic.Non credo,quod patronus debet eligere,nisi p̃latum,vel interesse electioni,nisi prælati,nõ tñ est inconueniens,si eius exquiratur consensus, sicut laicorum consensus exquiritur in electione episcoporum,vel aliorum. Hãc sententiam sequitur Tancre.& Bern.de offi.vica.in glo. & Goff.in decretali postulasti.extra de iure patro. vbi ipse & Tancre.notant,quõd Patronus tantum vnum repræsentat ab episcopo instituendum,vt e.ti.nobis.Alios autem clericos non præsentabit,vt in c.postula.Sed in ipsa decretali ipse notat contrarium eius,quod hic dicit,& ibi B.eius sentẽtiam recitando,eam sequitur.Et ibidem videtur sentire.Innocen.dicens,ꝙ vbi ex mutilatione ius perpetuum quæritur necesse est cõsentire Patronum.Et ista fuit sententia Alani in prædicta decretali. Et hoc dicebat argumento huius c.decernimus.Forte prima pars verior est,cũ iura solum de rectore loquantur Arc.Et sic patet responsio ad argumenta Verum iuxta distinctionem Henrici hoc modo possunt cõcordari istæ opiniones . Quod aut per institutionem nouã ministrorum in ecclesia ius prælaturæ spectantis ad pręsentationem ipsius Patroni per hoc non diminuitur,nec pręiudicatur in aliquo iuri Patroni , vt puta , quia illa beneficia vnum,vel plura episcop[9] fundauit,vel fundari fecit de alijs bonis,quam de bonis ipsius Pręlaturæ ad præsentationem spectantis, & tunc non requiritur consensus Patroni,sed episcopi, iure suo vtitur in fundatione beneficiorũ extra de præben.non essent,& c.extirpandæ.Et ita potest intelligi opinio Io.in isto c. & suorum sequentium. Aut ius prælaturæ spectantis ad præsentationem patroni, vel ius ipsius, patroni per hoc diminuitur,aut ei præiudicatur , vt quia de parte redditium ipsius Prælaturæ episcopus de nono creat huiusmodi beneficia, tunc aut hoc facit sine causa rationabili . Si sine causa , tunc non potest facere sine consensu patroni . Ita intellige opini. Ioann. & sequentium eum in decretali illa, postulasti,qui a quod omnes tangit ab omnibus debet approbari, extra de offi. Arc. ad hæc.Si facit ex causa rationabili,tunc videtur, ꝙ si Patronus nollet in hoc consentire,quõd nihilominus Episcopus hoc facere posset . Et est ratio,quia propter maius bonum quis iure suo priuat, vt vigesima scda.d. de Cõstantinopolitana.& de elect.sacrosancta.& de postula.præla.Bonæ memoriæ 1.Et hoc sufficiat pro præsenti de ista quæstione.Lege tex.¶ [Principali]ista litera(vt tangit Hu.& Arc.)potest exponit

Diuisio.

Quæstio

respondet

Prima conclusio

Secũda cõclusio.

Innocen.

Concordat opiniones

Exponit literam.

exponi primo sic. Isti milites rescriptum impetrarūt à principe, ꝙ in sua ecclesia instituerentur, & ordinarentur ministri & hoc ipsi proprio domino papæ significarūt. Et ideo papa mandat cuidam episcopo, vt personas, quæ ibi debebant ordinari, examinet, & ordinet, & tunc litera sic legitur. [Principali]. i. propria relatione. [deuotissimorum militum] qui illic in ciuitate Cētumcellensi consistunt ad nos directa. [insinuant]. s. illi, vel potest dici, ꝙ ipsi impetrarunt rescriptum ad papam. s. quod ipse princeps scripserat papę vt ibi ordinaret ministros. Et tunc sic construe [illi]. s. deuotissimi milites, qui illi in ciuitate, &c. Insinuāt se impetrasse sacram epistolam [Principis]. i. à Principe directā ad nos vt infra e. lectis. quia epistola. [præcepit]. i. Principem velle ostendit secundum Hug. [vel præcepit]. i. se velle ostēdit fieri, & bene aptatur ad hoc c. 11. q. 3. placuit. Lau. Et forte isti erant curiales, qui postulati fuerant ab Imperatore secundum Bar. Brix. [ideo] secunda pars. [inquiras]. Si quæratur qualis debet esse ista inquisitio. Respondet Arch. ꝙ credit extraiudicialem, ad quam nullus vocatur, sicut in simili notat Inno. Host. & Ber. & Compostela. extra de transla. licet.

Quæstio. Respōdet. 2 †Item, si quæratur. Vtrum in hac inquisitione sint requirēdi testes. Respō. Arc. ꝙ nō sunt requirēdi testes in huiusmodi, inquisitionibus, quæ a fiunt cōtra non infamatos, sed sufficit habere bonas literas testimoniales, ex quo contra doctorem non habent, nisi contraria fama laboraret 2. q. 7. criminationes, vt notat Innocen. extra de postula. ca. 1.



REatina. Sequitur ad idem propositum hoc c. quod est Leonis 4. Papæ, vbi papa requirit assensum Imperatoris, qa erat patronus ad prouidendum de quodam ecclesiam Reatinæ, vel Asculanæ. Breue est. Lege. ¶ [Reatina] ista tria capitula de eadem materia loquuntur. s. de Reatina ecclesia. In qua similiter Imperator habebat ius patronatus, & ideo eius consensus requirebatur Hu. [Colono] proprium nomen est [vestra licentia] in talibus. n. ecclesijs, antequam fieret electio consensus principis de electione facienda est, requirendus, vt extra de elect. ꝙ sicut. Vbi nota secūdum Inno. & Hostien. ꝙ mors defuncti plati nuntiari pōt principi, & ei⁹ assensus de alio eligendo requiri, si hoc habet de consuetudine, vel priuilegio. Quod si contra cōsuetudinē, vel priuilegiū fiat eius electio est cassanda, vt infra e. electis & 18. q. 2. Abbatē Et ibidem idem sentit Berna. Compostel. dicens, ꝙ de consuetudine introduci non potest, vt consensus principis requiratur ad electionem de certa persona, vt e. ti. cum terra. Notauit etiam ibidē, ꝙ si de consuetudine est, vt consensus Regis, vel comitis, vel Archiepiscopi requiratur ante electionem, & ille sit absens extra Regnum suum, vel comitatum, vel Archiepiscopatum suum, sufficit Vicarium talis personæ requiri, & sic obtinuit in causa Cantuariensis Archiepiscopi. & Carosen. Ar. extra de instit. ex frequentib.


Exponit literam. Innocent. Hostien. Et inuenit Compostella ...us



NObis. Sequitur aliud c. in quo idē papa dicit qualiter Imperator concessit licentiam consecrandi Colonū in ecclesia Reatina, ꝙ & fecit. Lege. ¶ [Nobis dominus Imperator.] Ex humilitate loquitur papa, cum magis proprie vocaret eum filium, cum filius ecclesiæ sit, non dominus 95. d. si Imperator. vel dominus, intelligitur subditorum suorum, cum nō adiungatur meus, vel noster.

Exponit literam.

1 *Reges patroni sunt in ecclesiis episcopalibus.*



LEctis. Sequitur ad idem propositum hoc c. quod est Stephani papæ. Pro cuius intellectu sciendum, ꝙ Guido comes scripserat Papæ, & eum rogauerat, vt cōsecraret quēdā clericum episcopum in Reatina ecclesia. Nūc autem papa rescribit, ꝙ non potest hoc facere sine licentia Imperatoris. Mandat ergo illi, vt ab Imperatore accipiat licentiā consecrandi, & ita postea consecrabitur. Et ita hoc c. post diuidi in tres partes. In prima narrat, qualiter licentiam consecrandi, vacante ecclesia, comes ille misit consecrandum quendam electum in ecclesia Reatina. In secūda dicit papa, se nō debere hoc facere, nisi prius accesserit Imperatoris consensus. In tertia iniungit præfato Comiti, si vult illum electum habere consecratum, vt licentiā prius ab Imperatore impetret. Secunda ibi. Pro qua re. Tertia ibi: Sed scientes. planum est, Lege. ¶ [Lectis apicibus]. i. literis [vestræ sagacitatis]. i. solertiæ, & prudentiæ, & vigilantiæ, qui apices fatebantur, Hu. [diu]. i. tres menses Hu. [absolutionis]. i. concessionis, & absolutæ confirmationis Hu. qa forte erat Capellanus, vel erat curiæ astrictus, ꝙ non credo, cum esset clericus, vel dic, ꝙ Imperator erat hic patronus, & ideo de eius licētia debebat esse electio, vel saltem facta approbari, & confirmari secundum Hu. Et ita est

Diuisio. Exponit literam.

1 Ar. †ꝙ reges patroni sunt in Ecclesiis Episcopalibus, vt supra tribus c. præce. Lauren. Arc. [detulerit]. s. electus. Hugu. [pro qua] Secunda pa. [Pro qua re]. s. quia non detulit ambiguum, & pro hoc ambiguo distuli perciperet. [hoc]. s. si eū sine eius licentia ordinaremus. [Sed scientes.] Tertia pars. [diu vltra tres menses, vt distinct. 50. postquam & infra eo. obeuntibus, nisi necessitas interueniat. vt d. 75. quoniam & 7. q. 1. constitutum Hu. & glo. gloriæ vestræ. [Mandamus] i. significamus. Hug. sic construe. de hoc, ꝙ postulatis parere voluntati vestrę [ꝙ] pro. i. eundem electum cōsecrabimus, parebimus inquam tunc, si imperiali litera percepta, vt prisca consuetudo dicta, percepta dico, [vestra solertia]. i. per vestram solertiā, & Imperatoria epistola directa, charissime fili moleste nullo modo suscipias, quoniam nos, aliter agere non debemus, quemadmodum vos scire credimus: quidam interserunt hoc verbum ibi directa, quemadmodum vos scire credimus esse dirigendum Hu.

1 *Prior in ordine, prior debet esse in electione.*
2 *Suffraganei debent eligere Metropolitanum.*



MEtropolitano. Sequitur ad idem c. hoc Leonis papæ, vbi præcipitur, quod cum Metropolitanus est cōsecrandus, suffraganei debent conuenire apud ecclesiam Metropolitanam, & ibi concurrente oīum consensu, aliqs vir bonus eligat. Breue est. Le. te. ¶ [Metropolitano metropolim] Ibi. n. cōsecrādus, est Metropolitan⁹ vt d. 51. in aliquo & 24. q. 1. pudēda. [oīum] vel saltē maioris. & sanioris partis Hu. [Ex psbyteris Diaconibus.] Non remouet, quando de Subdiaconibus posset eligi, sed illud generaliter absolute, licet hoc non sine licentia Metropolitani, vel papæ, vt d. 60. nullus. vel forte adhuc non erat constitutū, vt de Subdiaconibus eligeretur secundum Hu. Nota, ꝙ præmittit ex presbyteris dans intelli- Exponit literam.

1 gi, †ꝙ qui prior a est ordine, prior debet esse in electione, vt .s. prius eligat, si idoneus est Ar. di. 64. ordinationes episcoporum d. 75. c. vlti. secundum Hu. & Lau. & Arch. Et addit, gl. ꝙ hæc dictio, vel nō dat istis optionē sic, vel sic eligēdi, sed ordo verborū ostendit, quo ordine debeant eligere sic. de consf. dist. 2. in Christo. Et ad hoc facit, extra de præben. mandato li. 6. §. vlt. Arc. Et ꝙ posset argui ex ordine verborum, patet d. 43. sit rector in fine & C. de fideicom. aut. hoc amplius & C. de Ep sco. & cleri. aut hoc ius facit. ff. de vsuf. l. quoties Arch. [Eiusdem] quia non ad aliam ecclesiam est recurrendum, si ibi idoneus inueniatur, vt d. 61. nullus. & c. obitum. [Optimus] hic confirmatur opinio dicentium, ꝙ non sufficit, eligere bonum, sed tenentur eligere meliorem si electoribus æqualiter occurrant bonus, & melior, aliter non sunt fideles dispensatores, sed acceptatores personarum, si meliorem non præferant, & Ecclesiæ vtiliorem, cū Apostolus dicat 1. ad Cor. 4. Iam quæritur inter dispensatores Christi, vt fidelis quis inueniatur, sed ille non est fidelis Christo, qui meliorem, cum potest, ministrum Sponsæ. i. ecclesiæ, non procurat, quia apud Deum non est acceptio personarum Act. 10. Verum pro opinione aliorum est expositio Hu. qui ait. [Optimus]. i. bonus [ordinetur]. i. consecretur, vel ordinetur. i. eligatur ex hoc c. vt arguit gl. colli-

a¶ Qui por Adde P. de An. in quatiqua. n. 3. de priuile. & in c. nu. 1. de maio. & obed. & ibidē. n. 2.

2 gitur, †ꝙ suffraganei debent eligere Metropolitanum Arg. supra e. Valētianus. Hodie tamen secus est. Eligitur. n. a collegio suæ. Ecclesiæ, & hoc rationabile est. Vel potest dici ꝙ conuenire debent non ad eligendum, quia hoc est clericorum, nec ad confirmandum, quia hoc est primatum, vel papæ, nisi de consuetudine loci spectet ad eos. Debent ergo conuenire Suffraganei, Episcopi, Clericus, & ciues, dispari tamen ratione, & causa. Suffraganei, vt moneant, & consulant. clerici, vt eligant, ciues, vt consentiant ꝫm Hu.

Archidiaconus, an possit compellere Clericos ad electionem.
2 *Archidiaconus, an confirmabit electionē Archipresbyteri, aut inuestiet eum, aut dabit ei curam animarum.*
3 *Custodia ecclesiæ vacantis, ad quem spectet.*


SI in plebibus. Ad idem sequitur hoc, c.quod est Isidori in lib. officiorum, in quo mortuo Archiescopo mandatur Archidiac. vt vadat, & solicitet electionem illius, qua electione pendente, curam habeat ecclesiæ, quousque Archipresbyter eligatur. Breue est. ¶[Si in plebibus].i. ecclesiis Baptismalibus, ruralibus Hu.[Archipresbyteri] qui & Plebani dicuntur.[aliquo mandato] graui 16.q.7.inuentum.& 81.d.Arc. fuerunt [per episcopum] Ar.16.q.2.visis.in fi.Arch.[quantotius].i. quanto citius Arc.[faciat].i. compellat eam fieri à clericis, & debet cũ eis conuenire Arc. non vt ipse eligat, sed vt autoritatẽ eligentibus præstet, & eius presentia, & reuerentia omnis tumultus, & dissentio conquiescat secundum Hug. ¶Sed hic surgit quæstio, quæ tangitur in glo.†Vtrum hoc Arch. potest sua authoritate. Respondetur etiam iuxta Hu. & glo. ꝙ non. nihil.n. potest in talibus sine speciali mandato episcopi, præsertim, vbi tribuitur alicui cura animarum Ar.d.93.dictum & 16.q.7.nullus omnino & d.25.c.1.addit autem Hu. ꝙ si episcopus instituit Archidiac. specialiter ad hoc officium, nec exigitur post illud speciale mandatũ episcopi interueniat, vbi cura animarũ, vel inuestitura ecclesię vel præbendę alicui per Arch. tribuitur vt sic in huiusmodi Arch. intelligatur organum, & instrumentum Episcopi.

Exponit literam.

1

2 ¶Surgit hic alia quęstio†Vtrum Arch. confirmabit electionem Archipresbyteri, aut inuestiet eum, aut dabit ei curã animarum. Dicendum, ꝙ non, nisi habeat speciale mandatum ab episcopo, vt extra de offic. Arch. cum sat secundum Hu. Nota, ꝙ cum hoc c. loquatur de Arc. non potest episcopus alteri, hoc demandare.[Pastor].i. Archipresbyter. Hu. [eius].s. electi secundum Goff. & secũdum hoc planum est, quod dicit[dum ordinatur].i. donec ordinetur in presbyterum, quia post confirmationem habet administrationem, Arch. Vel dic[eius].i. Arc.[dum ordinatur].i. interim, ꝙ aliquis eligitur ibi in Archipresbyterum Arch.n. debet gerere curam illius ecclesiæ Ar.12.q.2. illud & ca. non liceat. Et Ista est pura mens huius c. secundum Hu. & ipsam plebem regat Arch. Donec ibi ordinetur Archipresbyter. Bar. Bri. & hoc declarat litera, vbi dicit, consequenter [ipsa plebs].i. populus[custodiatur].s. ne lupinis morsibus.i: Diaboli deceptionibus dilanietur.

Quæstio

respondet

Bar. Brix.

3 †Hic est quæst. vtrum hoc officium custodiendi ecclesia illã tpe vacationis spectet ad Arc. de iure communi. Et dicit Laurent. vt refert Arch. ꝙ sic. Dicit.n. ꝙ Arch. hoc potest. vt extra de appel. c. Bonæ. vbi Goff. dicit. Hoc esse de iure communi, vt defuncto Archipresbytero rurali Arch. loci se debet illuc trãsferre, & ecclesiam custodire, dum vacat, vt hic, & hoc iuri communi consonat consuetudo ecclesiæ Cantuariensis. vt in decretali prædicta, bonæ. Idem innuit Innocen. Sententia vero Lau. videtur firmari ex mente subscriptionis istius c. quod elicitur ex libro Etym. vbi Isidorus de officijs tractat, & dicit hoc pertinere ratione officij ad Arch. Et hoc demonstrat litera [quantotius proficiscatur, &c.] intellige iure suo, alias non videtur habere locum litera premissa, vbi non esset Episcopus præsens, quia tunc non posset, quantotius proficisci, sed esset spectanda commissio episcopi, si iure suo proficisci non posset, & hunc intellectum clare innuit Io.8. & in prædicta decretali in ver. de iure communi.

1 *Imperatores dicebantur Diui.*
2 *Pro præpositio aliquando notat appretiationem, seu commutationem.*


AGatho Ad idem propositum inducit hoc c. ex gestis Romanorum Põtificũ. Pro intellectu c. sciẽdum est, ꝙ olim, cum Imperium esset apud Gręcos, & nõdum esset trãslatum ad Germanos, electus in Papam mitebat per legatos suos Decretũ electionis suæ, & tunc præsentabat certæ pecuniæ q̃titatem. Sed tpe istius Agathonis prædictus Imperator absoluit papã ab illa q̃titate pecuniæ, vnde hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. narrat qualiter Imperator ad petitionẽ papæ dedit literã absolutoriam prædictæ quantitatis pecuniæ. In secunda ponit qualiter adiecit conditionem istam videlicet, ꝙ tamen electio portificis semper Imperatori debeat præsentari. Secũda ibi: Si tamen Le. ¶[Agatho].s. Papa Hu.[natione Siculus]. s. fuit[Dominico die].i. vno die de numero Dominicorum, & quis dies Dominicus esset determinata, s. in octaua Hug.[Sophiæ] tale est, quale est illud in ecclesia sancti Saluatoris. Sophia.n. nõ designat hic aliquam virginem, sed sapientiam, quæ Deus Hu.[Diualem].i. Episcopalem, imperialem. †Omnes enim Imperatores diui dicebantur, vnde diuus Marcus, diuus Troianus, diuus August. Hu.[releuata].i. penitus elimata[pro].i. in[ordinatione Papæ].i. electione facienda.i. confirmanda Hu. ¶Sed surgit hic quæst. Vtrum solutio huius, quantitatis pecuniæ, quæ fiebat Imperatori, in ordinatione Papæ esset simoniaca. Ad quod quidam dicunt, ꝙ sic, quia consuetudo simoniam non excusat, nec excludit 1.q.1. reperiuntur, & q.3. si quis præbendas. Et ideo dicunt, ꝙ fuit emendatum, vt d.c. nouit. ¶Sed tunc surgit alia, quæstio, cum ista quantitas de iure non deberetur secũdum dicta Imperatori, quare ergo petijt papa, vt ei remitteretur, cum etiam repetente posset repellere, & excommunicare. Respon. ꝙ propter scandalum vitandum. Maluit .n. in pace, & quiete pessimam euacuare consuetudinem, quam exercere potestatem, ne princeps scandalizaretur contra ecclesiam. Alij dicunt, ꝙ non erat simonia, nec Peccatum tunc, quia consuetum erat, nec eo animo dabatur, nec eo animo recipiebatur. Non.n. exigebat illud Imperator propter auaritiã, sed quasi ex institutione Ecclesiæ debitum, ex gratia ergo ex consuetudine, & petere, & accipere putabat esse licitum, sicut dicitur de Iacob, cui quatuor habere vxores, quando mos erat, crimen non erat vt 32.q.4. obijciuntur, nec Papa, quasi ambiens Papatum dabat illã pecuniam, cum canonice esset electus, sed malebat dare, quam, ꝙ huius occasione quies ecclesiastica turbaretur. Sed surgit hic alia quæstio, quare ergo fuit ista solutio elimata. Respondetur quia speciem mali videbatur habere, & turpe erat, & contra libertatem ecclesiæ videbatur, ꝙ Papa daret pensionẽ Ar. 1.q.1. emandari. Alij dicunt, ꝙ non dabat pro ordinatione papæ, sed in memoriam beneficiorum ab Imperatoribus ecclesiæ relatorum. Erat.n. id, quod dabatur in recognitionem illorum beneficiorum, multa.n. Imperatores ecclesiæ Romanæ contulerũt. Et ideo æquũ fuit, vt aliqua reciprocatio beneficij fieret, quam cum electio, põtificis confirmari debebat, sed postea secundum Goff. cępit exigi, tãquam debitũ, quod prius offerebatur gratuite, vnde videbatur dari pro ordinatione, quod dabatur de mera voluntate. Et ideo bene placuit Papæ, & tunc temporis, Imperatori, vt huiusmodi non fieret, à modo, & sic ex toto fuit elimata solutio, vbi notãdũ ẽm Arc. ꝙ hæc præpositio

Quæstio.

Respõdet.

Quæstio.
Respõdet.

2 †pro qñq; notat appretiationem, seu cõmutationẽ, & secundum hoc nunquam est concedendum, ꝙ temporale detur ꝓ spũali, vel ecõuerso, qñq; notat cãm efficiẽtẽ, qñq; finalẽ, quando ergo aliquis recipit aliquod sacramentum, & conferenti dat aliquod temporale, & dicitur iste denarium pro sacramẽto, vel aliquid aliud. Sed si hęc prępositio pro notat appretiationem falsa est. Si aũt notat causam finalem, vt sit sensus, iste dedit pro sacramentũ.i. propter venerationem sacramenti, & hoc licite potest fieri, & cõceditur. Similiter si notat causam efficiẽtem, vt sit sensus, iste dedit pro sacramento.i. pro deuotione, quam habuit ad sacramentum, & hoc licite potest fieri, & cõcedi, quia deuotio, quam habet aliquis ad sacramentum, licite potest eum mouere ad dandum aliquid in receptione sacramenti Archid. quandoque etiam pro, exponitur pro in, sicut hic, pro ordinatione.i. in electione.s. confirmanda ab Imperatore.s. eo tempore, quo electio papæ ab Imperatore confirmabatur secundum Hu. [sit tamen] Secunda pars. ¶Hic surgit quæstio. An imperator commiserit simoniam relaxando illam pecuniam sub hac conditione. Respondetur, ꝙ non, vt dicit glo. & Hu. & ratio est, quoniam vtrunque primo habuit Imperator, videlicet & confirmationem electionis, & quãtitatem illam pecuniæ, alterum potuit relaxare, altero sic. Hic quantitas pecuniæ est relaxata, cõfirmatio electionis non est remissa, & sic remissio non est facta sub pacto acquirẽdi aliquid, tunc.n. esset simonia. sed quod prius legitime habebatur, fuit retentum [decretum] scilicet electionis Papæ Hug. [generale].i. omnium, vel saltem duarum partium extra de elect. licet Arch.[In vrbem regiam]. s. Constantinopolim. adhuc.n. Imperium non erat translatum ad Theutonicos. Hug.[prosperari].i. prospere fieri Hug. & Archi. ¶Sed hic surgit quæstio: Vtrum papa ministrabat antequam significaretur de eius electione. Respondetur dicit Hu. Non credo, propter scandalum principis vitandum. [Item Vitalianus papa

quæstio.

Respõdet.

quæstio.

Respõdet.

Diuisio.

Exponit literam.

papa]sequuntur verba scribentis gesta Romanorum pontificum Hu.[synodica].i.in synodo facta.

2 *Confirmatio electionis, quid dicatur.*
4 *Principes tenentur defendere ecclesiam.*
5 *Ecclesia potest concedere gladium sanguinis, licet per se illum agitare non debeat*
6 *Reges omnes debent subijci Imperatori Romano.*



Drianus. Ad idem est hoc c. quod colligitur ex historia ecclesiastica, in quo habetur, qualiter Papa Adrianus, cum consilio Concilij celebrati per episcopum concessit Carolo inter alia potestatem eligēdi Romanum pontificem. Et potest diuidi hoc c. in tres partes. In 1. narrat, ꝙ ꝑpter res tuēdas ecclesiæ Romanæ postulauerat venire Carolum in partes Italiæ, & quid in aduentu suo fecerat præfatus Carolus. In 2. papa narrat, qualiter in remuneratione dederat sibi potestatē eligendi Romanum pontificem. In 3. imponit pœnam his, qui contra hoc priuilegium venerint. Secunda ibi. Adrianus. Tertia ibi: Quicunque. Pro pleniori intelligentia huius c. & sequentis quæruntur duo. Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum conuenienter Imperatoribus cōcessum fuit illis temporibus, vt ordinarent Apostolicam sedē electionem confirmando Romanorum Pontificum.

3 ¶ Secundum est, vtrum conuenienter concessa fuit Imperatoribus inuestitura prælatorum singularum prouinciarum orbis.

Primū ar. 1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ incōuenienter concedebatur Imperatoribus à Romanis Pontificibus, vt ordinarent Apostolicam sedem. Primo sic. Papa, cum eligitur, confirmatur. Nam, sicut de anima rationali dicimus, ꝙ infundendo creatur, & creando infunditur. Ita papa eligendo confirmatur, & confirmando exigitur. Hinc est, ꝙ immediate electus habet potestatem plenam administrandi, vt in c. In nomine domini d. 23. Ergo frustra, & per consequens inconuenienter concedebatur Imperatori vlterius electionem papæ confirmare. ¶ Secundo sic. Confirmatio electionis spectat ad proximum superiorem electi, sicut patet extra de ele. cum monasterium & c. cum dilectus & d. 64. illud sed non poterat concedi Imperatori superioritas respectu papę electi: ergo &c. ¶ Tertio. Papa non potuit concedere Imperatoris deponere papam, ergo nec confirmare. Consequentia patet, quia vtrunque est superioris. Antecedens manifestum. ¶ Quarto sic. Ponamus, ꝙ electione facta de aliquo in papam Imperato sic. Ponaturmus, ꝙ electione facta de aliquo in papam Imperator nollet illam confirmare, tunc aut electus est papa, aut non, si sic, superflua erat confirmatio Imperatoris, si non sequitur, ꝙ papatus sit ab Imperatore, quod est hæreticum, cum sit à Deo solo, vt in c. omnes. & in c. sacrosancta. d. 22. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. & sequentis. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. Quod conuenientissime illis temporibus concessum est illud priuilegiū Imperatorib. aut Principibus fidelissimis, ac ecclesiæ deuotis à summis pontificibus. Hæc conclusio patet, qm̄ illud priuilegiū cōcessum est à sede Apostolica cū Cōcilio & assensu celeberrimorum synodorum, vt patet in præsenti c. & sequenti. Non dubiū, qn̄ facta, & cōcessa cū tanta maturitate Concilij interueniente tantorū patrum grauitate & authoritate conuenientissime sunt concessa, cum Spiritu sancto ipso ecclesia regatur cuius concessionis conuenientia assignat à Gratiano infra c. in. §. principalib', ita dicente, principibus vero, atque Imperatoribus electionis Romanorū pontificum, atque aliorum episcoporum referendas vsus, & consuetudo tradidit pro scismaticorum, atque hæreticorum dissensionibus, quibus nonnunquam ecclesia Dei concussa periclitabatur, cōtra quos legibus fidelissimorū principum ecclesia munita regitur, frequenter repræsentabitur ergo electio catholicorum principibus, vt eorum authoritate roborata nullus hereticorum, aut scismaticorum auderet contraire, &, vt ipsi principes, tanquam deuotissimi filij, in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi viderint & ei in omnibus suffragatores existerent. Hæc Gratianus.

Secundū ar — Tertiū ar. — Quartū ar. — Opponit. & Respōdet.

Ad primū argu. ¶ Nunc ad rationes in oppositum dicendum. Ad primam rn̄detur primo, ꝙ illa confirmatio, quæ fiebat ab Imperatore non erat necessaria, sed fiebat tātum necessitate illa, quæ dicta est pp. s. hæreticos, & scismaticos. Secundo respondet ꝙ de confirmatione dupliciter soliti sumus loqui. s. proprie, & minus proprie. 2 †Confirmatio electio. dicit, qua electio datur ius. & potestas administrandi, & talis non potest conuenire Imperatori, aut cuique laico, non modo respectu papæ, sed nec respectu cuiuscunque prelati ecclesiæ. Et tali confirmatione papa cum eligitur, confirmatur, sicut argutum est: nec hmôi confirmatio expectabatur ab Imperatore. Minus vero proprie vtimur nomine confirmationis, pro robore, quo roboratur aliquod factū aut dictū ex apꝓbatione aliorum, quemadmodum dr̄ in c. extra di. 63. Integrum iudicium est, quod plurimorum sententijs confirmatur. Et talis erat illa confirmatio, quam Imperator faciebat de electione papæ, quoniam sua approbatione, & acceptatione roborabat, & firmabat sic illam, vt scismatici, & hæretici non auderent contrauenire. Et de ista loquitur capit. præsens & sequens conuenienter petebatur illis temporibus ab Imperatoribus ratione iam dicta. ¶ Ad secundam patet responsio ex distinctione facta duplicis confirmationis. Cōfirmatio. n. proprie dicta est bene superioris, non autem confirmatio minus proprie, de qua loquuntur ista capitula. Sed quādoque est, superioris, quandoq; æqualis, quandoque inferioris. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam. Et ad probationem respōdetur, ꝙ cōfirmatio electionis, de qua loquimur, non est semper superioris, vt dictū est. ¶ Ad quartā respondet ꝙ electus erat Papa. Et cum arguitur, ꝙ tunc superflua erat confirmatio, Imperatoris, negat̄ hoc, quoniam cōfirmatio illa, licet non daret Papæ autoritatem papatus, dabat tamen ei robur, vt scismatici, & hæretici non auderent contrauenire, quod non erat modicum.

Ad secūdū — Ad tertiū. — Ad quartū

Ad secundum. Sic proceditur. †Et videtur ꝙ inconuenienter fuit concessa imperatoribus inuestitura omnium prælatorum, & inuestire eos de dignitatibus ecclesiasticis non videtur posse conuenire personæ laicæ. Patet, qm̄ à laica persona non potest deriuari ius spirituale aliquod in ecclesię prælatos, ꝙ videtur importare inuestitura, ergo non videt̄ conueniēter concessum hoc Imperatori. ¶ Secundo sic. Inter prælatū, & ecclesiam contrahitur vindiculum spirituale, vt extra de ele. cū inter. sed ad hoc laici sunt inhabiles, ergo sequitur, ꝙ incōuenienter Imperatoribus, qui laici erant, committebatur. ¶ In oppositum ex tex. præsentis c. & se. ¶ Respondeo dicēdum, ꝙ conuenientissime fuit hoc priuilegium illis temporibus christianissimis Imperatoribus concessum. Hæc conclusio patet ex probatione præcedentis ccōlusionis. Ad rationes in oppositum respondetur multipliciter. Primo iuxta notata per Arch. in hoc c. videlicet, ꝙ per istorum Imperatorum electionem, & confirmationem non contrahebatur aliquod vinculum inter ecclesiam, & electum, sed per consecrationem tantum, quæ per spirituales personas fiebat. Et dicimus, ꝙ ex inuestitura Regum, vel electione non habebant instituti ab eis aliquod ius spirituale, puta, ꝙ possint conferre ecclesias, vel canonicatus, vel ordinare clericos, & hmôi. Ptātē aūt horū recipiebant à confirmatore, vel cōsecratore, vel quocūque alio ministro spūali, & ecclesiastico. Per inuestituram autem laicorum poterat recipere vasallagia, & alia tpalia, & sic notat Innocenn. Hostien. & Bernard. compost. extra de elect. de hoc etiam notat Inno. de iure patro. postulasti in glo. 1. in fi. Alij dicunt, ꝙ hic, & in c. proxi. hæc fecerunt Apostolici ex plenitudine potestatis, sicut decimas aliquibus regibus concesserunt, quod alius concedere non posset. Alij dicunt, ꝙ reges faciebant vice, papæ, & non sua ad hoc, quod not. 16. q. 7. in fi. & tm̄ de hac q. ¶ [Adrianus ad defendas] vt potuit recte facere papa, vt 13. q. vlt. horta. Ergo & præcare alios licet ad defensionem clericis, licet non in propria persona arma in causa pugnādi portaret, vt 16. q. 6. cōsuetudo & q. 3. porro. †Et not, ꝙ principes tenētur ecclesiam defendere vt 23. q. 5. principes. Et si admoniti volunt hoc facere possunt excommunicari, vt 23. q. 5. administratores Hu. [Constituit] autoritate tamen papæ aliter non liceret, vt d. 27. §. hinc & 2. q. 4. mandastis. vnde melius dixisset econuerso. s. Adrianus constituit cum Carolo. Hu. [Adrianus.] Secunda pars. [Abbatibus.] An vero Abbates vel solum episcopi sint vocandi ad synodum, vide circa c. generalia d. 17. vbi de hoc disputauimus. [Carolo potestatē eligendi] dicit Lau. ꝙ hoc non poterat papa dare sine cardinaliū consensu. Et exponit eligendi. i. cōfirmandi, & hoc dicit patere ex litera sequēti ibi. Ab,

Primū ar — Ad secūdm. — Opponit & Respōdet. — Ad ar. — Hostien. Bernard. Cōpostellanus. — Exponit literam.

ibi. Ab eo inuestituram,&c.& infra c.prox.sed Hu.exponit eligendi.i.electionem confirmandi Arch.¶[Patriciatus dignitatem]Hæc dignitas erat,quædam iurisdictio,quam papa alicui,laico cócedebat.s.vt seculares causas tractaret, & crimina corporaliter puniret.Hanc iurisdictioně forte modo habet præfectus,& ẽm hoc pôt intelligi illud c.2.q.7.om
5 nis oppressus.Et est ar.†ꝙ ecclesia potest concedere gladiũ sanguinis licet per se illum agitare non debeat, sed sæpe per alios possumus,quod nõ per nos,vt 88.dist.Episcopus, habet ergo papa potestatem talem nudam,& non eius executionem,& eam nudam concedi,sed ea cócessa alicui statim ei conceditur executio,quæ ex eo pendet]. Sed credo, ꝙ papa potestatem talem habeat,& executionem.i.ius executionis,sed non actũ exequendi Hu.[per singulas prouin
6 cias]ar.†ꝙ omnes Reges debent subijci Imperatori Romano ar.7.q.1.in apibus Hu.Obstat,ꝙ Reges Hispaniæ,cũ nõ subessent Imperio,Regna ab hostium faucibus eruerunt. [Quicunque]Tertia pars.[quicunque].i.subditus,quia successores ligare non potuit.Nam par paré excommunicare vel ligare non potest,cum maiori tantum liceat de minori iudicare ar.d. 1.inferior.[Publicari]sed nunquid hæc pœna est canonica.Rñtur,ꝙ sic.Nam ẽm canones infertur pœna pecuniaria in multis casibus vt in furto,ac sacrilegio,& hmói,vt 12.q.2.in legibus & 17.q.4.si quis contumax Hu.

quæstio. Respondet.

1 *Donare,qui potest,potest confirmare.*
2 *Honor imperij,vel regni non deferendus sanguini,sed iuri.*
3 *Imperator verus dicitur ille,quem papa confirmat.*
4 *Iuris idem est in parte,quod in toto.*
5 *Papa an potuit dare imperatori, vt ordinaret, & consecraret episcopos.Et quod possit clericos degradare,suspendere, excommunicare,vel alias punire.nu.6.*
7 *Sententia lata à laico in causa ecclesiastica a papa sibi commissa tenet.*



IN synodo. Ad idẽ sequitur hoc c.Leonis papæ, in quo Leo papa concedit Ottoni,quod Adrianus concessit Carolo,& aliqua alia.Et potest diuidi in très partes.In 1.narrata concessione facta per Adrianũ papã Carolo frácorũ Regi cócedit eadẽ priuilegia Ottoni. In 2.subiũgit cõditioné,ꝙ hæc talis inuestitura fiat absque vlla pecunia.In 3.Iniungit pœnã contrauenientibus.Secunda ibi.Quod tñ fiat.Tertia ibi.Si quis cõtra.Le. tex.¶[In synodo.]sic construe.Ad exemplum beati Adriani,qui Adrianus concessit,&c.Dico in synodo congregata Romæ in ecclesia Saluatoris ad exemplum, in quam illius
1 ergo quoque Leo,&c.[Confirmamus]ar.† quod idem potest donare,& confirmare d.21.in nouo.& extra de elec.cũ inter contra & extra de fide instr.inter dilectos &.ff.de iur. om.iud.l.& quia. Solutio, quia vbi eodẽ iure spectat ad aliquem electio,& confirmatio,puta,ꝙ alicui est concessum. ꝙ eligat,& confirmet,eo ipso,ꝙ eligit,confirmare videtur vt in hoc c.in synodo cum similibus.Secus,vbi diuerso iure competit electio.s.ex compromisso,& confirmatio autoritate ordinaria,vt in prædicta decre.inter cum si.vbi Inn. Host.& Ber.Comp.notat & ibi no.de hac materia.per Ber. Arch.[primo Ottoni]non primo Regi Theutonicorum, qui añ eũ null⁹ hoc nomine fuerat,vocat⁹ rex theutonicorũ [eiusque successoribus],qui hoc specialiter à Romana Ecclesia impetrarunt,vt d.23.In nomine domine Hu.eligendi
2 successorem hoc speciale fuit.†Nam honor imperij, vel regni non est deferẽdus sanguini,sed iuri 8.q.1. Moyses,sicut & honor ecclesiasticus 8.q.1.c.1.& 2.nisi specialiter alicui concedatur vt 7.q.1.petisti Ar.ẽt,ꝙ maximam potestatem habet Papa circa Imperium gl.& per hoc soluitur q.dicentium,quid ad papam de electione Philippi,& Ottonis.
3 †Nam ille vẽ verus imperator,quem ipse papa confirmat. extra de ele.venerabilẽ.ẽm Lau.Arc.[ordinãdi].i. cõfirmãdi,sicut in præcepto argumento exposuimus [archiepiscopos,& Episcopos]ar.†Idem iuris esse in parte,quod in toto
4 & in membris,quod in capite,in minori,quod in maiori. ar.1.q.3.si quis episcopus,& 12.q.1.pręcipimus.Nam eo ipso,ꝙ concessit sibi tale ius in ecclesia Romana intelligiť concessisse in alijs ecclesijs ẽm Hug. Itẽ cócedimus ei, & statuit vt ipsi episcopi,vel archiepiscopi consecrationem accipiãt, non ab eo,sed ab illis.[vnde debet] i. Metropolitanis, vel Suffraganeis suis.Hu.[exceptis]quia ipse Imperator quibusdam archiepiscopis,vel episcopis quorundam episcoporũ

Diuisio.

Exponit literam.

Innocen. Hostiensis. Ber.comp.

inuestituram concesserat.Hu.& Arch.¶ Sed surgit hic qõ.
5 †Nũquid papa potuit dare Imperatori,vt ordinaret, & cõsecraret Episcopos.Respondetur,ꝙ non.Et ratio est, quia in istis requiritur ordo,& cõsecratio. Nõ.n.potest ordinare,qui non est ordinatus,nec consecrare, qui non est consecratus ar.d.68.Presbyteri.& d.69.qm Hu.¶ Item quæritur
6 †Vtrũ potuit Papa cócedere Imperatori, vt clericos posset degradare, suspendere excommunicare,vel alias punire. Respõdet Hu.ꝙ vtique ar 32.d.§.verum.& d.96.bene quidem & infra d.74.honoratus.Et est ar.†ꝙ sententia tenet lata à laico in causa ecclesiastica à papa sibi commissa[ordinãdi].i.eligendi,vel confirmandi.vel inuestiendi.Hug.[quod tamen]Secunda pars.[Quod si à clero,& populo.]Nota improprietatem,simile.d.28.Presbyterum Hu.[inuestiatur.] Sed contra,quia alibi habetur,ꝙ debet excõmunicari quicunqne à laico susciperet inuestituram ecclesiæ,vt 16.q.vl. c.1.& c.si quis deinceps.Respondetur,ꝙ per omnia illa ca. derogatum est istis,quo ad hunc articulum.Vel dicendum ꝙ illud est regulare.Hoc autem speciale priuilegium in persona Imperatorum,& quorũdam aliorum secundum Hu. [si quis subditus vltimis supplicijs]dimissis varijs expositionibus,hic vocat vltimum supplicium perpetuã depositionem ab officio,vel dignitate ecclesiastica,vel seculari.Vel dic,ꝙ recitat,& indicat quid iudex secularis in hoc casu facere debeat,vt 5.q.6.delatori.secundum Hu.& Arch.

quæstio. Respondet.

Quæstio

Respondet.

Opponit

Respondet

3 *Sententia excommunicationis lata sub conditione, quando liget.*
5 *Iudex quandò sine causæ cognitione pœnam infert sine prędiffinitione temporis durare intelligitur tantum tempore suæ administrationis.*
7 *Responsales,quare dicantur legati.*
8 *[illegible]*
9 *Obedientia proprie debetur a minoribus maioribus.*
10 *Res,quæ habet initium vitiosum, accedente consensu, potest confirmari.*
11 *Commissa quæcunque in nos,an committantur in Deum.*



SAlonitanæ. Ad idem sequitur hoc ca. quod est beati Gregorij, in registro,in quo continetur,qualiter quidã episcopus consecratus fuit sine licentia Gregorij, & eius legati,quod facere non debuit, vnde Gregorius mandauit sub pœna excommunicationis,ꝙ missas non celebret,donec cognosceret,si aute, principũ hoc fecisse. Et potest diuidi hoc ca. in quatuor partes.In 1.narrat prædictam præsumptionem episcopi ciuitatis Salonitanæ, aggrauando illam Et qualiter Gregorius intellecta præsumptione dicti episcopi mandauit ei sub pęna excommunic. ne missat.celebraret, quousque cognosceret,si mandato principũ hoc fecisset.In 2.parte tangitur contemptus episcopi.In 3.qualiter Gregorius contemplatione principum indulsit præfato Episcopo præsumptioně illam,qua se,nisi licentia sua præsumptit consecrari . In 4. Gregorius dicit alia crimina illius episcopi non posset remittere, qui in Deum erant cõmissa.Secunda ibi.Qui con tempto me.Tertia ibi.Ego autem.Quarta ibi: Alia vero peruersa illius.Pro pleniori intelligẽtia huius c.& eorum,quæ
1 tanguntur in gl.quæruntur quatuor.
¶ Primum est,vtrum forma ista verborum sub pœna excõ
2 municationis,vel sub anathemate sit latæ sententiæ.
¶ Secundum est vtrum sententia excommunicationis pos
4 sit dari sub conditione.
Tertium est,vtrum sentẽtia excommunicationis data sub
6 conditione,ligent mortuos.
¶ Quartum est vtrum sententia huiusmodi excõmunicatio
1 nis per appellationem posset suspendi.

Diuisio.

AD primum. Sic proceditur.† Et videtur, quòd forma illa verborũ sit latæ sentẽtiæ. Primo ex c.præsen.vbi Gregorius vocat excõicatum illũ, quem prohibuerat celebrare sub interpositione anathematis.¶ Secundo ad idem arguitur.Extra de eo,qui or.fur.recep.c.1.¶ Tertio extra de locato c.1.¶ In oppositum arguit. extra de Sagitarijs c.1.Secundo.Extra de iure patro.c.relatum.¶ Respondeo dicendum,ꝙ hic est duplex modus dicendi,siue duplex opinio,vt tangitur in glo. Quidam dicũt ꝙ per huiusmodi verba,& similia, quando sit cohibitio à ge,connumeratio est 30.dist.per totum.& de iure fisc.l.eius qui, vbi dicitur, ꝙ conditio eius, qui dilatorem corrumpit,est

Primũ ar.

Secundũ ar. Tertiũ ar. Opponit & Respondet

pit est, vt pro conuictu habeatur, non tamen statim causa eius petit, vel accusatio, sed oportet de crimine pronuntiari. Quando vero à iudice, tunc est canon latæ sententiæ dũ tamen Iudex hæc verba proferens, hæc intendat, vt hic, & extra de app. præterea 2. Item extra de eo, qui fur. or. re. ea. 1. & est ratio, quia mitius agitur cum le, vt. ff. de arb. l. celsus secundum B. Et hanc opinio. tenent. Hu. & Lauren. in præsenti c. Salonitanæ. Et si quæratur, quando igitur secũdum hoc erit canon latæ sententiæ. Respondetur, vt dicit Arch. tunc cum ex eodem canone hoc colligitur, vt 17. q. 4. si qui suadente. Aut, vbi ecclesia interpretatur, vt 24. q. 1. c. 1. & 2. & 3. Ergo, cum papa, vel aliquis prælatus alius prohibet sub interminatione anathematis distingue. Aut intendit prohibere constitutionem faciendo, vel diffiniendo, si constitutionem faciendo ẽm Lau. qui etiam hoc idem notat. 10. q. 1. sanctorum, & hic est 2. opinio, quam probat Ber. hic & extra de testa. c. cum esses gl. fi. quæ etiam placet Tancre. ꝙ si Iudex dicat præcipio tibi sub pœna excommunicationis vel anathematis, siue sub excõmunicatione, ne hoc facias, non est contrarium faciens excommunicatus, sed excommunicandus, & c. illa tria inducta sunt in principio quæstionis. s. c. hoc, & c. locato & c. de eo, qui fur. intelliguntur, qñ sub conditione excõicatio lata fuit sic. Excõmunico, quoscunque, qui ad ordines furtiue accesserint, tunc contrariũ faciens est excommunicatus ẽm B. Quod autem illa verba non habent vim sententiæ. sed tantum comminationis. Ar. c. comminationes, per totum notat Io. hic in glo. ꝙ Tã. & Phi. extra de iure Pa. relatum. In hac altercatione, vt narrat Arc. hic dicebat Goff. sic esse distinguendum, vtrum aliquid mendatur fieri sub pena excommunicationis, aut sub interminatione. In 1. casu, ipso facto, incurrit pœnam & sic loquitur hic, & 25. q. 2. quicunque. In 2. casu, tunc non incurritur, vt dicit gl. Et sic intellige extra de iure Patro. relatum & de immu. eccl. non dominus. Pro primo dicto est extra, de app. Preterea 2. & est expressum. ex. de loc. c. 1. vbi fuit facta prohibitio sub excommunicatione, & tamen tenẽt omnes, ꝙ est canon latæ sententię. Vel dic melius etiã ẽm Gof. ꝙ si intentio est ipsius excommunicantis statim ligare contrafacientes statim ligantur Ar. ff. de acq. pos. qui absenti. et si dixerit sub interminatione, vt de eo, qui fur. or. cap. 1. sed vbi ius prohibet sub pœna, secus est, vt d. 30. per totum. vt dicit Hu. Et ita notat hoc ipse Gof. extra de simo. sicut tuis. pro primo dicto videtur, ꝙ sit casus huius canonis: Sed dicas, ꝙ, si ita feratur sententia, sicut hic. s. sub interpositione, ex tunc est canon latæ sententiæ, vt hic, quia pœna interposita videtur, vt patet 10. q. 3. illud. Item si dicatur sub pœna, vt legitur, & notatur in prædicto c. 1. de loca. Sed si dicatur sub interminatione, vt in prædicta decre. relatum. Vel dicatur sub Anathematis di. vt in prædicto c. non eo minus. vel etiam dicatur sub anathemate, vt extra de sag. c. 1. tunc non credo, vt inquit Arch. ꝙ sit canon latæ sententię, nisi iungatur, ꝙ si quis contrafecerit, sciat se excommunicatum in pdicta decre. non e. vbi Ho. hunc vltimum approbat intellectum, tenent Tancr. & Ber. ꝙ, quando dicitur sub interminatione, non est canon latæ sententiæ ferendæ, & hoc patet in eo, quod le. & no. extra de testa. cum esses. Et tantum de hac q. Responsio patet ad ar. & procedunt vijs suis iuxta varia distinctio. membra.

Lauren.

Tancredus.

Goffredus.

2 **Ad secundam quæstionem.** In qua qritur. † Vtrũ sententia possit dari sub conditione. Respondetur, ꝙ sic. Et huius conclusionis apertissimæ hic sumitur argumentum, vt dicit gl. & Hu. & supra duobus proxi. c. 17. q. 4. si quis suadente. ¶ Et si quæratur, † quando ligat. Respõdetur cum exigit conditio. s. cum sit prohibitum, & non ante secundũ gl. & Hu. hic. Sed nonne iste excommunicat, & ille excõmunicatur. Respondetur, ꝙ non, sed iste excommunicat sub conditione. Idem tenet Hos. extra de app. c. 1. & extra e. à nobis vnde, & si pendente conditione appelletur, tenet appellatio, & impedit effectum sententiæ. Conditione etiam post modum adueniente, & existente, vt dicit prædicta decretalis. Preterea, Sed si pure, & sine conditione ferretur sententia, non releuabitur per appellationem. extra de appel. pastoralis, transfert tamen causæ cognitionem in superiorem extra de sent. excom. per tuas.

3

Respõder.

Quæstio.

Respõder.

4 **Ad tertiam quæstionem.** In qua quæritur. † Vtrum talis excommunicationis sententia data sub cõditione, ligat mortuos. Respondetur iuxta gl. ꝙ sic, quando stat conditio. Et hanc sententiam sequitur hic Lau. dicens, ꝙ iste excommunicatur ab eo, qui non est, & qui non loquitur. Alii dicunt, ꝙ sententia excommunicationis simpliciter lata non tenet vltra tempus proferentis. ff. de pœnis l. vlt. & est Ar. ff. de dona. inter vi. & vxo. cum hic status & . §. si spõsus. & hoc tenet Ber. extra de senten. excom. cum à nobis in gl. sed contra &c. in fi. Et per Inn. de offi. leg. & in c. quod translatione. Et idem Accur. notat. ff. de postu. puto. Sed dic iuxta Ar.

respõdet.

5 † ꝙ, vbi Iudex sine causæ cognitioe pœnam infert sine prædiffinitione temporis, illud tantum durare intelligitur tẽpore suæ administrationis. Secus, vbi cum causæ cognitione. Et sic intelligit Innocen. extra de offi. lega. quod translationem. & Goff. e. ti. nouit. Et idem sentit Hu. d. 50. c. 1.

Innocent.

6 **Ad quartam quæstionem.** In qua quæritur, † Vtrũ talis excõicationis sententia suspendi possit per appellationem, vt non obstante. s. sententia, liberum sit non obedire prohibitioni, & facere prohibitum sine vinculo excõicationis. Respondetur, ꝙ sic. vt nquit gl. de extra de app. præterea. Et hoc ideo, quia excommunicatio, tunc non trahit secum suam executionem, quia nec cedit, nec venit dies ante existentem conditionem. ff. de ver. sig. cedere. verum contrariũ dicit Hu. hic, qui ait dico, ꝙ talis appellatio nulla est, nec suspendit, nec extinguit sententiam latam, quin postea faciens contra excommunicetur. i. obligetur vinlo excommunicationis. Et tantum pro nunc de istis duob. Lege. ¶ [Salonitanæ episcopus.] iste episcopus erat subditus Papæ nullo medio, vel Metropolitanus erat, quod datur intelligi. 93. d. miratus nam & pallium habebatur. 74. d. honoratus. & tamen dicẽdum, ꝙ nullo medio suberat Papæ, vel forte tunc confirmatio cuiuslibet Metropolitani spectabat ad papam supra eo. quanto Hug. & Archidiacon. [ac]

Exponit literam.

7 pro vel. [responsali]. i. legato. † Responsales dicuntur legati Apostolici, quia responsa eius ferunt ad illos, ad quos mittuntur pro legatione, & eorum referunt ad eum Hug. [Ordinatus est]. i. consecratus [inordinate.] non quo ad collationem ordinis, sed, quia licẽtia papæ, vel eius legati Hu. ad hoc extra de consue. cum venerabilis. & li 6. si Abbatem de elect. & extra de renuntia. cap. vlt. & extra de offic. leg. ꝙ trãslationem. in fine. Arch. [dominis]. s. Imperatoribus humiliter loquitur sic supra e. nobis Hu. [Iussisset.] ¶ Sed nunquid de iure hoc poterant imperare. Respondetur, ꝙ non, nihilominus, si iussu eorum fecisset, qualemcunque haberet excusationem. Et est. ar. † ꝙ autoritas maioris quãdo-

Quæstio.

Respondet.

8 que excusat Ar. di. 28. Diaconi & 6. q. 1. eũ & 23. q. 5. miles. Hu. & gl. [sub excommunicationis interpositione]. i. pœna in hũc modum, sub pœna excommunicationis præcipio tibi, vt non cantes missam, vel sub excommunicationis interpositione. i. interponendo excommunicationem conditionaliter in hunc modum. excommunico te, si cantaueris missam, & tali modo credo fuisse illum excommunicatum sub conditione, & est idem sensus, siue hæc forma excõmunicationis seruetur, siue illa, & in illa incurrit anathema, antequam fiat prohibilum, sed quam cito quis facit id, quod prohibitũ est, statim incurritur anathema: vnde Gregorius istũ appellat excõicatum, quia post talem interminationẽ missas cantauit. Hu. de hoc satis disputatum est [Qui contẽpto me.] secunda pars. [Ego autem] Tertia pars [præceptorij.] Ex humilitate loquitur sic supra e. principali, vbi præcipit, vbi nihil pcipere poterat Ar. d. 21. inferior Hu. [Ex eadẽ

9 militate] sequitur obediens:] † Obedientia. n. proprie maioribus debet à minoribus, vt d. 93. c. 1. quãdoque improprie vocatur obedientia maiorum ad minores, sicut hic secundũ Hu. [Ac si me authore] Ar. ꝙ ratihabitio retrotrahitur, quod illegitime factũ fuerat, ac si ab initio legitime factũ fuisset, vt extra de iure patro. cura. & 18. q. 1. c. 1. & c. vl. Hu.

Archi.

10 & gl. Nota iuxta dominum Arch. hic, † ꝙ si res alicuius initium habet vitiosum ex eo, ꝙ non interuenit consensus eorum, qui consentire debebãt eorum accedente consensu, firmantur, vt hic, & ext ra de his, quæ fi. à præla. cum nos. Si autem initium solus dissensus non reddit vitiosum, sed etiam alia tunc consensus subsequens vitium remouere nõ potest, vt extra de ele. auditis. Sed, si ideo est vitiosum, quia cõtra ius est factum, tunc nullo tractatu temporis potest cõualescere. ff. de re iu. quod ab initio exceptis casibus in quibus contrarium à iure exprimitur secundum Da. & Phil. q. ita notant in prædicto ca. cum nos de hac materia notatur infra

Nunc considerandum est &c. Hic incipit dis. 64. quę sic ꝑm gl. & Hu. continuatur ad præcedentẽ. Superius. n. ostẽdit, ad quos pertinet Episcoporum electio. Nũc in hac dist. incipit ostendere, à quibus ipsi Episcopi sunt cõsecrãdi, & exorditur tractatũ suũ vsq; ad dist. 81. exclusiue. Et diuiditur hæc distinctio in tres partes. In prima ostendit, ꝙ ab oĩbus Comprouincialibus Episcopis, vel saltem à tribus sunt Episcopi, præsente Metropolitano, vel personaliter, vel virtualiter, & potestatiue consecrandi. In secunda ostendit, ꝙ Metropolitanus debet à suis suffraganeis consecrari. In tertia reperit, ꝙ sine conscientia Archiepiscopi episcopi cõsecrari nõ debẽt. 2. ibi. Quia per ambitiones. 3. ibi. Episcopum oportet. ¶ Pro pleniori intelligentia huius distin. & sequentis quæritur hic. ¶ † Vtrũ conueniencer sit ordinatum, quod in consecratione Episcopi, vel Archiepiscopi eius oẽs alij Episcopi. Suffraganei sint vocandi. Et videtur quod non, quia frustra fit per plura, quod põt fieri per pauciora, vt dicit philosophus, sed tam cõsecratio Archiepiscopi, quã Episcoporũ põt fieri per pauciores Episcopos, quam per tres, vt in præsenti c. Ergo videtur contra rõnem, & inconuenienter statutum, ꝙ vocentur oẽs Cõprouinciales Episcopi in consecratione Archiepiscopi, vel Episcopi. ¶ Secũdo sic. Statuta Ecclesiæ debent esse possibilia, & facilia, quia ista est conditio bona legis, di. 4. erit aũt lex. Et etiam Matth. 5. Iugum meũ suaue est. & Inqt christus, sed hoc statutum nõ videtur bene possibile, aut facile, sed difficile valde, ergo non videtur conuenienter positum. ¶ Tertio statuta, quæ parere possunt dispẽdia ecclesiis, videntur inconuenienter posita, cũ talibus sit obuiandum. extra de elec. ne pro defectu. Sed hoc statutũ videtur esse huiusmodi, quia cõuocare oẽs cõprouinciales, & habere præsentiã eorũ non põt esse sine magna mora tpis, ergo & c. ¶ In oppositũ patet ex præsenti ca. & seq. etiã ex sequẽti distin. Respõd. dicẽdum est sub dist. Aut enim imminet consecratio Episcopi facienda. aut Archiepiscopi. Si Episcopi, aut Archiepiscopus Episcopi consecrandi habet primatem, vel patriarcham superiorem, aut non. Si non habet, tunc est conclusio, quod necesse sit omnes Episcopos comprouinciales per Archiepiscopum conuocari. Ista conclusio patet ex. 1. c. 2. 3. & 3. huius disti. Si vero omnes Epi Comprouinciales sunt vocati, & nullus est contemptus. Aut aliquid opponitur contra ordinandum, aut nihil. Si nihil. Tunc est conclusio. 2. quod talis debet consecrari, vt patet ex istis capitulis. Si vero aliquid opponitur contra eum, tunc est conclusio. 3. quod Archiepiscopus sententiã maioris, & sanioris partis sequi debet, ut di. 62. c. 2. & 3. Si autem contingat, quod Archiepiscopus sequatur sententiam minoris partis, est cõclusio. 4. quod nihilominus tenebit consecratio ex quo maior pars nihil rationabile dicit, patet, quia isti suffraganei vocantur, non tanquam, qui ius tribuant in Episcopatu, sed tanquam consiliarij, quorum consilium sequi non oportet extra de arg. cum olim. vt notat Innocen. extra de temp. or. c. nec Episcopi. Si vero aliquis fuit contemptus, aut Episcopus aut Archiepiscopus. Si episcopus, tunc est conclusio. 5. Quod talis Episcopus contemptus poterit agere contra, vt consecratus priuetur executione officii sicut in electione contemptus agit vt cassetur electio extra de elec. quod sicut. & .j. di. 65. nõ debet ꝑm Inno. in c. nec Episcopi. extra de temp. ordin. vel vt dicit Hu. & Arch. in prædicto. c. nõ debet, talis non reciperet executionẽ officii. Si vero Archiepiscopus est contemptus tunc est conclusio sexta. Quod consecratus executionẽ non recipit, vt. j. e. di. in c. illud. Si vero Archiepiscopus Episcopi cõsecrãdi habet primatẽ vel patriarchã superiorẽ, tũc est cõclusio. 7. Qđ talis superior primas, aut patriarcha est requirẽdus, vt cõsensum tribuat. Patet cõclusio ex c. de ꝑsona. & c. placet. di. 65. vnde cõsecratio facta, eo nõ reqsito dr nõ valere, nõ. n. recipit cõsecratus executionẽ, cũ hoc sit magnũ factũ, & totã prouinciã tãgat, cuius primas est caput, prout Inno. notat ex. de temp. ord. nec Episcopi. Hu. & Arc. in pdicto. c. placet. Si vero primas, vel patriarcha fuit requisitus nõ consentit, tũc aut ꝓponit, & offert se ꝓbaturũ iustã causam cõtradictionis, vel dissensus, tũc ẽ cõclusio octaua. ꝙ audiri debet. Ar. ex. de his, quæ fi. à ma. par. ca. 1. Aut non proponit, nec offert se probaturũ, tunc est cõclusio nona ꝑm Hu. Qđ in hoc casu, cũ superiore est agendum. Arg. 8. q. 3. Artaldus. Vel forte, vt tangit gloss. in. §. si autem dist. 65. Archiepiscopus pote-

Cõtinuatio — Diuisio. — Quæstio 1 — Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit — Respõdet. — Prima cõclusio. — Secunda cõclusio. — Tertia cõclusio. — Quarta cõclusio. — Quinta cõclusio. — Sexta conclusio. — Septima cõclusio. — Octaua cõclusio. — Nona conclusio

pus poterit consecrare,& idem notat Arch. ibi Arg.ad hoc. extra de offi.ord.significauit.& de so.compe. ex transmissa. ff.solu.ma.l. decem. Si vero non imminet consecratio Archiepiscopi. Aut habet primatem, vel patriarcham superiorum; vel non. Aut omnes Episcopi prouinciæ sunt vocati aut non,sed aliqui contemptus.Si oẽs sunt vocati,tũc,Aut oẽs consentiunt aut non,si sic, tunc est conclusio.10. Quod Archiepiscopus consecrabitur ab oĩbus suæ prouinciæ Episcopis.Patet conclusio.j.eo.ex.c.quia per ambitiones. Item ex.c.Archiepiscopus.di.66.Si vero dissentiunt,tunc est conclusio.11. Quod in tali casu statur maiori parti, vt in dicto c.nec Episcopi in fi.& di.51.qui in aliquo.&.ff.ad municipales.l.quod maior.Et hoc,nisi minor pars nihil rationabile aliquid opponere pertentet,vt de his,quæ fi.à ma.part.ca.1.Si vero habet patriarcham,vel primatem.dic,vt supra in septima conclusione.¶ Duodecima conclusio.Consecratio Primatis,& patriarchæ fit per papam.extra de elec.scriptũ. hodie autem Archiepiscopus etiam confirmatur à papa.24.q.1.pudenda.&.11.q.3.cuncta per mundum, & c.per principalem.vt notat Host.in summa tit.de temp.ord.¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur,negãdo,quod frustra institutum sit, quod cõsilio omnium Comprouincialium, & assensu ordinetur Episcopus, imo conuenientissime factum est,vt videlicet,ne lupus pro pastore præficiatur in ecclesia. Ad hoc.n.ꝙ bonus appareat ingressus Episcopi in ecclesia,debet ex plurium consilio præfici,vt per patens ostium in ouile ouium ingrediatur,& non aliunde ascendat, velut fur; non.n.est probabile, quod qui multorum consilio assumitur,alias ingrediatur, quam ex vitæ merito,& doctrinæ,& ad subditorum fructum & animarum salutem,quia vbi multa consilia,ibi salus. Prouerbiorũ. 11.Quod ergo pluriũ sapientum patrum cõcilio Episcopus ordinetur.Hoc factum est,ne lupus pro pastore præficiatur. Et ita non frustra. ¶ Ad secundam respondetur, negando quod illud statutum sit impossibile,aut difficile,maxime cũ sit moderatum,excipitur.n.casus,in quo fuerit difficile congregari omnes in vnum,vt patet in c.1.huius di.¶ Ad tertiã liceat pateat responsio ex superius dictis. Respondetur tñ negando minorem, qm̃ statutum illud impleri potest sine dispendio aliquo Ecclesiarũ,vnde in c.de persona.di.65.præcipitur, vt nihil moræ aut difficultatis afferat in ordinatione Archiepiscopi.Et idem dicitur de Archiepiscopo in ordinatione Episcopi.Lege.¶ [A quibus.]Hoc facit in hac dist. vsque ad d.75.[quo tempore.]hoc facit in dist. 75.vsque ad 80. di.[quibus in locis]hoc facit in dist.80.Primo ergo dicit à quibus ordinetur i.de consecratione Episcoporũ.Pro quo notandũ,quod Episcopus electus,& à maiori confirmatus, à Metropolitano, & omnibus eius Suffraganeis debet consecrari.si autem Metropolitanus adesse non potest, vel non vult authoritatem,& licentiam hoc faciendi præstabit.Nam sine eius authoritate non debet Episcopus consecrari. Suffraganei autem. si oẽs adesse non possunt ad minus tres conuenient,]vel duo cum metropolitano. Nam à paucioribus, quam à tribus Episcopis non potest cõsecrari,reliqui vero ꝑ literas assensum præstare debet.Ita,vt omnes assint, vel corporali,vel spirituali præsentia. Similiter Metropolitanus ab omnibus suis suffraganeis debet consecrari, vel saltem à tribus.Quia vero capitula huius disti.plana sunt, & quasi idem fere dicunt idcirco breuiter pertransibimus.

Nona conclusio.

Decima cõclusio.

Vndecima conclusio.

Duodecima conclusio.

Ad primũ argu.

Ad secũdũ.

Ad tertium

Exponit literam.

1 *Consensus absentium est inquirendus.*
2 *Metropolitanus, qualiter debeat procedere in confirmatione facienda.*



EPiscopi. Primum c. ꝙ est Niceni Concilii.In quo ostẽditur,à quibus Episcopi sunt consecrandi.Et diuiditur in tres partes. In 1 ostendit, ꝙ Episcopi cõsecrentur ab oĩbus Cõprouincialibus Episcopis. In secũda ostendit, ꝙ si difficile fuerit oẽs Comprouinciales simul conuenire,saltem à tribus consecretur, cæteris per literas consensum præbentibus.In tertia ostendit,ꝙ potestas consecrandi, & conuocandi suffraganeos spectabit ad Metropolitanum.2.ibi.Si vero hoc.3.ibi.Potestas sane.Leg. ¶[Episcopi ab oĩbus] Hoc regulare est,vt dist.23. qui Episcopus.& di.5.c.vlti.Hu.& Arc.[Si vero]2.pars[difficile]aliqua istarũ causarũ.s.[necessitate].s.ægritudinis, vel obsidionis,vel persecutionis,vel cuiuslibet alterius iusti impedimẽti,vt de conse.di.4.hi.2.causa[vel itineris].s.di.63.cum longe.& di.93.iusta. quo verbo intelligenda est etiam asperitas viæ ẜm Hu.[tres.]aliqui dicunt excepto Metropolitano.simile.2.q.5.si legitimi.&.15.q.7.felix.& di.50.studeat.& ex. de temp.or.nec Episcopi.Alii exponunt,quod duo sufficiũt ad consecrandũ cum Metropolitano, quia si tres simplices Episcopi sufficiunt ad consecrandum vnũ,mirũ esset,ꝙ duo Episcopi cum Metropolitano,qui etiã Episcopus est,& plus nõ possent,vnde quod dicitur de tribus,[excepto Metropolitano,nõ est accipiendũ de necessitate, sed de honestate ẜm Hug.[Literis teneantur.]In quocunq;.n.cõtractu,vel causa, vbi consensus aliquorũ desideratur,nihil refert,an præsentes consentiant,an absentes literis cõsensum exprimãt, vt di.c. optatum.& est Ar. 1 † ꝙ cõsensus absentium est inquirendus. Ar.di.63.quanto.[Potestas]3.pars.[consecrandi Episcopos] & conuocandi suffraganeos ad cõsecrandũ.Hu.& Arc.[vel] .i.& cõfirmatio electionis ad Metropolitanũ, vel ad Primatẽ si Metropolitanus nõ est in illa ꝓuincia, siue ergo sit Metropolitanus,siue Primas,ad illũ pertinebit confirmatio Episcopi, cui subest nullo medio, nisi forte priuilegio gaudeat, vt confirmetur.& consecretur ab alio,vt à papa, quamuis in aliis sit sub Metropolitano,vel primate ẜm Hu.& Arc.¶Sed 2 surgit hic quæstio.† Qualiter Metropolitanus debet procedere in cõfirmatione facienda.Respondetur si electus est ei notus sine inquisitione debet eũ confirmare statim, vt dicit glo.simplici verbo etiam in camera.ex.de app.qua frõte. Dũ tñ,vt dicit Arc.assit cõsensus sui capituli,vt no.61.di. Epm. Si ignot est,debet fieri exãiatio.postea debet cõfirmare,vel reprobare & põt reꝓbare solo verbo,sufficit.n.eis dicere,vt eligant mãgis idoneũ, vt di.28.priusquam. & di.39. Petrus. Sed quid si Metropolitanus, malignando dignũ reprobet. Respondetur,quod in tali casu agendum erit cum superiori vt.8.q.3.Artaldus.&.9 q.3. nunc vero. Sed in consecratione semper videtur, ꝙ examinatio debeat fieri, siue electus sit, notus,siue ignotus Arg.di.23.qui Episcopus.secundum Hu.

Quæstio.

1 *Authoritas specialis Papæ in consecratione Episcoporum nõ exigitur,nisi subsit ei nullo medio.*
2 *Consentire, an quis possit in aliquem pœnitus ignotum.*




ORdinationes. Sequitur ad idẽ hoc c. qđ est Anacleti papæ. Breue est,& planũ.Lege.¶[Authoritate Apostolica]generali huius decreti,& cõsimiliũ.Hu 1 †Specialis nanq: authoritas papæ in cõsecratione Episcoporũ non exigitur,nisi subsit ei nullo medio ẜm.Hu tassensum præbeant.]¶Sed hic surgit quæ- 2 stio,quæ etiam tangitur in gl. † quid si electũ oĩno nõ nouerint,nec auditu,nec visu, nec fama,qualiter possunt in eum consentire,& eius electionẽ approbare.¶Respondetur,ꝙ in talẽ pœnitus ignotũ nõ possunt consentire,sed ꝑ literas Metropolitani possunt instrui de vita,& qualitate, & moribus eius,& de approbatione electionis eius,& sic qualicũq; notitia habita,literis Metropolitani possunt in eũ cõsentire, vel hoc ipso intelliguntur consensum præbere, si literis exprimant se non contradicere,quod põt fieri de pœnitus ignoto secundum.Hu.Vel,vt dicit gl.quod qui indignum esse nõ nouit,dignum debet æstimare, & testimonium ferre. extra de scruti.in or.faci.ex parte.

Exponit literam.

Quæstio.

Respõdet.



COmprouĩciales Episcopi. Breue est.Et idem dicit quod supra[Iussu Archiepiscopi] sed quid si ecclesia Archiepiscopalis vacat.cuius authoritate tunc conueniẽt & facient consecrationẽ. Bene respõdetur in gl.Dicit autem hic Hu. ꝙ hoc.s.ꝙ omnes comprouinciales Episcopi vocentur,& assint,vel saltem tres, & reliqui literis assensum præbeant,iã cõiter non obseruatur generaliter. Raro.n.requiritur consensus oĩm. Raro vocantur nisi tres, imo, quasi in ius est in quibusdam locis tractum vt non nisi tres à metropolitano vocentur ad consecrationem Episcopi sed male fit secundum eundem Hu.&c.

Exponit literam.



EXtra conscientiam. Ad idẽ hoc ca. Inn. Papæ inducit. Et diuidit in duas partes. [In prima ꝑcipit,ꝙ sine authoritate Metropolitani eps nõ cõsecret. In ẜa, ꝙ vnus solus eps nõ ꝑsumat aliquẽ cõsecrare. 2.ibi. Nec vnꝰ. Lege.¶[Extra cõsciẽtiã].i authoritatẽ.Hu.[Metropolitani]ꝑsentis,vel saltẽ absentis etiã cõsẽtiẽtis. Hu. & Ar. [integrũ]q.d.bñ debet obseruari,ꝙ iudicatũ,& cõfirmatũ ẽ a plurib.à plurib. dico, qa aliter nõ eẽt cõsiliũ.Nã iudiciũ de

Diuisio.

Exponit literam.

ordinādo Episcopo, quod confirmatur sententiis plurimorū .f. Metropolitani, & aliorū est integrum i. quo ad talem solēnitatem, non diminutum. Hu. [Nec]. 2. pars [vnus solus fur tiuū]. i. contra ius præsumptum, & habes simile. de conse. di. 1. certum. An vero de necessitate huius sacramenti sit, quod a tribus Episcopis consecretur, postea deo duce, disputabimus circa c. porro. di. 66.

1 *Priuilegia Metropolitanorum, quæ sunt.*



Via. secūda pars distinctionis. In qua ostēdit, qđ Metropolitanus, debeat à suis, suffraganeis, & non ab alijs consecrari. Et diuiditur in tres partes. In prima parte narrat p̄sumptionem quorūdā Metropolitanorū qui Episcopos aliorum Metropolitanorū cōsecrare præsumāt. Secūdo prouidet statuendo, vt ꝙ antiqua consuetudo obseruetur. In tertia exhortatur Metropolitanos, & Episcopos p Sardiniam constitutos, ne contrarium fieri patiantur. 2. ibi. Charitatē vestrā. 3. ibi, Neq; igitur. Leg. ¶ [Quia] licet litera sit obscura, intellectus tamen est, ille qui dictus est. Lege sic. Quia non pendet quosdam per ambitiones illicitas iura, & priuilegia turbare & c. [Metropolitanis.] in cōsecrandis Episcopis [vel prouincialibus] in consecrandis Metropolitanis, in consecrandis Episcopis, vel prouincialibus. † Hęc enim sunt priuilegia Metropolitanorum a vt cōsecrent suos Metropolitanos, & prouincialium, vt consecrent suos Metropolitanos vt di. 65. c. 1. [tenere decidium]. i. diuidi à sede & communione Apostolica [velut]. i. etiam [impune] de facto [ram de catholicę] syncerirațis [iniuria]. i. de hoc, quod iniuriam faciunt catholicæ synceritati, quasi non teneant eā Et quia præter authoritatē huiusmodi præsumunt. Hu. [præiudicijs]. i. transgressoribus [paternarū]. i. de hoc, quod eas transgrediuntur, & eis faciunt preiudiciū illas omittendo, ꝙ non est faciendum. disti. 55. priscis in principio & scisma faciendo. Hu. & Ar. [Charitatem] 2. pars. [duximus] hic resume, quasi dicat, quia hoc est. [ideo duximus]. i. dignū, & vtile iudicamus instruēdā, vt vos. f. obseruetis, ea q̄ diximus. Ordo literæ verus. Vos fratres siue p Sardiniā, siue per cōti. & c. constituti, qui meministis vos esse sub Metropolitanis. Et ideo debetis honorem eis exhibere. [Vos omnes dico, decernentes in communione]. i. cōmunem, & non propriā vtilitatem considerantes, vel discernētes in commune. i. simul ad scrutinium faciendum cōuenientes, vt di. 75. c. 1. vt vos omnes, inquā vnanimiter studeatis antistites substitui. i. in loco defunctorum ordinari ab eisdem. f. Metropolitanis vestris, sicut vetus cōsuetudo deposcit, & vicissim modis omnibus censeatis [Metropolitanū] subaudi sacrari a prouincialibus Episcopis, sicut forma canonica transmisit ad posteros, & statui hoc hac conditione, si Metropolitanus qui præerat humanæ conditionis forte [discesserit de hac vitia]. i. mortuus fuerit. Humana. n. conditio sortita est per peccatū Adæ ad mortem ad Ro. 5. Per vnum hominem intrauit peccatum in omnes & per peccatum mores, vnde statutum est hominibus semel mori ad Hebræ 9. Ista est litera, & ordo, & verus intellectus eius ꝭm Hu. & Arc. [Neque] 3. pars [vendicare] f. vt cōsecret Episcopos, vestros vel Metropolitanū vestrū. Alia patent.

Diuisio.

Exponit literam.

a ¶ Metropolitanorū. Adde Pet. de ancha. in c. null', nu. 5. de iure patro.

1 *Episcopus non debet consecrari sine conscientia Metropolitani.*
2 *subscriptio præsentium, quare requiratur in electione.*



Piscopum. 3. pars dist. & idem per totum cum. c. 1. Episcopi. eo di. videlicet ꝙ Episcopus sine conscientia Metropolitani consecrari non deberet. Lege. ¶ [Episcopum oportet]. i. congruum, & opportunum est, non tamen est necessarium. Hu. [Constitui]. i. consecrari ab omni concilio omnium cōprouincialiū. [subscriptione] præsentium propriè, & subscriptiones absentiū impropriè. Sic. n. vocat epistolas, vel literas quibus absentes suum significāt assensum. ¶ Sed surgit quæstio † Ad quid exigitur subscriptio præsentium. Respondetur, quod ad cautelā f. ne quis scrupulus, vel retractio posset oriri, vel ne illi possent contradicere Ar. 8. q. 1. licet, secundum Hu.

Exponit literam.

Quæstio. Respōdet

2 Exponit literam.



Llud. Ad idem est hoc. c. Nicæni Concilii. Breuæ, & planissimū est. Et quod sepe est, repetitum. Lege ¶ [Illud clarum.]. i. manifestum. Hu. Præter conscientiam, vt. j. de proxi. c. 2. & 3. [Episcopum esse oportere.] quantum ad executiones Episcopalis officij, nisi dispensatiue agatur cū eo. Hu. & Arc. Vel ideo dicitur, quod repellendus venit ab Episcopatu, quia se ingessit. extra de elect. qualiter. Verum quod in hoc quod in hoc casu repelletur per solum papam, qui solus in hoc est suus Iudex. 3. q. 6. quamuis. dummodo confirmatio præcesserit extra de transla. Epi. inter corporalia. §. 1. Henricus Boyc.

¶ Distinctio Sextagesima quinta.




Omprouincialium. Hic, incipit. 65. distinctio, quæ sic continuatur ad præcedentem. Nam in superiori habitū est, quod Suffraganei debent interesse cōsecrationi Epi, vel saltē literis suis consentire, si forte cōtingeret, ꝙ aliquis vel aliqui eorū dissentirent, quid iuris in hac distinctione, ostendit docens, ꝙ in tali casu sententia plurimorū obtinet. Et hic est primus articulus huius distinctionis, quæ quatuor habet, vt tangit glo. & Hu. primus est, qui dictus est. f. quid iuris, si in ordinatione Episcopi aliqui Episcopi dissentiunt. Secundus est, ꝙ Metropolitanus non debet consecrare Episcopū præter scientiam primatis, si prouincia illa primatem habeat. Tertius est, quod Eps cōsecratus nō in præsentia. Metropolitani, debet eū visitare. j. trium mensium spatium. Quartus est, ꝙ si vnus solus Episcopus remaneat in prouincia, inuitare debet ipse Episcopos vicinæ prouinciæ, & cū eis consecrare cōprouinciales Episcopos, aut si negligit. aut contēnit ipsi etiam, eo contradicente, veniant, & consecrent ibi Episcopos. Secundū istos quatuor articulos distinctio ista diuiditur in quatuor partes. 2. ibi. In: §. si autem. 3. ibi. In: §. Qui vero. 4. ibi. In. §. His authoritatibus. Circa primū articulum dicit, quod cum omnes comprouinciales Episcopi ad ordinationem conuenerint, si contingat eos dissentire, obtinebit sententia plurimorū, nisi aliquid objiciatur in personā elect.

Cōtinuatio

Diuisio.

1 *Numerus non augetur, vel minuitur propter duos, aut tres.*
2 *Maior pars si contradicit, & duo, vel tres, vel quatuor bono zelo consentirent, quibus sit standum.*
3 *Metropolitanus, si consentiat, & omnes Comprouinciales dissentiant, quibus sit standum.*
Et quid econuerso. nu. 4.
5 *Contradictio, quod fiat animositate, & malo zelo, qualiter perpendi possit.*



Ane. Inducit magister c. hoc ex Nicęno cōcilio ad probādum, quod dictum est. Breue est, & planum. Lege. ¶ [Sane omnium fere]. i. maioris partis, alias cōtradicit sibi, quia postea excipit duos, vel tres, sed sæpe maior pars dicitur totum. Notat hic Arch. † quod p
1 pter duos, vel tres non augetur numerus, vel minuitur. Sic de conse. dist. 2. Reuera. Et ad idem extra de postu. Bonæ. Et de hoc etiam in proemio decretalium. Rex pacificus in glo [animositate] per hoc apparet eos malo zelo duci. [Sacerdotum]. i. Episcoporum [obtinebit] in examinatione, vel scrutinio, quod præcedit ordinationem, nisi illi pauci crimē objiciant electo, & probare vellent, tunc differenda est consecratio, quousq; de causa cognoscatur. Ar. di. 23. illud & extra de his, quæ fi. à ma. per ca cum in cunctis. Sed hic surgūt aliæ quæstiones. Prima † Quid si maior pars animositate contradiceret, & duo vel tres, vel quatuor bono zelo cōsentirēt. Videtur respondendum iuxta Hug. ꝙ isti præferentur, nisi timeatur scisma, vel scandalum. Ar. di. 23. c. 1. ¶ Secūda que-
3 stio † Quid si Metropolitanus consentiat, & omnes Comprouinciales dissentiant. Videtur respondendū iuxta Hu. & gl. ꝙ Metropolitanus pferet, nisi illi velint assignare cām dissensus, vel ille malo zelo moueretur. Ad eū. n. specialius spectat consecratio Suffraganei; vnde suffraganei nollet interesse cōsecrationi, tunc Metropolitanus pōt cōuocare Episcopos de alia prouincia, & consecrare Episcopū; ¶ Tertia quæstio,
4 † Quid si omnes comprouinciales consentiunt, & solus Metropolitanus contradicit. Ad hoc videtur, respondendum iuxta Hu. ꝙ recurrēdum est ad maiorem. f. Primatem, vel papā.
5 ¶ Surgit hic quæstio, † qualiter perpendi potest, quod animositate, & malo zelo contradicant. Respondetur, quod p hoc, si electus est bonæ opinionis, & honestæ conuersationis si nullus assignauit causam suæ contradictionis. Præterea etiam

Exponit literam.

Prima qo.

Secunda q.

Tertiū qō.

Quarta qō.

rea etiam ex hoc, si contradicentes non sint integræ famæ si quem habent consanguineum, quem ibi vellent instituere, E conuerso præsumitur de bono, si ipsi sint bonæ opinionē si sint magnæ religionis, si consentiant in idoneū, & nolint cōsentire in criminosum, vel alias minus idoneū ſm Hu.

1 *Præsens quis dicitur per nuntium, vel epistolam.*



NOn debet. Ad idem sequitur hoc ca. ꝙ ē ex cōcilio Martini, in quo licet multa dicta comprehendantur, omnia tñ sunt iā dicta in præcedentibus c. vt patet. Lege. ¶[Non debet præsentia] vel saltem authoritate, si impeditur eius præsentia aliqua necessitate Hu. vel præsentia corporis, vel animi. Nam animo dicitur quis adesse, vt. s. di. 64. ordinationes. Et qui consensum per literas exhibet, dicitur esse præsens, vt. j. e. c. Hu. & Archid. [Oportet.] hoc verbū necessitatem importat ad hoc facit quod no. s. di. prox. c. 1. Arc. [Metropolitanus] vel eo defuncto. c. suæ Ecclesiæ. Hug. de hoc not. s. di. proxi. c. 3. [plures] .i. aliqui ad minus tres. Hu. [præsentiā sui.] ꝑ epistolas faciant Ar. 1 quod quis est præsens per nuntiūa vel per epistolā. Ar. di. 94. Valde. [Nihil valere] quo ad executionem, quia irrita bitur talis ordinatio, nisi dispensatione tolleretur. [facta] .i. fieri proposita, & destinata. [Contradixerit] nihil obiiciendo, vel probare volendo. Hu. [plurimorum consensus] dicit hic Archid. ꝙ si proponatur hic aliquid contra eum & etiam probatum maiori parti videtur non eum tale crimen, quod eum à promotione repellit, in veritate stare debet Archiepiscopus maioris partis, sed si eam non sequatur, sed minorem, non tenebit sententia Archiepiscopi non enim requiritur consensus suffraganeorum, tanquam eorum, qui ius tribuant in Episcopatu sed tanquam consiliatorum secūdum Inno. qui ita notat. extra de temp. ord. Nec Episcopi dicit Vincen. In Metropolitano videtur, ꝙ qn̄ comprouinciales Episcopi discordant inter se debent sequi, vbi plures concordāt vt hic. &. j. c. 1. vel requiret alios de vicina. prouincia Et ita intelliguntur illa. c. 6. q. 4. c. 1. 2. Sed ibi solus Metropolitanus est Iudex licet consulat plures. 20. di. de quibus, quia & suo periculo pronuntiat non Comprouincialium vel aliorum consiliariorum. C. de pe. iudi. qui male iu. l. 2. secundum Vincen. qui ita notat extra de ele. in genesi. Archi.

a ¶Per nuntiū. Adde pulchre p. a de anc inc. cū parati, n. 2. de ap pe. præsens proprie ꝗs dicatur, vi de gl. in cle. dudum. de sepu. in verbo presentari. & ibi zaba.

Exponit literam.



EPiscopus. Ad idem est hoc. c. Cōcilii Antiocheni, & per omnia idē dicit, quod dictum est in præcedendi. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit, quod Episcopus non ordinetur sine consilio, & authoritate Metropolitani. In secunda subiungit pœnam contrafacientibus. 2. ibi. quod si aliter. Lege. ¶[Episcopus melius] non quantum ad sacramentū, sed quantum ad solemnitatem, quia cum maiori solemnitate ei tunc confertur illud sacramentum. [est melius] .i. solēnius. Hu. [siue per præsentiam] corpore, vel animo. [Quod si] 2. pars. [Nihil valere] sic. s. eo. proxi. s. quo ad executionem. Hug. [celebrari] d est celebrari in [proximi proponatur Hugu. [vel simultates] .i. odia latentia, quasi odio, & malo zelo hoc facientes, quod ꝑ præsumitur si nullā causam rōnabilem allegāt. Hu. [cōtēptis] .i. omissis [postpositis] nō auditis, [relictis] neminē. n. debemus contemnere simile. 11. q. 3. qui resistit. Ex his capitulis aperte colligitur, ꝙ aliud est, si quid eligatur, vel consecretur quibus renitentibus, & aliud, quibusdam in consultis cum possim consuli. Nam in primo casu rata erit ordinatio, vel electio. Nec ob. hoc est non dimittenda, nisi qui renitunt velint aliquid obiicere, & probare, vt in his capitulis continetur. In secundo casu dirimenda est etiam, si fuerit facta vno solo inconsulto, irritabitur, vt di. 63. obeuntibus.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Archiepiscopus, an debeat consulere primatem suum in confirmatione Episcoporum, sicut in consecratione, quod sic, nu. 1. c. seq.*

Si autem. §. est: in quo tractatur secundus articulus, & ita. 2. pars. dis. Et dicit hic Hu. ꝙ generaliter non obseruatur, quod hic dicitur, videlicet, quod si prouincia primatem habeat archiepiscopus sine eius conscien. Episcopum consecrare non debeat. Lege. ¶[Consecrare:] ex quo prouincia primatem habet, semper Archiepiscopus consulat primatem in consecratione Episcopi, vt dicit Arc. Hoc ad mittit, si hoc habeat de consuetudine, vel priuilegio speciali, alias non. Ar. 9. q. 3. conquestus extra de offi. or. duo

Exponit literam.

simul: & hoc ipse no. extra de tempo. ord. nec Episcopi. Sed cōtra ipsum est. j. ea. placet ibi dicam. Sed hic gl. mouet quæstionem. Quid si primas nolit consecrare. Dicit Hu. tunc cū superiori esse agendum. Ar. 8. quæstione tertia Artaldus. Et forte, vt dicit gl. in illo casu Archiepiscopus poterit consecrare extra de offi. ordi. significauit de foro compe. ex transmissa. ff de admini. l. tutores. §. hæres. Item surgit alia quæstio. 1 Vtrum Archiepiscopus debeat consulere primatem suum in confirmatione Episcoporum, sicut in consecratione. Respondet glo. sicut, & Hug. in ca. supra. quod non dicit autem glo. quia non reperio expressum. imo diffinitum est primates, vel Patriarchas nihil priuilegij habere præcæteris Episcopis, & c. in c. conquestus. 9. quæstione tertia. extra de offi. ord. duo. 10. quæstione tertia. quia cognouimus 16 q. 1. nulli Episcoporum. Et ista ratio fuit Lau. & Io. de Fan. ſm Arch.

Quæstio.

Quæstio.

2 *Episcopus clericum sibi à patrono præsentatum non potest repellere, nisi iustam causam reprobationis assignet.*



DE persona. Ad idē est hoc ca. Leonis Papæ, quod scribit Anastasio primati. Et continet, quod Metropolitanus absq; primatis assensu non debeat consecrare Episcopum. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, quod dictum est. In secūda, ꝙ non differat expeditionem, quia dispendiosa est gregibus absentia pastoris. 2. ibi. Quę rectis. Lege. ¶[De persona tua.] Loquitur primati. [bene placuit] .i. bene institutū est de ordinatione, vel electione Episcopi, vel alijs magnis negotiis in maiorib. & præsertim in his, quæ ꝑ Metropolitanum terminari non possunt. Consulendus est primas, vt sine eius consilio Metropolitano ea non diffiniat, vt dis. 18. de cōciliis [firmet] .i. approbet, non dicit, vt approbet electionē. 1 Potest. n. Metropolitanus, sicut dictum est in. §. superiori præter conscientiam primatis electionem Episcopi approbere, & confirmare, sed non debet eum consecrare sine sciētia eius vt hic dicitur ſm Hu. [Rectis dispensationibus] .i. his, quæ recte disposita sunt vel proposita. 35. q. 9. ca. 1. 2. & 2 3. Hu. & Arch. [nihil more] Ar. 2 quod Episcopus clericum, sibi à patrono repræsentatum non possit repellere, nisi iustā reprobationis causam assignet. Ar. 16. q. 7. Monasterium. & di. 24. nullus. Sed quid si primas moram offerat ordinationi. Episcopi nec causam velint assignare. Respondetur, quod agendum est cum superiori. Argu. 9 q. tertia nec nōn secundum Hug. [diu] .i. vltra tres menses, vt distinct. 63. obeuntibus & dist. 50. postquam Hu.

Diuisio


Exponit literam.



PLacet. Ad idem subiungitur hoc c. ex Concilio. 3. Carthaginē. Et diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ incōsulto primate Episcopus non consecretur, In. 2. prouidet, quod ibi occurrit necessitas. Tres Episcopi in quocunq; loco sint cū primatis præcepto poterunt consecrare Episcopum. 2. ibi, si autem. Lege. ¶[Placet] alias placuit. Arch. [primate] Dicit hic Hu. ꝙ in his capitulis, quod dicitur de primate generaliter obtinet, vel obtinere debet si illa prouincia Primatem habet Dicit etiam, ꝙ si hoc. c. intelligatur de prouincia, vbi est primas, & non Metropolitanus, planum est. Et huic sententiæ quidam volentes inhærere dicunt, quod hoc c. in tantum loquitur in subditis primatis. Alii vero dicunt, & forte bene, quod etiam consecratio aliorum non tenet facta sine Primate, quia cum hoc sit magnum factum, & quod totam prouinciam tangit, & ipse sit caput prouinciæ, sine Primate ad executionem non recipit consecratus. Et sic videtur loqui hoc c. secūdum Innoc. qui ita notat extra de temp. ordi. nec Episcopi. Vnde dic secūdum Lau. quod hoc. c. intelligitur, sicut præcedens. Nā si intelligitur de Episcopis, qui subsunt primati nullo medio, secundum hoc modica, vel nulla esset authoritas primatis secundum Lau. & Hu. [in quocunque loco.] Nam ibi debet cōsecrari, vbi voluerit Metropolitanus, vt di. 51. qui in aliquo Hu. [Si autem] .2. pars Necessitas.] consecrandi Episcopum, vel quia non possunt plures conuenire Hugo. vel quia Archiepiscopus non sit in prouincia vt dicit gloss.

Diuisio

Exponit literam.



MOs antiquus. Ad idem subiungitur hoc c. ex Niceno Concilio, vbi ponitur quod Alexādrino, & cæteris Patriarchis seruentur sua iura, qui similem habent potestatē cum Romano pontifice, quo ad obedientiam, & subiectionem Episco-

nem [Episcoporum suorum patriarchatuum sub eis. Lege.
Exponit literam. ¶ [Mos antiquus perduret.] Ad idem subiungitur hoc cap. ex Nicæno concilio vt.s. [perduret.] Ar. pro consuetudine
Opponit seruanda. [horũ omnium] contra. 9. q. 2. Episcopi vbi habe-
Respõdet tur, ꝙ tantum gubernat ea, quæ sunt in Aegypto. Solutio. referendum est hoc, & illud ad diuersa tempora. Nam hoc ca. est Niceni concilij. In quo tempore Alexandrinus patriarcha omnium istorũ habuit potestatem præcessit Conciliũ Constantinopolitanum, cuius est illud c. Episcopi. In quo tẽpore fuit libya, & pentapolis. s. regio, á quinque ciuitatibus, quas habet sic dicta, fuerunt ei subtractæ. Hu. & Arch. [quoniã ꝙ & Romano Episcopo parilis] Sed hoc vr̃ falsum. Nã Romanus põtifex supremus est, & maximus oĩum Patriarcharũ. Respondetur primo iuxta gl. [parilis]. i. similis, quia scilicet, si similis, & oẽs obediunt papæ sicut omnes in illis prouincijs obediunt in illa prouincia Alexandrina. Parilitas autem ista intelligenda est, quo ad quædam. s. in quadam subiectione, & obedientia, & prælatione & iurisdictione, & nõ quo ad omnes, qm̃ omnes subijciũtur Romano Episcopo. Cunctis. n. ecclesijs præest Romana Ecclesia s. di. 63. quanto & di. 21. quamuis. & 24. q. 1. quoties & 9. q. 3. cuncta. & 3. q. 6. quamuis. Nec credo verum esse dicit hic Hu. quod dixerũt quidam Alexandrinam Ecclesiam posse deponere Episcopos inconsulta Romana Ecclesia. nisi in hoc gaudeat speciali priuilegio. Vel secundo respondetur, vt dicit Hu. & Arch: & videtur melius, & planius, vt exponatur Romano Episcopo. i. Constantinopolitano. Nam & Constantinopolis dicta est Romana, vt. 24. q. 2. sane. Sed hæc expositio non videtur, nobis nec planior nec melior, quoniam tempore Concilij Nicæni (vnde accipitur hoc) Constantinopolitana Ecclesia multo minor erat Alexandrina. Nam Alexandrina erat prima post Romanam Ecclesiam, vt in c. renouantes. 22. distin. seruetur ab Episcopis, vel Metropolitanis. Ar. distinctio. 98. ecce. [Ecclesiæ] patriarchalis, vel generaliter cuilibet Ecclesiæ ar. 9. q. 3. conquestus.


1 *Hierusalem multipliciter fuit vocata.*



QVoniam mos. Ad idẽ sequitur hoc, c. ex eodem concilio
Exponit literam. vbi conclusio est, ꝙ ita seruetur honor primatis, siue patriarchæ, quod non minuatur honor Metropolitani. Breue est. Lege. ¶ [Quoniam Helia]. i. Hierusalem aliquando enim ciuitas Hierusalem Helia vocata est. † Pro quo nota iuxta Isidorum li. Etym. quod Hierusalem multipliciter fuit vocata. Fuit. n. dicta Salem. Gen. 14. vbi dicitur. Rex Melchisedech. Salem. i. Hierusalẽ. Dicit. n. Hieronymus super hoc. Salẽ postea dicta est Hierusalem, & hoc ex interpretatione patet, vt enim dicit Apostolus ad Hebræor. 7. Rex Salem est Rex pacis. i. Hierusalem, quæ visio pacis dicitur, dicta est etiam Iebus, quia post Melchisedech Iebusæi eam possederunt Iosuæ. 15. Iebusæum habitatorem Hierusalem, ibi. n. habitabat Iebusæus, vnde dicta est Iebus. Iudicum. 19. Venit contra Iebus, quæ altero nomine Hierusalẽ vocabatur. Ex his duobus nominibus. s. Iebus, & salem compositum est nomen. Hierusalem. Dicta etiam Solyma à Solomone, qui in ea ædificauit templum Domini. 3. Reg. 6. Dicta est post Helia, ab Helio Adriano quæstore Romano, qui situm ciuitatis mutauit, vt dicit Hu. [Episcopo.] qui & patriarcha est. [Consequẽter]. i. decætero. q. sicut olim, ita nunc, & deinceps [ciuitatis] quæ est sub eo, tanquam sub patriarcha suo [manente] vt nõ minuatur ab eo electio enim episcoporum ad suum Metropolitanum est referenda, sed consecratio nec debet fieri sine notitia primatis, nec ergo in hoc, nec in alio debet primas vsurpare aliquid de iure sui Metropolitani, vt. nona. q. tertia conquestus.

Qui vero. §. est, & est tertius articulus, & ita. 3. pars distinctionis, vbi habet, ꝙ Episcopus cõsecratus de Metropolitani licentia, & eo absente, tamen infra tres mẽses se debet conspectui Metropolitani psentare.


1 *Præsentatio, quare fiat.*



SI quis. Inducit ad probandum, quod dictũ est hoc c. ex Taroconen. concilio. Et diui
Diuisio. ditur in tres partes. In prima statuit, quod dictum est, assignando causam institutionis. In secundo adimplere statutum hoc negligentes iubet corrigi. In tertia prouidet impedimento. 2. ibi. Quod si forte. 3. ibi, Et si forte Lege. ¶ [Si quis] in Metropolitana ciuitate non fuerit Episcopus [ordinatus]. i. consecratus, sed alibi aliqua de causa, Exponit literam. vbi. n. Metropolitanus vult, & eligit, ibi consecrari debet vt d. 51. qui in aliquo & est sensus, si fuerit cõsecratus de cõsensu. Metropolitani in absentia sua. Hu. [impletis duob. aspectibus Metropolitani vel c. Metropolitanæ Ecclesiæ, vacare eã cõtingat pastore. Hug. ¶ Si quæritur quare fit ista psentatio. Quæstio.
Respondetur, ꝙ fit ad cautelam, & honorem maioris, & ad recognitionem subiectionis. s. quod sit ei subiectus, vel qđ faciat ei sacramentum fidelitatis. secundum Hu. & Arch. [vt ab illo monitus] vt. s. perfectius de diuinis officiis à Metropolitano instruatur. Deutero. 32. Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi. [Quod si forte]. 2. pars. [infirmitate] vel alio iusto impedimento. Hu. Quæ autem sunt impedimenta iusta, nota. s. di. 18. peruenit. vt in glo. & Arc. [literis] quoties enim, quod debet quis adimplere non potest, per legatum, vel literas debet se excusare vt. 5. quæstione tertia c. 1. & dis. 18. Episcopus & c. placuit.

His authoritatibus. §. est, & est. 4. articulus, & ita. 4. pars huius dist. vbi magister Gratianus mouet incidentem quæstionem dicens. Supradictũ est, ꝙ Episcopi à comprouincialibus Episcopis debeant ordinari. Quid ergo erit, si contingat, quod in prouincia illa non sit, nisi vnus Episcopus, cæteris alijs defunctis, quæ quæstio ratis competenter soluitur in sequenti capitulo.

1 *Ius vniuersitatis, an maneat in vno, quod sic. num.* 3.
2 *Vniuersitas nullo modo potest stare in vno.*
4 *Clericus solus superstes omnibus illius ecclesiæ mortuis, potest eligere.*
5 *Ecclesia vacante, clerici possunt alios Episcopos inuitare ad ordinationes faciendas.*
6 *Clerici, si nolunt eligere prælatum, maior eis inuitus dabit Episcopum.*



SI forte. hoc c. est Sardicen. Cõcilii, in quo respondetur ad prædictam quæstionem. Et diuiditur in duas partes. In prima Diuisio.
statuit, quod si immineat alicuius Episcopi cõsecratio facienda, & vnus solus Episcopus sit in prouincia, Episcopus ille non consecrabit, solus sed conuocabit Episcopos conuicinæ prouinciæ ad cõsecrationem faciendam. In secunda prouidet, si in hac parte Episcopus ille fuerit negligens. 2. ibi. Quod si forte. Quia semper ad hoc c. consueuit induci: ꝙ vniuersitas stet in vno. ¶ Pro pleniori intelligentia huius quæritur. ¶ † Vtrum ius
Quæstio. Primũ ar. vniuersitatis maneat in vno. & videtur, quod non ex hoc capitulo vbi habetur, quod vnus Episcopus non potest
Secunda q. Episcopum consecrare, quod vniuersitas Episcoporum prouinciæ potuit. ¶ Secundo sic. Vniuersitas perit, cum redigitur ad vnum, sicut grex definit esse, si tantũ vnum animal remanserit de grege. ff. de le. 1. gregesi. Ergo sequitur, quod nec
Tertiũ ar. vniuersitas, nec eius ius stare põt in vno. ¶ Tertio sic. Si ius vniuersitatis stare posset in vno, sequitur, quod cum omnes de capitulo delinquerent in eligendo, præter vnum, quod ille solus potest eligere, quod tamen videtur falsum, quoniã hoc ius vniuersitatis in vno non stat, quia cum. ff. de ver. sig. Neratius duo, vel tres faciant collegium, ad quod spectat eligere prælatum. extra de elec. capitul. 1. Collegium autem in
Opponit contrariũ. vno esse non potest pro quo facit ca. Bonæ. 2. extra de elect. ¶ In oppositum videtur hoc c. vbi in casu, quo solus remaneat in prouincia, potest authoritate synodi prouincialis in eo existente, solus conuocare Episcopos vicinæ prouinciæ, & cum eis ordinare Episcopum. ¶ Respondeo dicendũ, ꝙ
Respõdet. aliud est quærere, vtrum vniuersitas stet in vno. & aliud vtrũ ius vniuersitatis põt remanere in vno, vnde ponitur ista cõ-
1 clusio prima. † Vniuersitas nullo modo potest stare in vno: Ista conclusio patet primo ex argumento secundo facto, vbi inductum est, quod vniuersitas perit, cum redigitur ad vnũ. Consequentia patet, quoniam nihil dicitur manere, aut saluari in eo, ad quod reductum dicitur. Secundo sic. Omne illud
Prima cõclusio. quod in sua ratione formali includit multitudinem, est impossibile saluari in vno solo. Patet, cum sint opposita. Sed vniuersitas, cum sit nomen collectiuum, in sua ratione formali includit multitudinem, ergo impossibile est eam in vno solo saluari indiuiduo. ¶ Secunda conclusio † Ius vniuersitatis
Secunda cõclusio. bene potest stare, & saluari in vno. Ista cõclusio patet primo. ff. quod

ff. quod cuiusque vniuer. sicut municipii in fine, & extra de elec. bonæ memoriæ. 2. Itẽ dicit Hu. hic super ver. conuocet dicit sic. Hoc põt authoritate, qua & synodus prouincialis, quia totũ ius prouincialis vniuersitatis residit in eius psona.
4 Et est ar. † ꝙ vnus solus clericus, sup stes oĩbus aliis Ecclesiæ mortuis potest eligere. Similiter vnus consul põt regere ciuitatem aliis defunctis, quia in tali casu vniuersitas manet in vno. Ar. in hoc ca. si forte & in. l. prædicta. ff. ꝙ cuiuscunque vniuersi. l. sicut. §. vlt. Hæc Hu. huius opinionis est. Ber. super c. gratum. extra de postu. & super. c. Bonæ memoriæ. de
Ad primũ argu. Elec. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum. Ad primã respondetur, vt respondet Bernardus in præfato c. gratum. ꝙ c. hoc. Si forte, non contradicit, quia ipse solus non põt consecrare aliquem, imo ad minus debent esse tres, & est de substantia consecrationis, ita quod alias non esset cõsecratus, di. 66. Porro vbi forma consecrationis traditur. sed ad illa, quæ solus potest facere non vocabit alios. hæc ille. Postea etiam dici potest, & breuius, ꝙ conclusio illa intelligenda est in his
Ad secũdũ quæ sunt ordinis cuiusmodi est consecratio. ¶ Ad secũdam respondetur. ꝙ ratio illa facit pro prima conclusione, & ita conceditur. Sed, si refertur ad secundã conclusionem, negatur consequentia. Licet. n. formaliter nomẽ vniuersitatis nõ
Ad tertium possit in vno solo stare, ius, tamen eius bene põt stare. ¶ Ad tertiam respondetur, negando quod in illo casu vnus nõ possit eligere, imo dicimus, quod in illo ius eligendi potest stare in vno. nec contradicit c. Bonæ, quod inducitur. de elect. vt ostendit Bernardus in glo. qm̃ irritata non est electio illa. 2. quia facta fuit ab vno, sed quia cũ prima electio non esset
Archid. ipso iure, non debuit procedi ad secũdam, prima non cassata, quod si fecisset, debebat postea solus eligere propter culpam illorum, & valuisset. Verũ, vt dicit Archid. hic, quod dicebat Vincen. ꝙ tale ius vniuersitatis non põt cadere in vno, licet posset cadere in duobus, vnde, si omnes Canonici mortui essent præter vnũ extincta esset vniuersitas, vt patet in hoc
Exponit literam c. si forte. & bene extra de elec. Sed dicendum est, vt. s. quia istius sentẽtiæ sunt, quasi omnes doctores loquentes De hac
Quæstio. materia ista sufficiant pro præsenti. Lege text. ¶ [Si forte. Conuocet] authoritate eadẽ, qua & synodus prouincialis,
Respõdet. quia totũ ius vniuersitatis residit in persona eius. ¶ Sed surgit hic quæstio. Iste Episcopus, quomodocunq; sit siue in eo sit ius vniuersitatis, siue non, nõ habet iurisdictionem super Episcopos alterius prouinciæ, ergo ad eius vocationẽ non tenentur venire. Respondetur ꝟm Hu. ꝙ licet non teneãtur ratione iurisdictionis, tenentur tamen ratione officij, & pietatis, quam proximis, & sibi inuicem debent exhibere, & ratione Apostolicæ institutionis, quia institutum est, vt alter
Quæstio. Respõdet alteri subueniat, nisi ergo ad eius vocationem venirent peccabunt Ar. 11. q. 1. sicut. n. & dis 90. præcipimus. ¶ Surgit alia quæstio. Quid si noluerint venire alii Episcopi vocati. ¶ Respondetur, ꝙ cogendi sunt superiorẽ. Et videtur hoc c. esse intelligẽdũ, qñ prouinciales non habent Metropolitanum, quia si habent, illius autoritate essent vocandi. Ar. 9. q. 2. nullũ ꝟm Hu. Debet ergo superstes Episcopus cũ capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ eos cõuocare, quia capitulum obtinet vicem Metropolitani, Et licet ipse non posset eos corrigere. Ipsi tñ tenentur venire, vt dicit Hug. sicut iste diues tenetur isti pauperi panẽ dare, iste tñ non põt illũ cogere ad hoc. ¶ [Quod si facere]. 2. pars [Neglexerint] regulare est, ꝙ si minor negligit facere, quod debet. ꝑ maiorem supplendũ est, & e conuerso. Ar. 9. q. 3. cum simus. & di. 89. nolumus. 8. q. 3.
5 Artaldus. [Conueniant]. i. adeant. Ar. † ꝙ vacante ecclesia clerici possunt alios Episcopos inuitare ad ordinationes faciendas, vt. 7. q. 1. pontifices. Hu. & gl. [populi.] Hic appellatione populi continentur, & clerici. Conueniant.] Sed surgit hic
Quæstio. Respõdet. quæstio. Quorũ sumptibus. Cũ nemo cogatur militare stipendiis suis. Respõdetur ꝟm Hu. ꝙ suis sumptibus. s. suæ Ecclesiæ debent isti Episcopi hoc facere. Nam stipendium de sua Ecclesia est vnicuique assignatum tam ad hoc, quam ad alia officia, ad quæ tenetur. Si tamen ad hoc propria Ecclesia non sufficit. Credo, quod ab Ecclesia, cui prælatum debent ordinare, licite possunt petere sumptus Ar. 10. q. 3. cauẽdum. & 12. q. 2. charitatem. [Ordinet Episcopum] etiam eo inui-
6 to, & est Arg. † quod si clerici volunt eligere prælatum, maior eis inuitis dabit Episcopum. Idem intelligendum est de Economo, Archipresbytero, Archidiacono, Socio, clerico. Hug. & Arch.

¶ Distinctio Sexagesima Sexta.


Rchiepiscopus hic incipit distin. 66. In qua magister Gratianus repetẽs pro parte, quæ dicta sunt in duabus disti. proximis, tractat principaliter, à quibus debet Metropolitanus consecrari, quia ab omnibus suffraganeis suis, & à quibus Episcopis. Et secundum hoc hæc distinctio diuiditur in duas partes. 2. ibi. In. §. de Episcopis. Diuisio

1 *Monasterium, si habet plura monasteria sub se, inferiores Abbates debent interesse electioni maioris.*


Rchiepiscopus. hic inducit hoc c. quod est Aniti, Papæ, pro prima parte. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit, quid obseruandum sit in ordinatione Archiepiscopi. In secunda irritat contra factum. 2. ibi, Sin autem. Lege. ¶ [Ab omnibus] s. vt omnes corporaliter veniant, vel per literas assensum præbeant. Oẽs. n. intelliguntur adesse, & esse præsentes, qui per literas assensum præbent. Si ergo corporaliter tres venient, & cæteri assensum per literas præbeant, oẽs intelliguntur adesse, & ab oĩbus dicitur tũc ordinari. Ar. s. dist. 64. ordinationes. & di. 65. non debet. In hoc tamen credo esse differentiam inter Episcopum, & Archiepiscopũ ordinandum: quod in ordinatione Episcopi. & si non magna instet necessitas, aliqui episcopi possunt abesse, dũmodo assensum prębeant per literas, sed in ordinatione Archiepiscopi nõ debet etiã vnus abesse, nisi euidentissima necessitas vrgeat. Ratio diuersitatis est ꝟm Hug. quia Archiepiscopus debet oĩbus præesse, & non Episcopus, & ideo potius requiruntur ibi, quam hic. [ordinent]. i. eius ordinationi intersint corporaliter, vel spiritualiter ab oĩbus. Quod. n. oẽs tangit, ab om-
1 nibus debet approbari. Ar. 8. q. 2. c. 1. & di. 61. nullus. ar. † ꝙ si aliquod Monasteriũ habeat plura monasteria sub se, inferiores Abbates debent interesse electioni maioris, & ꝙ requirẽdus est consensus eorũ ꝟm Hu. idem sentiunt Lau. & Io. de Fan. [sin autem] 2. pars [irrita] quo ad officii executionem. Episcopus tñ erit, licet nõ ab omnibus consecretur, sed repelleẽ ab officio Episcopali, nisi dispensetur cum eo, quia ꝑmisit se sic ordinari. Et hoc est in odium ordinantium, & in ignominiam. Ar. 7. di. c. 1. & 21. q. 2. c. 1. secundum Hu. Diuisio Exponit literam. Laurenti. Io. de Fan.

De Episcopis. §. est, & est. 2. pars huius distin. In qua dicitur, quod Episcopus debet consecrari, saltem à tribus Episcopis.

3 *Numerus ternarius Episcoporum non est de substantia consecrationis Episcopi.*

4 *Papa aut vniuersalis Ecclesia non possunt mutare formam sacramentorum.*

5 *Iacobus Alphæi, quare dicebatur frater domini.*


Orro. Inducit hoc c. ad probandum, quod dictum est. & est Anacleti papæ, & martyris. Et diuiditur in duas partes. In. 1. narrat practicam Apostolorũ q̃ obseruarunt in ordinatione Beati Iacobi fratris Domini Archiepiscopi Hierosolymitani. In 2. elicit formam, siue ritũ obseruandum à posteris. 2. ibi. Successoribus, pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur duo. Diuisio.

1 ¶ Primo, vtrum Beatus Iacobus Alphæi Hierosolymitanus Archiepiscopus fuit à beato Petro, & Iacobo, & Ioanne Apostolis vere ordinatus.

2 ¶ Secundum est, vtrum de substantia cõsecrationis Episcopi sit, quod a tribus consecretur Episcopis.

1 Ad primum. Sic ꝑceditur. † Et videtur, ꝙ Iacobus dictus Alphæus non sit vere ordinatus à Petro, & c. Primo sic authoritate glo. & Hu. Authoritate. ¶ Secũdo arguit, prius Iacobus erat Apostolus simul cum aliis Apostolis, ergo hic non fuit vere ordinatus Consequentia patet, quia non est dicendum, quod fuit ordinatus quia hoc non licet, vt. j. di. 68. c. 1. & de conse. di. 4. non licet. Antecedẽs probatur ex illo Anacleti. in c. in nouo. di. 21. vbi dicitur, ꝙ Petro prius datus est pontificatus, & postea dicitur, ꝙ alij Apostoli pari honore cũ eo prædici sunt, fuit ergo Iacobus Episcopus. ¶ Tertio sic. In eodem c. dicitur, ꝙ Episcopi sunt successores Apostolorum, ergo Apostoli fuerunt epi- Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar.

39 ministratione,qui honorarii dicebantur,vt 3.q.7.§.tria.†Si vero quæratur Ad quid valet talis intitulatio . Respondet. vt legat,& cantet in ecclesia tanquam proprius clericus,& succedat primo morienti.[irrita]quo ad executionem.Hu. & Arch.[Et in qua]2.pars[intitulari]exponitur. i. clericari vel canonicari secundum Hu.21.q.1.in prin.& idem Bern. de ele.dudum 2.in gl.Arc.[perpetuo].i.dum diuidit gl.[perseueret]nisi vocetur,& eligatur ad aliam ecclesiam,tunc.n. autoritate maioris potest transire,vt 7.q.1.duæ.Vnde intelligitur,vt perseueret,quo ad se.i.sua autoritate non concedat,nisi trāseat ad vitam strictiorem . Et est ar. ꝙ nullus ad tempus debet institui in aliqua ecclesia Ar.21.q.2.præcipimus Hu.[omnino autem]Tertia pars[in duabus intitulari, non licet]vnde qui titulum habet in vna ecclesia , si recipit secundum ecclesiam,vel præbendam pro titulo,perdit primam.extra de cōces.præben.literas.Et idem nota extra de cleri.non resi.ex parte in gl.1.Et hanc sententiam sequitur Goff.in dicta decretali literas.Vbi dicit intelligo vacare primam præbendam,vbi secunda accipitur,vt titulus,non, vt stipendum , vel simplex beneficium,& idem notat extra de rescrip.in nostra.Et tunc vt dicit hic Io.An.est canonicus secundæ præbēdæ,nec cū canonicis eligere pōt. Verum de hoc plenius notatur 21.q.1.c.1.Sed secus,si dispēsatio interuenisset ſm T.Io.& Ber.qui ita notant extra de præbē.quia in tm̄ gl.1.quæ fuit gl.Io.ſm Arc.[Episcopi.]Ar.[ꝙ non est idem in aliis inferioribus Prælatis,quia eis hoc non est permissum.Et idem sentit Gul.in specu.de offic.lega.§.videndum restat ver.quid si collatio.Et ad hoc facit, quod notat Inno.de eo,qui fur.or.rece.c.2. secundum Arc. [Dispositione].i.priuilegio Hu.[diuersis ecclesiis]eiusdem episcopatus Hu.Nam diuersorum episcopatuum diuersis ecclesijs non debet quis preesse,vt 22.qu.1.Clericus.[Canonicus tamen

40 præbādarius]†Præbendarius quippe potest esse quis in diuersis ecclesijs,sed clericus,vel canonicus pbendarius non pōt esse,nisi in vna.Quare autem quis possit esse Prælatus plurium ecclesiarum,& nō clericus subditus præbendaria possit esse in pluribus ecclesijs,inuenies disputatum infra, 21.q.1.§.1.Ex illo ergo loco facilius locus iste intelligitur Hu.[ecclesiæ]dicit Magister,quod duas ecclesias intitulata potest quis habere ex dispensatione episcopi Argu.de consecrat.distinction.1.omnes.Et hoc eadem diocœsi.Et hoc etiam habere,vel de iure,si tenues sunt extra de æta. & qualita.eam te.Sed duas præben.a non potest habere in duabus ecclesijs episcopalibus,quia de talibus loquitur hic & vigesimo primo:quæ.1.clericus . Sed ex dispensatione Archiepiscopi bene & episcopi in eadē diocœsi. Et in hoc casu talis licite retinebit , sicut ex dispensatione Ar.distincti.65.mos ver.non dicit,quòd duas ecclesias intitulatas habere potest quis ex

Vlrichus. — Quæstio. — Respondet. — Exponit literam. — Quæstio. — Respōdet. — Quæstio — Respōdet. — Io. And.

a ¶ Præbendas,pbēda qd sit vide car. zabarel.de pbē & di n.1.& quod sit spūale idē in c.dilec. n.4.e.tit.& pōt assigari nō canonico pe de An.in c.qa nō n 4. de mag.

quis ex dispẽsatione epi, sed canonicus præbẽdarius esse nõ pôt, siue in eodem episcopatu, siue in diuersis, nisi ex dispẽsatione papæ. Et ratio diuersitatis est, quia præbenda exigit residentiam extra de cle. non resi. quasi per totum. Et quod hic dr̃ secũdum Pe. Hispanum statutum fuit propter dignitatem ecclesiarum conuentualium, sm̃ Arc. & Io. de Fant. [Si quæ tamen] 4. pars [sustẽtare non possunt.] Sed qualiter æstimab tur, vtrum sufficiant. Respondetur secundum Hu. ꝙ ex qualitate ipsorũ clericorũ, & ex rebus ipsius ecclesiæ: Et si habuerint 10. mancipia, vel saltem arbitrio boni viri [præposito.] alibi habetur, ꝙ cura capellarum spectat ad Arch. extra ciuitatem, vel ad primicerium, in ciuitate, vt d. 25. c. 1. dicendum, ꝙ diuersarum ecclesiarum diuersa est consuetudo, & in diuersis ecclesijs diuersa habẽt officia hæ personæ. Quod. n. officium hic exercet Arch. vel Archipresbyter, idem exercet alibi præpositus, vel decanus. Et, ꝙ hic vocatur sic, alibi vocatur aliter Hu. [prouideat] sic tamen, ꝙ referat totum hoc negotium ad episcopum, & sm̃ eius concilium disponat de eis, vel vnam iungendo, alij, vel de rebus aliarum ecclesiarum, vel de proprijs dando eis, vel quocunque alio modo, vt 10. q. 3. vnio. & 2. q. 2. bonæ rei. Et sic ex mandato episcopi debet facere talia alias, contradicit 16. q. 7. nullus omnino. Secundum Hu. & Arc. & Io. de Fan. [vnde in eodem] quinta pars. [nouem] §. in antiquis nouem, de cõ disti. 1. inuenimus, ibi vide quid diximus super hoc.

¶ Distinctio Septuagesima prima.



DE clericis. Hic incipit d. 71. in qua Magister ostẽdit, ꝙ clericus vnius episcopi nõ est ab alio episcopo ordinandus, vel suscipiendus, vel aliqua ecclesia instituendus sine consensu, vel literis proprijs, episcopi, quod si factum fuerit, irritabitur, nisi clericus causa hostilitatis exulet à propria patria.



Diuisio. ILlud. Inducit ad hoc Magister sequen. capitula, hoc autem primum c. ꝙ fuit in c. Sardicẽ. factum, diuidit in partes tres. In 1. statuitur, ꝙ cleric ab episcopo alterius ciuitatis non ordinẽtur sine licẽtia proprij episcopi. In secunda assignat huius prohibitionis causam. In tertia irritat ordinationem factam aliter

Exponit literam. Secunda ibi. Quia ex his. Tertia ibi. Osius. Lege. ¶ [Illud ecclesiasticum.] i. ecclesiastico ordini, vel officio mãcipiatum. [quia] 2. pars [Ex his]. Ecce causa prohibitionis est expressa in ipsa prohibitione. Non tamen tali causa cessante, cessabit hæc prohitio Ar. 32. q. 1. dixit d. 61. §. his Hug. [Osius]. 3. pars. [irrita] quo ad executionẽ, & 7. q. 1. Episcopus. Et hoc nisi dispensatio adhibeatur, vt 9. q. 2. Lugdun. Vel nisi consensus proprij episcopi postea sequatur, vt distinctione. 65. Salonitanæ. Hug.

1 *Clericus alterius episcopi sine eius voluntate sibi ex toto auferri non potest.*



Exponit literam. DE aliena. Ad idem sequitur hoc c. ꝙ est papæ Innocẽcij breue est. Le. ¶ [Exoratus.] Sed nunquid sufficeret, si dissimularet, vt faceret, canonicum, sed non, vt prælatum Arch. no. hic, vt dicit Inno. ꝙ omnia capitula huius d. & sequentis loquuntur quando clericus in iurisdictione secundi episcopi ex toto eximeretur à primo, puta, quia habebat tale beneficium à primo episcopo, quod vel de iure, vel de consuetudine cũ alio officio possidere non poterat. Et idem est. si beneficiũ, quod secundo ei datur, eo modo tale sit: quod cum primo possidere non posset. Nam hæc fuit intentio omnium istorum

1 canonum, †ꝙ clericus alterius episcopi sine eius voluntate sibi ex toto auferri non possit. Sed si secundus episcopus det ei præbendam in sua iurisdictione, cum ei hoc liceat, non tollendo eum à primo, vt ipse notat extra de temp. or. cum in distribuendis, & de præben. cum iam per consequens ex quo dat ei præbendam, illum poterit ordinare, licet curiali⁹ sit non ordinare sine licentia primi. Et hoc ita totum ipse notat. extra de cle. pereg. c. 1. vt testatur Arc. [Cõcedere voluerit] quia non cogitur, vt d. 63. literas.

Si quis eusus. Ad idem est hoc c. quod est idem cum 1. Planum est.

1 *Clerici migrantes ad alias ecclesias, an fiant illarum clerici,*



CLericos Ad idem subigiũtur c. hoc ex Concilio Calcedonen. Et diuiditur in tres partes, In 1. statuit, ꝙ clericus vnius Ecclesiæ in alia non ordinetur. In 2. excipit vnum casum. l. nisi aliqua necessitate coactus sit propriã relinquere ciuitatem. In 3. ponit statuti huius transgressores. Secũda ibi: Exceptis. Tertia ibi: Si vero Lege. ¶ [Clericos ordinari] sine consensu ꝓprij episcopi Hug [Sed quiescant] nisi ad alias ecclesias autoritate maiores transeant, quod licet 7. quæsti. 1. mutationes & c. Episcopus de loco. Vel, si eligerentur ad alias ecclesias, & in casu, quo episcopus nollet cõtradicere electus cõpelleretur per superiorem. vt not. 16. d. §. sed aliud & d. 63. c. literas Arc. [Exceptis.] secunda pars. [Necessitate]. s. propter hostilitatem, & ita vrgẽte necessitate fit quod alias nõ fieret extra de regu. iur. quod non est. & de consuetu. quanto 74. d. Episcoporum Archidi. Quid si ꝑ famem cogerentur exire, vel propter corruptionem aeris, vel ꝑpter hmõi? Credo idem debere esse. Ar. d. 74. quorũdam. ¶ Sed hic surgit q. † Vtrum isti sint facti clerici illarum ecclesiarum, ad quas migrarũt. Respondetur, ꝙ sic, si ibi instituti sunt, & in titulati, possunt. n. habere intitulatas, sed talis institutio semper debet esse cum conditione, vel ad tempus. s. quousque ecclesia sua liberaretur ab hostibus 7. q. 1. pastoralis. Et est specialis casus. vbi institutio in ecclesia videtur esse ad tempus, quod tamen regulariter non debet fieri, vt in præcedendi. c. sanctorum sm̃ Hu. & Arc [Si vero] Tertia pars. [Susceperit] sine eius consensu Hu. [excommunicatos] a communio sacramẽtorum, vel etiam fideliũ si admoniti noluerunt satisfacere. Hu. sed alibi alia pœna imponit videlicet, ꝙ debet deponi. Alibi, ꝙ clericus ad tempus debeat suspendi, vt 21. q. 1. c. 1. & 2. & 3. Sed qualiter hæc contrarietas quiescat determinatur 11. q. 2. §. 1. Dicit Goff. ꝙ agit de misericordia, nam de rigore vterque deponitur, vt in ca. prædicto 21. q. 2. [Tam diu] hoc dictum est in fauorem ecclesiæ, si ecclesia vellet eum repetere, & ipse nollet reuerti, neutram debet habere 7. q. 1. si quis episcopus. Sed si ecclesia non habet necessaria non licet clerico. transire ad aliam sua autoritate, sed episcopus det prouidere, vel ei licentiam dare, vel ipse ꝓprijs manibus victũ q̃rat, si hoc nõ pôt esse, nec eps vult ei prouidere, vel licẽtiare, receder potest, si ibi viuere non potest, ita tñ, vt cessante tali impedimẽto, reuertatur illuc, nec negabitur ei illa ecclesia, Ar. 34. q. 1. c. 1. secundum Hu.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respondet. Goffredus.

1 *Collegium nihil potest alienare de rebus ecclesiæ ecclesia vacante prelato.*



FRaternitatem. Ad idem est hoc ca. quod est beati Gregorij in registro, in quo ostendit, ꝙ si clericus vnius diocœsis in alia eligatur. ab episcopo suo vel eo deficiẽte, ab apostolica sede postulãdus. Et potest diuidi in tres partes. In prima ponit petitionẽ. In secunda assignat cãm, quare non sit differenda eius petitio. In tertia adimplet actu petitionem. Secunda ibi, Quoniam non episcopum. Tertia ibi: Idcirco. Lege. ¶ [Fraternitatem, & quoniam] Secunda pars. [Propria ipsius] Gratiani, scilicet Benefrana. Hug. [Hoste]. s. prohibente, quia forte detinebat eum longe abductum in captiuitatem, vel impediebat, ne ibi eligeretur, vel poneretur episcopus, licet ibi patiatur esse collegium secundum Hug. Et talis, vt sacrilegus iudicatur, vt 1. q. 1. sunt quidam Archidia. Quoniam inquam, hoc est, ideo, quo idest vt Hug. [suum ministerium]. s. diaconi exhiberet tuæ ecclesiæ Hug. & Archid. [petitionem]. Sed nonne poterat sufficere consensus, Canonicorum? Respondetur hic Hu. & Io. quod non. Et ratio est, quia hæc est quædam alienatio, & in alienatione rerum ecclesiasticarum specialis exigitur consensus episcopi, ergo multo fortius exigitur in alienatione personarum quæ chariores sunt vt duodecimo quæstione prima percepimus. Sed nunquid consensus Metropolitani cum clericis sufficeret. Respondetur Hug. Credo, quod sic. Quare ergo hic non fuit facta petitio? Respondetur primo, quod forte non placuit, Vel secundo, quod illa ecclesia erat subiecta papæ nullo medio secundum Hug. Vel tertio, quia forte iste casus non est de pertinentibus ad Metropolitanum, de quibus habetur extra de officio. ordina. pastoralis Archidiaconus Ar, † quòd, ecclesia vacante prælato col-

1 legium nihil de rebus ecclesiæ pôt alienare, cũ hi Canonici

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respondet.


non possunt concedere clericum. Et, si quid alienatum fuerit, successor poterit reuocare, si ecclesiæ expediat, vt 12. q. 2. si qua de rebus. Nec etiam visitator, de quo gl. mouet quęstionem, potest alienare aliqua de ecclesia. [Idcirco] Tertia pars. [necessario]. i. ꝓ vtilitate, vel necessitate Ecclesiæ tuæ. Hu. & Arc. habituro. Hæc est vera litera, si est ibi, habiturus nominatiuus, non est latinè dictum Hu. [Cardinalem]. i. ꝓprium, vt. s. sit proprius Diaconus ecclesiæ tuæ, vt d. 24. p̄sbyteri, vt 21. q. 1. relatio. Vel forte clerici illius ecclesiæ dicuntur Cardinales propter, quædam, quibus vtūtur, vt Rauenantes. Sed oppositio est in obiecto. Nam Cardinales ecclesiæ non sunt Cardinales, sed sunt cardinales talis ecclesię secundum Hug.

1 *Laicus vnius diocesis an possit ab episcopo alterius ordinari sine licentia episcopi cuius diocesis est.*


Rimatus. Ad idem sequitur c. hoc in concilio Carthaginen. 2. Et diuidit in duas partes. In 1. ponit suggestionem, quam Priuatus episcopus fecit concilio Carthaginen. vt statuetur, ꝙ nullus clericus, aut laicus susciperetur ab alio episcopo in suum clericum, aut ad ordinandum sine licentia proprii episcopi. In secunda ponitur approbatio eiusdem suggestionis ex duobus. Primo, quia deseruiebat multum pasci. Secūdo, quia simile iam emanauerat à Concilio Sardicen. Secunda ibi: Gratus Episcopus dixit. ¶ Sed pro intelligentia pleniori huius c. Quæritur. † Vtrum laicus vnius diocœsis possit ab episcopo alterius ordinari sine licentia Episcopi cuius diocœsis est. Et videtur, ꝙ non, ex tex. præsentis ca. ¶ In oppositū arguitur, quia laicus quilibet potest trāsferre domicilium suum, quo voluerit, & per consequens ibi ordinari, Episcopo proprio non requisito. ¶ Item secundo. Potest clericū alterius diocœsis recipere, & dare ei præbendam, vt dicit Innocen. ergo, &c. ¶ Tertio sic. Laicus per consensum suum potest facere Iudicem alienum: ergo sine consensu ꝓprij episcopi potest ab alio suscipi, & ordinari. ¶ Respōdeo dicendum sub ista conclusione. Quod nec clericus, nec laicus alicuius ecclesiæ recipietur, aut ordinabitur ab alio episcopo sine proprij episcopi licentia domicilio non translato. Ista conclusio est gl. hic, & Hu. & Io. de Fa. Ratione sic probatur. Vnus episcopus non debet recipere parochianos alterius ad sacramenta. s. eis cōferendo Baptismum, Chrisma, Pœnitentiam, & huiusmodi, nisi domiciliū transtulerit, ergo nec ad ordinem. Consequentia patet, quia, qua ratione non potest, quis suscipere, alia sacramenta, nisi à suo episcopo, eadem ratione nec ordine, nisi inter domicilium. Ad rationes in oppositum. Ad primam de tex. præsentis c. respōdetur multipliciter. Primo. ꝙ intelligitur hoc c. de susceptione ad ordines, nisi mutet domiciliū. Vel secūdo, ꝙ prohibetur, ne ordinet eum in clericum suum, sine licentia episcopi alterius, potest tamen ordinare illum in clericum alterius, cuius est parochianus. Qua. n. ratione nō debet clericos alterius episcopi sine consensu eius ordinare, eadem nec laicum eius, vt sit clericus non suus, sed alterius quod ergo dr̄ de conse. d. 5. Non oportet. n. ꝙ laicus debeat ꝓfici sine literis Episcopi, intelligitur ire, siue proficisci ad sacramenta alia suscipienda, vel ordinem, nisi mutet domicilium. ¶ Ad secundam respōdetur, ꝙ hoc intelligitur, quo ad ordines, vt etiam dicit Inno. Sed præbendam dabit sine literis. Vel dicēdum, ꝙ tex. iste loquitur de ignotis clericis & laicis. In clericis autem notis ad quid frustra literæ requirentur. Et hoc ipse Inno. extra de præben. cum iam dudum secundum Arc. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ hoc, quod dr̄ ꝙ laicus bene potest per consensum suum Iudicem alienū facere suum. Verum est in causis secundum leges, sed secus in sacramentis secundum Hu. & Arc. Lege. ¶ [Primatus, suggero] i. suadeo, siue consulo. [vsurpare] dic, quod is qui vsurpat illicite, vtitur [præsumit] contra vsum recipit secundū Papiam Arch. [obtineat,] quod hic dicitur, ꝙ nec clericus, nec laicus debet suscipi sine literis Episcopi sui. Dicit Inno. esse verum, quo ad ordines secundum Arch. vt dictum est, in q. [Collega]. i. Episcopo [hominē] clericum, vel laicū. Nota, ꝙ hodie est augmentata pœna contra illos, qui scienter, vel affectata ignorātia recipiunt ad ordines clericos aliarū diocœsum sine literis propriorum episcoporum, vt extra, lib. 6. de temp. or. eos qui.

Diuisio. Quæstio. Primū ar. Opponit 1 contrariū. Secūda op. Tertia opp. Respondet. Ad primum arg. Ad secūdū Ad tertiū. Exponit literam.

1 *Archipresbyter non potest dare literas dimissorias, vel commendatitias.*
2 *Ordinationē suam, an quis possit probare per testes sine literis.*


Xtraneo. Sequitur ad idem propositū, hoc c. ex Concilio Calcedon: in quo Patres illius Synodi statuūt, quod sine commendatitiis literis proprij episcopi extra ciuitatē suam quis non administrēt. Breue est, & planum. Leg. ¶ [Extraneo] sine literis proprij Episcopi, videtur ergo, ꝙ non sufficiunt literę plebani Exponit literam.
1 vel Archipresbyteri, imo credo † ꝙ Archipresbyter nō possit dare literas dimissorias, vel commendatitias, licet Grat. dicat, ꝙ Corepiscopi possunt dare commēdatitias, quia in his capitulis omnibus, & in alijs non dicitur, nisi de literis Episcopi Ar. de conse. d. 5. non oportet. secundum Hu. Sed hodie declaratur, quis est superior, quis possit literas concedere, ordinando, quod dic vt extra li. 6. de temp. ord. cum
2 nullus Arc. ¶ Sed surgit hic q. † Vtrum per testes sine literis potest quis probare ordinationem suam. Respondetur, ꝙ sic. Nam per testes credo posse probari de ordinatione talium, & de vita eorum, & de consensu episcopi, de quo glo. in c. 1. de censibus, & de huiusmodi, quæ in talibus necessaria sunt, magis enim credendum est, voci viuæ, quam mortuæ secundum Hug. Quæstio


1 *Episcopus patronus ecclesiæ alterius episcopi, potest præsentare illi episcopo clericum suum.*


Ortamur. Ad idem subiungitur hoc c. quod est beati Aug. ad plebem Hipponēsem, vbi hortatur eam, ne debeat præsentare, vel eligere aliquem clericū in ecclesijs suis, nisi fuerit à suo episcopo ordinatus, vel habuerit ab eo literas commendatitias. Breue est. Leg. ¶ [Hortamur suscipiatur à vobis]. i. eligatur secundum Hug. ad hoc de iure patro. quoniam in præsentandum & c. vlt. Arch. [Episcopo] diocesano 16. q. 7. decernimus Arch. No. differentiam inter episcopum patro Exponit literam.
1 num ratione suæ ecclesiæ, & laicum patronum. † Episcopus patronus ecclesiæ alterius episcopi potest repræsentare illi episcopo. s. diocœsano clericum suum, vel illius à quocunque alio ordinatum nec ille potest repellere, nisi aliquid in personam illius obiiciat, vt 16. q. 2. si quis episcoporum. Laicus vero non nisi ordinatum ab illo episcopo, cui repræsentat, Et si repręsentat de alio episcopatu, potest episcopus eū repellere, si in suo inueniatur idoneus. Si nō est idoneus ibi tunc recipiendus est de alio episcopatu cum literis propriis episcopi, vt hic dicitur secundum Hu [per cōmendatitias] improprie. i. dimissorias. Hu. Adde, quod dixi supra d. 63. in summa Arc. Hic de iure patronatus multa disputat Arc. Sed quia alibi erit aptior locus ad loquendum, & magis ad propositum, supersedemus.

1 *Clerici peregrini possunt appellari large omnes, qui non sunt de episcopatu ordinantis.*
2 *Ignoti, qui dicantur.*


Vlli. Ad idem sequitur hoc c. ex cōcilio Antiocheno, quod breue est, & planum, cū idē dicatur, ꝙ dictum est in præcedentibus capitulis. Le. ¶ [Nulli formata]. i. literis dimissoriis, quib. absoluitur à ptāte sui episcopi. Hu. Exponit literam.
1 [peregrinorū] † Clerici peregrini large possunt appellari oēs, q nō sunt de episcopatu ordinātis, siue sint clerici, siue laici, qa nulli taliū debēt recipi, ab aliquo ēpo ad dignitatē, vel ordines, vel alia sacramenta ecclesiastica. s. e. d. ꝑ totum, & specialiter. s. e. d. Primatus. & hic. Et extra de cle. peregri. c. 2. & 3. Et ꝙ oēs tales dicuntur peregrini, & ex
2 tranei, est Ar. 3. q. 6. peregrina & 6. q. 3. c. 1, & 2. † Ignoti dicūtur, quorum origo, vita, & regularitas sunt ignota episcopo, non distincto, si sint de eodē episcopatu, vel de alio 24. d. qn̄ 42: quiescamus ver. si. n. in clero, &c. Ar. 2. q. 7. quærendum ver. quorum vita secundum Ray. & Goff. Arc.

¶ Distinctio septuagesima secunda.


Imissoria. Hic intitulať 72. d. quæ sic contināt ad ꝑcedentē iuxta gl. & Hu. Superius magister Gra. induxerat multa c. quib. ostēdere visus est, ꝙ sine literis cōmēdatitiis, vel dimissoriis cleric⁹ extraneus nō est suscipiēdus. Iō subiicit, Cōtinuatio

quòd

ꝙ nullus episcopus debet eas alicui clerico dare, nisi instanter rogatus, quod ostendit per capitula sequen.

1 *Inuitus in aliam familiam transire nemo cogitur.*
2 *Abbas, an debeat illico dare licentiam monacho petenti illam vt transeat ad aliquam arctiorem religionem.*



Piscopus. Inducit ad hoc præsens ca. ex Concilio Romano præsidente Leone papa. Et diuidit hac c. in duas partes. In prima ponit statutũ, vt nullus episcopus det clerico literas dimissorias, nisi ab eo fuerit postulatus. In secunda assignat causam huius ibi Ne quis. Planum est. Leg. ¶ [Episcopus postulatus] Quędã .n. sunt, quæ tribui non debent, nisi instanter fuerint petita vt vsus pallij, vt di. c. prisca. & Apostoli 2. q. 6. post appellatio. Vel potius ille est intellectus capituli, vt videtur gl. innuare. vt episcopus nulli clerico det literas dimissorias, nisi ille clericus fuerit postulatus ab eo ab alio epo, & tunc vt dicit glo. etiam ipse clericus, qui postulatur requirendus esset, sicut cum quis transit in alterius familiam, rogatur. i. interrogatur is, qui adoptatur, an id fieri velit. ff. de adop. l. 2. †Inuitus. n. in aliam familiam transire non cogitur. C. de adop. l. penult. [Ne] secunda pars. Ne. s. tam facili occasione, vel facto episcopi. [Quis quasi perdita] Talis. n. clericus absolutus à suo episcopo nullius clericus effectus vagetur, fornicatur, fert arma, & facit huiusmodi, quæ sunt omnino interdicta clericis. Sed surgit hic quæstio à quo talis clericus punietur, respondet, ꝙ ab eo, in cuius parochia habet domicilium, vel deliquit, vel saltem inuenitur, sub regula. n. & disciplina clerici tenendi sunt, quamuis nullius ecclesiæ clerici sunt, etiam si sint depositi, di. 32. si qui vero, & di. 81. dictum secundum Hu. ¶ Sed quæritur hic †Vtrum Abbas monacho petenti licentiam transeundi ad aliquam arctionem religionem, debeat dare statim licentiam. Et respondetur, ꝙ non. Nam, vt notat Inn. Abbas non debet dare monacho licẽtiam intrandi arctionem religionem, nisi prius eam inueniat, & illi velint eum recipere. Et si aliter recedit fugitiuus est, & apostata, cum non sit in alicuius obedietia. Hoc autem forte posset facere prior eius, ꝙ daret licẽtiam monacho volenti mutare religionem, ꝙ sub sua obedientia iret quærere locum religiosum, qui sibi placeret. Tamẽ non est consulendum priori, ꝙ hoc faciat, nisi forte, vt euitet maius scandalum, quia. s. si non daret hanc licentiam ipse sua autoritate recederet ẽm. Inno. qui ita notat, extra de renun. c. vlti. & de iureiuran. ex literis.


Diuisio. | Exponit literam. | Quæstio. 2 Respõder.

1 *Verberans habentem primam tonsuram incidit in canonem, si quis suadente.*



Lericum. Ad idem subiungitur hoc c. ex Concilio Carthaginen. 3. Et diuiditur in duas partem. In prima statuit, ꝙ nullus episcopus alienum clericum sine licentia, & consensu proprij episcopi audeat retinere, vel ordinare in propria ecclesia. In secunda dicit, ꝙ nomen clerici comprehendit omnes clericos cuiuscunque ordinis, secunda ibi. Nomẽ. Lege. [¶ Nomen] secunda pars. Nota, ꝙ nomen clerici quandoque cõprehendit tantum primam tonsuram, vt dist. 32. seriatim: Quandoque latius accipitur, & comprehendit omnes minores ordines cum subdiaconatu, vt dif. 74. placuit. Quandoque latissime patet appellatio clerici, vt comprehendat quemlibet clericum cuiuslibet ordinis, vt hic, & di. 21. cleros. Et in hac acceptione accipitur ibi 17. q. 4. si quis suadẽte. †Qui ergo verberat habentem primam tonsuram incidit in canonẽ illũ, ꝙ quidã negãt assererẽs illud capitulũ cõprehendere solũ clericos in sacris ordinibus constitutos, vt dicit Hu. [Psalmistæ] sunt, qui habent primam tonsurã. Hu.

Diuisio. | Exponit literam.



Lacuit. Ad idem tẽdit hoc c. ex concilio Mileuitano. breue est. Lege tex. ¶ [Placuit ver. vel]. i. saltem Hu. ar. ꝙ sufficit semel consentire 32. q. 5. horrendus, vbi de hoc Arc. [eligitur canonice], interueniente canonico, & legitimo consensu. [Altrinsecus]. i. ex vtraque parte. s. eligentium, & electi. Hu. [eligitur] subaudi, ꝙ est possessionem adeptus. Et de tali loquitur secundum Innoc. & Host. prout ipsi notant extra de appel. constitutus in princ. Aliqui capiunt argumentum ex hoc text. sicut facit Hug. & tangit ibi argumentum glo. quod electio ante confirmationem ius acquirat prælationis. Sed alij dicentes contrarium, exponunt [eligitur]. i. electus instituitur, & confirmatur. [Et semel]. i. perfecte, quod cõfirmatus sit ar. extra de offi. dele. in literis, &c.

Exponit litera.

¶ Distinctio Septuagesima tertia.



Valiter vero. Hic intitulatur di. 73. quę in scholis non legitur, quia ea, quæ in ea continentur, in dissuetudinem abierunt, nec modo locum habent. Ibi. n. continetur qualiter, & quibus literis Græcis, vel latinis formatæ literæ debeant fieri, sed nũc nõ fiunt. Et ideo modica, vel nulla vtilitas est in hac distinctione. Vt quid ergo membranam occupant, vt d. 19. si Romanorum. secundum Hu. & gl. Quædam capitula sunt hic, quæ, quia paleæ, nec Hu. nec glo. nec Arch. exponunt. Nos etiam pertransimus, tanquam inutilia.

¶ Distinctio Septuagesima quarta.



Væritur. Hic intitulatur di. 74. quę continuatur sic ad præcedentes. Supra magister egit de ordinatione, & promotione clericorum, sed, quia posset dubitari ad quis inuitus possit cogi ad ordines, vel benficeium idcirco annectit hanc distinctionem in qua quæritur an aliquis inuitus sit ordinandus. Et diuiditur in quatuor partes. In prima allegat pro parte negatiua, scilicet non posse. In secunda pro parte affirmatiua. s. ꝙ potest. In tertia soluit quæstionem, & contradictionẽ. In quarta ostẽdit quomodo clerici ecclesiarum inducantur ad ordines suscipiẽdos. Secunda ibi. In. §. econtra, 3. ibi. In. §. verum 4. ibi In §. Adhibenda. Pro pleniori intelligentia huius dist. quæruntur hic tria.

Continuatio. | Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum prælati ecclesiarũ possint cogere clericos suos ad susceptionem ordinum.
2 ¶ Secundum est, vtrum tales, qui ordines susceperunt per violentiam teneantur ad seruandam continentiam.
3 ¶ Tertium est, vtrum prælati superiores possint subditos suos compellere ad suscipiendam dignitatem ecclesiasticã, vt pote episcopatum, & huiusmodi.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et vide quòd prælati non possunt cogere clericos suos ad ordines suscipiendos. Primo sic ex ca. sequenti. Vbi episcopus suspenditur per annum, qui inuitum ordinare præsumpsit. ¶ Secundo sic. Deo non placent coacta seruitia: ergo nullus inuitus est mancipandus diuinis officijs, cõsequentia patet. ¶ Tertio. In adultis & mente sanis, si non sit consensus, non suscipitur sacramentum extra de baptis. & eius effi. maiores, sed cum aliquis coactus ordinatur, non interuenit consensus, ergo sequitur, ꝙ non suscipit ordinis sacramentum. ¶ In oppositum est determinatio magistri in hac distinctione, respondeo dicendum sub aliquibus cõclusionibus. Prima est, ꝙ coactione absoluta prælati non possunt compellere, aut cogere clericos ad susceptionem ordinum. Patet ista conclusio primo sic. Sacramentum ordinis est sacramentum voluntarium, vt legitur, & notatur prima, quæstione prima. §. si ergo sacramenta & 22. quæsti. 4. §. vlti. & de transac. veniens. Ergo tali coactione absoluta, quæ omnino voluntatem excludit, nullus debet compelli ad ordines, sicut nec ad baptismum, & si omnino inuitus ordinetur, nihil recipit extra de bap. cap. maiores. Secunda conclusio, ꝙ coactione conditionali (quæ dicitur à philosopho violentum mistum) potest prælatus compellere, & cogere clericos ad ordines suscipiendos. Ista cõclusio patet ex determinatis in hac d. in c. si q clerici, & c. placuit, & sic metu consentiens recipit ordinem, quia coacta voluntas est, sed non gratia. Tamẽ vt dicit Pet. de palude. in quarto, quia fictus est, cum sit inuoluntarius & per consequens etiã indeuotus accedit. sed executionem recipit, nisi aliud impediat, quia non est ius aliquod, quod ipsum suspendat. Verũ ad videndum, qualiter clerici compellentur ad ordines suscipiendos est distinguendum iuxta Ray. & Host. & alios eum sequentes. Aut prælatus vult compellere clericum ad recipiendum ordinem annexum officio, vel dignitati, quã habet,

Primũ ar. | Scd̃m arg. | Tertiũ ar. | Opponit & Respo. | Prima cõclusio. | Secũda cõclusio. | Pet. de pal.

habet aut alium ordinem annexum officio. Si primo modo, vt puta vult compellere electum in Archidiaconum, vt fiat diaconus, & electum in abbatem, præpositum decanũ, aut Archipresbyterum, vt fiat presbyter, & non appareat aliquod impedimentum canonicum, quod obsistat. Tunc

Tertia cõclusio.

ponitur conclusio, ꝙ prælatus talem potest cogere, vel cõpellere monitione præhabita per subtractionem beneficij vel dignitatis appellatione remota, vt se faciat ordinari, sicut beneficium requirit, puta, si Archidiaconus ad diaconatum, si diaconus Abbas huiusmodi ad presbyteratum, vt di.60. innouamus de elec. cum in cunctis. §. inferiora, & nihilominus, si sit ecclesia parochialis post lapsum annũ absque admonitione aliqua priuentur ipso iure, vt extra de elec. licet canon lib. 6. Item in episcopatu non requiritur admonitio, sed sufficit negligentia electi per tempus à canone diffinitum, d.101. in fi. & de elect. cum in cunctis deficit autem, hoc quod diximus in casu, si subesset aliquod impedimentum canonicum, propter quod promoueri non posset, vt irregularitas, vel aliud impedimentum. Et in tali casu est subdistinguendum, quia aut tale impedimentum erat contractum antequam beneficiatus beneficium huiusmodi assequeretur aut post. Si ante. aut in promotione sua ad beneficium, vel dignitatem tacuit hmôi impedimentum. Tunc est conclusio, ꝙ à tali beneficio est admonendus, vt extra de cord. vitia. exposuisti.

Quarta cõclusio.

cum ibi notatis, & dist. 50. ex penitentibus. Ei hoc in odiũ ipsius ordinati, qui debuit prodere impedimentum suum 24. distin. quando. Aut non iacuit, talis. n. siue sciuerit, siue ignorauerit priuandus est de facto, sicut de facto tenet puta, quia homicida, & illegitimus, & nesciebat, vel aliquid huiusmodi. Si vero prodijt huiusmodi impedimentum, & tunc aut promouens, seu confirmans eum ad beneficium, seu alius qui poterat dispensare cum eo, non dispensauit. In tali casu est conclusio, ꝙ talis est admonendus, vt extra de elect. nihil est. §. 1. Aut dispensauit cum collatione, & tunc aut dispensatio facta eum habitauit solum ad illud

Quinta cõclusio.

beneficium obtinendum aut etiam ad recipiendum ordinem illi beneficio, seu dignitati annexum. In primo casu est conclusio. Quòd retinebit beneficium, siue dignitatem, & compelli non poterit ad ordinem, ex quo non potest ad eum promoueri, vt extra de æta. & quali. tua, cum ibi notatis. In secundo casu est conclusio, ꝙ poterit compelli ad ordinem illum suscipiendum, patet conclusio, quoniã quantum ad hoc idem, valet, ac si habuisset impedimentum ar. ff. de edil. edic. l. quod ita sonatum distinctio. prima ferrum, sed si ab initio non habuisset impedimentum potuisset ad illum ordinem compelli: ergo & nunc, cum non debeat esse melioris conditionis, quam si nunquã habuisset impedimentum, vt extra de filijs presbyt. c. 2. lib. 6.

Sexta conclusio.
Septima cõclusio.

Si vero huiusmodi impedimentum est contractum, postquam beneficium, vel dignitatem est assecutus, tunc subdistingue. Aut beneficiatus iste contraxit illud impedimentum culpa sua, aut non, vt quia post electionem, & confirmationem factus est irregularis, vt si perdidisset manum, aut oculũ sine culpa sua. In tali casu est conclusio. Quòd nõ debet priuari suo bñficio, nõ. n. est dãda afflictio, affectio,

Octaua cõclusio.

sed de redditibus Vicarius sustentari, vel alius assignari, & ipse de redditibus ipsis sustentari, talis autem etiam non potest ad ordinem compelli, extra de elect. cum in cunctis §. inferiora, vbi dicitur. Si canones non obsistant, & de cler. ægrotan. c. 1. & c. penul. Aut ipse beneficiatus culpa sua incurrit impedimentum illud. In tali casu. Est conclusio.

Nona conclusio.

Quòd talis non debet ad ordines compelli, sed beneficio priuari debebit, vt extra de ætat. & qualit. c. 1. in fin. secundum Bern. Goff. & Host. Si vero episcopus vult cogere clericum ad suscipiendum ordinem, nõ annexum beneficio, vel dignitati. Est distinguendum secundum Raymund.

Raymund.

Aut necessitas, vel vtilitas exigit eum promoueri ad ordinem illum, aut non, si sic, subdistingue. Aut clericus ille excusat se ratione criminis, quod dicit commisisse, aut ratione alterius impedimenti, quod se dicit incurrisse. Aut sola voluntate. Si primo in tali casu est conclusio. Quod cum

Decima cõclusio.

exceptis homicidio, & simonia, & alijs criminibus, quæ post actam pœnitentiam non habent executionem ordinis. Quilibet peccator occultus, acta pœnitentia, salua conscientia potest ordinari, & in susceptis ministrare, vt extra de temp. ord. quæsitum, talis compelletur ab episcopo se facere dignum per pœnitentiam 22. qõ. 1. prædicandum, & 24. q. 1. subdiaconus, & 18. dist. nec licuit. nec episcopus dispenset cum eo 8. q. 1. in scripturis in fi. Compelletur dico per subtractionem beneficiorum suorum, quæ alijs conferentur, nisi in alijs ecclesiæ seruitijs valde fuerint vtiles, quo casu beneficium suum retinet, extra de æta. & qualita. quæris, & .ĵ. e. c. vlt. Et sic potest intelligi. c. consuluit huius di. 74. dis. etiam eps eum compellere per ordinum suspensionem. Sic potest intelligi. ĵ. e. di. c. 3. & 4. & 23. q. 4. displicet. Si autem excusat se ratione alterius impedimenti temporalis, vel perpetui, non prouenientis ex culpa sua. Et in

Vndecima conclusio.

tali casu. Est conclusio, ꝙ non est cogendus, imo, si cogeretur, esset eius appellatio admittenda, sicut dicitur in tutore cuius excusatio rationabilis non admittitur. ff. quando appellandum sit l. 1. §. si quis tutor. Si vero sola voluntate se excusat, nullam aliam causam prætendens, nisi, quia non vult ordinari, quia in hoc maior continuatio attenditur, si vtilitas ecclesiæ suadet, & non necessitas. Est conclu-

Duodecima conclusio.

sio. Quòd talis compelletur per subtractionem locorum, quia sedebit in choro, & capitulo, & refectorio in loco inferiori, quam consueuit, vt dicit hic Arc. Si vero necessitas co-

Tertiadecima.

git, tunc est conclusio. Quòd talis est compellendus per subtractionem beneficiorum, & officiorum, vt. ĵ. e. di. c. 3. & 4.

Quarta decima

Si vero nec necessitas, nec vtilitas ecclesiæ exegit, in tali casu est conclusio. Quòd prælatus talem inuitum non coget, & si faciat hoc puniendus est, vt. ĵ. e. di. c. 1. & 2. & c. vlt. Dicitur autem necessitas exigere, seu vtilitas ecclesiæ, quando ecclesia indiget aliquibus ministris, & sunt alij idonei in ecclesia præter istum. quem iussit episcopus compellere. Cõcor. cum istis Hos. Goff. Vlrichus. Arch. & Hu. ¶ Ad ratioñe in oppositum. Ad primam patet responsio ex dictis. Tunc

Ad primũ arg.

.n. episcopus venit puniendus, quando compellit eum, qui habet impedimentum temporale, vel perpetuum non prouenienis ex culpa sua. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ verũ

Ad secũdũ.

est de actione absoluta, non autem de conditionata. Nam de tali dicit Aug. ꝙ coacta voluntas, voluntas non est. Nos autem, sicut supra diximus in prima conclusione, non loquimur de absoluta coactione, sed de conditionata. ¶ Ad

Ad tertiũ.

tertiam responsio, est eadem. Dicimus. n. ꝙ in coactione conditionata est aliquis consensus, qui sufficit ad suspectionem sacramenti, vt patet ex præfato cap. maiores. Et vide, quid diximus circa cap. de Iudæis. dist. 45. vbi hæc materia est disputata.

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ talis compulsus recipere ordinẽ non obligetur ad continentiam. Primo sic. Integritas cor-

Primũ ar.

poris suaderi potest, non imperari 32. q. 1. integritas. Ergo talis compulsus ad ordines suscipiendos, non obligabitur. ¶ Secundo sic. Continentia non debetur, nisi sit volũtaria,

Secũdũ ar.

sed in tali compulso ordinari, non est voluntaria: ergo ad illam non tenetur. ¶ Tertio. Continentia non est annexa

Tertiũ ar.

ordini sacro, vt patet in Græcis: ergo non tenebitur iste ad continentiam, sicut nec illi, qui ordinantur, inuitis vxoribus. ¶ In oppositum arguitur. Ordo sacer habet annexum

Opponit in contrariũ.

votum continentiæ, vt. s. di. 27. diaconus, & dist. 84. cum in præterito. Ergo videtur, ꝙ talis, ex quo recepit ordinem, teneatur ad continentiam. Respondeo dicendum, ꝙ hic

Respondet

sunt variæ opiniones. Io. n. gl. infra e. di. in c. vbi, ita dicit, ꝙ ibi metus talis est, qui cadit in constantem virum, non cogitur seruare castitatem, extra, quod me. cau. perlatum, & c. cum dilectus. Et inducit ad hoc rationes illas, quæ tactæ sunt arguendo. Eiusdem opinionis est Hu. qui ait super eodem ca. ꝙ ordinato sic inuito nullum factum est præiudicium, sed potest vti matrimonio contracto, & nouum contrahere, & in propria persona sumere arma. Alia opi. est Raymundi, ꝙ talis tenetur ad continentiam. Nam licet nõ

Raymund.

debuerit ad ordinem suscipiendum compelli, tamẽ ex quo suscepit ordinem, continere debet, & ad hoc compellendus est, ne ordo videatur contemni Ar. c. de Iudæis, dis. 45. & c. merito 15. q. 1. Goff. autem videtur sequi primam opinionem, maxime, si protestatus est saltem in secreto, se nolle continere. Ar. extra quod me. cau. perlatum. De honestate tamen propter reuerentiam, & munditiam sacri ordinis continere deberet. Sed dato, ꝙ talis non teneretur continere, quia ordinatus est in tali metu, qui potuit cadere in constãtem virum. Vtrum vteretur priuilegio clericali. Ad hoc respondet Raymun. & Host. & sic, dum tamen clericaliter viuat. Ar. 32. di. si qui vero sunt clerici, nisi transeat ad actũ penitus contrarium 87. distincti. quisquis. Et dic ꝙ si prius habebat

habebat vxorē legitimam, sine pctō poterit illa vti, & s̄m hoc potest solui præcedens quæstio, inquit Host. Si tamen illa vellet continere, & ipse nollet nō haberet priuilegium clericale. Sed, si ipsa nollet, & ipse vellet, quantum in se esset, priuilegium haberet, vt dictum est Argu. 27. quæstio. 2. multorum. Si vero ante vxorem legitimam non habebat, præcise cogitur continere, Ar. illius c. de Iudæis, secundum Goffr. vt dicit Host. Addit autem gloss. Raymundi, ꝙ prima solutio potior est, & benignior. Et ideo tenenda est. ¶ Ad rationes in oppositum patet responsio. Nam si teneat opi. Hu. & Io. & Gof. rationes sunt pro hac parte. Si tenenda est opinio alia, dicendum est, ꝙ bene arguunt, ꝙ de necessitate non tenetur continere, non autem, quando de honestate, & de necessitate, etiam si post receptum ordinem de inuito, factus sit volens. — Hostien.

3 Ad tertium. Sic procedit, † Et videtur, ꝙ prælati etiam papa non possint compellere clericos ad suscipiendum dignitates ecclesiasticas, vt puta episcopatum, &c. primo sic. Pater carnalis non potest compellere filium ad contrahendum. ergo nec papa subditum ad contrahendum cum aliqua ecclesia. ¶ Secundo sic. In matrimonio requiritur consensus liber, vt patet 27. qō. 2. matrimonium. Et propterea nullus potest alium cogere ad contrahendum matrimonium. Sed inter ecclesiam, & prælatum est matrimonium quoddam ergo in requiritur consensus liber: ergo à nullo potest quis cogi ad dignitatem ecclesiasticam suscipiendam, puta episcopatum. ¶ Tertio sic. Ad opera perfectionis nullus cogi potest, sed status prælatorum maxime episcoporum est status perfectionis: ergo ad illum à nullo quis cogi potest. ¶ In oppositum arguitur per illud Colos. 3. Filij obedite parentibus vestris per omnia, ergo in omnibus, quæ non sunt contra salutem tenentur subditi, & filij spirituales obedire suo summo patri. s. papæ, qui pater patrum interpretatur, sed prælatio non est cōtra salutem. Patet: ergo videtur, ꝙ papa potest per præceptum, aut excommunicationem compellere aliquem ad episcopatum. Confirmatur ratio sic. Sicut arguit dominus Durandus. Princeps ciuilis, puta Rex, vel dux, propter vtilitatem communem potest ciues compellere ad officia ciuitatis exercenda: ergo multofortius princeps ecclesiæ. s. papa potest in necessitate cogere illos, qui videntur idonei ad officia ecclesiastica, alioqui posset deficere, & perire cultus diuinus: respondeo, dicendum, ꝙ in hac materia sunt diuersi modi dicendi, vt tam sanctus Thom. quam Bonauentura, & Durandus ponunt in quarto di. 31. in solutione vnius argumenti. Quidam. n. dixerunt, ꝙ papa non potest præcipere, vt quis accipiat episcopatum rationibus illis inductis in arguendo, sed post susceptionem potest præcipere administrationem. Sed iste modus dicendi non est securus. Tum primo, vt dicit dominus Bonauentura, cum tota die videamus contrarium. Secundo, quia, vt dicit S. Tho. hoc dato, periret ecclesiasticus ordo. Nisi. n. aliquis posset cogi ad suscipiendum regimen ecclesiæ, ecclesia conseruari non posset, cum quandoque illi, qui sunt magis idonei hoc nollent suscipere, nisi coacti, ideo est secundus modus dicendi, ꝙ simpliciter papa potest compellere. ¶ Et ad arg. primum respondentes, dicunt, ꝙ non est simile de patre carnali, quia pater spiritualis plenitudinem potestatis habet super filios suos ampliorem, quam pater carnalis. Et propterea non est tanta seruitus, & tam indiuisibilis copula in matrimonio spirituali, sicut in carnali, & hoc patet, quia papa pōt deponere, & absoluere ab episcopatu. ¶ Tertius modus dicendi est, ꝙ vbi rationabilis causa est. s. necessitas, vel communis vtilitas potest præcipi, & ille tenetur obedire, ꝙ probatur sic iuxta dominum Pet. de pal. Ad bonum regimen ecclesiæ magis est obediendum præsidenti in spiritualibus, quam ad bonum regimen in temporalibus præsidenti in eis. Similiter vtilitas publica præferenda est priuatæ, sicut aliquis cogitur suscipere tutelam ad curā pupilli, vel adulti, vel furiosi, vel prodigi, quia hoc reipublicæ interest, multomagis officium iudicandi debet in republica esse necessariū puta, ꝙ sit præpositus vel balliuus, si res publica indigeat: ꝓ cuius salute bonus ciuis debet etiā neci se exponere, sicut natura brachium exponit pro capite. Multo ergo magis si ecclesia indiget tali, ꝙ sit curatus, vel episcopus potest ad hoc per superiorem cogi per præceptum, & excōicationem, sicut aliqui Eremitæ ad episcopos sunt cōpulsi, & tenentur obedire, quia, vt dicit Gregorius. Summum pastorem conuincitur non amare, qui eius gregem renuit pascere, qui dixit. pasce oues meas. Et quoniam semper præsumendum est, ꝙ tantus pater ex causa rationabili moueatur, nisi expresse appareat contrarium. Dicendum est, ꝙ subditus obedire tenetur, qui tamen si sciret se insufficiētem, & indignum, & videret sibi imminere periculum animæ. Credendum est, ꝙ non teneretur obedire, vt dicit dominus Bonauentura. Hæc. n. obedientia modicum, aut nihil de suo debet habere maxime de temporibus modernis. Ad rationes in oppositum. Ad primam responsum est. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ non est simile de isto matrimonio, & de carnali, quoniam, vt dicit S. Th. non est aliqua corporalis seruitus in matrimonio spirituali, sicut in corporali. Est. n. spirituale matrimonium, sicut quoddam officium dispensandi reipublicæ. 1. ad Cor. 4. Sic vos existimet homo, vt ministros Christi. ¶ Ad tertiam respondetur iuxta dominum Durandum, ꝙ ratio, ꝙ procedit ideo, quia aliqua, quæ vno tempore sunt perfectionis, & supererogationis, quandoque sunt præcepti, & necessitatis, sicut dare indigenti, quādo subuenitur ei per alium, perfectionis est, in casu necessitatis præcepti. Sic videtur dicendum de officio episcopatus.

Primū ar. — Scd'm arg. — Tertiū ar. — Opponit̄ contrariū. — Durandus. — Respōdet. — Ad primū arg. — Pet. de pal. — Bonauen — Ad secūdū. — Ad tertiū.



Episcopus. Pro parte negatiua quæstionis videlicet, ꝙ prælatus non debeat quenquam compellere ad ordines inducit Gratianus in primis hoc ca. ex concilio Aurelianensi, in quo episcopus, qui inuitum, aut reclamantem præsumpserit ordinare, à celebratione missarum annali, suspēsioni subiacebit. Breue est, & planū, Lege tex. ¶ [Episcopus inuitum aut. i. reclamantem voce, vel alio iudicio, quamuis. n. esset, inuitus, tamen, si nec voce, nec signo reclamaret præsumeretur voluntarius, & non inuitus ordinari, quia ipsa taciturnitas haberetur pro consensu, vt di. 27. diaconus, & di. 54. si seruus, secundum Hug. & gl. [inuitum] alio iudicio, quam voce voluntatem ostendentem, aut reclamantem. potest enim quis voce esse inuitus, & si non reclamet, & alias, quam voce aperire signa voluntatis, & intellige reclamantem, vel inuitum [constantem]. i. talem persistentem in ipsa ordinatione. Potest. n. ille, qui nunc inuitus est, postea fieri volens, & postea ordinari. Hu. [annuæ pœnitentiæ]. In multis articulis iuris inuenitur annua suspensio, vt di. 55. nullus, & 89. di. decenter, & 7. q. 1. episcopus in diocœsi, & 23. q. 8. pessimam, & de consecratio. dist. 2. relatum. Hæc tamen pœna non remouet pœnam depositionis, qua dignus est. vt hic dicit gloss. secundum Hug. & Arch. — Exponit̄ literam.




Gesta. Ad idem inducitur hoc c. ex Gregorio in registro. Pro cuius intellectu est sciendum, ꝙ episcopus iste, cui Gregor. scribit Archidiaconum suum. s. Honoratum habebat odio, & callide eum ab Arc. remouere volebat sed, cum aliam viam inuenire non posset, voluit eum in sacerdotem promouere, vt sic eum ab archidiaconatu remoueret, quasi factus sacerdos nō posset esse archidiaconus, vel eius officium ministrare, quod & factum est. s. fecit eum sacerdotem, licet inuitum, & ab Archidiaconatu remouit, & alium ibi posuit, vt colligitur ex hoc ca. &. j. c a. cap. honoratus. Quod cum episcopus ipse retulisset Gregorio, & Gregorius comprehenderet hoc malo zelo processisset, scribit eidem episcopo reprehendēs eum de hoc facto. Et ita diuiditur hoc ca. in duas partes. In prima narrat factū. In 2. illud reprobat. 2. ibi plena, &c. Le. ¶ [Gesta]. i. scripta tua, quæ nobis misisti. [quæ confecta in consecratorio concilij vestri]. i. in secreto Cōcilio vestro in quo decreto cōcilio [adijcit]. i. punit, vel condemnatur, vt debeat priuari archidiaconatu, eo, ꝙ factus est presbyter, secundum Hug. [plena] secunda pars. [Cum viro.] Ecce per id, quod fit præsumitur malus zelus alicuius, [tempore]. Hoc non potest esse, vt quis sit dignus maiori, & indignus minori Hu. [Nolens vsquequaque constāter, quæ tanquā.] Ar. 24. q. 1. miramur. & di. 44. nulli. Nemo crescere compellatur inuitus, secundum illud Ber. Vota mea non augeas sine mea voluntate, sicut nec minuas sine certa necessitate.
1 Ar. inquit Hu. & gl. † ꝙ monachis, vel canonicis inuitis districtior vita non possit addi. Ar. 20. q. 3. procliuis, & 15. q. 1. non est hic. dicit Arch. Adde hoc, assertiue ponunt Tan. & Ber. extra ne cle. vel mo. relatum, sed hoc dictum forte verum est in clericis non professis. Et hoc etiam notat Inn. — Diuisio. Exponit̄ litera.

extra le

extra de const. cum omnes. in gl. 1. in fi. Sed in professis, qui renuntiauerunt propriæ, voluntati 12. q. 1. non dicatis. Videtur secus dicendum. s. ꝙ licet non possit sine omni voluntate mutare ordinem, vt extra, quod metus causa. cum dile
2 ctus. †tamen constitutiones austeriores facere possunt, ꝭm Inn. qui ita not. extra de regula. super e. De hoc etiam not. 82. di. c. 2. in gl. Hic respondeo, &c. circa fi. Sed videtur nobis, ꝙ dictum Gregorij intelligendum sit de omnibus clericis, tam professis, quam non sicut Hu. & Io. notant, de monachis, & canonicis. Nec clerici professi dicuntur ita renuntiasse propriæ voluntati, vt non possint contradicere superiori suo, si vltra, quod regula professionis eorum se extendit vellet eos grauare, vnde Bernard. ait Abbati. Vota mea non augeas sine mea voluntate, &c. vt supra [iniuste]. i. sine culpa Hug.

Econtra. §. est, & secunda pars distinctionis, in qua inducit 4. capitula ad probandum, ꝙ quis compelli possit ad ordines ecclesiasticos.


1 *Promoueri contemnens, à quo remoueatur.*



SI qui clerici. Inducitur in primis hoc c. ex Syluestro papa, vel, vt alij dicunt, ex Carthaginen. Concilio, in quo statuitur, vt clerici, qui necessitate ecclesiæ exigente recusant ordinari, & promoueri ad maiores, priuentur officio illorum ordinũ à quibus noluerunt recedere. Breue, & planissimum est. Lege. ¶ [Contempserunt promoueri] necessitate ecclesiæ exigente, quod aperte innuitur in sequenti c. Hug. [nec illic] id est, in illis ordinibus, siue in executione illorum ordinum quasi careant executione illorum ordinum. Et tandem, si obedire noluerint priuabuntur officio, & deponuntur, vt di. 60. innouamus. Rationabiliter autem isti puniendi veniunt, qui ecclesiam nolunt in sua necessitate iuuare, vnde merito ab ecclesia non sunt iuuandi, nec honorandi, sed priuandi honoribus, & beneficijs. Nam, vt dicit Apostolus 2. ad Thess. 3. Si quis non vult operari, non manducet, & qui altario non seruit, de altario nõ viuat 1. ad Co.
1 9. Sed hic surgit quæstio† à quo talis inobediens remoueatur, respondetur, ꝙ ab episcopo suo, si de necessitate ecclesiæ constet. Et inde non refertur quæstio. Si vero inde refertur quæstio, tunc res agetur in forma iudicij. Et recurretur ad maiorem secundum Hu. [vnde]. i. a quibus, vel à quo [administratione recedere] non, ꝙ ille qui ad superiores promouetur, amittat inferiores, sed dicitur, quo ad executionem solenne recedere, quia constituti in maioribus, nõ ita solenniter solent ministrare in minoribus, cum specialiter alij sint deputati ad officia minorum ordinum, possunt tamen ea licite ministrare, & ministrant, cum iusta causa interuenit ꝭm Hu. Hoc etiam patet in eo, quod no. 23. di. ecclesiastica, & 25. di. c. 1. ver. ad diaconum. ad idem extra de renun. ad supplicationem, vbi Gof. & Host. tenent hanc sententiam. Vel intelligitur recedere, quantum ad appellationem, quia postea non appellatur, siue denominatur, nisi à superiori ordine Hu. & gl.

Exponit literam.


Quæstio. Respõdet.



PLacuit. Sequitur ad idem hoc ca. ex eodem Concilio, & eadem per omnia sententia cum præcedenti Lege. ¶ [Pro necessitatibus.] Ecce, vbi colligitur distinctio præmissa, secus esset, si tantum vtilitas ecclesiæ hoc exigeret, vt infra e. c. vlt. Hug. [Ampliorem] Nam si ad parem, vel minorem episcopus eum vellet compellere, recte potest ei contradicere. Nam, qui prouehitur, de minori ad maius promouendus est: [Ne illic]. quia suspẽditur ab executione ordinum illorum, quos habet.

Exponit literam.

2 *Prior tempore, potior est iure.*



EPiscoporum. Ad idem sequitur hoc capitul. quo ad vnam partem, quod sumptum est ex concilio Agathensi, in quo statuitur, ꝙ episcopus in collatione ordinum, vel officiorũ non debet priori præponere posteriorem, nisi in duobus casibus. s. si prior contemnit ordinari necessitate ecclesiæ instante, tunc. n. potest ei præponi posterior. Vel si prior promouendus esset ita simplex, vt non possit officio suo satisfacere. Et secundum istos duos casus assignatos in litera, diuiditur hoc c. in duas partes. Secunda ibi. Sane. Lege. ¶ [Episcoporum præponat priori] tempore, vel ordine vel dignitate [Clericum posteriorem] tempore, ordine, vel dignitate posteriorem dico, etiam si sit de numero eorũ, [quoniã vita non reprehenditur]. i. commẽdatur, & approbatur, Et
1 est ar. †quo qui prior est tẽpore potior est in iure, & priorem locum sibi vendicat in multis. s. in sessione, in subscriptione, vel respõsione Arg. dis. 17. fi. hinc nisi forte. Primus casus. [Elatus]. s. prior [contemnat] nolendo ordinari. Ioan. Arch. Vel quicquid aliud vtiliter fuerit impetratum 23. q. 1. c. vlt. 16. q. 1. nos autem. Arc. [Sane] secunda pars. [Si prior propter simpliciorem naturam]. i. simplicem, vel simpliciorem, quam deberet esse in tali officio. Nam, licet quis propter simplicitatem non deponatur, tamen promouendus impeditur, & repellitur di. 39. Petrus, & di. 47. de Petro. [nequiuerit] si eligeretur ad tale officium. Hu. [Implere] aut expedire officium. Arc. [non habitum] sed ratione temporis, & loci ei debitum, & ei concedendum, nisi simplicitas esse impediret [ille]. i. si nunquam hoc ita est. Tunc ille alius. s. posterior teneat locum loci sui. s. prioris. i. ratione loci, & temporis, vel ordinis sibi debiti, & cõcedendi, nisi, &c. Hu. [ordinationem]. i. dispositionem, vel administrationem [ecclesiæ]. i. rerum ecclesiasticarum eligatur, & efficiatur Archidiaconus [quam præponendum]. i. eligendum à clericis [episcopus elegerit]. i. electum confirmauerit, vel instituerit. Vel loquitur secundum consuetudinem quarundam ecclesiarum, in quibus episcopus eligit, & confirmat Archidiaconũ pro arbitrio suo. Ista est vera sententia literæ. Hinc est, ꝙ de alia, quam tangit secundo loco Hu. & gl. & prosequitur Arch. supersedemus.

Diuisio. Exponit literam.



QVorundam. Ad idem sequitur hoc c. quod est Gregorij in registro. In quo scribit Gregorius episcopo Syracusano, vt quẽdam monachum inuite trãslatum de vno loco ad alium, reducat ad primum. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat casum illius monachi, qualiter fuit translatus in aliũ locum, in quo tanta tristitia affligebatur, vt inde fugere proponeret. In secunda persuadet, vt ad primum locum restituatur, & reducatur. Secunda ibi. Et quia tales. Lege. ¶ [Quorundam ordinatus] quidam dicunt inuitis. Dicit Lauren. ꝙ inuitus fuerit, & coactus constat ex eo, quod dixit constrictioni. Et quod dicit, debes, & ideo locus fuit restitutioni, & repetitioni, quod alias non esset. Hug. Arch. [loci qualitate] quia forte locus erat paludosus, & aquosus, vel discretate, vel infirmus, vel alias sibi iniocundus. Hu. [constrictioni] propter iustitiam, vel loci qualitatem, vel quia constrictus, & coactus, & inuitus reliquit ecclesiam Syracusanã, & transiuit illuc. Hug. [Quia tales] secunda pars. [esse debemus], nec videlicet, quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, hæc vos facite eis. [Cardinalem]. i. proprium Hug. [Culpa.] Large accipe culpam, siue pro crimine, siue pro impedimento alio, ꝙ eius restitutionem impediret. Hug. [debes]. i. bonum est pium. Dicit autẽ hic Hu. ex isto verbo Ego autem credo, ꝙ inuitus fuit eiectus, & coactus illuc redire, & hinc exire. Et quia ad minora coactus fuit descendere, quod esse non deberet. s. e. placuit. Constat. n. iniuste fuisse spoliatum. Et ideo locus fuit restitutioni, & repetitioni, ꝙ alias non esset. ¶ Sed hic surgit quæstio. Quare ergo ante causæ cognitionẽ non fuit restitutus. Respondetur, ꝙ ideo, quia fuerat spoliatus à iudice suo. Et postea referatur quæstio, an iuste fuit expoliatus. Hæc quæstio primo tractabitur, quam ille restituatur Ar. 7. q. 1. præsentium ꝭm Hu. Ar. 2. q. 7. hoc etiam. Arch.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio.

Verum. §. est, & 3. pars huius dist. in qua Gratianus soluit, & determinant prædictam contrarietatem, dicens, ꝙ illud c. gesta intelligitur de illis, qui nõ causa necessitatis, sed odij causa, vel indignationis volunt clericos promouere. Illa vero capitula. Si qui, & placuit, intelligitur de his clericis, qui in causa necessitatis contemnunt promoueri Et hanc distinctionem probat per c. sequẽs Simplicij papæ. Lege. ¶ [Ingratitudinis]. i. odij, & malignitatis, vel indignationis. s. [quia non sunt grati]. i. gratiosi suis epis, sed potius [ingrati]. i. odiosi, & displicentes Hug. & Ar.

Exponit literam.

1 *Inuitus, licet aliquis ordinetur, suscipit ordinem.*
2 *Consensus suscipientis ad nullius sacramenti susceptionem, vel præstationem exigitur, nisi in matrimonio.*
3 *Proniores esse debemus ad misericordiam, quam ad condemnationem.*

Vbi ista


Vbi ista. Inducitur hoc c. Simplicij papæ(vt dictum est)ad probandum distinctionem factã,& solutionem datam.Pro quo nota, ꝙ Ioan. Archiepiscopus Rauen. quendã suum clericum inuitum consecrauerat in episcopum, vt sic de sua ecclesia cũ eijceret, quia forte ei molestus erat, vel forte in loco eius volebat alium ponere, qui in episcopum non poterat promoueri. Vnde redarguit eum papa in hoc c. quod in tres partes diuiditur.
Diuisio. In prima narrat factum. In secunda exasperat, factum reprobando. In tertia infert in illum comminatiuam sententiam. Secunda ibi. Volumus. Tertia ibi. Denuntiamus. Leg.
Exponit literam. ¶[Vbi ista in episcopum] Ar. ex hoc verbo,† ꝙ quis licet inuitus ordinetur, suscipit tamen ordinem. Arg. 1.q.1.quod
2 quidam. Idem est, & de baptismo di 45 de Iudæis.†Ad nullius.n.sacramenti præstationem, vel susceptionem exigitur consensus suscipientis, nisi in matrimonio. Sed, an iste inuitus ordinatus, teneatur seruare continentiam, quod mouet hic Hu.& gl. superius disputauimus,[inexcusabili,]quantũ ad te, vel per hoc notat illum semper fuisse inuitum. Nam si ab initio fuisset inuitus, & postea volens esset inexcusabilis violentia Hu.[volumus]secunda pars, quia si omnia vellemus ad animum reuocare, grauem pœnam ibi impone-
3 remus. Et est Ar.†ꝙ proniores esse debemus ad misericordiam, quam ad condemnationem. Ar. di. 51. aliquantos, & di.9. sana ostendit quo esset dignus. s. vt deponeretur [Denuntiamus. Tertia pars.[Si post hæc]sententia comminantis. Inuitum constanter existentem. Hu.[Emiliensis.] Emilia est pars Archiepiscopatus Rauennaten. Hu.& Arc.

1 *Recusans venire ad iudicium parit præsumptionem contra se.*
2 *Pœna crescere debet, crescente contumacia.*


Onoratus. Inducitur ad idem hoc ca. quod est Gregorij in registro. Et diuiditur in tres partes.
Diuisio. In prima narratur, qualiter prædecessor Gregorij, & ipse Gregorius etiam scripserant Salonitano episcopo, vt Archidiaconum Honoratum inuitum, non promoueret in presbyterum. In secunda parte narratur qualiter vtrunque contempsit, quia, & eum promouit, & postea ea occasione archidiaconatum ei abstulit. In tertia parte mandat Gregorius cuidam subdiacono, vt ad eum accedat, & moneat, vt archidiaconatum ei restituat quod si facere noluerit, vsum pallij ei auferat, & sic nec fecerit. eum excommunicet. Secunda ibi. Cumque. Tertia ibi.
Exponit literam. Quoniam Lege.[Honoratus.] De isto habetur supra.e.c.2. [Eumque]secunda pars.[Contemnens]Nota, ꝙ innuit, ꝙ magis deliquerit, sic offendendo ministrum iuris. ff. de arbit. celsus[prouehens.] Ecce aperte dicitur, ꝙ cum promouit. Sed quidam dicunt prouehens voluntate, non actu Hu. Sed hoc est diuinare quamuis Ioan. ita senserit, qui exponens, ita dicit, prouehens.i. prouehere volens Arch.[callide].i. ea occasione, quia esset presbyter. Hug.& Arc.[Assisteret]in Archidiaconatu 7.qõ.1.eum, qui Hug.[quoniam] Tertia pars. Ad iudicium. Ex quo.n.recusat quis venire ad iudiciũ, p̃sumptionẽ parit cõtra se, qđ vr̃ de causa diffidere 11.q.1. Christianis. Hu.& gloss.,[Contumacia]Ecce, ꝙ nõ ꝓ prima cõtumacia punit̃, sed expectatur secũda, & ĩ hoc dispensatiue agitur cum eo, sed nec sp̃ ad primã offensam suspenditur, vel deponitur quis Arg. di. 83. peruenit, & dis. 92.c.vlt. Hug.[vsum pallij].i. honore priuetur Archiepiscopali, non tamen deponatur, vel remoueatur ab episcopatu.
2 [priuabis] Arg.†ꝙ crescente contumacia, crescere debet, & pœna. Iste ordo seruandus est, cum quis punitur pro contumacia, vt post admonitionem suspendatur, secundo excõmunicetur, tertio deponatur, quarto curiæ tradatur, vt 23. q.4. forte in fi.& 34.di. quorundam. Sed, si pro crimine quis punitur, tunc primo deponitur, postea excommunicatur, vt di.81. dictum, & extra de iudicijs. cum non ab homine, s̃m Host.& Io. Et nota, ꝙ iste subdiaconus erat, & tamen suspendit, & excommunicauit Archiepiscopum, sit hoc non sua autoritate, sed illius, cuius delegatus est, 7.q.1. peruenit. & idem posset facere de quolibet clerico. Hu.

1 *Clerici, quare magis puniuntur in causa necessitatis, quam in causa vtilitatis.*
2 *Cogitur, quare magis quis ad episcopatum, quam ad aliam dignitatem.*

Adhibenda. §. est, & quarta pars huius distinctionis, quæ sic continuatur secundũ Ar. ad præcedentis.§.eo. si qui, & c. placuit ostensum est, qualiter in tempore nolens promoueri, sit puniendus. Nunc vero docet Gratianus, ꝙ si esset vtilitas ecclesiæ, & non vult promoueri. qualiter prouocentur, vt episcopo suo in hoc obediat. Lege.¶[Adhibenda est diligentia]hæc.s. in mino- Exponit literam.
ribus. Sed surgit hic quæstio.†quare magis puniuntur cle- Quæstio.
1 rici in causa necessitatis, quam in causa vtilitatis. Respon- Respondet
det, ꝙ quia tunc maius periculum imminet ecclesiæ, si nõ ordinentur, & quia ibi est aliqua vtilitas cum necessitate. Hic autem sola vtilitas secundum Hug. Surgit alia quæstio.
2 † Quare magis ad episcopatum, cogitur quis, quia etiam Quæstio.
corporaliter, vt 23.q.4. displicet. Respondetur, ꝙ propter summam episcopalis dignitatis necessitatem, quia ibi pluribus imminet periculum, si ille ordo vacet vnde etiã statutum est, ꝙ vltra tres menses ecclesia non debeat vacare episcopo, vt di.50. postquam.& di.63. obeuntibus, & extra ad elec.c.ne pro defectu secundum Hu.&c.

1 *Presbyteri plus debent habere, quam diaconi de oblationibus, & primitijs de iure communi.*
2 *Imitatio ad suscipiendum ordines ecclesiasticos, qualiter sit licita.*
3 *Vt dictio, quod sit consecutiua.*


Onsuluit. Ad probationem eius, quod dictum est, inducitur hoc ca. Gelasij papæ, vbi habetur, ꝙ dum maiores Clerici promoueri ad ordines recusant, minores si idonei reperiantur, promoueantur. Et Diuisio.
diuiditur hoc c. in duas partes. In prima ponitur consultatio. In secunda ponitur responsio. Secunda ibi. Quia propter Lege.¶[Consuluit.indigere]sine necessitate, Exponit literam.
dicitur.n.quis indigere, eo, ꝙ bonum, & vtile est sibi, licet nulla necessitas eum cogat, sicut quis dicitur pati damnũ, qui lucrum amittit. ff. ne quis in loco publico l.2.§. merito. 23.q.4. Guilisarius. Hu.[Quapropter]secũda pars.[fieri].i. ordinari.[ordinatio illa].i. propositum prouidendi vtilitatibus ecclesiæ[maturiores].i. maturos. Hu.[in suis ordinib. proficere]ascendendo ad maiores Hu.& Arc.[inferiorib.] primus. Hu.[post].i. postea. [minores ĩ duobus].s. in ordine & beneficio, vnde sequitur[ipsa commoda].i. beneficia ec
1 clesiastica[propensius].i. intensius, quasi plus Hu. Ar.†ꝙ de iure communi plus presbyteros, quam diaconos de oblationibus, & decimis debere habere, Ar. di 32. præter. Hoc autem, de quo etiam notatur 1.q.2.c.vlt.& 16.q.6.c.vlti.& de maio.& obed. statuimus, quod verum est, sed de speciali
2 tate, quandoque aliter fit gl.[& quæstum.]¶ Sed hic surgit quæstio,†quo modo est licita ista inuitatio ad suscipiendos Quæstio. respondet
honores ecclesiasticos, cum nullus possit licite suscipere, ad honorem propter quæstum 1.q.1. non est. Respondetur dupliciter. Primo, ꝙ tex. non dicit, ꝙ propter quæstum velint, siue debeant suscipere ordines, sed ꝙ in pœna eorum statutum est, vt illis ordinibus maiora beneficia dentur, quo facto, hoc inde sequitur. s. ꝙ habent honorem, & quæstum,
3 quia promouentur, & sic habent maiora stipendia,† & secũdum hoc ly, vt non est causatiuum, sed consecutiuum, vt 1. q.1. quisquis.& 3.q.7.§. idem. Et secundum hoc non ostenditur, quid fieri debeat, sed quid fieri soleat. ¶ Secundo respondetur ꝙ ly, vt tenetur causatiue, non dico principaliter, sed secundario licet appetere quæstum. Ita.n. inuitari poterunt ad ordines. Ar. di.61. quid proderit, sed principaliter huiusmodi temporalia non sunt appetenda, imo, vt dicit gl. simoniam committerent, qui propter quæstũ deo seruirent: Deo.n. propter deum seruiendum est, & principaliter 8.q.1. sunt in ecclesia, & 1.qõ.1. non est ergo sensus, vt nitantur appetere quæstum non principaliter, in eo fundãdo intentionem, sed in Dei seruitio, quamuis secundario liceat appetere illũ, præsertim, si hoc geratur in animo, vt nobis, & aliis indigentib. subueniamus inde s̃m Hu.& Arc.

¶ *Distinctio Septuagesima quinta.*


Empus autem &c. Hic intitulatur di.75. quæ sic continuatur ad præcedentem. Supra ostẽsum est quibus, & à quibus est facienda ordinum collatio. Hic modo magister tractat, Continuatio.
quibus

quibus temporibus sunt ipsi ordines conferendi, siue ipsa clericorum ordinatio celebranda. Et primo de ordinatione episcoporum postea de ordinatione aliorum clericorũ explicat, & dicit, ꝙ ordinatio episcopi omni tempore anni potest fieri, dummodo fiat de dominico, & hora tertiarum & à ieiunantibus. Diuiditur autem hæc distinctio in quinque partes. In prima ostendit, quo tẽpore sint episcopi consecrandi. In secunda ostendit, infra quod tempus. In tertia tractat de tempore ordinandorum aliorum clericorum. In quarta reuertitur ad primem. In quinta reuertitur ad tertium. Secunda ibi. In. §. Tempus. Tertia ibi. In. §. Cæterorũ. Quarta ibi. Quod autem. Quinta ibi. Quando, & vbi Lege. ¶ [Tempus] mensis, vel septimana. Hu. [non elicitur]. i. non est electum, vel determinatum in canone. Hu. [omni tempore]. i. omni mense, vel septimana, similiter restringatur, de conse. dist. 4. omni tempore. i. omni anno [benedicuntur]. i. possunt benedici. i. cõsecrari Hu. & Arc. [hora tertia] diei dominicæ. ſ. e. quod die &. s. di. 51. c. vlt.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Forma consecrationis episcoporum, an bene assignetur.*
2 *Episcopi comprouinciales conuenientes cum metropolitano quatuor faciunt.*
3 *Episcopus consecrandus prius debet examinari.*
4 *Liber quare teneatur super caput episcopi consecrandi.*
5 *Vnctio episcoporum originem sumpsit à veteri testamento.*
6 *Ordinatio episcopi, quare debeat fieri die dominica, & hora tertia duplex causa, & nu. 8.*
7 *Scrutinium, quod fit in consecratione, nunquam est omittendum.*
9 *Episcopus, si alia hora ordinetur, quam tertia, & quam die dominica, an sit episcopus.*
10 *Ordinatio an possit fieri sine missa.*
11 *Virtus diuina, qualiter dicatur esse in sacramentis nouæ legis.*


ORdinationes. Inducit hoc c. ad probandum, ꝙ dictum est & est c. Anacleti papæ, vbi ponit formam consecrationis seruandam circa episcopos consecrandos, videlicet, à quibus, & qualiter, & qua die, & qua hora. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur. † Vtrum hic conuenienter assignetur forma consecrationis episcoporum. Et videtur, ꝙ non. Primo sic. Examinatio, de qua loquitur, non videtur esse fienda, nisi circa ignotos, vt 47. distinct. de Petro, & 94. distinctio. valde. Sed non omnes episcopi consecrandi sunt ignoti, imo plures noti, ergo, &c. ¶ Secundo sic. Episcopi, cum facti sunt sacerdotes sunt iam consecrati, & inuncti: ergo frustra iterum consecrantur, cum efficiuntur episcopi, patet consequentia, quoniam in operibus tam diuinis nihil debet esse superfluum. ¶ Tertio sic. Consecratio aliorum ordinum. s. sacerdotium, &c. non debet fieri, nisi diebus ieiuniorum propter reuerentiam sacramenti, & munditiam, sed hæc non minus requiruntur in consecratione episcopi: ergo cõsecratio epi non det fieri die dominica, in qua nõ est ieiunandum, de consec. dist. 3. ieiunium, sed alia die, puta sabbato, sicut alij ordines sacri. ¶ In oppositum est tex. præsentis c. Respondeo dicendum, ꝙ forma assignata consecrationis episcoporum est conuenienter posita, patet cõclusio. Tum autoritate Anacleti papæ, & martyris, & Innoc. 3. extra de sacra vnct. vbi copiose ponit de hac materia. Tum autoritate vniuersalis ecclesiæ, quæ eam obseruat, patebit etiam ex assignanda singularium partium eius positarum in litera.

Quæstio. 1

Primũ ar.

Secũm arg.

Tertiũ ar.

Opponit & Respo.

2 Pro quo notandum † ꝙ colligere possumus ex rationali diuinorum officiorum comprouinciales episcop. conuenientes cum metropolitano ad consecrationem episcopi quatuor faciunt, quæ tanguntur hic in litera. Primum est scrutinium. i. examinatio. s. de majoribus, & scientia eius, quæ
3 qualiter fieri debeat habetur, di. 23. qui episcopus. † Quod autem episcopus consecrandus prius examinetur, conuenientissimum est, vt non, nisi dignis tantum munus tribuatur tale. ¶ Secundum. quod fiendum est, sunt preces, ibi, cũ dicitur cum precibus. quæ sunt quædam letaniæ, in quibus ter petitur benedictio à Deo, vt sancta Trinitas in ordinatione episcopi consecrandi adesse monstretur. ¶ Tertio modo est manus impositio, ibi, cum dicitur, manus cum sanctis euangelijs. Duo. n. episcopi ponunt euangeliorum codicem super caput, & ceruicem eius, siue super humeros, vno super eum infundente benedictionẽ, reliqui vero episcopi (qui assunt manibus suis caput eius tangunt, vt d. 23.
4 episcopus, † sed ad quid liber tenetur super caput eius. Primo, vt dominus formet euangelium in corde ipsius. ¶ Secũdo, vt per hoc intelligat, cui labori, & oneri obijciat. ¶ Tertio ad notandum, ꝙ pondus euangelicæ prædicationis eum circumquaque ferre pigere non debet. Hæc autem manus impositio sumpsit exordiũ ab Isaac, qui dum benedixit Iacob imposuit sibi manum, Et Moyses super Iosuæ, cum populo præfecit, sed & ipsi Apostoli per manus impositionẽ, spiritum sanctum dederunt. Fit autem manus impositio super ordinandos, quia per manus opera, per digitos spiritus sancti dona, per caput vero mẽtem intelligimus. Recte ergo manus imponuntur, quia donis spiritus sancti in mente imbuti ad opera Christi mittuntur. ¶ Quartum, quod
5 fit in consecratione episcopi est, ꝙ vngitur sacra vnctione, dicitur in litera. † Hæc episcoporum vnctio à veteri testamento sumpsit originem. Nam Leui. c. 21. dicitur. Pontifex super caput eius fusum vnctionis oleũ, & cuius manus sunt in sacerdotio cõsecratæ. Sane episcopus vngitur chrismate quod conficitur ex oleo, & balsamo & inungit in capite, & & in manibus. Caput autem eius inungitur propter autoritatem, & dignitatem, quia non solum episcopus, sed etiam rex constituitur. Secundo, vt ostendatur illius. s. Christi tanquam vicarius repræsentare personam, de quo per prophetam dicitur. Sicut vnguẽtũ in capite, &c. Caput. n. viri Christus est. Tertio caput inungitur, vt episcopus diligat deum ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima sua, & proximum sicut seipsum. Oleum. n. in capite est charitas in mente, secundum Gregorium. Manus vero iniunguntur propter misterium, & officium. Manus vero, quæ opera signant vnguntur oleo. i. chrismate pietatis, & misericordiæ ad significandum, quod episcopus debeat operari bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei. Secundo propter officium, vt ostendatur accipere potestatem benedicendi, & consecrandi, vnde cum eas consecrator vngit, dicit. Sanctificare domine digneris manus istas. Scribitur autem in litera, ꝙ ista ordinatio episcopi debeat esse die dominica, & hora tertia. † Huius autem constitutionis duplex causa principaliter assignatur. Vna est, quia Christus die dominica hora tertia super Apostolos in igneis linguis apparuit, & spiritu sancto repleuit, & inuisibili vnctione perunxit, vt de consec. 1. di. nocte, quia ergo episcopi in loco Apostolorum successerunt, vt di. 21. in nouo. non debuerunt inungi, & consecrari, nisi eadem die, & hora regula est ista prima. ¶ Secunda est, quia tali die, & tali hora Apostoli super Paulum, & Barnabam manum imposuerunt, & eos ad prædicandum miserunt vt. ſ. e. quod die dominica. ¶ Quibus visis, dicendum est ad rationẽ in oppositum. Ad primam respondetur, sicut dicit gl. in c. qui episcopus verũ est de scrutinio, de quo extra de elec. cum in cunctis. † Scru
7 tinium autem, quod fit in consecratione, nunquã est omittendum, etiam circa notum, vt in præfato c. qui episcopus, & hic. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam, dicimus. n. ꝙ non fit frustra, secunda inunctio, maxime, cum in consecratione episcopi manus consecrentur chrismate, & ratio est. Opera si quidẽ per manus, per oleũ spiritus sanctus gratiæ copia, per balsamum quod oleo admiscetur in chrismate, designantur, quia ergo in operibus episcoporum, & aliorum episcoporum superiorum, plusquam in alijs inferioribus munus spiritus sancti apparere, & odor bonæ famæ sentiri debet, iuxta illud Apostoli 2. ad Cor. 2. Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Nam & in celesti Hierarchia superiores angeli potioribus donis, & gratijs eminent. Idcirco in eorum consecratione manus alias inunctæ oleo rationabiliter chismate vnguntur. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam. Tunc, quia etiam à ieiunantibus perficitur hæc ordinatio. Tum propter alias rationes assignatas magis fit in die dominica, & de hoc aliæ assignabuntur in expositione literæ. Lege. ¶ [Ordinationes]. i. consecrationes. Hu. [Apostolica] gl. generali, 16. q. 1. cunctis, ab omnibus, vel si necessitas fuerit, à tribus uel ad minus, reliquis per literas consensum pbentibus, vt di. 64. c. 1. & 2. [simul cõuenientes] exemplo Apostolorum. Act. 1. dum Matthiam in Apostolum consecrarent. Erant simul congregati, & orantes dixerunt. Tu domine ostende, &c. [Scrutinium]. i. examinationẽ, de fide, & scientia eius, qualiter hæc fieri debeat, habetur di. 23. qui episcopus. Hu. Cum sanctis expositum est in quæstione, & habetur dist.

Grego.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ

Ad tertiũ.

Exponit literam

tur di.23. episcopus [manus imponentes] per impositionē manū apostolicorum virorum spiritus sanctus cōfertur vnde Act.8.dicitur de apostolis. Imponebant manus super illos,& accipiebant spiritū sanctum. Ideo in consecratione episcopi imponunt consecratores manus super eos, sicut Apostoli imponebant super Paulum, & Barnabam. Act.8.
8 die dominica hora tertia.] Causas huius constitutionis assi gnauimus in quæstione, quæ sunt Hu. † Si vero quæritur, quare simpliciter tali hora tertia fiat ordinatio episcoporū assignatur triplex ratio in gl.& ab Hu. prima est, quia publice non debet celebrari, nisi hora tertia, vt de consec.di.1.nocte. Ordinatio autem episcoporum non debet esse, nisi in missa publica. Secunda ratio, quia hora tertia Christus crucifixus est linguis Iudæorum, vt de conse.di.1.nocte, de pe. di.1.periculose, & episcopi præsertim tenentur prædicare mortem, & crucifixionem Christi,& cetera talia. ¶ Tertia ratio est, quia episcopi loco Apostolorum positi sunt, vt fidem trinitatis prædicarent. Sed surgit hic quæstio. † An si episcopus alia hora ordinaretur, quam tertia, & quam die dominica esset episcopus, respondetur ꝙ sic. Nā non obstā te hoc susciperet ordinem episcopalem. Sicut.n. dicitur de sacerdotibus, vel diaconis,& subdiaconis, non statuto tempore ordinatis, qui veniunt deponendi nisi dispensatiue tolerentur. Ar.j.di.77.subdiaconus,& extra de tempo. ord.sane. A simili dicendum est, ꝙ episcopus sic ordinatus, episcopus est, sed debet deponi secundum Hug. Et præterea non omnes simul faciunt hora tertia, nam quidam citius, quidam tardius. Et si simul omnes faciant hora tertia, quidam tamen plus morantur in officio præcedenti, & quidā minus,& sic contingit, ꝙ non simul faciūt ordinationem. Si ergo necessario illa hora seruāda esset, dubium forā, qui illorum ordinant,& qui non ordinat, quod esset inconueniens. Secundo surgit hic quæstio.† An sine missa fieri possit ordinatio. Respondet, ꝙ de minoribus ordinibus nō est dubium. Et idem credendum est de maioribus, licet.n. non sint conferendi, nisi in missa propter reuerentiam sacramē torum, si tamen aliter fieret, ordines conferentur, & dignitas episcopalis, dummodo alias forma ordinandi seruetur, secundum Hug. [Orantes].i.orationes, vel præces faciētes. Hu.[sacraque vnctione inungitur episcopus] sic Moyses vnxit Aaron Exo.29. de quo psal.132. Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Exemplo prophetarum prophetæ.n.inungebantur, & reges, Sic Samuel inunxit Saulem Regem. 1.Reg.10.vnxit etiam Regē Dauid 1.Reg.16.& Helias propheta Hieu regem,& Azaelem regem super Syriam 3.Reg.19.[More Apostolorum], qui Iacobum Apostolum episcopum Hierusalem consecrarunt,& Paulum,& Barnabam. Actu.8.[& Moysi] Exod.29. quia omnis sanctificatio constat esse in spiritu sancto, quia iste spiritus est, qui sanctificat, qui dicitur vnctio 1.Io.3. Vnctio docebit vos de omnibus, ipsi.n. inuisibiliter vngit. psal. 44.vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ, &c.[permista] improprie dicitur, quia virtus spiritus sancti increata nulli permiscetur creaturæ, sed dicitur permista 1.coniuncta, secundum illud August. super Ioan.& habetur 1.q.1.detrahe
11 quæ virtus aquæ vt corpus tangat,& cor abluat.† Virtus.n. diuina dicitur esse in sacramentis nouæ legis, sicut in medicamentis quibusdam,& in eis secretius operari. Nam, mediate ipsa inexistente diuina virtute, sacramenta gratiam salutarem operantur suscipientibus illa [digna].1.q.1. multi.[Aut illam augent,& roborant, in quibus præsuit.] vt de conse.di.4.non ex quo. Quod dicit hic glo.& Hug.[Chrisma sit sacramentum] non est verum. vnde S.Th.in 4.dist.7. dicit quidam dicunt ipsum chrisma esse sacramentum, sed hoc falsum apparet in hoc, ꝙ vsus Chrismatis in pluribus est, quam sacramentum. Vnde dicendum, ꝙ chrisma non sit sacramentum, sed materia sacramenti, sicut aqua materia Baptismi.

Quæstio. (margin) — Quæstio. Respōdet. (margin) — Quæstio. Respōdet (margin) — Auguſt (margin) — S Thom. 4.ſen. Ar. 1.q.1. (margin)

Tempus autem. §.est, & secunda pars huius distinctio. quæ sic continuatur. Postquam dictum est, qua die, & quā hora consecratio episcopi celebranda sit. Nunc magister Gratianus subdit, infra quod tempus à tempore electionis episcopus consecrari habeat dicens, ꝙ infra tres menses debet esse cōsecratio electi, vt hic dicitur,& di.c.quoniam quidem, nisi aliud necessitas cogat. (margin: Cōtinuatio)



Quoniam. Probat, quod dixit per hoc c. ex concilio Calcedonē. quod diuiditur in quatuor partes. In prima parte narrat negligentiam quorundam circa consecrationem episcoporum. In secunda prouidet statuendo, ꝙ infra tres menses fieri debeat. In tertia adijcit pœnam illis, quarum negligentia contrarium accideret. In quarta disponit, apud quem fructus debeant interim seruari. Secunda ibi, placuit. Tertia ibi, si autē quis. Quarta ibi. Redditus. Lege. ¶[Quoniam placuit] secunda pars.[inter tres] post electionem. Hu.[necessitas hæc multiplex potest interueniri, puta propter infirmitatem electi, & confirmati, vtpote, si sic vitiatur corpore, vt post non debeat ordinari, vt si perderet oculum 55.di..c.vlt. vel pedem vel manum, vel aliquod simile extra de elect. cum in cunctis.§.cum vero intelligas tu [sua culpa] non interueniente. Alias secus, puta, quia in iudicio duellum obtulit, aut sponte suscepit, vel in bello voluntarie se ingessit, extra de cor. vitia e.1. Vel quia reperit virum cum vxore turpiter agentem, vnde & ipsa, cum quibus deliquerat, amputauit. extra de senten.excommunicatione ca.3. Et sic tolluntur contraria, quę sunt extra de cleri.ægro.n.de sta.ho.qui fuere.ff.de postu.l.1.§.casum 55.di.præcepta, quæ intelliguntur, quando sine culpa talia acciderunt, s̄m Holst. Arc. Hic nunquam consecrabitur,& tamen administrabit res episcopatus, quo ad ea, quæ possunt fieri à non episcopis, alia supplebuntur per alios inuitatos episcopos, vt 7.q.1.pontifices. Item impeditur consecratio etiam ab hoste, vt di.71.fraternitatem. Et multæ aliæ causæ possunt accidere, quæ impediunt, quo casu debet ibi constitui visitator, vt 7.q.1.constitutum. Hu. [Si autem quis] Tertia pars.[Episcoporum].i.metropolitanorum, vel potest referri ad electos in episcopos, quia, & ipsi dicuntur episcopi destinatione, sed siue hoc contingat negligentia metropolitani, siue electi, sequitur condemnatio, vt dist.ca.quoniam quidem vbi determinatur qualiter sit puniendus metropolitanus, vel electus cuius negligētia hoc accidat [Redditus] quarta pars. [Integros] ergo vacāte ecclesia medio tempore, non licet fieri rerum alienationē, & si facta fuerit, reuocabitur à futuro prælato, si voluerit. Ar.12.q.2.si qua. Si tamen euidens necessitas ecclesiæ monstretur, non credo debere reuocari 35.q.9.c.1.& 2.[Apud œconomum] sed quid si ibi non sit œconomus. Respōdetur, ꝙ constituatur extra de offi.ord.cum vos, vel res commendentur clericis s̄m Hug. De isto satis legitur,& notatur 12. q.2.illud,& ibi dicam. Arc.

(margin: Diuiſio — Exponit li teram.)

1 *Ordinationes fiunt in quatuor temporibus.*
Et quare potius in sabbato, quam alijs diebus.nu.2.

Cæterorum. §.est,& tertia pars huius dist. in qua ponit de tempore ordinandorū clericorum dicens, ꝙ non ordinantur, nisi certis temporibus anni, & in sabbato sancto,& in sabbato, quod est ante do-
1 minicam de passione. Vbi notat, ꝙ ordinationes fiunt in quatuor temporibus, ideo, quia sacerdotes,& alij clerici locum in ecclesia obtinent, quem Leuitæ in populo Israel obtinuerunt, quos, sicut in libro numerorum legitur dominus pro primogenitis recepit,& eos in Aegypto, dum primogenita Aegyptiorum interficerentur, custodiuit. Primogenita.n.quasi primitiæ sunt, vnde, quasi primitias domino offerimus, cū aliquos ad sacros ordines conferimus, Conueniens ergo est, vt in primitijs temporum.s. in quatuor temporibus primitias hominum offeramus. Rursus ideo in quatuor temporibus, vt quatuor virtutibus exornē tur,& sub quatuor euāgelijs seruire christo,& ecclesiæ mo ueantur. In vere, vt virtutibus floreant. In æstate, vt fructus afferant. In autumno, vt fructus operum metent. In hyeme vt collectos conseruent in horreo, vt eis fruantur in domi-
2 no.† In sabbato autem potius, quam in alijs diebus ordinationes fiunt, quia illa dies spiritui sancto consecrata est, cuius dona in ordinibus, recipiūtur, sicut infra circa c. quod à patribus notabitur. Lege.¶[Vespere] videlicet sabbati, cuiuslibet si tēporaliū & sabbati. qd̄ pcedit dn̄icā de passione, & sabbati pascalis:[vel mane], videlicet diei dn̄icæ, nō intelligas de mane cuiuslibet dn̄ica, sed de illo dūtaxat, quod præcedit sabbatū, in quo licite pōt fieri ordinatio: ergo tm̄ de sex dominicis.s. de quatuor dominicis post temporalia, de dominica passionis,& resurrectionis, s̄m Hu.& Arc.[Ieiunio sabbati] de hoc.j.in c.quod à patribus.

(margin: Num.1. Exod. 12. — Exponit li teram.)

1 Ordinatus

1 Ordinatus alio tempore, quam à canone assignato, an recipiat ordinem.
2 Episcopus conferens aliquem ordinem, vel sacramentum extra tempora assignata a canonibus. an sit suspensus a collatione illius ordinis tantum, vel ab omnium collatione.
3 Suspensus a collatione ordinis diaconatus, an poterit conferre presbyteratum.
4 Ordinandus debet esse probabilis.



ORdinationes. Inducitur ad probandum, ꝙ dictũ est hoc. c.Zepherini papæ. Breue est, & non diuiditur. Lege. ¶ [Ordinationes.congruo].i.à canonibus præfixo, & dete. minato. Hu.& Arc.extra de temp.ordi. de eo. Sed hic insurgunt quæ questiones. Prima est, † Vtrum ordinatus alio tempore, quã assignato à canonibus, presbyter diaconus, aut subdiaconus ordinem illum suscipiat. ¶ Secunda est † Vtrum episcopus extra tempora assignata à canonibus conferens aliquẽ ordinem, vel sacramentum, vtrum à collatione illius tantũ sit suspensus, vel ab omnium ordinum collatione sit suspensus. ¶ Ad primum respondetur ꝙ talis suscipit ordinem, sed debet deponi, vt infra dist. 77. subdiaconus, & extra de temp.ord.sane. Non debet autem permitti in susceptis ordinibus ministrare. Non.n.suscipit executionem secundũ quosdam, sed, vt dicit Pet.de palude, in quarto magis videtur suspendendus, quam suspensus extra e.cõsultari. Potest autem episcopus cum talibus, primo eis imposita pœnitentia competenti, vt in susceptis ordinibus ministrent dispẽsare, extra de temp.ord.consultationem. Hæc secundũ Inn. Berna.& Glossatorem Raymundi, qui addit, ꝙ secus est de ordinibus suscipiendis. Si vero ante ministrent secundum quosdam episcopus non potest dispensare. Arg. extra de sacra.ite.c.1.& di.52.Solicitudo. Sed verius est, ꝙ diocœsanus cum tali poterit dispensare 9.q.2.c.Lugdunen.& extra de temp. ord.consultationi, nisi forte fuisset sibi interdicta executio, & postea ministrasset. ¶ Ad secundam quæstionẽ respondetur secundum Host. ꝙ episcopus ille à collatione tantum illius ordinis, quem contulit, suspendetur. Ar.extra de temp.ord.cum quidam secundum Hug. Nunquid si suspensus est à collatione ordinis diaconatus, tantum poterit conferre ordinem subdiaconatus, quod videtur. Arg.extra de præsumpt.nonne, & de pœniten.di.1.pœnæ.ff.de liber. & posthu.cum quidam ẽm Hu. † Sed nunquid conferre poterit ordinem presbyteratus. Respondet quod non, vt videtur, quia non debet frui maioribus, qui minoribus caret ff.de ser.expor.cui pacto. Si vero arguitur cõtra de his, quę fiunt à maiori parte cap.quæsiuit.cum simi. Respondetur ad primum verius est ẽm Hostien.quia quamuis non deliquerit in maiori, fecit se tamen indignum delinquendo in minorib.vt in prædicta l.cui pacto, & extra de eo, qui ord. recipit ab episc.c.1.§.sane ẽm Hostiẽ. qui ita notat extra de temp.ord.vel non est ẽm Arc.sequitur.[Astantibus]28.dist. de his 1.q.1.placuit, vt in fi. Sed contra Brochardus libr. 2. vbi dicitur, ꝙ non debent fieri ordinationes coram laicis, siue sub aspectu audientium. Respondetur, ꝙ ibi audiẽtes vocãtur cathecumini, vel publice pœnitentes extra ecclesiam, vel infideles, quorum nullus debet interesse ordinationi clericorum.ẽm Hu.hic loquitur de fidelibus, ẽm Lau.

4 Arch.[probabiles.] † Ordinandus debet esse probabilis, cũ dicitur Ecclesi.42.Eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium virorum, prout.s.ordo requirit, vnde Apostolus 2.ad Ti.2. scribit dicens. Solicitè autem cura teipsum probabilem exhibere deo, operarium in confusibilem, recte tradentem verbum veritatis. Debẽt igitur esse probabiles.i. in virtute probitatis probati, qui ad ordines assumũtur[doctos]in doctrina veritatis, vt docti fulgeant in firmamento ecclesiæ, sicut stellæ. Dan.12.gaudentes.[Nã mala]potius sunt oneri, quã honori ipsi ordinatori 23.dist. tales, & 61.di.miramur Hu.&c.

Margin: Exponit literam. — Prima qõ. 1 — Secũda qõ. 2 — Respõdet. Ad primũ — Pet.de pal. — Quæstio. respondet 3 — Opponit respõdet

1 Ordines an sint conferendi die sabbati aut die dominico.
2 Ordines minores alijs diebus, quam sabbati conferri possint.
3 Dies quando dicatur incipere, quo ad ordines conferendos. Quando secundum leges nu.4.
5 Ordinem an conferat, vel recipiat pransus.
6 Continuatio ieiunij, an requiratur in consecratione episcopi, & num.7.& 8.
9 Dies quælibet dominica dicitur dies resurrectionis.



QVod à patribus &c. Ad idẽ subiũgit hoc c.quod est Leonis papæ, in quo habet, ꝙ sacri ordines non sunt passim 1.omni die conferẽdi, sed sabbato eost nonam, vel dominica die sequenti continuato ieiunio. Et ita diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ sabbato conferendi sunt ordines sacri. In secunda, ꝙ si inchoata ordinum celebratio die sabbati non possit adimpleri, mane diei dominicæ compleri poterit. In secunda assignat rationem dicẽs, ꝙ illud mane diei dominicæ spectat ad vesperam sabbati propter continuationem ieiunij 2.ibi. Quod eiusdem.3.ibi A quo tempore. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur sic. ¶ † Vtrum ordines sint conferendi die sabbati, aut die dominico. Et arguitur, ꝙ ordinum collatio sit die dominico celebranda, argumentis Hu.qui super hoc ca. & vt recitat Hostiẽ. in summa rubrica de temp.ord.dicit, ꝙ omnes ordines die dominico conferendi sunt. Prima eius ratio est, quia tam sacramentum baptismi, quam ordinis, & quolibet aliud à resurrectione dominica efficaciam habet, de consec. di.4.proprie, & sic ẽm ipsum, & sequaces eius vespera sabbati trahitur ad mane diei dominicæ, & sic intellexit c.præsens. ¶ In oppositum est consuetudo generalis ecclesiæ, & quasi omnes alij doctores, vnde Hos.sic subiũgit: Tu teneas incunctanter, quod omnes sacri ordines conferendi sunt die sabbati, & etiam mane die dominicæ sequẽtis continuato ieiunio, tam ab ordinatore, quam ab ordinãdo, vt aperte colligitur ex præsenti c.& ex præceden.§. vnde ẽm istos mane diei dominicæ sequentis trahitur ad vesperam sabbati præcedentis. Et ita, siue conferantur in vesperam sabbati præcedentis, siue in mane dominicæ sequẽtis, semper fictione canonica in sabbato conferuntur. Hanc opinionem videntur approbare omnia iura, & consuetudo generalis ecclesiæ, & dominus Inno.extra de temp.ord. literas. Est etiam Goffr. & assignat rationem, quia sabbatũ significat requiem, & qui transit ad clericatum per assumptionem ordinum sacramentorum, irreuocabiliter transit de labore secularium negotiorum ad requiem ordinis clericalis, vt 88.di.formam, vnde Apostolus 2.Tim.2. Nemo militans deo implicat se negotijs secularibus. Concordat etiam ad eandem opinionem Inno.4.in gl.super dictum c. literas. Hæc etiam opinio, & sententia est S.Tho.in 4.di.25. & domini Petri de palude. Est etiam alia ratio, quam supra tetigimus circa principium huius partis, quia videlicet illa dies spiritui sancto consecrata est, cuius dona in ordinibus recipiuntur. Præceptum.n.fuit populo priori sabbatum celebrare ad hoc, vt esset figura sanctificationis spiritus sancti, vnde Exo.16. dicitur. Requies sabbati sanctificata est domino. Et iterum. Custodite sabbatum meum, sanctum .n.est mihi. Præterea nunquam legimus in testamento veteri sanctificationẽ fieri per omnes priores dies, de solo sabbato dictum est sanctificauit dominus die sabbati. Est etiã alia ratio, quod die sabbati fiant ordinationes.s.in signum, ꝙ ordinandi debent habere sabbatum pectoris.vt tandem transeãt ab sabbatum æternitatis. Concor. Hic Arch.dicẽs. Quod hoc ca.est valde difficile: ergo ita teneat, quod ordines debent fieri die sabbati, post ad nonam quia iam de die dominica est à nona sabbati vsque ad nonam diei dominicæ. Et si forsan tot fuerint, ꝙ nõ possint ordinari omnes, continuato ieiunio celebret die dominico, ita tamẽ, quod duos ordines.s.sacros non vel.simul. Et hic est verus intellectus, & extra de temp.ord.literas. Hæc Arch. Circa autem hanc continuationem ieiunij, vsque ad diem, & dominicã, dicit Inno.in glo.c.literas, quod non expedit sic continuare ieiunium, & die dominico ordines conferre, nisi necessitas assit. Concor.Host.& alij. Conclusio præfata habet exceptionem in papa, qui die dominico ordinem subdiaconatus conferre potest, & in alijs præcipuis festiuitatibus, vt extra de temp.ord.c.1. Hoc.n.priuilegium videtur esse papæ, vt dicit Hostien.in summa e.tit.quod quolibet tempore, & quilibet ordo ab eodem conferri potest, sicut in quolibet tempore pallio vtitur, extra de vsu pallii ad honorem. Et sicut in die consecrationis suæ locus ordines celebrat, extra de elect.quod sicut.§.super eo.non dubito, quin hoc facere posset, sed nec conuenit nec facit. Licet.n.ab obseruantia canonum

Margin: Diuisio. — Quæstio. Prima ar. 1 — Opponit contrarii. Hostien. — Innocent. Goffre. — Innocenti. S. Thom. Pet de pal. — Gen.2. — Archid. — Innocen.

canonũ sit absolutus,decet tamẽ,quod secũdum eos viuat suis priuilegijs semper saluis ext.de consc.præb.proposuit.
2 ¶ Secunda conclusio, †Minores ordines alijs,quam sabbatis prædictis conferri possunt.Licitum.n.est cuilibet episcopo diebus dominicis,& alijs festiuitatibus præcipuis cõferre minores ordines.extra de conse.c.si vnum,aut duos,aut plures,ita tamen, ꝙ non multos, ne videatur contra generalem ordinationem facere, & no. extra de temp.ord.c.de eo.Et Concor.Host.Goff.& alij.¶ Ad rationem autem in oppositũ Hu.dicẽdum venit. Videtur nobis, ꝙ nec opinio valet,nec ratio sua mouere debet. Opinio sua nõ valet,qm̃ si omnes sacri ordines deberent celebrari die Dominica, sancti Patres non fecissent differẽtiam,quo ad diem in cõsecratione & episcoporum,& aliorum sacerdotum,& Diaconorum,de qua tñ differentia tota ista di.est plena. Ratio etiam mouere non debet,quoniam in illo c.proprie nulla mentio fit nisi de Baptismo,in quo assignatur ratio, quare illæ duo tempora.s.Pasca,& Penthecostes sunt electa ad baptismum. Nulla autem mentio fi de ordine. Et quia alia ratio est de Baptismo,& alia de alijs sacramentis , sicut est manifestum.Lege.¶ Quod à patribus custodiri].s.hoc[vt non]Hu.[sed post diem sabbati]Hebrei vocabãt antiquitus septimanam sabbatum ₰m illud Luc. 18. Ieiuno bis in sabbato.i.in septimana . Et hinc est : ꝙ ₰m computationem Iudæorum dicitur prima sabbati prima dies septimanæ.Vnde hic dicitur in prima sabbati.i.in die dominica,quæ dicitur prima sabbati. Hu.& Arc.Vbi nota,ꝙ secundũ diuersas opiniones canonicas in quæstione,ita diuersimode exponitur hæc,vt dicit gl.Nam secundum opinionem Hu.dicentis,ꝙ die dominica sacri ordines debeant conferri,exponitur sic [post diem sabbati].i.finitum.Secundum vero opinionem aliorum exponitur sic[post].i.post inceptum diem sabbati eiusque noctis.quidam habent [quæ]hic,& tunc debet sequi consecrandi. Alij non habẽt,quæ, & tũc debet subsequi consecrandi,& sic legitur tunc litera.post diem sabbati eius noctis,quæ in prima sabbati[lucessit].i.econtra diluculum est in prima sabbati.i.die dominica,hoc scriptũ est ex euangelio Mat.28.vbi initium diei Dominicæ cum præcedenti vespere continuatur,& numeratur. Vespere autem inquit sabbati,quæ lucescit in prima sabbati.i.in principio diei dominicæ eligantur exordia[consecrandis].i.ad clericos consecrandos.i. illo tempore consecrentur,& ordinentur. Sed melior litera est Hu.quæ habet[quæ,& consecrandi] & sic legitur post diem sabbati,eiusque noctis exordia consecrandi [eligantur].id est, electi ad ordines consecrentur.†Nota
3 quòd secundum canones , quantum ad ordinum collationes dies dicitur incipere à vespere præteriti diei vt infra. e.ꝙ die.de consecra.distinct.3.pronuntiandum.& cap.esu.
4 †Secundum leges autem à media nocte a.ff.de fer.l. more. & extra de off.del.consuluit.cui legi standum est in pactis, contractibus,& in oĩbus alijs,vnde.si iuraui me tibi daturũ centum die dominica,non ero periurus,si non dedero tibi vsque ad mediam noctem sequentem.In huiusmodi ergo præponitur lex canoni,quia benignior Ar.50.d.eos.Et potius interpretandum est,ꝙ nemo sit periurus,etiam,si clericus sit,qui iurauit Ar.extra de test. cum tu.secũdum Lau. Et idem sentit Hu.in dicto c.quod die.Ad hoc facit , quod notatur extra de fe.c.2.in prin.& de cons.d.3.c.1.ibi videas ₰m Arc.[in quibus].i.intra quæ tpa ieiunij.Ber.vel in quib. .i.exordijs.Io.de Fan.Hu.& Arc.[Ieiunijs,& à ieiunãtibus.] Hoc duplici de causa iustum est.s.primo pp reuerentiam sacramentorum,quæ dari,vel accipi non debent, nisi à ieiunis,vt hic.& d.67.reliqui,& de cõs.d.2.liquido.Secundo vt mundiores accedant ad ordines suscipiendos.Vnde ẽt Paulo,& Barnabæ apostoli ieiuni manus imposuerũt, vt infra
5 c.prox.¶ Sed hic surgit q.† Vtrum pransus cõferat,vel accipiat ordinem.Hu.dicit.Credo,ꝙ sic.Et idem dico de quolibet alio sacramento,excepto sacramento eucharistię,quod credo non cõfici,nisi à ieiuno. vt de cons.d.2. liquido.[sed in psal.]bene dicit Hu.Sed in hac q.cum dicit de sacramen. Eucharistiæ male dicit,qm̃ conficit pransus sacerdos, quia verba Christi tam per ieiunium,quam per pransum candẽ efficaciam habent super panem, & vinum , vnde Christus pransus confecit.Sacerdos tamen pransus conficiens,grauiter peccaret,agens contra vniuersalis statutum ecclesiæ, vide,quid nos disputauimus in dict.c.liquido de cõse.d.2. in quo c.licet constituatur,quod non ieiunus, quis cõficiat sine accipiat,non tm̃ dr̃, ꝙ sit de substantia consecrationis,

Ad arg.

Exponit literam.

a ¶ A media nocte. Add P de Anc. et Car.Za. in c. cõsuluit de offi. deleg.Bar. in l. 2.§.fi. de ver.sig. Ale.in l. 1. si quis cautio . Arch. Io.de Fan.

Quæstio.

quod à ieiuno consecretur. Et ita Hu.nihil probat[quod] .1.ordinis collatio.[Eiusdẽ obseruatur].i.similiter congrue & canonicè dicetur celebrari die Dominica sequente sabbatum,in quo licita potest fieri ordinatio.[Continuato ab vtrisque].s.ordinandis,& ordinatoribus,& nihil ab eis co-
6 medat die sabbati Hu.¶ Sed surgit hic q.† Vtrum ista continuatio ieiunij requiratur in consecratione episcopi.Respõdetur ꝙ non,vt dicit Hu.& gl.cum in die Dominico consecretur,& ꝙ in mane intelligatur ieiunus quilibet, vt extra de temp.or.literas.¶ Sed surgit alia q.† Vtrum,si in sero or
7 dinetur aliquis in presbyterum,& in mane sequẽti debeat ordinari Episcopus est cõtinuandum ieiuniũ.Respondetur ꝙ non secundum Hu.Nam hoc specialiter statuitur in ordinatione aliorum,& in superioribus capitulis,& vbi dictũ est de ordinatione Episcoporum.nihil tractatũ est de hoc: vnde innuitur;quod omni die dominico possit celebrari Episcoporum consecratio;etiam sine ieiunio præcedente.
8 Secus in ordinatione aliorum . ¶ Sed hic surgit alia q.†Cũ statutum sit; vt ordinatio clericorum semper fiat cum ieiunio,vel statim post pp reuerentiam ordinum, & vt mũdiores accedamus ad ordines suscipiendos, vt dictum est, quare hoc non obseruaẽ in ordine Episcopali suscipẽdo, cũ ordo Epalis sit dignior.s.vt non dareẽ,nisi in quadragesima vel in quatuor tẽporibus. Respõdetur ad hoc ₰m Hu. quia secundum hoc oporteret differri consecrationẽ episcopi vltra tres menses,quod fieri non debet[a quo tempore]sci licet mane diei Dominicę.i.quia ab eo vt sit causa in relatione:vult enim reddere causam,quare erit eiusdem obseruantiæ.[Non recedunt]quia illa initia , & illud mane sunt partes & de substãtia eiusdem diei , quod ad intellectum relatio.s.initium præcedentis noctis ad diem resurrectionis.i. ad diem Dominicum.†Nam quælibet dies dominica dicitũ
9 dies resurrectionis:qa eius est imago , & figura sicut in pascha declaratur.s.quod initiũ præcedentis noctis est de die dominico.Nã in sabbato sancto missa cãtatur,vt de cõse.di. 3.sabbato.in principio sequentis noctis : vnde in oratione illius missæ dicitur. Deus,qui hanc sacratissimam noctẽ,&c. Ergo principium illius noctis est de die dominico,hæc tamen male,vt dicit Hu.obseruatur à quibusdam,qui illã missam in hora missæ cantant.


Vod die. Hic signatur 4.pars huius dist. in qua reuertitur ad loquẽdũ de materia primi ca.s. de tempore cõsecrationis epi,in quo principaliter ponit, ꝙ Episcopus duntaxat diebus dñicis debeat cõsecrari. Et potest diuidi in quatuor partes.In 1. ponit , quod dictũ est. In 2. probat illud exemplo Apostolorum.In 3.concludit per consequens illud obseruandum.In 4.subiungit, assignando causam dictæ institutionis,& commẽdationẽ,& excellentiam diei Dñicæ 2.ibi:Scriptura 3.ibi.Ideo 4.ibi.Quętãtis.Leg.¶ [Quod die sacerdotum,]Hu.dicit hic.i. Subdiaconorum, Diaconorum,Presbyterorum.H. exponit iuxtã opinionem suam,vnde hic iuxta gl.[Sacerdotum].s.episcoporum,quare induceretur exemplũ Pauli,& Barnabæ,qui Epi fuerunt,nisi ad hoc capitulum de epis tãtum loquatur, vt arguit gl.[Scriptura].s.ait 13.2.pars. Quod cum Apostoli.]hic innuitur,ꝙ die Dñico Paulo , & Barnabæ Apostoli, manum imposuerunt.Sed in actibus apostolorum hoc nõ continetur,sed quod ieiuni,& hora tertia hoc fecerũt.Sed forte aliunde habuit,nisi dicatur scripturam hic vocari nõ actuum apostolorum,sed aliam:vnde hoc habuerit Hu.[imposuerunt]forte autem eos consecrarũt Hu. Dicit Arc. hos vt melius intelligas:Dicas,ꝙ Apostolis ministrantibus dño & ieiunantibus dixit illis Spũs sanctus.Segregate mihi Paulum,& Barnabam in opus,ad quod assumpsi eos,qui, audito consilio Spũs sancti,remiserũt Paulum,& Barnabam in Hierusalem ad Petrum,Iacobum,& Ioannem,q erant ibi, q gauisi sunt mandato audito angeli,vel Spũs sancti,ieiunãtes,& orantes imposuerunt eis manus,vt dictum est ₰m Pe. q ita scribit in actibus apostolorum in historijs scholasticis cap.Et nunc redit historia,&c. Sacramentũ ergo aut ordinem recipit,qui pransus recepit,& à pranso Hug.[Benedictionis].i.consecrationis,quæ cum benedictione datur[io] 3.pars[gesseris].i.geras[benedictio].i. consecratio,vt dictũ est,nisi in die Domciniæ resurrectionis].i. die Dñica. Hu. [Cui].s.diei Dñicæ.Hu.[à vespere initium]quo ad diem naturalem. artificialis. n. dies, quo ad iudicia incipit à mane

Quæstio. Respondet.

Quæstio.

Respondet.

Quæstio.

Respõdet.

Diuisio.

Exponit literam.

Act.13.

Petrus Comest.in Hist. Eul. cap.70.

naturalis. Et nota secundum ecclesiasticam computationẽ, incipit à principio noctis, & protenditur vsq; ad aliã sequẽtem, vt hic, & supra c. proximo & de cõs. d. 3. de esu. Nox. n. ab audiẽtur Christi præcedit diem, & semper deputatur sequentis diei. Secundum leges vero Romanas dies incipit à media nocte. Secundum Gręcos ab ortu Solis. Secundum. Aegyptios à meridie Hu. [quæ tantis] 4. pars. [Quicquid à dño.] pro maiori parte dictum est, alias falsum est, inquit. Nam 5. feria cælum ascendit, de cons. d. 5. ieiuniũ. Et in corpus suum panem transubstantiauit, & semetipsum comedẽdum discipulis dedit, & pedes discipulorum lauit, in die vero dñica, quæ dr̃ prima dies, mundus sumpsit exordium in luce, qñ Deus fecit lucem Gen. 1. [In hac]. s. dominica ꝑ rõnem glo. Hu. & Arc. i. per fidem. Et nesciunt quid dicunt iudicio nostro. Dicimus, ꝙ per resurrectionem Christi, sicut per causam efficientem nostræ resurrectionis mors interitum, & vita immortalis accepit principiũ. Nam sicut arguit S. Tho. in 3. parte. Illud, ꝙ est primũ in quolibet genere est causa oĩum eorum, quæ sunt post, vt dr̃ 2. Metap. Primũ aũt in genere resurrectionis veræ fuit resurrectio Christi, vñ oportet, ꝙ resurrectio, Christi sit causa resurrectiõis nostræ, & hoc est, quod ait Apostolus à ad Cor. 15. Christus resurgens ex mortuis. Primitiæ dormientium, qm quidem per hoĩem mors, & per hoĩem resurrectio mortuorum, & rationabiliter. Nam principium humanæ viuificationis est verbum Dei, de quo dr̃ in psal. 25. Apud te est fons vitæ. Et ipse dicit Io. 5. Sicut pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & filius, quos vult viuificat. Habet autem hoc naturalis ordo reiũ diuinitus, institut⁹ vt qlibet cã. primo operet̃ in parte propinquiori, quam in alia magis remota, sicut ignis primo calefacit aerem sibi propinquum, quam calefaciat corpora distantia. Et ipse Deus primo illuminat substantias sibi propinquas, per quas illuminat magis remotas, vt Dionisius dicit 7. c. cœlestis Hierarch. Et ideo verbum Dei 1. tribuit vitam immortalem corpori sibi personaliter & vnito, & per ipsum operatur resurrectionem in alijs. Et ideo optime dicitur hic, quod per resurrectionem Christi mors interitum, & vita accepit principium, &c.

S. Thoma.



QVando, & vbi. Palea est. Hoc intellige secundum illud, quod habetur. extra de tempo. ord. c. 3. [Clerici] de hoc no. supra e. ordinationes.

1 *Priores in tempore præferendi sunt in prælatione, et in regimine, & in dignitate.*

2 *Ordinatus posterius si inueniatur magis idoneus, & prior, quã prius ordinatus, quis erit præponendus.*



ORdinationes. Hic incipit 5. pars huius d. Et diuiditur in duas partes. In 1. dicit, quod odinationes presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum non sunt faciendæ, nisi certis temporibus, & diebus, quos enumerat, & designat. In 2. ꝙ nullus episcopus debet præferre Posteriorem priori. 2. ibi. Nec cuiuslibet. Leg. ¶ [Ordinationes diaconorum.] Idem sciendum est de ordinatione Subdiaconorum, & hoc etiam regulariter obseruãdum est de oĩbus ordinibus, quod extra tempora assignata dari, non debeant, quanquam eps possit alio tempore. s. die dñico, aut festiuo minores conferre, & præscitim necessitate, vel vtilitate exigente. Sacros vero, nõ licet alicui conferre extra assignata tpa, nisi Romano pontifici, vt supra diximus in c. ꝙ à patribus [4. mensis,] s. Iunij. Hu. olim, sed semper modo in septimana ipsius Pẽthecoste occurrit, & loquitur ẽm antiquam computationem latinorum, qui incipiebant annum à Martio, vt dicit, glossa. [septimus]. i. Septembris. [Decimus]. i. Decembris [quadragesimalis]. i. ipsa septimana quadragesimę [Medianæ] hebdomadæ. i. sabbati, qđ ꝓcessit dñicã in passione. [Sabbati]. s. sancti paschalis. [Nec cuiuslibet] 2. pars. [præferre] in electione vel inuocatione ad ordinem, vel ad honorem, nisi prius ordinati facere recusent, ꝙ eps pręcipit. Causa necessitatis, vel
1 vtilitatis ecclesiæ, vt d. 14. eporum & c. consuluit. † Priores .n. tempore præferrendi sunt, & in prælatione, & in regimine, & in dignitate, vel alijs, vt d. 17. Epos & d. 74. Eporum
2 Hu. ¶ Hic surgit q. † Vtrum, si posterius ordinatus inuenitur magis idoneus, & prior, quam prius ordinatus, præponendus sit ei. Ad ꝙ dicunt quidam, ꝙ sic, Ar. 8. q. 1 licet. & 2. q. 7. quare & 23. q. 4. sicut excellẽtiam. Sed Hu. respõdet sub duabus conclusionibus. Prima, ꝙ non est præponẽdus si prior dignus, & idoneus inuenitur. Concordat gl. dicens. Hodie sufficit, ꝙ sit bonus, extra de ele. cum nobis sufficit ad hoc, vt suo iure non priuetur, si idoneus est, si bonus est. Ex quo .n. bonus est, idoneus est. Sufficit. n. quia nullus tenetur esse melior, vel dignior, quam sit, nec hoc ab aliquo exigitur. Si ergo habet illud certum est, quod ius suum exiget, quare ergo propter prærogatiuam alterius priuaretur iure suo. Argũ. 3. q. 9. c. vlt. ¶ Secunda conclusio. Si prior tempore malus est, tunc posterior bonus proponendus est. conclusio patet in quo casu intelliguntur illa capitula pro alia opinione inducta. s. 23. q. 4. Sicut, & quod posterior, licet sit melior, nõ debeat ꝓponi, si bon⁹ est, aperte habet̃ ex, eo, qđ hic dr̃, ne cuiuslibet vtilitatis causa, &c. Audeãt priusordinati, si fuerint. s. maioris, vel ęqualis vel saltẽ si fuerint idonei, vel digni. Hu. Ex hoc c. in ꝗbusdã alijs colligitur, ꝙ ordinatio fit in quadragesima. s. in principio, in medio, & in fine, quod forte non vacat à ministerio. Nã per hoc insinuatur, ꝙ opera nr̃a debem⁹ Deo offerre prĩa, & media & vl. Vñ in veteri testamento caput, & cauda, & armus Deo offerebantur.

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio.

Respõdet.

¶ Distinctio Septuagesima sexta.



QVibus. Hic incipit d. 76. quæ sic continuatur ad præcedẽtem iuxta Hu. Quia in superiori d. dictum fuerat ordinationem clericorum debere fieri in ieiunijs quatuor temporum. Ideo ostendit quibus temporibus illa ieiunia sint in celebranda. Et diuiditur in tres partes. In prima facit, quod dictum est. Ostendit. s. quibus temporibus ieiunia sunt celebrãda. In secunda ostẽdit, vnde habuerunt originem. In 3. ostendit, ꝙ inter resurectionem, & Pentecosten non sunt inducẽda ieiunia. 2. ibi: In. §. Primum vero. 3. ibi: In. §. Non igitur. Primum dicit, ꝙ ieiunia, debent fieri in 4. tẽporibus anni. Primum. s. in 1. septimana quadragesimæ. Secundum in septimana pentecostes. Tertiũ in 4. septimana Septembris videlicet in 4. feria post festum Sanctæ Crucis. Quartum in septimana, quę pręcedit vigiliã Natiuitatis. Dicit hic Hu. Quicquid aliud dicitur de his ieiunijs in primis tribus causis, totum exsufflatũ. est, & correctum per illud capi. Vrbani, statuimus infra e.


Cõtinuatio

Diuisio.

1 *Ieiunia quatuor temporum, an sint conuenienter instituta.*

2 *Ieiunium quatuor temporum, an sit dicendum ieiunium exultationis aut meroris.*

3 *Collegium, quod olim fuit, præsumitur esse nunc.*



IEiunium. Inducit magister Gratianus ad propositum sex capitula, quorum hoc est primum, & Calixti papæ. Breue est. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. imo
1 totius distinctionis. Quæritur. ¶ † Vtrum conuenienter sint instituta ista ieiunia 4. temporũ Et videtur, ꝙ non sint conueniẽter instituta ab ecclesia ista ieiunia quatuor temporum. Primo sic. In veteri testamento ieiunia, in quibus figurata erant nostra, erant instituta alijs temporibus. Erat. n. vt dicitur Zachariæ 8 & infra e. in c. ieiunium. habetur ieiunium 4. mensis, & 5. septimi, & decimi quæ non erant designata per quatuor tempora anni, ergo, videtur, quod nec nos per. 4. anni tempora nostra ieiunia designare debemus, & per consequens non sint conuenienter instituta. ¶ Secundo arguitur, quod non conuenienter in septimana sic. Diebus lętitiæ ieiunium non competit, vnde etiam in tempore Paschali intermittitur ieiunium apostolorum Philippi, & Iacobi. Et tpe Natiuitati beati Ioann. Euangelistæ, sed infra oct. pentecostes adhuc durat gaudium Paschalis festiuitatis, ergo tunc ieiunium non est obseruandum. ¶ Tertio sic. Illud ieiunium est præparatorium ad susceptionem Spiritus sancti: ergo videtur propter solennitatem Pentecostes, & non alijs diebus celebrari. ¶ In oppositum est text. capitulo præsentis in quo ponitur statutum vniuersalis ecclesiæ. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. Quod conuenienter statuta sunt huiusmodi ieiunia quatuor temporum. Patet ista cõclusi o, quoniam ab ecclesia, quę spiritu sancto regitur, instituta, & obseruata sunt. ¶ Secũda conclusio, ꝙ cõueniẽter instituta sunt ista ieiunia, ꝗtũ ad numerũ, qa quatuor in anno. Patet

Quæstio.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit & Respõdet.

Patet ista conclusio ex te. præsenti, vbi Calixtus ordinauit, ꝙ hæc ieiunia, quæ olim seruabantur ter in anno, nunc celebrentur quater in anno. Tum, quia etiam Iudæi, quater in anno ieiunabant, s. ante Pascha, ante Penthecosten, ante Scenophegia in Septembri, & ante Encenia. Tum conuenientia patet huius institution s, quoniam ista ieiunia instituta sunt ad purgationem offensarum commissarum in quatuorquadris anni. Et ex hoc dicunt ieiunia quatuor tēporū vñ quater ieiunamus, vt corpus nostrū ex quatuor elementis constans in quatuor partibus mundi castigetur. Tū etiam secundum quosdam dicuntur instituta ad solutionē primitiarum, sicut ieiunium 40. decimarum. Si autem ter tantum in anno in tres partes diuiso ieiunaretur forte ieiunarent aliqui dies, de quibus primitias non redderemus. ¶ Tertia conclusio est, ꝙ ista ieiunia sunt conuenienter instituta, quo ad determinata tēpora. Hæc cōclusio clara fiet ex dicendis infra e.c. huius obseruantiæ. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur negando consequentiā & rō est, vt dicit S. Th. in 4. & in 2.2. quia alia & alia rō, siue alijs, & alijs rationibus, & causis instituta fuerunt ieiunia apud Iudæos, & apud nos. Illi. n. instituerūt ieiunia propter diuersos euentus, & casus incidentes, qui tāguntur infra c. ieiunium, quorum vnus fuit ruptio murorum Hierusalem. Hiere. vlt. Alius fuit seditio orta in populo propter exploratores terræ promissionis. Numeri 13. & 14. Alij, qui tanguntur in gloss. Zachariæ 8. & ỹ. e. c. ieiunium. Ab ecclesia vero instituta sunt ieiunia 4. temporum ad expiationem offensarum, quæ fiebant in quatuor quadris anni. Conueniebat ergo, ꝙ ieiunia quatuor tpum diuersis tēporib. instituerētur ab ecclesia. Et Iudæorum ieiunia alijs ab alijs. Cōueniebat .n. quod mensibus, quibus illi euentus diuersi accidebant, instituerentur illa ieiunia. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam, vnde quia ieiunia hæc instituta sunt ad expiationem offensarum. Et quoniam in hebdomada Penthecostes, quæ est septimana lætitiæ spūalis maxime cauendum est à negligentijs, & actionibus peccatorum, cōuenienter institutum est, vt diebus illis ieiunia celebrarentur, vt illorum exercitio cautius se custodiant ieiunantes. Et si contingat offendere illos in aliquo, statim fieret offensæ expiatio, & hoc est quod dicit Leo papa infra eodem. in capitulo. igitur, & cætera. Hoc tamen, vt dicit S. Thom. in 4. di. decima quinta, est ieiunium exultationis: quia in illis qui spiritum sanctum receperunt, competit, cum gaudio. n. spūali etiam afflictio corporalis se compatitur. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ ideo nō procedit, quia illud ieiunium magis institutum est ad conseruationem gratiæ præstitæ ꝓpter aduentum Spūs sancti, quam ad præparationem suscipiētis eiusdem vel, vt tactum est ad expiationē offensarū, si quæ contingerent. Circa c. Ieiunium. Pro pleniori intelligentia quæritur. † Vtrum hoc Ieiunium 4. temporum sit dicendum Ieiunium exultationis, vel meroris. Et videtur, ꝙ exultationis ex c. præsenti. vbi habetur illud Zachariæ 8. Ieiunium 4. 5. & 7. & 10. erit domino in gaudium, & exultationem. Sed per hęc Ieiunia sunt figurata ieiunia 4. temporū, ergo sunt ieiunia gaudij, & exultationis. ¶ In oppositum arguitur, ꝙ ieiunia 4. temporum sunt instituta ad expiationē peccatorum siue offensarū, sed talia ieiunia sunt meroris, iuxta illud Ioel. 2. Conuertimini ad me in ieiunio, & fletu, &c. Ergo non sunt ieiunia exultationis. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ ieiunia 4. tporum sunt ieiunia mæroris, & non exultationis. Patet conclusio, q̄m, vt dictum est, sunt instituta ad expiationē offensarū. Ad rōnē in oppositū rñdetur. Et dr̃ primo, ꝙ Ieiunia 4. temporū rñdēt ieiunijs illis veteris legis, de qb. in c. pręsenti, quo ad aliqua & quo ad aliqua non. Rñdent quidam, quantum ad misterium, & temporum determinationem generalem, quia illa certis temporibus, & certo numero dierum solent celebrari, sicut, & nostra. Et quātum ad quoddam pręiudicium exultationis sequentis. ¶ Secundo respondetur, & illa ieiunia non erant illis actu ieiunia gaudij, & exultationis, sed mæroris. Cum ꝑ lugubres euentus essent instituta, dicebātur gaudij, & exultationis, qa dominus promisit illis, si bene agerent, ꝙ dies afflictionis eorū, quorum causa ieiunabant, conuerteret in gaudiū, & exultationem, vt habetur in litera, Vñ gl. Zachariæ dicit 8. c. quod Deus pollicetur hos dies vertere in gaudium, & exultationem, si pacem, & veritatem dilexerint. Le. ¶ [Ieiunium] collectiue, actiue, & indefinite. Hu. [Quia ter nūc quatuor] quasi dicat olim ter celebrabātur talia ieiunia,

Ad primū arg.
S. Thoma.
2.2.q.147. Ar.5.ad 2. 4.Sen.d 15 Arg.3.q.1
Ad secūdū;
S. Thoma.
Ad tertiū.
2 Quæstio.
Respondet.
Ad arg.
Exponit literam.

3 nunc quadrupliciter in anno. Et est ar. † ꝙ idem collegium, ꝙ olim fuit, &c. & nunc est c. vel econuerso Hu. & Arc. vbi not. ꝙ sicut dicit Gui. in rōnali in primitiua ecclesia statutū fuit, vt Ieiunia quatuor temporum fierent ter in anno. Sed Calixtus papa illud ieiuniū statuit, quater in anno, sicut patet in hoc c. Rōnes sunt assignatę, decretum vero necessitatē habet 4. d. §. fi. vnde hoc ieiuniū sub necessitate est, vt infra. e. igit. & §. necessario. Vnde dicit hoc ieiuniū inductum ab ecclesia esse necessariū. i. necessario obseruādū ꝑ ꝓceptū ecclesiæ, & q̄dā alia; ꝙ dicit vt no. Inn. extra de obseruātia ieiuniorū. in summa. ibi. omnino videas. vt dicit Archi.

1 *Ieiunia quatuor temporum, quando instituta sunt, & quare.*



STatuimus Ad idem subiūgitur hoc c. ꝙ est ex Concilio Maguntino. Breue est. Lege. ¶ [Statuimus] hominibus. de penit. d. 2. §. quod vero. [In Martio] quia nō semper, imo ipsa septimana quadragesimæ ieiunia quatuor temporum non currunt modo 1 vt hic describuntur; iuxta quod nota; ꝙ, vt tāgit Guil. in rationali diuinorum officiorum. parte 6. † ꝙ ieiunia vernalia prima instituta fuerunt in ipsa septimana Martij, vt hic dicit. Aestiualia in 2. Iunij, vt ēt hic dr̃. Autumnalia. In 3. septimana Septembris, vt etiam hic dr̃. Hyemalia in quarta Decembris, vt etiam hic dr̃, sed propter multa, quæ inde emergebant incommoda, statuit Leo papa vt infra in hac d. c. igitur, & seq. vt Hyemale ieiunium fiat in tertia septimana aduentus. Vernale in 1. septimana Quadragesimę. Aestiuale in septimana Penthecostes. Autumnale verò secundum veterem constitutionem. Et ita patet, ꝙ hoc c. exsufflatum sit.

Exponit literam.
Guil.

1 *Vigilia alicuius festi, si occurrit die domin ca, in diem precedentem est mutanda.*

2 *Dalmaticis vti est diaconorum.*

3 *Vigilia beati Matthæi, & ieiunium temporale, si occurant eadem die, ibi celebrari debent.*



DE ieiunio. Hoc c. vt dicit Hu. vsque ibi. Sed in ipsa totum euacuatū est. Et inde, vt dicit gl. non legitur. Et secundum hoc posset diuidi hoc c. in duas partes. 1 2. ibi: Sed sciendum. Leg. ¶ [Non ibi.] † Ergo si vigilia alicuius sancti occurrit die Dominica in alium diem. s. præcedentem est mutanda, quod quidam obseruant, quidam non, nec credo eos ad hoc debere cogi præcepto, sed consilio Hu. Sed contra est extra de obseru. ieiu. c. 1. [Sed in ipsa quicquid] ab isto loco dr̃ tenetur. Hug. [vigilia] ergo vigiliam habet pentecoste: vt in fra e. scire: sed est arbitraria, non necessaria, de consilio, non de ꝓcepto. In multis tñ locis de consuetudine facta est necessaria Hu. Sed alij dicunt contra, vt no. infra. §. necessaria Ar. [Dal 2 maticis] Ar. † Diaconorum est, vti dalmaticis. Arc. d. 93. Diaconus & 11. q. 3. episcopus. [Flectamus genua] vt infra ea. §. 3 non aūt & de con. d. 3. quoniā. Sed hic surgit q. † Si vigilia B. Matthæi Apostoli, & ieiunium temporale occurrant eadē die. Vtrum ob hoc erit in alterum mutandū. Respōdet Hu. Credo, quòd non, cum nusquam hoc dicatur, & cum nunquam inueniatur in aliqua scriptura authentica, ꝙ vigiliæ Apostolorum sunt ieiunandæ, quidam tamen Ar. huius ca. dicunt hoc esse faciendum. s. quod vigilia Apostoli debeat mutari, & in sequentem, vel præcedentem diem Ar. ad hoc in eo, quod legitur, & notatur extra de obser. ieiu. c. 1. Idem est faciendum de officio Apostoli, si eius festum contingat die Dominico, s. dicatur sequenti die, hoc sæpe fit secundū Hu. Et nos dicimus. ꝙ raro, quoniam primum. s. de ieiunio mutando in vigilia Apostoli non fit vnquā, nec secūdū. s. de off. Apostoli, nisi raro, vt puta in aduentu & quadragesima vsq; ad octauas paschæ, saltē ꝯm ordinē Prædicatorum, ꝯm cuius regulam nos officium dicimus ecclesiasticum. [aut ante]. s. die Martis, aut Die lunæ, vel die Dominica Arc. [celebratur] incipiendo computare à die dominica, quæ pręcedit Calendas, nisi ipsa dies Calendarum sit dies dñica, quia tūc inciperet computare. Pe. [ieiuniū] incipiendo computare à 1. dñica, quæ præcedit Calendas. Similiter ꝯm istam cōputationem semper erit ieiunium Septembris die Mercurij post estum exultationis Sanctæ Crucis. Pe. ¶ Econtra. §. est, in quo pro parte corrigit Vrbanus duo capitula pręce. s. primum statuimus, & primam partem c. de ieiunio.

Diuisio
Exponit literam;
Quæstio.
Respōdet;
Petrus?



STatuimus. Hic subiungit Gratianus hoc c. Vrbani papæ. In quo corrigendo ea, quæ dicta sunt de ieiunijs in pcedētibus c. describit dies ieiuniorum quatuor temporum, secundum quod ecclesia hodie seruat

Exponit literam. Lege. ¶ [More solito]. s. sicut continetur in fine præmissi c. & referunt hoc, quantum ad tertium, & quartum ieiuniū, vnde corrigitur, derogatum est præmisso c. quantum ad primum, & secundum ieiunium Hu.

1 *Dies inter Pascha, & Penthecostem quare dicantur dies lætitię.*
2 *Ieiunium sanctificat, & quare differatur post Pentecosten,*



IGitur. Ad idem est c. hoc in quo Leo docet, quod post l. dies lętitiæ à die Resurrectionis, Dominicæ computando, inducitur ieiunium, vt si qd p abundantia lætitiæ delinquimus, abstinētia ieiunij castigeť.

Diuisio. Et potest diuidi in duas partes. In prima ostendit, quod ieiunandū sit post 50. dies à die Paschę. In secunda assignat causam. Secunda ibi. Vt quod sit forte.

Exponit literam. Lę. ¶ [Igitur post sanctæ lætitiæ dies.] his. n. diebus relaxatur licentia
1 epulis, & delitijs, & quasi festiui omnes habentur.† Dicuntur etiam dies lætitiæ propter gloriam resurrectionis, quia liberati sumus de potestate Hos. Et propter expectationem Spiritus sancti, & propter mercedem futuram, quam significauit de conse. d. ieiunium Hu. Arc. [dies]. s. 50. computandos à die resurrectionis Arch. [cœlum] de conse. d. 5. ieiunium, & necessario infra eo. necessario. [vt quod si forte] 2.
2 pars. Ratio vero huius institutionis ieiunij est, vt, quod si forte [castiget]. i. corrigat, & emēdet satisfaciendo, † ieiunium. n. sanctificat. de consecra. d. 5. sint tibi. Præter istam rationem assigat Hug. & Arch. Post eum duas rationes alias, quare ieiunium differtur post Penthecosten, & non ante post resurrectionem indicitur. Prima est, quia scilicet fuit sponsus cum spōsa illo tempore, & tunc non fuit sponse inducenda aliqua asperitas, vt delectaretur amplexibus spōsi. i. Christi quod notatur infra e. ieiunium. 2. ratio est, quia in resurrectione renascitur ecclesia p baptismū, ergo quasi nouella, & tenera non debet incontinenti subire asperitatem ieiunandi, sed potius ad amorem sponsi imitari, vtendo bono cibo vnde ecclesia tunc cantat, Quasi modo geniti infantes. Hu.

1 *Annus diuiditur in quatuor tempora.*
2 *Ver est calidus, & humidus.*
3 *Constitutio omnis ecclesiastica nititur ratione.*



CVius obseruantiæ. Sequitur ad idē propositum. Et ab eodem Leone hoc capit.

Diuisio. quod diuiditur in duas partes. In 1. ostendit, quando ieiunia 4. tēporum sunt celebranda. In secunda ostendit hanc institutionem consonam doctrinæ Spiritus sancti, & euangelijs Christi. Secunda ibi. Intelligentes.

Exponit literam. Lege. ¶ [Huius obseruantiæ.] s. de ieiunijs quatuor temporum faciendis in ecclesijs [præcipue est costituta] quasi dicat præcipue est vtile scire ieiunia statuta ab ecclesia Hug. [Ex doctrina]. i. inspiratione Hug. ¶ Verum ad sciendum, quare istis quatuor temporibus annis ieiunamus. Est notan
1 dum iuxta Guil. in rationali, † quòd annus diuiditur in quatuor tempora, quæ sunt Ver, Astas, Autumnus, & Hyems, quæ propter sua delectamenta à Dei amore nos auertere
2 solent. † Ver est calidum, & humidum. Tunc ergo ieiunamus, vt elementum humoris castigetur, ne consentiat facile venereis, Ieiunamus itaque contra luxuriam ex humore & calore nascentem. Aestas calida est, & sicca. Tunc ergo ieiunamus, vt elementum caloris castigetur in nobis, ne consentiat incendio carnali. Vel tunc ieiunamus contra superbiam, quia tunc fructus terrarum, qui florent, & maturant superbiendi materiam præstant. Autumnus est frigidus, & siccus, tunc ergo ieiunamus, ne aliquo languore animi aresamus, & defluamus. Et ne sine pinguedine olei in tabernaculo æterno inueniamur, vel contra auaritiam ieiunamus, quia tunc messes colligimus in horreis. Hiems frigida, & humida est, vnde tunc ieiunamus, ne membra nostra fluxu aut luxu soluantur in comessationibus, & potationibus, ac per hoc amor Dei negligatur. Vel tunc ieiunamus contra pigritiam, quia frigore torpemus. Ieiunamꝰ ergo in dictis quatuor anni temporibus, vt per ieiunia præseruemur à vitijs, & purgemur, qui delinquimus in illis.

Guil.

Secundo ideo etiam ieiunamus. Nam primum ieiunium fit in quadragesima in Martio. s. in prima septimana quadragesimæ vt in nobis virtutum germina oriantur, & in nobis inarcescant vitia, quæ nequeunt omnino extingui. Secundum fit in Aestate in septimana Pēthecostes, quia tunc venit Spiritus sanctus, & nos debemus fruentes esse in spiritu sancto. Tertium in Septembri ante festum Michaelis quando fructus colliguntur, & nos debemus Deo reddere fructum bonorum operum. Quartum fit in Decembri, quando herbæ moriuntur, quia & nos mundo debemus, mortificari. Item tertio ieiunamus his quatuor tēporibus, quia Ver refertur ad pueritiam. Aestas ad adolescentiam. Autumnus ad maturitatem, seu virilitatem. Hyems ad senectutem, Ieiunamus ergo in Vere, vt simus pueri per Innocentiam: In Aestate, vt efficiamur iuuenes per constantiam in Autumno, vt efficiamur maturi per modestiam & in hieme, vt senes per prudētiā & bonam vitā. Quarto in quatuor anni tpribꝰ ideo ieiunamus vt Deus nobis cōferūt oīa q̄ ad humanū vsū illis tpib. nascunť. Sequiť in litera. [in hoc]. s. Mense Decembris decimus secundum antiquam compu-
3 tationem latinorum, qui olim annum incipiebāt à Martio nunc vero à Ianuario Hugu. [nihil vacuum] Argu. † quòd omnis constitutio ecclesiastica ratione nititur, & quòd nihil sit in ecclesia, quod ratione careat, licet non possit assignari. Si ergo non potest assignari ratio, quare hoc, vel illud statutum sit in ecclesia. Respondeant nihil esse vacuū præceptis Dei Hug. [verbo] dest præcepto, & dispositione Hug. [omnia elementa] id est ad Corinthiorum decimo. [serui re] id est in istis quatuor temporibus anni defleamus peccata, quæ committuntur fragilitate humanæ conditionis, quæ constituitur ex quatuor elementis, quia Ver quidem est calidum est, & humidum, comparatur aeri, & sic sanguini. Aestas igni, & sic choleræ. Autumnus terræ, & sic melancholiæ: Hyems aquæ, & sic Phlegmati Arch. [discimus]. s. sic ieiunandum, quia, sicut sunt quatuor mūdi cardines, ita quater ieiunandum est [quod]. s. ieiunare [prædicamus] alijs sic esse faciendum, & agimus, quia sic ieiunamus Hu. & Arch. videtur autem Leo papa dicere in verbis prædictis ex doctrina Spiritus sancti loquentis in ore sanctorū patrum institutum esse prædictum ieiunium quater in anno ad instar quatuor elementorum, quatuor cardinum mūdi, & quatuor euangelistarum.

Arch.

Primum, &c. §. est secunda pars huius distinctio. quæ sic continuatur ad præcedentia. Quia dictum est in vltimo cap. superioris distinctionis, ordinationes faciendas in ieiunio primi, & secundi, & septimi, & decimi mēsis, & in mensibus anni. Alia est cōputatio Hebręorum, alia Romanorum. Et ob hoc videntur quædam capitula sibi inuicem contradicere. Et ideo intendit hic magister Gratianus, vt cesset contradictio ista, distinctionem, & diuersitatem huius computationis insinuat in. §. isto, & in sequenti cap. Hu. & Ioan. de Fant. Arch. lege. ¶ [Primum.] s. Martium [sed nostra]. s. Romana. Nam Romani olim primū mensem dicebant Martium, sed nunc dicunt Ianuarium, sicut, & Græci Hu. [Accipere] sicut in superiori dist. cap. vlt. & in superiori prox. cap. qui est Augustus [apud illos]. s. Hebræos.

Exponit literam.

1 *Dubium si est de aliqua scriptura, recurrendum est ad originem.*
2 *Dissonantia, si inter aliquos dimeserit, maioris authoritate est sopienda.*
3 *Sensus sacræ Scripturæ sunt quatuor.*
4 *Historia vnde dicatur.*
5 *Allegoria, vnde dicatur.*



IEiunium. Hoc capitulū quod est Hieronymi super Zachariam inducit magister Gratianus ad ostendendum rationem, quare etiam apud hebræos seruabatur ieiunium: quinto quod celebratur in Augusto qui secundum eos erat quintus.

Diuisio. Et diuiditur in quatuor. partes. In prima inducit authoritatem prophetæ Zacharię apertæ loquentis de ieiunio. in quarta, secunda, quinta & sexta & decima mensibus. In secunda ostendit, quod inter expositionem dicti prophetæ, varietas fuerit apud Doctores latinos. In tertia assignat causas institutionis ieiunij secundum literalem sensum. In 4. sm anagogicū sensum 2. ibi: Hoc loco 4. ibi: Cogimur. 3. ibi, Sup Anagogē.

Pro

Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur. Vtrum ieiunium 4. temporum sit dicendum ieiunium mæroris, vel exultationis de quo infra eod.cap.1.l.textu.¶ [Ieiunium.] Verba sunt prophetæ Zachariæ 8.cap. subaudiatur mensis. Verba sunt Hieronymi[hoc loco] 2. pars.[dixerūt]ostendens causas institutionis talis ieiunij.Hu.[Cogimur]3.pars [de fonte.]Hebræos dicit esse fontem,quantum ad scripturam veteris testamenti,quæ eis data fuit,& ab ipsis ad alios deriuata,vnde verba doctrinæ purioris,& maioris authoritatis in originali,quam in exteriori allegāte,quæ allegat, probare nititur,quod dicit per originale , & ita,cum probetur minus certum per magis certum,vt conclusio per p̄missas,quæ certiores sunt,& maioris authoris,quod cōclusio per eas probata,vnde philosophus.1.posteriorum dicit. Propter quod vnum quodque tale , & illud magis[de fonte ergo.i.Hebraica veritate.Hu.[de riuulis].i.de aliorū opi-

Exponit literam.

1 nionibus,vel interpretationibus.Hu.Ar.† ꝙ in dubijs de ali-
a qua scriptura a ad originē rei recurrādū est in Scholis ad magistrum,nō ad sociū,quia plus magistro,credendū est q̄ socio Ar.di.9.vt veterum,& di.20.de quibus.Hu. & gl.Itē ar.
2 † ꝙ dissonantia,quæ inter aliquos dimiserit, maiorum authoritate sapienda est Ar.di.17.multis,& di. 12. præceptis, & di.11.palā Hu.Et nota, ꝙ ſm hoc Hebræorum volumina vident esse correctiora,q̄ græca,& gręca q̄ latina,vt d.9. vt veterum,& di.20.de quibus. Sed hoc inuenies determinatum ibi.s.di.9. veterum , vbi de hoc disputauimus.[ieiunium.]Incipit assignare causas,quare instituta fuerunt hec ieiunia.s.4.5.septimi, & decimi mensis . Et primo de ieiunijs 4.ſm Hebreos. Nam ſm Latinos Iulius est quintus.[arbitramur esse illud].i.esse statutum in memoriam illius,qđ factum est[quando abiecit] cum populum adorasse vidisset vitulum conflatilem.Historia habetur Exo.32. vt.s.dis. 45.disciplina,quod factum fuit de mense Iulij . Et hinc dicit Hieronymus , quod hoc ieiunium quarti fuit institutū ad lugendum peccatum Idolatriæ filiorum Israel.[Rupti] .s.à Nabuchodonosor,qui cum Chaldæis Hierusalem cœpit 4.Regum 25.1. Ad plangendum illam destructionem templi Hierusalem[In hoc vero mense.] Assignat rationē de ieiunio quinti per exploratores, qui fuerunt duodecim quorum præcipui fuerunt Caleb,& Iosue,quos misit Moyses,&c. Numeri decimotertio. vt viderent terram promissionis , & referent , quæ inuenirent. [Orta] propter relationem factam ab exploratoribus. Nam audito , quod populus terræ promissionis forēt fortissimi,populus Israel flendo dixit.Vtinam mortui essemus in Aegypto . Nonne melius est reuerti in Aegyptum , quā hic cadamus gladio. Constituamus ducem nobis , & reuertamur in Agyptum Iosue, & Caleb sciderunt vestimenta sua dicentes. Nolite esse rebelles contra dominum.i. mendacem eum in promisso iudicare,quia,sicut panem ita populum huius terræ, deuorabimus.Cumque eos lapidare vellent dixit dominus ad Moysen.Viuo ego,nullus,qui exierūt de Aegypto à 20. annis,& supra,videbit terram promissionis præter Caleb, & Iosuæ.Quod audientes dixerunt, peccauimus parati sumus ascendere ad locum,quē dominus promisit. Et Moyses ait.Nolite ascendere.Hoc est,quod dicit hic litera[iussi sunt non ascendere.]Non.n.dominus est vobiscum, ne corruatis corā inimicis vestris [duob.]s.Caleb,& Iosue.[Oēs] à 20.annis,& supra,qui exierūt de Aegypto. Quare autem Moyses,licet in hoc facto nō peccauerit, terrā ꝓmissionis non intrauit,licet esset maior 20.annis,habetur 24.q.4.Hu. [in hoc mense à Nabuchodonosor]4. Re. 24.& 25.[In hoc mense.].s.postea,diu.n.ante fuit Zacharias propheta,quam nabuchodonosor.Vnde Titus,& Vespesianus destinxerunt Hierasulem nec propter hoc institutum fuit ieiunium hoc cum prius fuisset institutum,sed refert, quod in eodē mense hoc postea accidit[& à Tito]Matt.24.super psal. Vt quid deus repulisti in finem,habetur, quod Hierusalem fuit capta à Tito,& Vespesiano,tempore christi, vt hoc ipso significaretur, quod hæ pęna infligebatur eius ꝓ peccato mortis christi,quem tali tempore interfecerunt:ergo non videtur,ꝙ in eodem mense.Respondetur dupliciter.Primo, ꝙ potest esse,ꝙ tunc fuit capta,& illæsa seruata, vsque ad Augustum,& tunc incensa,sicut hic dicitur.Secundo respondetur,quod illud,quod dicitur in hoc mense, non refertur ob Nabuchodonosor.In septimo assignat rationem ieiunij septimi.[Godolias] sicut habetur in Hieremia,ductis filijs Israel in Babyloniam,reliquit Nabuchodonosor quosdam

a ¶ Scriptura. Quæ dicatur authentica,q̄ publica,q̄ priuatiua vide Pe.de An.in c 1. nu.1.de fide instr.Et quid si scriptura contradicit scripturæ, eundem in c.imputari nu.2.eo.ti.

agricolas in Iudæa,ne terra remaneret inculta,& desolata, quibus præfecit Godoliam . Quod cum audissent Ismael, qui erat de semine Regio,venit ad eum in masphat , & decem viri cum eo , & splendide suscepit eos. Cumque post, prandium versus esset in soporem Godolias in conuiuio percussit eos Ismael,& interfecit eos,tunc timētes reliquię Israel,ne veniret Nabuchodonosor, & destrueret eos propter mortem Godoliæ,susceptis sarcinulis cum vxoribus, & filijs fugerunt in Aegyptum. Et ita in memoriam huius modi dissipationis Hierusalem institutum fuit ieiunium septimi. [Mense decimo.] Hic assignat causam institutionis ieiunij decimi[decimus] ianuarius.deutero 2. [subuersum]à Nabuchodonosor.Hu.[ꝓpheta].s.Zachariæ.8.[hoc est]Hic exponit prædicta hoc est.i.hoc significat , hoc dat intelligere.Ordo.[sciatis esse vertēdos.]velut in lætitia dies planctus,& ieiuniorum , quos hactenus habuistis in luctū. [quia ego cogitaui,vt benefacerem Hierusalem,& domui Iuda]ita dūtaxat, vt diligatis,q.d.alias non,quia malitia vestra prohibet 16.q.1.decimæ.Et de pœ.di.1.Si agamus Hu. & Arc.[Iuxta anagogem]4.pars.i. secundum , superiorē,&
3 spiritualem intellectum.†Sunt autem quatuor sensus sacræ
4 scripturæ.Primus dicitur historicus,seu literalis. † historia secundum Isidorum in primo libro, etymologiarum dicitur ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν græce,qđ est latine cognoscere,vel videre. Apud veteres.n.nullus scribebat historiam, nisi , qui interfuisset.Alij dicunt,ꝙ dicitur ab histrion græce, ꝙ est gesticulatio.i.gestium representatio,vnde, & histrio dicitur,gesticulator.i.aliorum gestorum recitator, & repræsentator.
5 Secundus est Allegoricus. Allegoria.n.dicitur ab eleon qđ est alienū,& gore,quod est dicere,vel loqui,quasi alíena locutio,vel dictio,quando.s.aliud dicitur,vt per illud intelligatur,& hoc modo Allegoria large sumpta, continet sub se Tropologiā,& analogiam,& sunt species eius,sed proprie, & stricte Allegoria est de his,quæ pertinent ad finem Tropologia de his,q̄ ptinēt ad charitatē.Tertius sensus est tropologicus,tripologia dicitur à tropos,quod est conuersio, & logos,quod est sermo.Quartus est Anagogicus. Anagogia dicitur ab ana,quod est sursum,& gogos , quod est ductio quasi sursum ductio , quia sensus ad superna nos eleuat, vel dicas aliter, & magis clare . historicus sensus est, quando illud , quod dicitur , ita intelligitur , sicut dictiones ex prima sui inuentione significant . Allegoricus, quando per illud, quod dicitur , significatur illud iam factum , vel futurum id , quod fiet , vnde Allegoria interpretatur alieniloquium . Moralitas , siue Tropologia est, quando per illud dicitur aliquid faciendum , & dignum fieri significant, vnde, & moralitas dicitur , quia mores instruit,vel tropologia.i. conuersus sermo, quia ad conuersionem nostram conuertimus. Anagogicus est, qn̄ per illud,quod dicitur aliquid de superioribus.i. de essentia diuina , vel angelis, vel æterna vita,intelligitur:de istis, 4.sensibus Dantur versus isti videlicet.¶ Litera gesta docet qđ credas allegatoria.Moralis,quid agas,quid speres Anagogia.Cōmemorat hic gl.& Arc. not. vt dicit Hu.hic Anagogicus pro morali,aut pro Tropologico ponitur.[ieiunamus].i.vacui gratia dei sumus Hu.[sponsus].i.Christus.[aufertur gratia] spiritus sancti à nobis propter peccatum 11. q.3.audi.Hu.[præsentiam]virtutes. Hu.[reuersus per gratiam recedēte peccato panis gratiæ,de quo ecclesia 15. Cibauit illum Deus pane vitæ,& intellectus , & aqua sapientiæ pot.eos.[Compensabitur]quasi mercede secuta laborem,& angustias , & de consecr.distinct. quinta,ieiunium Hug.& Arch.

Versus.



Atio autem. §. est , & tertia pars huius dist. in qua dicitur , quod à pascha vsque ad pentecosten nō debemus de necessitate ieiunare.Litera plana.

1 *Vigilia pentecostes, an sit ieiunanda, quòd non. in.§. necessario,*
2 *Apologia dicitur sermo excusationis.*
3 *Pentecostes, vnde dicatur.*



Cire. Inducit ad probandum , ꝙ dixerat hic magister hoc cap. quod est beati Ambrosij. Et diuiditur in duas partes.In prima ostendit , ꝙ à pascha vsque ad pentecostē non debemus ieiunare,nec genua flectere cogimur.In secunda,ꝙ oēs illi dies, velut dñici,

Diuisio.

 sunt

sunt habēdi 2.ibi ad instar.Leg.¶[Scire p hos.l. iudicamus] ex cōi institutione,vel præcepti necessitate de consec.di.3. Rogationes.Cōtra ibi inuenitur triduanum ieiunium esse faciendum ante Ascensionem, sed illud est de persuasione,

Quæstio. 1 & non de præcepto.†Quid de Vigilia pentecostes, quæ in

Respōdet. hoc tempore occurrit. Respondet Hu.hæc de consilio est. vt dixi,nisi ratione consuetudinis hodiernæ dicatur esse ne cessitas, & fm hoc excipitur ab eo, quod hic dicitur.Hug. [Succedamus publice].i.genua publice flectamus, nec etiā diebus dominicis,& festiuis.Excipiuntur autem tres casus, Primus est,cum celebratur episcopi consecratio, vel ordinatio clericorum,tunc.n.consecrans, & consecratus tantū genua flectere possunt,fm ꝙ modus consecrationis requirit.Secundus est, cum quis ex deuotione in secreto vult flectere genua.de istis duobus extra de ferijs,quoniam in tempore. Tertius est, cum ex deuotione quis flectit genua in electione corporis christi, qui casus obtinet de consuetudine.Potest etiam addi quartus,vt cum pro necessitatib.Ecclesiæ imponuntur aliquæ orationes in capella etiam papę post pater noster,in missa pro victoria cōtra turcam,& pro salute populi christiani.[Succedamus.] Dicit respiciens ad formam facti,quia prius ponitur vnum genu,quam aliud, vel quia subest.i.ad inferiorē partē cedimus,& inclinamus [Ad instar] 2.pars.[Reuersus est ad homines].i.ad discipulos.Matt.28.Euntes dicite discipulis eius,& Petro quia precedet vos in Galileam,ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Et Matt.28. Vndecim autem discipuli abierunt in Galileā, vbi constituerat illis christus.Et videntes eum,adorauerūt conuersatus est cum discipulis suis per 40.dies apparens eis Actu.1.post 40.dies,videntibus illis eleuatus est in cœlum. verum, quia incipiebat tempus missionis Spiritus sancti,

Ambrosius. qui quinquagesimæ deputatur. Ideo dicit Ambrosius in quinquagesima non ieiunatur,quia his diebus Christus nobiscum est, in cuius gaudio luctus,& ieiunia prætermittuntur.Hu.Exponit[tota quinquagesima.] ꝙ per synecdochē dictum sit pro maiori parte,vt 23.q.4.cum superna. Sicut

Psalm.87. dicitur.Tota die expandi ad te manus meas in cruce, quasi pro aliqua parte diei.[Qualis eorum].s.dierum[nobiscum] .i.inter homines.Idem est apologia,in quo ipsum dicit ex-

2 cusat.†Apologia.n.dicitur sermo excusationis. Et dicitur ab apo,quod est responsio, & logos quod est sermo, quasi sermo responsorius in excusationem accusati.[Hunc numerum chirographo]de quo dicit apostolus ad Col. 2. Et vos,cum mortui essetis in delictis,qui viuificauit eum,ille donans nobis omnia delicta delens, ꝙ contra nos erat chirографum decreti,quod erat contrarium nobis. Et illud

3 tulit de medio,affigens illud cruci,[Pentecosten]† dicitur à pente, quod est quinque. & costes, quod est decem, quia quinquies decem sunt dies à pascha.Vnde pentecoste, quandoque dicitur ipsa quinquagesima dierum,quandoq; ipsa septimana pentecostes,quandoque ipse dies quinquagesimus à pascha[alla]ad literam,vel allel.dicitur ille psal. Confitemini.Hug.

Necessario. §.est in quo concludit ar.ex præcedētibus c.2.soluit contradictionē sequentium capitulorū.Dicit ergo hic magister,ꝙ ecclesia necessario instituit ieiunium post pētecostem.Et quod dicitur hic non esse ieiunandum in his quinquaginta diebus,ex necessitate intelligitur, quia de facto ieiunamus in vigilia pentecostes sicut & vigilia Resurrectionis. Et ad hoc probandū inducit magister sequens capitulum. Quod autem gl.hic Gratianum reprehendit dicēdo,ꝙ vigilia, pentecostes de necessitate ieiunanda sit, non videtur rationabile, quoniā s.e.dictum est circa c.scire Hu.dicit, ꝙ vigilia pentecostes non necessario ieiunatur,nisi rōne cōsuetudinis,vnde Gratianus loquitur de necessitate præcepti, aut institutionis sanctorum patrum,& non de ea, quæ ex consuetudine or-

Exponit literam. tum habet.Lege.¶[Nosse.] Confirmat, quod dixerat authoritate Ambrosij in quodam sermone. Planum est[Celebremus.] imperatiue dicit celebrare debemus Hug.[Sicut modo fecimus]factum refert, non necessitatem imponit. [Similis lætitia.]Quo ad solemnizandum subsequatur similem obseruantiam ieiunij.Hu.& Arc.

Obseruantia. §.est in quo exponit præcedens ca. dicens, ꝙ similis obseruantia est,

Exponit literam. quo ad factum,non quo ad necessitatem.Lege.¶[Obseruantia]similiter ieiuni intelligitur,vel refertur, quo ad factum,quia tunc etiam ieiunare consueuit, non quo ad necessitatem, vt tunc necessario homines tenerentur ieiunare,nisi pœnitentes,& qui debent ministrare altario, & qui forte deberent baptizare, vel intingendo, vel recipiendo, consuetudo tamen præiudicat ei,quod hic dicit Gratianus quæ traxit hic ieiunium ad necessitatē secundum Hug. Et ideo dicit Arc. iuxta gl.ꝙ minus bene dixit hic Gratianus, vt not.in.§.proxi.

1 *Permissum, si est aliquid, & non fiat, non constituit transgressorem.*



Post pascha. Inducit magister ad illud capitulū hoc etiam quod est Isidori, vbi dicit,ꝙ inter Pascha, & Pentecosten ieiunare non cogimur, nec etiam prohiberem.vnde potest diuidi in duas partes.In prima facit,quod dictū est. In secun- Diuisio.

da illud exemplo confirmat.2.ibi. Quia & Antonius. Lege tex.¶[Post pascha traditio].i.permissio,vel traditio.i.constitutio. [relaxauerit rigorem].i.non induxerit ieiunium. Exponit literam.

1 Hu.[tn̄ si quis]non sunt prohibendi.Et est ar.† quod illud, quod permittitur,si non fiat, non constituit transgressorē. Ar.24.q.1.quisquis.[quod præcipitur] 2.pars[Antonius]leguntur in collationibus patrum.

1 *Præcepta maiorum, an eodem modo obligent omnes ad eorum obseruantiam.*



Vtinam. Inducit magister ad illud propositū hoc c.Hieronimi,in quo ponit diebus.50.pdictis inter pascha,& pentecosten.& etiam diebus dominicis,sicut nō cogimur ieiunare,ita prohibemur,qđ exemplo apostolorum ostendit.Pro pleniori intelligentia huius

1 c.quæritur.¶† Vtrum præcepta maiorum eodem modo obligent omnes ad eorum obseruantiam.Et videtur,ꝙ sic dicitur.n.Lucæ 10.Apostolis maioribus ecclesiæ. Qui vos audit,me audit,& qui vos contemnit,me cōtemnit,sed ad præcepta dei omnes tenentur:ergo etiam ad præcepta maiorum nostrorum.¶In oppositum videtur tex.literæ præsentis,vbi ait Hieronymus,ꝙ præcepta maiorum, & leges Apostolicas arbitretur,arbitrari autem est ex animi indicio iudicare,vt dicit Papias. Ergo videtur,cum varium sit iudicium siue arbitrium hominum,ꝙ præcepta maiorum non eodem modo obligabāt omnes.¶ Respondeo,dicendum iuxta S.Tho.in 2.2.q.62.ar.3.Quod præcepta maiorū quæ per modum statuti communis proponuntur, non eodem modo obligant omnes,sed secundum,ꝙ requiritur ad finem, quem legislator intēdit,cuius authoritatem, si quis transgrediendo statuta contemnat,vel hoc modo transgrediatur,ꝙ impediatur finis,quem intendit,peccat mortaliter talis transgressor. Si autem ex aliqua rationabili causa, quis statutum non conseruet,præcipue, vbi etiam legislator adesset,non decerneret esse seruandum, talis transgressio non constituit mortale peccatum.Et inde est, ꝙ omnes omnino non seruantes ieiunium ecclesiæ peccant mortaliter, nec sunt proprie transgressores præcepti:idem Petrus de Tarantasia in scriptis, & Archi.qui sumpsit verba S.Th. ¶Ad rationem in oppositum respondetur,ꝙ præcepta dei sunt iuris naturalis, quæ secundum se sunt de necessitate salutis, sed statuta ecclesiæ, non sunt de his, quæ non per se sunt de necessitate salutis, sed solum de institutione ecclesiæ.Et ideo possunt esse aliqua impedimenta, propter quæ aliqui ad obseruanda præcepta maiorū,siue ad ieiunia non teneantur,sed ab eorum obseruatione excusantur fm San. Tho.Leg.tex.¶[Vtinam etiam tempore.]Quia quis die dominica licite potest ieiunare, dummodo non faciat in contemptum diei,Et sic contraria dist.30.si quis tanquam,& c. si quis presbyter,& 26.q.6. Sacerdos, & de conse.dist.3.ne quis ieiunet.Hu.Alij autem dicunt.vt S.Thom.tam in summa,quam in scripto, ꝙ die dominica ieiunare non conuenit,quia dies est lætitiæ,vnde,si aliquis tunc ieiunaret contra consuetudinem populi Christiani, quæ secundum Augustinum pro lege habenda est,vel etiam ex aliquo errore sicut manichæi ieiunant,necessarium tale ieiunium arbitrātes,nō esset quis à peccato immunis, licitu ieiunium secundum se sit laudabile omni tempore, vt hic dicit Hieronymus.[In Actibus Apostolorum]Actu.decimo tertio.De ieiunio Pauli, quando fuit in episcopum consecratus. Et inde sumitur,quod die dominica ieiunauit, tūc enim erat pascha,

Quæstio. Primū ar.

Opponit contrariū.

Respondet S. Thom.

Pet.de tar. Ad arg.

Exponit literam.

S. Thom.

pascha, & dies azimorum. Actuum 13. [ieiunandum putem] de necessitate, sed, quasi hoc sit in ieiunantis libera voluntate, & deuotione. [Contextas] id est continuatas. 50. diebus à pascha vsque ad Pentecosten. [Solemnitates] id est solemnes sine ieiunij obseruatione [auferam] Asserendo ieiunandum esse illis diebus, quasi dicat. Nolo his diebus indicere ieiunium. Hug. Vel sic legitur. Nam dico, quòd auferam solennitates contextas. i. præfatas. 50. diebus. i. quædam solennia ieiunia, quæ contexuntur inter illos dies, sicut Letaniæ maiores, & Rogationes. [Auferã.] In quam dicendo, tunc non esse ieiunandum, q. d. triduanũ illud ieiuniũ solemne. 50. diebus insertũ auferre nolo. Prima electio præualet ẜm Hu. sed ẜm Io. de Fant. præualet, &

Io. de Fan. nobis videtur, ꝙ prima præualet, quia credimus, ꝙ nec Lætaniæ maiores, nec ieiunium rogationum erant instituta, quando Hieronymus ita scripsit in suo sensu, qui tñ canonibus non contradicat. Hug. hoc tenet in differentibus in his. s. in quibus nihil est constitutum, & quæ liberas habẽt obseruantias, & non in necessarijs ẜm Hu. & Arch. vnde sequitur [& suo sensu arbitretur præcepta, & leges Apostolicas esse sequẽdas, & imitandas]. i. non transgrediendas, q. d. sic quælibet prouincia in suo sensu abundare debet, vt consuetudo prouinciæ iuri non contradicat. Hu.

Dilectionis. Hoc ca. quod est Pelagij papæ, inducit magister Gratianus ad ostendendum veritatem computationis inter latinos, & Hebræos. Nam secundum latinos (qui incipiebant à Martio) quartus mẽsis est Iunius. Secundum Hæbreos, qui incipiunt ab Aprili est Iulius. Et ita hoc capitulum facit ad propositum Gratiani ẜm Hu. & Bar. Brix. &

Exponit literam. Arc. lege. ¶ [Dilectionis Marcellianensis ecclesiæ, siue Clusitanæ] Hoc determinatum est. s. dis. 54. frequens. [veniret, ad nos consecrandus.] Illa. n. ecclesia erat subdita papæ. [vllo modo ab episcopo.] Quia, eo inuito nõ potest ordinari, nisi de speciali mandato Papæ, imo nec debet eligi Clericus alicuius ecclesiæ, nec ipse clericus debet consentire, nisi prius absoluatur ab episcopo suo Ar. di. 85. Arc. & dis. 73. literas, & 7. q. 1. Episcopus [de loco ordinetur Sacerdos.] Nam episcopus non potest ordinari, nisi die dominico, & hora tertia. [Quarti]. i. ieiunij, secundum computationem nostram antiquam, quæ incipiebat à Martio, vt not. distin. 75. capit. vltim.

¶ *Distinctio Septuagesima septima.*



His temporibus. Hic intitulatur di. 77. quæ sic

Continuatio. cõtinuatur ad præcedentem. Postquam Magister supra ostendit, quibus temporibus ordinationes sunt faciendæ. Nunc ostendit, quæ interstitia temporum in singulis ordinibus sunt interponẽda, &

Diuisio. qua ætate singuli ordines sunt recipiendi. Et diuiditur in duas partes. In prima loquitur de seculari clerico ab infantia, de grandæuo promouendi. In secunda de religioso ibi. Si quis de religioso. ¶ Nota ergo iuxta Hug. & gl. pro summa totius distinctionis, ꝙ si quis ab infantia sit mãcipatus militiæ clericali, anno septimo põt ordinari Clericus Hostiarius, Lector, & exorcista, vsque ad annũ 12. Exinde Acolytus vsque ad annum 20. postea in anno 21. Subdiaconus, in 26. diaconus. & 31. presbyter. Exinde potest esse episcopus, si vocetur à domino. Et hoc totum continetur in c. in singulis, & c. quicunque. Si vero adultus voluerit ordinari, sic fieri potest ordinatio, vt per 7. annos recipiat omnes ordines. In duobus primis ordinetur clericus hostiarius, Lector, & exorcista. In reliquis quinque ordinetur Acolytus, subdiaconus, diaconus, Presbyter, & episcopus, si ad hæc clericus fuerit, vt. j. e. quicunque. Si autẽ secus ordinati fuerint. i. ante talia tempora debẽt deponi, vt infra c. subdiaconus. Ex generali tamen consuetudine ecclesiæ his omnibus c. derogatur, vt etiam colligitur ex clemen. fi. de ęta. & qua. or. Si vero magna necessitas ecclesiæ incumbat, laicus per annum, & dimidium, & monachus per annum potest recipere omnes ordines. Lege. [His Anacletum]. supra distin.

Exponit literam. 75. c. 1. [Zepherinum] supra dist. 75. c. 3 [Gelasium] supra di. 75. c. vbi. [Pelagium] supra di. proxi. c. vlt. [iuxta Leonem] supra dist. 73. metropolitano. Sed hoc pro nihilo repetit, quia ibi loquitur de electione, non de tempore ordinandi Hu. & Pe. & Arc. [Ex monachis] Hic proprie incipit distinctio Hug. & Pe.

1 *Clericus dicitur in prima tonsura.*



Illud. Inducit, consequenter testimonia sanctorum patrum ad propositũ suum magister Gratianus, & primo hoc ca. quòd dicitur Gelasij, sed secundum alios est Caij papæ. In quo testatur, vt qui vult ad episcopatũ ascẽdere, debet gradatim promoueri, vt j. 1. & c. Planum est. Lege. ¶ [Illud mandamus vobis] Et omnibus alijs. Hug. [seruare]. i. Vt seruetis. Hug. [Si quis.] primo. † Sed nonne in prima tonsura clericus est, & ordinem recepit. Et vocatur clericus, vel psalmista. Respondetur ꝙ sic. Ar. di. 21. cleros, & di. 23. psalmista, & di. 33. feriatim. Sed quod dicit primum, hoc respicit ad illud, quod sequitur. Non. n. vult dicere, ꝙ primus ordo sit ostiarius, sed quod primo debet ordinari Ostiarius, quam lector, de primo ordine non facit mentionem, quia cuilibet votum erat, ꝙ primo debet fieri clericus, & primam tonsuram accipere. Et ita ordinem psalmistæ, antequam fiat Ostiarius, vel Lector ẜm Hu. & gl. sed melior ratio est iudicio nostro ꝙ optime loquitur papa, quoniam psalmistatus, siue clericatus non est ordo proprie, sed large, cum nõ sint, nisi septẽ ordines quorum ostiarius est primus. Ar. s. distin. 23. c. psalmista, disputauimus. Papa autem loquitur hic de his, qui iure sunt ordines qui sunt 7. vt dictum est, videlicet Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolitus, Subdiaconus, Diaconus, presbyter [Sacretur]. i. ordinetur Hug. [Exinde] Cum voluerit. Archid.

Exponit literam (margin, beside "debet gradatim promoueri")

1 *Infantia durat vsque ad septimum annum.*
Pueritia à 7. vsque ad quartum decimum annum.
Adolescentia à 14. vsque ad octauum, & vigesimum annum.
Iuuentus à 28. vsque ad quinquagesimum annum.
Virilitas a quinquagesimo, vsque ad sexagesimum, inde senectus.

2 *Defensor appellatur aduocatus, siue patronus ecclesiæ,*



In singulis. Ad idem inducitur hoc c. quod est Zozimi, papæ. Et diuiditur in duas partes. In prima ostẽdit, quæ interstitia sint inter ordinem, & ordinem obseruanda. In his, qui ab infantia clericali militiæ ascribuntur. In secunda in iam adultis secunda ibi. defensore, omnia plana sunt maxime ex his, quæ dicta sunt insumma. in prin. Leg. ¶ [In singulis gradibus] id est ordinibus obseruanda. [Si quis ab infantia]. i. post infantiam. i. post septimum annum. † Infantia. n. durat vsque ad 7. annũ. exinde pueritia vsque ad 14. exinde adolescentia vsque ad 28. Exinde iuuentus vsque ad 50. annum. Virilitas vsque ad 60. annum. Et inde senectus, quæ nullo termino clauditur, cuius vl. pars dr̃ seniũ. Hu. [Nomẽ dederit] Vt scribitr in matricula. s. di. 50. contumaces, & gl. [vt quinquẽniũ]. i. p quinquennium à septennio continuandum [teneantur]. i. ordinentur inter Lectores, & exorcistas. Nomine Lectoris colligitur, psalmista, Ostiarius. Lectos. Quasi dicat per illud quinquennium ordinetur in quatuor ordinibus primis, sic erit vsque ad 12. annum à natiuitate. Et est contra consuetudinem quarundam ecclesiarum, in quibus omnes ordines minores simul conferuntur. Hug. [Exinde] post annũ. 12. [fiat Acolytus] Quando vult vsque ad annum 20. vel. i. postea subdiaconus. Anno 14. non à natiuitate, sed ab eo tẽpore, ex quo debuit accipere ordines. i. ab infantia. i. à septẽnio. Nam si dicerem à tempore natiuitatis, cõtradiceretur canonibus asserentibus, non debere ordinari in subdiaconum ante 20. annum: ergo intelligendum est ab eo tempore, ex quo potest fiari clericus, vnde vt dicit Hug. litera ista est falsa, nisi legatur. sicut dictum est anno 14. [post septennium]. i. in fine 14. annorum. i. in vltimo anno illorum. 14. scilicet in 21. anno Hu. [Et sic]. i. ex quo factus est subdiaconus [accedat] post quinquennium, s. in 26. anno. Non tamen hic dicitur, quo tempore, sed ex alijs capitulis habetur, quod scilicet 26. anno vt infra eod. placuit, & c. episcopus. Hu. & Arc. [Sic adhærere]. i. ministrare. [Exinde stipendijs] id est meritis [propriæ fidei] id est, de propria fide.

Diuisio. (margin, beside "In singulis")

Exponit literam. (margin, beside "nibus obseruanda")

quod fit in ſcrutinio.Hug.[de quo loco].i.ſacerdotio[exactior].i.melior.Hu.[ſummum pontificatum].i.epiſcopatū præparare.Et dic vt not.diſt.61.quod proderit,& extra de elect.cum ad noſtram. Arch.[debebit].i.poterit. Hug.[ſicut]diſt.59.c.1.Arch.Vel debebit neceſſitate eccleſiæ exigente,vt poſsit prodeſſe,non præeſſe.Hug.[defenſores]2.pars. defenſores.i.aduocati, Caſtaldi iudices,vt 1.q.3.ſaluator,[qui ex laicis fuerint].i.qui fuerunt laici. Notat hic Arc.ſu-

Archid. 2 per ver. Aduocati. †ꝙ defenſor appellatur patronus, ſiue Aduocatus eccleſiæ,extra de elect. venerabilem.Item reus dicitur defenſor 4.q.4.c.1.cuſtos patrocinij ſanctę eccleſiæ Romanæ,28.diſ. quia ſunt culpæ.Item cuſtos cuiuſcunque eccleſiæ,vt hic.

1 *Baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum.*
2 *Statim dictio aliquando deſignat annum,& diem.*



Vicunque. Hoc capitulum, quod eſt Syricij papæ continet id, quod præcedēs. Et diuiditur in duas partes.

Diuiſio. In prima oſtendit, quibus interſtitijs debeāt ordinari, qui ab infantia clericali militiæ aggregantur 2. idem oſtendit de adultis 2. ibi.

Exponit literam: Qui vero,&c.Lege.¶[Quicunq; baptizari]Alias ordinem

1 non reciperet,†cum baptiſmus ſit ianua ſacramentorū, vt di.32.§.verum.[ante pubertatis]Hoc dicit,quia Petrus dicit,ꝙ adulti ſolebāt baptizari Hu.[Lectorum per quos intelligo oēs minores ordines præter Acolytatū. Et hoc debet eſſe vſque ad annum 12.Poſtea debet eſſe Acolytus vſque an annum 20.quo finito deoet eſſe, Subdiaconus.Hu.[& hoc eſt ab acceſſu adoleſcētiæ].i.poſt annum 14.ex quo

Io.de Fant: Adoleſcentia incipit Hu.& Io.de Fant. vſque ad 20.incluſiue.[ſubdiaconus eſſe debebit].i.poterit, ſi conſenſu vxoris obtineatur per profeſsionem cōtinentiæ,vt di.32.feriatim & di.38.de his Hu.vbi notandum, ꝙ olim non exigebatur continentia cum vxore à ſubdiacono,quia tempore Syrici papæ,cuius eſt hoc c.qui fuit antiquiſsimus: ſubdiaconatus non erat ordo ſacer,Hodie autem eſt ſacer ordo,di.32. erubeſcant.[Continentia præeunte] Ecce aperte innuitur, ꝙ olim promouebantur ad ſubdiaconatū,continentia non promiſſa ab eis,vel eorum vxoribus.Sed nunc nullus recipitur in ſubdiaconum,niſi promiſſa continētia à ſe, & ab

a vxore,ſi habet eam,vt di.28.nullum.Hu.[vbi].i.in quo ordine diaconatus Hu [Si vltra]ne contradicat præmiſſo c.ſic tranſpone literā.Si laudabiliter miniſtrauerit,congrue conſequatur presbyteratum vltra quinque annos à 20.computandos,ſi in 31.anno poſt decennium cōputandum à 20.anno,de quo ſermo præceſsit. Nam poſt 30.annos immediate poteſt ordinari eps,vt.ſ.eps.& extra de elect.cum in cunctis ſꝫm Hu. Vel forte vanæ conſtitutiones vana ſtatuerunt. Hic dicit,ꝙ non debet eſſe epiſcopus ante 40.annum[alio] Quod poteſt eſſe ſtatim poſt 30.annum [Qui vero]2.pars.[grandeuus].i.in virili ætate poſitus.ſ.30.annorū,quia hæc eſt virilis ætas infra ea.epiſcopus.Non aliter fructum deſiderij ſui obtinebit, niſi prius ad ordines minores, & inde ad maiores,ſeruatis interſtitijs,aſcenderit ſtatim apoſtolica regula contradicit,vbi habetur ordinandū non eſſe neophitum,ſimiliter contra diſt.48.§.1.c.1.ſed ibi,& in regula Apoſtoli non intelligitur,niſi de ſacris ordinibus.ſ.diaconatu,presbyteratu,& epiſcopatu à quibus prohibentur Neophiti.ſed à minoribus, ordinibus non prohibentur, vt hic

2 dr.†Poſſet etiam dici.quod ſtatim, non deſignat tempus cōtinuum.ſ.in continenti,ſed aliquantulum poſt tempus cōtinuum.Nam qñque deſignat annum,& diē vt 20.q.2. puella.Hu.[vnā].i.non plures Hu.[habere.]Ecce qui habet vxorem,pōt promoueri ad minores ordines. Sed vtrum non promiſſa cōtinentia,nō determinatur in hoc loco.Ex hoc tñ quod dictū eſt de ſubdiacono hoc ſatis innuitur.Et credo, quod olim vxorati promouebantur ad minores ordines,& etiam ad ſubdiaconatum, non promiſſa continētia,

Quæſtio: & quandoque obtinuit vſque ad ſubdiaconatum, ſicut in

Reſpōdet: oriētali eccleſia fit 31.di. qm.Nunc vero ad ſacrum ordinē nullus recipitur,niſi promiſſa continentia,ſiue ſit vxoratus ſiue non.Ad minores vero ordines indifferenter quidem recipitur, niſi præmiſſa continentia,ſi non eſt vxoratus.Si vero vxoratus ad nullum minorem ordinē recipitur nunc, non promiſſa continentia , cum etiam, ſi ante coniugium eſſet ordinatus,& poſtea vxoratus,deberet carere omni beneficio eccleſiaſtico, extra de clerica. coniug. ſane. Ergo

a Promiſſa cōtinētia. Continētia qua indicitur clericis. Vide Petr.de Anc. in c. quod ad te nu.2.de electiōe.& pſumitur rōne prouectæ ætatis Idē in c ad Apoſtolicā nu. 1.e.tit. Et quis poſſit cōtinentiā vouere,car di.Zaba.in rubr.q.clerici vel vo. nu.2.

multo minus eſt recipiendus ad ipſum ordinem. Præterea cum ſit diuiſus eccleſiæ ſeruire non poteſt, vt in præmiſſa decretali.Et illis ſolis licet accipere,& comedere oblationes eccleſiaſticas,qui ei continue deſerūt, vt 10.q.1. hanc. Si ergo talis non poteſt recipere beneficium ab eccleſia: ergo nec ordinari debet,quia abſoluta ordinatione,prohibita eſt,vt diſt.70.capitulo primo,& ſecundo.Et nota ſequētem literam ad hoc debere reduci, vt in ſeptēnio adultus, omnes ordines poſsit recipere[initiatus].i. in primis quatuor ordinibus ordinatus. [per quinquennium].i. à biennio.i.per quinque annos, & ſeptennij ſequentes duos primos.Et eſt improprietas ſermonis,vt diſtinc.26.deinde.& di.66.Apoſtolica.Hu.[per hæc tempora].ſ.ſeptennij in acceſſu temporum eiuſdem ſeptennij.i.ex quo ad finem eiuſdem ſeptennii acceditur, quaſi ſic ordinatur in ſeptennio [grandæuus.]In primis duobus annis recipit quatuor ordines minores,præcedens in reliquis quinque poteſt recipere omnes alios,ſi opus fuerit.

1 *Puer baptizatus exiſtēs in cunis,an poſſit recipere oēs ordines.*
2 *Vſus rationis nō requiritur ad ſuſceptionem minorum ordinum de neceſſitate ſacramenti.*
Requiritur tamen ad ſuſceptionem ſacrorum ordinum nu.3.
Et ad ſuſceptionem dignitatis epiſcopalis.nu.4.



Vbdiaconus. Ad idem ſequitur hoc capitulum ex 6. ſynodo.Et poteſt diuidi in duas partes. In prima ſtatuit, quod nullus ordinetur ſubdiaconus, niſi fuerit,20.annorum . In ſecūda iniūgit pœnam diſpoſitionis contra facientibus. Secunda ibi.Qui vero.¶Pro pleniori intelligentia huius c. maxime propter ea,quæ dicit Hug.& Arch. quod etiam quis in cunis poteſt recipere oēs ordines,& eſſe ſacerdos,& epiſcopus,quæritur.¶†Vtrum hoc ſit verum.ſ.quod puer baptizatus,tamen in cunis exiſtens,ſiue ante annos diſcretionis poſsit recipere omnes ordines, ita , quod etiam poſsit eſſe ſacerdos,& epiſcopus.Et videtur in primis qđ ſic. Primo Diuiſio.

1 authoritate iſtorum doctorum ſꝫm Hu.& Arch. ¶ Secundo,Arguitur ſic, extra de cleri. ordinato per ſal.habetur in capitulo primo , quod quidam ante annos diſcretionis ad minores ordines,& poſt ſine reiteratione ordinis eſt in huiuſmodi miniſtrare pmiſſus.¶Tertio ſic.Sacerdoti, qñ ordinatur,dantur claues ligandi, atque ſoluēdi,etiam ſi ſacerdos ſcientia careat: ergo multo fortius dare poterit ordo, etiam ſi careat vſu rōnis. Et quod arguitur,de ſacerdotio. Idem videtur de epiſcopatu. ¶ Quarto ſic.Sapientis eſt reſpicere non tantum præſens, ſed etiam quod futurum eſt: ergo, ſi multi carent diſcretione , de quibus præſumitur, quod aliquando ſint diſcreti, videtur , ꝙ ſaltē ordo pōt eis committi,& executio maneat in ſuſpenſo.¶In oppoſitum arguitur primo ex c.præſenti, vbi dicit,quod ſubdiaconus non minor 20.annorum ordinetur.Idem arguitur ex c.ſequēti,vbi habetur,quod ante.25. annos nullus in diaconū ordinetur.¶Reſpondeo dicendum,ꝙ hic fuit duplex opinio.Quidam.n.(vt tangit dñs Bonauentura)dixerunt,quod ad ordinum omnium ſuſceptionem requiritur rationis cōſenſus, pro eo quod in quolibet ordine officium committitur voluntati electi actus à ratione,& officium nulli committitur,niſi ei,qui vult recipere . Et ideo dicunt , qđ vſus rationis requiritur in ordinandis, alioqui nihil omnino fit.Sed iſta opinio videtur eſſe contraria decretali de clerico per ſaltum ordinato, vbi tangitur, ꝙ ad minores ordines.ſ.annos diſcretionis promotus , non reordinatur,ſed permittitur in eis miniſtrare,quod non fieret, niſi verū ordinem ſuſcepiſſet.Ideo eſt alia maior opinio, ꝙ ad ſuſceptionem aliquorum ordinum requiritur vſus rationis, & ad aliquos non.Pro cuius opinionis declaratione ſit iſta cōcluſio.†Ad ſuſceptionē minorum ordinum non requiritur

2 vſus rationis de neceſſitate ſacramenti , nec de neceſsitate præcepti , ſed bene de honeſtate , ſiue de congruitate. Iſta concluſio habet tres partes. Quo ad primam,quod vſus rationis non requiratur de neceſsitate ſacramenti patet ex decretali inducta de clerico per ſaltum ordinato. Quo ad ſecundam partem etiam patet concl.quoniam non eſt præceptum eccleſiæ,quoniam infra annos diſcretionis quis poteſt ordines minores ſuſcipere.Quo ad tertiam partem.ſ.ꝙ requiratur vſus rationis de honeſtate patet. Tunc quia in eis committuntur offic.quæ ſpectant non ſolum ad habentes vſum

Ad primū argu. Secūd ar. Tertiū ar. Quartū ar. Opponit contrariū. Bonauen. Prima cōcluſio.

tes vsum rõnis, imo ẽt ad habẽtes sciẽtiá literaturæ, cũ requiratur vsus rationis propter dignitatem sacramenti, ꝙ non nisi cum reuerentia, & deuotione suscipiẽdum est, vnde inhoneste conferretur ante annos discretioni. ¶ Scđa conclu-

Prima cõclusio.

3 sio † Ad susceptionem ordinum sacrorũ requiritur vsus rõnis de honestate, & de necessitate præcepti, sed non de honestate sacramenti. Ista conclusio etiam habet tres partes. Prima patet eisdem rõnibus, quibus probata est conclusio, præcedens. Secunda pars, ꝙ requiratur de necessitate præcepti patet. Tum, quia susceptioni talium ordinum est annexum votum continentiæ, ꝙ requirit vsus rationis, & deliberationem, voluntatis, & notitiam literarum. Tum patet ex constitutionibus ecclesiæ, vt in hac d. vbi determinãda sunt tempora ordinandorum, & extra de tempo. or. Idem habebetur. Tum ẽt, quia eis, sacra committuntur, quæ non habent dari, nisi eis, qui reuerenter, & deuote suscipere possuut. ¶ Tertia vero pars conclusionis, videlicet, ꝙ non requiratur de necessitate sacramenti probatur sic iuxta sanctum Tho, In 4. d. 25. q. per pueritiam, & alios defectus, quibus tollitur vsus rõnis præstatur impedimentum actui. Et

S. Thoma.

ideo illa sacramenta, quæ actum requirunt suscipientis sacramentum, non competunt carentibus vsũ rõnis, sicut pœnitẽtia, Matrimonium, sed quia potestates infusæ sunt priores actibus, sicut naturales, quamuis acquisitæ sint posteriores. Remoto autem posteriori, non tollitur prius omnino, ergo oĩa sacramenta, in quibus non requiritur actus suscipientis de necessitate sacramenti, sed potestas spũalis diuinitus datur, possunt pueri recipere, & alij, qui vsũ rõnis carent. Scotus vero in eadem d. probat conclusionem illã sic.

Scotus.

Quia respectu cuiuscunque sacramenti non iterabilis, non requiritur ex parte suscipientis necessario aliqua dispositio pcedens dispositionem sacramenti, sed tantum non fictio, vel non positio obicis actualis, sed nihil horũ est in puero ante vsum rõnis, quia nec fictus contrariẽ esse potest, nec habet deliberationem voluntatis, ergo puerilis ætas non excludit susceptionem cuiuscunque ordinis sacri. ¶ Tertia cõ-

Tertia conclusio.

S. Thoma.

4 clusio, † Quod ad susceptionem dignitatis epãlis requiritur vsus rõnis de necessitate, etiam consecrationis. Ista conclusio est S. Tho. & dñi Bonauen. quæ conclusio probatur duplici rõne. Primo sic iuxta S. Tho. In epi consecratione datur potestas spũalis in corpus Christi mysticũ, vnde in oratione, quæ dr̃ in consecratione epi, inter alia sic dr̃, sit fidelis seruus, & prudens super familiam tuam, vt, det eis, cibum in tẽpore opportuno, &c. Et infra. Tribuas ei dñe cathedrã Epalem ad regendam, ecclesiam tuam, & plebem tuam vniuersam. Sis ei authoritas, sis ei potestas, sis eis firmitas, &c. Propter quod arguit S. Tho. ꝙ requiritur actus suscipientis curam pastoralem. Et ideo, vt inqt, est de necessitate consecrationis epalis, ꝙ vsum rõnis habeat. Secũdo probatur iuxta dominum Bonauenturam. In consecratione cõtrahitur

Bonauent.

matrimoniũ quoddã spũale, vnde in consecratione dat̃ annulus epo sub his verbis. Accipe annulum fidei. s. signaculum, quatenus Dei ecclesiam spõsam intemerata fide ornatus illibate custodias. In matrimonio requiritur consensus, siue sit spũale, siue temporale, ergo necessario requiritus consensus rõnis ad susceptionem epatus. Et ita patet fal-

Cõtra Hu. & Are.

sum esse secundum hos doctores, quod dicunt hic Hug. & Arch. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. Et ad pri-

Ad primũ arg.

mam respondetur, ꝙ illi doctores male dicunt. Et ideo nõ est standum dictis eorum. ¶ Ad secundum respondetur, ꝙ decretalis illa loquit de minorib. ordinib. ¶ Ad tertiã rñdetur, ꝙ rõ bñ procedit de alijs ordinib. quã de episcopatu, rõne iam dicta. Ad rõnes pro alia parte respondetur, ꝙ oĩa inducta bene probant, ꝙ pueri nõ debeant ordinari, nisi, &c. Non tamen probatur, ꝙ nõ possent ordines recipere, si ordinetur. Lege. ¶ [Subdiaconus, non minor 20.] Ergo in 21.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Exponit literam.

anno, & non ante debet Subdiaconus ordinari, & Diacon⁹ in 26. anno [in ordine sacerdotali]. i. clericali [præter constituta] In canonibus, ergo antequam perueniatur ad talẽ ætatem, in qua talis ordo debeat recipi, potest quasi postea recipere, sed non ante nisi dispensatiue agatur, cum eo. [deponatur.] Ergo ordinem sic ordinatus, habet sicut & ordinatus propter tempora anni deputata ordinationibus, concludit Hu. & Arc. ꝙ puer in cunis põt esse Sacerdos, & eps.

1 *Ordinatus, si quis fuerit ante tẽpus, suspenditur ab executione.*
2 *Et an talis sit ipso iure suspensus, an veniat suspendendus per sententiam.*



Placuit. Ad idem est hoc c. ex cõcilio Carthaginensi. Et potest diuidi in tres partes, secundum tria, quæ statuit. Primo statuit, ꝙ ante 25. annum Diaconus nõ ordinet̃. Secũdum est, ꝙ ante illud tempus virgines nõ consecrentur. Tertium est, ꝙ & Lectores populum non salutent. Secunda ibi. Nec virgines. Tertia ibi, Vt lectores. Lege. ¶ [Placuit ante annos]. s. completos, & hoc in ordinibus d. 28. de his vbi est expressiue. Sed in his honoribus causa fauoris annus inceptus pro completo habetur. ff. de mu. & ho. ad rempublicam secundum Vincen. qui ita notat extra de tempo. ord. vel non est. de hoc etiam nota extra de off. delegato, cum vigesimũ. & supra c. proximo. Et, ꝙ in ordinibus anni debeant esse completi, probatur infra c. proximo in princ. & infra c. in veteri. in fi. Arch. Sed argu. extra de elect. cum in cunctis. §. inferiora. & eodẽ titu. li. 6. c. licet canon [ordinem.] † Sed quid, si quis ordinet̃ 1 prius. Respondetur, ꝙ vbi minor 25. annorum ordinatus est, debet suspendi ab executione ordinis ipsius, vsque ad ætatẽ legitimam extra de tem. or. vel non est. Arch. Sed surgit q. † Vtrum talis sit ipso iure suspensus an per sententiam 2 venit suspendendus. Super hoc aliqui dicunt, ꝙ ipso iure, est suspensus. Arc. vero dicit cõtra inducens pro se decreta lem prædictam, vel non est. vbi dicit papa suspendimus, nõ dicit suspensum denuntiamus. Et hanc sententiam tenet ẽt Raymun. vt no. in summa rubrica de ęta. & qualita. or. §. pęna eius in principio. Sed quamuis hæc tempora sint taliter instituta, epi nostri temporis in clericorũ multitudine gloriantis, pueros ad sacros ordines promouẽt, his interstitijs non seruatis, vt in prædicta decreta, vel non est. Et male faciunt, cum largiri ordines districti oporteat esse iudicij, d. 59. si officia. in fine. Sic notat Goff. in summa de æta. & qual. iuxta princ. [Virgines.] Secunda pars [Rectores.] Tertia pars. i. qui habent illum ordinem [non salutent]. i. illam solennẽ & publicum salutationem. s. dicentes. Dominus vobiscum in suis lectionibus non præferant, vel forte, qui incipiebant legere supra pulpitum solebant salutare populum quadam salutatione nobis ignota, quod prohibet de cætero fieri, quasi dicat, vt decætero non salutent. Hu. & gl. vel referatur ad principiũ c. placuit. s. vt lectores euãgelij. i. Diaconi, si ordinati fuerint ante 25. annum [Non salutẽt] Illa. s. salutatione. Dominus vobiscum, quasi non legant euangelium, sed deponantur. Hu. Ioan. de Fan. & Ber. & Arc. sed videtus nobis, ꝙ prima expositio est melior, quia, si hoc referendum fuisset ad Diaconos non interposuisset de virginibus, sed immediate adiunxisset.

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio.

Archid.

Raymund.

Goffredus

1 *Præsumptio fit de aliquo pro, vel contra ratione ætatis.*



Episcopus. Ad idem sequitur hoc c. ex cõcilio Agathensi. Et diuiditur in tres partes. In 1. statuit, ꝙ episcopus nullum ad Diaconatum ante 25. annum ordinet. In 2. ꝙ si coniugati iuuenes voluerint ordinari, requirẽda est primo voluntas vxoris, & sequæstrato cubili ab vtroque continentia promissa, ordinetur. In 3. ꝙ nullus in presbyterum, ac episcopum ordinetur ante 30. annum. Secũda ibi. Sanæ. Tertia ibi. presbyterum vero. Lege. ¶ [Sanæ] Secunda pars. [Iuuenes.] Hoc dicit, quia senes non ita solent accedere ad Clericatum Hug. [vxor] vt 32. seriatim. [sequestrato] vt in diuersis ecclesijs conuersentur, Vel in eadem, sed in diuersis, separatis cameris, vt d. 81. volumus. [vel sequestrato] quia illa erit in ecclesia. Et illa in domo propria. Si. n. talis efficitur clericus, & non conuersus vel regularis, sufficit, quod vxor profiteatur continentiam qualiscuuque sit. Si vero efficiatur consensus vel Monachus vel canonicus regularis, obseruanda est d. quam facit Alexander extra de conuer. coniuga. c. cum sis & capit. exoratus Hu. [Religione castitatis]. i. religiosa continentia. Hug. [promissa] tacite, vel expresse Hu. [pariter]. i. cum vxoribus conuersi ad continentiam Hu. [ordinentur] in sacro ordine idem est. nam, & in minoribus ordinibus [presbyterum vero.] Tertia pars [antequam ad viri] Nota, vt inquit gl. quod canon aliter interpretatur virilem ætatem, & aliter interpretatur lex. ff. de mino. li. 1. & C. de his, qui ve. æta. l. vlt. sed diuersificant, quia diuersos habent vsus. [Nei per ætatem]. Argum. † ratione ætatis præsumi de aliquo, vel contra. Argum. dist. trigesimo quarto quorundam & 33. quæst. 2. antiqui Hug. & glo.

Diuisio.

Exponit literam.

1 Aetatis,

1 *Aetatis, quando fit mentio de naturali, intelligenda est, non de de ea, quæ ex imperiali beneficio suppletur.*




IN veteri. Ad idem subiungit hoc ca. ex concilio Toletano. Et potest diuidi in duas partes. In 1. statuit, vt iuxta tam veterem legem, quam sanctorum patrum canones nullus in Diaconum ordinetur ante 25. annos. In 2. ꝙ nullus ordinetur in presbyterū ante 30 annum. Plana sunt oīa. Le. tex. ¶ [In veteri] Num. 8. hoc est Leuitarum a. 25. annis, & supra [ingredietur] vt ministrent in tabernaculo fœderis. [& pueros.] Quod non est faciendum extra de tempo. or. c. vel non est. Ar. [legitimam †Cum de legitima ætate fit mentio ve naturali intelligendum est, non de ea, quæ ex imperiali beneficio suppletur. C. de his qui ve. æta. impe. l. vlt. sicut, cum stipulamur de casu mortis, de naturali intelligendum est, non de ciuili. ff. de verb. obli. l. ex ea parte. §. insulam. secundum Goffr. qui ibi notat extra de elect. cum nobis olim. Arc. [Lege Mosaica.] Hug. [diuinæ]. i. Mosaicæ. vt à. 25. anno. i. post quasi non ante Hu. & Arch.

Diuisio.

Exponit literam.

1 *Monachus, si vult in clericum promoueri, vita eius præterita requiri debet.*



SI quis. Secunda pars d. In qua loquitur de tēporibus ordinationum in religiosis. Et inducitur in primis hoc c. quod est Pelagij papæ breue. †Dicit. n. ꝙ, si quis Monach⁹ vult in clericum promoueri, vita eius præterita requiri debet si fuisset criminosus, vel irregularis contrahendo cum secunda vxore, vel cum alqua repudiata. [Manus]. i. ordinem [accedit]. i. ordinari velit.

1 *Lector, quare dicatur notarius.*



MOnachus. Ad idem hoc c. seruit, quod est eiusdem Papæ. Et diuiditur in duas partes. In 1. ostendit, qualiter monachus per annū possit promoueri. In 2. qualiter laicus per annum, & dimidium. Secunda ibi, si vero laicus. Lege. ¶ [Monachus nouitius]. i. qui nouiter Monasticum habitum, vel monachalem suscepit. Arc. [lector, vel], i. [notarius] à notis. i. vt subiūctiue teneatur Hu. †Lector dr notarius à notis. i. fur s Legēdis, vnde, & in quibusdam Lector vocatur notarius. Hug. [defensor]. i. Exorcista, quia defendit corpora obsessa, à Demonibus, expellendo eos sua adiuratione Hu. Sed cōtra 16. q. 1. de præsentis habetur, ꝙ Monachus non potest esse defensor. Respondetur, ꝙ illud intelligitur. s. secularium negotiorum [pro cura] totum secundum Hu. Io. de Fan. exponit defensor. s. ostij ecclesiæ. i. Ostiarius, licet autem Hosti. hoc dicat non valere, quia prius est ostiarius, quam lector, dicit tamen Arch. ꝙ ponitur hic defensor pro ostiario, vt notat 17. q. 1. §. Gelasius. [Aetas] p hoc patet, ꝙ debet esse maior, & est Ar. contra Monachos, qui minores faciunt promoueri [tamen, cui] sic construe. Quomodo in tam breui tempore potest Monachus ordinari, non tamen quilibet Monachus, sed ille in quo deest de tempore, supplet probitas, & hoc est, ille tamen Monachus sic ordinetur, & non alius, cui, & c. [Interstitia] canonica inter ordinem, & ordinem] [Deuotio sancti ꝓpositi]. i. qui honeste, & deuote vixit in proposito suscepto, per quod præsumitur de probitate eius ex quo sponte suscepit habitum, & deuote in eo vixit, vel ostenditur potius causa, quare sic dispensatur cum Monacho, s. quia, quod deest de tpe, supplet religio, quia quamuis desint interstitia temporum in tali ordinatione Monachi, suppletur tamen per aliud. Et hoc est [cui.] s. Monacho [tamen deuotio] sancti propositi. i. sanctum propositum deuotione susceptum. i. Monachatus [collatura]. i. vt sine reprehensione promoueretur Hu. & Arch. [si vero laicus] Secunda pars [Mundanam]. i. Laicam Hu. [Religiosam]. i. monachalem [discriminis]. i. differentiæ. [conuenientibus]. i. bonis, & idoneis ministris Hu. [& non inconuenientibus. i. ministris male meritis [in eorū] s. Laicorum. [Institutis]. i. institutionibus [in clericatu]. i. ꝓmotionibus Hu. [vitia]. id est vitiosos ministros. Hu. vel vitia. i. damna. [compēdia] i. vtilitates. i. vtiles ministro, si [quorum] laicorum [subrogamus]. i. a dijcimus super anni metas. Nec obuiat illi, quo supra e. quicūque dictum est, quia illud regulare est, hoc autem causale est, & ex dispensatione. Hu. [qui tamen præterita de Monachis sic breui tempore ordinandis [indulgenda credimus ecclesijs Italiæ] pro penuria clericorum, & nō alijs, quæ non indigent, Hu. & Arch. [cessantibus]. i. hac penuria non laborantibus. Et potest intelligi de cæteris etiam ecclesijs quibuscunque, non solum de ecclesijs Italiæ, quæ hunc defectum tunc patiebatur secundum Hu. [vetus forma]. i. constitutio, quæ continetur supra eodem in singulis. vt quicunque. secundum Hu. & Ioan. de Fantu. Arg. ꝙ cessante, necessitate cessare debet, quod pro necessitate cōstitutum est, ergo & huius canonis constitutio Arg. . . quæst. 7. quod pro remedio, & d. 55. priscis.

Diuisio

exponit literam.

Opponit et respōd. Io. de Fanr.

Io. de Fant.

¶ *Distinctio septuagesima octaua.*



QVa vero ætate &c. Hic incipit, & intitulatur d. 78. quæ ad præcedentem continuatur isto modo. Supra magister Gratianus præcedenti d. ostendit, & loquutus est de ætate ordinandorum. Nunc dicedū repetens assignat rationem, quare, Sacerdotium nō datur minori 30. annorum. Et potest diuidi in duas partes. In 1. ostendit, quid de rigore iuris obseruādum sit. s. ꝙ ante 30. annos completos Sacerdos non ordinetur, quia in tali ætate dominus baptizatus est, & incepit prædicare, similiter & quidam tali tempore prædicare cæperunt. In secūda, quid de dispensatione, quia, sicut quidam prophetæ ante hoc tempus ad prædicādum missi sunt. Ita possunt necessitate vrgente anno 25. Sacerdotes ordinari. Secunda ibi. Hoc regulariter.

Diuisio

1 *Contentum generalibus statutis non est omittendum propter dignitatem, vel probitatem personæ.*



SI quis. Inducit capitula sequentia ad propositum suum ostendendum. Et in primis inducit hoc, quod est Bonifacij papæ. In quo statuitur, ꝙ ante 30. annos nullus ordinetur presbyter. Breue est. Leg. ¶ [Impleuerit.] Oportet ergo 30. annos esse completos. Idem in alijs ordinibus recipiendis, vt d. 28. de his Hug. [Et si]. i.
1 quamuis. Arg. [valde sit dignus] arguitur† ꝙ propter dignitatem, vel propter probitatem personæ non esset omittendum, quod in generalibus statutis continetur Arg. d. 50. ex pœnitentib. & d. 61. miramur nisi forte necessitate, vel vtilitate ecclesiæ inspecta Arg. 7. q. 1. non autem & 1. q. 7. tali. & q. vlt. c. 1. & c. vlt.

Exponit literam.



QVid est. Ad idem est hoc ca. Leonis papæ. Et sumitur hoc capi. ex apostolo, ex prima epistola ad Ti. 5. vbi ait. Manus cito nemini imposueris, nec communicabis peccatis alienis. Et pōt diuidi in duas partes. In 1. ponitur authoritas Apostoli. In 2. exponit illa. Secunda ibi. Nisi, & c. Le. tex. ¶ [Manus]. i. nō ordines cito, sed sæpe proba, quamuis sapiens, & religiosus videatur. Et si sic feceris, non communicabis peccatis alienis. s. quæ ordinatus faciet post ordinationem, quod est, si inconsiderate ordines. Hoc. n. ipse videris consentire peccatis eius futuris. Leo vero hanc literam Apostoli sub interrogatione exponit d. [ante ætatem] pp hoc inducitur ca. præsens à Gratiano Hu. [non probatis]. i. ex parte morādo in singulis ordinibus Hu. & Arch. [communicare] cōsensu, tali. n. modo dicitur quis pollui, vel puniri alieno peccato. i. consensu ad illud, vt d. 86. quid prodest & d. 82. facientis culpam & 37. q. 1. §. cum autem [Talem]. s. malum hoc ipso quod talem ordinat scienter vt 81. d. tantis. & dist. 61. miramur Hug. & Archid.

Diuisio. Exponit literam.

PResbiter. Ad idem est hoc ca. ex concilio Neocæsariensi. Et diuiditur in duas partes. In 1. dicit, ꝙ nullus ante 30. annos ordinetur in presbyterum, licet sit probabilis vitæ: In 2. inducit probationem exemplo domini. Secunda ibi. Deus. n. Lege. ¶ [Deus. n.] Hæc non est multum efficax probatio, nec multum congruit exēplū, quia Sacerdos non potest esse ante annos 30. completos, vt supra e. ca. 1. Sed cum Deus fuit baptizatus, & cœpit predicare adhuc non erat 30. annus completus, imo vix inceptus, vt dicit gl. Christus de 30. anno

Diuisio. Exponit literam.


Cõtra gl. Hu.& Ar. 30.ann.non attigebat,nisi 30.dies.Sed isti tam Hug. quam Arch.& glo.male reprehendunt hic Concilium hoc, quoniã verum dicit,& verificatissima,& verissima est,ista, pro batio,quoniã iuxta sanctorum Patrum sententias Christus, baptizatus est,& prædicauit 30.anno completo. Et Lucas ait,ꝙ erat incipiens,quasi annorum.30. non dicit,quasi ꝑpter diminutionem,sed quasi de 30.compleuerat 13. dies, vnde ista intelligentia est beati Io.Chrysostomi super Ma. ho.10.vbi ita loquitur.post 30.annos Iesus venit ad baptismum,quia.s.post Baptisma istud legem erat veterem soluturus,propterea vsque in hãc ætatem,quæ omnia potest capere peccata.in legis obseruatione permansit,ne quis diceret illum soluisse legem, quia nõ adimplere eam voluisset, & infra per 30.annos iustitiam legis impleuerat,& tunc venit ad Baptismum.Item ista sententia Gregorij Naziãzeni. Item doctores Græci.item Bedæ super Lucam.Item est B. Isidori.Item in li.de ratione temporum.Item dicit S. Tho. in 3.parte q.39.ar.3. de hoc nos scripsimus copiosè in tractatu,quem edidimus,repobando quasdam propositiones cuiusdam Alfonsi de Matricali, quas posuerat Senis, cum ibi esset curia tempore sanctæ memoriæ domini Eugenij.

Gregori. Naziãze.

Diuisio. Hoc regulariter. §.est, & est. 2. pars huius distinctionis. Et diuiditur in duas partes.In 1.ostendit,ꝙ hoc,quod dictum est de 30. annis seruandis,est de iure communi exemplo Christi, & Io. Baptistæ,& Ezechielis.In secũda,ꝙ dispensatiuè ante illud tempus potest sacerdos ordinari,quod ostendit exempli.secunda ibi.Verum.Le.¶[Regulariter]hoc dicit,quia aliqui fuerunt missi ad prædicandum,antequam essent 30.annorum,quod tamen nõ est verum de Christo,sicut in superiori.c.ostendimus,sed bene de his,qui sequuntur Hieremias, & Daniel,ac etiam Io.euangelista,& Iacobus frater eius iuniores Christo.[Christus]30.annorum,& Io.qui sex menses Christum præcessit. Lucæ 1.[Ezechiel.]de quo dicitur Ezec.1.Et factum est in 30.anno.Hiere.de quo Hie.1.Ecce prophetã in gentib.dedi te.Qui respõ.a,a,a,dñe Deꝰ. Ecce nescio loqui,qa puer ego sum,&c.[Daniel].Qui inter pueros numeratur. Daniel 1.& Daniel.13. suscitauit Deus spm̃ pueri iunioris,cui nomen Daniel.[Dauid]Qui ait psal.118 Super senes intellexi.Et alibi 108. adolescentulus sum ego. & 1.Reg.16.Adhuc reliquus est paruulus,quem Samuel vnxit in Regem.[Salomon]qui 3.Reg.3.dicit.Ego sum puer, & paruulus,quem Samuel vnxit in regem ignorans.Da ergo seruo tuo cor docile,vt possit iudicare populum tuum. Ioan.euangelista,de quo Mar. 14. Adolescens sequebatur eum amictus Syndone.[Paulus]de quo actuum 7.lapidantes.Stephanum deposuerũt vestimenta sua secus pedes adolescentis,qui vocabatur Saulus.Sic ergo regulariter non promouebatur quis ad Sacerdotium ante 30.annum exemplo Christi,& Io.baptistæ,& Ezechielis,qui ante illud tempus non prædicauerunt,in casu tamen necessitatis.Et vbi morũ vitæ grauitas,ac doctrinæ veritas iuniorem extollunt, potest ante quis ad sacerdotiũ promoueri,præsertim per sedis Apostolicæ dispensationem,vt sequens capitulum dicit.

Exponit literam.

1 *Aetas ordinandi,si sit in dubio,qualiter probetur.*

I triginta. Subiungit capitul.hoc quod est Zachariæ papæ,vbi ait,ꝙ dictum est.¶[Si triginta,&c.Necessitas]vel et vtilitas,hæc.n.duo dispensationem inducunt 1.q.2.tali.imo de iure communi videtur,cum in 25.anno ad regimen ecclesiæ possit assumi vt extra de ele.cũ in cunctis.Et quilibet prælatus debet esse
1 presbyter 12.q.1.sint gloss.¶Sed surgit hic q.†qualiter probabitur de ętate ordinandi,si dubitetur.Respondet Hu. ꝙ per aspectum personæ,per cõem,& publicam famam,& ꝑ testes.Sed nunquid putabunt sic.Credo tñ simplicem assertionem eorum sufficere,si sint bonæ opinionis,qui inde ferunt testimonium,præsertim,si eorum testimonium concurrat cum motu iudicis ex aspectu personæ.Hu.

Exponit literam. Quæstio. Respõdet.


¶ Distinctio Septuagesima nona.

Cõtinuatio.

Postolicus. Hic intitulatur, & incipit d.79.quæ sic ad superiora continuatur secundum Hu. Superius agit de electione, & ordinatione aliorum, tunc seorsum in hac d.annectit de electione Sũmi Pontificis, ostendens, qualiter, & à quibus debeat eligi, & quando.Secundum vero Arch. sic continuatur ad præcedẽtia supra d.33.tractatum est de electione,& confirmatione papæ.Nũc idem repetit.Et aliqd addit.Diuiditur autem hæc.d.in quinque partes.In 1.ostendit,qualiter debeat eligi,summus Pontifex,quia.s.canonicè, & à quibus,quia à Cardinalibus,& religiosis viris. In 2. ostendit,de quibus est electio fienda,quia de cardinalibus, si ille idoneus inuentus fuerit.In 3.anathematizatur,qui canonicæ electioni Romani pontificis contradicere præsumpserit. In 4.quandó,quæ tertia die post sepulturam. In 5. subdit,quid iuris,cum duo malo zelo eliguntur, aut cum quis simoniace eligitur.In sexta ostendit,ꝙ à solo Deo potest deiici Summus pontifex.secunda ibi,Oportebat. Tertia ibi:si quis ex episcopis.Quarta ibi:Nullus.Quinta ibi, si duo.sexta ibi:Electionem.

Diuisio.

1 *Electus, an computetur in duas partes eligentium.*

I quis. Circa primam partem inducit Magister hoc c.Nicolai papæ in quo habetur,ꝙ qui non prima canonica electione,tẽpore ad summum Pontificatum ascendere ꝑsumpserit, non apostolicus, sed apostaticus, habenda,sit.Breue est.Lege.¶[Si quis sine cõcordia]Sed quia posset esse cõcordia in malo,subiungit, & canonica.Talis intelligitur esse,si fiat ab illis,qui habent potestatem eligendi,& de persona idonea,& bono zelo.Si aliquid istorum deficit,non dicet canonica.Ergo vtrũque exigitur.s.vt sit concors,& canonica Hu.[Sequentium clericorum,& Religiosorum]contra in c.1.23.d.dr,ꝙ Religiosi ꝑduces sint in electione papæ, hic dicuntur sequentes. Respondetur,ꝙ hic dicuntur sequentes respectu Cardinaliũ. Illic præduces respectu clericorum,vt populi.Vel secundo respondetur,ꝙ ibi religiosi dicuntur cardinales,hic alij clerici, qui debent interesse electioni papæ secundum Hug. [Intronizatur].i.eligit Hu. [Vel proprie electo habetur nõ papa,quod.n.legitima appellatione carere debebat Arg.d. 83.nemo.& d.17.multis & d.68.Corepiscopi Hu.Sed circa illam partem [Canonica.]Quia tunc est,quando à duobus partibus cardinalium eligitur,iuxta c.licet de elect.Mouet
1 hic quæstionem Arch.†Vtrum iste,qui eligitur computabitur inter istas duas partes.Et videtur ꝙ sic,si est de eadẽ ecclesia,alias non,extra de elect.cum in iure &.ff.quod cuiusque l.planæ.Et ita no. Vincent.& Goffredu.& Philip.extra de elect.licet.Ibi tamen Inno.& Ber.& Compost.contra,& melius.Nam decretalis,cum in iure loquitur, quãdo in cõpromisso fuit actum.Et lex prædicta planè non habet locum in electione Clericorum,in qua oportet in scrutinio maiorem partem consentire in eligendum,& hoc antequã fiat electio,sicut aperte probatur,extra de electio.quia propter.Et ita persona electi non auget numerum,vt supra eo: ti.cumana.Et idem in electione papæ per c.e.ti. licet secundum Io.de Ancho.qui ita notat in summa e.ti.§.sed nunqd ille,qui eligitur Arch.

Exponit literam. Opponit Respõdet. Quæstio 1

2 *Papa viuente,an conueniat tractare de electione successoris. & nu.2.& 3.*

4 *Papa mortuo facere coniurationes de papatu,vel consentire tali iurationi,simoniacum est.*

Et etiam,eo,viuo nu.5.

5 *Pitatium.quid dicitur.*


7 *Socius criminis,an admittatur ad accusationem sociorum eiusdem criminis.*

8 *Crimen maiestatis,& crimen simoniæ ęquis passibus ambulant.*

9 *Simoniam committẽs cum aliquo,an,audietur,si vult accusare illum.*

10 *Criminosus recipitur ad accusationem in odium criminis.*

11 *Remunerandus, an quis veniat pro delicto.*

I quis. Sequitur ad idem hoc c.Symmachi papæ,vbi statuit,ꝙ si quis,viuẽte vero romano pontifice,fauet aliquatenus adoccupandũ papatum,vel aliquid promittit,vel conuenit ꝑ electione futuri pontificis,talis deponi debet.Vnde diuiditur in tres partes hoc.c.In 1.statuit ꝙ quicũq; fauerit alicui uasori,vel inuadere volenti papatum,debeat deponit in 2. etiam,si quis,papa vero viuente,eo inconsulto,promiserit vel dederit,aliquid,aut ẽt tractauerit aliquid de electione futura,

Diuisio.

futura pontificis, talis veniat priuandus omni honore ecclesiastico. In tertia statuit, ꝙ qui huiusmodi coniurationē, & conuentionē detulerit, siue reuelauerit, remissa sibi omni culpa remuneret. Secūda ibi, si quis. Tertia ibi. Et infra, propter occultas, plana sunt omnia. Lege tex.¶ [Si quis cuicunque] inuasori, vel inuadere volenti Hug. [Si quis] secunda pars. [eo inconsulto.] Sed hic quæritur.† Vtrum conueniat, papa viuente tractare de electione successoris. Respondetur sub certis conclusionibus. Prima est,† ꝙ papa consulto, siue de consilio papæ potest concorditer deliberari, & tractari de electione futuri pontificis, simplici tamē deliberatione. Patet ista conclusio. ſ. eodem. si transitus.¶ Secunda conclusio,† ꝙ non licet etiam papa consulto tractare de electione futuri pontificis per sacramenta, & coniurationes, & alia, quæ sequuntur in litera. Patet, quia eiusdem iuris est eo inconsulto, & secundum hoc vocat hic Ar. à contrario sensu.¶ Tertia conclusio,† facere, papa mortuo, huiusmodi coniurationes de papatu, vel consentire tali iuriationi simoniacum est, vt dicit Hugu.¶ Quarta conclusio,† si huiusmodi coniuratio fiat, papa existente viuo, non mortuo, simoniacum est, sed etiam crimen lesæ maiestatis committitur contra papā ſm Hu. [Subscriptione] .i. vt vnus alteri promittat, ꝙ in eius electione, mortuo papa, subscribet alias promittere subscriptionē, vel aliquid hmōi. Hu. [pitatio] .i. per aliquam scripturam obligatoriam.† Omnis.n. scriptura, per quam quis petit aliquid dicitur, pitatiuū, à petēdo vel pingendo, & est neutri generis, vt 30.q. 3. pitatiuū. Hu. & Arc. [conclusione] .i. officij, & beneficij occulti, q.d. priuetur honore ecclesiastico. Hu. & Arc. [propter] Tertia pars. [coniurationem] de istis habetur 11.q.1. coniurationum & quatuor causis ibi sequentibus, & ibi dicam. Arc. [huius distinctionis] .i. huius districtæ constitutionis, quam nunc constituimus. Hug. [Consequitur] .i. vetat, & punit [pertulerit] præmissa admonitione secundum quosdam, ne perditio videatur 2.q.1. si peccauerit, & q.7. accusatio, & 12.q.2. indigne. Hug. & Arch. nisi forte dicat tali personæ secretæ, quæ possit prodesse, non obesse, vt 22.q.5. hoc. videtur. Et est hoc obseruandum in quolibet crimine non notorio, siue sit crimen læsæ maiestatis, & huiusmodi, siue sit spirituale, vt alicui credatur sine probatione. Et, ꝙ crimen sibi soli notum debeat publicare, quod non est verum. Circa hanc partem tangit gl.† Vtrū socius criminis admittatur ad accusationē sociorum eiusdem criminis. Et videtur ꝙ non, quia talis videtur magis puniendus. ex quo sponte confitetur crimen suum, vt 20.q. 1. nos in quemquam. Secundo, quia turpitudinem suā allegans, non auditur, vt extra de donatio. ratus. ¶ In oppositum habetur hic, vbi accusans remunerari habetur.¶ Respondeo dicendum, ꝙ licet regulariter talis socius criminis in accusatione aliorum, non sit audiendus, vt 15.q.3. nemini. Nihilominus speciale est, ꝙ sit in crimine læsæ maiestatis, & in crimine simoniæ, qđ est, vt dicit Hug. crimen læsæ maiestatis, dicit & in crimine hæreseos, vnde in huiusmodi criminibus socius admittitur. vnde colligitur, ꝙ crimen læsæ maiestatis, & crimen simoniæ æquis passibus ambulant, vt 15.q.3. sane. Quæcunque ergo personæ recipiuntur ad accusationē in crimine læsæ maiestatis recipiuntur, & in crimine simoniæ, vnde cum ibi recipiatur socius initæ factionis contra, ita & hic, vnde capitulum illud. 15.q.3. nemini. Interpretatur per hoc, & subintelligitur ibi, vel de simonia, vt sic ab illa regula excipiatur non solū crimen læsæ maiestatis, sed etiam simoniæ.¶ Sed hic surgit quæstio.† Vtrum committens simoniam cum aliquo audietur, si vult accusare illum cui respondet Hu. & gl. ꝙ sic, & ille punietur, & iste non. Quod Hug. intelligit vbi res nō processit ad actum .s. ad receptionem, vel donationem pecuniæ, sed tantum in consilio, & pactione consistit. Cum autē ad actum processum fuisset, dicit Hu. ꝙ dominus Alexāder vtrunque deponebat. Et ita in illo casu esse faciendum. Et approbat Arc. secundum Lau. extra de test. veniens, quia vt inquit gl. Crimen illud procedit ad instar læsæ maiestatis, in quo crimine socius criminis, si probat crimen remuneratur, vt 6.q.1.§. verum, & hic. Sed, quid si non probat. Respondetur punietur, quia tacere debuit crimen, quod probare non potuit, vt 2. quæstio. 7. plerique, & 2.q.2. si tātum, gl. & Hu.† Nota criminosum recipi in accusatione in odiū criminis, ne .s. remaneat impunitum. Ar. 5.q.1.c.2. [Culpa] .i. pœna sit immunis, quæ ei debebatur ex tali delicto. A peccato. n. solus deus mundat, sed pœna huiusmodi remittere potest, quantum ad se, non quantum ad Deum. Et ponitur antecedens pro consequenti secundum Hu. [Remuneratione] Sed hic surgit quæstio† Vtrum quis pro delicto veniat remunerandus. Ad hoc respondetur, ꝙ quidam dicunt ꝙ sic, hoc namque dicunt esse speciale in hoc casu, sed isti male dicunt, quia solum bonum venit remunerandum vnde dicendum, quòd nunquam quis debet pro delicto remunerari, nec hic remuneratur propter culpam, sed, quia pœnituit, & tantum malum vitari fecit, & fraudem, & crimen detexit, & probauit. Et ꝙ de istis remuneratur, & non de malo, colligitur hic, vt 6.qō.1.§. verum. Nota etiam hic præmium inuitari ad accusandum, vt 1.q.1. iubemus, & 3.q.5. de accusatoribus, sed hoc speciale est in istis criminib. supra notatis, vt dicit Hu.

Marginalia (left column): Exponit literam. — Quæstio. 1 — Respōdet. — Prima cōclusio. 2 — Secūda cōclusio. 3 — Tertia cōclusio. 4 — Quarta cōclusio. 5 — 6 — Quæstio 7 — Opponit & respōd. — 8 — Quæstio 9 Respōdet. — Archid. Laurenti. — Quæstio 10 Respōdet. — 11

1 *Ecclesia Romana, an conuenienter videatur domina aliarum ecclesiarum.*
2 *Dominium dupliciter accipitur.*
3 *Papa quomodo dicatur dominus episcoporum, & quomodo nō numer. 4.*
5 *Cardinales presbyteri maiores sunt, quam Cardinales diaconi.*


Oportebat. Secunda pars distinctionis. In qua ostendit, de quibus debeat fieri electio, quia de cardinalibus, siue de gremio, si ibi reperiatur idoneus & qua si. ista est sententia trium capitulorum sequētium. De conuenientia autem ista, ꝙ videlicet de cardinalibus sit fienda summi pontificis electio supra disputauimus circa. c. in nomine domini. di. 23. vbi vide hoc c. est ex Concilio Stephani papæ. Lege.¶ Oportebat vt hæc sacrosancta domina nostra. &c.] ¶ Iuxta hæc quæritur, Vtrum† conuenienter ecclesia Romana videatur domina aliarum Ecclesiarū, aut summus pontifex Dominns aliorum prælatorum, siue fidelium. Et videtur, ꝙ non. Ex illo Bernardi dicentis in 4. de consideratione ad eugenium papam. Considera autem sanctam Romanam ecclesiam, cui actore Deo, præes omnium ecclesiarum esse matrem, nō dominam, & te non dominum Episcoporum esse, sed vnū ex illis.¶ Secundo ad illud arguitur, ex illo Matth. 20. vbi deus videtur interdicere dominatum Apostolis, & per consequens succcessoribus eorum, cum ait principes gentium dominantur eorum, &c. sequitur, non ita erit inter vos, &c. ¶ In oppositum est tex. præsentis. c.¶ Respondeo, dicēdum iuxta S. Thom. tam in prima parte, quam in secundo sentēriarum†, ꝙ dominum dupliciter accipitur. Vno modo, ſm ꝙ opponitur seruituti, & sic dominus dicitur, cum aliquis subditur sibi, vt seruus. Alio modo accipitur, secundum, ꝙ communiter refertur ad subiectum qualitercunque. Et sic etiam illa, qui habet officium gubernandi, & dirigēdi alios dominus dici potest, secundum quam distinctionem ponitur conclusio. Papa non dicitur dominus episcoporum, nec ecclesia Romana aliarū ecclesiarū, primo modo capiēdo dominum, vt relatiue dicitur ad seruum patet, quoniā papa, vocat episcopos Fratres. Et alios fideles filios, & non seruos. Et similiter hoc modo Romana ecclesia nō est aliarum ecclesiarum domina. Patet quoniam aliæ ecclesiæ consunt seruæ suæ, sed bene mater, & caput.¶ Secunda conclusio† est. Quod secundo modo capiendo dominium Romanus pontifex est dominus, non modo episcoporum, sed omnium fidelium, & Romana ecclesia domina omnium ecclesiarum. Patet conclusio, quoniam ipse præest, tāquam pastor, & Rector dominus, & princeps vniuersæ ecclesiæ, vnde dominus noster beato Petro ait super plebem meam principem te constitui, & de exercitio pastoralis præeminent Petro dicitur Ioan. vltimo. Simon Ioannis pasce oues meas.¶ His dictis patet responsio modo ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam de beato Bernardo respondetur, ꝙ intelligendus est iuxta primum modum dominij. Et ita conceditur.¶ Ad secundam de Mat. 20. respondetur, quòd Deus non interdicit apostolis omnem dominatum sed tantum illum, quo gentiles, & homines mundani vtuntur in hoc mundo in subditis, qui est secundum primum modū capiendi dominium. s. cum aliquis subditur, vt seruus, tunc ei dominari. Idem est, ꝙ similiter sibi subijcere seruum, vt inquit S. Tho. super Matt. c. 20. non autem interdicit dominatum, secundum, ꝙ dominari sumitur pro præesse, cum eos principes, & rectores cōstituerit vniuersi populi Christiani, secundum illud psalm. 44. Constitues eos principes super

Marginalia (right column): 1 — Exponit literam. — Primū ar. — Secūdū ar. — 2 Opponit & Respōdet. — 3 Prima cōclusio. — 4 Secūda cōclusio. — Primū ar — Ad secūdū — S. Thoma.

5 super omnem terram[Presbyteris,aut diaconibus.]† Nota ex ordine verborum maiores esse presbyteros Cardinales, quam diacones.Et ideo potius eligi debet ex illis. Et si nullus est ibi idoneus postea ex diaconibus.Est ergo rectus ordo, vt potius eligatur de episcopis cardinalibus, quam de Presbyteris. Et si nullus est idoneus, eligatur de diaconibus.Et si ibi non est idoneus,eligatur de alijs Ar.hic,&.j.e. si quis ex episcopis,& dist.63.metropolitano,& distinc.75. cap.vlt. Hug.

1 *Cardinales an possint facere cardinalem, quòd non nu.2.*




Vllus vnquam. Sequitur ad idem hoc c.quod est eiusdem Stephani papæ. Nam sub eodem sensu intelligitur hoc capitulum cum præcedenti, videlicet,vt nullus eligatur in papam,nisi cardinalis,siue de collegio,si idoneus ibi inuenia tur.Breue est.Lege.tex.litera plana est. Potest autem hoc c.in hoc sensu legi,vt dicit Hu.& Arch.s. nullus eligatur in papam,non cardinalis.Et si eligatur non cardinalis, debet prius fieri Cardinalis,quam promoueatur.Et si quæratur, à quibus fiet cardinalis respondet Hug. à cardinalibus, qui habent potestatem eum eligendi,& consecrandi,sed hmôi sensus non videtur conueniens, quia non est necessarium, vt eligendus in papam sit,vel fiat cardinalis.¶Sed hic surgit quæstio†Vtrum cardinales possunt facere cardinalem, vel an solus papa,an cardinalis à solo papa potest creari.Et videtur ꝙ sic.nam Hug.in hoc capitulo dicit falsum esse, ꝙ à solo papa possit creari cardinalis. Nam secundum eū Cardinales possunt cardinalem creare.Cuius ratio est,quia cardinales possunt creare papam,quod est maius, quare ergo non potius cardinalem.Et idem sentit Hostien. Argu.pro eo extra qui filij sint leg.per venerabilem.In oppositum vi-
2 detur.Et ita dicendum est.† Quod cardinales non possunt creare Cardinalem, vnde clementina illa. ne Romani. super ver.potestatis dicit gl.quod dicit Hug.di.78.Cuius etiā dictum recitat Host.licet,qui dixerat Cardinales tunc posse creare Cardinalem, dum possint tunc papam creare, quod plus est.Sed ratio non procedit,quia capitulum creat episcopum,nec tamen confert beneficia ad illius solius collationem expectantium,ne se.vac.c.1.libr.6.Hæc gloss.Eadem verba,quasi habet Guil.Durandi,vt hic inducit Arch.

Exponit literam. | Quæstio 1



Si quis. Tertia pars huius distinctionis, vbi anathematizantur, qui vsurpare tentant papatum,vel cardinalatum, aut electionem papæ impedire præsumunt.Et diuiditur hoc c.quod est ex eodem concilio,in tres partes. In prima anathematizat vsurpantes dignitatem,aut culmen apostolatus debitum dominis Cardinalibus. In secunda anathematizat inuadentes Apostolicam sedem.In tertia anathematizat resistentes, & impeditores, ne electio fiat canonica Romani pontificis,secunda ibi. Et hanc Apostolicā.Tertia ibi.Si quis.Lege.¶ [Si quis in gradum filiorum].i.eis debitum.i.in culmen Apostolatus[filijs Romanæ ecclesiæ].i.cardinalibus debitum Hu.& Arch. [Si quis.]Tertia pars[primatibus] primates nobiles appellat,forte quosdam nobiles, qui intersunt, vt populum arceant,vt dicit gloss. Arg.ad hoc dist. 63. quia per ambitiones. Archid.

Diuisio. | Exponit literam.



Si quis. Ad idem est hoc cap.ex concilio Leonis papæ quarti.Breue est, & planum. Leg.¶ [Si quis nobilibus].s. Romanis paucis tñ, vt di.23.c.1.Hu. [& vt sacrilegus iudicandus est] .1.q.1.sunt quidam Arch.

Exponit literam.

1 *Papa viuente, non debet fieri tractatus de electione alterius Nec eo mortuo ante eius sepulturam.nume.2.*
4 *Tractatus ambitiosus euitari debet in electione papæ, bene tamen deliberatiuus.num.5.*
7 *Ecclesia nunquam est sine capite Christo.*
8 *Ecclesia dicitur vacare, mortuo papa.*



Vllus. Incipit quarta pars huius distinctionis.In qua statuitur, vt viuente Romano pontifice, nō debeat esse aliquis tractatus de electione successoris, viuente inconsulto, sed post diem certam sepulturæ suæ.Pro pleniori intelligentia huius c.& multorū,quæ tanguntur in gl.quæruntur duo.

1 ¶Primum est,vtrum de electione papæ debeat procedere tractatus aliquis,vel prælocutio.
6 ¶Secundum est,vtrum mortuo papa,vel alio nondum electo, ecclesia dicatur illo intermedio, acephala, id est sine capite,&c.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur,ꝙ de electione papæ non debeat præcedere tractatus aliquis,aut prælocutio.Primo per c.præsens Secundo, quia in electione papæ maxime sunt vitanda omnia,quæ possunt inducere periculum, aut scandalum. Sed aliquando in diuturno tractatu,& pꝛe electione inter eligentes pacta coniurationes, factiones, & compositiones,quæ plurimum impediūt canonicam electionem, vt.j.e.si quis pecunia. Ergo ad vitandum huiusmodi pericula melius videtur, vt sine tractatu primo procedatur ad electionem. ¶In oppositum arguitur ex c.in nomine domini.di.23.vbi expresse habetur,& ex.c.quia propter,& c.in genesi.de ele. vbi cassatur electio,quam non processit tractatus,& prælocutio aliqua.¶ Respondeo dicendum sub certis conclusionibus. Prima,† ꝙ de electione futuri pontificis non debet
2 fieri tractatus,nec prælocutio, inconsulto viuente pontifice.Patet ista conclusio supra e.ex.c.si quis.Secunda conclusio.†Papa mortuo,non debet fieri fractatus de electione fu-
3 turi pontificis ante sepulturam eius.Ista conclusio patet ex præsenti c.& colligitur ex c.Bonæ memoriæ.extra de elec. ¶Tertia conclusio†In electione Romani pontificis euitari
4 debet tractatus ambitiosus,extra de elec.qualiter,& c.cum post.Item tractatus simoniacus,& infra, c.si quis pecuniā, de ele.c.per inquisitionem. Item vitari debet tractatus conditionalis,siue conuentialis.s.e.c.2.& 1.qō.2.quam pie.& extra de pactis.c.vlti.Item vitari debet tractatus, si sit incōgruꝰ,& inhonestus,siue præposterus, vt hic, & extra de ele.
5 bone, memoriæ.¶ Quarta conclusio†In electione futuri pontificis licite, imo necessario debet præcedere tractatus deliberatiuus.Probatur conclusio ista ex multis capitulis in titulo de elec.maxime in c.cumana,vltra,& c.quod sicut,& c.auditis,& c.in causis.§.1.& c.officium,circa prin.ꝯm Arc. probatur præfata conclusio ex illo prouerbiorum 13. Qui agunt omnia cum consilio,reguntur sapientia.Et prouerb. 24.ibi.Salus,vbi multa consilia. Præterea secundum philosophum 3.ethicorum.Cōsilium, & tractatus deliberatiuus debet præcedere semper in rebus arduis, ex quibus nō bene consultis possunt magna damna,& pericula redundare. Sed electio papæ est huiusmodi,vt satis colligitur ex.c.licet extra de ele.& ex c.vbi maius e.ti.in 6.& ex c.in nomine domini dist.23. Ergo saluberrimum est, & necessarium,vt in electione Romani pontificis consilium,prælocutio, & tractatus præcedant.¶Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam patet responsio,quia c.intelligitur,viuente papa,& eo inconsulto.¶Ad secundā respōdetur,negando consequentiam,quoniam ex his,quæ eueniunt per accidēs, nō sunt intermittenda ea,quæ sunt per se necessaria, vnde licet ex scientia quandoque nascatur superbia, secundum illud Apostoli 1.Cor.8.scientia inflat non tamen est negligendū studium literarū.Ita in proposito:præterea,ad hoc in principio tractatus,& conuentionis ad electionem fiunt orationes,& spiritus sancti inuocatio, vt deus illustret mentes eligentium, & inflammet zelo sancto, vt profugatis quibuscunque corruptionibus,& fictionibus eligāt eum,qui ad regimen ecclesiæ fuerit vtilior,&c.

Primū ar. | Scdm arg | Opponit ī contrariū. | Respondet | Prima cōclusio. | Secūda cō clusio. | Tertia cō. clusio. | Quarta cō clusio. | Ad primū argu. | Ad secūdū.

6 Ad secundum. Sic proceditur.†Et videt̄, ꝙ papa mortuo,& nondum alio electo,ecclesia non dicatur acephala.i.sine capite esse. Primo sic. Quia Christus est caput ecclesię ad Eph.1.ipsum dedit caput super omnem ecclesiam,& ipse nō moritur:ergo ecclesia nunquam dicenda est acephala.¶ Secundo sic dicit Host.vt hic recitat Arc.ꝙ valde absurdum est dicere,ꝙ ecclesia capite careat,quæ caput est aliarum,nec est longe ab hæresi.¶ Tertio sic.Si mortuo papa,etiam diceretur sine capite,erit monstrum.s.corpus sine capite,sed hoc non videtur dicendum,ergo,&c.¶Quarto, Nullum corpus viuit sine capite.Sed si illo tempore ecclesia esset sine capite,etiam diceretur mortua,sed hoc est falsum,ergo.&c.¶In oppositum est glo.huius c. Respondeo dicendum,vt quidam dicunt,vt tangitur in gloss.ꝙ defuncto papa, & nondum alio electo ecclesia nō est sine capite,quia cardinales sunt ecclesiæ caput.Sed hic modus non placet Hu.nec gl.Tum, quia non videtur tot homines, quot sunt cardinales esse posse vnum

Primū ar. | Secūdū ar. | Tertiū ar. | Quartū ar. | Opponit et Respōdet

vnum caput ecclesię. Tum, quia illo intermedio, ecclesia dicitur vacare, & ecclesia esse acephala, quod non esset verum, si haberet caput. Tũ tertio, quia si cardinales tũc essent caput ecclesię, possent deponere episcopum, vt arguit gl. Et eadem ratione canonici, mortuo episcopo possent deponere clericum aliquem, quod tamen non videtur. Vnde pro responsione vera notandum est, ꝙ Christus, & papa dicuntur caput ecclesiæ, de Christo dicitur ad Ephe. 1. dedit eum .s. pater caput omnis ecclesiæ. Et ad Col. 2. dicitur, quod ipse est caput omnis principatus, & potestatis: de papa etiam patet. Nam Io. 1. dr̃ Petro primo Romano pontifici. Tu vocaberis cephas, quod sonat caput, vnde cephalis græce idẽ est, ꝙ caput latine, vt dicit, Isidorus. Præterea, & Anacletus in c. in nouo. dist. 21. Hoc ostendunt multorum sanctorum patrum canones, & decreta, vt dist. 12. non decet, & in c. ita dominus di. 19. & di. 21. in nouo, & in c. sacrosancta. d. 22. & in c. rogamus 24. q. 1. Qualiter autem caput ecclesiæ communicat Romano pontifici, s. secundum exteriorem influxum, tantum puta. s. secundum exteriorem gubernationem, secundum quem modum Rex dicitur caput regni, sicut dicitur 1. Re. 15. Saul. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es supra declarauimus, di. 22. circa c. non decet. Circa prædicta sit ista conclusio.

Prima cõclusio. 7 †Ecclesia nunquam est sine capite Christo, patet, quia ab eo ecclesia continuum influxum recipit gratiæ, & virtutum, secũdum illud Io. 1. de plenitudine eius omnes recipimus. Hoc autem pertinet ad rationem capitis. Præterea ipse est summus sacerdos in æternum, vt in psal. & nunquam deficit ecclesia: ergo ecclesia dei nunquam ita dicenda est acephala, non habeat caput Christum. Secunda concl. ista sit. s.

Secũda cõclusio. 8 † mortuo papa, & nondum alio electo, ecclesia dicitur vacare, & acephala esse sine capite visibili eiusdem conuersationis cũ ea plene administrãte, spectante ad apostolicam sedem. patet conclusio ex ratione terminorum, dicitur. n. tunc ecclesia vacare, dicitur vidua, dicitur acephala, quia non habet administratorẽ aut viduata quia est priuata sponso suo acephala, quia sine suo capite visibili: ergo ecclesia Romana illo intermedio, cum careat administratore, gubernatore, qui dicitur caput ecclesiæ, veraciter dicitur tunc acephala, alias non procederet per electionem ad prouidẽdum ecclesiæ de Romano pontifice, qui rector, & gubernator eius existat. ¶ Vnde dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primũ arg. Ad primam respondetur, quòd ecclesia tunc non dicitur acephala respectu Christi capitis, qui nunquam moritur, sed respectu eius vicarij, qui visibili gubernatione eam regit, qui mortalis est.

Ad secũdũ ¶ Ad secundam respondetur ꝙ dictum Host. est verum, si diceretur, ꝙ ecclesia sic esset acephala, vt omnino careret capite, tam inuisibili Christo, quam visibili suo vicario, quod non est verum, vt dictum est.

Ad tertium ¶ Ad tertiam respondetur negando consequentiam. Tum qm̃ corpus ecclesiæ semper habet caput Christum. Præterea corpus ecclesiæ pro illo tempore vacationis licet, careat capite visibili gubernatore, nihilominus Cardinales supplẽt in aliquibus vicem capitis, vt. j. e. si quis, s̃m Hug. Dicebat etiã Laurent. ꝙ cardinales tempore vacationis optinent vicem curie. Ar. C. de decurio. l. nominationum li. 10.

Ad quartũ. ¶ Ad quartam dicendum, ꝙ ratio non procedit, quia ecclesia illo tempore habet Christum caput, à quo est ei influxus vitæ, licet careat capite ministrandi exterioris gubernationis, &c.

Exponit literam Lege. ¶ [Nullus aut episcopo.] Nota idem iuris à quolibet episcopo, quod in Papa, quo ad hunc articulum, quia nec papa nec aliquo episcopo viuente, licet eligere successorem, vel pmissionẽ facere alicui de ipso eligendo, vel cõputationẽ. nõ. n. licet occupare locũ viuẽtis 2. q. 1. in psal. & 7. q. 1. nõ furẽ. Vel de ecclesia non vacante, promissionem facere ar. s. e. c. 2. & 7. q. 1. factus. Hu. [præsumat] Loquitur de successore eligendo, eo inconsulto. [nisi tertio] sit supple dicto viuente vel mortui etiam, nisi tertio die. [de eius, &c.]

Archid. Tertio die post mortem eius. Extra de elec. Bonæ. Circa qđ nota iuxta Arc. quod hic dicitur de triduo, nõ seruatur. Nã mortuo viro, vxor soluta est à lege viri. 7. q. j. sicut. Et ita sentiunt Bernar. compostel. & gl. in prædicta decre. Bonæ. Sed ibi Vincen. Io. Gof. & Io. bo. dicunt contra, vt ibi in tex. colligitur manifeste, quorum sententiam sequitur Host. Nam hoc ius in fauorem mortui. & honestatis, & multorũ odiũ, qui ad sepeliendum corpus plerumque nimis improperãt, est inductum Ar. extra de testa. requisisti. in fi. s̃m Host. Sed quicquid dicatur, hoc hodie de consuetudine non seruatur

Bernard. compostel.

secũdum Hug. qui dicit, quod hoc ex tali causa fuit institutum, vel quia quidam maxime curiosi ad alium eligendum nõ curabãt de mortuo sepeliendo, vt ergo honorifice exhibeatur sepultura fuit hoc statutum secundum Hug. [filijs.] dist. 63. c. penul.

Sed quæritur. In hoc. §. incipit quinta pars huius distinctionis. In qua quæritur, qd, si duo, &c. planum est, &c.

1 *Constitutio principis lata super rebus ecclesiasticis nullius est momenti,*

2 *Cardinales eligentes duos in summum pontificem, an priuentur potestate eligendi.*

3 *Electio Cardinalium, quòd sit contra fas, quis erit iudex, & numer. 4.*



SI duo. Inducit hoc ca. quod est Honorij Imperatoris ad respondendũ questioni propositæ. Sed hic surgit in primis quæstio, quid ad Honorium imperatorem de talibus, cum constitutio principis lata super rebus ecclesiasticis nullius sit momenti. distinct. 96. ca. primo. Respondetur verum est, quòd constitutio principis super rebus ecclesiasticis nullius est momenti, nisi approbetur à papa, vnde hæc constitutio rogatu, & voluntate papæ lata est à principe 97. dis. victor. Et ideo vim canonis habet. Sed, an papa potuit hanc constitutionem facere. Respondetur, ꝙ sic sed imperator plus timetur, & plus irascit̃, si quis transgrediatur constitutionem factam à se, quam factam ab alio. Et ideo cautius, & diligentius obseruatur secũdum Hu. Lege. ¶ [Si duo. cõtra fas.] Quia neuter est idoneus, vel quia timetur scandalum, si alter eorum remaneret, vel quia malo zelo vterque electus est, & vtraque pars malo zelo ducta est, vnde sequitur. [temeritate communicantium.] Si. n. vterque esset idoneus, & bono zelo electus alter fieret, vt dis. 63. c. vlt. [Nullum ex eis] In tali casu neuter obtinent, vt .s. c. si forte dist. 63. & extra de elect. considerauimus. ¶ Sed hic surgit quæstio. † Vtrum cardinales hoc casu potestate eligẽdi priuentur. iuxta c. cum in cunctis. Extra de ele. ¶ Respondetur, ꝙ non, vt dicit gl. ¶ Item quæritur † quis erit iudex, de hoc an electio sit contra fas. Respondetur dupliciter, ꝙ aut loquitur de manifesto errore, in quo nõ est opus, vt veniat ad examen, siue iudicium, secundum Hu. Aut loquitur de eo, qui non est electus à duabus partibus, vt dicit gl. ¶ Secundo respondetur, ꝙ ad cardinales, vt dicit Hugu. spectat cognoscere, vel, si cardinales adeo dissentiunt, conuocandum erit concilium vniuersale. † Et si quæratur, cuius authoritate. Respondet Hug. quòd authoritate Cardinalium. Nota, quod in hoc c. videtur constitutio ista prouidere duobus casibus scismatis. Primus casus est, cum duo contra fas ordinati sunt, de quorum nullius iure habetur certitudo, & nullus eorum est idoneus. Aut esset magnum scandalum, si alter eorum maneret, tunc. n. remedium est, vt vtrisque expulsis, & reiectis tertius eligatur, & ita videtur currere gl. in c. si forte, di. 63. vbi determinatur conclusio: vota eligentium in duas se diuidant partes, quis sit præferendus alteri, vbi gl. ait. Si timetur scandalum, vtraque electio cassabitur, vt d. 79. si duo. Hoc modo sopitũ fuit scisma, quod fuit inter leonem 5. & Christoforum. Nã Leone turpiter in carcere mortuo, & Christoforo turpiter eiecto Sergius secundus electus est, & sic scisma sopitum est. Hac etiam via sopitum est scisma, quod fuit inter Benedictum nonum, & alios tres aduersarios, quoniam omnes contendentes potentia Imperatoris hærenti, eiecti sunt, & electus est vnus alius. s. Clemens secundus. Item hac via depositum videtur nostris diebus scisma magnum in concilio Constantiensi, vbi Ioan. 23. & Benedictus 13. depositis, electus est Martinus quintus. Secundus casus, quando duo sunt electi, & est dubium inter contendentes quis sit verus papa, & tunc datur remedium hoc, ꝙ ille habeatur pro vero papa, qui noua electione à maiori parte vniuersitatis fuerit electus. i. à duabus partibus collegij.


Quæstio 1 — Respõdet. — Quæstio. Respõdet. — Exponit literam. — Quæstio. Respõdet. Quæstio. Respõdet.

Hoc autem. §. est in quo Gratianus exponit, qualiter sit intelligendum c. præfatum. s. cum vterque male electus est, & non cum alter tantum. [nõ de eo] canonice electo. Hu. & Arc. [qui intronizatur]. i. eligitur à Cardinalibus. [vno]. i. altero. Hugu. & Archid. [Et si intra vrbẽ fieri nõ valeat] supple, sed facta sit ex. Hu. & Arc.

Exponit literam.

1 Exceptio

2 *Exceptio potest fieri contra electum in papam ante celebratam electionem nu. 3.*
4 *Papa non potest accusari de simonia. Nec de quolibet crimine notorio num. 5.*
6 *Papa, quando dicitur posse accusari de hæresi, intelligendum est de hæresi stricte sumpta.*
7 *Hæresis propriè dicitur contra articulos fidei.*
9 *Electio papæ potest dici vitiosa ex multiplici capite.*
11 *Papa non est cogendus stare iudicio alicuius nu. 12.*



Si quis pecunia. Inducit ad confirmandum propositum suum Gratianus hoc c. quod est papæ Nicolai, quod diuiditur in tres partes. In Prima dicit, quod si quis pecunia, aut humana gratia, aut populari, aut militari tumultu siue canonica electione fuerit Apostolicæ sedi intronizatus, non apostolicus sed apostaticus habeat. In 2. quod liceat Cardinalib. & clericis talem intrusum anathematizare, & laicis potestate seculari expellete. In tertia concedit potestatem cardinalibus, vt in loco congruo eis grato possint facere electionem. Pro pleniori intelligentia huius c. & eorum, quæ tanguntur in gloss. quæruntur tria. (Diuisio.)

1 ¶ Primum est, vtrum contra electionem Romani pontificis potest fieri exceptio.
8 ¶ Secundum est, vtrum omnis electio vitiosa papę sit nulla.
10 Tertium est, vtrum, si aliquis, cuius vxor crederetur mortua, eligeretur in papa, & vxor repetat eum, vtrum sit ei reddendus?

1 Ad primum. Sic proceditur, quod contra electionem Romani pontificis possit excipi. Primo sic, papa potest accusari de hæresi, sicut patet in c. si papa di. 40. Ergo potest cōtra electionem suam excipi. (Primū ar.) ¶ Secundo sic. Potest accusari de crimine quocunque notorio, sicut dicit Hu. in hoc. c. & j. in c. si transitus. Ergo, &c. (Secūdū ar.) ¶ Tertio papa potest accusari de simonia. Patet, quia simonia est hæresis, vt 1. quæstio. 1. eos qui, & capitul. fertur, & c. cum liqueat. Ergo potest excipi contra electionem eius, vt possit repelli. (Tertiū ar.) ¶ In oppositum est capitulum licet, extra de elect. vbi dicitur, quod electus à duabus partibus sine vlla exceptione ab vniuersali ecclesia Romanus pontifex habeatur, & cōfirmatur per primum ca. huius di. & per principium huius c. vbi dicitur, non apostaticus habeatur. (Opponit in contrariū.) ¶ Respondeo, dicendum sub certis conclusionibus. (Respōdet. Prima cōclusio.)
2 Prima est† Ante celebratam electionem potest fieri exceptio contra eum, quem cardinales vellent eligere in papam, vt si quis opponeret illi crimini hæresis, aut homicidij, vel fornicationis, vel adulterij vel huiusmodi, talis audiendus est. Et si probauerit talis prefatus non eligetur, sed repelletur. Ista conclusio est Hu. hic.
3 ¶ Secunda conclusio† si quis est iam electus in papam à duabus partibus, etiam si nondum sit consecratus nulla admittitur contra ipsum exceptio, nisi de crimine hæresis. (Secūda cōclusio.) Patet conclusio, quia cum iam sit verus papa, & caput ecclesiæ, iam
4 ab homine iudicari non poterit, nisi de hæresi, vt. j. e. c. vlt. & di. 40. si papa, & 9. q. 3. aliorum. ¶ Tertia conclusio† Nō potest excipi contra ipsum, nec accusari de simonia, etiam si in propria persona commisisset. (Tertia cōclusio.) Ista conclusio est Hu. & gl. & Arch. vnde secundum Laur. Simonia non habet in curia locum, sicut nec ambitus. ff. ad l. iul. ambitus. l. i. secundum Goffe. qui ita notat, extra de simo. c. 1. & notatur. j. dist. 82. presbyter in gl. & 1. q. 7. sicut, vt recitat Arc. Probat autē gl. in principio huius distinctionis præfatam conclusionem, quia non esset coram, quo iudice exceptiones illæ promouerentur, vnde si tertia persona vellet probare electionem illam esse simoniacam, non audiretur, extra de electio. licet. Sed qui tamen sic eligunt peccant, & electio talis vitiosa est. Item in capitulo præsenti quærit Hug. & glos. Quid si quis accuset cardinales, quod simoniace elegerūt papā. Nū quid si probatum fuerit papa deponetur. Rn̄det quod non potuit dari per falsos testes, & res inter alios acta nemini
5 præiudicat, vt secunda quæstione 5. interrogatum & . ff. de adulter. denuntiasse. Hug. & gl. ¶ Quarta conclusio† Falsum est, quod de quolibet crimine notorio poterat accusari, quod non dicit verum. (Quarta cōclusio.) Patet etiam conclusio præfati. ca. quæ ait.
6 Quod tantum de hæresi potest fieri exceptio contra electū in papā. ¶ Quinta conclusio.† Quod cum papa dicitur posse accusari de hæresi intelligendum est de hæresi, & de stricte sumpta, quæ est contra articulos fidei, & quæ illis sunt annexa, aut necessaria. (Quinta cōclusio.) Et ista conclusio est Hu. in præsenti ca. qui respondendo ad illud, quod simonia dicitur hæresis, dicit
7 sic. Simonia non propriè dicit̄ hæresis.† Propriè hęresis dicitur circa articulos fidei, & de tali sola potest papa accusari, di. 40. si papa. Hec Hu. Idem dicit gl. de hac materia. An. s. papa posset accusari de crimine extra casum hæresis propriè dictæ, amplissime disputauimus in c. si papa distin. 40. Quam ob causam nos paucis vtimur in hoc loco. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam respondetur, concedendo, quòd de hæresi potest excipi. & accusari. (Ad primū argu.) Ad secundam respondetur, quod Hu. non dicit verum in hoc loco, vt videtur nobis, & Arch. (Ad secūdū.) ¶ Ad tertiam patet solutio ex dictis, quoniam simonia non est hæresis propriè, & strictè, de qua sola potest papa accusari. (Ad tertiū.) Ad confirmationem respondetur iuxta Hu. & Arc. quod præfatum primum cap. & principium istius intelliguntur de eo, qui electus est ab alijs non habentibus potestatem eligendi, & non à Cardinalibus, vnde hic, & ibi dicitur, sine concordia, & canonica electione, &c.

8 Ad secundum. In quo queritur.† Vtrum omnis electio papæ vitiosa sit nulla. Patet responsio ex prædictis, quod non. (Respondet) Pro cuius conclusionis pleniori intellectu est notandum, quod sicut ex capitulis huius distinctionis colligere possumus in gloss.† electio papæ
9 potest dici vitiosa ex multiplici capite. Primo ex parte eligentium. Et hoc dupliciter. primo, vt si quis eligatur, vt dicitur in præsenti c. aut gratia humana, aut populari, aut militari tumultu, tunc est conclusio. quod talis electio hoc modo vitiosa, & per incussionem, & laicalem potentiam facta est nulla, vnde talis electus non esset censendus Apostolicus, sed apostaticus, & destructor Christianitatis, sicut in primo c. huius distinctionis colligere possumus, & in c. In nomine domini. (Prima cōclusio.) Secundo ex parte eligentium potest esse vitiosa ratione simonię, vt videlicet quia elegerunt simoniacè papam, & tunc talis est conclusio. Licet isti peccauerint, & electio fuerit vitiosa. si tamen seruata fuit forma canonica, quòd à duabus partibus sunt facta, non est nulla, imo valida. (Secūda cōclusio.) Ista conclusio patet ex dictis in superiori quæstione. ¶ Secundo principaliter potest electio esse vitiosa ex parte materiæ electionis, videlicet ipsi' electi, & hoc potest esse dupliciter. Vno modo si deprehenderetur deuius à fide. Et in hoc casu sit in ista conclusio, quod electio taliter vitiosa est nulla, patet conclusio, quoniam hæreticus non potest esse materia debita super quam cadat electio apostolici. Patet etiam ista conclusio ex. c. si papa dist. 40. Alio modo potest esse vitiosa. s. ex parte electi posito, si commisisset simoniam in electione sua, vel aliter. Et de tali vitiosa electione est conclusio, quod non est nulla imo tenet, vt in superiori conclusione ostensum est. (Tertia cōclusio.) ¶ Tertio modo principaliter potest dici electio vitiosa ex parte formæ, quia videlicet careat forma debita iuris notata. extra de elec. cap. licet. (Quarta cōclusio.) Tunc est conclusio, quod talis electio vitiosa est nulla, patet cōclusio, ex quo caret forma canonica. (Quinta cōclusio.)

10 Ad tertium. In quo quæritur.† Quid si quis cuius vxor, &c. respondetur iuxta gl. & Hu. (Respondet) Quod aut reuocatur in dubiū, quod illa sit vxor papæ. Aut est
11 certum. Si dubium. Est conclusio.† Quod papa non est cogendus stare iudicio alicuius, imo excipere potest dicens, dominus est, qui me iudicat 9. q. 3. aliorum. (Prima cōclusio.) Ipse tamen papa peccaret mortaliter, si credit hoc esse verū, vt dicit Hug. Si vero certum est, quòd sit vxor sua. Tunc est conclusio,
12 † quod nisi mulier adduci possit ad continentiam obseruandā, quod papa non poterit eam repellere, quin ei debitum reddat Ar. 32. q. 5. si vxorem. (Secūda cōclusio.) Hoc potest sic probari. Continentia clericorum non est, nec de iure diuino, nec de iure naturali, sed de iure positiuo. Reddere autem debitum vxori est præceptum iuris diuini, & naturalis, vbi autem ius positiuū impedit, aut obuiat iuri naturali, aut diuino, seruādum nō est, vt si appropriatio rerum est de iure positiuo, & conseruatio vitę de iure naturali. Tunc si conseruatio vitæ non posset esse sine acceptione rerum alterius, licite possum assumere illas, quia in tali casu ius positiuum, cum obuiet naturali, non potest simul stare cum illo. Et si dicatur, quod scandalum esset in populo, cum audiretur, quod papa vteretur vxore, reddendo ei debitum. Respondetur, quod tale scandalum esset passiuum, & non actiuum, quod non est demittēdum propter doctrinæ, veritatem, & æquitatem iustitiæ, & sanctitatem vitæ, vt dicit Hieronymus dicit autem Hug. quod papa san- (Hieronym.)

pa sanctius ageret, si renuntiaret dicit Arch.ꝙ forsan hoc sit verum, si ea ignoráte, creatus fuerit papa, alias videtur illam compellendá, vt conuertatur 32.q.5.si vxorem & ex

Io.de Fan. tra de conuer.coniu.sane, ſm Io.de Fan. Et no. quod de hac materia notatur 18.q.2.quam sit in gl.si tamen,&c.& quod Hu.notat.27.q.2.Agathosa. Et tantum pro nunc de hoc du-

Exponit literam bio. Lege. ¶[Si quis Apostaticus].s.e.ca.1.Arc.[liceatque] secunda pars[Anathematizare]singula singulis referendo.i. anathematizare clericis, expellere vero manu armata laicis. Quod.n. non potest gladius spiritualis debet suppleri per materialem,& secularem.Ar.dist.47.nec licuit,& 11.q.1.petimus.[Quid si] Tertia pars.[placuerit dummodo sit congruus,vt di.21.in nomine domini. Arch.[Regendi] videtur, ꝙ electus in episcopum plenam habet potestatem administrandi, & disponendi de rebus ipsis ecclesiæ ipso actu,quo est electus. Respondetur, ꝙ est falsum. Ná hoc speciale est in papa. Ar.hic,& di.21.in c.1.ipse.n.eligendo con firmatur. Et ideo statim habet potestatem plenam, sicut alij electi in episcopos post confirmationé,Hu.q.sic intro nizatur,in vrbe.n.debet eligi,& intronizari, si fieri potest.

4 *Cardinalis absens non poterit conqueri de contemptu, si duæ partes cardinalium in aliquem consenserint.*

Exceptio denegatur ei,cui denegatur actio.

5 SI transitus. Inducit magister Gratianus c.hoc, quod est Symmachi papæ in quo principale est, ꝙ papa ante transitum suum possit tractare, & discernere de successore. Et diuiditur in quatuor partes. In prima innuit, quod dictum est. In secunda, ꝙ ele

Diuisio. ctus in Papam concorditer consecrari debeat. In tertia osté dit, ꝙ si electio fuerat in discordia, vincat sententia plurimorum. In quarta statuit, ꝙ qui per simoniam elegerit, deponatur. Secunda ibi placuit. Tertia ibi. Si vero. Quarta ibi. Si tamen. Pro pleniori intelligentia huius c.& eorum, quæ tanguntur in gl. quæruntur quatuor.

¶ Primum est, vtrum papa possit successorem substituere.

1 ¶ Secundum est, vtrum electio erit valida, si vnus tantú de-

2 ficiat de duabus partibus.

¶ Tertium est, vtrum ad electionem canonicam papæ re-

3 quiratur, ꝙ duæ partes cardinalium eligant eum.

¶ Quartum est, vtrú in electione papę ex necessitate requi

6 ratur canonica forma seruanda.

1 Ad primum. Sic proceditur.† Et videtur, quod papa possit substituere successoré.

Primú ar. Primo ex præsenti.c. vbi innuitur, ꝙ papa potest ante transitum suum discernere, & deliberare de successore, videtur, ꝙ huiusmodi deliberatio habeat in papa vim institutionis.

S ecúdú ar. ¶ Secundo sic. Beatus Petrus legitur instituisse successorem Clemétem 8.q.1.c.1.ergo etiam papa eius successor potest.

Tertiú ar. ¶ Tertio sic. Papa potest dare licentiam episcopo, vt eligat successorem 7.q.1.petisti. Ergo ipse papa potest sibi eligere

Opponit et respód. ¶ In oppositum colligitur 8.q.1.Episcopo non. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ papa non potest instituere, siue eligere successorem sibi, imo si eligeretur, electio non valeret. Ista est conclusio, quam ponit Hug.& glo.satis aperte colligitur 7.q.1.per totum. Nec etiam potest facere statutum, ꝙ esset validum, ꝙ papa posset substituere successorem. ¶ Ad ratio

Ad primú. arg. nes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ hoc non habetur ex capitulo præsenti, quoniam aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare, quod hic permittitur. Et aliud est, quasi ex testamento, quasi dignitatis suæ heredem substituere, quod penitus prohibetur 8.q.1.per totum. Nec papæ licet, quia nec hoc potuit Moyses 8.q.1.

Ad secúdú Moyses. ¶ Ad secundá respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia illud factum est diuina inspiratione. Non sunt autem huiusmodi trahenda ad consequentiam, maxime factum Petri, ad cuius vmbram sanabantur infir-

Ad tertiú. mi. Hu. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiá. Et ratio est secundum Hu. quia multa sunt, quæ alijs indulgemus, quę nobis indulgere non licet. Episcopus.n. sępe cú alijs dispensat priuilegium, vel honorem dat alijs, quæ sibi

Hebr 5. impendere non posset, quia nemo sibi honorem assumit.8. q.1.in scripturis. Vide, quid circa materiam istam scripsimus in c.in nomine domini di.23.

2 Ad secundum. In quo quæritur.† An electio papæ erit valida, in qua de duabus partibus vnus de cardinalibus tantum deficit, sic proceditur. Et videtur, quod sit valida. Primo ex c.præsenti, vbi ha

Ad primú arg. betur, quod si electio sit in discordia, & sententia plurimorum vincat, non autem dicit, quod præcise debeat esse duæ partes integræ cardinaliú. ¶ Secundo sic. In electione alio-

Scdm arg. rum prælatorum sufficit maioris, & sanioris partis consensus. ergo etiam in electione papæ, cum non videatur ra tio in contrarium. ¶ Tertio sic. Vbi maius periculum. ibi est

Tertiú ar. celerius remedium apponendum, sed in dilatione electionis papæ magnum periculum imminet, vt extra de elec.ca. licet. ergo ibi celerius est succurrendum, quod autem fieret si solum maioris partis consensus sufficeret in electione papæ. ¶ In oppositum est præfatum c.licet, de elect.& gl. hic.

Opponit et respód. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ electio facta à paucioribus, quá à duabus partibus cardinalium, nihil valet, & nihil agitur per eam. Conclusio hæc est in præfato.c.licet. nisi Cardinales expresse renuntiarent ipsi. decretali. licet. quod possunt

Hostien. secundum Goffr. sed Host. dicebat, ꝙ expresse renuntiare non possunt, sed tacite sic.s. compromittendo, vel aliam viá eligendo. Nam possunt inter se concordare & ordinare, vt valeat electio à maiori parte cardinalium celebrata. Ar. prædictæ decretalis, licet vbi præterea. ibi, nisi maior concordia, &c. Et talis non solum à maiori parte, imo etiam à toto collegio intelligitur esse electus, sicut, & ille, qui à compromissarijs eligitur, vnde per talem ordinationem non fit có tra ipsius constitutionem. licet, sed secundum ipsam, secun dum Bernar. Compos. vno autem contradicente, non po-

Bernard. composte. test compromitti, vel talis ordinatio fieri, quia in re communi potior est conditio prohibentis. ff. communi diui. l. sabinus, & no. extra de ele. quia propter ſm Arc. ¶ Ad ratio-

Ad primú arg. nes in oppositum. Ad primam respondetur, vt dicit Hug. ꝙ totum hoc c. est immutatum per constitutionem Romani pontificis in decretali prædicta. licet, vbi statutú est, vt duæ partes Cardinalium consentiant, alias ista electio nihil va

Ad secúdú lebit. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiá, qm non est similitudo de electionib. inferiorum prælatorum, & electione papæ. Et ideo alia constitutio est hinc, & inde, vnde in præfato.c.licet. Ideo in electionibus aliorum prælatorum sufficit maioris, & sanioris partis consensus, quia in eis, quod in dubium venerit superioris, potest iudicio diffiniri. In Romano autem aliquid speciale constitui-

Ad tertiú. tur, quia non potest ad superiorem recursus haberi. ¶ Ad tertiam respondetur concedendo, ꝙ remedium apponendum in electione papæ debet esse festinum, & celere, ita tamen, vt sit rationabile, & securum, non implicatiuum alicuius periculi: dicimus autem, quod licet celerius fieret electio papæ, si ad omnia sufficeret maioris, & sanioris partis consensus, quam si expectetur, quod duæ partes Cardinalium conueniant, non tamen electio esset ita rationabilis, firma, & secura, sicut, quod a duabus partibus celebretur.

3 Ad tertiam. In qua quæritur, † An requiritur in electione papę, quod duę partes Cardinalium conueniant. Respódetur secundum Archi. quod

Respódet. non sufficit, quod sint duæ partes præsentes. ff. de decre. ab or. fa. l. 3.& ff. quod cuiusque vniuer. l. nulli.& C. de decur. l. nominationum. li. x.& x.q.2. hoc ius. Et cógregati solum debent eligere. s.e.c. proximo. expectatis tamé absentibus per.x. dies, de elec. vbi maius periculum. li.6. Et no. secun-

4 cundum Archi.† quod postquam duæ partes Cardinalium in aliquem consenserunt, aliquis cardinalis absens non poterit conqueri de contemptu. Nam omnis exceptio exclu

5 ditur in hoc casu, vt patet in prædicta decretali. licet. §.1.† Et cui denegatur actio, multofortius exceptio. ff. de superfici. l. j. §. quod ait. in fine. secundum Archi.

6 Ad quartam quæstioné. In qua quæritur.† Vtrú in electione papæ de necessitate ali

Respódet. qua forma sit seruáda. Respódetur secúdum Gui. Durádú, ꝙ sola concor. duarum partium Cardinalium requiritur de necessitate in electione papæ, etiam ſm Arc. propter quod dicit gl. super c.1. huius distinctionis. Quod si electio papæ est duabus partibus cardinaliú, nulla exceptio admittitur contra ipsam, quod non est verum, si aliquid aliud de necessitate requireretur, & hoc sufficiat pro nunc

Exponit literam. Lege. ¶[Si transitus discernere] .i. cum fratribus tractare, & deliberare, quis sit vtilior ad eligendum post mortem suam. Hugu [placuit] secunda pars. [Si vero.] Tertia pers. [sicut solet] 63. dist. nosse 8.q.1. nec nouum. [studia] .i. consensus, & voluntates. Hug. [eorum] .i. de his. s. eligendis. [de quibus, &c. plurimorum.] Hodie istud immutatum est, vt superius

superius diximus. In statu tamen, ꝙ duarum partium Cardinalium debeat consensus concurrere ad hoc, ꝙ electio sit valida in c. licet de elec. vnde exponendum est [sententia plurimorum] i. duarum partium in prædicto c. licet. [Sic tñ.] Quarta pars [careat] Accusabatur ergo iste de Simonia. Sic, sed tamen non præiudicabitur papæ Ar. 2. q. 5. interrogatum, vt in gl. de hoc etiam nota supra c. proxi. Ar.

Sicut. §. est. In quo incipit sexta pars huius distinctionis, &c. planum est igitur, &c.

1 *Papa extra casum hæresis a solo Deo potest deponi.*
2 *Destructio ad eum spectat, ad quem insti utio.*



Electionem. Capitulum istud est Anacleti papæ, quo probat clarissime, quod Gratianus intendit, †videlicet, ꝙ papa ext. casum hæresis, in quo à papatu cadit, sicut à petra fidei, à solo Deo potest deponi. Nota tamē hoc c. in aliquibus libris habet electionem, sed hoc varie exponitur, sed vera litera est Eiectionē quod patet. Tum ex gl. Tum ex Hu. antiquo expositore. Tū ex. §. Gratiani, qui omnes habent Eiectionem. Lege. ¶ [Eiectionem seruauit] Nisi in casu, vbi à fide deuius inueniretur vt d. 40. si papa. Hu. fallit hic regula dicit Hu. & gl. †Ad ꝙ spectat institutio, 6. qō. 5. visis, Qui potest benedicere, & male dicere, qui potest absoluere, & ligare, vt 21. d. inferior & c. denique. De ista materia, quia diffuse disputauimus in c. si papa di. 40. hic supersedemus, ab vltima disputatione maxime, quia in summa nostra de ecclesia amplissime disputauimus de ea.

Exponit literam.

¶ *Distinctio Octuagesima.*



Loca vero. Hic incipit, & intitulatur d. 80. quæ sic continuatur ad præcedētia. Superius magister Gratianus ostendit, à quibus, & quando clerici sunt ordinandi. Nunc ordine congruo subiungit, in quibus locis ordinati debeant collocari. Et diuiditur hæc di. in duas partes. In 1. designantur loca, in quibus Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & alij presbyteri debeant ordinari. In 2. ostendit, ꝙ sedes episcoporum debeat esse vicinæ. secunda ibi. In. §. Sedes.

Continuatio.

Diuisio.

1 *Diuisiones gentilium sunt authenticæ.*
2 *Primas, & patriarcha idem est.*




Vrbes. Ad ostendendum, in quib. locis primates, & Patriarchæ debeant ordinari, inducit magister hoc c. Lucij papæ, quod pōt diuidi in duas part. In 1. ponit, ꝙ apostoli & eorū successores loca Patriarcharum, & Primatum posuerunt in vrbibus ipsis, in quibus primates Gētiliū primo residebāt. In 2. dicit, ꝙ sicut ad primates Gentiliū appellabatur pro maioribus negotijs, ita ad ipsos patriarchas, & primates sunt maiores causæ referēdæ salua tñ Apostolica autoritate 2. ibi. Salua tñ. Lege. ¶ [Vrbes.] Arc. ponit, vnde dr̄, & multa circa hoc. Sed quia magis vr̄ pertinere ad Grammaticā, quam ad Iuristā cōtentamur de significatione vocabuli. [Statutę] à Gentilibus. Hu. Et ita
1 est ar. †ꝙ diuisiones Gentilium sunt autenticæ Ar 99. dis. c. 1. nec est cōtra 13. q. 1. Nā illud de parochijs, hoc de ciuitatibus, vt gl. inquit. Sed vide tu, qđ notat Inn. de prob. cum causam. [quorū]. s. vrbiū, & locorū primates. [appellabant]. s. ipsi Gentiles, nec est necessariū, vt subintelligat̄ aliud, quia congrue dr̄ appello Apostolicum, vñ & Paulus dicit act. 25. Cesarē appello. Et idem habet̄ d. 19. c. 1. & 2. q. 7. §. forma, & quasi p totā illā di. Arc. [apostoli.] vt Petrus: Iacob. & Io. in Hierusalē cōstituerunt Iacobū Alphei in Epm Hierosol. & Paulū, & Barnabā. Actuū 13 Et Io. euāgelista cōstituit 7 episcopos. in 7. ecclesijs, quib. scribit Apo. 1. & 2. [Patriarchas, & primates] noīa sunt eiusdē dignitatis, vt d. 99. c. puinciæ.
2 Et iō dicit gl. ꝙ ē repetitio eiusdē, †qa idē est Primas, ꝙ Patriarcha. [Salua] Secūda ps. Vt ad ea appellet̄, oībus ꝑtermissis, vel quo ad retractionē sniæ, vt 9. q. 3. cūcta p mundū, vel vt finis causæ epalis, & aliorū maiorū negotiorū ad ipsā referat̄, vt 3. q. 6. quis. Vel salua, si aliter voluerit statuere Hu. [post apostolicā] qa ad eā, qsi ad caput oīa maiora negotia pricipalia sūt referēda, vt 3. q. 6. dudū & 24. q. 1. rogam⁹. H.

Diuisio.

Expònit literam.

3 *Ciuitas quid dicatur.*
4 *Parochiæ episcoporum distinctæ ... Petri.*



In illis. Ad idem inducitur hoc c. ꝙ est clemētis. In quo ondit, in qbus locis patriarchę, vel Primates locādi siue ordinādi sunt, & de eorum autoritate. Et in quibus Archiepiscopi, & in quibus episcopi. Diuiditur autē in tres partes, secūdum ꝙ assignat loca tribus generibus Sacerdotum. Secunda ibi. in illis autem. Tertia ibi: In singulis vero. Sed pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum spectet ad patriarchas diffinire negotia fidei, & episcoporum causas.
2 ¶ Secundum est vtrū in vna ecclesia possint esse plures epi.

1 Ad primum. Sic proceditur, †Et vr̄, ꝙ ad Patriarchas, & Primates pertineat fidei negotia tractare, & diffinire, & episcoporum causas ex c. præsenti, & præcedenti. ¶ In oppositum tñ est 24. q. 1. quoties, & c. frater noster 16. q. 1. ¶ Rñ. dicendum iuxta Hu. ꝙ de qōstione fidei est distinguendum. Aut est talis in qua dubitāt Maiores, & peritiores, & fere oēs in ecclesia. Aut est qō. in qua certum est, quid tenendum sit, & tñ inde mouetur qō à qnibusdam simplicib. & rusticis, & parum peritis. De prima sit ista cōclusio. Quod licet de tali qōne fidei possint patriarchæ, & Primates & epi examinare, & ventilare, non tñ diffinire est eorum, sed Romani pontificis, vt in præfato c. quoties, & 3. qu. 6. quamuis & ff. de off. Proconsulis. solent. Et rō est iuxta S Tho. in 2. 2. q. 1. art. vl. Quia vna fides debet esse toti⁹ ecclesię, ẜm illud 1. ad Cor. 1. Id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata, quod seruari non posset, nisi q. fidei de fide exorta determinaretur p eū, qui toti ecclesiæ præest, vt sic eius sententia à tota ecclesia firmiter teneatur. Hmōi ēt est solus Romanus pontifex, ergo conclusio vera. Loquendo de qōne fidei secundo mō, quæ. s. nō est cōis qō apud oēs, sed tm̄ apud paucos simplices, & parū doctos est conclusio 2. Quod talis qōnis diffinitio bene potest determinari per Patriarchas, aut p cōcilia episcoporum, vel ēt per Legatum papæ cum consilio peritorum, quæ conclusio satis pōt elici ex præfato c. frater noster 16. q. 1. & extra de hære. ad abolendam. ¶ Ad argumentum in cōtrarium respondetur dupliciter. Primo negādo, ꝙ illud habeat̄ in hoc c. Nā vbi dr̄ maiora negotia in fide, hoc exponitur fideliter & legitime, canonicē, vt dicit Hu & gl. vnde differentia est inter tractare negotia fidei, & negotia aliqua in fide. i. fideliter. ¶ Scđo rn̄detur, dato, ꝙ ly in fide exponatur. i. fide. i. de articulis fidei, quod intelligitur ẜm conclusiones datas, ita, ꝙ respectu primæ quæstionis possunt tantum ventilare & examinare, respectu secundæ possunt etiam diffinire.

Primū ar. Opponit & Respondet.

Prima cōclusio.

S. Tho.

Secūda cōclusio.

Ad primū arg.

2 Ad secundam. Quæstionem sic proceditur. †Et videtur, ꝙ in ecclesia possint esse plures episcopi, ita, ꝙ vnus sit æqualis potestatis cum alio. Primo sic, de beato Augustino, & Valerio, qui simul fuerūt episcopi in vna ecclesia. s. Hyponensi, vt in cap. nihil contra 7. q. 1. §. Ecce. ¶ Secundo arguitur idem de Venetis, qui patriarcham habent & episcopum. ¶ Tertio sic. Melius est regi per multos sapiētes, quam per vnum, ergo melius est vni ecclesiæ præficere plures episcopos, quam vnum tantum. ¶ In oppositum est tex. præsentis cap. Respond. dicendum. Nō est licitum esse plures episcopos in vna, & eadem ecclesia cathedrali, ita, vt sint æqualis potestatis, quæ conclusio ostenditur ex multiplici radice. ¶ Primo ex eo, ꝙ inter episcopum, & ecclesiam contrahitur Matrimonium spirituale iuxta c. sicut alterius 7. q. 1. non licet autem vni vxori habere duos maritos. Ergo nec vni ecclesiæ plures Episcopos. ¶ Secundo ex eo, ꝙ episcopus dr̄ caput suæ ecclesiæ, monstruosum autem est plura capita esse in vno, & eodem corpore, ergo, &c. ¶ Tertio ex eo, quod est pastor ecclesię suæ, sed vnius ouilis debet esse vnus pastor, iuxta illud Io. x. Erit vnum ouile, & vnus pastor. Et constat, ꝙ sicut ecclesia vniuersalis est vnū ouile vniuersale, ita quęlibet eccl. particularis est vnū ouile particulare, ergo, sicut ecclesia vniuersalis nō pōt simul habere duos Summos pontifices, ita nec quæcūque ecclesia particularis pōt habere duos, aut plures episcopos. ¶ Quarto ex eo, ꝙ episcop⁹ est paterfamilias in domo sua, vñ inter alia, quæ apostolica regula in epi. ad Tim. ad Ti. debet habere eps, vt sit bene præpositus domui suæ, sed in vna domo vnus tm̄ debet esse paterfamilias, sic & in vno exercitu vnus dux iuxta c. in apibus 7. quæs. 1. ibi etiam habentur singuli ecclesiarum episcopi. Hæc ratio potest ac-

Primū ar.

Secundū ar. Tertiū ar.

Opponit & Respondet.

cipi ex eo, ꝙ scisma nascitur, vbi plures principantur, vno imperante vnum, & altero cõtrarium fit inter subditos turbatio, & confusio, cui magis obedire debeant, vnde philosophus 12. Me. Cõcludit Entia nolũt male disponi, malum autem pluralitas principũ, vnus ergo princeps. Hęc sufficiãt pro nunc, quia multa alia adijci possent, quæ tã philosophi quam Theologi contra pluralitatem principũ scripserunt.

Ad primũ arg: Augusti. epistol. 148. Tom. 2. ¶ Ad rationes in oppositum dicẽdum est, de prima. Primo: ꝙ sicut dicit, illud fuit speciale. Secũdo, ꝙ sicut dicit Aug. in epi. super hoc excusatoria. Hoc per ignorãtiã factum fuit, nescientes, quod prohibitum esset in Concilio Nicæno, ne esset in vna ciuitate, nisi vnus episcopus, Vel tertio respõdetur, ꝙ hoc singulariter à Deo factũ est, qui nouit istorũ corda, ꝙ non discreparent in regimine, sed ad vtilitatem ecclesiæ mutuo se iuuarent, quorum fecerat cor vnum, & animam vnam, & vt iuuenis Aug. senem Valerium supportaret.

August Ad secundũ ¶ Ad secundam respondetur iuxta gl. ꝙ Patriarcha nõ est Venetorum, sed Grãdensium, qui locus multum distat à Venetijs. ¶ Ad tertiam respõdetur, ꝙ assumptum habet veritatem per modum concilij, non autem per modum principantis, aut iurisdictionem habentis, quia vnus posset impedire alium, & multa alia inconuenientia sequerentur, q̃ inducta sunt pro alia parte. Lege tex.

Expõnit literam. ¶ [In illis ciuitatibus.]
3 dicit Isidorus, † ꝙ ciuitas est hominũ multitudo societatis vinculo adunata [beatus Petrus.] Hinc, & præmisso c. colli
4 gitur, † ꝙ à tempore beati Petri fuerunt distinctæ parochiæ Episcoporum, sed tamen non ita, sicut nec nunc erant dicti termini, siue limites parochiarũ, quod plenius incepit à tẽpore Dionysij Papæ, præsertim in alijs ecclesijs, vt 13. q. 1. c. ecclesias. Nec etiam hic dicitur, ꝙ parochiæ, vel limites eorum essent distincti, sed incertis isti, vel illi ponebantur H. [in fide]. i. fideliter, legitime, canonice Hu. vel in fide. i. de fide. i. de articulis fidei, & tunc intellige secundũ explanationem data in q. 1. [tenebant]. i. reputabant [non plures] 7. q. 1. in apibus. & extra de off. or. quoniã & 21. q. 2. sicut [sorcietur]. i. dicentur episcopi Arc. [vnus]. s. Petrus, qui dictus est Cephas. i. caput d. 22. c. 2. quem pastorem vniuersalis ecclesiæ fecerat Io. 21. & Aug. li. de q. no. & ve. test. q. 75. dicit, ꝙ

August. li. quæ. vet. & No. Test. q. 75. To. 4. Sicut in Christo erant omnes causæ magisterij, ita post saluatorem in Petro omnes continentur, ipsum. n. cõstituit caput eorum, vt pastor esset gregis dominici, ergo par institutio, quantum ad ordinem, & consecrationem, non tamen, quantum ad potestatis administrationem, in qua cæteris prælatus fuit Petrus.

1 *Episcopi non debent constitui, nisi in ciuitatibus.*
2 *Ciuitas potest esse, licet non habeat episcopum.*



Episcopi. Ad idem sequitur hoc ca. beati Anacleti papæ, quod potest diuidi in tres partes. In 1. dicit, ꝙ episcopi non debent in castellis, & in modicis ciuitatib. cõstitui, sed bene presbyteri. In 2. repetit, quod supra di. 66. sæpe habitum est, ꝙ episcopus à plurib. epis debet ordinari. In 3. assignat rationem, quare eps non ad modicam ciuitatẽ debeat ordinari. 2. ibi. Eps vero. 3. ibi. Et, vt dictum est. Leg.

Diuisio.

Exponit literam. 1 ¶ [Epi. Non in castellis] Ar. † ꝙ episcopi nõ debeant constitui, nisi in ciuitatib. sed in multis locis aliter
2 fit, vt in Sardinia, & Corsica Hu. [nec in modicis.] † Nota ciuitatem esse, licet non habeat episcopum, hoc contra opiniones Imperitorum Hu. [singuli.] vt 13. q. 1. c. 1. & 21. q. 1. [sicut titulos]. i. ecclesias. [Eps vero] 2. pars [à pluribus] à tribus ad minus, s. distinct. 66. porro. & infrà. e. c. fi. [& vt dictum est] 3. pers. Ne vilescat, quantum ad vulgum Epalis honor. [Ad honorabilem hæc intellige] Ex multitudine populorũ ẜm illud Gloria principis in multitudine populi, non parochiarum, vt infra c. proximo, & d. 99. c. 1. Hu. [ad qualemcũque] Dummodo suppetat ei facultas habendi populum, vt 21. q. 2. præcipimus. Alias alij coniungetur, vt 10. q. 3. vnio Hu. [vel qualemcunque] dum tamẽ ad victum sufficiat 10. q. 2. Episcopus. Et dicto c. vno Arch. Expone qualemcunque locum, idest in qualicunque locus ecclesiæ, dictum est constitutus in eo loco Hu. &c.



Illud. Ad idem est hoc c. quod est Leonis papæ. Nam idem dicit cum præcedenti. Le. ¶ [Illud Sacerdotalem]. i. epalem Hu. & Arc. [Illud]. s. vt non, &c. Vt autem, non fuerunt, hoc verum est gñaliter nisi multitudo hoĩm ibi exercuerit, vel gẽs de nouo ad fidẽ cõuersa fuerit, tũc bene poterit eps vel

Exponit literam.

primas, vel Metropolitanus cõstitui, vbi nunq̃ fuit, vt 11. q. 2. p̃cipimus & d. 90. nulli Hu. & extra de eccle. edi. ad audietiã. Põt ẽt in alio casu 7. q. 1. temporis Hu. & Arc. [diuinitus] vt d. 50. si quis Diaconus Hu. [Sacerdotale]. i. epale Hu.



Non debere. Ad idem est hoc ca. Laodic. Concilij. Et potest diuidi in quatuor partes, quæ videntur instituta in eo. In 1. ponit, ꝙ epi nõ ordinent̃ in vicis, & villulis. In 2. ordinat, ꝙ visitatores ponantur ad visitãdum Parochias sibi subditas. In 3. ponit, si reperti fuerint episcopi ordinati ĩ talib. locis, sine autoritate speciali Papæ, ꝙ deponantur. In 4. statuit, ꝙ etiam presbyteri rõne ecclesiastici officij, nihil agant præter conscientiam Epi. 2. ibi. Sed visitatores. 3. ibi. Hos autem. 4. ibi. Similiter autem. Le. Diuisio.

Exponit literam. ¶ [Non debere.] supple censemus Hu. [sed Visitatores] 2. pars. i. Arch. vel Archipresbyteros parochiales Hu. [Circumeãt] loca sibi subdita. [Hos aũt] 3. pars. i. in talib. locis episcopos, præter autoritatem papę, ordinatos tales, iubet deponi in oĩbus subesse episcopis. tanquam simplices presbyteros [ante hoc]. i. constitu. Lau. & Ar. [nihil agere.] Dic. vt legitur, & notatur extra de offic. Archipresby. c. vlt. in fi. Arc. vel nihil. s. de his, quæ spectant ad episcopum, vt clericos ordinare, causas tractare clericos instituere, chrisma conficere, altaria, vel ecclesias consecrare, & hmõi, & gñaliter de omnib. maiorib. negotijs, vt 12. q. 2. Abbatib. Et intelligitur sine conscientia, vel p̃cepto Epi spãli, vel nihil rõne officij ecclesiastici, & tunc intelligit̃ sine cõsciẽtia & p̃cepto epi gñali, vt 16. q. 1. cũctis. & de cõs. di. 5. in oĩbus. [Similiter] 4. pars. [presbyteri]. s. alij, qui non sunt Episcopi Ar. ꝙ nullam vult esse differentiam inter simplices, presbyteros, & epos, sic ordinatos Hu. &c.

Sedes. Hic incipit 2. pars distinctionis, in qua dicitur, ꝙ Sedes episcopales debent esse vicinæ.



Fraternitatem. Inducit ad hoc probandum magister Gratianus hoc c. quod est B. Gregorij in registro ad Augustinum Anglorum Episcopum scribentis, sed multum truncate ponit dimittens multa, quæ bene facerẽt ad intelligẽtiam multarum rerum maxime ad quæstione. Vtrum de substantia consecrationis epi sit ternarius numerus episcoporum, sicut nos tetigimus supra circa ca. porro di. 66. verum ipsa, quæ posuit, sufficiunt ad propositum suũ nunc. Et diuiditur in duas partes. In 1. ponit, quod dictum est. In 2. assignat causam 2. ibi. Quatenus. Lege. Diuisio

Exponit literam. ¶ [Fraternitatem. Anglici nuper conuersi erant ad fidẽ, mãdat ergo Gregorius illorum episcopo, vt in Anglia disponat episcopatus non minus longo spatio distantes, debent. n. cõueniente interuallo disiungi epatus ab episcopatu, habita consideratione situs, & qualitatis regionis ipsius, & difficultatis viarũ, sic 16. q. 1. & temporis. ẜm Hu. & gl. [quatenus] 3. pars. [Nulla necessitas.] Nota, ꝙ, vt ex eadem epistola Gregorij patet, ista necessitas euenit in Anglia, quia in princ. cum solus eps esset in Anglia non poterat episcopos sine episcopis facere, vt aũt remoueretur hæc necessitas præcipit hic, vt epi fiendi non longo interuallo disiungant̃. [Nullatenus] debet, cũ. s. alij episcopi habere poterunt, qm̃ hoc nõ absolute est de substantia, licet sit de forma. i. de ritu, & solẽnitate sacramẽti, sicut circa c. porro dist. 66. pleue discussimus.

Distinctio Octuagesima prima.



Haec de ordinandis. Hic incipit, & intitulatur di. 81. in qua incipit ẜm Arch. 6. pars tractatus distinctionum, & p̃tenditur, vsq; ad 93. di. Et salua pace Magister nimis artificiosè continuat hic. Nihilominus põt sic cõtinuari ad p̃cedẽtia. Quod. n. 13. Apłicę regulæ c. tractãdo q̃dã vtilia p̃termisit: ideo, vt ea suppleat, quæ p̃termissa sunt ex capit. apostolicę regulæ repetit. s. Oportet ordinandũ esse, sine crimine, prudentẽ, monogamum, hospitalem, doctorẽ, non p̃cussorem nõ cupidũ, suæ domui bene p̃positũ, nõ litigiosum, & hæc repetit vsq; d. 94. inordinate. i. nõ eo ordine, quo superius tractata sunt. Et diuiditur hæc di. in 4. partes. In prima tractat capitulum primum Apostolicæ regulæ. In 2. ostendit, qua pęna punitur clericus lapsus in crimine carnis. In 3. detestatur frequentationem, & confabulationem clericorum cum

Sexta pars. Continuatio. Diuisio.

cum mulieribus suspectis.In 4.damnat prælatorum negligentiam circa clericorum correctionem,qui in hoc crimine suspecti habentur 2.ibi.Tantis 3.ibi, Clericus 4. ibi. Ad reatū.Lege.¶[Sub epilogo].i.breui repetitione superiorū gl.[Debet ordinādus esse sine crimine].i.sine peccato mortali,Non debet exponi inquit Hu.Tū,quia nō sic accipitur ab apostolo.Tum,quia omne crimen est mortale,& nō ecōuerso,& solet pars exponi pro toto.Concor.Arc. Sed salua pace istorum doctorum iuristarū. Gratianus bene exponit loquendo pro opere promotionis,quoniam pro illo tempore,non solum est necessarium necessitate præcepti esse sine crimine,sed etiam sine peccato mortali,& non modo, qui in episcopum venit ordinandus,sed etiam quicunque ad ordinem quemcunque ecclesiasticum venit assumēdus, sicut plene ostendimus supra dist.25.in ca.primum itaque. [quod non solum]Hoc est,quod addit Hu.& propter quod repetit capitulum Arch.

Exponit literam.

Cōtra Hu. & Archid.

1 *Promouendus tempore promotionis oportet,quod sit sine macula criminis de necessitate præcepti.*
Quamuis ante baptismum,vel post commiserit peccatum mortale nu.4.& nu.6.
3 *Ordines suscipiens cum conscientia peccati mortalis, peccat mortaliter.*
5 *Peccatum quodlibet non repellit promouendum.*
7 *Crimina occulta per baptismalem innocentiam,aut per pœnitentiam abolita,non impediunt promouendum.*
Secus,si sunt manifesta nu.8.
9 *Crimen nullum per pœnitentiam abolitum,& super quo præcessit legitima dispensatio repellit à promotione.*
10 *Crimen proprie,quod impedit promouendum,quod sit.*
13 *Peccatum,quid dicatur.*
14 *Crimen,quid dicatur.*
15 *Vitium,quid dicatur.*
16 *Culpa,quid dicatur.*
17 *Malum,quid dicatur.*
18 *Tenebra spiritualis,quid dicatur.*
19 *Reatus quare dicatur.*



APostolus Paulus. Inducit magister dictum Apostoli Pauli in fauorem huius,quod dixerat iuxta expositionem beati Aug.super Ioā.Et diuiditur in duas partes.In 1.ostendit,ꝙ apostolus oēm ordinandum ad ꝓposituram ecclesiæ suæ ordinem ecclesiasticum voluit esse sine crimine,nō autem sine peccato.In 2.declarat,quid crimen 2.ibi.Crimē autem est. Planum est totum,attentis maxime,quæ dicta sunt dis. 25. c.primum itaque.Nihilominus pro pleniori intelligentia, huius distinctionis quæruntur tria.

Diuisio.

1 ¶ Primum est.vtrum sit necessarium,vt in susceptione cuiuslibet ordinis ecclesiastici ordinandus sit sine macula criminis.

11 ¶ Secundum est,vtrum traditio apostoli se extēdat ad omnes ordines.

12 ¶ Tertium est,vtrum bene diffiniatur crimen in litera, cū dicitur.Crimen,&c.

1 Ad primum. Sic proceditur,†Et videtur,ꝙ in susceptione ordinis nō requiratur necessario,vt promouēdus sit sine macula criminis.Primo sic, quia si ita esset.Nullus veniret ordinandus,quod esset incōueniens,sic periret totus ordo ecclesiasticus,& tamen consequentia patet,quia vt ait Cato.Nemo sine crimine viuit. ¶ Secundo sic ad dispensationem sacramentorum non requiritur,ꝙ quis sit sine crimine,qm̄ tam à bonis,quam à malis possunt dispensari,ergo nec hoc etiam requiritur in susceptione ordinis,cum per ordinem quis ordinetur ad dispensatione sacramentorum.¶ Tertio sic.Non est maius ministerium,quod Deo in sacramentis exhibetur,quam, quod ipsi principaliter personaliter exhibetur.Sed sic est,ꝙ à Ministerio ipsius corporali non repulit Deus mulierem peccatricem,& infamē,vt patet Luc 7. Ergo etiam à ministerio eius in sacramentis tales non sunt amouendi.¶ Quarto sic,Christus ordinauit Petrum in summum Sacerdotem,q̄ tñ post baptismum crimen maximum commiserat,negando ipsum,ergo vr̄,ꝙ ēt nunc non oporteat ordinandū in sacerdotem,aut epm̄ esse sine crimine,ꝯña patet, qm̄ Christi actio nostra est instructio.¶ In oppositum est te. præsentis

Primū ar.

Secundū ar.

Tertiū ar.

Quartū ar.

c.& est Apostoli 1.Ti.3.& ad Ti.1.Rn̄.dicendum sub certis Concl.& breuiter,quia supra d.25 satis longe tractauimus ista circa ca.primum itaque.¶ Prima est.†Necessarium est
2 necessitate præcepti salutis,vt promouēdus, pro tēpore ꝓmotionis,non solū sit sine macula criminis, sed etiam sine macula peccati mortalis.Ista conclusio patet ex p̄nti c.¶ Secundo ex illo Leui.21.Hō de semine Aaron, qui habuerit maculam,non offerat panes coram dn̄o,nec accedat ad ministerium eius.Dicit aūt gl.ibidem,ꝙ per maculam vitium intelligit,ergo,conclusio vera,patet,ēt conclusio supra ex. c.tales di.23.vbi colligitur,ꝙ sanctitas vitæ requiritur in susceptione ordinis,vt sit idoneus ad exequendum. ¶ Secūda conclusio est.†Tanquam p̄sumptuosus mortaliter peccat,q
3 cum conscientia peccati mortalis ad ordines suscipiendos accedit.Patet ex dictis.¶ Tertia conclusio.†Licet requirat
4 pro tp̄e promotionis,vt promouendus sit sine peccato quocunq; mortali,non tñ requiritur necessario, ꝙ ante baptismum,vel post nullum mortale peccatum commiserit. Patet ista conclusio,quia alias nulli vel paucissimi promouerētur,cum vt dicit Hierony. pœnè contra naturam est.s.corptam,vt quis sine peccato sit,patet etiam conclusio ex practica Christi,& sanctorum,qui multos promouisse legunt, qui tamen ante mortaliter peccauerunt.¶ Quarta conclusio,†Falsa est opinio dicens,ꝙ oē peccatum mortale repel-
5 lit promouendum, & deijcit iam promotum.¶ Quinta cōclusio,†Falsa est opinio dicens,ꝙ peccat mortaliter,q post
6 baptismum mortaliter peccās se promoueri permittit,aut in ordine suscepto permaneat,quantumcunq; egerit penitentiam, nisi sit cum eo dispensatū.Istę conclusiones patēt ex dictis,cum non oīa peccata mortalia indigeant dispensatione.Patet ēt ex dictis di.25.primū itaq;. ¶ Sexta conclu.
†Crimina occulta per baptismalem innocentiam, aut per
7 pœnitentiā abolita, non impediunt promouendum, aut deijciunt promotum.Patet ista conclusio.Tum ex dictis,& practica Christi circa Petrū. Tū ex c.quæsitū extra de tēp. ord.Excipiunt tñ ab ista cōclusiōe crimina,quæ relinquūt post sui abolitionem sequelam repugnantem ordinis executioni,sicut homicidium habet annexam irregularitatē, & hæresis,quæ post vulnus sanatum relinquit cicatricē, & simonia in ordine,quia illa est vitium,& infectio ordinis, vt sunt verba dn̄i Vlrichi in sua summa.Hæc.n.quantumcūque sint occulta,ēt post peractā pœnitentiam non sinūt aliquem promoueri impediunt executionem ordinum su-
8 sceptorum.¶ Septima conclusio.†Crimina autē prædicta, quæ dicuntur ab aliquib.mediocria,si sunt manifesta p sententiam,aut per confessionē factā ēt in iure sponte,aut euidentia facti repellunt promouendū,& deijciūt iam promotum,cōclusio patet d.50. de his vero,& de tēp.ord.quęsitū. Ab ista conclusione excipitur crimen simplicis fornicationis,quod licet manifestum,sit non inducit depositionem, nisi admonitus nollet se corrigere,di.34.fraternitatis,& di. 50.quia extra de coha.cle.sicut.¶ Octaua conclusio.†Nullū
9 crimen repellit à promotione per pœnitentiam abolitum, & super quo præcessit legitima dispensatio,patet cōclusio. Nona conclusio.†proprie solum illud crimen impedit pro
10 mouendum,quod est indispensabile,aut si requirit dispensationem,non est adhuc dispensatum in eo:patet etiam cōclusio.¶ Ad rationes in oppositum dicendum.Ad primam respondetur,negando consequentiam.Et ad probationem respondetur,quod Cato capit ibi nimis large crimē, vt crimen complectitur omne peccatum,sic autem nō accipitur hic, sed stricto modo, prout est quod accusationem, & damnatione est dignissimum.¶ Ad secundam respōdetur, quod quantum ad necessitatem sacramēti, sicut nec requiritur ad dispensationem sacramentorum,quod dispensans sit sine crimine,bene tamen vtrobique est de necessitate ꝓcepti,& de hoc modo necessitatis loquimur hic. ¶ Ad tertiam respondetur,negando consequētiam.Et ratio est iuxta sanctum Tho.in 4.dist.24.Quoniam ministerium illud mulieris erit tantum in executione temporalis obsequij, quod etiam peccatores licite facere possunt. Secus autem est de ministerio spirituali,ad quod applicantur ordinati, quia per ipsum offeruntur medij inter Deum,& plebem,& ideo debent bona conscientia nitere,quo ad Deum, & bona fama,quo ad hoīes.¶ Ad quartam respondetur,ꝙ Christus ordinando Petrū ad summū pōtificatū post crimē negationis,fecit dispensationē dispensando cū eo.Et ita sicut dictū est in vlt.conclusione,nunc pōt quis promoueri post

Opponit & respondet prima conclusio.

Secunda cō clusio.

Tertia conclusio.

Quarta cō clusio.

Quinta cō clusio.

Sexta con clusio.

Septima cō clusio.

Octaua cō clusio.

Nona con clusio.

Ad primū arg.

Ad secūdū.

Ad tertiū

S.Thoma. 4. sen. dis. 24 ar.1.q. in res ad secundū.

Ad quartū

crimen commissum per pœnitentiam abolitum, si & dispẽsatio præcesserit, si fuit tale crimen, quod dispensationem requirat.

Primũ ar. 11 **Ad secundum.** In quo quæritur,† Vtrũ hæc traditio Apostoli extẽdatur ad omnes ordines. Et videtur, ꝙ non, quia apostolus nõ loquitur, nisi de episcopo dicens. Oportet episcopum sine crimine. Secũdũ ar. ¶ Secundò, quia etiam Augus. in cap. Præsenti non videtur tangere, nisi episopos, presbyteros, & Diacono s, & alios Tertiũ ar. ad præpositurã ecclesiasticã ordinãdos. ¶ Tertiò idẽ videtꝰ colligere ex Ambro. in c. cognoscamus dis. 34. vbi dicit, qđ Apostolꝰ hoc statuit de episcopo, Presbytero, & Diacono. Opponit. & Respondet. ¶ In oppositum est gl. huius c. & Hu. Respondet dicendũ, ꝙ Apostolica traditio dicens, ꝙ nullus, criminosus sit promouẽdus, extenditur etiam ad omnes ordines, ita, ꝙ locũ etiã habeat in minoribus ordinib. patet cõclusio, qm̃ nec ad minores põt promoueri aliquis criminosus, vt patet 32. d. seriatim. & dist. 33. c. 1. patet etiam conclusio manifestè ex c. qualis 8. q. 1. vbi dicit Hieronymus. Non solum episcopi, presbyteri, & Diacones debent magnopere prouidere, vt cũctum populum, cui præsident conuersatione, & sermone præeant, verum etiam inferioris gradus Exorcistæ, Lectores, custodes ostiorum, Acolyti, & oẽs oĩno, qui domui Dei deseruiunt. ¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam re- Ad primũ arg. spondetur, negãdo consequentiam. dicimus. n. licet Apostolus tantum explicite nominet eos, qui maiores, quibus maxime inter omnes conuenit sine crimine esse, nihilominus intelligendum est implicite dixisse de omnibus, cum causa statuti communis sit omnibus, qui in domo dñi ministrant. Ad scd̃m ¶ Ad secundam respondetur iuxta gl. ꝙ nomine præpositurę intelligi debet quilibet ecclesiasticus ordo, quo quis ꝑcellit alios. Non dubiũ esset, ꝙ in minoribus ordinib. constituti ꝑcellunt laicos. ¶ Ad tertiam rñdetur, ꝙ nõ habetur cõ- Ad tertiũ. trarium ex prædicto c. cognoscamus. Quoniam Ambro. in illo c. dicens apostolum de Episcopo, & presbytero statuisse hoc capitulum. Oportet episcopũ sine crimine esse, &c. Locutus est ꝑm superficiem literæ, ꝑm quã Apostolus nõ loquitur, nisi de episcopo, & presbytero, & Diacono. Nihilominus ꝑm intellectum apostoli statutum illud extẽditur ad omnes ordines. Et ita Augu. in hoc loco interpretatur apostolum, & extenditur regula eius etiam in minoribus ordinibus ad similitudinem aliorum ex eadem æquitate, & pari ratione.

Primũ ar. 12 **Ad tertiam.** Quæstionem in qua quæritur. † Vtrũ conuenienter diffiniatur in litera Crimen, sic proceditur, & videtur, ꝙ nõ sic. Oẽ peccatum mortale, est dignum accusatione, & damnatione apud Deũ Iudicem, vnde peccatum mortale dicetur, quod ad mortem æternam obligat, vt dicit Isidorus, & tamen non omne pec- Secũdũ ar. catum mortale est crimen, ergo diffinitio male posita. ¶ Secundo sic. Isidorus diffiniens crimen dicit sic, est, quod polluit, ergo videtur ꝙ non ista est descriptio conueniens. ¶ In Opponit & Respondet. Albertus. contrarium est Aug. in præsenti c. Respondet dicẽdum, notando iuxta Albert. magnum in secũda partæ summæ suæ. Peccatum mortale multis nominibus nominatur: Dicitur peccatum, Dicitur crimen, Dicitur vitium, culpa, malũ, te-
13 nebra. Spiritualis reatus.† Dicitur autẽ peccatum, inquãtũ est cõtra rectitudinem legis diuinæ, vnde Ambrosius dicit peccatum est præuaricatio legis diuinæ, & cœlestium ino-
14 bedientia mandatorum.† Dicitur autem crimen, inquantum est contrarium virtuti, quæ laudabilium & honorabilium honor est, vt dicit Aristoteles, quia polluit deco-
15 rem virtutis cui debetur honor, & laus. † Vitium autẽ dr̃, inquatum vitiat, & deturpat pulchritudinem boni natu-
16 ralis.† Culpa vero dicitur inquantum culpabile, & vitupera-
17 bile est à iustissimo Iudice Deo.† Malum vero dicitur, vt di-
18 cit Aug. quia aliquid diminuit de bono naturali.† Tenebra spiritualis dicitur in quantum est contrarium luci gratiæ, quia per gratiam illuminatur anima, quòd lumen tollitur ꝑ
19 peccatum.† Reatus dicitur, quia obligat ad mortem æternam. Cæterum notandum, ꝙ in crimine duo sunt videlicet ꝙ polluit decorem virtutis, & iuxta hoc describitur ab Isidoro supra in arg. 2. Secundum est, ꝙ est graue peccatum, & quo ad hoc describitur ab Augustino in præsenti c. videlicet, quod est accusatione, & damnatione dignissimum. Ad primũ arg. ¶ Nunc dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur, ꝙ hic loquitur Aug de accusatione iudiciali, & condemnatione ab homine: accusari autem siue criminari coram Iudice, & condemnari ab homine non conuenit omni peccato mortali, sed solũ maioribus, & grauibus, cuiusmodi dicuntur esse crimina grauissima. Vnde manifeste arguit non oẽ peccatũ mortale crimẽ esse, licet ergo quodlibet peccatum mortale large vocabulo sumpto, posset dici crimen, quia est accusatione, & damnatione dignum, quantum ad Deum, vt hic dicit Hu & Arc. Non tñ proprie sumpto. ¶ Ad secundam patet responsio ex dictis. Nõ est in- Ad secundũ conueniens vnam, & eãdẽ rem ꝑm eius varios effectus differenter describi. Leg. ¶ [Apostolus] prima ad Tim. 3. & ad Exponit literam. Titum 1. [elegit]. i. Docuit, & præcepit eligi Hu. & gl. [ordinãdos]. s. vel Presbyteros, vel Diacones, & docuit eligi quẽlibet alium [quicunq; ad præposituram]. i. ad quemcunque ordinem ecclesiasticum, vel beneficium est ordinandus, ita ꝙ, vt dictum est in conclusione, regula apostoli locum habet etiam in minoribus ordinibus, vnde nec ad minores potest promoueri aliquis criminosus. [Non ait]. s. apostolus, vbi supra ad Ti. 1. [sine peccato est] Si diceret omnis homo reprobaretur, quia nullus est sine peccato 25. dist. §. nunc autem, & de pœ. d. 3. adhuc instat. Et Hieronymus dicit in epi. Heronym. ad Cretiph. epistol. 2. par. 5. ad Ctesiphontem. Res pœne contra naturã est, vt sine peccato aliquis sit. Et dicit pœnè, quia non est simpliciter contra naturam, sed contra naturam corruptam, quia vt dr̃ 1. Ioann. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed ait, si quis sine crimine est. Et quia vt dicit August. in pręsenti c. Crimẽ est graue peccatum accusatione, & damnatione dignissimum, ideo apostolus ad Ti. 1. dicit, ꝙ debet esse irreprehensibilis. Et hæc duo in idem redeunt, vt dicit Hierony. super epi. ad Tit. [Sicut est homicidiũ.] exemplificat [adulterium] 36. q. 1. §. cum ergo. Arc. [aliqua immunditia fornicationis] Quia omnis vsus illorum membrorum non legitimus dicitur fornicatio, [a] vt 32. q. 4. Meretrices. Et quia post adulterium subdit de fornicatione: patet, ꝙ simplex fornicatio impedit promouendum, & deijcit iam promotũ, vt j. di. 82. Presbyter. Hu. & Arc. Non ergo sola ea, quę in veteri testamento morte mulctabantur, impediũt. Nam simplex fornicatio tunc non puniebatur morte, sed permittebatur habere fornicariam quis, sed in septimo anno aut ducebat eam, aut dabat ei pretium pudicitiæ Hu. & Arc. de hoc etiã notatur infra eo. Maximianus & 1. q. 7. si quis omnem. Arc. [furtum fraus] mala, quæ dolum habet adiunctum, non. n. omnis fraus est dolus Hu. & gl. Ista. n. & similia, si fuerint notoria de iure, vel de facto, etiam post peractam pœnitentiã non sinunt aliquem promoueri, & impediunt executionẽ ordinum susceptorum. Occulta vero non impediunt, vt extra de temp. ord. c. vlt. & supra nos satis declarauimus. [Crimen.] Secunda pars [accusatione] Iudiciali. vnde aliquis põt conueniri coram Iudice, & damnari, quod fit, postquam ꝓcessit ad actum exteriorem, & transcendit fines voluntatis, aliter. n. non potest quis accusari, vel damnari, ab homine. arg. 32. q. 5. Christiana [dignissimum]. i. dignum Hu.

a ¶ Fornicatio. Fornicatio cõprehendit omnẽ illicitũ coitũ. Car di. Zab. in c. 1. n. 1. de eo, qui co. cõsan. vx. suæ & qualiter carnalis, & spiritualis fornicatio diferãt: Pe. de an. in c. mulier. n. 4. de conuersio. coniug.

1 *Crimine implicari quis dicitur tribus modis.*

Quodlibet. §. Est in quo Magister ponit duas conclusiones. Prima est, ꝙ implicatus aliquo illorum criminum assignatorum in c. præcedenti, vel Prima conclusio. 1 consimilium, non debet ordinari.† Nota dicitur autem tribus modis, quis implicari crimine. s. reatu, infamia, & conscientia ꝑm Hu. Quod aũt hic dr̃ regulariter est intelligendum, si post baptismum tale crimen cõmiserit ar. di. 68. qm̃ multa, & dist. 26. & 1. quæst. 7. si quis omnem, sed defectus nostri temporis non patitur manere censuram istius distinctionis, vt dicit Hug. ¶ Secunda conclusio est, quod si ordi- Secũda conclusio. natus conuincitur talia, quæ dicta sunt commisisse ante ordinationem, vel post debet deponi, quòd probat per c. sequens [Priuabitur] Nisi ex dispensatione toleretur, maxime si ante tempus ordinationis illud commiserit, vt distincti. 33. habuisse.

Nemo. Magister ad probationẽ eius, quod dixerat in prima conclusione, inducit hoc c. Symmachi. Breue est, & planum. Lege. ¶ [Nemo monitoris] id est prędicatoris, vel sacerdotis Exponit literam. id est bonis operibus condemnat. Hu. [& cõuersatione] supple sua, & c. simile distin. 63. Valentini alias non habet frontem corripiendi, vt dist. 25. primum. Hoc autem facere nõ potest, qui est aliquo prædictorum criminum implicatus. Et ita videtur probata prima conclusio. §. præcedentis.

Secundam

Secundam autem conclusionem probat per sequentia capitula in clerico fornicatore.

1 *Opinio alicuius hoc ipso quod accusatur, grauatur.*
2 *Monialem cognoscens, incestum committit.*
3 *Innouari nihil debet, pendente accusatione, vel iudicio.*
4 *Ordinatus eo ipso, quod conuincitur, an sit deponendus.*

Diuisio.



Antis. Sequitur 2. pars dist. hoc. s.c. quod est Celestini papæ, in quo episcopus ordinator deponitur, qui indignum, & accusatione pendente, præsumentem in Episcopum ordinari promouit. Et diuiditur hoc c. in quatuor partes. In 1. narrat iniquam promotionem. In 2. illam aggrauat, & exprobat. In 3. commina tur penā cōsecrato. In 4. ordinatori. 2. ibi. Et vt 3. ibi, Sacro nomini. 4. ibi Cui ordinato. Le. ¶ [Tantis.] Pro intelligētia huius literę, est sciēdum, ꝙ talis casus est iste accusatus fuit apud papā. Et per literas domini Papæ fuit vocatus ad causam, sed antequam veniret pendēte accusatione ordinatus est episcopus, ꝙ fieri non debuit. Significatum est hoc Celestino Papæ per literas, Scribit ergo quibusdā vt de hac causa cognoscant. Et si hoc inuenirent ita factum esse vtrunq; deponant. s. ordinatum, & ordinantem [grauatus] †Hoc ipso grauari opinionem alicuius, ꝙ accusatur in tātum, vt pēdente accusatione ante accusationem non debeat recipi ad accusationem, nec ad testimoniū, nec eligi Ar. q. 1. c. 2. Non tamē grauatur in tātum, ꝙ subditi possint recedere ab eius obedientia, vt 8. q. 3. Nonne, & 15. q. vlt. c. vlt. Hu. Et hic adde, quod legitur, & no. extra de test. c. fi. Arc. [Testimonijs], i. diffamationibus Arc. [pulsatus]. i. accusatus. Arch. [virginum] Id est Monacharum Arc. [incestu.] Et sic not. † ꝙ qui cognoscit monialem, incestum committit, quod dic, vt legi. & not. 27. q. 1. virginibus. Et in tali incestu potest Episcopus dispensare, vt le. & no. e. q. c. virginem Arc. [ordinatus.] i. consecratus, & hoc pendente accusatione Arch. [Et vt in nostris] 2. Pars [libellis]. i. scriptis, quæ papa receperat de ordinatione ipsius, facta tali tempore, s. pendēte accusatione contra ipsum, quæ papa fecerat transcribi, & exemplari, siue copiari, & exemplar retinuit apud se, & copiam misit illis, quibus scribebat, Mos. n. est curiæ Romanæ, vt autentica retineat, per quę possit certiorari, si res reuocetur in dubium, & transcripta mittat, vt 3. q. 6. hæc quippe, & 30. q. 1. peruenit. Et ponit hic exemplaria pro exemplis, secūdum Hu. & Arc. [vñ non dicatis libellis] Scilicet accusationis. Nā non potest quis alium accusare, nisi præsentem, & contra, quem inscribat. C. de calum. l. non prius: dic ergo. [libellis] Id est, epistola, quæ missa fuerat Domino papę secundum Lau. Arch. [Hoc tempore] obiecit, quod nō debuit esse. Et est ar. † ꝙ pendente accusatione, vel iudicio nihil debet innouari, vel immutari, ergo nec quis promoueri Ar. d. 23. illud, & di. 54. quis. Hu. [Sacro nomini] 3. Pars. [absit] Vt talis in ordine remaneat [iniuria. n. esset sacri nominis] id est, episcopalis dignitatis, si talis remaneret in tali ordine. Hu. dicebat. G. Au. ꝙ licet contra aliquem non agatur de crimine, quanquam etiam de illo crimine confessus sit, & pęnitentiā egerit, si adhuc respersus est infamia super illo crimine, promoueri non debet. Ar. à contrario sensu extra de fur. ca. vlt. Arc. [amiserit]. i. amittere debeat. quinquagesima prima distin. aliquantos & 62. dist. c. fi. Hu. [Cui] 4. pars. [Cui ordinato]. i. si fuerit cōuictus, vel de crimine, vnde accusabatur, vel de hoc, quia pendente accusatione, promotus est, vel si de hoc nō cōuincatur, sed de crimine, vñ primo impetebatur, deponetur: Secundum Hug. [Sociabitur in pena] depositionis Hu. †Sed nunquid hoc ipso, ꝙ ordinatus conuinceretur, esset ordinatus, quasi conuictus deponēdus: Litera sic sonare videtur, & Ar. d. 60. ordinatos. Et respondet Hu. Ego autem non credo hoc, sed opus est alio iudicio, vt. s. ordinator conuincatur, quia res inter alias facta, non debet ei præiudicare, vt 2. q. 5. interrogatum. Et quia ille posset conuinci per falsos testes, & quia forte ordinauit eum, sic ignoranter. Est ergo sensus. [Socialiter conuictus tamen prius] Id est si fuerit conuictus criminosus, quod erit si cōuincatur eum scienter ordinasse dist. 61. miramur 78. dist. quod est Hug. & Io. de Fant. Eo. n. ipso, ꝙ ordinatus apparet indignus, & ordinans similiter extra de æta. & qualit. cum sit ars. eiusdē sententiæ est Archidia. qui ait. Sed non intelligas, quod eo ipso cadat ordinator, vel instituens cum effectu, ꝙ institutus apparet malus, quia potest esse, quod instituens nō est inculpa. ff. de adulte. leg. denuntiasse. §. quæritur secūdum Vincen. qui ita notat in prædicto capitu. cum sic. Idem sentit Io. de Fan. [qualis]. s. criminosus. Nā eo ipso efficitur criminosus, & ostendit se criminosum, quia promouit indignum, vt patet per allegata 61. dist. miramur.


Expōnit literam: Casus.

Arc.

Quæstio: Respondet.

Io. de Fant Archid.

1 *Episcopus, qui ordinat sine examinatione, an sit deponendus.*
2 *Priuilegio per subreptionem impetrato, non est credendum.*



I qui. Sequitur ad idem propositum hoc c. quod est ex concilio Niceno, quod diuiditur in duas partes. In prima ponit statutū videlicet, quod si quis sine examinatione, aut post examinationem repertus criminosus propria confessione fuerit ordinatus, talis debet deponi. In secunda assignat rationem 2. ibi, in omnibus. n. Leg. ¶ [Si qui sine examinatione promoti.] Sed nonne magis Episcopi, quam ordinati culpa est, vt sine examinatione quis ordinatur, imo commune delictum est. Nam etiā non requisitus prodere tenetur suum delictum. vt dist. 50. ex pœnitentibus, Ar. dist. 54. si seruus. ¶ Sed nunquid eo ipso, quod sunt promoti sine examinatione, quamuis non sit quod sequitur, sunt eijciendi? Respondet, quod sic Ar. dist. 24. cap. vlt. secundum Hug. sed non est talis deponendus per ordinatores, vt dicit Goffr. extra de cleric. coniuga. diuersis cum tamen ordinatores sint in causa depositionis, quia sic 1 ordinauerunt, vt dictum est. Archi. ¶ †Sed quæritur etiam quid de Episcopo, qui sine examinatione tales ordinauit. Respondet gloss. ꝙ lex, & canon dicunt eum deponendum, in aut. quomodo oportet episcopos. §. oportet 1. q. 1. si qui episcopi. [Et post ea cum promouerētur ad maiora] Puta episcopatum, confessi publice, & in iure Hug. [venientes]. s. episcopi. [homines]. s. carnaliter agentes Hu. Archid. [Contra regulam] Quæ prohibet tales ordinari. [manus] ordinatorias, ordinando eos ad episcopatum, vel ad aliam dignitatem, vbi nota, ꝙ illud quod hic dicitur, vt dicit Hu. & Arch. intelligendum est in eo casu, in quo ordinatores non poterant dispēsare [non recipit] Id est, non receptos, non to2 lerat de iure Hug. & Arch. [in omnibus] 2. pars. [reprehensibile.] †Arg. cōtra priuilegium, vel rescriptum per surreptionem impetratum, vel alias suspectum. Non enim videtur verosimile, ꝙ papa voluerit, nisi in scriptura cōtineat, ꝙ ex certa scīa hoc fecerit, vnde non est credendum ei, sed præsumitur, quod Papa fuerit circunuētus, & ꝙ veritas non fuerit ei notificata. Idem verbū innuitur 25. q. 1: omne quod.


Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio. Respōde:

Quæstio. Respondet.

1 *Regulam Apostolicam transgrediens ex contemptu peccatum committit.*



Vicunque. Ad idem sequitur hoc ca. ex eodem Concilio, vbi habetur, quod quicunque criminosi sunt ordinati ab episcopis, siue ignorauerint eos esse tales, siue sciuerint, sed, ꝙ contēnentes ecclesiasticā regulam, hoc fecerint cogniti damnentur. Nō diuiditur. Lege. ¶ [Lapsi]. i. criminosi Hu. [iam sunt ordinati] per ignorantiam iuris, vel facti. Hu. [contēptu eorū, &c.]. i. contemnendo hanc regulam, tales ex certa scientia promouent. Hug. Ioan. de Fant & Arch. ¶ Sed surgit hic quæst. 1 †Quid sit ex contemptu regulam apostolicam transgredi: Ad hoc respondetur iuxta S. Tho. in 2. 2. q. 186. arg. 9. ad tertium. Tunc. n. aliquis committit peccatum, vel transgredit ex contemptu, quando voluntas eius renuit subijci ordinationi legis, vel regulæ. Et ex hoc procedit ad faciendum cōtra legem, vel regulam. Quando autem econtrario propter particularem causam aliquam, puta propter concupiscentiam, vel iram inducitur ad aliquid faciendum cōtra statuta legis, vel regulæ, non peccat ex contemptu, sed ex aliqua alia causa, etiam si frequenter ex eadem causa, vel alia simili peccatum reiteraret. Sic etiam Aug. dicit in li. de natura & gratia, ꝙ non omnia peccata committuntur ex contemptu superbiæ, frequentia tamen peccata dispositionem inducit ad contemptum, secundum illud Prouerb. 18. Impius cum in profundum venerit contemnit. Hæc sanctus Tho. de hoc etiam notatur secunda quæstione, septima, Metropolitanum, & distinct. 10. quis autem [præiudicat] Quando deponatur, vnde subditur. [Cum enim compertum fuerit, deponetur] Quandocunque veritas reuelatur, sequenda est Ar. dist. 8. qui contempta Hug.

Exponit literam.

Quæstio. Respondet.

Augu. de natura & gra. c. 29. Tom. 7.

S. Thoma.

1 Laicus qualiter admittatur ad accusandum Sacerdotem in alijs criminibus quam in exceptis.
2 Presbyter deponitur propter fornicationem.
3 Puniendus aliquis est in eo, in quo delinquit.



MAximianus. Ad idem inducitur hoc c. quod est Innocentij Papę.
Casus. Casus huius capi.est iste.secundum Ber.ꝙ iste Maximianus, qui patronus erat illius eccl'e, accusauit presbyteros istos apud papá zelo dei accensus, eo, ꝙ filios habebant, & sic c.hoc diui-
Diuisio. ditur in tres partes. In 1.narrat accusationem. In 2.exhortatur, quibus committit hoc negotium ad punitionem. In 3. assignat rationem.2.ibi: Et ideo 3.ibi. Quia, qui sancti. Lege
Exponit litera. 1 tex. ¶ [Maximianus. Querelam.] Sed surgit q. † Quomodo laicus admittitur ad accusandum Sacerdotem in alijs criminibus, quam in exceptis.
Quæstio. Respondet. Respondet Pe.Hisp.vt dicit Arc. hoc esse, quia iste Maximianus fuit Patronus, cuius intererat vt bonus Presbyter ministraret in ecclesia sua Ar. 16.q.vlt. Monasterium. Vnde dicit te. Hic ecclesiam suam, fuit. n. dominus possessionis 18.q.2. Abbatem. Dicit ergo, ꝙ iste Maxim. fuit Patronus, & ideo auditur, alias secus, nisi forte denuntiando 2.q.7. quapropter.
Io.de Fan. Secúdum Ioá.de Fan. vbi de hoc. Ar. [Et ideo] secunda pars [libelli]. Accusatorij Hu. [vel in quo.] De illis presbyteris continebatur [subiectus] Id est, subscriptus [medio] Id est in publico iudicio Hugu. [collocare] Id est examinationem Hug. [Remoueantur.]
2 Ar. † Presbyterum propter fornicationem deponendum. [Quia qui] 3.pars. [non possunt]. i. non debent vidento Ar.
3 † In eo puniendum quenquam in quo delinquit Ar. 12.q.2. qui. Et humanis polluerunt, quantum in se est Argu. disti. 49.cap.vlt.& 1.q.1. quod quidam & q.3. Saluator, & de consec.dist.4.c.quæris Hu.



SAcerdos. Ad idem sequitur ca. Eugenij papæ, vbi statuitur, quod Sacerdoti, vel Clerico propter crimen deponendo, prouidentia episcopi debet ei locus congruus pro agenda pœnitentia deputari Breue est. Le.
Exponit literam. ¶ [Loco]. s. Monasterio vel canonico regulari, vel alio, vbi non liceat ei male viuere, vt 32.q.1.de Benedicto. [Bene ꝓuiso] Id est, vt non liceat ei male agere, vel, vt locus, qui eũ recipit, non grauetur per eum. Si autem ipse, & locus ille laborat inopia, vt non habeat, vnde viuere, erit tunc in prouidentia Episcopi, vt vel pro tempore pascat eum, vel in tali loco eũ ponat, qui sine molestia possit eũ pascere. Hu.
Archid. Notat autem hic Arc. ꝙ in hoc c.& subsequentibus, in quibus degradatus in locum pęnitentiæ detrudi iubetur, de exautoratis, & non de suspensis fit sermo secundũ Io.de Fan. Vlterius no.&c.de pe.d.3.ille pœnitentia & c.qui admissa.

1 Deponi potest quis propter negligentiam.
2 Sacramentum ordinis priuari non potest.
3 Clerici depositi, debent viuere secundum ecclesiasticam regulam.
4 Clericus, an pro quolibet crimine debet retrudi ad pœnitentiá agendam in aliquem locum.
5 Clericus missus in monasterium ad agendam pœnitentiam, an cogatur ibi esse toto tempore vitæ suæ.
6 Pœna excommunicationis, an conuenienter sequatur pœnam depositionis.



DIctum. Ad idem subiungitur hoc c. ꝙ est Cócilij Moguntiacensis, in quo statuitur, vt clericus ꝑpter crimina sua depositus, debeat clericaliter viuere, & in monasterio ad peragendam pęnitentiam retrudi. Et si fuerit incorrigibilis, debeat excommunicari.
Diuisio. Et diuiditur hoc c.in tres partes. In 1.explicat casum excessus In 2.statuit. In 3.excomunicare rebelles, & incorrigibiles præcipit.2.ibi: Vnde statuimus 3.ibi. Si vero. Planũ
Exponit literam. 1 est. Lege. ¶ [Dictum propter suam negligentiam] Arg.† ꝙ propter negligentiam potest, quis deponi, quod verum est, si tanta fuerit, puta, si contempserit facere, ꝙ sibi iniunctum fuerit à prælato suo ratione officij sui, vt 11. q.3. placuit. Et si electus in episcopum infra quinque menses consecrari neglexerit, vt di.100. quoniá quidam. Ergo tanta potest esse, ꝙ inducit depositionem, & tanta quod non Ar.2.quæs.1. quidquid. Quod autem hic dr̃ de presbyteris, intellige de quolibet Clerico deposito. Sed presbyteris relatum erat in
2 Concilio ſm Hu. [gradu amisso]. i. executione ordinis. † Ná sacramentum ordinis priuari non potest, sicut sacramentũ Baptismi, vt di.50. accedés diximus Hu.& Arc. [seculariter] .i. ad mores, & modum secularium laicorum, quod non debet esse, † debent. n. clerici depositi, ſm ecclesiastiam regulá
3 viuere, & non more laicorum, debent ergo seruare tonsuram, psalmis, & bonis operibus insistere Ar.32.di. si qui vero, & 23.q.3.eos. Et ex toto debent abstinere ab his, quę clericis inhibita sunt, quia clerici, & ecclesiasticæ ꝑsonæ sunt, & tanquam ecclesiasticæ personæ cogendi viuere, vnde, q tales verberat, incidit in canoné illum 17.q.4. si quis suadente Arc. Hic ſm Hu. [vñ statuimus] Secunda pars. [in monasterium quælibet causa.] Quia forte non inuenitur, laborat inopia, vel non vult talem recipere, & multa alia impedita possunt prohibere Hug.& Arc. ¶ Sed hic surgũt duę quę- Quæstio. II
4 stiones. Prima est. † Vtrum Clericus pro quolibet crimine debeat retrudi ad pœnitentiam agendam in aliquem locũ.
5 Et videtur, ꝙ sic, ex præsenti litera. ¶ Secundum est. † Vtrũ clericus missus in monasterium ad agendam penitentiam, cogatur ibi esse toto tempore vitæ suæ. Et videtur ꝙ sic infra e. si quis clericus. Secũda qó.
Ad primam respondetur, ꝙ non, cum quandoque debeat agere pœnitentiam inter laicos, vt infra e. si quis episcopus. & di.28. presbyter. & quandoq; debeat peregrinari toto tempore vitæ suæ, vt de pœ.di.6. Sacerdos potest ergo dici, ꝙ hoc est in arbitrio Iudicis, nisi, vbi canó specialiter statuit, quid agendum sit. Vel refert, an delictum deueniat in notitiam populi, vel non. si deuenit publicè inter laicos pœnitentiam agat, vt infra. Si quis episcopus. Si non deuenerit, refert, an suspitio sit de eo, ꝙ talia debeat cómittere, & tunc retrudatur in monasterio, vt hic, & in multis capitulis continetur. Si vero non sit talis suspitio de eo, tunc erit in arbitrio Iudicis, an agat pœnitentiam in Monasterio, vel alibi. Ad primá.
Sed hic surgit q. Quare iste debeat agere pœnitentiam inter laicos, cum crimen suum ita publicum est. Respondetur, ꝙ ea potest esse ratio secundum Hu. vt si contingat eum postea restitui ad officiũ suum, populus credat eum egisse pęnitentiam, & sic non contemnat eius officiũ, quod alias contemneret Ar.di.50.de his vero.& 1.q.1.multi, & 3.q.7.§.idem. Quæstio. Respódet.
¶ Ad secundá quæstioné respondet sub ista q. ꝙ clericus missus ad agendam pœnitentiam in monasterio, aliquando cogẽdus est ibi perpetuo manere, & quandoque non, sed ad tempus, prout ei iniunctum est ar.2.q.1. in primis secundum Hu.Io.in gl.dicit hoc esse in arbitrio Iudicis, & secundum quantitatem delicti. [Si vero] 3. pars. [Ab ecclesiæ communione]. i. fidelium. ¶ Sed hic surgit q. Ad secúdũ Quæstio.
6 † Vtrum conuenienter pœna excommunicationis sequatur pœnam depositionis. Et videtur ꝙ non, quia primo debet quis excommunicari, & deinde deponi, vt di. 34. quorundam, & di.74. honoratus, & 23.q.4. forte respondetur, distinguendum est, an. s. iste venit puniendus pro crimine, an pro contumacia. Respódet.
Si primo modo, & crimen inducit depositionem, est conclusio. Quód pęna incipienda est à depositione. Primo enim debet deponi, & ad agendam pęnitentiam in aliquem locum retrudi, & si sic non resipuerit nec ibi esse in pace, vel aliquo modo voluerit factus, & deprehensus contumax excommunicabitur, vt hic dr̃. Si vero nec sic corrigatur, nec aliquo modo corrigi possit per ecclesiam, vltimo tradendus est curiæ, vt 23.q.5.de Liguribus & 3.q.4. clericus, & 11.q.1. si quis Sacerdot. in secúdo vero dico, ꝙ pœna incipiéda est ab excommunicatione. Nam si reperitur contumax, vt quia admonitus, non vult satisfacere, vel tertio accusatus ad synodum, vel causam contemnit venire. pęna incipienda est ab excommunicatione simplici, vel solenni. Potest. n. statim anathematizari, vel pro voluntate Iudicis primo excommunicatur, & postea anathematizatur, & tandem crescente contumacia, deponitur, & in monasterium, vel alium locum retruditur, & tandem, vt dictũ est, si ex toto incorrigibilis fuerit, curiæ tradetur. Et secundum istum processum intelliguntur præmissa capitula assignata pro contrario secundum Hu. Cócor. Arc. dicens: Dic, vt legitur, & notatur 19.q.3. quoniam, & extra de iudi. cum non ab homine. Nota ea, quæ dicta sunt pœnitentiæ indifferenter esse obseruanda, & circa suspésos, & circa depositos. Et intelliguntur omnia ista, cum clericus de crimine conuincitur, vel in iure confitetur publicè. in alijs autem criminibus, s. occultis nó potest, quis cogi esse in tali loco ad agédam pœnitentiam secundum Hug.

Memoria

1 *Memoria criminis criminosi improbatur.*


Valet. Ad idem sequitur hoc c. quod est B. Isidori,& inducit Magister ad hoc ꝑ positum, quia dictum erat, ꝙ si quis clericus de crimine simpliciter fuerit cõuictus, debet separari de loco,vbi commisit delictum,& introduci in alium locum ad pœnitentiam agẽdam,huius statuti hoc dictum est Isidori,qui ait,in hoc aũt interdum muta.loci,&c.Breue est. Lege. ¶ [Valet]. i vtilis est [interdum]Maxime ad opera pœnitentię agenda,ad vacandum bonis operibus.[Mutatio loci.]Sepe.n.planta,quę vno loco non conualescit,transplantata fructificat,vnde ẽt dictum est Abrahæ.Egredere de terra tua,& de cognatione tua.Gen.12.Et in psal.44.dr̃ animæ sanctæ. Obliuiscere populum tuum,& domum patris tui,&c. Nec obuiat huic dicto illud dist.40.non loco,vel ordines,quoniam non dr̃, ꝙ locus semper valeat ad faciẽdum nos proximos Deo, qa hoc,ꝙ meritorum est,non locorum,sed,ꝙ aliquando loc⁹ vnus habet aliquam opportunitatem maiorem,quam alius ad peragendam pœnitentiam,vel studendum, vel faciendum aliqua alia bona, quod manifeste patet cooperante semper diuina gratia.[Plerunque]assignat rationem [cum mutant,locus apponit.]Hic surgit quæstio.†Quomodo improbari videtur memoria criminis commissi, cũ alibi multum commendetur,vt de pœnitent.distinct.1.§.his authoritatibus. vbi habetur, quod nullum est melius remedium delictorum, sicut eorum continuata memoria. Ad hoc respondetur,quod memoria criminis alia est ad delectationem,& talis est pernitiosa,& detestabilis 15.q.1.mulier de qua hic loquitur.Alia est ad detestationem facti,& ad dolorem,& compunctionem,& talis est commẽdabilis.Et hæc est de memoria de qua fit sermo,de pœn.dist.1 hinc idem &.§.item illud Ioan.& de pen.distinctione.3.§.siue autem & capitulo Iudas.

Exponit literam. — 1 quæstio. — Respõdet.


SI quis clericus. Ad idem sequitur hoc c.quod summotum est ex 6.synodo Aurelianen. in quo ponitur pœna, quam de rigore iuris debeat subire Clericus,qui conuictus,vel confessus fuerit de adulterio.Breue est. Leg. ¶[Si quis confessus]In iudicio publico,dum super hoc accusaretur.Hu.& Arch.[communionem fidelium, & sacramentorum depositus de rigore iuris[toto]Si hoc statutum fuerit a Iudice pœnitentiam imponente.s.episcopo, in cuius prouiden.est,vtrum imperpetuum, vel cum tempore intrudatur.

Exponit literam.

1 *Episcopus dispẽsare potest in adulterio,fornicatione,furto,periurio, & huiusmodi.*



ROmanus. Ad idem sequitur hoc c.Pelagij Papæ.Breue, idem dicens,quod in præcedẽti dictũ est.Leg.¶[Romanus.] Proprium nomen est[depositus d.50.de his.& extra de pœnis.tuæ vbi dicitur, ꝙ debet degradari,sic supra c.prox.& c.si qs Arch.Nota secundum Hug.omnia ista c.loqui de rigore iuris,ex dispensatione vero secus est,vt infra dist.proxi.Pres-
1 byter.†Et nota Episcopum dispensare posse in huiusmodi criminibus.s.adulterio,fornicatione,furto,periurio,& huiusmodi,vt in c.at si clerici extra de iudi.

Exponit literam.


1 *Clerici, qui fuerint deprehensi in adulterio, debent degradari.*
2 *Latro plus est, quam fur.*
3 *Clericus in ipso facinore comprehensus, an possit per laicos detineri.*
4 *Clericus, si delinquat, & fugiat, an possit capi à quocunque etiam laico.*


PResbyter. Ad idem sequitur hoc cap. quod ex canone Apostolorum sumitur, in quo statuitur, vt presbyter, aut Diaconus in fornicatione, aut furto, vel homicidio captus fuerit, deponatur,&c. Et diuiditur in duas partes.In 1.ponitur statutum, quod dictum est.In 2.innodatur illud, videlicet, ꝙ si talis nĩæ paruerit,non priuetur cõione fidelium, assignando rationem ex sacra scriptura.2.ibi.Non tñ le.¶[Presbyter fornicatione]1.q.7.si quis oẽm.ver.& si 28.d.presbyter.ibi videas Ar.[Captus]Euiden.facti,vel captus per sententiã Iudicis,vel per propriã confessionem factã in iure. Non.n.sufficit,si aĩal capiatur,nisi postea conuincatur, vel confiteat. Arg.12.q.1.nõ dicatis & 15.q.vlt.c.vlt.licet contrarium videatur dici hic,& supra d.50.si qs Diaconus & c.de his vero.[deponatur]supra c.prox.Et decretalis extra de pœnis.
1 tuæ.†Quod clerici,qui fuerunt deprehẽsi in latrocinio,de-
2 bent degradari,sed prout ibi notat Host.Sciendum est,†ꝙ latro plus est,quam fur,vt patet.extra de homi.c.3.in fi.Videt ergo illa decretalis.tuę,loqui de his,qui de nocte vadũt & enormibus se immiscent,extra de senten. ex. ꝑpẽdimus. Vnde decretalis illa tuę dicit,vel alijs magnis sceleribus.quasi non dicat de furibus simplicibus,qui non sunt corporaliter coercendi,sed de maioribus,& insignibus latronibus loqui intẽdimus.Ad hoc.ff.de pœn.l.capitalium. §. famosos, &.§.crassatores & l.aut facta.§.locus &.§.tempus &.§.qualitate.ſm Host.& Arch.[communione]fidelium Hu. [scriptura]Naum.1.[Non indicat]perfecte Hu.& Lau.[id ipm] .i.pp id ipsum Hu.Qñq;.n.duplex pœna imponitur, qñque non ex toto,vna nõ sufficit qñq;,vt 30.q.2.si quis Sacerdos. De hac autoritate sacrę scripturę vide,quod disputauimus de pęn.d,3.§.ex his autoritatibus.Sed hic contra gl. surgũt
3 duæ qõnes,vna est,†Vtrum clericus in ipso facinore cõprehensus possit per laicos detineri.Ad hanc rñdet Lau.& Vin. extra de Iud.cum non ab hoĩe.ꝙ sic, vt sic crimine fiat notorium,cum alias in eum laici nõ pñt testificari.Et facit,qd̃ notatur infra e.c.3.in gl.3.Et videtur hoc comprobari ext. de test.decætero.Sed ibi notat Ho.illud esse verum in causa criminali,criminaliter mota.Secus,si de crimine ciuiliter ageretur ſm cum e.ti.qm̃ vbi Tan.& Ber.hoc idẽ dicũt
4 in gl.& sic mulier,&c.Arc.¶Secunda q.est†Vtrũ,si clericus delinquat,& fugiat.Nunquid põt capi à quocunq; ẽt laico, & duci corã Epõ,& quousq; fuerit ei redditus,detineri sine metu canonis,si qs suadẽte,&c.Ad istam rñdetur, ſm quosdam,ꝙ sic,vñ huius sententiæ est Bal.in c.1.de iure, & alle. Inn.in c.vt famæ & de sen.ex.Hoc idem Bal.in l.si qua per calum.C.de Epis.& cle.& Abbas in c.cũ non ab hoĩe.de Iu. Dicit autem gl.hic,ꝙ cũ capitur,detineri debet per 20. horas diurnas,& nocturnas,vt videatur.ff.de adult.c.Ho vero dicit nõ diffinio, vtrũ excommunicatio euitetur, de quo ipse notat in summa.de sen.ex.§.si quis debet ver.fallit hoc.

Diuisio. — Exponit literam. — Pro intellectu c.tue de pœnis. — Prima qõ respondet. — Secũda qõ. — Baldus. — Host.


SI quis Episcopus. Ad idem est hoc ca. sumptum ex codẽ Concilio,in quo ponit pœnã presbyteri, vel epi cõuicti,vel cõfessi de adulterio, siue fornicatiõe. Planum est.Lege.¶[Si quis fornicatus]Alio modo,quã mechando Hu.& Arc.[Inter laicos.]Si hoc ei iniũgatur,vel potius hoc debet esse,qñ crimen deuenit in notitiam populi, vt 28.di.presbyter,& 30.q.1.non debet:& tunc nõ intrabit cleric⁹ in Choro,vel Claustro,vel refectorio,vel dormitorio.Et intelligenda sunt,quæ dicuntur in his capitulis, de quolibet clerico, licet quædam loquãtur specialiter de maioribus ordinibus,secundum Hu.

Exponit literam.


SI diaconus. Ad idẽ sequitur hoc ca.quod est concilij Aureliani, ꝙ diuiditur in duas partes.In 1.statuit,ꝙ clericus deprehensus,capitale crimẽ commisisse,ab officio & beneficio deponatur.In 2.ꝙ si quis talis pœnituerit,cum necessitas exposcit,poterit Baptismum conferre postulanti 2.ibi.Si vero.Planum est.Leg.¶[Diaconus.A communione]Hoc exponitur dupliciter in glo.& ab Hu.Primo sic.A communione sacramentorum.Et ita non contradicit c.superiori.Presbyter cum ibi dicatur de communione fideliũ vel de vtrobiq;:de communione sacramentorum,ibi tñ de puniente.Sed hæc solutio satis improbatur,quia etiam pœnitenti denegatur cõio sacramentorum.¶Secunda expositio est verior,videlicet pellatur ab officio,& communione clerici beneficiati,quasi dicat pellatur ab officio,& beneficio ecclesiastico.In superiori c presbyter non priuetur cõmunione fidelium,vel etiam sacramentorũ perpetuo, ſm Hu.Quod vero per cõinem intelligitur beneficia ecclesiastica,non extranea expositio,quia beneficia Clericorũ cõmunia sunt 32.dist.c.præter hoc,& 16.q.1.c.fi.Arc. [Si vero]2.Pars. Alium videtur ponere casum,sed satis est de eodem,quasi dicat, dico pellantur, si tamen in iure confessi sunt,non expectantes conuinctionem vel probationem, testium,dispensare potest cum eis, in hoc, quod sequitur, submouerint,sponte hoc appetentes in iure,& crimen cõfitentes,

Diuisio. — Exponit literam.

tentes. Nam si extra ius confiteretur, nec ab illo officio possint remoueri, nec aliqua dispensatio cum eis fieret, cum ipso iure possent exercere sua officia. [Si alij sacerdotes.] Arg. ꝙ penuria Presbyterorũ vel aliorũ permittitur alicui quod ei alias negaretur Arg. d. 77. Monachus, & 21. q. 1. c. 1. [Necessitate.] Sed nõne in tali casu concederetur, & liceret cuilibet laico. Respondetur, ꝙ sic. Ar. 1. q. 1. quod quidam, sed facilius propter maiorem necessitatem concederetur Clerico, quam laico, vel iste potest hoc facere, ex quo non laicus. Ego autem intelligo hoc capitulum de soleni Baptismo. s. vbi desit Sacerdos, iste talis possit baptizare, etiam solenniter, & hoc authoritate maioris. Et in eodem casu intelligit. c. illud di. 50. cui sub gradu certæ necessitatis instabat solennis Baptismus, & deest alius Sacerdos, liceat authoritate. s. maioris. [Baptizare] Solenniter, etiam. s. vt adhibeat omnem solennitatem, quæ desideratur in soleni baptismo siue in benedicendo fontem, vel cereum, siue in vngendo, & huiusmodi, secundum Hu. & glo.

Quæstio. Respõdet.

1 *Capitulum istud & c. nullus & c. præter hoc 32. dist. sunt latæ sententiæ, quo ad suspensionem, & quis ab ea possit absoluere numer. 2.*

3 *Oratio de se nunquam est peccatum.*

4 *Episcopi tenentur obedire cum Papa eis aliquid præcipit.*



SI qui sunt. Ad idem tendit hoc ca. quod est Gregorij Papæ, non tamẽ primi, quia in eodem c. allegat iste beatũ Gregoriũ. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In 1. interdicit clericis concubinarijs ingressum ecclesię donec penitentiam agant. In 2. si tales perseuerent in crimine, præcipit subditis ne illorum audiant officia. In 3. reddit rõnem hmói prohibitionis tam ex autoritate sacræ Scripturæ. In 4. ostendit, quam grauiter peccent, q huic sedis apostolicæ præcepto non obediunt 2. ibi. Si vero. 3. ibi. Quia. 4. ibi. Qui vero huic. De ista materia concubinariorum, & fornicariorum, notorũ clericoriorũ nos dis. 32. circa c. nullus c. præter hæc. & in. §. rerum principia plenissime disputauimus bene 7. articulo. Vnde non est necesse ibi repetere. Ibi vide. Lege. ¶ [Si qui fornicationis.] s. notoriæ, de qua hic loquit, vt no. 1. q. 1. multi in gl. ex his &c. Et est idem in notorio crimine, Simoniæ 32. d. §. ad hæc H. & Arch. [Ecclesiæ introitum] Postquam admoniti, nõ cessant. Dicit Hu. & commemorat Arc. †ꝙ hoc c. & illa c. d. 32. nullus. & præter hoc sunt latæ sententiæ, quo ad suspensionem. Et ideo, si Presbyteri reperiantur tales, subditi sua autoritate possunt, remouere se ab officio eorum, non expectata alia sententia, licet forte Episcopus toleret tales, sunt .n. iam suspensi à domino papa ipso iure, qui verberant clericos, sed hic est differen. Nam illi non possunt absolui, nisi à Papa, quia specialiter talium reseruauit sibi absolutionẽ.

Diuisio.

Exponit literam.

Archid.

1

2 †Hi autem possunt absolui ab epis suis, & etiam à Sacerdotibus, à quibus accipiunt pœnitentiam, licet sententia sit lata à Papa. Hoc c. melius intelliges, si respicias, quæ diximus, & disputauimus de hac materia supra d. 32. in c. nullus. & pter hoc. [Si qui vero] 2. Pars. [perseuerare.] Post admonitionem præsumat audire. Sed contra videtur in c. sciscitantibus 15. q. 8. vbi dr, ꝙ manu Sacerdotis accipienda sunt sacramenta quamdiu toleratur ab eccle. Respondetur, ꝙ illud c. & alia in, quibus habetur, ꝙ non est recedendum à sententia prælati, quantumcunque criminosi ante sententiam, loquũtur in eo casu, qñ Sacerdos, aut prælatus non est excommunicatus, vel suspensus per sententiam, vel ipso iure, si habeat fornicariam etiam publicæ, sed non est notorium ẽm. [Quia] 3. Pars. [Benedictio eorum in maledictionem illis,]. s. quasi scientes recipiunt benedictionem ab eis, qui ex hoc incurrunt peccatum, propter quod digni sunt maledictione Hu. & Arch. [Et oratio in peccatum] quod ideo dicit, quia peccant, qui ad eorum orationes accedunt, † quia oratio de

Opponit & Respõdet.


3 se nunquam est peccatum [per Prophetam] Malachi. 2. [Maledicam, inquam, benedictionibus vestris] Id est, reprobabo, vel 1. putabo maledictionẽ, qui benedixerit vobis, sed vide 1. q. 1. maledicam & c. multi. vbi multipliciter exponitur. [Qui vero] 4. pars. [præcepto] de non intrando ecclesiã, quo ad illos, & de non audiendo officium eorum, quo ad alios [beato Gregorio] Non loquitur de se, sed de alio Gregorio, multi nanque fuerunt, vnde patet, ꝙ sicut supradiximus non est hoc cap. primi Grægorij [peccatum] Paganitatis, & Idolatriæ. Hu. Vel infidelitatis glo. & Arch. vnde alibi dicitur infidelis, & hæreticus d. 22. c. omnes Hu. Et est Arg.

4 †ꝙ Episcopi, & alij subditi tenentur obedire: cum Papa vel præcepit eis aliquid Ar. 25. q. 2. si quis dogmata 19. d. in memoriam, & c. nulli. Aut si non obediunt, causam Domino papæ debent rescribere, extra de test. si quando Hu. & Arc. dist. 22. omnes. in fi. Arc. [contemnit] 25. q. 1. violatores, & c. nulli, & c. generali. Et secundum hoc intellige supra dist. 19. nulli, Ioan. de Fan. & Arch. &c.

Io. de Fant.

1 *Beneficium auferri debet ei cui aufertur officium ratione delicti.*

2 *Appellans à sententia, retinet adhuc possessionem beneficij.*



SI quis. Ad idem subiungitur hoc c. Alexandri Papæ, vbi statuit, vt officio, & beneficio priuetur, qui vxorem susciperet, aut susceptam remitteret. Breue est. Vbi nota secundum Hu. ꝙ hæc tria capitula, de eadem materia loquuntur. Lege. ¶ [Si quis acceperit vxorem.] Vt patet in ru. [acceptam.] In vxorem. Io. de Fan. infra e. minister. Arch. [proprio] Id est executione proprij ordinis Hu. & Arch. Nota hic†, ꝙ, cui aufertur officium ratione delicti, auferri debet, & beneficiũ. Et hoc regulare est, sed causaliter, quandoque beneficium cõceditur de misericordia, ablato officio, vt di. 50. studeat, & c. presbyteros. & dist. 28. Presbyterum. Quandoque econ. vt 7. q. 1. præsentium. & 1. q. 1. c. 1. Quandoque etiam punitur in persona, nõ in reb. vt 16. q. 1. cognouimus, & c. illud Hu. & gl. [satisfactionem] põt. n. tolerari, & satis facere. Arg. j. dist. prox. Presbyter. Vel subaudi maxime Arg. 3. q. 3. c. 2. Hu. & Arc. Nota idem esse, & in Subdiacono, vt d. 18. decernimus infra ca. proxi. Hug. [Nec aliquam portionem] Hoc regulare est extra de appel. Pastoralis. nisi dispensaretur di. 50. studeat. Arc. Et nota hoc ꝙ amouetur quis à beneficio, vt infra c. prox. Item amouet per sententiam, sed talis non statim desinit possidere, quia possessio multum facti habet extra de conces. præben. cum nostris. ẽm. Vincen. & Goff. qui ita notant. extra de excep.

Exponit literam

1

2 Apostolicæ. †Vnde si appellat à sẽtẽtia, adhuc retinet possessionem beneficij secũdum Vinc. De hac materia satis notatur in prædicto c. cũ nostris. Et adde, quod notatur di. 74. in summa & 2. q. 4. presbyter. Arc.

Vincen.

1 *Clericus fornicarius priuatur beneficio.*



SI quis. Ad idem est hoc c. eiusdem Romani Pontificis, in quo statuit, †quod clericus fornicarius beneficio priuetur. Breue est. Lege. ¶ [Si quis ita beneficio.] Arch. idẽ iuris esse in vno coherentium, quod in alterũ Ar. di. 34. si quis viduam, & 3. q. 6. hoc quippe Hug.

1


Exponit literam.



EOs. Ad idem est hoc c. eiusdem Papæ, & idẽ dicit. ¶ [Eos Diabolo.] Et operibus eius. [faciunt se alienos] Id est, indignos alienari. [iustissime] Id est merito peccatorum suorum. Et ita determinat non verbum, sed nomen. s. alienos vel refertur ad hoc, quod sequitur. Et ita indicamus eos esse priuatos beneficijs, ecclesijs iustissime. Ex eo. n. sic faciunt iuste, eis infligitur hæc pœna, secundum Hu. Et hæc videtur melior expositio.

Exponit litera.

1 *Sacrarium, quid dicatur.*



MInistri Ad idem est hoc cap. Lucij Papæ, quod diuiditur in duas partes. In 1. statuit, vt altaris ministri non eligantur, nisi qui continentiam seruent. In 2. ponit pœnã eorum, qui post ordinationem, continentiã non seruãt. 2. ibi. Plana. Lege. ¶ [Ministri siue Diaconi.] Nam Subdiaconi sunt ministri altaris, quia & ipsi altario ministrant. Argum. dist. 23. item ministrum. & dist. 25. Sed non faciat de eis mentionem, quia tunc temporis talis ordo non connumerabatur inter ordines sacros Arg. dist. 60. cap. vlt. Et licite tunc Subdiaconi vtebantur Matrimonio contracto. Argum. dist. 31. ante. Et 27. quæstione 2. multorum. Hu. [continentiam.] Argu. dist. 31. lex omnino. Hu. [Si vero]. 2. Pars. [propriæ vxoris.] De cuius consensu vouerat continentiam, quia alias non liceret, vt dist. 32. seriatim. & trigesimo tertio, q. vlt. c. vlt. Hu. [inuadere] Id est contra Ius Ar. Contra per rapinã ascendere, vt ei cõmisceat carnaliter. Vitium. n. notat verbum inuasionis, cum enim de voluntate vxoris emittit quis votũ continentiæ, vel ordinem

Diuisio

Exponit literam.


dinem sacrum suscipit, solutum est inter eos vinculū coniugale, quo ad debitum exigendum, vel reddendum, licet non quo ad curam, & promissionem, vt di. 31. lex omnino, qui si eam cognoscat, committit incestum, & filij inde nati Spurij sunt, & non legitimi ſm Hu. extra de filijs pres
Hostiensis bit. literas, ſm Host. qui istam sententiam, vna cum Innoc. tenet extra de conuersi. coniuga. dudum, & etiam eam te-
Goffre. net Goff. qui de hoc prolixe notat in summa de filijs presbyt. §. item, quod si. Sed Raym. contra, vt ibi dicitur. Et no
Raymund. tat ipse Raymundus, in summa e. titu. §. quis posset, versi.
1 quod, si sacerdos. [sacrarij.] † Locus est iuxta altare, ad quē soli presbyteri, & diaconi, & subdiaconi tempore immolationis intrant, vt di. 23. non oportet. Hug. vt sacrarij. i. sacrorum vasorum [holocausti oblationem] Intransitiue. i. oblatum sacrificium. i. corpus Christi confectum. Et ponitur proprie holocaustum. Hu. [ab offerentibus]. i. sacerdotibus [qui offerunt illud]. i. conficiunt Hu. [Nec ad portionem porrigendam] q. d. Nec suscipiant ab alijs, vt ipsi sumant, nec accedant ad porrigēdum alijs. Vel melius. Hoc vult dicere, vt diaconi, non recipiant patenam oblatam à subdiaconis, solent. n. subdiaconi hæc offerre diaconis, & diaconi præsbyteris. [Et quod tales presbyteri de cætero non conficiant] q. d. diaconi non exerceant officium diaconale, nec presbyteri presbyterale, & referuntur singula singulis, sic nec ipsi diaconi suscipiant oblationem [holocausti]. i. oblatam transubstantiandam in sacrificium. i. corpus Christi [ab offerentibus]. i. à subdiaconis, qui offerunt diaconibus patenā cum oblata, nec presbyter [ad portionem dominici corporis]. i. ad corpus Christi cōficiendū, vel ad portionem porrigendam alijs, posset etiam secundum Hu. totum legi de presbyteris, vt. s. diaconis offerentibus patenam, oblata non suscipiant, vt cōficiant, nec alijs communicent, propinent sibi conficiendo, vel alijs porrigendo. Hu. & Arch. [minora]. i. minoribus ordinum, sicut est portatio incensi, & candelabri, & aquæ benedictæ. Hec & huiusmodi dicuntur minora officia in ecclesia, vt dicunt, quia sunt officia Acolytorum, & subdiaconorum, & diaconorum, vt distin. 23. non liceat, si videatur tibi contrarium. distinct. 50. qui sub gradu, ibi inuenies solutionem secundum Hug.

1 *Cohabitatio cum clericis, quare prohibetur clericis.*
2 *Præsumptio fit pro aliquo, vel contra ex societate, vel soli citudine.*
3 *Et ex frequentia. nu. 3.*
4 *Probatio, an admittatur contra præsumptionem.*


Lericus. Hic incipit 3. pars distinct. in qua, quia tractauerat de continentia clericorum præcipue in proximis 5. c. superioribus, & consortium fœminarum multum impedit continentiam clericorum,
Continuatio. ideo magister annectit per sequen. capitula, ne quibus consortium, & cohibitatio cum fœminis prohibetur clericis. Hæc autem prohibitio facta est duabus de causis, vt dicit hic Hu. & commemorat Arch. † Prima est,
1 quia cohabitatio cum fœminis facile præstat occasionem incontinentiæ. Secūda. Quia videtur habere spēm mali, & abstinendum est non solum à malis, sed à specie mali. extra de vi. & hon. cler. cum ab omni. Nos de hac materia plura diximus. s. dist. 32. circa c. interdixit, vbi disputauimus. Vtrum conuenienter clericis prohibitum sit cohabitare cum mulieribus. Ibi vide. Diuiditur autem hoc ca. in
Diuisio. sex partes. In prima prohibet accessum solius clerici sine licen. maiorum ad tabernaculum mulierum. In 2. statuit, ne solus cum sola fabulas immisceat. In 3. ne Arc. sub colore officij frequentet domicilia matronarum, aut illis aliquid mandet. In 4. adiungit pœnam contrafacientibus. In quinta prouidet, quando occurret necessitas loquendi cū mulieribus. In 6. ne clericus habitet cum extranea muliere. 2. ibi. Nec solus. 3. ibi. Hec Archidiacon⁹. 4. ibi. Si agnitum. 5. ibi. Sed si forte. 6. ibi. Tamen nemo. Lege. ¶ [Clericus solus.] Arg. † ex societate, vel solicitudine præsumi pro
2 aliquo, vel contra Ar. infra. e. cum omnibus, & 18. q. 2. diffinimus, & in c. 10. Hug. [siue maioris]. i. prælati, vel cui incumbit cura, & solicitudo talium. Hug. [Nec solus] 2. pars. [Nec archidiaconus] 3. pars [humilitatis]. i. pietatis, volens sub prætextu pietatis visitare viduas, & pauperes, vel infirmas. Hug. non est sub prætextu pietatis committenda im

pietas, vt in gl. officij, quod ab episcopo solet inungi ei ad
3 curam viduarum, vt di. 88. Episcopus frequenter. † Sæpe. n. ex frequen. præsumitur pro aliquo, vel contra. Similiter & ex mora lōga Ar. di. 34. quorundam Hu. [secrete.] Ar. contra ea, quæ fiunt secrete. Nam ex modo agendi sæpe præsumitur pro aliquo, vel contra. Ar. 30. q. 5. aliter. & 33. q. 5. notificasti. ¶ [Si agnitum] 4. pars. [deponatur.] Tandem, si sæpe admonitus non cessat, tamen procedere debet excōmunicatio, 23. q. 4. forte. Hu. vnde dic, deponatur post tertiam admonitionem, vt infra ca. proxi. quod est, palea hic, & habetur, extra de coha. cle. & mu. secundum Io. de Fant. Arc. ¶ Sed hic surgit quæstio, Vtrum admittetur probatio in contrarium. Dicunt quidam, ꝙ non, cum ius hoc præsumat, & super præsumpto statuat, vt notatur dist. 50. ferrum, licet in hoc casu quidam dicant contrarium, cum hic pro contumacia potius puniatur, quam pro præsumptione. Arg. extra de coha. cle. & mu. si quispiā, & infra c. prox. quod est palæa: quo casu, quasi conditionaliter fertur sententia, & non absolute in cōtrarium probatio admittitur, & excommunicatus innocētiam purgat vsque ad annum, 11. q. 3. rursus, & c. quicunque. Io. de Fan. Arc. [Sed si] Quinta pars. palea est. Hug. [per nutrimentum]. i. per seipsum. s. vt in propria persona vadat Hu. [Tamen nemo] sexta pars [nisi forte soror] quæ omnino admitti possunt ad cohabitandum cum clericis, notauimus plene supra distinc. 32. c. interdixit. Ibi vide.

Quæstio, Respōdet.


I quispiam. Hoc palea est, & ponitur, extra de cohab. cler. & mu. ibi exponitur [iudicetur]. Nota, ꝙ ratione delicti mulier efficitur de foro ecclesiæ Arc.


Portet. Hic incipit 4. pars huius distinc. in qua probat per 10. capitula sanctorū patrum, ꝙ cum clericis nō debent cohabitare suspectę mulieres, nec solus cum sola debeat confabulari secundum Ioan. de Fantu. & Arc. diuiditur autem hoc c. in 5. partes. In prima ponit quam necessaria sit vigilantia pastoris super gregem suum. In 2. exprobrat, vt detestabilem habitationem clericorum cum mulieribus. In 3. iubet illā prohiberi. In quarta assignat rationes prohibitionis præfatæ. In quinta imponit pœnam contra facientibus. 2. ibi, Nec. n. hoc. 3. ibi. Nisi. n. talis. 4. ibi. Cauere. n. nos oportet. Quinta ibi. Si quis vero. ¶ [Nec] secunda pars. [sancita]. i. statuta s. di. 32. hospitiolum, & c. presbyter. Arch. [Nephariam.] Nedum facere turpia. Nam etiam aures, & ora, & oculos audientium, loquentium, & videntiū quodammodo polluere videntur. Ar. di. 24. presbyteri, & 32. q. 4. Nemo antiqui, & 2. quæstio. 5. habet hoc, in princip. Archi. [stimuli] Tentationis carnis. Nam cohabitationem sæpe intercipit adulterium, vt 18. quæst. 2. diffiniuimus. Hug. & gloss. [Apostoli] 2. Cor. 6. [ministerium]. i. dignitas, vel officium prędicandi, ꝙ polluitur ex mala vita 2. q. 5. si mala. Arc. [Cauere] 4. pars [Scriptum est. n.] Leu. 19. & 31. di. tenere, & j. di. pxi. proposuisti, & c. plurimos. Arc. [Si quis vero.] Quinta pars. priuetur, si admonitus non dimittit cohabitationem mulierum. j. e. Arc. Hu. & Arch. [prophetæ.] Oseæ 5. [Contaminant] Quantum in eis est 49. di. c. vlt. Aliter. n. quæ facta sunt contaminari non possunt 15. q. vlt. c. vlt. Et extra de coha. cle. nostra. Huic literæ concor. 1. q. 1. sicut populus & c. multi in fi. Arc. [alius propheta.]. s. Malachias c. 1. [fallitis]. i. creditis fallere, vel fallitis, quātum in vobis est. Nam Deo mentiri potestis, sed non fallere, vt de consec. di. 2. panem de altari. & 24. q. 3. Deus. Hu. qui pollutos, quantū ad ipsos offerentes. 1. q. 1. quod quidam. & di. 10. lex igitur c. vlti. [voluntas] Id est beneplacitum. Hug. [non accipiantur] id est non habebo acceptabilem, id est non approbabo. Hug. & c.

Exponit literam.


Olumus Ad idem est. c. hoc eiusdem Gregorij, in quo prohibetur clericis habitare, siue conuersari excepta matre. Breue est. Leg. ¶ [Volumus excepta, & c.] Cum istis exceptæ etiam alię intelliguntur, quæ licite cum clericis habitare possunt, vt infra eo. cum omnibus, & di. 32. interdixit. vbi nos notauimus omnes fœminarum conditiones, quæ licite cum clericis habitare possunt. [vel vxore.] Volunt aliqui hoc reducere ad antiqua tempora, vt. c. loquatur secundum ea tempora, quando clerici in sacro ordine licite vtebantur Matrimonio

Exponit literam.

trimonio contracto, sed litera sequens, scilicet, quæ caste regenda est, videtur repugnare, sed dicunt coniugalem actum, etiam vt tangit gl. dicit castitatem, vt di. 31. Nicæna. Sed est contrarium, quia verba sunt Lucij, cuius tempore iam erat inducta continentia, saltem in presbyteris, & diaconibus, vt. s. e. minister, qui multo tẽpore præcessit quẽlibet Gregorium. Et sic tempore cuiuslibet Gregorij iam erat inducta continentia saltem presbyteris, & diaconis, dicas ergo secure, inquit Hu. si iuuencula est talis, ꝙ suspitio carnalis commistionis possit haberi de ea, tunc non simul, sed seorsum. i. in diuersis ecclesijs, vel in diuersis domibus debent habitare, vt. s. di. 77. episcopus. Si vero omnem prauam suspitionem effugiant, bene possunt in eadẽ domo, sed non in eodem loco, seu lecto vel camera habitare, vt hic dicitur. [Caste] nõ exigendo, vel reddendo carnale debitum, sed necessitas ministrando, etiam de bonis ecclesię, si aliunde non habent. Nam Apostoli eas pascebãt de eo, quod sua prædicatione acquirebant, vt dist. 30. omnino. secundum Hug.

1 *Abstinendum est à licitis, si eorum occasione timetur perueniri ad illicita.*

2 *Cohabitatio sororum an prohibeatur per hoc capitulum.*



Egitur. Sequitur ca. ad idem propositũ, quod est eiusdem Gregorij in registro, in quo recitatur, ꝙ beatus Augustinus seruabat circa hoc. Planum est. ¶ [Legitur]. s. in legenda beati Augustini. [nec cum sorore] Arg. † esse abstinendum à licitis, si eorum occasione timetur perueniri ad illicita. Ar. di. 38. quamuis, & di. 21. denique, & 63. §. verũ. Hu. ¶ Sed surgit hic quæst. † An per hoc c. prohibeatur cohabitatio sororum. Respondetur, quod nõ, sed recitatur, quod fecerit Augustinus, & persuadetur alijs, quod in hoc eum imitentur, quod si talis fuit soror, quæ sine frequentia aliarum fœminarum non possit esse cum fratre presbytero, remouebitur à cohabitatione fratris.

(Exponit literam. 1 Quæstio. Respõdet. 2)



N omnibus. Ad idem est hoc c. ꝙ ex sinodo sumptum est, in quo datur doctrina, quo modo, & quando, & cum quibus femineis personis clericus loqui habeat Et diuiditur in duas partes. In prima statuit. In secunda assignat rationem conuenientiæ statuti. Secunda ibi. Vt excludatur. Lege. ¶ [In omnibus quis]. i. aliquis clericus certus. i. certa persona publica [prælatus] qui causam colloquẽdi solet habere cum fœminis, vt abbas, vel is, quẽ ipse præfecerit, vt 18. q. 2. in decima. Idem intelligendum est etiam de alijs prælatis, vel certis personis. vt est Archidiaconus, Archipresbyter, & huiusmodi, & generaliter de omnibus qui sunt bonæ opinionis, & de quorũ continentia non dubitatur. secundum Hug. Vel sic. [vt clericus certus quis]. i. certa persona, & est idem sensus. [certo tempore]. i. determinato, & congruo, siue in die, siue in nocte. Nam etiam in die potest esse incongruum ẽm qualitatem rei, de qua agitur Ar. 1. q. 1. emendari, & 23. q. 8. occidit. [Certo loco] . s. in publico, vel in occulto non suspecto, vt 35. q. 6. ab isto & 34. q. 1. non satis Hug. & Arch. Cum certis personis, de quibus non habeatur suspitio, ꝙ rei illicitæ consentirent, vt est mater, soror, & vetula. Religiosa, & opinionis bonæ, sæpe. n. habetur, vt ratione personarum præsumatur pro aliquo, vel contra 5. q. 5. non omnis, & dist. 89. decenter, & 18. q. 2. diffinimus, [vt excludatur] secũda pars [melius est] Ecclasi. 4. Alibi dicit Ambrosius, ꝙ binarius non habeat significationem, vt 32. q. 1. nuptiæ. Respondetur, ꝙ licet binarius reprobaẽ, vt in prælatione 7. q. 1. in apibus. Quia nõ est diuisionis, & ideo, quia primus est, qui recidit ab vnitate, videtur infamis. Nihilominus non in quolibet casu, aut loco, in quo ponitur, reprobatur, imo est conuenientissimum quandoque: vnde consideranda est res, de qua agitur, & circa quam loquatur. Hic autem optime conuenit, quoniam vbi quis præsumeret turpia, si solus esset, redarguitur à socio, & sic cessat vel correctione illius, vel saltem verecundia, quam non pateretur solus secundum Hug. [væ enim soli] ecclesiast. quarto. Simile septima quæst. prima, illud, & de sta. mon. cap. secundo. Nota hic, quòd præsumitur pro aliquo, vel contra, quandoque ex persona agentis, quandoque ex persona eius, cum quo agitur, quandoque ex solicitudine, quandoque ex societate, & vbi ex hoc vel ille præsumitur, facile est incidere secundum Hug.

(Diuisio. Exponit literam. Ambrosius.)

1 *Serui possunt contrahere cum ancillis aliorum, etiam inuitis dominis vel nescientibus.*




Vm omnibus. Ad idem est hoc ca. ex concilio 3. Carthaginen. Et continet hoc ca. ius commune. Arch. Breue est, & non diuiditur. Leg. ¶ [Cũ omnibus. Extraneæ] Quo ad consanguinitatem, vel affinitatem, vel domesticam necessitatem. Hug. Ioan. de Fantuc. & Arch. Quæ autem fœmina habitare possit cum clericis notauimus per decem conclusiones. s. di. 32. in c. interdixit, vide ibidem. Ex familia, vt sunt ancillæ. & pedisequæ, & generaliter omnes illæ, quæ licite possunt cohabitare, & communicare domino excõmunicato, vt 11. q. 3. Hu. verum ad huiusmodi verbi declarationem vide notata 3. q. 5. in summa. Arch. [etiam antequam] Hoc ideo dicit, quia si forte non haberet, non exigeretur, vt post ordinem tot reciperet. Sed ex quo recepit aliquam domesticam necessitatem, non est honestum, 1 vt eas personas reijciat. Hug. [Aut si seruus] Arg. † ꝙ serui possunt contrahere cum ancillis aliorum, etiam inuitis dominis vel nescientibus. Hu. ¶ Sed hic surgit quæstio, quomodo cum istis capitulis, quæ permittunt clericos secum habere aliquas fœminas, & cum eis habitare, potest stare, ꝙ clericis præcipitur habere vnum dormitorium, & vnũ refectorium, 12. q. 1. necessaria, & de consec. dist. 5. in omnibus, & dist. 32. præter hæc. Respondetur, ꝙ illa capitula intelliguntur de collegiatis. s. monachis, & canonicis regularibus, siue secularibus, qui simul tenentur viuere, sed nec etiam omnes collegiati simul dormiunt, & simul viuunt, secundum diuersam consuetudinem diuersarum prouinciarum, siue regionum. Hæc autem capitula intelliguntur de alijs, vt puta de presbyteris parochialibus, qui cum sua familia viuere possunt, imo generaliter de omnibus, siue collegiatis, siue non, qui singulariter viuunt, ẽm Hug.

(Exponit literam. Io. de Fan. Quæstio. Respõdet.)



On oportet. Ad idem est hoc ca. ex concilio Leodicen. vbi inhibetur clericis balneari cum fœminis. Lege. ¶ [Non oportet omnino Lauacra]. i. balnea. [Habere cõmunia]. i. simul balneari ꝙ si quis fecerit, pœnitentia trium dierum ei imponitur, vt Ber. li. 9. si quis in balneo. Hu. quid si maritus cum vxore balneauerit se. Respondet Hug. Credo non esse peccatum. Honestum tamen esset, vt non fiat [prima]. i. maxima. Hug. & Archid.

(Exponit literam.)



Rchidiaconum. Ad idem sequitur hoc ca. Gregorij in registro, vbi mandat priuari Archidiaconum, si mandatis episcopi de nõ cohabitando cum mulieribus, non paruerit. Breue est, & planum. Lege. ¶ [Archidiaconum, habitare] cum quibus non licebat Hug. [priuatum] non dico ipso iure, sed esse priuandum. i. priuetur, si nolit acquiescere, vbi glo. dicit post trinam admonitionẽ hic, vt tangit Hu. & Arch. dicunt, ꝙ non est canon latæ sententiæ, sed ferendæ, vt patet in decretali allegata in glo. c. si quispiam. Alij dicunt, vt Hu. ꝙ est data sententia sub conditione, qua existente non erit opus alia sententia, sed ex illa erit priuatus officio, & beneficio ecclesiastico.

(Exponit literam.)



Vidam clerici. Ad idem tendit hoc c. ex concilio Toletano, in quo statuitur, vt mulieres, quæ cum clericis matrimonium contraxerunt, venundentur, & clerici ad agendam pœnitentiam religentur. Breue est. Lege. ¶ [Clerici] in sacris constituti. Hug. & Arch. [Habentes] cum de iure habere non possint. Arc. [Consortia] Cardinalis commistionis. Hu. Vel consortia. i. matrimonia. Arch. [appetunt] de sacro Arc. [venundentur] si hoc non potest esse per episcopum, quia fœmina potens est, fiat per principem, vt dist. 32. eos. Et est notabilis casus iste, vbi quis propter delictum suum redigitur in seruitutem. De hac materia respice. supra distinct. trigesima secunda inter cap. eos, quæ dicta sunt secundum Hug. & not. quòd quidam referunt illud vocabulum, scilicet quęcunque, tantum ad ancillas, quòd satis exsufflatur ex eo, quod dicitur trigesima secunda, eos, & decima quinta, quæst. vlti. cum multæ [illis] scilicet clericis.

(Exponit literam.)

Infecerunt illæ fœminæ, sic eis commiscendo in sacro ordine Hug.&c.



Foeminas. Ad idem est hoc c. Syrici papę idem dicit, quod supra. Lege. ¶[Necessitudinum] Nomine necessitudinis hæc causa domestica, quam vinculum consanguinitatis, vel affinitatis. Hu. Nam necessitudo sumitur pro vtroque. ff. de iusti. & iure. l. fin. & C. qui pe. tut. vel cur. l. si filijs. Lau. & Arc.

Exponit literam.

1 *Presbyteri possunt licentiare clericos suos.*



Clerici. Ad idm est hoc capi. ex concilio Carthaginen. vbi prohibet duo ſm quæ pôt diuidi hoc c. in duas partes. Primo quod clerici inferiores non accedant ad loquendum cum feminis, nisi de licentia, & iussu superioris. Secũdo, ꝙ etiam nec episcopi soli habeãt accessum ad eas, nisi, vbi præsentes fuerint, aut clerici, aut graues personæ. Secunda ibi. Nec ipsi episcopi. Leg. ¶[Clerici, vel continentes]. i. conuersi, vel deuoti. Hu. [virgines.] sacras. Hu. & Arch [presbyterum] Arg. 1 †ꝙ presbyteri prælati possunt licẽtiare clericos suos, qđ credit Hu. verũ esse, vbi possunt eos instruere, alias non. Ar. q. 1. episcopos, sed nec per illud possunt, quo ad hoc, vt illi trãseant ad episcopatum alium. Hu. & Arch. [Nec] 2 pars.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Abbatissa, si non potest prouidere monialibus, quis eis prouidebit.*




Ad reatum. Hic incipit quarta pars huius distinctio in qua ostendit ad reatum episcopi pertinere, si permittit viduas, vel moniales cum clericis habitare. Lege. ¶ [Ad reatum]. Nam hoc tenentur episcopi, & presbyteri. s. prouidere religiosis fœminis, quæ in eorum parochia sunt. Hu. [familiaritatibus] Vt sumant eorum brachas, & camisias, & huiusmodi seruitia faciant. Nam cum huiusmodi monialibus qñque deficiant proprij sumptus, coguntur quædam seruilia opera facere, & sub prætextu eorum quandoque illicita committunt. Ne ergo talia faciant, tenentur episcopi eis prouidere. s. vt per abbatissam habeãt victum, & vestitum. ¶Sed surgit hic quæstio. 1 †Quid si abbatissa non potest eis prouidere, vel satis facere? Respondeo ꝙ tunc episcopus prouideat eis de quarta pauperum, quæ si non sufficit tunc de suis redditibus, vel suorum clericorum prouideat. Si obijcias, ꝙ tunc magis luxuriarentur, si otijs vacarent, quæ est in desiderijs omnis otiosus, vt de conse. dist. 5. nunquam. Respondet, ꝙ orationibus, & vigilijs, & ieiunijs earum debet consistere exercitium. Vel dicendum, quòd etiam exercere se possunt in filando, in texendo, & suendo pannos suos, in familiaribus operibus sibi, & ecclesiæ necessarijs. secundum Hug.

Exponit literam. Quæstio. Respõdet. Opponit Respõdet.

Viduæ De subsidio præstando viduis ĵ. di. 87. in principio. Omnia sunt plana, & de se patent.

¶ Distinctio Octuagesima secunda.



Generaliter. Hic incipit, & intitulatur di. 82. in qua iterum adiungit de continentia clericorũ. Præmittit tamen ratione capituli præcedentis ad reatum qualiter episcopi pauperibus, & infirmis debeant prouidere, secundum hoc diuiditur hæc distinctio in tres partes. In prima dicitur, ꝙ episcopus debeat pauperibus, qui laborare non possunt, pouidere ſm posse suum. In secunda ostendit, qualiter sint puniendi, qui post promissam continentiam commiscentur suis vxoribus, vel et de facto contrahunt. In tertia annectit qualiter pœnitentia imponẽda sit sacerdotibus lapsis in fornicatione. Ita, ꝙ postea possunt separari. s. vt dispensatione possint remanere in ordinibus, Secunda ibi, proposuisti. Tertia ibi, In. §. Qui autem. Litera patet.

Diuisio.


1 *Laborare qui potest manibus, & victum acquirere non est inter pauperes numerandus.*



Episcopus. Inducit magister ad probandum, quod dixerat de prouidendo per episcopum pauperibus c. hoc, qđ est Carthaginen. Concilij in quo nihil habetur, nisi, quod dictum est. Leg. ¶[Episcopus ver. qui]. s. pauperes, & infirmi, ad vtrosque refertur, & ponitur discretiue. Nã si suis manibus laborare possent, sed negligerent potius, tunc eis subtrahẽdum esset potius, quã dandum, vt 23. q. 3. nimium, & 5. q. 5. non omnis, vnde gl. super Mat. Iustius fecerit, si iniuste petentem correxeris. Hu. [inquantum]. s. vt primo sibi, & suis prouideat deinde alijs, vt di. 86. non satis. Hu. & Arc. Vnde etiam, vt dicit Gui 1 do Carmelita †qui laborare manibus potest, & victum acquirere, non est inter pauperes numerandus, & merito redarguendus est, vt defraudator pauperum, qui bona pauperum inuadit. Vnde Apostolus 2. ad Tit. 3. dicit, Qui non laborat, non manducet.

Exponit literam.

1 *Constitutio est perpetua, vbi pœna est perpetua.*
2 *Bigamus, quare repellatur à promotione.*
3 *Innocentius, an dederit eandem formam, & emiserit eandem constitutionem, quam Syricius.*
4 *Ignorantia, an debeat probare.*



Proposuisti. Secunda pars, in qua dicitur, quod puniantur sacerdotes, & diaco. qui non seruauerunt sentẽtiam Syrici papæ de castitate, ſm Io. & Arc. Diuiditur autem hoc c. in quatuor partes. In prima ponit consultationem episcopi. In secunda ostendit de hoc articulo non præcessisse constitutionem à papa Syricio. In tertia ostendit autoritates sacræ scripturę, ꝙ clerici debeant caste viuere. In quarta elicit, & soluit. In quinta respondet consultationi secundum constitutionem Syrici latam in hoc articulo. s. vt illi, ad quos constitutio Syrici, non peruenerit in suis ordinibus tolerẽtur, sed ad maiores non promoueantur. Sed illi, ad quos peruenit, & postea fecerunt, omnino deponãtur, & ab vxoribus separentur, nec excusari possunt exemplo vete. testa. 1 vel autoritate Apostoli Pauli, vt ipsi putabant. †Secũda ibi. de his. Tertia ibi. Est. n. vetus. Quarta ibi, si fortasse. Quinta ibi. Sed ea plene. In literę expositione mouebuntur aliqua dubia. Leg. ¶[Proposuisti incontinẽtes esse] cum filij sunt paruuli, aut fuissent cum sunt grandiusculi, vel adulti Hu. & Arch. [generali] in sacro ordine [de vxoribus] de facto sibi copulatis in sacro ordine, vel de vxoribus legitimis, cũ quibus professi continentiam, post ordinati sunt, nõn facit aũt mẽtionem de subdiaconis, quia, vt dicit Hu. cum tamẽ nec ipse à tempore Apostolorum potuerunt sic contrahere matrimonium, quia tunc temporis, quantum ad vtendum matrimonio contracto nondum erit recepta continentia in secundo ordine, imo in tali ordine licite commescebantur vxoribus ante illum ordinem sibi copulatis, tantum de presbyteris, & diaconibus facta est quęstio, & ideo de eis respondetur ſm Hug. [prodiderunt] Hic est præsumptio iuris ex ipsius rei euidentia, simile di. 28. priusquã, & 33. q. 2. de his vero. [Est. n. vetus] secũda pars. [diuinarum] . s. mosaicæ, & Apostolicæ. Nam & in veteri lege constitutum est à tempore Apostolorum obtinuit. dist. 84. cum in præterito. Hug. & Arch. [sola continentia]. i. à solis continentibus. [Est. n. vetus.] Tertia pars. [sacræ]. s. veteris. Hug. [legis]. s. Leui. 4. 5. & 6. [Ab initio] Ex quo tradita [anno]. i. tempore. s. septimana. s. totum pro parte, sic n. instituit Dauid. 2. paralip. 24. vt cum essent 24. sacerdotes singuli ministrent de sabbato in sabbatum. i. per septimanam. i. forte intuitu vxorum, hoc est institutum. Hu. [suæ vicis.] Ar. ꝙ sufficit scholaribus ad hoc, ꝙ consequantur stipendia ecclesiæ, si sua vice seruiant ecclesiæ [cum suis] ibi ab omni labe spirituali, & corporali, siue exteriori [diuina mysteria]. i. officia. nominatiui casus sunt. Hu. & Arch. [admitti] etiam in veteri lege. [vel] pro & vxoribus. [quia scriptum est] Leuit. 20. [sancti]. i. mundi, & c. [vsus]. s. vxoris [& aliena] sola tribus leuitica est electa ad ministerium diuinum. Nume. 10. & Deuteronom. 10. & Iosuæ 13. [quam ex tribu Leui] Et successione Aaron], tunc enim in successione sanguinis erat successio sacerdotij, vt distinctio. 31. tenere, 32. qõ. 4. §. his ita [iussus]. i. permissus, sic distinctio. 31. tenere. Arch. [quo]. i. quãto magis [hi sacerdotes]. s. nostri tẽporis, quãto . n. sanctius est sacrificium corporis, & sanguinis Christi, ꝙ est san-

Diuisio. Exponit literam.

est sanctum sanctorum sacrificio, & sanguine tauroru m & hircorum, aut agnorum, tanto sanctiores debent esse sacerdotes Christi.[sine successione.]Quia dignitas ecclesiæ non debet deferri sanguini, sed vitæ, vt 8.q.2.Moyses,& c.apostolica.[nec].i.non,q.d. & quibus non præterijt dies à sacrificijs, si sumatur pro sacrificio corporis Christi, intelligatur, quasi propter duos dies, quibus nõ celebratur.s. die passionis,& sabbati paschalis, vt de conse.d.3. sabbato. secundum Hu.& vel si exponitur[sacrificijs].i.officijs,& sic cessat omnis obiectio.Hu.sed re vera licet sic dicat gl. Hu. & Arch.nihilominus videtur tex.stare in veritate, quoniã licet die veneris sancta non conficiatur corpus Christi, nihilominus sumitur, & offertur illa die, & die sabbati à sacerdote,accidit autem oblationi sacrificij, ꝙ illa conficiatur. Vnde potest dici, ꝙ non præterijt dies in qua à sacrificio corporis Christi, sacerdotes vacent in ecclesia licet sit aliqua dies,in qua non conficiatur,sed confectum præcedenti die offeratur,sicut fit die veneris sancta,& ita iuge sacrificium fit in ecclesia,ꝙ præcessit in figura legis. Numeri 21.[baptizati]si opus est,quemquam baptizari.Hu.[Paulus] 1.cor.7.[præcepit].i.persuasit,quia non potest vir continere sine consensu vxoris,vt 33.q.4.Apostolus, & q.5.si dicat.Vel potest esse præceptum,quo ad dies feriatos[vxoribus volentibus continere]vt 33.q.4.christiano[iuge]Ar.

2¶Cõstitutio. Adde Card.Zab. in clemen. 2.in pri.de sepul.& arctat post publicationem Petr. de An.in c. cũ infirmitas.num.3. de pe & remis. & proprie cõcernit futura, nõ pterita. idẽ in c cognoscẽtes. nu.4 de cõstit aliqñ tñ trahitur ad pterita. idẽ in c. cũ in nu 5 .de elec qualiter autem sint cõdẽde cõstitutionis: Vide eundẽ in c. 1.nu 1. de pac.

1 †ꝙ vbi est pœna perpetua,& constitutio a Ar.dist.31.sacer
a dotibus,& c.si laicus.Hu.[dictum sit] Ad Titũ primo.[omnia humanis vsibus concessa] de cibis loquitur. [munda mundis].i.illis,qui in fide sumunt, & iusti sunt.[contaminatis autem per peccata, & infidelibus]. i. qui non credũt in Deum, vel Deo[nihil immundum est]quia non sunt digni donis Dei[sed mens].i.intellectus, & consciẽtia eorũ [inquinatæ sunt]quasi non ex cibo inquinatio eorum,sed ex malo intellectu,& conscientia peccatorum gl.or.[Apostoli,sed fortasse] Quarta pars, obijcit sibi[scriptum est]i. ad Ti.3.& ad Ti.1.[non dicit hoc Apostolus] Hic respondet,vt permaneat, nõ ideo dicit eum debere virum vnius vxoris,vt ea vtatur tempore sacerdotij, sed propter suam continentiam.i.vt ea mortua contineat, & secundam non inducat,vt sic per negationẽ intelligatur[vnius].i.nõ plurium. Ar.di.26.vnius]vna est.Vel propter continentiam.i. in signum futuræ continentiæ, quod fit,quando vnam tantum habuerit.Cum.n.quis mortua prima, non accipit secundam,vel contentus est tãtum vna,arguitur de eius continentia,aut non.[Quomodo.n.potest esse orator,&c.]†Et
2 hęc est vna causa,quare bigamus à promotione repellitur .s.quia præsumitur de eius incontinentia, vt distinct. 26. vna est, & alia causa defectus sacramenti, vt di.26.acutius ſm Hu.[in carne].i.carnaliter viuentes.Hu.[non possunt] Ita,quia tribulationem carnis patiuntur.Hu.[Sed ea]quinta pars,in qua respondet consultationi,& reuertitur ad cõstitutionem Syricij de qua supra mentionem fecit.¶Sed
3 surgit hic quæstio.†An Innocentius dedit eandem formã, & emiserit eandem cõstitutionem, quam Syricius. Et respondetur, ꝙ sic.Pro cuius intelligentia dimissis alijs modis, qui tãguntur in gl.Notandum est,ꝙ Syricius papa bis emisit constitutionem.Primo illam,quæ data erat ab Apostolis.s.vt in sacris ordinibus nullus deberet contrahere, & si contraheret deponeretur, vt di.84.cum in præterito. Hoc primo statutum est ab Apostolis,sed, quia abierat in dissuetudinem,renouata est à Syricio. Procedente autem tempore ferebatur quæstio de talibus, de quibus loquitur Innocentius in hoc ca.Et inde sumpta occasione,Syricius aliam constitutionem edidit in qua mitigauit, & temperauit rigorem suæ primæ constitutionis, & Apostolicæ, propter nouitatem factæ,quo ad reuocationem suam temperauit, emittendo bimembrem constitutionem in hunc modum.s.vt illi,qui,per ignorantiam primæ constitutionis suę, scilicet Syricij excusarentur, in hoc alleuiarenter, vt non deponerentur, si de cætero vellent continentur viuere ad maiora tamen non promouerentur, qui vero non possent excusari, omnino deponerentur, habeant eandem formam.s.secundæ constitutionis Innocẽ. scribit Exuperio episcopo.d.[sed ea sententia].s. Syricij est[dispar,& diuisa].i.bimembris est,quam diuisionem, & distinctionem recipit Hu.[Ad omnes prouincias]pro maiori parte.Hu.[non probabitur].Hic surgit quæstio.† Vtrũ

Quæstio. Respõdet.

Quæstio, 4 ignorantia debeat probari.Et arguitur,ꝙ sic, sed,ꝙ non, qui ignorare se dicit,sed aduersarius teneatur ꝓbare sciẽtiam, Arguitur 3.q.9.iudicas,& 24.q.1.si quis dederit.¶In oppositum vero,videlicet, qui ignorare se dicit, teneatur probare ignorantiam.Arguitur ex.1.q.1.si quis à simoniacis,& 9.q.1.ordinationes,vbi dicitur,ꝙ qui allegat ignorãtiam,eã probare debet.Respondeo circa hanc materiam, magister Io.in gl.dicit, ꝙ hoc regulare est.s. vt qui allegat ignorantiam, eam probare debeat, ꝙ autem hic dicitur, vt videtur innui ex litera, ꝙ probatio scientiæ deferatur parti aduersę.dicit esse speciale,quandocunque lex aliqua promulgatur vel aliquid præcipitur,vel prohibetur,quia illud adhuc licitum est ignorare. Ideoque nõ præsumitur quemquã peccasse contrafaciendo,nisi probetur eius sciẽtia.Sed vt dicit Hug. & Arch. verius videtur dicendum,vt dicunt,qui iuris apicibus inuigilant, regulare esse ignorãtiam non debere probari,sed scientiam, ꝙ ostenditur multipliciter.Primo. Nam qualiter potest probari ignorantia ab ignorante,præsertim per testes, præterea secundo, qui sententiam negat, probationem ponit aduersario. Nam cum quis allegat ignorantiam, eoipso intelligitur probare,donec probetur contrarium. Ar.C. qui milit.non poss. l.super seruis.li. duodecimo.Item tertio certum est illũ aliquando errare: ergo præsumendum est eum adhuc ignorare,donec probetur contrarium: ergo regulare, & generale, quod nullus tenetur probare ignorantiam,vt hic,& 3.q.3.iudicas,& inst.de elec.§.quod autem.Si vero inuenitur,ꝙ probetur ignorantia dic,ꝙ probatur eoipso,ꝙ non probatur scientia,vel volens quis ignorãtiam probat, sed non cogitur,nisi forte aliqua appareant indicia.Vnde præsumitur crassa,& supina,sed tunc etiam non probatur,nisi nisi per iuramẽtũ,vt 34.q.2.in lectũ,vel ẽt per testes, nõ directe,sed per obliquũ 1.q.1.si qui à simoniacis,vbi de hoc facile est ergo respõdere oĩbus illis c. vbi dicitur.Quis ꝓbare ignorantiam.Quod probat eoipso,ꝙ eam allegat, & non probatur in contrarium.Vel probat volens,vel debet probare,cum est supina, vel crassa, & multum per aliqua indicia præsumitur contra ip sum de scientia. Isti ergo in hoc c.ignorantiam allegabant,quia negabant constitutionem ad se peruenisse,ideo probatio, ꝙ peruenit incumbebat aduersæ parti,secundum Hug.[his ignorantibus venia non negabitur,&c.]Hic surgit quæstio. Vtrum isti clerici ignorantes constitutionem emanesse,iuste sunt puniti, cũ prohibentur ad maiora conscendere. Et videtur,ꝙ non, quia ignorãtia,aut fuit iuris,aut facti. Si iuris: ergo in nullo debuit excusare. ff. de iure. & fac. igno.l.regula, & 38. di.nulla.Si facti:ergo omnino excusat.ff.eo.titu. in omni. Iniuste ergo puniuntur in hoc, ꝙ non possunt ad maiores ordines promoueri.¶ Ad hoc dicunt quidã,ꝙ partim versabatur hic ignorantia iuris,partim ignorantia facti.Iuris, quia apostoli prius fecerant constitutionem de tali continentia seruanda,quæ quia abierat in dissuetudinem, renouata est à syricio,sed ipsi ignorauerunt esse renouatam. Et sic,quia attenditur pro parte ignorantia iuris,nec excusantur,vt mere ignorantes ius,nec excusantur, vt mere ignorãtes factũ,sed & iuris ignorãtia qñq. excusat à pœna, sed nõ à culpa 24.q.1. si quis dederit. Hoc tñ dicere aliquibus non placet dicentibus esse tenendum,quod dicitur in glo. Arch.Hu.vero dicit.Ego autem credo hoc dictum esse de misericordia,cum de rigore deponẽdi essent,& hoc videtur nobis melius dictum.Vnde litera sic legitur.[Non probabitur]ab aduersa parte,vel ab his accusationib. ſm opinionem aliquorum.¶[His ignorãtibus venia non negabatur]Quare autem in aliquo,cum sit ignorantia,possent excusari.Respondetur,ꝙ ideo,quia fecerunt contra constitutionem prius factam à tempore apostolorum,licet,iam fere abijsset in dissuetudinem.Et, quia fuit in eis ignorantia iuris crassa,& supina,cum ad omnes prouincias missa fuerit talis constitutio. Et quia peccauerunt mortaliter cum talibus vxoribus, & his omnibus puniuntur, ne in amplius promoueantur, & deberent ob hoc ex toto deponi, sed de misericordia parcitur eis in suis ordinibus,quia aliquem colorem excusationis videntur habere, propter ignorantiã secundum Hug.[Abstinere]à carnalibus vxoribus.Hu.[Si quis autem sciisse].i.sciuisse.[deteguntur].i.cõuincuntur ab aduersa parte, Vel si dicas, probationem incumbere eis deteguntur,hoc ipso,ꝙ non probant ignorantiam. Nam quia illa cõstitutio ad omnes prouincias missa fuerat, præsumitur scire, nisi probetur in contrarium,ita, ꝙ ad eos non peruenerit, dico siue per publicationem ibi factam

Opponit

Respõdet.

Quæstio.

Respõdet.

factam, siue per famam, vbicunque alibi sit publicata. Nam decretales quædam ad quasdam prouincias missæ sunt. Et tamen obtinent etiam ibi, quo non peruenerunt, nisi per famam. Et ibi etiam iudicandum est ſm eas, si certum sit iudici, ꝙ sint decretales, vt di. 19. si Romanorũ. Si vero dubitatur, an sint decretales, vel non, quæstio facti est ei, qui eas inducit, incumbit probatio, ſm Hu.

1 *Priuilegium illicitum contra ius non excusat, nec prodest.*



Lurimos. Ad idem sequitur hoc c. Siricij papæ, in quo ponitur illa constitutio Siricij papæ, de qua. s. Innocẽtius mentionem fecerat. Et loquitur de eadẽ materia ex toto. Diuiditur autem in quatuor partes hoc c. In prima autem narrat casum de incontinentib. scientibus constitutionem. In secunda de ignorantibus eã. In tertia vtriusque pœnam imponit. In quarta protestatur se vlterius non indulturum delinquentibus contra præfatam constitutionem. Secunda ibi. Item, quia aliquãti. Tertia ibi. His hac. Quarta ibi. Et quia exempla. Lege. ¶ [Plurimos de coniugijs]. i. de coniugibus, cum quibus continẽtiam professi sunt, ꝙ non licet. s. dist. proxi. ministri. [& de turpi coitu]. i. de vxoribus, quas de facto post ordinem acceperunt. Et hinc perpende casum istius c. & superioris. Ex hoc. n. probatur, ꝙ c. Innocentij loquitur de his, qui in sacro ordine contraxerunt, & de quibus professi continentiam postea concesserunt ad vxores suas, vel de coniugib. de facto copulatis post ordinem vel iure copulatis ante sed professi erant continentiam cum eis. [de turpi]. i. concubinario. Hu. & Arch. [præscriptio]. i. priuilegio, & exceptione, simile di. 50. domino. Hu. alias præsumptione. Arc. [legitur] Numeri 6. & Leuit. 10. & Luc. 1. dicens. Leu. 20. & 21. [procul a suis domibus mentiuntur] Ergo, qui dicunt, ꝙ tunc habitabãt in propria domo. Hu. [solius successionis]. Sed nonne etiam causa continentiæ. Respondetur, ꝙ sic, sed illa causa erat præcipua, & ita intelligitur præcipue secundum Hug. [Quia aliquãti] secunda pars. Ecce quare in præcedenti. c. dictum est, ꝙ sententia Siricij erat dispar. i. bimẽbris. [ignorantia constitutionis nostræ] per hoc aperte colligitur, ꝙ Siricius aliam constitutionem fecerat de continentia, alioqui, quare, vel qualiter diceret ignorãtia lapsos, vel, vt. s. diximus, ignorantia constitutionis Apostolorum [his hac conditione] Tertia pars. [deiecti]. i. lapsi Hu. ver. [illiciti priuilegij] Ar.† ꝙ illicitum priuilegiũ contra ius non excusat, nec prodest etiam longa consuetudo. Ar. contra illos, qui pro se allegant illicitas consuetudines antiquas. Ar. 32. q. 4. nemo, & 1. q. 4. c. vl. Hu. [priuauerunt]. i. fecerunt, vnde digni sunt priuari, sic 11. q. 3. ipse ligandi & c. placuit. Hu. & Arch. ideo autem dicitur hic, se priuare quia incidit in sententiam canonis. Ideoque tanquam suspensus celebrare non debet. Ar. s. dist. proxi. si qui, secundum Ioan. de Fantu. & Arch. [Et quia] quarta pars. [Cauere] Ar. ex præsentibus futura præsumi. Ar. di. 50. si quis diaconus. Et dist. 51. præterea. de hoc etiam dist. 18. peruenit. [Obscuratum] Quo ad promotionem, vel tolerantiam ferre per excommunicationem, vel aliam grauem pœnam. [seueritas exercẽda est in incorrigibiles] Ar. di. 62. docendus, & 16. q. 1. in canonibus, & 35. q. 8. incestuosi. Hug. [abscindantur] Ne totum corpus intereat, corrumpantur, vt 24. q. 3. resecandæ. Hug. [fomentorum]. i. admonitionis, & scrutationis. Hu. & Arch.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio. Respõdet. Io. de Fan.

Qui autem. §. est, in quo incipit tertia pars huius distinctionis, in qua quæritur, qualiter pœnitentia imponitur sacerdoti lapso in fornicatione ita, ꝙ postea possit celebrare. & respondetur, ꝙ decẽ annis debet pœnitere. Io. & Arch.

1 *Episcopus, an possit cum clerico fornicante dispensare.*
2 *Pœna vna potest commutari in aliam.*
3 *Ieiunium, an possit commutari, aut pecunia redimi, aut ieiunio per alium facto, & vide numero 4. 5. 6. & 7. & numer. 10. & 11.*
8 *Ieiunia ab ecclesia, instituta, nec possunt commutari, vel redimi pecunia, vel alio opere æquiualenti.*
9 *Ieiunia voto confirmata possunt recipere dispensationem ex causa;*



Resbyter. In hoc ca. ꝙ sumptũ est ex concilio Grangen. habetur de pœnitentia clerici notorij, fornicarij, dicens, ꝙ licet canones, &c. & diuiditur in quatuor partes. In prima ponit temperantiã rigoris circa pœnam fornicarij notorij dicens, ꝙ licet secundum canones Apostolorum talis deponi debeat, nihilominus statuit concilium, ꝙ peracta pœnitẽtia in ordine remaneat, & ad officiũ restituatur. In tertia extẽdit eandem sententiam ad alia crimina, quę depositionem inducunt: in quarta persuadet, vt vel tales cum penituerint, supportentur. Secunda ibi. decem annis. Tertia ibi. Eodem quoque. Quarta ibi. Eadem, Lege. ¶ [Presbyter, si fornicationem]. Sed hic surgit quæstio, de qua fornicatione loquatur, aut de occulta, aut de manifesta. Respondetur, ꝙ hoc de fornicatione occulta intelligi nõ potest, quia nulla dispensatio fit, nec aliquis inde deponi potest, quia latentia peccata non habent vindictam, quo ad ecclesiam 32. q. 5. christiana. Dicimus ergo, ꝙ intelligimus de manifesta fornicatione. Manifesta quidem siue euidentia facti, siue confessione publice facta, siue in iudicio, siue simplici, siue adulterina, pro qua meretur presbyter deponi, sicut præcedentia capitula dicunt. Sed surgit hic quæstio.
1 †Vtrũ episcopus possit in hoc crimine cum clerico fornicante dispensare. Respondetur ꝙ sic. Nam in potestate episcopi est & arbitrio, post peractam pœnitentiã, cum eo dispensare, & eum restituere, vt hic dicitur, imo de quolibet alio mediocri crimine, etiam si quis inde sit conuictus, dummodo non sit condemnatus, potest episcopus cum eo dispensare, vt 2. q. 5. quæ de cã. & 33. q. 2. hoc ipsum ſm canones Apostolorum potest dispensari. Et similiter circa quatuor concilia, vt dist. 34. cognoscamus, & c. lector. ¶ Si dicatur contra, quia de quatuor cõcilijs dicitur, ꝙ sunt obseruanda, sicut quatuor euangelia vsque ad vnum apicem, dist. 15. sicut, & dist. 16. facta. Ad hoc respondendum est, ꝙ intelligendum est illud de articulis fidei, de generali statuto ecclesiæ. In his. n. nulla admittitur dispensatio, sed in alijs congrue admittitur, siue contra canones Apostolorum, siue contra statuta conciliorũ. Et præsertim in aĩaduersione personarum, secundum Hug. [Sponte confessus] secus, si metu probationum, vt no. dist. 24. c. vlt. & quia spõte, ideo mitius agendum est dist. 50. c. presbyterum. Arch. [adiecit] de psalm. sumptum est 40. vbi dicitur de peruerso. Non adijcet, vt resurgat. [à culpa]. i. conabitur, vt resurgat à culpa. Sed vere pœnitens adijcit, vt resurgat [decem annis] Secunda pars. ¶ Sed contra, quia alibi dicitur, ꝙ sacerdoti pro fornicatione imponitur pœna 12. annorum, vel 15. 19. q. 1. si quis sacerdos, & c. non debet. Alibi. 7. vt 33. q. 2. c. hoc ipsum. Ad hoc respondetur, ꝙ varietas est pœnarum ſm diuersos canones, ex qua varietate videtur esse dimissum in arbitrio episcopi, vel alterius imponẽtis pœnitentiam, vt hanc vel illam imponat, inspecta qualitate criminis, & pſonę. Præterea. Nõ est magna vis in numero annorum, quia asperior potest esse pnĩa septennis, quã illa, quæ est 10. vel 12. vel 15. annorũ. Vel põt dici ꝙ pro incestuosa fornicatione imponitur presbytero pœnitẽtia. 15. vel 12. annorum pro alia 10. vel septem annorum. ſm Hug. [Et præcipuis festiuitatibus] de quibus habetur, de consecra. dist. 3. c. 1. Lauren. & 7. q. 1. si quis in clero Hug. & extra de ferijs. c. vltimo. Arch. [de carcere] vel de alio loco secreto, qui fuerat ei assignatus. Hu. [tamen in publicum]. i. solenniter, sic. n. nunquam debet pœnitere, vnde sic saluantur contraria, quæ possunt induci. Hug. [mensuram]. i. seruata modesta refectione. s. vt se non ingurgitet. Hug. & Arch. [non induresca.] Nimio rigore pœnitentiæ desperatus psalm. 89. Vespere decidat, induret, & arescat. [vltimus canat] In memoriam suæ transgressionis, vt 19. q. 3. manducamus. Hu. [ad cornu altaris] Quasi dicat non ministret altario. [vocem] Quam non habemus in hoc corpore decreti, vt dicit gloss. [minora]. i. minorum ordinum. Hu. [paschalib']. s. qui sunt à pascha vsq; ad pẽthecosten. vt di. 76. §. nõ autem, & 33. q. 2. latorem [ferias]. s. 2. 4. & 6. vt 17. q. 5. c. 1. [Calixti] di. 50. ponderet. Hug. & Arch. [Sane] Tertia pars. [Secundam feriam] Idem intelligo de quarta, quia expresse prohibetur infra de sexta. quod. n. de vno negatur, & c. dist. 24. qualis. [denarium] Argu.
2 †ꝙ vna pœna potest commutari in aliam, & ꝙ illud, quod tenemur facere, alius faciendo ea licite compensatur. Ar. 36. q. 1. de raptoribus.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio Respõdet. Quæstio. Respõdet. Opponit. Respõdet. Opponit Respondet.

Quæstio. 3 ribus.¶ Sed hic surgit quæstio.† Vtrum ieiunium possit cōmutari, aut pecunia redimi, aut ieiunio per aliū facto. Et videtur ꝙ non. Ieiunium imponitur ad macerationē corporis, ad depressionem rebellionis carnis, ad eleuationē mentis, qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentē eleuas, &c. Sed ista non potest quis consequi per eleemosynā, aut per ieiunium per alium factum: ergo videtur, ꝙ ieiunium nec commutari posset, nec redimi. ¶ Secundo sic ad Galathas 6. inquit Apostolus. Vnusquisque onus suum portabit. i. pœnam pro peccato suo: ergo videtur, ꝙ necesse sit, ꝙ vnusquisq; onus delictū proprio peccato sustineat: ergo ieiunium impositum vni, non pōt redimi ieiunio per aliū facto. ¶ Tertio. Culpa vnius, inquantū hmōi, nōn est alterius, similiter nec reatus: ergo similiter nec satisfactio vni⁹ pot esse satisfactio alterius: ergo per consequens nullus potest satisfacere pro alio. Et ita pœna vnius potest redimi pœna alterius. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti c. cum glos. Respondeo, dicendum sub certis conclusionibus. Prima est, † ꝙ ieiunium commutari potest, & redimi. Ista conclusio patet ex præsenti c. arg. etiam ad hoc sumitur 36. q. 1. de raptoribus, & dist. 41. non cogantur. Patet etiam per doctores. extra de obserua. ieiu. per totum. ¶ Secunda conclusio, † quādo venit impossibilitas obseruandi ieiunium, non est necessaria redemptio ieiunij. Ista cōclusio est Hu. Et probatur sic. In illo casu non tenetur ieiunare, quia ad impossibile nemo tenetur, vt dicit regula iuris: ergo non tenetur tunc ieiunium redimere. Consequentia est manifesta, nihilominus tamē, si quis vellet in hoc casu aliquod bonum dare, vel facere pro ieiunio quod non potest implere, bene facit, sed tamen illa datio non diceretur redēptio, cum ad ieiunandum non teneretur in illo casu sed diceretur grata oblatio, & supererogatio, secundum Hug. ¶ Tertia conclusio. † Vbi est causa euidens, ꝙ quis non potest seruare statutum ieiunium, licite potest absque superioris dispensatione per se huiusmodi statuti obseruantiā præterire, præsertim consuetudine inueniente, vel si non possit de facili recursus ad superiorem haberi. Ista conclusio est S. Th. in secunda secundæ q. 147. art. 4. ¶ Quarta cōclusio, † Vbi causa, propter quam quis videtur non posse statutū ieiunij obseruare, est dubia, nullus autoritate propria debet soluere ieiunium, sed est necessaria superioris dispensatio. Ista conclusio est etiam beati Thomę, vbi. s. Et patet conclusio, ꝙ nullus in propria causa debet esse iudex, si commode tamen potest haberi recursus ad superiorem. Dicit tamen Hos. extra de obserua. ieiu. c. consilium, ꝙ non sufficit licentia simplicis sacerdotis, si potest haberi episcopus, quia sicut absolutio à sententia iuris nō pertinet, nisi ad episcopum, qui & potest facere ius synodale, sic nec dispensatio in dispensatione iuris. Si vero non potest commode recurri ad episcopum, potest curatus dispensare ex iusta causa. s. infirmitatis, debilitatis, carestiæ, penuriæ, laboris, peregrinationis, & huiusmodi. ¶ Quinta conclusio, † Ieiunia ab ecclesia instituta non possunt commutari, nec redimi pecunia, vel alio opere æquiualenti, quæ in sic ieiunante possunt tamen mutari, sicut ieiunium festi, quod est in die lunę, sit in sabbato. Et dicitur, ꝙ in quibusdam locis Franciæ, s. vbi sunt ecclesiæ sancti Quintini, non ieiunatur in vigilia omnium sanctorum, sed tertia die precedenti secundum Inno. ¶ Sexta conclusio. † Ieiunia voto confirmata possunt recipere dispensationem ex causa. Istā conclusionem ponit Hu. cardinalis, & post eum Arch. Vnde Alexander papa dispensauit cum rege Ludouico, qui ex voto ieiunabat in pane, & aqua, nec poterat esse lætus illa die, nec audire causas, nec facere iustitiā. ¶ Septima conclusio. † Ieiunia voluntaria, & sine causa, quæ in ieiunante subsit, dummodo alias sit vtile redimi, possunt autoritate superioris, & extra de voto c. 1. Ista conclusio est Innocen. & Arch. ¶ Octaua conclusio. † Ieiunia imposita in foro Iudicij exterioris, sicut sunt ista die, de quibus. c. præsens loquitur, quæ à canone imponuntur clerico publico fornicatori, possunt redimi pecunia, aut etiam alio bono æquiualenti, aut ieiunio per alium facto, sic, vt arguit gl. potest redimi per eleemosynam: ergo ieiunio per alium facto, sicut arguit gl. Secundo ieiunium viui liberat mortuum, vt 13. q. 2. animæ, & de pœniten. dis. 6. c. 1. Ergo etiam potest liberare viuum. Sed hoc est dicere iuxta glos. ꝙ in ieiunio imposito in foro pœnitentiæ à sacerdote, & ieiunio imposito à canone, non potest fieri commutatio propria autoritate, sed requiritur & causa, & autoritas presbyteri sui. Ar. de pœniten. di. 6. c. 1. vel cuiuscunque alterius presbyteri, si hoc continuit ab illo, qui sibi imposuit pœnitentiā, vt dicit Hu. in ieiunio vero imposito à canone autoritate canonis istius facere potest. Vnde dicebat Io. de Fan. ꝙ à iure oppressionem habet, vnde, quòd vellet, præstando liberatur Ar. ff. de iure do. l. plerunque, & ff. de opti. l. 2. ſm Archid. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes. Ad primam respondetur, quod ieiunium ad duo ordinatur. s. ad solutionem debiti peccatorum præcedentium, & ad excisionem causarum peccatorum sequentium. Quantum ad primum potest commutari, & redimi, & per alium satisfieri, sicut hic dicitur maxime quando is, cui iniunctum est ieiunium impotens est per se satisfacere, & sic loquitur hic. Dicit autem Alexander de halis, ꝙ hoc fieri debet cum assensu clauium, & ordinatione. Non. n. videtur sibi consonum rationi, quòd vnus satisfaciat pro alio in propria autoritate, sed quod requiratur autoritas clauis, sic ordinantis. Quantum vero ad secundum effectum nō potest vnus pro alio satisfacere, propter rationem assignatam in arguendo, quoniam per ieiunium vnius caro alterius non domatur. ¶ Ad secundam respondetur iuxta dominum Alexandrum in quarto, quòd hoc secundum, quòd cum præcisione intelligitur, debet intelligi in statu illo, vbi non continuātur suffragia membrorum, sicut in inferno, ibi præcise vnusquisque onus suum portabit. s. sine aliqua alienatione ab alio facta. Hoc autem requirit mera dei iustitia. Vel dicendum ſm Tho. super epistolam ad Galat. 6. quòd nōn loquitur de onere sustinendę infirmitatis, quod debemus mutuo portare, iuxta illud ibidē. Alter alterius onera portate, sed loquitur de onere reddendæ rationis, quod quiliter per se portabit. Et ita non militat cōtra propositum nostrum. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia vt dicit Alexander de Halis, vbi. s. non est simile de culpa, & sacisfactione. Culpa. n. nō est communicabilis. Culpa. n. tua non est mea. Charitas autem est diffusiua, & communicabilis, similiter & opera charitatis, propter quòd licet culpa, & opera, culpæ teneāt suos actores præcise, non sic est de charitate, & operibus charitatis, cuius est opus satisfactionis, propter quod vnus potest pro alio satisfacere, & non peccare. Concordat S. T. in quarto di. 45. qui ait, quòd opus fit ab eo, qui est in charitate pro alio, est eius pro quo fit. Et ita satisfactio, quæ fit pro alio, est eius pro quo fit. Sequitur in litera. ¶ [Sextam feriam, nulla interueniēte redemptione.] Si ieiunare potest. Hæc est differentia inter feriam secundam, & hāc sextam, quia illa redimi potest, cum quis ieiunare potest, sed non commode, nec de facili cum eum oporteat vel laborare, quòd oporteret eum intermittere, si deberet ieiunare, aut cum magna difficultate fieret vtrunque, sed in tali nō licet redimi feria 6. Sed, si nullo modo ieiunare potest, nulla est differentia inter illas, quia tunc non imputatur ei, si non ieiunat, nec tenetur per hoc aliquid dare, vt dictum est in prima conclusio. secundum Hu. [Eadem] Tertia pars. [Eadem]. i. cōsimilis, quantum ad reparationem. Hu. [De omnibus] mediocribus tamen. s. in quibus potest episcopus dispensare, vel in quibus nō est inhibita dispensatio, sicut est in homicidio, & simonia, secundum Hug. [vel eadem] Id est consimilis, quo ad modum pœnitendi, & ieiunandi, non quo ad reparationem, vel restitutionem honoris. Hu.

Marginalia (left): Quæstio. — Primū ar. — Secūdū ar. — Tertiū ar. — Opponit et respōd. — Prima cōclusio. 4 — Secūda cōclusio. 5 — Tertia cōclusio. 6 — Quarta cōclusio. 7 — S. Thom. — Hostiensis — Quinta cōclusio. 8 — Sexta cōclusio. 9 — Septima cōclusio. 10 — Octaua cōclusio. 11

Marginalia (right): Io. de Fan. — Ad primū arg. — Alex. de Halis. — Ad secūdū. Alexander de Halis. — S. Thom. — Ad tertiū. Alezan. de Halis. — S. Thoma. in 4. s. dist. 45. q. 2 q. stio 4. c. 9. Exponit literam.

¶ Distinctio Octuagesima tertia.

1 *Pollui quomodo aliquis dicatur alieno peccato.*



PRouidendum. Hic incipit, & intitulatur di. 83. quæ sic continuatur ad superiora, iuxta Hug. & gloss. In duabus superioribus distinctionibus tactum est, qualiter ordinandus debet esse sine crimine proprio. In hac distinctione ostēditur, qualiter debeat carere alieno. Duobus. n. modis quis dicitur esse sine crimine. s. proprio, & alieno. Et sicut repellitur proprio, ita & alieno: ergo ad hoc, quod ordinetur, ita debet carere alieno, sicut & proprio. 1 † Et nota, quod quis dicitur pollui alieno peccato, si consensu ad alienum peccatū præbeat

præbeat. Diuiditur autem hæc distinctio in tres partes. In quarum prima punit prælatos negligentes, & hoc per sex autoritates. In secunda detestatur prælatos, qui malorum adulationibus pascuntur, & delectantur. In tertia dicit, quòd Sacerdotes licet sint in aliquibus culpandi, non tamen in prędicatione eorum, & officijs sunt despiciẽdi. Secunda ibi. In. §. Si quis autem. Tertia ibi. In. §. Quanquam.

2 *Consentientes peccatis aliorum mortalibus consensu consilij, operationis, authoritatis, ratihabitionis, & defensionis peccant mortaliter. & nume. 6. & 7.*

3 *Consensus per viam negligentiæ potest esse mortale peccatum, vel veniale, & nu. 5.*

8 *Consentiens præstando authoritatem, aut defensionem maleficio, magis peccat, quam faciens, & magis est puniendus.*

10 *Angeli violenter extraxerunt Loth, & totam familiam de subuersione Sodomorum.*

11 *Patiens percuti clericum an incidat in canonem.*

12 *Interficere, si vult te aliquis, nisi ego dem sibi pecuniam, an teneat ei dare.*



On est grandis Hoc est primum c. quod inducit magister Gratianus ad probandum, ꝙ ordinandus non debeat pollui peccatis alienis. s. consentiendo peccantibus, quia sic consentiendo alienis peccatum alienum facit suũ. Et est c. Symachi papæ. Pro cuius c. & totius huius distinctionis pleniori intelligentia quæruntur tria.

1 ¶ Primum est, vtrum omnes consentientes peccantibus criminaliter, peccent mortaliter.

4 ¶ Secundum est, vtrum pari culpa teneantur crimina cõmittentes, & peccantibus consentientes.

9 ¶ Tertium est, vtrum medicus recusans curare infirmũ, sit reus homicidij, si infirmus moriatur.

1 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur, quod non omnes consentientes peccantibus criminaliter peccent mortaliter. Primo sic, Consensus, qui dicitur esse negligentiæ, non est peccatum mortale: ergo, &c. Probatur antecedens, quoniam talis negligẽtia quandoque est communis, etiam sanctis viris, vt dicit Aug. primo de ciuitate Dei, ꝙ non solum inferiores, verũ etiam, qui superiorem vitæ gradum tenent ab aliorum reprehensione se abstinent, propter quędam cupiditatis vincula, & non propter officia charitatis. ¶ Secundo sic. Negligentia non videtur esse peccatum mortale, patet, quia super illud Iob 9. verebar opera mea, dicit Grego. illum, scilicet negligentia minor amor exigerat, sed vbicunque est peccatum mortale, totaliter tollitur amor Dei: ergo negligentia non est peccatum mortale. ¶ In oppositum videtur c. præsens, & infra e. c. error. vbi dicit. Innocentius papa. Error, cui non resistitur approbatur, &c. Respondeo dicendum, ꝙ multiplex est consensus. s. negligentiæ, consilij, cooperationis, & autoritatis, pacis habitationis, & defensionis. De istis sit ista prima conclusio. † Cõ-
2 sentientes peccatis aliorum mortalibus consensu consilij, operationis autoritatis, ratihabitionis, & defensionis peccant mortaliter. Ista cõclusio patet ex c. præsenti, & est ita
3 clara, vt non egeat probatione. ¶ Secunda conclusio. † Consensus per viam negligentiæ potest esse mortale peccatum vel veniale. Mortale quidem, vt inquit S. Th. in secunda secundæ, & in q. disputatis. Quando homo ex timore mundano, vel aliqua cupiditate terrena præferens ista charitati fraternæ, negligit corrigere fratrem delinquentem. Et ista conclusio expresse habetur ex c. sequenti, vbi episcopus ita negligens, iubetur deponi. Veniale autem peccatũ est, quando timor, & cupiditas tardiorem faciunt hominẽ ad corrigendum delicta fratris, non tamen ita, ꝙ si ei con staret, ꝙ fratrem posset à peccato retrahere propter timorem, vel cupiditatem, dimitteret, quibus in animo proponit charitatem fraternam. Et hoc modo, vt dicit Aug. qñque sancti viri negligunt quandoque corrigere delinquentes, & sic respondetur ad primam rationem in oppositum. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ negligentia quandoq; est veniale peccatum, sicut quando contingit ex defectu feruoris charitatis, qui dicitur à Gregorio minor amor, quãdoque vero est mortale, vt diximus. Concor. Alexander de Halis in secundo.

Primũ ar. | Secũdũ ar. | Grego. | Opponit i contrariũ. | Respõdet. | Prima cõclusio. | Secũda cõclusio. | Ad primũ arg. | Ad scdm

4 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ pari culpa teneantur committentes crimina, & consentientes sic. Primo ex c. præsenti, vbi dicitur, ꝙ non est grandis differentia, vt quis proprijs manibus occidat, vel patiatur occidere. ¶ Secundo sic. Facientes mala, & consentientes pari pœna puniuntur, vt in cap. quanto extra de sen. excom. Ergo pari culpa tenetur, consequentia patet, quia ordine iustitiæ quantitas pœnæ requirit quantitatem culpæ. iuxta illud Apoc. 18. quantũ glorificauit se tantum date ei tormentum. ¶ Tertio arguitur ex c. facientes dist. 86. facientes, proculdubio culpam habet, quod potest corrigere. negligit emendare. ¶ In oppositum argu. Quia si quis non percutiat clericum, licet patiatur percutienti, non incidit in canonem, incidit tamen percutiens: ergo videtur, ꝙ non pari culpa, teneatur consentiens, & committens peccatum ipsum. Respondeo dicendum, ꝙ vt notat S. Thom. super primo. c. ad Rom. Consentire criminibus contingit dupliciter, vno modo directe. Et hoc dupliciter. Primo quidem laudando, & approbando peccatum, secundum illud psalm. 9. d. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ. Secundo modo præbendo consilium, vel fauorem secundum illud 2. Paralipome. 19. Impio præbes auxilium. Alio modo contingit consentire criminibus. s. indirecte. Et hoc etiam est dupliciter. Primo modo non corrigendo. Secundo non impediendo quocũque modo, si potest. Alij, vt iuristę distinguunt aliter dicẽtes, vt tangit Ber. & Host. super c. 1. de offi. dele. ꝙ quadruplex est consensus. s. negligentiæ, consilij, cooperationis, & autoritatis. Quibus distinctio. habitis. Sequitur prima con
5 clusio. † Consentiens criminibus aliorũ indirecte sine cõsensu negligentiæ. s. non corrigendo, aut non impediendo modo sibi possibili, & conuenienti minus peccat, quã facientes, nisi forte negligentia nimis crassa fiat, vt in plato cui ex officio incumbit 1. q. 1. quicquid inuisibilis, & infra in hac di. 100. cõsentire, & c. nihil, & in iudice extra de sen. excomm. c. quanto. Ista est Bern. & Host. ibi, & Arch. infra
6 in c. error super versic. fouere. Secunda conclusio. † Consentiens directe. s. consensu consilij minus peccat, & per consequens minus punitur, quam faciens, plus tamen, quam negligens. Patet conclusio dist. 86. tanta. secundum Bernar. & Host. ibi. Si arguatur, ꝙ capitulum videtur facere contra, quia ibi plus pœnitet consulens, quam agens. Et respõdet, ꝙ illud ideo, quia cum agente fuit dispensatum ex causa, vt ibi notatur secundum Ioannem Andr. Conclusio autem posita est vera, vt dicit Ioannes Andreas. in nouella, si alias esset facturus, alias est par delictum, vt extra de homicidio, sicut. §. qui, sic intellige. ff. de furt. l. qui seruo, & extra de pœnis, fœlicis in princ. libr. 9. & in cle. eo. titu. si quis suadente, in princ. Et idem in mandato. ff. mandati. l. 2. & extra de sent. excom. mulieres, secundum Host. & Io. And. Et ita intelligendum est illud Apostoli ad Rom. 1. Digni sunt morte non solum, qui faciunt peccata, sed qui consen
7 tiunt facientibus. Tertia conclusio. † Consentiens alienis criminibus directe per viam fauoris, & cooperationis, æqualiter peccare dicitur eum faciente, Ista conclusio est Bernar. & Host. ad quam facit. ff. ad. l. cor. de sica. l. 3. §. item qui, & per consequens pari pœna venit puniendus, vt 11. q. 3. qui resistit. in fin. In quo casu intelliguntur omnes autoritates dicentes, ꝙ facientes, & consentientes pari pœna plectentur.. vt 2. q. 1. notum, quòd tamen verum est, quando malefactor non erat alias delictum perpetraturus nisi ille præstasset fauorem, fuissetque cooperaturus, alias
8 minus puniretur, vt. C. de ni. agg. non rumpen. l. vnica, & ff. de fur. l. is qui opem. Quarta conclusio. † Consentiens pręstando authoritatem, aut defensionem maleficio, magis peccat, quam faciens, & magis per consequens puniendus est 24. q. 3. qui aliorum. & 11. q. 3. qui consentit. Ista cõclusio est Bernardi, vbi supra, quod verum est secundum Host. in grauioribus, puta hæresi, & similibus, sed in similibus, siue minoribus criminibus habet locum par pœna, vt ibi in tex. qui esset alias contra, cum illi sint principales fautores, & tamen pari pœna puniuntur. Ad hoc. ff. de receptatoribus. l. 1. & 2. & C. de his qui latro, occul. l. 1. & 2. Nota, ꝙ Goffredus, qui posuit istam materiam extra de simo. non satis omisso eo, quod hic dicitur de consilio, ponebat pro quarto casu consensum ratihabitionis. s. eius, qđ suo nomine gestum est, allegat de rest. spo. cum ad sedem, in fin. facit de senten. excom. cum quis. in fin. lib. 6. secundum

Primũ ar. | Secũdũ ar. | Tertiũ ar. | Opponit i contrariũ. | Respondet. S. Tho. Lect. 8. | Prima cõclusio. | Secũda cõclusio. | Opponit | Respõdet. | Ioan. And. | Tertia cõclusio. | Quarta cõclusio.

dum

dum Ioan. And. in c. 1. de offi. deleg. ¶ His habitis dicendū
Ad arg. est ad rationes, ad quas vna patet responsio. s. quòd procedunt de his, qui directe consentiunt malis alienis per fauorem, & auxilium præstando, siue cooperando male facientibus.

9 Ad tertium Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ medicus recusans curare infirmum, quia non datur sibi pretium non sit reus homicidij, si infirmus
Primū ar. moritur, Primo sic. Nemo inuitus cogitur de suo facere beneficium Ar. 10. q. 2. præcarie. Ergo, cum non teneatur medicus proprijs sumptibus curare infirmum, non tenebitur eum curare sine pretio, & per consequens nō erit reus homicidij, si infirmus moriatur. ¶ Secundo sic, Quod iniuste
Secūm arg. negatur alicui, iuste petitur ab eo, sed secundum August. ad Macedonianum, & habetur 14. q. 5. c. non sane. Merces iniuste negatur medico, cum sit debita ei: ergo iuste petitur ab ipso medico: ergo non tenetur sine mercede impēdere curationis beneficia infirmo cuicunque, maxime habenti
Tertiū ar. vnde soluere. ¶ Tertio sic. Contingit quandoque infirmū nolle, vt medicus curam gerat de eo, & protestatur, quod nihil vult dare sibi, nec vult obligari ad dandum ei: ergo si talis medicus curare recusauerit, & moriatur, non videtur ꝙ medicus sit in culpa aliqua, cum beneficium non sit præ
Opponit & Respondet. Prima cōclusio. standum inuito. ¶ In oppositum videtur tex. præsentis. c. cū gl. Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus. Prima est. Medicus requisitus curare infirmum existētem in tali necessitatis articulo, ꝙ moritur, nisi curetur à medico tenetur illum curare, si potest, etiam nullo dato prætio. Patet ista cōclusio, quoniam ex ordine charitatis plus debet valere apud medicum vita infirmantis, quam propria pecunia, vt 86. dist. non satis. Quæ conclusio declaratur sic. Ad hæc. ff. de adop. l. non tantum, &. ff. de reli. & sump. fu. l. vt si quis. §. idem labor. Cum. n. dilectio proximi cadat sub præcepto sine quibus dilectio proximi non conseruatur. Ad dilectionem autem proximi pertinet, vt proximo nō solum velimus bonum, sed etiam operemur secundum illud prima Io. 13. Nō diligamus nec verbo, nec lingua, sed opere, & veritate. Ad hoc autem, ꝙ velimus, & operemur bonū alicuius, requiritur, ꝙ necessitati eius subueniamus. ergo medicus ex necessitate præcepti tenetur subuenire necessitati præfatæ infirmitatis, sicut dicit hic Hug. & glo.
Secūda cōclusio. Secunda conclusi. Medicus curare recusans infirmum, prefata necessitate laborantem est reus homicidij. Patet ista conclusio. Primo ex c. præsenti, secūdo ex c. pasce. infra di. 86. vbi dicit Ambrosius. lib. de offic. Pasce fame morientē. Quisquis. n. pascendo hominem seruare poteris, si non pa
Ad primū arg. uisti, occidisti. ¶ Istis habitis dicēdum est ad rationes. Ad primam respōdetur, ꝙ licet regulariter assumptum sit verum, tamen tempore necessitatis supradictæ cogitur beneficium curationis infirmanti impendere ex iure naturali, quo beneficia spiritualia, & temporalia sunt communia, & ex ordine charitatis, sine qua nec sibi, nec alijs po-
Ad secūdū. test esse salus. ¶ Ad secundam est eadem responsio. Licet. n. merces debeatur medico, & iuste petatur ab eo, nihilominus tempore necessitatis præfatæ, etiam nullo dato, aut præmisso pretio, debet curare infirmum cum requisitus est, si potest. Potest autem, si infirmus conualuerit, repetere expensas, vt inquit gl. & Hu. Quādo viriliter gessit eius negotiū. ff. de nego. gest. l. Pompeius. Et si moriatur æger, potest petere impensas, licet euentus non sit securus, vt. ff. e. l. sed an vltro. Nec potest ei obijci, ꝙ causa pietatis fecerit sumptus illos, nisi esset propinquus infirmo. vt. C. e. l. alimenta, quia si est cōiuncta persona, videt̃ donasse, nisi protestetur. Secus, si esset extraneus. Et eodē modo dicitur in funere. ff. de reli. & sump. fune. l. si quis. §. sed interdum. Itē secus est in his, quæ danrur captiuis. C. de capti. & postli. reuer. l. vlt. & 12. q. 2. sacrorum, secundum Lauren. & Arc.
Ad tertiū. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ non obstantibus verbis illis infirmantis, medicus, sicut diximus, tenetur beneficium impendere curationis. Et quando dicitur, quòd inuito nō est beneficium præstandum, dicendum, quòd falsum est,
10 imo multa beneficia impēduntur inuitis corporaliter, & spiritualiter. † Violenter. n. Angeli extraxerunt Loth, & to-
August ad Bonif. Cō. Epist. 50 nō parum dis. 1. tom. 2. tam eius familiam de subuersione Sodomorum, ne ipsi simul cum illis perirent, vt scribitur Gen. 19. Et August. dicit ad Bonifacium, ꝙ furenti, frenetico, & indisciplinato filio salubriter medicus, & pater beneficia præstant eis inuitis. Medicus illum ligando. Ad hoc 23. q. 4. ipsa pietas. Multa. n. bona præstantur inuitis, vt di. 45. & cā. qui emendat. Etiam dictum est, vnde patet, quòd in necessitatis articulo tenetur medicus pauperi infirmo, eo inuito medicinā exhibere, & eum curare, si potest. Et tantum de hoc. & c. Le
Exponit litteram ge. ¶ [Prouidendum alienis]. Proprijs contritis. [consentiēdo alienis] Hu. & Arc. i. vt nō cōsentiāt alteri, ꝙ peccat, qa sic cōsentiēdo faceret peccatū alienū suū, ꝓpriū. [nō est lethum]. i. mortem. Hu. [inferas] proprijs manibus occidas. Hug. & Arch. [admittas]. i. fieri concedas, vel patiaris. Hu. & Arch. Similiter non est grandis differentia, an quis per-
11 cutiat clericum, an percuti patiatur. ¶ Sed hic surgit quæstio. † an talis patiens percuti clericum incidat in canonē.
Quæstio. Respōdet. Respondetur, si alias non mandauerit, eum percuti, sed solū passus est eū percuti nō resistēdo, licet peccauerit, nō tñ incidit in canonē, vt dicit Hu. & Arc. Hic cū possit sine peccato, alias non debet Ar. 22. q. 2. faciat, & 32. q. 5. ita ne. Et intelligitur hoc non tantum de morte corporis, sed etiam animæ, & omnes ad hoc tenentur. Ar. 24. q. 3. tam sacerdos
12 s̄m Hu. ¶ Sed hic surgit quæstio, quam mouet gl. † Vtrū si Quæstio aliquis te vult interficere, nisi ego dem sibi pecuniā. Nunquid ego ei teneor dare ad hoc, vt liberem te à morte. Et videtur, ꝙ sic, per hoc, quod dicitur hic, & dist. 86. non
Respōdet. satis, in princi. Ad hoc videtur, dicendum iuxta glo. ꝙ sic, quia quilibet tenetur redimere vitam alterius, sed vt dicit Arch. postea talis potest repetere. Ar. bonum, ad hoc. ff. de dona. l. penult. §. vlt.

1 *Episcopus pretio, vel præcibus consentiens clericis in peccatis, aut eorum peccata corrigere negligens, an puniatur conuenienter pœna suspēsionis perpetuæ, siue depositionis, quod sic numer. 2.*

3 *Prælati negligentes in correctione culparum assimilantur dormienti.*

4 *Mala, quæ sequantur ex negligentia prælatorum circa correctionem culparum subditorum suorum.*

Mala tria redundant in prælatum. nume. 5.


Tria in subditos. nume. 6.

Tria in malum vniuersitatis nu. 7.

8 *Prælato non sufficit non consentire: sed vltra habet necesse impugnare.*

9 *Suspensionis verbum sæpe ponitur pro verbo depositionis.*

10 *Metropolitanus potest suspendere Episcopum, si non. potest congregare alios Episcopos.*



I quis Episcopus. Sequitur ad idē hoc ca. quod est Gregorij 7. in quo ponitur pœna suspensionis ꝑpetuæ episcopo, qui, aut pretio, aut præcibus consentit clericis in fornicatione, aut, qui etiam negligit corrigere peccata illorū.
Quæstio. Breue est. Et non diuiditur. ¶ Pro pleniori intelligentia
1 huius capituli quæritur † Vtrum Episcopus pretio, vel præcibus consentiens clericis in peccatis, aut eorum peccata corrigere negligens, conuenienter puniatur pœna suspensionis perpetuæ, siue depositionis. Et videtur,
Primū ar. quòd non quia, si sic, pauci reperirentur episcopi, qui non venirent deponendi, cum, quasi omnes reperiantur negligentes. ¶ Secundo, quia subditi magis be-
Secūdū ar. nignitate, quam seueritate, magis amore, quam timore videntur corrigi: ergo videtur, quòd sint tolerandi, magis, quam disciplina coercendi, Vnde Gregorius in pastorali dicit. Quod rector debet aliquando subditorum vitia dissimulare. Ergo non videtur, ꝙ propter hoc, ꝙ episcopus vitia subditorum non impugnet, aut corrigat ve-
Opponit et respōd. niat deponendus. ¶ In oppositum est text. præsentis c. Re-
2 spondeo dicendum sub ista conclusione, † Quòd iustissime talis episcopus negligens in correctione subditorum, venit deponendus. Patet ista conclusio primo ex c. præsenti. Secundo ex illa diuina iustitia, quam dominus executus est in Hely, quia non correxit peccata filiorum de sede cecidit, & mortuus est primi Reg. 4. Circa hanc quęstionem veniunt tres articuli notandi. In primo ostendetur, ꝙ prælatus debet non esse negligens circa correctionem subditorum. In secundo videbitur de causis, propter quas contingit sæpe, ꝙ prælati negligunt corrigere peccata subditorum. In tertio notabuntur multa, quæ ex hac negligentia proueniunt. ¶ Circa primum. Debet. n. prælatus non negligere culpas delinquentium, sed pro sua possibilitate debet eas

bet eas corrigere, alias videbitur paruifacere iniuriam, & offensam Dei, & dispendia animarum, ac scandala plurimorum. Contra quod dicitur in psa.*Corripiet me iustus (psa.140.b.) s. prælatus in misericordia, & increpabit me. Sicut.n. dñi ecclesiarum, qui iusti sunt, exercent iustitiam cõtra delinquẽtes, ita ad prælatum pertinet corrigere, nec hæc est malitia, sed misericordia. Vnde apostolus 2. Tim.3. episcopo inquit Argue. s. negligentes. Obsecra bene volentes, incre
3 pa. s. in peccato persistentes ad Titum 3.† Prælati negligentes in correctione culparum ꝟm Isidorũ assimilãtur dormienti, de cuius manu cadit baculus pastoralis. Et bene sic assimilantur, qm de dormitione negligentiæ virgã correctionis amittunt. Et ideo ad euigilandum eos dicit eis in persona summi plati. Simon dormis. Mar.14.¶ Circa ꝟm, (Secundus. articulus.) notandum, ꝙ licet varijs de causis accidat, ꝙ ille, qui præest mala subditorum non corrigat, tres tñ assignantur in litera. Prima est cum prætio ducitur ad sustinendum mala subditorum, sicut in multis locis sacerdotes dant certum prætiũ prælatis, vt libere permittantur tenere concubinas in domibus suis, quod est grauissimũ crimen. Quid.n. iniquius, quam accipere pecuniam pro offensis Dei, & damnatione animarum, Talis.n. nõ tm̃ iustitiã vendit, sed ẽt genus simoniæ cõmittere videtur ꝟm Hu. Secunda est, cum prælati aliquorum præcibus consentiunt peccatis subditorum, sustinentes, & tolerantes eos in peccatis. Hi ergo grauiter errant, præferẽtes præces amicorum saluti animarũ, & mãdatis Dei. Tertia via est negligentia impugnãdi, & redarguendi scelera, & peccata subditorum, quorum negligentia multum periculosa est tã ipsis prælatis, quam subditis, sicut patebit in sequẽti tertio articulo. Circa quẽ est no
4 tandum † ꝙ ex negligentia prælatorum circa correctionẽ (Tertius articuls.) culparum subditorum suorũ multa mala sequũtur, quorũ quædã redundant in prælatum alia in subditos delinquentes, alia in vniuersitatem. † Sunt aũt tria mala, quæ redun
5 dant in prælatum. Primum est confusio. Sicut.n. honor est patri bonos habere filios, ita redit in confusionem suam malicia filiorum. Eccl.22 confusio est patris de filio indisciplinato. Secundum est culpa. Transeunt.n. in prælatum culpæ subditorum, quos nõ corrigit 23.q.4. si is qui, & 23. q.5. qui vitijs, & in sequentibus, vnde Gregorius in pastorali. (Gregorius in pasto. par.2.c.6.) Si rector minus contra culpas, attendatur, culparum omnium reus ipse tenetur. Exẽplũ huius habemus in medico, qui reus est mortis infirmi, si ex negligentia sua vita defecerit, vt in c. præcedenti huius dist. & 1.di.86. faciẽtes, (Benedictus) vnde Benedictus in regula. Sciat Abbas culpæ pastoris incumbere, quicquid paterfamilias in ouibus minus vtilitatis poterit inuenire. Tertium malum est pœna tpalis, punitur.n. non solum in futuro, sed etiã in præsenti c. vbi prælati negligentes circa correctionẽ subditorum deponẽdi veniunt, vnde etiã dr̃ Numeri 25. Initiatus est Israel Belphegor. Et iratus dñs dixit ad Moysen. Tolle cunctos principes populi, & suspẽde eos contra solem in patibulis. Hinc est iterum, ꝙ primi Reg.3.c. dicit dñs, eo, ꝙ nouerit Hely indigne agere filios suos, & non corripuit eos idcirco iuraui domui Hely, ꝙ non expietur iniquitas domus eius vi
6 ctimis, & munerib. in æternum.¶ † Sunt iterũ alia tria mala, quæ ex negligentia prælatorum in corrigendo redundant in malum subditorum delinquentiũ. Primum est excæcatio. Credit.n. interdum delinquens, cum non corrigitur illud, quod fecit, nõ esse malum, vel non esse tm̃ malũ, (Gregorius) vt est. Ideo dicit Greg. Nonnulla vehementer increpanda sunt, vt, dum culpa ab actore non cognoscitur quanti ponderis sit, ab increpãtis ore sentiatur. Et ideo bene dr̃ Prou. 29. Virga, & correctio tribuit sapientiã.¶ Secundũ malum est delicti multiplicatio, delictum.n. quod non corrigitur facilius multicatur. (Bernardus.) Berna. Impunitas est scelerum mater, radix impudenti, trãsgressionum nutrix. Et ideo dr̃ Eccl. 8.c, quia non cito fertur contra malos sententia, idcirco absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.¶ Tertiũ est finalis perditio. Qui.n. nõ corriguntur, & ideo facilius delicta continuant, finaliter etiam perduntur, sicut patet de Adonia dicente. 3. Reg.1. Ego regnabo, quẽ pater non corripuit aliqñ, & ideo finaliter est interfectus, vnde Prouer.23. dr̃ noli subtrahere disciplinã à puero. Si.n. percusseris eum virga nõ morietur. Tu virga percuties, & animã eius de inferno liberabis.¶ † Sũt etiã alia tria mala, quæ redundant in malum totius vniuersitatis ex præfata negli
7 gentia prælatorum circa correctionem peccatorũ in subditis. Primum est infectio. Sicut.n. ouis morbida, nisi sanetur inficit gregem, ita peccatum vnius non correctum inficit alios. Origenes super illud Numeri 25. Suspende, eos (Origenes.) contra Solẽ in patibulis. Coguntur præpositi rõnem reddere, ne forte non docuerint, nõ monuerint nec solicite arguerint eos, qui peccatum peccauerunt, ne contagium dispergeretur in plures.¶ Secundum est difficultas corrigẽdi, quãto.n. in plures transit infectio, tanto difficilius est eã corrigere, gl. super illo ver. Iob.41. Squamis se præmentibus. dicit, qui diuisi corrigi potuerunt, iniquitatum suarũ pertinacia vniti perdurant.¶ Tertiũ est rebellio ad oẽ bonum. Delictum.n. incorrectum non solum inficit alios, sed ineptos omni bono reddit. Ita, vt nullũ bonum spũale possit ad eos introduci Iob 41. vna vni iungitur, ita, vt ne spiraculum quidẽ incedat per eos, quod ideo dr̃ ꝟm gl. quia nulla exortatio spiritualis apud tales proficit, pp quæ oĩa merito prælatus negligens subditorũ peccata corrigere, rõnabiliter venit vituperandus, & puniendus.¶ Quibus habitis dicendũ est ad rationes in oppositum. ad primã respondetur, ꝙ hoc summe dolendum est, si apud maiorem partem prælatorum reperiatur hmõi negligentia, nihilominus tñ conclusio nostra stat in veritate, ꝙ oẽs tales merito veniunt ꝟm quantitatem negligentiæ puniendi. (Ad primũ arg.)¶ Ad secundam respondetur, ꝙ licet interdum hoc habeat veritatem, nõ tñ semper, cum magna differentia sit inter subditos. (Ad secũdũ.) Quidã.n. sunt boni, qui verbis immediate corrigũtur. Quidam duri, rebelles, & obstinati, qui verbis non molliũtur, iuxta illud. Stultus verbis non corrigitur, vnde Aug. ad Bonifacium. (August. Epist 50 circa med. Tom.2.) Quidam dicit pudore, & libertate liberos retinere sanctius esse credo, quod metu. Hoc quidã verũ est, sed, sicut meliores sunt, quos amor dirigit. ita plures corrigit timor. Et Isidorus. (Isidorus.) Qui blando verbo castigatur, & non corrigitur, acrius necesse est, vt arguatur. Greg. etiã in authoritate inducta dicit aliquando, non dicit semper. (Gregorius.) Nã cũ correctio culparum subditorum sit præceptum affirmatiuum, tunc tantum obligat prælatũ, cum opportunitas adest corrigendi, quia aliquando sine peccato prælati culpæ delinquentiũ dissimulandæ veniunt, sicut dicit Gregor. in prædicta authoritate. De ista materia correctionis prælatorum, & negligentia eorum, damnabili nota multa supra posuimus circa c. sed illud non otiose di.40. Leg.* [Si quis episcopus, [pretio, vel pcibus] merito grauiter venit puniẽdus tã vilis prælatus, qui prætio, vel præcibus, vel alio fauore consentit in culpa subditi, in qua & offendit deus, & damnatur proximus & ecclesia scandalizatur. [Non impu
8 gnaueri] corripiendo, increpando, suspendẽdo, excõicando.† Non.n. sufficit prælato non consentire, sed vltra necesse habet impugnare, quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat id, quod bonum est, vt 23.q.4. ita plane, & 11.q.3. iniustũ, & 22.q.5. de forma. Vnde si circa hoc esset negligens, punitur 1.q.1. quicqd. [suspẽdatur]. i. deponatur.† Sæpe.n.
9 a verbum suspẽsionis ponitur pro verbo depositionis 1. q. 3. si quis Episcopus, & dist.32. eos qñque econuerso, vt 21. q.5. c.1. Hu. & Arc. Vel dic [suspendatur] In perpetuum, qđ
10 idẽ est, ꝙ deponi.† Nã sæpe metropolitanus non potest cõgregare tot, episcopos, quot exigũtur in depositione Epi, & tunc põt eum suspendere, etiã in perpetuum, nec aliter congrue potest intelligi, cum iste pro tali peccato esset dignus depositione, sicut dictum est, quia qui pretio non puniuit peccatum subditi videtur vendere iustitiam, & committere quasi genus simoniæ, secundum Hug: & Arc. de negligentia etiam prælatorum vide. s. di.44. in c. sit rector. (a ¶ Suspensionis Suspẽsio iudicis an addat aliqd ad suspensionem inflictam p canonem vide Pet. de Ancha. in ca. sicut nu.7. de cohã. cleri. & muli.)

2 *Prælatus malus dicitur nocere quatuor modis.*
4 *Prælatus malus ratione personæ suæ non est honorandus. Sed bene, in quantum est persona publica nume.5.*



NEmo. Sequitur ad idem hoc ca. quod esse dicitur Augustini, sed non est. Sed Gregor. in pastorali. secunda parte c.2. quod c. diuiditur in duas partes. In prima ponit, qđ nemo magis nocet in ecclesia, quam prælatus male viuens, siue peruerse agens, ad quod inducit duas rationes. Tum primo, quia nullus audet redarguere eum propter ordinis, aut dignitatis reuerentiam. Tum, quia alij sumunt ab eo exemplum delinquendi. In secunda concludit, quod episcopus, qui talia crimina non corrigit in se, & in alijs est potius canis impudicus dicendus, quam Episcopus. secunda ibi. Episcopus

itaque: Pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur duo.
1 ¶ Primũ est, vtrum hoc sit verum, ꝙ nemo in ecclesia amplius noceat, quam prælatus, vel sacerdos peruerse agens.
Primũ ar. 3 ¶ Secundum est, vtrum prelatus sit etiã malus honorãdus.
1 **Ad primum.** Sic proceditur, † & vr̃, ꝙ non sit verũ, ꝙ nemo in ecclesia amplius noceat, q̃ prælatus, &c. sic. Si prælatus, aut sacerdos amplius noceret in ecclesia cæteris, sequeretur, ꝙ grauius cæteris peccaret, consequentia patet, quia grauitas peccati augetur ſm maius nocumentum. Dicit. n. Aug. 3. de libe. arb. ꝙ vitium naturæ aduersatur, tm̃ additur malitiæ vitiorum, quãtum integritas naturarũ minuitur, sed hoc est falsum, ꝙ prælatorum peccata semper sint grauiora peccatis aliorum, quoniam stat, quod prælatus solum laboret vitio carnis, & alij vitio infidelitatis, aut homicidij, aut sacrilegij, &c. ergo, &c. ¶ In opposi um est tex. præsentis c. Respõdeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ nemo amplius nocet in ecclesia, quam malus prælatus. Ista cõclusio est Gregorij in litera, quæ probatur sic. Primo, quia peccatũ prælati est infirmitas capitis, sed infirmitas capitis amplius nocet toti corpori, quam infirmitas cuiuscunq; particularis membri, capite languescente, facilius reliqua corporis mẽbra inficiuntur 6. q. 1. §. verum, & c. ex merito, & ſm illud poeticum. Dum caput ægrotat, cetera membra dolent. Secunda rõ est, quia peccatum prælati est error pastoris, qui est periculosissimus toti gregi, qm̃, vt ait Greg. in registro. languente pastore grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur 7. q. 1. quamuis. Itẽ idẽ Greg. Dũ pastor per abrupta graditur, necesse est, vt grex in præcipitium sequatur. Tertia rõ est, quia peccatum prælati est error magistri & doctoris, cuius vitium & errores faciliter sequuntur discipuli. Et ideo error illius est periculosus valde. Vnde Gre. & habetur 2. q. 3. præcipue scire debent prælati, ꝙ tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Quarta ratio est, quia peccatum prælati est error, siue defectus medici, qui dum deberet vitæ medicamen exhibere subditis, mortis exhibet exẽpla. Et ideo peccata subditorum prælato imputantur 1. q. 1. quicquid, patet etiam ex c. 1. huius distinctionis. Quamobrem pulchre ait Leo papa in c. miramur dist. 61. Integritas prælidẽ-
2 tium salus est subditorum. † Dicitur autem prælatus malus amplius nocere quater. Primo amplius nocet, quia periculosius, quia animabus nocent quarum nocumenta periculosiora sunt nocumentis corporum, siue rerum. Secũdo amplius nocet, quia vniuersalius, quia prælatus malus, q̃tũ est de se, non vnum, sed omnes offendit, inficit, & occidit. Tertio amplius nocet, quia irremediabilius, quia, vt dicit Greg. in tex. præsentis c. Hũc redarguere nullus præsumit. Et ideo immerito, vt dicit Aug. in c. ante omnia dis. 40. nihil apud deum miserabilius, quam prelatus malus. Nunc ad rõnem in oppositum dicendum est, ad quam responde tur, negando consequentiam, qm̃ vt dicit S. Thom. in 1. 2. q. 73. ar. 8. ad 2. quamuis nocumẽtum aggrauet peccatum, non tamen sequitur ꝙ ex sola nocumento peccatũ aggrauetur, quinimo peccatum, per se est grauius propter inordinationem, vnde, cum multo maior inordinatio inuenia tur quandoque in peccatis aliorum, sicut arguebatur, non sequitur, ꝙ peccata omnium prælatorum sint semper grauiora omnibus alijs. Licet bene conceditur, ꝙ in eodẽ genere peccati grauius peccet prælatus, quam subditus, quia vt dicit Isidorus, tanto magis cognoscitur esse peccatum, quanto maior est, qui peccat &c.

Augu. 3. de libero Arb. c. 14. in fi. To. 1.

Opponit & Respondet.

Versus.

Gregorius

Grego.

Ad arg.

S Tho. in p. 2. q 73. ar. 8. ad 2.

Primũ ar.

3 **Ad secundum.** sic proceditur. † Et videtur, ꝙ malus prælatus non sit honorãdus. Primo sic. Greg. in pastorali. Et ponitur in litera c. præsentis, quòd in exemplum culpa vehementer extenditur, dum pro reuerentia gradus peccator honoratur: sed hoc fieri non debet, vt in exemplum culpa trahatur, ergo prælatus peccator honorari non debet. ¶ Secundo sic. Secũdum philosophum Primo Ethicorum. Reuerentia exhibetur alicui in testimonium virtutis, sed prælati peccatores non habent virtutem: ergo, qui honorat eos, falsum testimonium perhibet, quod est peccatum vnde Exo. 20. dicatur. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimoninm. ¶ Tertio sic. Honor non debetur, nisi prælatis, nisi ratione prelationis, sed prelati peccatores non sunt digni prælatione: ergo per consequens non sunt honorandi. ¶ In oppositum est, quod dr̃ Exod. 22. Honora patrẽ tuũ. i. prælatos, cum ergo indefinite loquatur, videtur, quod oẽs prælati tam boni, quam mali sunt honorandi. Respondeo, dicendum, ꝙ iuxta S. Thoma. in quolibetis quolibeto 11. quod in prælatis duo est considerare. s. propriam personam, & dignitatem, secundum quam est publica persona, qua distinctione habita, sit ista conclusio prima. † Præ
4 latus malus ratione personæ suæ non est honorandus. Probatur conclusio, quia cum, sicut argutum est, honor sit reuerentia alicui exhibita in testimonium virtutis falsum testimonium proferre de eo, si quis eum obtentu proprie personæ honoraret, quod esset peccatum, sicut dictũ est,
5 Secunda conclusio † Prelatos malus inquantum est persona publica, quamdiu ab ecclesia toleratur, est honorãdus. Patet, conclusio, quia sic gerit locum, & typum non sui ipsius, sed alterius. s. christi in ecclesia, vel rei publicæ, vt dñs in secularibus dignitatibus, & sic valor eius non computatur ſm personam, sed secundum eum, cuius loco præsidet, & sic honorãdus est, non propter personam suam, sed propter eum, cuius loco est, sicut adoratio imaginis refer tur ad prototypum, vt dicit Damascenus, vnde & malus prælatus idolo comparatur. Zachariæ 11. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Vnde Apostolus Petrus, prima Pet. 2. Subiecti estote in omni tempore dominis, nõ solum bonis, & modestis, sed etiam discolis. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in contrarium. Ad primam respondetur. Primo, ꝙ ratio procedit, ꝙ ratione sui prælatus malus non est honorandus. Secundo dr̃, vt S. Tho. dixit in tertia, dist. 9. ꝙ prælato, dum est in actu peccati non debet exhiberi reuerentia, quia apparet in eo aliquid virtuti cõtrarium, sed ante, vel post potest sibi exhiberi, quia nescitur in quo statu sit. Sed prima responsio plus nobis placet. ¶ Ad secundam respondetur, quod quamu is prælati peccatores actu non habeant virtutem, sunt tamen ordinati ad ipsam causandam, vel conseruandam. Pro quo notandum iuxta S. Tho. in 3. ꝙ, cum honor, vt dicit philosophus, nõ debeatur, nisi rebus diuinis, non debetur proprie, & directe, nisi habenti gratiam, & virtutẽ, quæ diuinos facit. Sed hẽt aliquis virtutẽ multipliciter. Vel sicut actu virtuosus, & huic directe debetur ſm se honor. Vel sicut habens aptitudinẽ naturalẽ ad virtutẽ, & sic cuilibet habẽti imaginem Dei est exhibendus honor, nisi sit cõfirmatus in malo, vel, quia ligatus est in illo ordo ad virtutem, & sic debetur prælatis oĩbus, qui ad hoc ordinati sunt, vt alios dirigãt in virtute. ¶ Ad tertiam respondetur ſm S. Thom. in quolibeto allegato negando cõsequentiam. Et ratio est, qm̃ licet malus prælatus indignus sit prælatione, & honoribus, qui prælato debentur, nihilominus ille cuius vicem gerit, dignus est, vt eius vicario talis honor exhibeatur, sicut beata Virgo digna est, vt eius imaginem in pariete depictam reueremur, quamuis tali reuerentia ipsa imago digna non sit, & tantum de ista conclusione. Leg. textu. ¶ [Nemo in ecclesia amplius nocet] iam expositum est bene. Nemo amplius nocet, quam, si prælatus suæ, & fraternæ saluti negligens deprehenditur, inutilis, & remissus in operib. Et insuper à bono taciturnus, cũ officia sibi, & omnibus, & innumerabiles populos quãtum ex parte sua est, cateruatim deducit ad inferos, vt in c. si papa di. 40. [Delinquentem] assignat primam rationem huius, quod dixerat, non negatur tamen, quoniam subditi quandoque possunt redarguere & reprehendere prælatos suos honeste, & ad correctionem, vt secunda quæstione 7. oues. Sed de facto semper cõtingit, vt de pœniten. distinctio 1. §. quod autem c. totum. Hugu. Et in exemplum. [Assignatur] Secunda ratio, quia plures corrumpuntur exemplo prælatorum, quam aliorum. Argumen. 11. quæstione 3. præcipue, & extra de voto magne. Hu. & Archidiaco. [canis] verba sunt Gratiani, & non Gregorij. Hoc sumptum est ex verbis Apocalipsis 22. Fieri canes, & venefici, & impudici. Idem tamen habetur, vt dicitur ex verbis Augustin. 2. quæstione 7. qui nec. [Non episcopus]. Et hoc propter negligentiam corrigendi, cum est clamor de talibus, pro quo meretur deponi, & ita non dici episcopus, sed, si nomen non habet, nec officium habere debetur Argum. distinct. sexagesima octaua Corepiscopi.

Secundũ ar.

Tertium ar.

Opponit in cõtrariũ

respondet.

Prima cõclusio.

Secũda cõclusio.

Damascẽ. lib. 4. c. 15

Ad primũ arg. S. Thoma.

Ad secundũ

S. Toma. 3. sent di. q ar. 2. q. 1

Ad tertiũ

Exponit literam;

1 *Fideles omnes, an teneantur ad resistendum erroribus, et ad defendendum veritatem, & ad perturbandum peruersos, an tamen superiores. & nu. 2.*

3 Correctio

3 *Correctio fraterna tripliciter omitti potest:*

Rror. Consequenter ad idē sequitur hoc c.quod est Inn.Papæ.In quo ponit quatuor notabiles conclusiones.Prima est, ꝙ error(cui non resistit)approbatur. Secunda, quòd veritas cum minime defensatur, opprimitur. Tertia, ꝙ negligentia, cum possis perturbare peruersos,nihil aliud est,quã fouere. Quarta,ꝙ nõ caret suspitione societatis occultæ,qui manifesto facinori non desunt obuiare. ¶Pro intelligentia præsentis c.quæritur.Vtrum ad resistendum erroribus,ad defendendam veritatem,ad perturbandum peruersos teneatur oēs fideles,vel tantum superiores.s.prælati.Et videtur, ꝙ non ptineat ad oēs fideles,sed tm̃ ad superiores.Primo sic. Corripere delinquentes videtur esse superioris officium,cum ille qui corripit moueat ad melius, sed in rebus naturalib. inferiora mouentur à superioribus sicut patet in corpore humano,in quo superiora membra mouent inferiora,& in vniuerso corpora superiora inferiora:ergo etiã ſm ordinem virtutis,qui sequitur ordinē naturæ,soli prælati, qui sunt superiores tenētur ad correctionem hmõi, & permutationem peruersorum.¶Secundo sic.Nullus obligatur ad impossibile,vt est regula iuris,& dicit Hieronymus. Maledictus, q dixerit,deum aliquid impossibile præcepisse,sed resistere oĩbus errorib⁹, & defendere oēs veritates,& perturbare oēs peruersos est impossibile oĩbus fidelib. Tum, quia nos omnes tenent sapientiam ad resistendũ errorib. Et ad defendendam oēm veritatē,nec potentiã ad perturbandum peruersos, & maxime, cum stultorum infinitus sit numerus.Ecclesiastici 1.ergo,&c.¶Tertio sic.Si omnes fideles ad hoc obligarentur, sequeretur, ꝙ omisśio hmõi esset peccatum mortale, cum esset transgresśio præcepti, sed hoc est falsum,patet,qm̃ talis omisśio correctionis inuenitur in sanctis,& ēt in spiritualibus viris. Dicit.n. Aug. 1.de ciuitate dei,ꝙ non solum inferiores, verum etiã,qui superiorem vitæ gradũ tenēt,ab aliorum reprehensione se abstinent pp quædam cupiditatis vincula,nõ pp officium charitatis ergo, &c. ¶In oppositum videtur tex.præsentis c.itē illud Eccle.17.Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo:ergo quilibet fidelis tenetur habere curã de salute proximi,sed hoc impletur resistendo erroribus, defendendo veritatem,perturbando peruersos:ergo,&c.¶Respondeo dicēdum,ꝙ duplex circa hoc in gl.tangitur opinio. Quidam.n.dicunt,ꝙ hoc præceptum solum respicit prælatos, & superiores,qui ex officio tenentur ad hoc.Alij dicunt,sicut Hu.& oēs fideles ad hoc tenētur. Et ideo iuxta hãc opinionē,quæ nobis amplius placet,ꝙ oēs fideles tenentur ad
quos debet scire scrutabiliter, & non transitorie, dist.38. omnes.Hug.& Arch.[Florentinum vero] Tertius electus. [ab omnibus]Ergo alij à nullis,vel à nullo. Et ita nulla erat eorum electio,sed intelligitur[ab omnibus].i.à maiori,.& seniori parte.Nã maior pars facit,omnes facere intelligun tur.Sed tunc surgit,questio.Nõne iste debuit præponi alijs videtur, ꝙ sic.Extra de elect.cum in cunctis,vt di.65.c.1.2. & 3.Respõdetur,ꝙ iste erat de aliena eccle.Et ideo,si alius de illa ecclesia à potioribus eligeretur,& idoneus inueniretur,deberet extraneo præponi Ar.di.61.nec emeritis.Item c.nullus.Vel potest dici,ꝙ isti tres communiter,& concorditer erant electi ab omnibus,vt si vnus,vel duo reprobarẽtur,tertius assumeretur,quod sæpe fit Arg.di.61.studij.Vel dicendum,ꝙ non semper vocabulum generale intelligitur generaliter Ar.16.q.1.c.vlt.nescius.quia secũdum Apostolum.Nemo nouit,quæ sunt in homine, nisi spiritus Dei. Homo.n.cogitationem,& mentem alterius scire non potest,vt 24.q.3.Deus Hu.[Ideoque secunda pars[visitatore.] Ex hac litera dici consueuit,ꝙ vbi sunt plures electi visitator potest examinare,quis sit melior,& hoc notatur 7.q.1. constitutum.Alij contra cum hic videatur istud specialiter delegatum.Ar.[singulorum,quod vetet accedere] Videtur, ꝙ non pro quolibet crimine sit repellendus, quod verum est cum multa cõsistãt in sola cogitatione Hu.[Si hoc verũ sit,quod de præfato.]Ecce prius præcipit examinari clericos eiusdẽ ecclesiæ,quia si inter eos inuenitur idoneus,non est recurrendum ad extraneum,vt di.61.nullus obitũ.Hug. iusiurandum præbuit nunquam se ad episcopatum accedere.Circa hanc partem,quæruntur duo.

Quæstio. *respondet.*

3 ¶ Vtrum iurans se non accessurum ad episcopatum, iuret licitum.

6 ¶ Secundum est,vtrum talis iurans veniat repellendus ab Episcopatu.

3 **Ad primum.** Sic proceditur. † Et videtur, quod iuratio, non accedere ab episcopatum,sit iuramentum licitum.Primo sic.Illud est licitum,ꝓpter quod multi sunt laudabiles,sed huiusmodi est laudabile patet,quoniam laudabile est exemplo Domini honorẽ oblatum fugere.Io.6.Ergo,&c.¶ Secundo sic.Talis iurat districte,ergo iuramentum est licitũ.Consequẽtia patet,& antecedens probatur,quoniam talis sic iurat propter causam expedientem,& vtilem.Eligit.n.securius,quia securius est humilem locum tenere, quã per ardua dignitatũ incedere maxime posito, ꝙ ipse credat se nunquam posse sufficere ad regendum episcopatum. ¶ Tertio sic. Talis iurat, vere, quãtum in se est. Credit.n.& proponit se nunquam futurũ episcopum,cum ergo iuramentum illius habeat tres comites erit licitum & per cõsequens obligatorium, quia dictũ est Deutero.6.Reddes domino iuramenta tua.¶In oppositum arguitur,quoniam super illud Deut.25.In lege de accipienda vxore fratris sine liberis,dicit Aug.Qui curam alendorum subditorum renuit,opprobrium discalciati sustinebit.Non.n.vult suscitare semẽ fratris defuncti.s.Christi,sed non sustinebit opprobrium,nisi propter peccatum.Peccat ergo renuendo episcopatum,& per consequens tale iuramentum est illicitum. Item dicit Au.Otium sanctum quærit charitas,veritatis negotium iustũ suscipit necessitas charitatis.Si ergo necessitas est suscipere,sequitur,ꝙ iurare, ꝙ non suscipiat,non erit obligatorium.¶Respondeo dicendum sub distinctione iuxta sententiam sancti Thomæ in secunda secundæ, & Alexandri de Halis in tertio, & Hug. in præsenti c.quia si talis iurans intendit se obligare ad hoc nec per obedientiã superioris prælati,nec in casu,in quo expediret eum accipere episcopatum,sit ista conclusio,ꝙ tale iuramentum est illicitum,& non est obseruandũ.Ista conclusio,quæ est sancti Thomæ in forma patet.Tum authoritatibus illis B.Aug.inductis secundo loco ad quæstionem. Tum patet,quoniam deficit in tali iuramento iustitia,cum tale iuramentum sit maioris boni impeditiuum, vnde tale iuramentum nullum fuit,nec tenetur illud obseruare,vt 7. q.1.scias,& 8.q.1.in scripturis.Si vero talis iurans intendat se obligare,vt quantum est de se episcopatum non quærat, nec suscipiat,nisi supiori imperante,aut nisi necessitate imminente.Tunc est conclusio secunda, ꝙ tale iuramentum est licitum,& obseruandum.Patet,quia talis vouet se facturum id,quod hominem facere decet.Si vero talis iurans nihil hoc distinctè cogitauerit,sed absolute indistinctè iurauerit,se non accepturum.Tunc est tertia conclusio sancti

Primũ ar. *Scdm arg.* *Tertium ar.* *Opponit i cõtrarium.* *August cõtra Fau. li 32.c.10. Tomus 6. de ciuit.dei li.19.c.19. in fin. Respondet. S.Thoma. 2.2.q.89. arg.7.ad 4. Alexander de Halis. Prima conclusio.* *Secunda cõclusio.* *Tertia conclusio.*

Thomæ in tertio, ꝙ tale iuramentũ incautum reputatur, quia quantum est in se prouidentiæ diuinæ præiudicat, & obedientiã ad superiores excludit, quib. in hoc obedire tenetur,nisi velimus dicere,sicut dicit Hu. Quod binigna est interpretatio adhibenda in talibus,& intelligatur iurasse licitum,nec voluisse contra superiorum obedientiam præsumere,aut boni communis promotionem impedire. ¶His habitis,dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur,negãdo,ꝙ hoc simpliciter sit laudabile. Et ad probationem respondetur,ꝙ aliud est oblatum honorem fugere, & aliud est iurare, se nunquam nec ad præceptum superioris,nec in casu necessitatis recepturum.Primum est laudabile,secundum non.¶ Ad secundam respondetur iuxta Alexandrum de Halis in tertio.Et videtur Concor.Arc.

4 in præsenti ca. †ꝙ sicut licitum dicitur dupliciter.s.licitum simpliciter.s.quod nullo iure prohibetur,& licitum ex causa,quod ex dispensatione licitum est,vel instantia necessitatis,vt fuit Dauid licitum comedere panes propositionis, sicut habetur Matt.12.

5 †Sic expediẽs dicitur duobus modis. Expediens simpliciter,quod,& quantum ad se,& quantum ad alios promouet in melius,& expediens ex casu. Dicendum ergo,ꝙ iurans se non futurum episcopum,si ex consideratione periculi,& suæ insufficientiæ iurat, quod iurat, est expediens ex causa,siue in casu, non tamen simpliciter expediens, quia non expedit vniuersaliter, quo ad se, & alios,posito, ꝙ alius non inueniretur sufficiens. Et ita patet,quod licet tale iuramentum sit expediens in casu,vel ex causa, non tamen simpliciter. Et ideo argumentum non procedit.¶ Ad tertiam respondetur,negando, ꝙ iuramentum primum habeat tres comites,imo deficit sibi iustitia, vt dictum est,cum tale iuramentum sit maioris boni impeditiuum.Et inde est illicitum,sub illa forma iurare non accipere episcopatum.

Ad primũ arg. *Ad secundũ* *Ad tertiũ*

6 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ iurans se non accepturum episcopatum,veniat repellẽdus ab episcopatu,sic ex.c.presenti.in quo Gregorius iubet inquiri.vtrum Arch. Florẽtinus fuit vnus de electis iurasset se nũquam accepturum episcopatum,frustra autem de hoc præciperetur inquiri si tale iuramentum non fuisset obligatorium,& per consequens, si non debeat repellere iurantem.¶Secundo sic.Tale iuramẽtum fuit licitum, & bonum,ergo est tenendum.Et ita per consequens repellit ab episcopatu.¶ Tertio, circa hoc quæritur.Vtrum papa possit dispensare in eo,aut præcipiẽti papæ,ꝙ,qui sic iurauit,accipiat episcopatum sit obediẽdum. Et videtur,ꝙ non,cum redditio iuramenti sit de iure naturali,& sic præcepta in euangelio,& in lege.s.Redde domino iuramenta tua vt 22.q.1.si peccatum.vt arguit Hu. ¶ In oppositum videtur,quod determinatum est in superiori quæstione,videlicet,ꝙ tale iuramentum nec licitum,nec expediens sit simpliciter,& per consequens nec simpliciter obligatorium.¶Respondeo dicit hic Hu.ꝙ vbi per aliũ potest consuli ecclesiæ,talis iurans non debet accedere ad episcopatum,addens,ꝙ nec papa potest dispensare cum tali,nec ꝑcipienti papæ debeat obediri.Sed nobis videtur,& hoc sit nimis durum,cum temerarium iuramentum non repellat à beneficio extra de rest.spo.solicite.nec à testimonio. ext. de test.intimari.& extra de test.co.peruenit.Cum pœnitentia vnius anni imponatur pro temerario iuramento,vt 22. q.4.qui sacramento,vnde cum iuxta prædicta ex duob.redderetur illud iuramantum incautum,& indiscretum, videlicet,ꝙ diuinæ prouidentiæ videbatur præiudicare,& superiorum obedientiam tollere,quibus obedire tenetur.Videtur dicendum,ꝙ in casu,in quo videatur ecclesiæ expedire ꝙ talis acceptet episcopatum,papa,ad cuius potestatem pertinet intendere vtilitati vniuersalis ecclesiæ,potest dispensare,ꝙ talis accedat ad episcopatum.Et ex eadem causa sequitur,ꝙ papæ præcipienti,ꝙ accedat debeat obedire, cuius obedientiæ non potuit præiudicare talis iurans, vnde

7 Arch.dicit hic.Videtur†,ꝙ ex causa papa talem possit absoluere à iuramento prædicto,quod verum est secundũ Lau. Ar.15.q.6.authoritatem.Nam in omni iuramento excipitur authoritas ecclesiæ Romanæ.Extra de iureiuran.veniẽtes secundum Lau.Hu.dicit,ꝙ potest,quo ad ecclesiam,sed non quo ad Deum,quia redditio iuramenti est de iure naturali,de hoc notatur in prædicto c.venientes.Et per Innoc. extra de renun.cum inter de iureiuran.debitores.& in spe. de off.dele.§.nunc ostendendum est Arc.dicit etiam Io. in glo.hic

Primũ ar. *Secũdũ ar.* *Tertiũ ar.* *Opponit i contrariũ.* *Respõdet.* *Archi.* *Innocent.*

Io. de Fant. Augus. Epist. 81. tom. 2.

glo. hic, ꝙ talis potest eligi, dummodo pœnituerit de tali iuramento. Et huius sententiæ est Ioan. de Fan. vt dicit Arch. Arg. extra de temp. or. c. fi. Præterea pro conclusione prius habita est Aug. ad Eudoxiũ vbi dicit sic. Si qua opera vestra mater ecclesia desiderauerit, nec elatione quidem suscipiatis, nec blandiente quidem desidia respuatis. Nec otium vestrum necessitatibus ecclesiæ præponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare velint, quomodo nasceremini, non inueniretis. Item idem probat Grego. in glo. Hiere. exemplo Moysi, & Hiere. qui cum primo recusassent prælationis officium, ad vltimum humiliter obedierunt. ¶ Ad rationem in contrarium. respondetur iuxta Hu. & Alexand. de Halis, & etiam Arc. ꝙ Gregorius fecit inquiri, an ille iurasset, & c. Tum propter scãdalum; & præterea, quia non expediebat, ꝙ ille præficeretur, cum accusaretur de senio, & de auaritia & multi alij præter illum inueniebantur digni ad episcopatum. Sequitur in litera. [Quantos]. i. quot. ¶ Sed surgit hic quæstio, quot sufficeret scire ad hoc, vt non repellatur. Respondet Hu. ꝙ in prouidentia maioris hoc est discernere.

Ad primũ ar.

Exponit literam. quæstio. respondet.

8 ¶ Sed iterum surgit quæstio, † Vtrum possit propter ignorãtiam psalterij repelli, si alias sit bene literatus. Respõdet Hu. Credo, ꝙ sic, eo, ꝙ hic dicitur, & dist. 38. omnes nec sufficit si in psalterio legere sciat nisi corde tenus teneat oẽs psalmos, vel maiorem partem. Sed Lau. notat in c. omnes d. 38. ꝙ nõ esset, quis repellendus propter ignorantiã Psalterij à promotione si alias est idoneus, quia in breui potest addiscere. Sed Ber. ibi contra. Si semper fuit in ecclesia secundũ

9 Arch. ibi minus [tenet]. i. ignorat. [si nullum crimen] Ar. † ꝙ electus debet confirmari, nisi crimen obijciatur ei ar. d. 65. De persona, Hu. cessionem. i. licẽtiam. Et est ar. † ꝙ clericus

10 extraneus ante potest eligi, quam postuletur à suo episcopo Ar. supra dist. 76. dilectionis, & 63. literas & extra de renũ. post translationem. [non tamen ex.] Ar. ꝙ papa non vult aliquem iure suo priuare occasione sui rescripti, licet possit Ar. 9. quæst. 3. cap. penultimo. & vltimo. Licet. n. Dominus Papa velit, ꝙ iste promoueatur, tamen hoc vult secũdum, ꝙ fieri debet vt suo seruẽtur Episcopo priuilegia. s. vt ab eo petatur, & eum concedere non cogatur Ar. 63. di. literas, & di. 76. c. vlt. Licet ergo aliquid in literis Papæ faciendum cõtineatur, intelligi tamen debet Papam illud velle fieri iure, & sine præiudicio alicuius, quia occasione sui rescripti non vult aliquem suo iure priuari.

¶ *Distinctio Octuagesima sexta.*



Doctorẽ autem episcopũ esse oportet. Hic incipit, & intitulatur di. 86. in qua repetit c. apostolicæ Regulæ. Oportet episcopum esse doctorem. Et diuiditur hæc distinctio in octo partes. secundum Arch. In 1. probat tribus authoritatibus, ꝙ episcopus, & quilibet prælatus debet subditos corrigere, & hoc ex charitate, & cum lenitate, & non ex odio, nec modo excessiuo. Si autem peccata subditorũ imputabuntur illis. In secunda dicit, ꝙ si aliquando correctionis modum excesserimus, plus debito aspere corrigẽdo subditos nostros, non debemus veniam ab eis postulare, sed à Deo. In tertia ostendit, ꝙ episcopus, siue prælatus non debet scientias humanas exponere subditis suis, sed sacrã scripturam. In quarta repetit ca. illud oportet Episcopum esse hospitalem, sub verbo literalis. d. ꝙ oportet episcopũ esse liberalem. In quinta ostẽdit, ꝙ episcopus nõ debet dare Histrionibus; Venatoribus, nec Meretricibus, nisi in casu necessitatis. In sexta ostendit, ꝙ prælatus cum discretione debet punire subditos suos. In septima ostendit, ꝙ episcopus nullum debet proprijs manibus cedere. In octaua ostendit, ꝙ clerici non debeant gratia lucri conducere possessiones laicorum, nec eorum causas suscipere. Secunda ibi: In. §. Si autem. Tertia ibi. In. §. In doctrina vero. Quarta In. §. Liberalem. Quinta ibi: In. §. Similiter oporte. Septima ibi: In. §. Vel percussor. Octaua In. §. Prohibetur etiam. Circa primã partem satis disputauimus supra d. 43. vbi quæsiuimus, vtrũ oporteat episcopum doctorem esse. Item an taciturnitas prædicationis in prælatis sit peccatum mortale, vnde ista repetitio Gratiani inutilis, & fastidiosa valde est. Ideo omittimus.

Diuisio.

1 *Culpæ subditorum imputantur ipsis prælatis.*



Inferiorum. Inducit ad probãdum id quod dixerat de malo negligentiæ correctionis subditorum. Leonem papam. Breue est. Et nõ diuiditur. Lege tex. ¶ [Inferiorum referendæ]. i. imputandæ, inter autem alia mala prouenientia ex negligẽtia prelatorum in correctione vitiorum sub

Exponit literam.

1 ditorum suorum, est hoc, † quod culpæ subditorum imputantur ipsis prælatis, sicut supra circa c. si quis episcopus d. 82. plene diximus, vnde Gregorius in pastorali. Si rector contra culpas minus attendatur, culparum omnium reus ipse tenetur, vide multa, quæ notauimus circa hoc in præsato c. si quis episcopus. & in sequentibus [dissimulãt] Hoc est detestabile, quod dic, vt le. & no. 24. q. 1. officij Arch.

Gregorius in past. Par. 2. c. 6. elicitur.



Odio habeantur peccata nõ homines. Sequitur ad idem hoc cap. quod est eiusdem Leonis papæ. Et ponit quatuor notabilia. Primum est, vt non homines, sed peccata odio habeantur. secundum est, ꝙ superbi sunt corripiẽdi. Tertium est, ꝙ infirmi sunt tolerandi. Quartum ꝙ castigare necesse est non seuientis, sed medentis animo corripiatur. i. non ex odio, sed ex charitate. Pro pleniori intelligentia huius c. veniunt duo quærenda.

1 ¶ Primum est, vtrum peccatores sint diligendi.

2 ¶ Secundum est, quis modus habendus est à prelatis in correctione subditorum.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, quod peccatores non sint diligendi ex charitate, sed odio habendi. Primo sic. dicitur enim in psalm. 118. Iniquos odio habui, & tamẽ Dauid sanctus erat, ergo. ¶ Secundo sic. Sicut similitudo est causa dilectionis Ita dissimilitudo causa cõtrarij, sed mali homines sunt dissimiles bonis, ergo non sunt charitate à nobis diligẽdi. ¶ Tertio, sicut dicit Philosoph. 9. Ethicorum. Impossibile est amicitiã esse inter eos, qui non eisdem gaudent, sed mali, & boni nõ eisdem gaudent, ergo non potest esse amicitia eorum ad inuicem. ¶ In oppositum est textus præsentis capiti. ¶ Respondeo, dicendum iuxta sanctum Thomam tam in Secunda Secundæ, quam in tertio Sententiarum. In peccatoribus duo possunt considerari, scilicet natura, qua hõmines sunt, & culpa, siue malitia, qua mali sunt, Quia autẽ secundum naturam sunt ad imaginem Dei, & vitæ diuinæ capaces. Ideo secundum naturam ex charitate sunt diligendi, sed culpa eorum Deo contrariatur, & est beatitudinis impedimẽtum: vnde secundum culpam, quæ Deo aduersatur, sunt odiendi peccatores quicunq;, etiam pater, & mater, & propinqui, vt dicitur Lucæ 14. debemus. n. in peccatoribus odio, quod peccatores sunt, & diligere, ꝙ hoĩes sunt beatitudinis capaces. Et hoc est vere ex charitate diligere eos propter Deum, sic ergo, vt dicit Augu. Diligendi sunt, vt non diligantur eorum errores. ¶ Ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam, dicitur, quòd iniquos propheta habuit odio, inquantum iniqui sunt habens odio iniquitatem ipsorum, quod est ipsorum malum, & hoc est perfectum odiũ, de quo ipse dicit. Perfecto odio oderam illos. Eiusdem autẽ rationis est odire malum alicuius, & diligere bonum eius, vnde etiam illud perfectum odium ad charitatem pertinet. ¶ Ad secundam respondetur eodem modo, quod illud, secundum quod nobis dissimiles sunt, odire debemus in eis, & destruere, quãtum possumus. Et hoc est naturam eorum diligere, quia eorum malitia bonitati veræ repugnat. ¶ Ad tertiam respõdetur iuxta sanctum Tho. in tertio, & in secunda secundæ, quod, quãuis ad id, quod nunc est, non gaudeant eisdem, de quibus gaudent boni tamen possibile est, vt eisdem gaudeant. Et ideo Dicit philosophus 9. Ethico. quòd non confestim dissoluẽda est amicitia ad eum, qui ex bono factus est malus, sed multo plus adiuuandi sunt ad recuperandam bonitatem virtutis, quam ad recuperandam possessionem bonorum temporalium.

Primũ ar.

Secundũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit & Respondet.

S. Thom. 2. 2. q. 25. ar. 6. 3. sen. d. 28. arg 4.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ.

Ad quartũ. S. Tho.

2 Circa secundum. quæsitum respondetur, † quod modus habendus à prælatis in correctione subditorum, vt sit vtilis. Debet primo cum lenitate corripere: delinquentes. n. sunt. quasi infirmi, & ideo cum lenitate sunt tractandi. ad Gal. 6. Instruite in spiritu lenitatis,

Respõdet. Primus modus.

nitatis,vbi glo.Hieronymi inquit,lenitatis spiritu,& man
Hierony. suetudinis in correctione peccantis spiritualis exhibeat,ne rigidus,ne iratus,& tristis corripere cupiat errantem, sed prouocet eum spondens salutem,veniam repromittens ad
Secundus. iugum Christi suaue,& leue inuitet eum. ¶ Secundo cum humilitate,non cum superbia.superbus.n.est animus humanus.Et ideo cum superbè loquitur eidem alius, sequuntur potius iurgia,quam alij fructus,iuxta illud Prouer. 13. Inter superbos semper iurgia sunt,& Prouerbiorum 14.In
Tertius. ore stulti virga superbiæ.i.superba correctio.¶ Tertio debet esse cum compassione.Non veræ iustitiæ est indignari peccatoribus,sed compati psal.140.Corripiet me iustus in
Quartus. misericordia s.com passionis.¶ Quarto debet esse cum discretione,aliter.n.sunt corrigendi maiores,aliter pares,aliter minores,aliter grauia peccata,aliter leuia,aliter occulta,aliter manifesta sunt tractanda,& in omnibus obseruandus est locus & tẽpus,& opportunitas,quodque non obseruant quædam habentes zelum in correctionibus, sed non secundum scientiam dicit Bern. zelum tuum scientia, s.discretionis.Vnde de doctrina Christiana,quid locis,& tẽporibus prius eueniat diligenter attendendum est,ne temere
Quintus. flagitia reprehendamus. ¶ Quinto, debet cum moderamine,non.n.de festucis proximorum sunt faciendæ trabes,sicut faciunt,qui docti sunt ad culpas aliorum aggrauandas, vnde secunda ad Ti.2.dicit Apostolus.Oportet seruum dei
Sextus. cum modestia esse corripiẽtem.i.cum debito modo.¶ Sexto debet esse cum tranquilitate.Correctio.n.quæ fit,cum turbatus est animus,frequenter est impatientiæ effusio mẽtiens se correctionem.Ecclesiast.19.Est ergo correctio mẽdax in ore contumeliosi. Et ideo vir sapiens expectat facere correctionem,quousque habeat animum suum tranquillum,vt cum tranquillitate iudicet,sicut Deus cum trãquillitate iudicat.Sapientiæ 12.His circũstantijs vestita cor-
Expõnit literam. rectio prælati habet fructum multum.Leg.tex.¶[Odio nõ homines].Qui sunt diligendi ex charitate,vnde Matt.5.& 22.Diligens proximum tuum. Et ego dico vobis.diligite inimicos vestros. Super quo verbo dicit Au. Culpa odiẽda
August. De confl. vir.& vitio ca. 7.T. 9. Gregorius Ho.n.9.circa finẽ elicitur. est,sed natura diligenda.[Corripiantur timidi].i.superbi, vt.n.dicit Grego.super Eze.Mentes asperæ, ac impudẽtes, si increpatæ leuiter fuerint,ad maiores culpas ipsa leuitate prouocantur.[tolerentur infirmi].i.qui ex infirmitate peccant.[non sementis]Quia non ex odio, non zelo vindictæ, non cum furore impatientiæ,sed ex charitate,vt vita hominis corrigatur Arg.23.q.5.prodest & 24.q.3.cum sancti. & de pe.dist.1.importuna,& cap.quia diuitias.[sed medentis] 23.q.5.prodest.



Acientis. Ad idẽ inducitur hoc c.Io.papæ, in quo plura continentur documenta, quod apparebit in discursu literæ, quia ista materia pluries est repetita in tãtum, vt fastidium generet.Lege.¶ [Facientis]hoc intellige, vt dicit gl.
Exponit literam. post ad monitionem Ar.22.q.1.si cultos alias eadem pœna esset negligentię,& cooperationis,quod falsum est,vt supra dictum est,circa dist.83.& 1.q.1.quicquid[scriptum]ad Rom.1.[Libat].i.sacrificat [prospera] id est, prospere,quia eius sacrificium placet Deo,vel[prospera].i. placẽtia Hug. secundum est ibi[negligere]cum possit.Hoc expositum est supra dist.83.c.error,vbi de malis,quæ sequuntur ex negligentia prælatorum circa correctionem subditorum satis diximus.Tertium est ibi [probat odisse se vitia, qui, &c.] Quartum est ibi. [Nec relinquit sibi]. s. corrigenti [locum deuiandi].i.errandi.[vel veniæ]Si deuiauerit,quia cum corrigit alios,non videtur sibi velle indulgeri, si peccet. Qui enim corripit,& non parcit erranti, dat exemplum, vt si deliquerit,corripiatur,& non parcatur ei. Hug. Quintum documentum est ibi[primus innocentiæ gradus est odisse
1 nephanda.]†Tres sunt gradus innocentiæ 23. quæstione 4. ita plane.Primus est malum non facere,siue malum odisse. Secundus est facientibus nõ consentire Tertius est peccantes (si potest) corrigere.Sextum est, ibi.[Quod latum pandit delinquẽtib. aditũ,&c.] Maxime,si est pro prælatus aut maior,qa talium delicta facile trahuntur ab alijs in exemplum 11.quæstione 3.præcipue.Septimum est [Nihil prodest alicui,&c.alieno].i.de consensu ad alienũ peccatum,ꝙ est propriũ peccatum.Nemo.n.damnatur,vel punitur pro alieno,saltem æternaliter, vt 1.quæstio.1. crimen iam itaque Hug.&c.

Si autem. Hic incipit secunda pars, in qua dicitur, ꝙ si aliquando prælatus in corrigendo modũ excesserit, non est ab eo,sed à Deo venia postulãda.

1 *Prelatus modum disciplinæ, siue correctionis circa subditos excedens,an teneatur veniam a subditis postulare.*



Vando. Inducit Magister hoc c.ꝙ est Augustini in de uita clericorum ad probationem huius,ꝙ dixerat,vbi tria tangũtur.Primo,circunstantiæ casus,cum dicitur. Quando necessitas disciplinæ,&c.Secundo excussatio ab humiliatione sequente cum dicitur,Si etiam ipsi modum.Tertio tãgitur causa huius, cum ait.Ne apud eos.

1 ¶ Pro pleniori intelligentia huius c.quæritur sic.† Vtrum Prælatus modum disciplinæ,siue correctionis circa subditos excedens,teneatur veniam à subditis postulare.Et videtur,ꝙ sic.Primo ex illo Mat. 5.Si offers munus tuũ ad altare,& recordatus fueris,quod habes aliquid aduersus fratrẽ tuum,vade prius reconciliari fratri tuo:ergo,&c. ¶ Secundo sic ex.c.nos si incompetenter 2.q.7.vbi Papa se subijcit iudicio Imperatoris,& nuntiorum eius,si quid erga subditos iniuste egerit.¶ Tertio sic Prælatus excedens modum correctionis tenetur actione iniuriarum.ff.ad l. aquil.quẽadmodum.§.magistratus.Ergo tenetur veniam postulare à subdito per disciplinæ excessum iniuriato. ¶ In oppositũ est præsens c.¶ Respondeo dicendum iuxta dominũ Guidonem Carmelitã,quod cum prælatus excedit aspero verbo corrigens,aut excedit limites charitatis,& cadit ad infamiam correcti,& tunc contra charitatem agit,& in proximũ peccat,& debet ab eo veniam petere, & hoc mõ currit illud Matt.5.Si offers munus tuum,&c.Si vero sic excedat, quod maneat tamen infra terminos charitatis,& beneuolentiæ,præterquam aliquantulum excedit,vt subditus sine infamia emendetur à culpa, cũ in hoc non præiudicet cor recto, quem corrigens diligit.[Apocal yp.3.Quos amo corrigo,& castigo.Non debet de tali excessu prælatus veniam petere à subdito.Et hoc propter tria.Primo,quia cum contra charitatem non offendit.Secundo ne subditus ex subiectione veniæ superbiat,& contemnat.Tertio ne par conditio præsumatur inter prælatum,& subditum,& sic corrigẽtis autoritas vilipendatur.¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primã de authoritate Matth.5. Patet responsio:quia illa procedit,sicut dictum est: quando Prælatus excedit limites charitatis.Dicit autẽ hic gloss. quod authoritas illa de prelatis non intelligitur,nisi quando ex odio excedunt.Lau.¶ Ad secundam de.cap.nos.2.q. 7.respõdetur multipliciter.Primo iuxta glo.& Hug. quod illud sponte,& ex humilitate fecit Papa, sicut etiam prælati possunt facere,si vellent ex humilitate,& sponte veniam petere:sed hoc non exigitur ab eis.i.ad hoc non tenentur ex pręcepto,& hoc notatur in ver.non exigitur.¶ Secũdo respondetur,quod non est ad propositum: quia ibi Papa non petit veniam à subditis:sed vult Papa purgare innocentiam suam de subditis.secundum.Hu. ¶ Ad tertiam respondetur,quod antecedens est verum,quando Prelatus corrigens excedit limites charitatis, & cedit asperitas verborũ in infamiam correcti.vel dicendum,vt dicit Hug.quod iste tex.est intelligendus,quãdo Prælatus habet iustã causam corrigendi subditum.Si vero nullam habet causam verberandi,& malo animo,& ex odio ipsum percutit,& lædit tenetur ei satisfacere,& ab eo veniam petere, & tantum de quæstione.Lege tex.¶ [Quando necessitas.]Notandum iuxta Magistrum Humbertum super regulam August.quod hoc ponitur quia posset contingere, quod Prælatus in duris verbis excederet erga subditũ,non causa regiminis,sed alia de causa,vt odij,vel inuidiæ, vel huiusmodi.Item causa regiminis posset etiam in duris verbis excedere in casibus,in quibus non cõcurrit necessitas disciplinæ,vt in quibusdam minimis,quæ non sunt alicuius necessitatis, velut cum alias simplicibus verbis exhibet se subditi corrigibiles.In his autem casibus reprehẽsibile est prælato duris verbis,vti ad subditos.Et ideo dicit in moribꝰ coercẽdis. Contra primum dicit[necessitas disciplinæ.] Contra secundum dicit.[Compellit.] Contra tertium [quando ergo necessitas, &c.] Ostendit in quo casu est hoc intolerabile[non à vobis exigitur].i.ad hoc non tenemini ex necessitate præcepti. Sed tamen nec per hoc excluditur, quando Prælati possent

Quæstio. Primũ ar. Scd'm arg. Tertium ar. Opponit & Respondet Guido carmelita. Ad primũ arg. Ad secundũ Ad tertiũ Exponit literam. Hũbertus

possent hoc facere ex humilitate, vt dicit Hu. & Arc. & etiã Magister Humbertus. [ne apud] Assignat causam hui⁹ dicti. [Frangatur] .i. vilis. & contemptibilis habeatur, & sic subditi reddantur dissoluti. Hu. & Arch. [petendo.] Quia veniale peccatum est corrigere familiam plus iusto, vt di. 25. §. quæ autem sunt minima.

IN doctrina. In hoc. §. incipit tertia pars. In qua dicit, ꝙ doctrinam sacrarum scripturarum debere episcopus, qui paratus debet esse reddere rationem omni poscẽti de fide, & spe, vt apostolus dicit 1. Pet. 3. Hoc autem non fit ꝑ seculares literas, sed per canonicas, & diuinas. Vnde Paulus 1. ad Corinth. 2. dicit. Sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Sapientiam loquimur inter perfectos Sapientiam non huius seculi, sed loquimur sapientiã in mysterio absconditam, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram. ¶ [Grãmaticam exponere.] non debet episcopus qui habet docere celestia, & arcana, & insistere regulis, non Prisciani, aut Donati, poetarum quoq; dicta multa mentiuntur, vt dicit Philosophus primo Metaphysicæ, ꝙ iuxta Prouerbiorum multa mentiuntur poetæ, quæ longe debẽt esse ab ore, & doctore veritatis, vnde apostolus 1. ad Ti. 2. Veritatẽ dico, & nõ mentior, & doctor gentium in fide, & veritate, poetarum quoque dicta multa fabulosa, & turpia continent, quæ doctores euangelicæ puritatis fari est indecens. Vnde refert August. 8. de ciuitate Dei quod Plato honestissime arguit figmenta poetarum, quos, cum eorum scenicis ludis dicit pellẽdos de ciuitate, qui de his carmina indigna scripserunt.

Exponit literam. August.

1 *Subditis religiosis id quod iuste petitur, non est a Prælato denegandum.*

CVm multa. Inducitur ad propositum hoc c. quod est beati Gregorij in Registro scribentis Desiderio Episcopo. Et diuiditur hoc c. in tres partes. In prima dicit se tãta lætitia repletum esse de bonis studijs præfati episcopi, quæ sibi relata erant, ꝙ petita per eum negare non posset. In secunda econtra dicit talia de eo tristitia audiuisse, ꝙ sine verecundia memorare non posset, videlicet, quod Grammaticam populo exponeret. In 3. assignat rõnẽ exprobrationis illius facti 2. ibi. Sed post 3. ibi. Quia in vno. Omnia plana sunt. Lege te. ¶ [Cũ multa valeremus] .i. deberemus. Forte de iure communi papa te-
1 nebatur ad ea, quæ petebat episcopus. Vel est Ar. † ꝙ subditis religiosis, id quod iuste petitur, non est à prælato denegandum Ar. 12. q. 1. religiosam & 35. q. 9. veniam, & 11. q. 1. christianis Hug. [grammaticam.] Quod non decebat, vt dictum est supra. Et idem intellige de qualibet alia arte liberali, & de physica, & de legibus, quod dicitur de grammatica secundum Hu. [quia] Assignat rationem [non capiunt.] Contraria contrarijs conueniunt 1. q. 1. gratiam & 11. q. 3. omnes Hugu. [Canere] .i. in ecclesia recitare, & prædicare [religiosos] .i. alicui Christiano, maxime si sit in sacro ordine. Hugu. vtrum autem liceat clericis studere, & erudiri in scientijs secularibus, supra circa cap. quæritur distin. 38. disputauimus.

Diuisio. Exponit literam.

1 *Hospitalis quis dicatur.*
2 *Gratianus, an conuenienter hospitalẽ exprimat per liberalem.*
3 *Liberalitas ponitur pars iustitiæ, sicut virtus ei annexa. Et accipitur dupliciter nu. 5.*
4 *Temperantia dupliciter accipitur.*
6 *Misericors proprie quis dicitur.*


Liberalem. Hic incipit 4. pars distinctionis. In qua repetens c. illud Apostolicæ Regulæ, ꝙ Oportet episcopum hospitalem esse. Ostendit, ꝙ episcopus non habet nomen vere episcopi, si largus non est largiendo necessitatẽ patiẽtibus, & hoc probat per sequentia capitula, vbi in primis notandum est ẜm Hu. inter libe-
1 ralem, & hospitalẽ hoc inter est. † Hospitalis dr̃ in recipiendo & ꝓcurãdo in domo secum liberalis est, alias largus, & munificus, licet non hospitetur alios, & tamen, quod dicit de liberalitate, refertur ad illud c. quod præmisit. Oportet .s. ordinandum esse hospitalem, quia, si petentibus eum manum non aperiat, quomodo præsumetur, ꝙ eos debeat in domo sua recipere, & receptos procurare: quod est hospitalem esse. Dicit ergo, ꝙ episcopus debet esse liberalis, vt nõ sit contentus sola oratione, sed operibus misericordiæ inuigilet. Postea annectit, quod in ipsa liberalitate discretio est adhibenda, & modus seruandus, quod aperte docetur infra e. §. in ipsa & c. non satis. ¶ Pro pleniori intelligentia hu-
2 ius partis quæritur. ¶ † Vtrum magister Gratianus conueniẽter c. illud, ꝙ oportet episcopũ esse hospitalem, siue necessitatem patiẽtibus occurrere. exprimat per esse liberalẽ. Et videtur, ꝙ non. Primo, quia esse hospitalem, & necessitatem patientibus subuenire pertinet ad virtutem charitatis,
3 siue mĩæ. Esse autem liberalem ad virtutem iustitiæ. † Vnde liberalitas ponitur pars iustitiæ, sicut virtus ei annexa, tanquam principali, sicut dicit S. Tho. in 2. 2. vnde Ambrosius dicit li. 1. de offi. Iustitia ad societatem humani generis refertur. Societatis. n. ratio diuiditur in partes duas, iustitiam, & beneficientiam, quam eãdem liberalitatem, aut benignitatem vocant. ¶ Secũdo hoc idem probatur ratione S. Th. Datio benefici, & misericordis procedit ex eo, quod homo est aliqualiter affectus circa eũ, cui dat. Et ideo talis datio pertinet ad charitatem, siue ad amicitiam, sed datio liberalitatis prouenit ex eo, ꝙ dans est aliqualiter affectus circa pecuniã, dum eam non concupiscit, nec amat, vnde etiam non solum amicis, sed etiam ignotis dat, quãdo oportet, vnde non pertinet ad charitatẽ, sed ad iustitiam, quæ est circa res exteriores. ¶ In oppositum est litera Gratiani. ¶ Respon-
4 deo, dicendum, † ꝙ sicut temperantia potest accipi dupliciter. Vno modo proprie, prout est virtus specialis, & determinata circa delectationis gustus, & tactus. secundum quã tẽperatus dicitur bene moderatus, vt sit sobrius in cibo, & in potu, & cõtinens circa venerea, vt in his nõ excedat, nec deficiat, sed recte se habeat secundum sanum iudicium rationis, prout Philosophus de temperantia proprie dicta determinat in 3. Ethic. ¶ Secundo accipitur temperantia generaliter secundum, quod dicit moderamen circa omnem materiam virtutum, vt dicatur tẽperatus, qui circa omnes actus morales est bene ordinatus, & commẽsuratus, & sic loquitur Philosophus de temperantia 6. Ethicorum, dicẽs, Temperantiam se habere modo virtutis, quia saluat prudentiam, sic, quod temperantia est communis, & genera-
5 lis ad omnem virtutem. † Similiter, & liberalitas dupliciter accipitur. Vno modo proprie, & determinate, secundum q̃ aliquis sua dat gratuite, & liberaliter, prout recta ratio dictat secundum omnem debitam circunstantiam, nec determinat se ad personam pauperem, vel diuitem, sed ad omnem, cui dandum iudicat ratio recta. Et sic liberalis est, qui dat cuique, quando oportet, & quantum oportet, prout dictat recta rõ. Et hoc modo de liberalitate determinat Philosophus 4. Ethicorũ. ¶ Secundo modo dicitur liberalitas communiter, & generaliter, prout comprehendit diuersas virtutes, & diuersarum virtutum actus, & obiecta, prout dicitur liberalis, qui bona, quæ habet vel tenet, vult, & eligit in alium transferre sub certa ratione. Et hoc fit multipliciter. Primo modo, cum vult libere transferre bona sua in aliquem nõ absolute, sed sub ratione determinata. s. sub ratione indigentiæ, & necessitatis proximi ad quam subleuandã vult dare libere indigenti, & isto modo liberalitas est vna, qui ergo dat, & subuenit proximo suo indigẽti, & oppresso,
6 dr̃ large liberalis, † proprie autem dr̃ misericors, qui sua dat ex compassione, compatiens miseriæ, & indigentiæ proximi. Et isto modo accipitur hic liberalitas pro misericordia cum dicit Gratianus, ꝙ liberalem, quoque necessitatem patientibus sacerdotem oportet esse, & misericordem. Vnde eis dominus ait. * Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est. Istis habitis, patet responsio ad quæstionem & ad rationes factas. Nam primæ arguunt de liberalitate ꝓprie sumpta, Gratianus de liberalite proprie sumpta, secundum quem modum dicit, oportet episcopum esse liberalẽ, vt det danda, & retineat retinenda, quia hoc ad vere liberalem misericordem pertinet, maxime, vt intẽdat super egenum, & pauperem. Nam, qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, non est charitas Dei 1. Io. 3. Et talibus dominus dicet. Esuriui, & non dedistis mihi mãducare, Sitiui, & nõ dedisti mihi bibere. Nudus eram, & non vestistis me. Et cõsequenter his dicet. Discedite à me

Quæstio. Primũ ar. S. Thom. Ambrosius. Secũdũ ar. Opponit & Respondet. Luc. 6. Ad arg.

te à me maledicti in ignem æternum, Matth 24.

1 *Promotus ad maiorem honorem aliter se debet habere, quam prius.*

2 *Episcopus dicitur superintendens.*



Fratrem. Inducit ad hoc probandũ Gregorium in Registro, scribentẽ. Secundo seruo Dei. Et diuiditur in duas partes. In 1. iniungit, vt solicitet episcopum Marcianum, vt non solum orationi vacet, sed etiã patiẽtibus necessitatem larga manu occurrat. In secũda assignat rationem. 2. ibi. Quia si hoc, planum est.

Diuisio

Exponit literam:

Lege tex. ¶ [Fratrem] forte Marcianus Monachus fuerat, & factus erat episcopus, & soli lectioni vacabat, vt in monasterio consueuerat, quod non sufficeret, aperte in hoc ostẽdit, cum loco mutet mentem, alias mutatio loci non valet, quæ solet quandoque valere, vt dist. 81. valet, & est Arg.

1 † ꝙ promotus ad maiorem honorem aliter se debet habere, ꝙ prius Ar. contra di. 100. rõnes ordo infra dis. 88. Episcopus nullam. Respondetur, ꝙ ibi loquitur contra eos, qui tãtum volebant esse intenti circa familiarem curam, & nunquam intendere lectioni, aut orationi, quod malum est. Econtra iste volebat tantum vacare contemplationi, & nunquam subuenire necessitati aliorum. Vel intendere temporalibus quod similiter malum est. Nam tantum intẽdere lectioni, & orationi vitium est in Prælatis. Item tantum familiarem curam agere, & secularia tractare vitium est. Est ergo medium tenendum, vt modo intendat his, modo illis, prout vicissim incumbunt, & ibi succedunt, & hæc est virtus. Non ergo in prælato sufficit sola contemplatio, nec sola secularium occupatio, sed vtrique pro loco, & tempore vacandum est, vicissim Ar. 8. quæstio. 1. qui episcopatum, & distinctio. 88. decreuit. Nec mouere debet, quod in c. in contrarium inducto dicitur. Nullam familiaris rei curam ad se reuocet. Intelligendum est principaliter, quod vel ꝑ si, vel per hoc, vt dicit Hug. non excludatur, nisi illicita cura, & tutela, & huiusmodi officia sunt prohibita episcopis, & etiam alijs clericis in sequentibus capitulis. [necessitatẽ patientibus] Magis tamen religiosis succurrat 16. q. 1. [vacuum] Quãtum ad Etymologiam nominis.

Opponit & Respõdet.

2 † Episcopus. i. superintendens dicitur, quasi curam gerens aliorum. Et ita vacuũ habet nomen. i. sine executione sui officij, & per consequens, ex quo sibi deest id, quod ex officio episcopali tenetur, nec ipso nomine gaudere debebit Arg. di. 38. quæ ipsis, & di. 68. Corepiscopi.

¶ Super intẽdẽs vide Azo. in sũma. C. de epis & cle. & ibi gl. in ru. & i aut. de S. epi. firma in tra. de episco.



In ipsa autem liberalitate & cætera. Incipit 5. Pars. In qua ostenditur, ꝙ in ipsa liberalitate modus habendus sit rerum, & personarum, quoniã omnis virtus fulcitur debitis circunstantijs, vnde attendendum est in virtute liberalitatis, quis det, & quãtum, & cui, qualiter, quando, & vbi. Et gratia cuius prout recta ratio dictat, vt 2. Ethicorũ. Hic consequenter ostendit, qđ non est dandum Histrionibus, & venatoribus, & Meretricibus, & nisi forsan in summa necessitate intuitu naturæ, & hoc probat multiplicibus authoritatibus, quæ sequuntur.

Exponit literam.

Lege. ¶ [Rerum prophetę]. s. Dauid psal. c. 1. [dispersit] Nõ totum, sed partem infra e. nõ satis in fi. Arc. [personarum] Vt primum iustis, &c.

1 *Histriones, qui dicantur, & vnde nu. 11.*

6 *Instrumentis musicalibus, in quibus sit licitum vti, & num. 7. Et in quibus non nu. 9*

8 *Citharistis dare, quando sit licitum. Et quando non. nu. 10.*



Donare res. Inducit primo hoc c. quod est Augustini super Ioã. ad probandum propositum. Et diuiditur in duas ptes. In prima dicit Augustinus, quod donare res suas histrionibus immane vitium est. In secunda videtur assignare rationem 2. ibi Et scitis de talibus. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quærun tur quatuor.

Diuisio.

1 ¶ Primum est vtrum Histriones sint in statu damnationis.

2 Secundum est vtrum dare Histrionibus res suas sit peccatum mortale.

4 ¶ Tertium est, vtrum adulatoribus dare sit mortale peccatum.

5 ¶ Quartum est, vtrum Cytharistis & huiusmodi musica instrumenta tangentibus sit peccatum.

1 Ad primum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ Histriones sint in via damnationis. Primo ex præsenti c. vbi dicit Au. super Io. ꝙ dare res suas Histrionibus est immane peccatum, sed hoc non esset, nisi tales essent in statu peccati, ergo, &c. ¶ Secundo talibus interdicitur tradi corpus Christi, vt de conse. di. 2. pro dilectione. ¶ Tertio, Tales totam vitam ordinãt ad ludendum, ergo videntur esse in statu peccati: Consequentia videtur nota. ¶ In oppositum arguitur ex eo, ꝙ in uitis patrum legitur, ꝙ beato Pannutio reuelatum est, ꝙ quidam Ioculator futurus erat sibi consors in vita futura. ¶ Respondeo, dicendum sub ista conclusione, ꝙ non omnes Histriones siue ioculatores sunt in statu pecccati, siue damnationis, puta illi, qui moderate, & ordinate ludis vtuntur, quæ conclusio sic declaratur iuxta sanctum Tho. in secunda secundæ q. 168. ar. 3. Ludus autem est necessarius ad conuersationem, humanæ vitæ, vt præsupponitur hic ad omnia autem, quæ sunt conuersationi humani deputari possunt aliqua officia, aliqua licita, & ideo etiam officium Histrionum, ꝙ ordinatur ad solatium hominibus exhibendum, non est, secundum se illicitum, nec sunt in statu peccati, dummodo moderate ludo vtantur, non vtendo aliquibus illicitis verbis: vel factis ad ludendum, & non adhibendo ludum negotijs, & temporibus debitis. Concordat dominus Vlrichus in summa sua dicens, aliqui autem in tali vita potius sunt ex necessitate, quam ex voluptate, quia nullo alio artificio, sciunt vitam acquirere sibi, nec suis, nec exercent ludos turpes, sed liberales. Et illos nõ credo ex hoc esse in malo statu. Hæc ille: vocatur autem ludus liberalis secundum ipsum, qui in dictis, & factis nullũ facit præiudiciũ virtuti, & tamen affert iocunditatem. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur concedendo, ꝙ Histriones, quibus res non sunt donandæ, sunt in statu peccati, videlicet hi, qui turpibus ludis mentes hominum subuertunt, non autem omnes Histriones sunt huiusmodi. ¶ Ad secundam respondetur simili modo, ꝙ illis Histrionibus, quibus prohibetur dari eleemosynam, prohibetur etiam dari eucharistiam, non autem omnes sunt huiusmodi. ¶ Ad tertiam respondetur negando assumptum. Dicimus. n. iuxta sanctum Tho. in 2. 2. vbi supra, ꝙ tales Histriones, qui moderate ludo vtuntur licet in rebus humanis non vtantur alio officio per comparationem ad alios homines, tamẽ ꝑ comparationem ad se ipsos, & ad dum, alias habent seriosas, & virtuosas operationes, puta, deum orant, & suas passiones, & operationes componunt: quandoque etiam pauperibus eleemosinas largiuntur.

Primũ ar.

Scđm arg.

Tertium ar.

Opponit ĩ cõtrarium. respondet.

S. Tho. 2 2 q. 186. ar. 3. in resp. ad 3 argu.

Vlrichus.

Ad primũ. arg.

Ad secundu

Ad tertiũ

S. Thomæ.

2 Ad secundum. sic proceditur. † Et videtur, ꝙ dare Histrionibus eleemosinã, siue res suas sit peccatum mortale. Primo ex cap. præsenti, vbi ait Augustinus, quod dare res suas Histrionibus est vitium immane. ¶ Secundo arguitur ex illo Ecclesia. 12. Da bono, & non recipias peccatorem. Bene fac humili, & ne dederis impio. ¶ In oppositum videtur argui ex illo. Hiere. 6. Omni petenti te, tribue, vbi nõ distinguit de istis aut de illis. ¶ Respõdeo dicendum, quod sicut ex articulo præcedenti patet. duplex est conditio Histrionum, quidã sunt, qui illicitis ludis vtuntur, cuiusmodi sunt qui Theatris, & turpibus ludis mentes hominum subuertunt.

Aug. super Io. Tract. 100. To. 9.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Opponit ĩ contrariũ.

respondet

3 † Histriones enim dicuntur, vt dicit Hu. qui ludibria sui corporis exercent, & gesticulatione, & motu corporis transformatione, vultus gestus aliorum repræsentant, & hi ipso iure sunt infames, vt. 4. q. 1. cap. 1. Dicuntur Histriones, qui operi illicito operam dant, mendose aliquos male agẽtes laudantes, & alios infamantes, quos Philosophus Bomolochos vocat. 4. ethicorum. Dicuntur Bomolochi qui excedunt in derisione, quemadmodum enim milui volabant circa templum ad rapiendum intestina animalium immolatorum in templis, sic isti insidiantur ad hoc, vt possint aliquid rapere, quod conuertant in derisionem, & tales sunt nequam, & onerosi. Sunt autem duo consideranda in istis, scilicet vitium, & natura: & secundum hoc sunt duæ conclusiones, iuxta Alexandrum de Halis in 3. & sanctũ Tho. in 2. 2. Prima ratio est, quod dare talibus bona sua intuitu vitij, quasi scilicet delectaĩ in vitioso, & illicito ludo eius: & sic

Ale de Hal. Prima conclusio.

&sic vt ad similia prouocent,& in tali casu cõseruët est peccatum mortale. Patet conclusio. Tum ex illo ad Rom. 1. Non solum facientes sunt digni morte, sed etiam, qui consentientibus, seu facientibus consentiunt. Tum secundo, qa isti fouent illos in peccato,& qui sic facit, vt dicit Hieronymus, immolat demonijs. Tũ tertio, quia dãdo talibus, maxime pro tali opere vitioso, subtrahitur beneficiũ veris pauperibus, qui magis egent, cum illi possent, in manibus operãdo, acquirere victum. Nam, vt inquit Ber. Pars sacrilegij est res pauperum dare non pauperibus. ¶ Secunda conclusio, ꝙ Histrionibus talibus dare intuitu naturæ, quia.s. est ad imaginem dei,& possibilis ad gratiam in extrema necessitate existentib. ad sustẽtationem naturæ licitum est. Vnde ad Gal. vlt. inquit Apostolus. Operemur bonum ad omnes. Et ad Ro. 12. Si esurierit inimicus tuus ciba illũ Ar. 23. q. 4. duo & 11. q. 3. quoniam multos. ¶ Secunda est conditio Histrionum, qui moderate ludo vtuntur. i. qui nõ turpes, sed liberales ludos habent, in quibus eutrapelia medium virtutis tenet. De istis est conclusio 3. ꝙ dantes moderate talib. aliquid pro sustentatione eorum, non peccant, sed iuste faciunt, mercedem eorum ministerij eis retribuendo. Ista cõclusio est S. Tho. in 2.2. vbi supra. ¶ Quarta conclusio dare talibus Histrionibus superflue sua in tales consumẽdo, est peccatum mortale. Ista conclusio est S. Thomæ, vbi supra. Et concordant Vlrichus, qui addit, ꝙ dare partem talibus ad obseruandam famã suam. i. ne à talibus vituperetur, non credo talem peccare mortaliter. Ex his dictis patet responsio ad rationes in principio quæstionis.

Secunda cõclusio. *Tertia cõclusio.* *Quarta cõclusio* *Vlricus.* *Respõdet.*

Ad tertium. Respondetur iuxta dominum Vlrichum, qui in summa sua dicit sic. † Adulatoribus dare non reputo mortale peccatum, nisi nimius appetitus gloriæ hoc causaret, sicut Herodes delectabatur, quando sibi dabantur laudes nõ hominum, sed dei, vel nisi intendat,& cupiat illam adulationem, de qua dicit in Psal. 9. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ,& iniquus benedicitur,& de qua Esa. 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Hæc.n. adulatio crimen est,& illi, qui pro tali exercitio vitioso eis largiuntur bona sua communicant cum eis, vt crimine. Et ita patet quid dicendum sit de ista quæstione.


4

5 **Ad quartum** In quo quæritur, † Vtrum Cytharistis, vt Lyristis,& huiusmodi qui extẽso nomine dicuntur etiam Histriones, qui per instrumenta prouocant homines ad lætitiam dare aliquid pro opere suo sit peccatum. Respondetur iuxta Hu.& gl.& Alexandrum de Halis in ter. sub aliquibus conclusionibus. Prima sit ista. † Quod vti huiusmodi instrumentis musicalibus ad laudem Dei, vel ad salutem corporis, vel etiam recreationem animæ, vel ob necessitatem aliquam honestam non est peccatum, vel si est, est veniale. Patet conclusio exẽplo Dauid, qui legitur talibus vsus fuisse, vnde primi Reg. 16. dicitur, ꝙ cum Dauid tãgeret cytharam Saul leuius habebat,& recedebat ab eo spiritus malus. Item Heliseus pręcepit, vt adduceretur sibi psaltes, facta est super eum manꝰ domini. s. ad laudem Dei,& causa mysterij. ¶ Secunda conclusio. † Quòd etiam audire musicalia instrumẽta ob eandẽ causam nullum est peccatum, vel si aliquando est aliquod est veniale di. 41. quisquis. ¶ Tertia conclusio, † Quod in tali casu licitum est dare talibus cytharistis,&c. Pro tali opere. ¶ Quarta conclusio est. † Quod vti talibus instrumentis ad inordinatam, siue libidinosam voluptatem incitandum est peccatum, quia Deum moribus stimulat,& populum vocibus delectat 92. distinct. in sancta. ¶ Quinta conclusio, † ꝙ talibus dare aliquid pro tali opere peccatum est: patet conclusio rationibus suprapositis. His habitis, dicamus ad literam. ¶ [Donare Histrionibus.] † Histriones dicuntur, quasi Histriones qui suorum corporum gesticulatione Historias, quasi declarant, quales olim erant tragedi,& comędi. Verum hodie omnes abusione sermonum,& confusione actorum Histriones vocantur tales prohibentur à promotione di. 33. maritum.& à corpore Christi de consecratione dist. 2. pro dilectione.& sunt infames 4. quæst. 1. c. 1. in glo. [immane]. i. grande, non virtus liberalitatis, sed magis vitium prodigalitatis talibus dare causa vanæ gloriæ pro exercitio sui vitij peccatum est. Sed in necessitate dare eis, aliquid pietatis intuitu, qua oditur culpa,& diligitur natura, non 23. q. 4. duo ista & 11. q. 3. quoniam multos. [Et nescitis] 2. pars. assignat causam, propter quam multi

Respondet Ale. de Hal. Prima conclusio. 7 ... *Secunda cõclusio.* 7 ... *Tertia conclusio.* 8 ... *Quarta cõclusio.* 9 ... *Quinta cõclusio.* 10 ... *Exponit literam.* 11

dant sunt Histrionibus. s. appetitus inanis gloriæ: nescitis, quam sit frequens fama cum laude de talibus, Histriones habẽt de more clamare,& publicare bona eis collata laudando magnificentiam donantium, vnde sequitur. [Laudatur] Isti. n. Histriones adulationis Deo iniũgunt capita peccatorum, quod graue peccatum est, cum pro pecunia peccatores laudent,& beatificent.

2 *Venatio dicitur quadruplex.*
3 *Pugna, quando sit licita,& quando non.*
4 *Episcopis an sit prohibita venatio.*
5 *Venatio an,& quando sit prohibita religiosis.*
6 *Piscatio, quando sit licita,& quando prohibita.*



QVi venatoribus. Consequenter ꝓsequendo, quod liberatis bona sua nõ turpibus, aut impijs hominibus largiri debet sed iustis,& honestis ponit, ꝙ non est dandum veneratoribus, Histrionibus, ac Meretricibus. Breue est. Et non diuiditur. ¶ Pro pleniori intelligentia huius capituli quęruntur tria.

1 ¶ Primum est, vtrum venatio sit licita.
7 ¶ Secundum est, vtrum dare venatoribus sit peccatum.
8 ¶ Tertium est, vtrum dare Meretricibus peccatum sit.

1 **Ad primum.** Vtrum venatio sit licita † Respondetur, ꝙ prout in glos. tangitur hic & in glo. extra de clerico venatore,& etiam Hug.& Host. 2 ponũt. † quadruplex dicitur venatio, quędam dicitur hominum oppressiua, qua. s. quis est oppressor hominum, siue raptor & rerum eorum, de ista dicitur Gene. 10. quod cæpit Nembroth esse robustus venator coram Domino. i. hominum oppressor transsumptiue dist. 6. § his itaque. Et de ista loquendo sit ista conclusio, quod talis venatio est illicita omnino. Patet conclusio. ¶ Secunda venatio dicitur arenaria, qua quis pugnat in arena cum bestia dentata. Et de ista loquendo est talis conclusio, quod talis venatio est illicita. Patet ex capitulo præsenti,& duobus sequentibus in quibus sermo fit de ista venatione. Verum est differentia inter eum, qui locat operas suas, vt cum bestia dentata pugnet,& eum, qui non locat ad hoc, sed tantum ostendendę virtutis causa, quia licet iste etiam peccet, sicut primus, qui exponit se discrimini vitæ, tamen non efficitur infamis, sicut primus, vt. ff. de postulando. lege 1. §. item senatus. Dicit autem hic dominus Guido Carmelita. † Si talis pugna fiat ab aliquo ex violenta necessitate,& coactione, prout in aliquibus partibus est vituperabilis abusus, quo quis, cum culpatur de crimine, aut ostenditur, aut pugnat cum bestia dẽtata, vel cum tauro cornuto, talis. n. pugnatio illicita est, pugnans tamen in hac necessitate, vt euadat mortem, videtur defensor pro saluanda vita, vnde si reus sit mortis, non apparet, quod peccet defendendo se contra bestiam sibi missam ad tuitionem vitæ suæ. quia gratis non pugnat. Hæc ille. ¶ Tertia venatio dicitur saltuosa,& est illa quæ fit in syluis,& saltibus interficiendo feras, vel aues, siue fiat ꝑ necessitatem indigentiæ: vt cum quis ex tali artificio sustẽtatur, siue propter necessitatem violentię, vt cum quis venatur aliquas bestias vastantes fructus suos, vel pecora, siue fiat propter vtilitatẽ: vt carnes habeat in cibum: vel pelles ad vestimentum: siue fiat propter recreationem, de quib. generibus venationũ est ista conclusio. Quod ista oĩa genera venationum sunt opera de se indifferentia:& possunt bene,& male fieri. Vnde hæc deprehendit esse licita, vel illicita quatuor de causis. Scilicet, Ratione psonæ. Ratione causæ. Ratione temporis:& Ratione modi. Si loquamur ratione personæ, tunc est ista conclusio. Quod venatio est ista laicis licita,& licite potest ab eis exerceri. Dum tamen fiat sine damno,& læsione proximi. Ista conclusio patet. ¶ Secunda conclusio. Talis venatio non est licita Episcopo, nec clerico, nec Monacho, nec alicui Religiosæ personæ, vt patet di. 34 c. 1.& extra de clerico venatore c. 1.& 2. Quæ conclusio etiam rõne patet, quoniam nulli dubium, quin talis venatio clamorosa,& immoderata non licet clericis. Tum eo, ꝙ ipsi debitam maturitatem in sua conuersatione tenẽtur populo in exemplum ostendere. Tum etiam, quia sumptus graues (quos oportet facere in talib. venationibus, in canibus, in auibus, in familijs) pauperibus subtrahuntur. ¶ Secundo ex parte causæ etiã venatio deprehenditur licita, vel illicita. Pro qua parte sit ista prima conclusio. Venatio ta

Respõdet. *Guido Carmelita.* *Prima cõclusio. Scda conclusio.*

tio talis,quæ fit necessitatis indigẽtiæ causa quemadmodũ
Quarta cõclusio fit ab his,qui ex tali officio sustentantur,est licita. ¶Secun
da conclusio. Venatio talis, quæ fit causa necessitatis, vio
lentiæ, quæ fit ad expellendũ bestias deuastantes aut fruct⁹
Quinta cõclusio. aut pecora est licita.¶Tertia conclusio.Quod in istis duo-
bus casibus venatio potest esse licita etiam clericis, vt dicit
Hostien. Host.in summa,dum tamen non ponant nimis mentem in
venatione.Ita,ꝙ ecclesia in spiritualibus,vel temporalibus
exinde detrimentũ patiatur,vel aliquod onus inde habeat,
Sexta cõclusio. vt probaẽ ex.e.ti.c.1.& 2.& extra ne cle.vel mo.c.1. ¶Quar
ta cõclusio.Talis venatio cum fit causa voluptatis est illici-
ta vt infra e.Esau.& c.quid prodest.¶Tertio similiter ratio
Septima cõclusio. ne temporis deprehenditur,venatio licita,vel illicita .Pro
qua parte sit ista prima conclu.Venatio prędicta si fiat,tem
pore deuotionis,vel pœnitentię,vel in quadragesima.vel si
milib.tẽporibus est illicita.Patet cõclusio,vnde Hos.in sum
ma.Venatio est omnibus interdicta,si fiat eo tempore,quo
homines debent esse in ecclesia, & orare, siue sint clerici si
ue laici,vt infra eod. an putatis de consec. distinct.3. in reli
giosa.& distinct.quinta.ieiunium, & hanc conclusionem
intellige,nisi necessitas famis vrgeret,vel si bestiæ , sicut a-
pri,vrsi,vel hmõi venirẽt segetes,vel fructus deuastare,seu
vineas, aut pecora,quia in talibus casibus licet ẽt in quadra
Octaua cõclusio, gesima venari Ar.C.de feris l.2.¶ Scđa concl.Alijs diebus,
causis superius assignatis,licita est personis,quibus non est
Nona conclusio. prohibita.¶ Quarto similiter ex parte modi,quo fit,potest
esse licita,vel illicita.Pro qua parte sit ista prima conclusio.
Licet venatio saltuosa , & clamorosa sit clericis regulariter
prohibita,nihilominus venatio quieta,& quæ sine strepitu
exercetur,& vtilitatis,seu recreationis causa,& raro licita
Hostiensis est clericis.Ista conclusio est Host. in summa dicentis. Ve-
natio,quando non fit causa voluptatis , sed recreationis ad
incitandum appetitum , vel excitandum calorem natura-
lem est licita clericis Ar. extra de homicid.dilectus filius.
& de iure iurand.& si Christus. §. penultimo. & de conse.
Decima cõclusio. dist.5.sint tibi ieiunia.¶ Secunda conclusio , Venatio cum
laqueis,& pedicis,atque retibus,& canibus,Clericis etiam
est licita,dummodo cum modestia,& silentio fiat.Nam &
Monacho licet texere linum pro capiendis piscibus.de cõ
4 secra.d.5.nunquam.†Circa episcopos quidam dicũt, quod
eis venatio omni tempore est prohibita 34.d.c.1. Dicit ta-
Hostiensis men Ho.in summa,ꝙ causa vtilitatis,vel recreationis pos-
sunt clerici,etiam si episcopi sint,vel alij prælati venari, vt
tamen nõ proficiscantur cum canibus,& auibus,quãdo de
bent visitare,& prædicare vt extra de censibus cum aposto
lus.§.Arch.sic intellige extra ne cle.vel mo.c.1.ver. canes,
vel aues.Nec obstat inquit,sed concordat di.34.c.1.per qđ
dicunt aliqui(vt dictum est)venationem omnino episco-
pis prohiberi,quia non dr̃ ibi,quod ille episcopus venator
esset tantummodo, sed incontinens,& ꝙ circa spũalia de-
ses erat,& negligens.Nec obsunt etiam c.1.& 2.extra de cle
rico venatore , quia ibi non magis prohiberetur episcopis
Archid. venatio,quam alijs seruis Dei . Propter hoc dicit Archid.
hic,ꝙ si electio in episcopum obijciatur,quod sit venator.
Hanc exceptionem debemus interpretari in meliorẽ par-
tem.s.ꝙ causa licitæ recreationis hoc agat Ar.extra de re-
gu.iur.c.2.& 1.q.7. sancimus.& extra de scruti.c.1 . Nisi cõ
trarium aliæ præsumptiones probabiles mouerẽt,quæ col
liguntur ex personis,& ex multis circunstantijs.extra de p̃
sump.quia.Et hæc interpretatio latior fiet, quando excipi
tur contra aliquem,quam quando accusatur, vbi vterque
patitur æquale supplicium,& vbi quis prosequitur suã iniu
riam,vel suorum.secundum Innocen.& Ber.qui ita notant
extra de elect.dudum 2.†Circa religiosos etiam quidam di
Hostiensis 5 cunt,vt ait Host.ꝙ omni tempore est illis venatio illicita .
Ar.23.q.fin.si nulla in fi.Sed dicendum est,inquit,quod ne
cessitate exigente ecclesiæ,licitum est etiam Monachis. Vn
de dicendũ est pro conclusione,quod in illis duobus casib.
suprapositis.s.vrgente necessitate inopiæ,aut violentiæ li
citum est etiam monachis venari,sicut & clericis.Item hoc
patet in casu,quem ponit Host.vt puta si redditus religioso
rum consisterent in venatione cuniculorum,sicut in parti
bus prouinciæ,vel aliarum ferarum inclusarum in parcis,
sicut in partibus Galliæ,& franciæ consistunt,tunc licet eis
in proprijs personis,si familia tantum deficiat,recolligere,
& vendere venationem suam sine peccato:dum tamẽ hoc
faciant tempore competẽti.Nota hic,quod vt dicit domi-
Vlricus. nus Vlrichus in summa,in prædictis casibus omnibus non
credo esse peccatum mortale,nisi ex simili rõne, videlicet
si tantum quis venationi insistat,ꝙ negligat ea , ad quæ ex
officio,vel ex diuino præcepto,vel ex voto tenetur . Nam
non differunt adinuicem nisi per circunstantias non mutã
tes speciẽ peccatis. Et tales circunstantiæ non aggrauant in
6 infinitum.¶ Sed circa hanc materiam surgit q.†De piscatio Quæstio.
ne,& dimissa opinione dicentium, ꝙ non est idem iudiciũ
de piscatione,& de uenatione, dicimus circa piscationem
sic,ꝙ sic actus venandi est indifferens,ita actus piscandi:vn
de est ista conclusio,ꝙ piscatio,si fiat propter necessitatẽ,si
cut faciunt illi,qui per hoc victum quærunt, est licita . Ista
conclusio est B.Gregorij super Io.21.vbi leguntur Aposto
li post Christi resurrectionem redijsse ad opus piscationis
cum Mattheus post conuersionem ad opus telonei non re
sederit.¶ Secunda:ꝙ piscatio,si fiat propter solatium,adhi
bitis circunstantijs, est ẽt licita . ¶ Tertia conclu. Piscatio,
quæ fit deficiente aliqua debitarum circunstantiarum , est
illicita,& est veniale,vel mortale peccatum secundum di-
stinctionẽ,quã de venatione posuimus:magis tamen pro-
hibetur venatio,quam piscatio,quia maior est in hac exces
sus,& frequentior eo,ꝙ piscatio est laborioisor , & hæc de
prima quæstione.

Ad secundam quæstionem. In qua q̃ritur vtrũ

7 dare venatoribus sit peccatũ. †Respondetur subsequentib. Respõdet.
conclusionibus.Prima est,quod licet dare venatoribus ve
natione oppressiua hominum aliquid ad euadendũ violen Prima conclusio.
tiam eorum,& oppressiones,sit licitum, tamen ad condu-
cendum eos ad talia faciẽdum:est illicitum,& peccatũ mor
tale:conclusio est notissima.¶ Secunda conclusio.Quod da Secunda cõclusio.
re venatoribus excercentibus venationem,est illicitum,&
peccatum mortale,vt manifeste colligitur ex c.præsenti:&
sequenti.In quo sic dicit Aug.Qui venatori donat,non hoĩ August.
donat,sed arti nequissimæ donat. Nam si homo tantum es
set:& venator non esset,non ei dares,honorans in eo vitiũ
non naturã.¶ Tertia conclusio est. Dare exercentibus ve- Tertia conclusio.
nationem saltuosam,siue quietam animaliũ : aut auium in
casibus;in quibus venatio talis est licita licitum est: conclu
sio patet . Et hæc de ista q.dicta sufficiant.

Ad tertiam quæstionem. In qua quæritur . † Vtrum

8 dare Meretricibus sit peccatum.Respondetur secundum. Respõdet.
Hu.& Arch.sub istis conclusionib. ¶ Prima cõcl. Dare me
retrici,vt ipsa se supponat,& sic pretio eã allicere: cũ forte Prima cõclusio.
alias non acquiesceret, peccatũ est, & sĩr pacisci pc̃m est.
Ista concl̃o patet pro vtraq; sui parte manifeste:cũ allicere
ad peccatũ mortale, & peccato mortali acquiescere pecca
tũ mortale sit.¶ Scđa concl.In casu;quo Meretrix sponte se
subijciat,dare ei postea intuitu sui officij remunerandi nõ Secunda cõclusio.
est peccatum,nec ipsam tunc accipere est peccatum:turpi-
ter.n.facit in eo,ꝙ est meretrix.ff.de condi.ob tur. causam.
l.Idem,& si ob stuprũ.§.quoties.Vnde quamuis Iudas.Gen.
38.concubans cum Thamar culpetur ex malo actu,non ta
men culpatur,qa promissum hędum misit.Si ergo alicubi
inueniatur esse peccatum,vel prohibitũ tali casu dare me-
retrici,sic intellige.i.cum ea exercere meretricium , pro
quo debemus,vel tenemur ei dare aliqđ secundum Hu. &
Arch.Lege te.¶ [Qui venatoribus.]Loquitur de venatio- Exponit literam,
ne arenaria,sicut dictum est.In qua pugnatur cum feris,qđ
manifeste colligitur ex ipso sequenti verbo,hoc in illo ve
stiunt ipsam nequitiã publicam spectaculis oĩum , ex quo
manifeste habet,ꝙ talibus donare propter talem nequissi
mam artem peccatum mortale est,qui donant Histrionib.
& Meretricibus,vt sic pretio alliciant ad eorum opera vi
tiosa,quare donant,&c.

1 *Vitium non est honorandum,sed vituperandum.*



Tẽ,qui venatori donat.

Ad idem est hoc c.eiusdem August. quod
exponendum est sicut præcedens. Lege.
¶ [Arti nequissimæ] Ars quippe venan- Exponit literam.
di 1.& 2.modo,non est dubium, ꝙ est ars
nequissima,venatoria autem saltica in clericis est damnata
eo mõ,quo supra diximus, & vbi bona proximorũ in hoc
damnificãtur,est omnibus prohibita,sicut prohibitũ est,
inferre damnum proximo, cum sit contra præceptum cha
ritatis.

ritatis. De quo scriptum est. Deuteron. 6. Diliges proximũ
1 tuum, sicut teipsum [&] Proue. 1. venator. Hu. [vitium.] † Vitium. n. non est honorandum, sed potius vituperandum, vt patet per philosophum 2. & 4. Ethicorũ. Omnis honor datur in præmium virtutis quę vitio aduersatur, vnde contra honorationem malorum psal. ait Psalm. 9. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur.

1 *Venationem arenariam aspicientes peccant.*
2 *Peccatores tristabuntur in visione Iudicis.*


Ident. Ad idem sequitur hoc cap. quod est eiusdem Augusti. super psal. 147. in
1 quo ostendit, † ꝙ non tantum peccant, qui venationem, prædictam s. arenariam exercent, sed etiam illi, qui aspiciunt ad voluntatem, & in ea delectantur. Plana sunt omnia. Le. ¶ [Væ miseris] Miseros dicit peccatores, quia Prouerbiorum 14. dicitur Miseros facit populos peccatum, quibus væ maledictionis æternæ dicitur. Ecclesiast. 41. Væ vobis viri impij, q dereliquistis legem domini, & Esa. 1. Væ gẽti peccatrici [videbunt] Tunc videbunt filiũ hominis venientem in nubibus cœli. Lu. 21. & Io. 19. Videbunt eũ in quem trãsfixerũt. Videbũt. s. in forma diuinitatis, vt inquit Au. In qua iudicatus est, vt doleant, in forma diuinitatis non videbũt, ne gau
2 deant, vnde sequitur [Contristabũtur] † Peccatores. n. & malefactores tristabuntur, & in visione Iudicis, à quo audituri sunt illud. Ite maledicti in ignem æternum. Matth. 25. Ibi erit fletus, & stridor dentium Mat. 13. vt quisquam eorum dicet. Ecce pereo tristitia magna. 1. Machabeorum. 6. Sicut. n. boni respicient gloriosam formã Christi cum gaudio, ita mali cum confusione, & pœna, confundentur. n. in aspectu eius, & non poterunt eius sustinere vultum, scilicet propter cõscientiæ remorsum, & propter expectationem ferendæ sententiæ.

Exponit literam.

Aug. Super Io. Tra. 21. circa fi. To. 9.


Piscopum presbyterum. Palæa est. Hoc est autem primum capi. de clerico venatore extra, &c.


Sau Inducitur hoc c. quod est Hieronymi super psal. 85. ad damnationem venationis, etiam salticæ, quæ causa delectationis, fit, & tempore interdicto, vnde ostendere volens, ꝙ talis venatio non sit licita, inquit duo dicta. Primum est, ꝙ Esau venator erat, quoniam peccator erat. Secundum est, quod in scripturis nullũ legimus venatorem sanctum. Plana sunt omnia. Le. ¶ [Esau venator] De quo dicitur Gen. 25. Factus Esau vir gnarus. i. sciens, vsum habens venãdi [qui peccator] Assignat causam sine qua non: quia, nisi esset peccator, venator nõ esset, nec aliter exercet talem venationem, vel causam notat, quare facilius cõsensit in venatione Hu. [In scripturis sanctis]. i. in libris veteris, vel noui testamenti, & sic cessat oppositio de Eustachio. Nec etiam obstat, quod dicit Augusti. sanctum Dauid fuisse Psaltem, & venatorem, qui tactu cordarum p̃ceptorũ Dei occidit feras vitiorum Dei, quia illa venatio, qua leonem, & vrsum occidit, potius fuit opus diligẽtis pastoris, quam venatoris. Piscatores etiam existẽtes in officio piscandi, vt Apostolos, Petrum, & Andream, Iacobum, & Ioannem, qui sunt facti piscatores hominum, vnde dominus ait illis. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum.

Exponit literam.

Aug.

1 *Ieiunare bonum est, & ad quid prosit.*


Vid prodest. Consequenter etiam inducitur hoc. c. quod est B. Ambrosij in sermone de quadragesima. in reprobationem venationis salticæ, quæ causa delectationis fit, & tempore non congruo, puta tempore pænitẽtiæ, cuius solatio, cum quis intendit, vt pœnitentiam, qua indiget, negligat, manifestũ sit, grauiter peccat merito ideo ait beatus Ambrosius, ꝙ ieiunia, aut alia bona opera, quæ talis facit ad meritum vitæ æternæ non proficiunt. Plana sunt omnia. Lege. ¶ [Ieiunare.] † Bonum est ieiunare, sed non prodest ad meritum vitę
1 æternæ, nisi abstineatur à peccato, quod charitatem excludit, sine qua nihil prodest, vt dicit Apostolus. 1. ad Corint. 13. qui ait. Si tradidero corpus meũ, vt ardeã, charitatẽ aũt non habeam nihil mihi prodest [& luxuriari venatibus]. i. causa luxuriæ, & voluptatis intendere Hug. & Archi. Vnde propter hoc maxime fit hæc prohibitio secundum Hug. & est hic argumentum contra illos, quoniam, vt fugiant tædium ieiunij, aleas, venationem, vel aliud ludicre exercẽt, vt dicit Archid.

Exponit literam.

1 *Serui obedientes dominis suis à venatione, an peccent.*
2 *Domini, qui cogunt seruos ire ad venationem, peccant.*


N putatis. Sequitur ad idem propositum hoc c. ipsius Ambrosii, in quo reprehenditur, & damnatur illa voluptas hominum in venatione, propter, quam prætermittuntur illa, quæ ex diuino præcepto, aut ecclesiæ tenentur facere. Et ostendit, ꝙ tales venatores tenẽtur, obnoxij tam de peccato proprio quam de peccato seruulorum, quos ducũt secum ad huiusmodi venationem. Plana sunt omnia, &c. Lege. ¶ [An ieiunare.] Ad meritum vitæ æternę, profecto sine fructu huiusmodi ieiunant, qui in peccato delectantur, vnde ieiuniũ non profuit Pharisæo, qui ieiunabat bis in sabbato, quin exiuit de templo condemnatus. Lucæ 18. Ieiunium tamen intantum prodest, ꝙ disponit, vt peccator pęniteat [qui primo diluculo] quia prius ibant ad syluas, quam ad ecclesias, cum scriptum sit. Matth. 6. Primum quærite regnum Dei. Hu. [festinantes.] Ipso actu vel festinare volentes Hu. [aliena peccata.] Quia ipsi peccant, & seruos peccare compel-
1 lunt. Sed hic surgit quæstio. † Vtrum serui in hoc obedientes dominis suis peccent. Et videtur, ꝙ non, quoniam dicitur Ad Colo. 3. Serui obedite per omnia Dominis carnalibus. Respõdetur, ꝙ obedire tenentur in licitis, & honestis, alias nõ, vt 11. q. 3. si dominus. Oportet. n. plus obedire deo, quam hominibus. Actu. 4. † Vnde domini, qui cogunt ser-
2 uos ire ad venationem, cum debẽt ad ecclesiam venire peccant Domini seruos ad hoc cogendo, & peccant serui obediendo, alias si ad licitam venationem compellant domini seruos, serui obedire debent, nec in hoc peccant, nisi incipiat placere eis, & verti in voluptatem, quo casu peccant mortaliter. Et in tali casu potest intelligi finis huius c. Sępe. n. quod ab initio infert conditio necessitatis id postea ex cõsuetudine dulcescit, & trahitur in perniciem voluptatis vt 34. q. 1. c. 1. Sicut econtra dicitur de illis, qui à principio ad bonum coguntur, vt 23. q. 5. §. vlt. secundum Hu. [Accumulare aliena.] Nam domini, sic seruos compellando ad illicitam venationem, & tempore indebito, faciunt seruorũ peccata sua, quę peccata, licet sint seruorum in obediendo, sunt nihilominus propria dominorum illicita præcipiẽdo & ita tenentur domini pro peccatis seruorum extra de testi. sicut, & 22. q. 5. qui compulsus.

Exponit literam.

Quæstio.

Respondet.

2 *Inuoluntarium non tollit aliquid de præmio nec de pœna.*
4 *Voluntas plena, siue perfecta, quæ dicatur.*
5 *Bonum facere potest quis sine virtute.*
6 *Obseruantia, quæ sit in ordine beneficiorum, charitatis, & eleemosinæ.*
8 *Liberalitas præcipua dicitur redimere captiuos, maxime ab hoste barbaro, & an quis ad illud teneatur. nu. 12.*
9 *Fidelis quilibet, an teneatur incarceratum, & afflictum propter debitum de carcere redimere de suo.*
10 *Eleemosina, an potius sit danda meliori, quam minus bono, & iusto, quam impio.*
11 *Eleemosinæ diffinitio.*
13 *Non liberans eum, qui ducitur ad mortem, an peccet mortaliter.*
14 *Pecunia data pro redemptione captiui, vel illius, qui ducitur ad mortem an possit repeti.*
15 *Eleemosina, an sit abundanter danda.*
16 *Eleemosinæ efficacia, in quo consistat.*
17 *Vtilitas triplex ex eleemosina.*
18 *Opes omnes simul effundere, & dare pauperibus, an sit meritorium.*
19 *Consanguinitatis ratio habenda est, quando non possumus omnibus subuenire.*
20 *Nobilibus, quare magis dandum sit, quam alijs.*


On satis. Quoniam loquutus fuerat de liberalitate, siue misericordia, quam debet habere in episcopum promouendus. Núc reuertitur ad prosequendum de ea. Et diuiditur hoc c.

Diuisio

hoc c.in duas partes.In prima ostendit,ꝙ voluntas benefaciendi non sufficit sine opere,nec opus sine bona voluntate.In secunda ponit nouem circunstantias,quæ considerandæ ueniunt in ipsa liberalitate,siue exhibitione misericordiæ. Subdiuisio. Quæ pars diuiditur in nouem partes.secũdum nouem ipsa,quæ ponit consideranda in exhibitione liberalitatis,quæ sunt fides,causa locus,tẽpus,modus,necessitudo,ætas,debilitas,conditio, de quibus videbitur in suis locis: Pro pleniori intelligentia circa primam partem huius ca.quæruntur duo.

1 ¶Primum est,vtrum sola voluntas dandi eleemosynã sufficiat ad promerendam vitam æternam.

3 ¶Secundum est,vtrum ad hoc,ꝙ eleemosyna proficiat ad promerendam vitam æternam necessarium sit,ꝙ proficiscatur ex bono fonte.i.voluntate charitate formata.

Primũ ar. 1 **Ad primum.** Sic proceditur,† Et videtur,ꝙ sola voluntas dãdi eleemosynã sufficiat ad promerendam vitam æternam.Primo sic.Dicit.n.Aug. li.11.de lib.arb.c.3.Tom.2.& ponitur de pænitentia d.1.voluntas pro opere reputatur. Secundũ ar. ¶Secundo sic glo.super illud psal.Manus tuæ concinnant,Quicquid vis,& nõ potes,Deꝰ putat factum. Tertiũ.ar. ¶Tertio sic.Sola voluntas non faciendi eleemosynam sufficit ad damnationem,ergo sola volũtas faciẽdi eleemosynam sufficit ad saluationem,consequentia videtur nota. quartũ ar. ¶Quarto sic.Paupertas laudatur in sacra scriptura,& diuitiæ vituperantur. Ergo videtur,ꝙ in nullo debet esse melior cõditio diuitis,quã pauperis,ergo videtur,ꝙ sola voluntas dandi eleemosynam in paupere sit tãti meriti,sicut voluntas,& opus in diuite. Opponit ĩ cõtrarium. ¶In oppositum est ca. præsens.In quo de eleemosyna loquens Ambrosius dicit. Notis est bene velle,sed etiam benefacere,ergo sola voluntas faciendi eleemosynam non sufficit ad meritum. Respõdet. Augusti. 8.conf.c.5. Tom.1. ¶Respondeo dicendum est,ꝙ duplex est voluntas,sicut beatus Aug.dicit libro confessionum 8.ca.5.s.plena,siue perfecta & semiplena.Perfecta,siue plena dicitur,quando nihil deest ex parte volentis,quando faceret,si posset,ita,qđ nihil excludit opus nisi sola impotentia. Prima con clusio. De ista voluntate sit ista conclusio.Talis voluntas dandi eleemosynam,si sit charitate formata sufficit ad promerendam vitam æternam.Ista conclusio patet.Primo authoritate beati Augustini superiꝰ posita dicentis,ꝙ voluntas pro facto reputatur.Item patet authoritate Bernardi dicentis,ꝙ bona voluntas sufficit ad meritum.Item patet ex gl.super illud psal.111.In mandatis eius volet nimis.Sufficit velle,si perficiendi mandata desit facultas. Præfata conclusio ratione probatur sic iuxta sanctum Tho.in prima secunde, S.Thoma. 1.2.q.19. ar.1.&2.7. quando possibilitas siue facultas deest,volũtate existente perfecta,vt operetur,si posset defectus perfectionis,quæ ex actu exteriori est simpliciter

2 inuoluntarius. †Inuoluntarium autem sicut non meretur pęnam,vel præmium in operando bonum,vel malum. Ita non tollit aliquid,de præmio vel de pœna,si homo voluntariè deficiat à faciendo bonum,vel malum, ergo volũtas ipsa plena reputabitur pro facto,quo ad meritum essentiale ipsius beatitudinis Et ita patet conclusio prima. Secunda cõ clusio. ¶Secunda conclusio.Sola voluntas imperfecta semiplena faciendi eleemosynam non sufficit ad promerẽdam vitam æternã. Ista cõclusio patet ex litera præsentis c.In quo dicit beatus Ambrosius,ꝙ non satis est bene velle,sed etiam benefacere,si adest facultas,& opportunitas,vnde non dicitur quis perfecte velle facere eleemosynam,qui habens facultatem & oportunitatem,& instat necessitas,non tribuit eleemosynam,quoniam vt dicit Gregorius. Gregor. Charitas magna operatur,si est.Si vero desinit operari charitas non est.Itẽ Gregorius in morali, Ante Dei oculos nunquam est vacua manus à munere,si fuerit arca cordis impleta bona voluntate. ¶His visis dicendum ad rationes in oppositum. Ad primũ argu. Ad primã dicendum est,ꝙ authoritas intelligitur de voluntate perfecta,siue plena & respectu præmij essentialis.Talis.n.voluntas pro facto reputatur sicut plene ostendimus,cum de hac materia disputauimus circa primum c.de di.1.c.ibi vide. Ad secũm. ¶Ad secundam respondetur eodem modo. Ad tertiũ. ¶Ad teriam respondetur.Primo cõcedendo consequentiam.Et ratio est,secundum sanctum Tho.in 1.2.quia plura requiruntur ad bonum,quam ad malum,eo,ꝙ bonum constat ex tota,& integra causa.Malum autem ex singularibus defectibus,vt Diony.dicit 4.de diu.no. Dionysius. Et ideo peccatum potest contingere,siue aliquis faciat,quod non debet,siue non faciendo quod debet,sed meritum non potest esse,nisi aliquis faciat quod debet si assit facultas,& ideo meritum esse nõ potest sine actu,sed peccatum potest esse sine actu. Ad quartũ ¶Ad quartam respondetur,quod loquendo de volũtate perfecta,siue plena,quantum ad meritum præmii essentialis ratio pœnè procedit,& conceditur.Sed loquendo de præmio accidentali,negatur secundũ,ꝙ dicit Alber.mag.in 4.di.15. Alber. ma. Nihil prohibet meliorem esse,conditionem diuitis,quam pauperis in his,quæ faciunt ad meritum per accidens,sicut diuitiæ,& huiusmodi,& simile est in felicitate,& actu felicitatis,ad quam quædam virtutes faciũt per se,quædam autem sunt,bona,quæ,vt dicit commentator super primum Ethicorum operantur ad ipsam organicæ,vt diuitiæ,& potentia secularis,& nobilitas,& robur corporis,& huiusmodi,& eodem modo operantur in merito.Et ideo non est inconueniens in tali meliorem conditionem esse diuitis,quam pauperis,&c.

3 **Ad secundum.** Sic proceditur.†Et videtur,qđ eleemosyna facta etiam extra charitatem sufficiat ad promerendam vitam æternam. Primũ arg. Primo sic Lucæ 11.dicitur.Date eleemosynam,& omnia mũda sunt vobis,& constat,quod loquitur peccatoribus,ergo videtur,ꝙ eleemosyna,sine aliquo alio sufficiat ad meritũ vitæ æternæ. Secundũ q. ¶Secundo sic Thobiæ 4.dicitur,ꝙ eleemosyna,ab omni peccato liberat,& non patitur ire animas in tenebris,sed in hoc nulla esset commendatio eleemosynæ,si illos à tenebris eriperet,qui tenebrarum debitores non essent,ergo &c. Tertiũ ar. ¶Tertio 1.ad Tim.4.Pietas ad omnia valet,quod falsum esset,si ipsa non sufficeret ad meritum vitæ æternæ. Quartũ ar. ¶Quarto sic,dicit Augustinus,quod nullum bonũ est irremuneratum,sed eleemosyna,quæ fit hic,non remuneratur hic,ergo remunerabitur in futuro,ergo,&c. Probatur minor quia sufficienter non posset remunerari hic,patet,quia non est remuneratus quis,si accipis minus valẽs pro magis valente,sed opus pietatis informis plus valet oĩ terreno lucro,ergo per nullum terrenum sufficiẽter remuneratur.Sed quicquid datur hic est bonum terrenum,ergo non potest hic sufficiẽter remunerari,ergo oportet,quod remuneretur in alia vita.s.beatitudine ipsa, vnde Deus ait talibus Matth. 25. Dedistis mihi manducare,&c.Venite benedicti patris mei &c. Op[illegible] cõtrarium ¶In oppositum est tex. præsentis literæ dicentis.Nec satis est etiam bene facere,nisi ex bono fonte id est bona voluntate proficiscatur glo. cum charitate.Item est illud Augustini,quòd peccator non est dignus pane,quo vescitur,ergo multo fortius potest quis non mereri vitam æternam. Respondet ¶Respondeo,dicẽdum,quod ad hoc ꝙ eleemosyna sufficiat ad promerendam vitam æternam,oportet,ꝙ proficiscatur à voluntate charitate formata. Ista conclusio primo est Apostoli 1.ad Corinth.13. dicentis. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,charitatem autem non habeam,nihil mihi prodest ad meritum vitæ æternæ.Ratione sic ostenditur. Opus pure naturale nõ meretur præmium super naturale,quia inter meritum,& pręmium debet esse proportio,sed,opus eleemosynæ procedens à voluntate non formata charitate est opus pure naturale.Patet,non enim habet aliquam virtutem supernaturalem,ergo non est meritorium alicuius finis supernaturalis,sicut est ęterna beatitudo,ergo conclusio vera. ¶Secundo sic, nullum opus potest esse sufficiens ad promerendam vitam æternã, nisi sit Deo gratum,& ei acceptũ,vnde ad Ro.6.dicitur gratia Dei vita æterna. Sed nullũ opus existẽs extra charitatẽ est Deo gratum,vel acceptum.Patet,quoniam,quando operans deo nõ placet,nec opus eius Gen.1.Respexit Deus ad Abel,&c. Sed quod nõ placet Deo,non meretur apud ipsum,ergo sequitur,ꝙ eleemosyna facta extra charitatem, non sufficiat ad cõsecutionem vitæ æternæ. Alber.mag. Est autem notandum iuxta Albertũ magnum in 4.dist.14.ꝙ eleemosyna facta extra charitatem,licet non sufficit ad meritum vitæ æternæ, valet tamen ad gratiæ depositionẽ hic,& in futuro ad tollerabiliorem pœnam,& hoc dupliciter, sed vtroque modo per accidẽs,Vnus modus est,quia homo assuetus eleemosynis trahitur à peccatis.Et ita pauciora committit,quàm si totus intenderet peccatis,& in peccato continuaret.Et quia subtrahitur culpa,quæ fieret,si eleemosyna non esset.Subtrahiẽ etiã à pœna,quæ culpã sequeretur. Alius modus est,quia qui pietati assuescit,incipit ei placere bonũ,& per cõsequens libido,& contemptus Dei remittuntur in ipso.Et ita nõ peccat ex tãta libidine,vt alius,nec ex tanto contemptu.Et ideo suum

peccatum est minus, quo ad radicem peccati, quã alius, qui opera pietatis non facit. Et ideo sequitur, quòd etiã est minor pœna, & per consequens tolerabilior damnatio. ¶ His habitis, dicendum ad rationes in oppositum.

Ad primã arg.

Ad primam de illo Lucę vndecimo. respondetur, quòd eleemosyna dicitur omnia mundare disponendo, & preparãdo ad emundationem, ad hoc.n. habet magnam virtutem eleemosyna vt exponit Nicolaus de lyra super illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime.

Ad secũdũ

¶ Ad secundam de authoritate Thobiæ, respõdetur Primo, quòd loquitur de eleemosyna, quæ fit in charitate. ¶ Secundo sic. si loquatur de eleemosyna, informi iuxta S. Tho. in 4. quod eo modo, quo aliquis habetur à peccato, per eleemosynã liberatur ab infernalibus pœnis.

S. Thom. 4. sent. dis. 25. Ar. q. 1.

Ad primã

Liberat autem eleemosyna à peccato mortali hominem adhuc in statu vitæ existentem dupliciter, scilicet vel impediendo futurum peccatum, sicut, & alia opera meritoria, quę hoĩem in gratia cõfirmãt, vel à preterito liberãdo, inquantum disponunt eum, qui iam in peccatum incidit, ad gratiam requirendam, sicut, & alia opera de genere bonorum recta intẽtione facta. ¶ Ad tertiam de authoritate Pauli respondetur iuxta Albertum magnum, quod Apostolus loquitur de pietate formata, non informi.

Ad tertiũ. Alber. magn. Ad quartũ

¶ Ad quartã respondetur, quod verum est, quòd nullum bonum est, irremuneratum, & dicimus, quod eleemosynæ opus factum extra charitatem remuneratur à Deo munere rei temporalis, vnde cum tale opus consequi non valeat æternum præmium, non potest remunerari in ęternitate. Cũ vero arguebatur, quod opus pietatis plus valeat omni terreno bono, necesse erat remunerari æterno, negatur consequentia. Dicimus enim iuxta dicta, quod circa alia præcipua remuneratio eleemosynæ est, quod per illam efficitur eleemosynam faciens vicinior gratiæ, & hoc speciale prẽmium est & melius, quam quodcunque opus eleemosynæ. Præterea falsum est, quod quidquid datur hic terrenum, qm̃ multa spiritualia dantur, hic etiã his, qui sunt in peccato mortali, præcipue his, qui exercẽtur in operib. pietatis. His habitis, legẽda est litera huius partis.

Exponit literam

¶ Lege. ¶ [Non satis est bene velle] .i. bonum velle ad vitam promouẽdam æternam. Et intelligitur iuxta dicta in quæstione in eo casu, cum adest facultas, & opportunitas, & instat necessitas, talis.n. voluntas, quæ non exijt in opus semiplena, & imperfecta est, quę cum possit, & debeat desinit, & nõ conatur benefacere, tũc enim fides sine operibus mortua est. Iacobi 2. Alias sola voluntas sufficit, si est charitate formata Argu. distincti. quadragesima quinta, duę. & decima quinta quæstione sexta capitulo primo, & de pœniten. distinctione prima. Perfecta enim volũtas charitate formata (vt dictum est) absque opere exteriori sufficit ad meritum vitæ æternæ. † Dicitur autẽ

4 perfecta, siue plena, vt diximus, quando nihil excludit opus, nisi impotẽtia. [Nec satis est iterũ benefacere] .i. bona facere resoluendo aduerbium in nomen, quia proprie loquendo secundum philosophum secundo Ethicorum. Be-

5 nefacere est, virtuosè, siue secundum virtutem facere. † Bonum autem facere potest, quis sine virtute, nisi ex bona voluntate .i. charitate formata, vt 32. quæstione quinta. sicut enim Hugu. & primo ad Corinthior. 15. Si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest, scilicet ad meritum vitæ æternæ. [vel ex bona voluntate] idest gratuita, quia coacta seruitia non placent. Sed quæ sunt gratuita voluntate. Psalmus 53. Voluntariè sacrificabo tibi. Vnde Ambrosius hoc probat per illud Apostoli secundo ad Corinthi. nono dicentis. Hilarem datorem diligit Deus. Nam inquit Ambrosius. Si inuitus facias, quæ merces tibi est. Et ideo bene dicitur ecclesiastici trigesimo quinto. In omni dato hilarem fac vultum.

Ambrosius

[Item perfecta libertas] secunda pars. Vbi ponit nouem attendenda circa ipsam liberalitatem, quorum primum est fides, cum ait [fide]. quasi dicat fide commendatur ipsa liberalitas. vt primo operetur circa domesticos fidei. Charitas enim ordinem habet. Canticorum primo. Ordinauit in me charitatem. † Et est sciendum, quòd

6 obseruantia in ordine beneficiorum charitatis, & eleemosynæ est, vt præferantur. fideles infidelibus, propinqui extraneis. ad Gala. sexto. Operemur bonum ad omnes maxime autem ad domesticos fidei. & primo ad Timo. quinto, dicitur. Qui suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Intelliguntur tamen hæc, quæ hic dicuntur, cum æqualiter indigent fideles, & domestici, & alij, vel plus fideles, & domestici, sed si alij aut infideles, aut extranei plus indigeant puta ad mortem potius subueniendum est illis, vt infra eo: Pasce. Regulariter tamen est, æqualiter indigentibus præferendus est fidelis infideli, quia non solum natura, sed fide, & sacramentis est coniunctior: vnde per vnitatem fidei compaginamur, & efficimur vnius capitis vnum corpus, & nos inuicem membra, vt vnus alteri sit membrum membro compatiatur. primo Corinthiorum duodecimo. & præ aliis in fide non coniunctis subueniat in necessitate, pręsertim in periculo mortis. Dicit autem Hugu. quod hic dicitur, intelligitur, tum extraneus à fide non est nobis pater, vel filius, vel consanguineus, tunc enim, ait, talis extraneus à fide præponi debet alii, scilicet domestico fidei, vnde merito circa hoc surgit quæstio, quam

7 tangit etiam gloss. ¶ † Vtrum filius fidelis plus teneatur facere eleemosynam patri infideli, quam extraneo fideli. Primũ ar

Et videtur quòd non ex capitul. pręsenti, vbi ait Ambrosius. Primum operetur circa domesticos fidei. ¶ Secundo sic. Dicit Ambrosius, quòd boni domestici sunt malis filijs præponendi. Secũdũ ar.

¶ Tertiò ratione sic. Vinculum gratiæ est maius vinculo naturæ, sed extraneo fideli coniungor vinculo gratiæ, quo non coniungor patri infideli, ergo, & cætera. Tertium ar.

¶ In oppositum sic. Bona temporalia sunt ad subuentionem naturæ, ergo cui est magis obligatus secũdum naturam, illi magis tenetur subuenire, sed pater infidelis est huiusmodi, ergo ei magis. Oponit in cõtrarium

¶ Respondeo dicendum, de ista quæstione nos licet disputauerimus supra circa primum capitu. distinctio. trigesima, nihilominus ea, quæ ibi diximus, confirmantes repetemus eadem sequentes sanctum Thoma. & dominum Durandum, & plures alios: vnde supposito, quòd sustentatio patris infidelis non sit in damnum, & subuersionem fidei, & ecclesiæ. Item, quòd ipse propter hoc non fiat deterior, quo ad Deum, quia in istis casibus non teneretur eum filius sustentare. Dicimus pro conclusione, quod æqualiter indigentibus extraneo fideli, & patri infideli, si non posset ambobus subuenire, præferendus est pater infidelis extraneo fidei in largitione eleemosynæ. Ista conclusio est Hugu. hic in gloss. & iudicio nostro sancti Thomæ in tertio distinctione vigesima nona. & Durandi in quarto. Respõdet.

S. Thoma. Durandus.

Quæ conclusio probatur multipliciter. Primo sic. Obligatio iuris tanto naturalis maior est, quanto naturale vinculum fortius, sed præceptũ de subuentione proximi in necessitate ad ius naturale ptinet, ergo magis obligat respectu patris, ad quem vinculum naturale fortius est. Maior patet. Probatur minor, quia subuenire proximo in necessitate omnia sunt indigentis. ¶ Secundo sic. Homo plus tenetur sibi ipsi infideli, quam extraneo, quantumcũque fideli, sed parentes, & amici, quasi repræsentãt personam meam. vnde filius est naturaliter vnitus patri, & in multis gerit personam patris, ergo plus tenetur subuenire patri infideli quã extraneo fideli. ¶ Tertio in sustentatione naturæ plus teneor illi, à quo magis dependeo secundum naturam, sed huiusmodi est pater, licet infidelis, ergo, & cætera. Maior patet. Minor probatur sic, quia omnis recompensatio supponit debitum, & obligationem, & illis à quibus habeo bona naturæ plus teneor naturaliter, sed à parentibus filius habet bona naturæ ergo plus tenetur in recompensatione bonorum naturalium parentibus, sed bona naturalia ordinantur ad sustentationem corporalem, ergo plus tenetur sustẽtare patrem: etiam infidelem, quam alium fidelem. ¶ Quarto plus tenetur quis illi, cui obligatus est ratione misericordiæ, sed filius tenetur parentibus indigentibus, non solum ratione liberalitatis, vel misericordiæ, sed ratione iustitię, quę dicitur gratitudo, qua quis tenetur aliis pro accepto beneficio, ergo, &c. ¶ Quinto sic. Primo subueniendum est, ei ad quẽ est maior obligatio, sed maior est ad parentes, etiam infideles, quã ad extraneos fideles, ergo, &c. Probatur minor. 8. Ethicorum dicit Aristoteles. Quod obligatio ad parẽtes tanta est, quod homo non potest reddere ęquiualens. sic autem non est de extraneo fideli indigente, cui potest homo totaliter satisfacere, ergo plus tenetur parẽtibus, quã aliis.

¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam, & secundam respondetur. Quod fideles sunt præferendi, quo ad effectum non quo ad exhibitioné beneficiorũ, quia pater filiis tenet nõ solũ ex beneuolẽtia, sed ex iustitia. Ad primũ & secundũ.

¶ Ad tertiã rñdetur, q̃ licet vinculũ grãe sit maius vinculo naturę in ptinẽtib. ad Ad tertiũ.

gratiam,

gratiam,& charitatem,non tamen in pertinentibus ad ſub
uentionem naturalem,vnde magis teneor velle bona glo-
riæ extraneo fideli,quam patri pagano,nō autem bona na
P.comeſt. turæ,vel fortunæ.Iſta ſententia eſt etiā Petri comeſtoris, q
vt dicit hic glo.vocant hāc quæſtionem tenebroſam aquā
in nubibus aeris.Iſta ſententia eſt Raymūdi in ſumma ſua.
ti.de hoſpitalitate,qui hanc quæſtionem mouens ita dicit.
Pone, qđ pater tuus infidelis ſit, & extraneus fidelis,egent
ambo,nec potes ſubuenire,vtrique,ſed alteri tantum, quē
pręferes.Reſpondet ad hoc.Nota quod opinio celebris eſt
patrem eſſe præferendum extraneo in exhibitione nutri-
menti,extraneum vero patri in dilectione Argum.diſtinc.
capitulo primo.Fundatur autem hæc opinio ſuper illo prę
cepto domini.Honora patrem tuum,& matrem tuam , &
hoc,ſi æqualiter indigent.Si enim extraneus indigeret ad
mortem,& non pater,extraneus eſſet præferendus 86.diſt.
Goff. Paſce.Hæc ill e.Idem Goffredus,& Hoſtienſis . Sequitur in
Hoſtienſis litera [grandis culpa eſt:Si te ſciēte.] Cum poſſir ſubuenire
Hugu.[erubeſcit egere]id eſt dicere ſe egere, & ſic petere,
vel hoc ipſo verecundatur,quia eget Hugu.& Archidiaco.
[Si in cauſam.]Hic exequitur de ſecunda circunſtantia cō
ſideranda in largitione eleemoſynæ.Cōſtrue ſic. Cauſa cō
mendatur liberalitas]Quia grandis tua culpa eſt,ſi ſit in ca
ptiuitate ipſe,vel ſui,aut patiatur calumniam aliquam iniu
ſte. [& tu nō adiuues.]Si poſſes.[ſi ſit in carcere] proſequi
tur de tertia,ſcilicet de loco.Conſtrue ſic.[Loco etiam cō-
medatur Liberalitas]Quia grandis tua culpa eſt,ſi ſit in car
cere,& pœnis,& ſupplicij iniuſte, cum nō meruerit. Nam,
ſi talem,vel talem pœnam meruiſſet,orare quidem pro eo
8 ſed redimere non tenerer.Hugu.nota tamen,†quod præci
pua liberalitas eſt redimere captiuos, & maxime ab hoſte
barbaro,qui nihil deferat humanitatis ad miſericordiam
[propter debitum]id eſt ſi in cauſam ceciderit debitorum,
Quæſtio. 9 & debitor ſoluendo non ſit.¶ Sed hic ſurgit quæſtio. † An
Reſpondet quilibet fidelis teneatur talem incarceratum, & afflictum
debitum de carcere redimere,ſoluendo de ſuo.Ad hoc re-
ſpondetur iuxta Hug.ſub diſtinctione.Aut talis tenetur iu-
ſte in carcere,puta,quia furatus eſt rē aliquam,& non vult
reſtituere,tunc eſt concluſio . Quod non licet priuato ho-
mini eum liberare.Sed Iudex in caſu ſuo poteſt eum aliqui
bus cruciatibus afficere,vt 14.q.6.c.1. Et ſi ſoluendo non
eſt,poteſt fieri commutatio pœnarum,& compenſatio,ſci
licet,vt verberetur,vt 12.queſtione ſecūda fraternitas.Aut
talis iniuſte detinetur,& affligitur,& ſcitur talem eſſe inno
centem,tunc eſt concluſio.Quod talem teneor de meo li-
berare,ſi habeo facultatem.Quæ concluſio ſatis patere po
teſt per eccleſia.quarto. Libera eum, qui iniuriam patitur
de manu ſuperbi.[iuſto amplius.]Ar.11.q.1.chriſtianis , &
16.q.1.moderamine c.quoniam quicquid 23.q.7.c.1.& 2.
& d.30.c.1.Et refertur hoc ad id,quod dixerat domeſticos
Quæſtio. fidei Hu.& Arch.Circa hanc partem venit quærendum :
10 ¶ † Vtrum eleemoſyna potius danda ſit meliori , quā mi-
Primū arg. nus bono,& iuſto,quam impio.Et videtur,ꝙ ſic.Primo ex
c.præſenti.vbi manifeſte Ambroſius dicit . Et ſi omnibus
Secūdū ar. debetur miſericordia,iuſto amplius.¶ Secundo arguit ſic.
Eleemoſyna datur propter Deum,vt patet ex diffinitione
eius.Diffinitur eleemoſyna,†ꝙ ſit opus,in quo aliquid dat
11 indigenti ex compaſſione propter deum,ſed bonus eſt ꝓ-
pinquior,quam malus,& magis bonus , quam minus bo-
nus,ergo meliori ſemper eſt potius danda eleemoſyna .
Tertiū ar. ¶ Tertio ſic eleemoſyna habet efficaciam ex parte recipiē
tis , qui obligatur ad orandum pro eleemoſynam dante,
ſed opus boni viri eſt efficacius ad merendum.quam mali
viri,& melioris viri,quam minus boni,ergo,ſemper videt
Opponit ī cōtrarium. danda eleemoſyna meliori.¶ In oppoſitum arguitur.Elee-
moſyna,cum ſit actus miſericordiæ,miſericordiam intue
tur,ſiue miſeriam,ſed malus eſt magis miſer,quam bonus
Reſpondet. ergo minus bonis magis largiendo eſt eleemoſyna. ¶ Re-
S.Thoma. 4. ſen. diſ. 15. ar. 4. q.3. ſpondeo dicendum iuxta S.Tho.in 4.di.15.Quòd cui ma-
gis benefaciendum,vt dicit Philoſophus 9.Ethi.Non eſt fa
cile determinare propter multas diuerſitates boni , & ne-
ceſſarii,tamen hoc eſt tenendum,ꝙ ſemper magis redden
dum eſt debitū q̄ beneficium impendendum, vt ipſe dicit
ibidem,niſi ex altera parte aſſit maior bonitas,vel neceſſi-
tas.Et ideo parentibus,& propinquis,& benefactoribus,&
eis,quibus ſpiritualia accipimus magis debemus eleemo-
ſynam facere,ſi indigeant , & cæteris paribus melioribus,
magis,& magis etiam indigentibus magis,& ſic . Secūdum
has tres conditiones , debet gradus in eccleſia conſtitui.ſ.
ſecūdum honeſtum,neceſſarium,& debitum.Aſſignare au
tem in ſingulis,quando vnum alteri præferatur , eſt impoſ
ſibile,qua ſingulares conditiones quę attendēdæ ſunt, ſunt
infinitæ,& non cadunt ſub arte,De his autem vnctio docet
& prudentiæ conſilium.Secundum iſta videtur eſſe con-
cluſio.Quod æqualiter duobus indigentibus,potius eſt dā-
da eleemoſyna iuſto,quam impio , & magis bono , quam
minus bono,exceptis propinquis,conſanguineis ſiue parē
tibus.Nam ſecundum ſuperius determinata Potius eſt ſub-
ueniendum patri impio,quam extraneo iuſto.Et idem vi
detur dicendum ſecundum Hug.hic de filio,& nepote , &
cæteris conſanguineis,maxime,vt dicit ſanctus Tho.quo-
rum ſpecialis cura eſt commiſſa ipſi danti eleemoſynam.
¶ Ad rationes in oppoſitum dicendum eſt . Ad primam
Ad primū argu. de litera præſenti reſpondetur,quod intelligitur ſicut di-
ctum eſt,cæteris paribus,& minus bonus , aut malus nō ſit
Ad ſcđam. pater vel propinquus,conſanguineus,vt dictum eſt. ¶ Ad
ſecundam reſpondetur,negando conſequentiā.Licet.n.ſit
Deo propinquior,qui melior eſt,non tamen ſemper eſt dā
S.Thoma. da magis eleemoſyna.Et ratio eſt ſecundum ſanctum Th.
quia eleemoſynarum largitio ad neceſſitatē proximi ſub-
leuandam diuinitus inſtituta eſt,vnde,ſi indigētia ex parte
altera nimis cedat,magis ſeruabitur intētio inſtituētis elee
Ad tertiū. moſynam,quam ſi meliori daretur. ¶ Ad tertiam reſpon.
negando conſequentiam.Et rō eſt, quia principalius conſi
deratur eleemoſynæ effectus ſiue efficacia ex parte dātis , q̄
ex parte recipientis.Et ideo ex parte dantis debet eſſe ordi
nata datio q̄ eleemoſynæ efficaciam auget.¶ Ad rōnem ēt
Ad argu in oppoſitum. in oppoſitum,reſpondetur,negando conſequentiam, & ra
tio eſt,quia licet peccator ſit magis miſer in ſpiritualibus ,
non tamen in corporalibus.Et ideo non eſt ſemper ſibi ma
gis prouidendum per corporales eleemoſynas . Sequitur
in litera. [Si tempore , &c. Non eſt leue peccatum]. Imo
12 eſt mortale Hugu.& Archid.arg.† quòd aliquis tenetur re-
dimere captiuos , & ſi non redimit peccat mortaliter .
13 ¶ Sed hic ſurgit quæſtio,†Vtrum peccet quis mortaliter, Quæſtio.
ſi non liberat eum,qui ducitur ad mortem . Et videtur , ꝙ
ſic.Nam hic dicitur,quod non eſt leue peccatum.Secundo
ſic.Dr̄ Prouer.24.Erue eos qui ducuntur ad mortem,& eos
qui trahuntur ad interitum liberare non ceſſes . ¶ Reſpon- Reſpondet
deo dicendum iuxta Hug.& quoſdam alios diſtinguendo, Prima con cluſio.
Aut iſte , qui ad mortem ducitur , iuſte condemnatus eſt,
tunc eſt conclu. quod nullus priuatus homo, nec etiam ec-
cleſia tenetur eū redimere,poteſt tamen pro eo intercede
re 23.q.1.reos.¶ Secunda concluſio,ꝙ talis nec etiam pre Secunda cō cluſio.
tio videtur redimendus.Ratio,quia eius pœna redimi pro
hibetur,vt 1.q.1.iubemus.Si vero iniuſte eſt cōdemnatus,
& ducitur ad mortem,tam perſona priuata,quam eccleſia
tenetur eum redimere,vnde Daniel Suſannā liberauit Da.
13.& Prouerbiorum 24.dicitur. Erue eos, qui ducūtur ad
mortem,ſiue ſpiritualem,ſiue corporalem.& Iob 29. Au-
ris audiens beatificabit me,eo,quod liberaſſem pauperem
vociferantem,& pupillum,cui non erat adiutor . Item be-
nedictio perituri veniebat ſuper me.¶ Sed hic ſurgit quæ- Quæſtio.
ſtio. † Vtrū pecunia data pro redemptione captiui , vel eiꝰ Reſpondet
14 qui ducitur ad mortem,poſſit repeti.Ad hoc reſpondetur
iuxta Hug.& quoſdam alios,quod ſiue pro eo,qui ducitur a ¶ Redēptori.redēptio cap tiuorū dicīt pia cā ēt ſi ſint ex ꝓprio delicto carcerati. Bar. vt Bal in l.quāuis.ff. ſo. nagiſt. & redimēs nō plꝰ pōt petere quā ſoluit gl. & Bal.in l 1. de epi audi Bart. & An. in l.nā & ſeruus, ff de nego. ge. Bald. & Sali.in l.fi. C. eo.
ad mortem ſiue pro captiuo detur pecunia poterit repeti.
Et diſtinguitur inter eccleſiam,& perſonam priuatam,qa,
aiunt,priuatus poterit repetere,eccleſia vero non.Ego au-
tem credo.(inquit Hu.) ꝙ tā eccleſia, quam priuatus quan
doque poſſit repetere,quandoque nec illa,nec ille,ergo di
ligenter conſiderādum eſt,quid actum eſt. Si.n.ſic data eſt
pecunia , & expreſſum eſt , vt repeteretur tam à priuato,
quam ab eccleſia Ar.10.q.2.præcariæ,& q.3.relatum & 18
q.2.Eleutherius.Repetentem tamen oportet hoc probare
ſi inde dubitetur . Si vero intuitu pietatis data eſt , non po-
teſt repeti ab eccleſia , vel priuato Argumentum deci-
mo quæſtione tertia relatum & duodecimo quæſtione ſe-
cunda ſacrorum.Si auten nihil eſt expreſſum,vel non appa
ret,ꝙ actum eſt , tūc præſumitur tam priuatus,quā eccleſia
intuitu pietatis dediſſe.Et ideo non repetet , velut ipſa lex
videtur diſtinguere , quia aliud eſt in alimentis , & aliud
eſt in pretio redemptionis . Illa enim præſumuntur data
intuitu pietatis,niſi appareat contrarium vt.C.de poſt. re.
redemptis ab hoſtibus l.diuerſorum.vbi dicitur, ꝙ redem
ptus ad pretium redemptori a reddat, aut ei quinquenio

seruiat.Et supponitur ibi ratio,quia aliud sit in alimentis, & aliud in pretio redemptionis. s. ne publica vtilitas impediatur,si aliter sit:ergo secundum hoc constat de pretio dato pro redēptione, ꝙ redemptor repetet, nisi probetur contrarium,quod dederit animo non repetendi. Sed licet hæc distinctio secundum leges posset habere locum in priuato, in ecclesia tamen locum non habet secundum Hu. [Deus non vult simul effundi opes.]Hic exequitur de quinta circunstantia considerāda in liberalitate,scilicet de modo.[sed dispensari.] Illi enim qui habent hospitalitatem tenere,& necessaria pauperibus ministrare, non debent opes effundere,sed dispensare.Sic ait Apostolus,nos existimet homo,vt ministros Christi,& dispensatores ministeriorum Dei 1.ad Corin.4.Male.n.possent pauperes hospitari,& eius prouideri,si facultas ecclesiæ effunderetur,vnde Apostolus 1.ad Tim.15.Si quis fidelis habet viduas,ministret illis,ne grauetur ecclesia,vt his,quæ vere viduæ sunt, sufficiat,nisi forte quis vellet ita facere,vt Heliseus,qui interfecit boues suos,& Pauit pauperes,&c.3.Regum 19.[In disciplinam se propheticam daret.]Sic apostoli,& alij viri perfecti fecerunt,vt in disciplinam Christi se darent Matt. 19.Ecce nos reliquimus omnia,& sequuti sumus te.Pro pleniori intelligentia huius partis quæruntur duo.¶ Primum est. Vtrum eleemosyna sit abundanter danda, siue. Vtrum vtilius sit magnas eleemosynas facere,an paruas. Secūdum est.Vtrum bonū,siue meritoriū sit simul omnes opes effundere,& dare pauperibus.

15 **Ad primum.** Sic proceditur.†Et videt,quod eleemosyna non sit fienda abundanter, & ꝙ melius sit paruas eleemosynas facere,quā magnas. *Primū ar.* Primo ex c.præsenti.In quo Ambrosius inquit,quod Deus nō vult simul effundi opes sed dispensari,sed abundantia eleemosynarum ad effusionem pertinet,ergo,&c. *Secundū ar.* ¶ Secūdo sic. Apost.2. Ad Corint.7.ita docuit fieri eleemosinam,non, vt alijs sit remissio.i.nō, vt alij de vestris otiose viuant.Vobis aūt dantibus tribulatio.i.paupertas, sed hoc contingeret, si eleemosyna daretur abundanter,ergo eleemosyna non est dāda abūdāter. *Tertiū ar.* ¶ Tertio sic.Aut hō est extra charitatē,aut in charitate.Si extra,ita amittit magnas elemonas factas, sicut paruas,& econuerso,si in charitate,sed Deus compensat opera secundum quantitatem charitatis, ergo siue parum,siue magnum fiat ex charitatis quantitate, eadem tantum valet, quātum alterum. *Oponit in cōtrarium* ¶ In oppositum est illud Thobie 4.Si multum tibi fuerit,abundanter tribue. *Repōdet.* ¶ Respondeo,dicendum iuxta sanctum Thom.in secunda secundæ, quòd abundantia eleemosynæ potest considerari ex parte dandi,& ex parte accipiētis. Ex parte quidem dantis, cum scilicet aliquis dat, quod est multum secundum proportionem propriæ facultatis.Et sic est conclusio,ꝙ est laudabile abundanter dare eleemosynam. Probatur ista cōclusio ex illo Lucæ 21.vbi laudauit viduam,quę ex eo,quod dederat ei omnem victum,quem habuit,misit.Probatur etiam per illud secundo ad Corint.9. Qui parce seminat,parce,& metet.Hoc tamen intelligendum est secundum modum virtutis largientis,vt.s.illa affluentia nō sit extrema,quia hęc est vitium.sed sit medium moderatum,& mensuratum secundum facultates dantis, ne alias sit remissio danti, vt 2. ad Corinth.8.Et ita hæc affluentia in dando intelligenda est, reseruatis his,quæ necessaria sunt ad sustentationem sui,& ad eum pertinentium.Ex parte vero eius,cui datur eleemosyna,est abundans eleemosyna dupliciter.Vno modo,vt superfluat sufficienter eius indigentia.Et sic est conclusio, ꝙ laudabile est sic abundanter dare eleemosynā.Alio modo, vt superabundet ad superfluitatem,& secundum hoc ponitur conclusio,ꝙ non est laudabile eleemosynā abundāter facere, sed melius est pluribus indigentibus elargiri. Vnde apostolus 1.ad Corint.13.Si distribuero in cibos pauperū, *Quæstio.* vbi dicit glo.per hoc cautela eleemosynæ docetur , vt non vni,sed multis detur,vt pluribus prosit. ¶ Sed secundum
16 hoc surgit alia quæstio.†Vtrum efficacia eleemosynæ semper magis consistat in maiori dato, siue in abūdantiori largitione.Et videtur,quòd sic ex dictis. *Respōdet S. Tom.* Ad hoc respondetur iuxta sanctum Thom.in 4. distinct. 15. Quòd eleemosyna habet efficaciam ex duobus.s.ex ipso faciente,inquātum est opus quoddā meritorium,& ex recipiente,inquantum obligatur ad orandum pro eo,qui eleemosynam dat. Si ergo consideretur eleemosynæ efficacia ex parte recipientis est conclusio, quod eleemosynę efficacia maior consistit in maiori dato,& ita in ampliori largitione eius. Quæ conclusio patet,quia per hoc plures,& magis debitores efficiuntur.Patet etiā quia,vt dicitur in suffragijs mortuorum, citius liberatur pro quibus dātur plura etiā,si pro alio bona voluntas impendatur.Item patet conclusio,quia efficacia elemosynæ est in expiando peccatum secundum illud Thobiæ 4.Eleemosyna ab omni peccato liberat, sed vbi est magis datum,ibi maius peccatum expiatur,vnde ꝓ maiori peccato maior summa pecuniæ in eleemosynas dādæ iniūgitur,ergo &c.Cōcordat dñs Bona.sic,dicēs.Melius *Bonauen.*
17 ē dare plus quā minus.†Et est triplex vtilitas.Prima, quia si ē in charitate amplius satisfacit. Secūda, quia, si ē extra charitatem,magis disponit se ad gratiā. Tertia, quia siue sit in charitate , siue extra multiplicat intercessores . Et hoc est quod dominus suadet Lucæ 6.Facite vobis amicos, &c. Si vero consideretur eleemosynæ efficacia ex parte dantis. Tunc est conclu.Prima,ꝙ efficacia eleemosynæ respectu pmii essentialis non consistit semp in maior dato,sed magis in maiori affectu,Patet ista conclusio,dicit.n.glo.super illud psal.125.Qui seminat in lacrimis magna voluntas multum dedit,multum seminauit,in hac voluntate.Illa vidua, quę duo minuta misit non parum seminauit,ergo efficacia eleemosynæ magis pensatur ex magnitudine voluntatis, quam ex magnitudine dati.¶ Secunda conclusio,quod respectu præmij accidentalis, vt puta,remissionis pœnæ, vel alicuius huiusmodi eleemosynę efficacia magis attēditur ex magnitudine dati,nisi est ex parte altera intētio volūtatis magnitudini exteriorum dati prępondereret.Potest enim tam intensa esse voluntas,quod etiam omnem pœnam absoluet,& reatum sicut de contritione dicitur,vt dicit sanct. Thom. conclusio est manifesta . ¶ Nunc dicendum restat ad rationes in principio factas . *Ad primū arg.* Ad primam de præsenti c. Respondetur iuxta sanctum Thom.quod dictum Ambrosij intelligitur de abundantia eleemosynæ ex parte dantis, verum,ꝙ dr ꝙ Deus non vult effundi opes,intelligendum est nisi in mutatione status,vnde subdit ibidem , nisi forte, vt Heliseus &c. *Ad secūdū* ¶ Ad secundam respondetur quod Apostolus loquitur de abūdantia eleemosynæ,quæ super excedit necessitatem recipientis,cui non est danda eleemosyna, vt inde luxurietur,sed vt inde sustentetur . *Ad tertiū.* ¶ Ad tertiam respondetur,quòd minor est falsa pro vtraque parte. Primo, vbi dicit,quòd si est extra charitatem,ita amittit magnas,sicut paruas. Dicimus.n.quod nihil amittit, quia nullū bonū manet irremuneratum,eleemosyna.n.facta extra charitatem,licet non remuneretur munere æterno, remuneratur tamen præmio temporali nō modo terreno,sed etiam spirituali,sicut supra diximus,ꝙ disponit ad gratiam . Et non dubium,ꝙ maius donum magis disponit ad gratiam.Præterea,quod dicit,ꝙ Deus compensat opera secūdum quātitatem charitatis,falsum est, si intelligatur vniuersaliter, vt patet ex conclusionibus suprapositis.

18 **Ad secundum.** Sic proceditur . †Et videtur, ꝙ non sit bonum,nec meritorium simul effundere omnes opes,& dare pauperibus. *Primū ar.* ¶ Primo sic ex c.præsenti,vbi ait beatus Ambrosius,quod Deus nō vult simul effundi opes, ergo videtur contra voluntatem Dei agere,quod simul omnes opes tribuit dādo pauperibus. *Secūdū ar.* ¶ Secundo sic,super illud.1.ad Ti.6.Habētes alimenta,&c. dicit, glo. Et nihil intulimus in hunc mundum,non tamē prorsus abijciēda,sunt temporalia,ergo, qui totaliter abijcit,male facit. *Tertium ar.* ¶ Tertio sic,virtus in medio cōsistit,vt dicit in 2.Ethi.sed ille,qui omnia dimittit,ad extremum declinat, ergo omnia dare nō est actus virtutis,sed vitij potius . *Quartū ar.* ¶ Quarto sic.Quicunque tentat Deum, mortaliter peccat. Sed ille,qui habet humanum refugium,& illo prætermisso,recurrit ad diuinum Deum tentat, hoc autem facit, qui ita effundit opes,vt nihil sibi reseruet,ergo,&c. *Quintū ar.* ¶ Quinto sic.Quicunque scienter se exponit periculo mortaliter peccat,sed ille quę omnia sua largit pauperibus,exponit se periculo spirituali, & corporali, spūali quidem,ēm illud Prouer.30. Ne forte egestate cōpulsus furer, & periurē nomē Dei mei .Et ecclesiast.27.Propter inopiam multi perierūt de corporali periculo.De corporali periculo dicitur ecclesiastici 7.Sicut protegit sapientia sic ꝓtegit pecunia.Et philosophus dicit 4.Ethic.ꝙ videtur quædam perditio ipsius hominis esse corruptio diuitiarum,quia per has hō viuit. *Opponit in cōtrariū* In oppositū arguitur ex pnti c. in quo laudatur Heliseus , qui

Secũda opi. qui interfecit boues suos,& pauit pauperes,& sequutus est Heliam prophetam.¶ Secundo ex illo.Quecunque habes, vende,& da pauperibus gl.Omnia nõ partem, vt Ananias.

tertia opi. Respondet ¶ Tertio Lucæ 12.Vendite omnia quæ possidetis,& date eleemosynam,&c.Respondet nõ dicendum,ꝙ licitum est omnia dare pauperib.& pauperẽ effici pro Christo,& non solum modo est licitum,sed etiam meritorium.Istam conclusionem primo infallibiliter astruit doctrina Christi, ait enim Lucæ.12.Vendite omnia,quæ possidetis,& date eleemosynam.Item Matth. decimo nono.Si vis perfectus esse, vade & vende omnia,quę habes,& da pauperibus,& sequere me. ¶ Secundo.eandem conclusionem vita Christi insinuat,qui pauperibus fuit in statu infãtiæ,vtpote nascẽdo ex matre pauprima in paupere, tugurio, pãnis pauperrimis inuolutus,cibo pauprimo educatus.s. lacte materno,vnde cãtat ecclesia. Paruoq; lacte pastus est per quẽ nec ales esurit. Preterea pauperrimus fuit in statu progressus,vnde ipse ait Matthei 8.Vulpes habent foueas,& volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.Predicator etiam fuit paupertatis Lucæ 7. Beati pauperes, quoniã vestrum est regnum Dei.Fuit etiam pauperrimus in morte,non habens vnde ossa eius tangi possent, nec vbi pedem figeret,imo nudus moriebatur in cruce.¶ Tertio,cõclusionem præfatam Apostolorum conuersio,& conuersatio declarat.Vnde Matthei 19.& Matthei.10.& Lucæ 18.dicunt. Ecce nos reliquimus omnia,&c.¶ Quarto conclusionem præfatam sacrorum orthodoxorũ autoritas cõfirmat. Hieronymus,Ambrosius.Augustinus,Gregorius.¶ His habitis,dicendum est ad rationes in oppositum.

Ad primũ argu. Ad primam de litera præsentis capit. dicendum est,ꝙ cum dicitur, quod Deus non vult.s.ex necessitate præcepti simul effundi opes sed dispensari,nisi forte,&c.Vnde licet non det præceptũ sic faciendi,relinquit tamen voluntati.

Secũdũ ar. ¶ Ad secundam de gl.1.ad Ti.6.simili modo respõdetur, glossa.n. illa non est, intelligenda,quòd non liceat omnia temporalia abijcere, sed quod,hoc non ex necessitate requiratur,secundũ sanct.

S.Thoma. 2.2.q.186. ar.3.in resp. ad primum Thom.Vel dicendum secundum alios,ꝙ glo.illa intelligatur de infirmis,quorum non est omnia omnino relinquere,sed propter eorum infirmitatem aliqua ad eorum sustẽtationem reseruare.Vel potest dici,ꝙ prædicta gloss.intelligitur de abiectione temporalium, quantum ad vsum,nõ quantum ad dominium tantum.Nam vsum temporalium, necessarius est,vitæ humanæ,qui haberi non potest absque dominio,& proprietate,sicut patet in pauperibus , qui nihil habent proprietatis.

Ad tertiũ S Thom. ibidẽ ad 3. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem.Et ratio est iuxta sanctum Tho. in secunda, secundæ,quia medium virtutis secundum philosophum secundo Ethicorum accipitur secundum rationem rectam, non secundum quantitatem rei. Et ideo, quidquid potest, fieri secundum rationem rectam,non est vitiosum ex magnitudine quantitatis, sed magis virtuosum. Esset autem præter rationem rectam,si quis omnia sua consumeret per intemperantiam,vel absque vtilitate.Est autem secũdum rationem rectam,ꝙ aliquis diuitias obijciat,vt contemplationi Sapientiæ,vacet,quod etiam philosophi quidam fecisse leguntur.

Hierony. Dicit enim Hieronymus in episto.ad Paulinum.Socrates ille Thebanus homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magni auri, pondus abiecit nec putauit se simul diuitias,& virtutes possidere.Vnde multomagis secundum rationem rectam est, vt homo omnia sua relinquat ad hoc,quod Christum perfecte sequatur,

Hierony. vnde Hieornymus dicit in ep.st ad Rusticũ Monachum.Nudum Christum nudus sequere.

Ad quartũ ¶ Ad quartam,cum dicitur,quod tentat talis Deum.Respondetur,ꝙ qui omnia relinquit,siue dat pro Deo non tentat Deum. Tum propter diuina consilia.Tum propter diuina promissa.Tum propter plurima remedia,quæ haberi possunt.Tũ propter exempla,quibus manifeste videmus, quod tales pauperes sustentantur.Ex quo manifeste colligitur, ꝙ talis modus abrenuntiationis diuinitus inspiratus,non facit tẽtare Deum,sed,si abrenuntians diuinis promissionibus innititur, quasi securus,quoniam potius ille Deum tentat,q̃

cHierony. de promissis diuinis dubitat.Propter quod ait Hieronym. super illud Mat.6.Nonne anima plus est,quam esca.In promissis veritatis nemo dubitat,sit homo,quod esse debet,& mox aderũt ei omnia propter quem facta sunt omnia. Qui ergo de hoc dubitat,sicut filij Israel,Deum tentat,qui dicebant.Nunquid poterit Deus parare mẽsam in deserto. His autẽ non debent perfecti viri conformari,sed potius apostolici,de quibus 2.ad Cor.4.Appodiamur,sed nõ destituimur gl.appodiamur.i. pauperes sumus adeo, vt necessaria desint,sed nõ destituimur omnino adeo, quia Deus pascit nos.

Ad quintũ. S.Tom 2. 2.qõ. 186. Ar.3.Ad 2 ¶ Ad quintam de eo,quod dicitur,ꝙ talis exponit se periculo.¶ Respondetur dicendo iuxta sanctum Thom. in secunda secundæ,ꝙ falsum est,ꝙ qui omnia dimittit ꝓpter Christum,exponat se periculo, quoniam nec corporali,nec spirituali se exponit.Spirituale.n.periculum ex paupertate prouenit,quando non est voluntaria, quia ex effectu congregandi pecunias,quem patiuntur illi,qui inuolũtariè sunt pauperes, incidit homo in multa peccata,secundum illud ad Ti.vlt.Qui volunt diuites fieri incidunt in tẽtationem,& in laqueum Diaboli.Iste autem effectus deponitur ab his,qui voluntariam paupertatem sequuntur,magis autem dominatur in his,qui diuitias possident. Corporale etiam periculum non iminet illis, qui intentione sequendi Christum omnia sua derelinquunt, diuinæ prouidentiæ se committentes.

August. li.de Serm. domini in monte ca. 25. To,10, Vnde Augu.dicit in libr.de sermone Domini in monte.Quærentibus Regnum Dei,& iustitiam eius non debet subesse solicitudo,ne necessaria desint.Et hoc merito,quoniam talium deus curam habet spẽcialem,& illos specialiter diligit.Vnde Deu.10. Amat peregrinũ,& dabit ei victum,& vestitum.Illi proprie peregrini sunt in hoc mundo,qui omnia propter Deum dimittũt vtpote pauperes voluntarii,qui non habent hic manentem ciuitatem,sed futuram inquirunt.Ad Hebr.vlt.Nec.n. à seculo,auditũ est,ꝙ quis pro Deo omnia reliquit,& postea fame periit.

Augustin. Tom,10. Et hoc habetur ab Augustino dicente in quodam tractatu de oratione dominica.Neque.n.deesse potest quotidianus cibus iusto, cum scriptum sit. Non occidet Deus fame animã iusti.Et iterum iunior fui, etenim senui & non vidi iustum derelictum.Et iterum.Quærentibus regnum Dei,& iustitiam eius omnia promittit apponi,& cũ sint dei omnia,habenti Deum nihil deerit si deo ipse non

Daniel pascitur, Elias nutrit desit.sic Daniel in leonis lacu iussu regis incluso prandium diuinitus procuratur,& inter feras esurientes homo dei pascitur.Si autem Elias in fuga coruis ministrantibus, ex volucribus cibum apportantibus,nutritur.O humanæ maliciæ detestanda crudelitas. Feræ parcunt,& aues pascunt,& homines insidiantur,& sęuiunt.Ex his manifeste colligit, ꝙ nõ est periculum,sed refugium,spretis omnibus se totaliter dedicare ad deũ colẽdũ.Sequitur in litera.[Est,& illa probãda,&c.]Hic exequitur de 6.circũstantia cõsideranda in eleemosynarũ largitione, quæ est necessitudo q̃ est vinculũ cõsanguinitatis,& affinitatis.[vt proximos].i. Cõsanguineos[subuenias]Hæc est.n.ordinata charitas,vnde Apostolus dicit 1.ad Ti.5. Si quis suorũ maxime domesticorũ, curam non habet,fidem negauit,& est infideli deterior.qđ

Augustin. August.super Io.Hom.116.tractans,dicit dominus in cruce pendens,matrem discipulo commendauit: vnde exemplo suo,nos instruxit præceptor bonus, vt à piis filijs impendatur cura parentibus, tanquam lignum illud, vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis.Ex hac doctrina sane didicerat, quod docebat Apostolus 1.ad Ti.5.Si quis suorum,&c.Vt statim supra [nõ tamen illi ditiores ex eo,ꝙ tu potes cõferre inopibus] .i.Pauperibus.Istud maxime respicit ministros bonorum,

Prosper. ecclesiæ,quæ sunt bona pauperum,vt dicit Prosper li.2.de vita contemplatiua c.10.vnde prælatus ita debet subuenire suis,vt ab eis necessitatem excludat,nõ vt de bonis ecclesiæ eos ditare præsumat,quia si grauaretur ecclesia, vt non possit sufficere ad pauperes sustentandum, iniustum quidẽ est,vt in bonis pauperum minus egentes indigentioribus ꝓferantur,tunc.n.illa charitas,& iustitiæ regula non seruatur,quia vnicuique distribuebatur,prout opus erat Act.2. & 4.Praeterea nihil aliud est habenti dare, quam perdere, vt 1.q.2.Pasto.[cãm]Subueniendi consanguineis Hu. [præstat].i.præstare debet Hu.[natura humana].i. Quia homines sunt,& sunt nostræ naturæ participes[non gratia humana].i.Fauor popularis.s.vt inde laudemur,vel non [gratia] .i.Carnalis affectio,vel consanguinitas, vt.23.q.4.duo. Vbi nota,†ꝙ cum omnibus non possumus subuenire,habenda


19 est rõ consanguinitatis,vt consanguineis primo subueniamus, sed, quo ad dandum. s.vt plus eis demus,quam aliis, non est habendus respectus ad consanguinitatem, vel amicitiam,sed ad naturam.s.vt plus eis demus, tanquam aliis, pauperibus,& non plus 12.quæst.2.quisquis.& de pœ.dist. 2.§.1.

2.§.1.&c.proximos Hug. Nec propterea te Deo dedicasti. Qui.n.se,& sua Deo dedicat, vt vitã æternam possideat, nõ debet pauperes defraudare, ac de Christi oculis rapere ad ditãdũ pauperes. Scriptũ est.n.1.ad Corint.15. Caro, & sanguis non possidebũt regnum Dei.[redimas.] Dan.4. Peccacata tua eleemosynis redime[peccata].i.pœnas peccatorũ Hu.[pretium]quo redimas peccata tua. Vel pretium.i. præmium æternum.quod eleemosynarum largitione acquiritur.[Consideranda.]Hic ꝓsequit̃ de alijs tribus circunstantijs considerandis in liberalitate eleemosynæ, quæ est ętas, debilitas, & fortunæ conditio, siue etiam verecundia. Aetas est in eleemosynæ largitione consideranda, quoniã ætas est bene causa, vt senibus plus largiaris, qui sibi libere iam nequeunt victũ quærere.[Et plana]hoc dictat sana rõ, vt senibus: qui nequeunt laborare magis prouideatur, quã iuuenibus,& validis. Debilitas etiam corporis est consideranda, quia debiliores potius iuuandi sunt, potissime, si labore manuum iam non possunt sibi consulere, vt distin.81. Episcopus.[verecundia.]Hic de conditione.[verecundia] .s.est consideranda etiam, quę[ingenuos].i. Nobiles [prodit].i.depauperat. pro nobilitate,†quia nobiles sunt magis verecundi,& ideo eis dandum magis, quia nobiles pauperes, verecundius petunt, quam alij, qui se ingerunt, vt accipiant. Et quod nobilibus a interdum plus sit dandum, habetur distinct.41.non cogantur. Hug. tamen id est præterea.s.consideranda est fortunæ conditio, vt.s. si ex diuitijs, accidit in egestatem,& maxime, si sine suo vitio, vt dist.92. si quis ordinatus,& c.si quis episcopus Hu. Et adiungit gl. ꝙ ait Boethius, ꝙ inter omnes aduersitates fortunæ infidelissimũ genus infortunij est fuisse felicem[aut proscriptione].i.confiscatione. Arch.[calumnijs].i.falsis accusationib. Hu.& Arch.[tam pulchra]Consequenter repetit de modo, siuę mensura in eleemosynarum largitione obseruãda, vt sic largiatur eleemosyna, vt pluribus possit prodesse, pluribus subuenire,& non tantum vni, quanto.n.minora sunt, q̃ sparguntur, tanto plures suscipientes erunt iuxta illud psal. 111. Dispersit dedit pauperibus. Et in auten.de consulibus. §.autem Coll.4. Vnde pauperibus non sunt facienda sumptuosa conuiuia. Et ad hoc dist.41.non cogantur & dist.35. §.alias.[non cõciliandi].i.Acquirẽdi[fauoris].i. Laudis humanæ.[diffluere].i.Dare Ar.25.q.2.de ecclesiasticis Arch. [promittitur].i. datur Arch. [decorum].i. bonum publicũ & honestum.[non superfluas.]ædificationes.s.conuenit ar. contra Prelatos, qui res pauperum in faciendis Palatijs consumunt. Nec.s.cõuenit prætermittere necessaria, sine quibus commode non possunt viuere[hoc conuenit].i.ornare &c.12.q.2.gloria. Contra ibi Hieronymus videtur reprehendere episcopos, qui gemmis, & auro templa Dei opinant. Respondetur, ꝙ ibi loquitur contra eos, qui neglectis pauperibus id agebant. Hic ad vtrumque inuitat.s. ad curam pauperum, & ad ornatum ecclesiarum, mediocritas enim seruanda est. Omne.n.ꝙ non propter necessitatem, sed venustatem accipitur, elationis habet calumniam, vt 21.q.4.c.j. [Non superfluas] 22.q.4.cap.2. 12.q.2. quisquis 16.quęst.1.si capis.in fi. Arc.[Item compatiamur quãtum possum⁹.]Quod fit, cum nobis necessaria subtrahimus, ad quod non tenemur dist.42.§.1. Si tamen hoc facimus, commendandi sumus, vt distin.41.per simoniam. Et intelligendum est hoc de necessario respectu personæ, non autem de necessario respectu naturæ. [Vel quantũ possumus].i. debemus, vel tenemur.[ex præcepto].i.De eis, q̃ dare nullo præcepto cogimur Hu.[melius.]Electiue d. Hoc est bonum illud malum Hu.[causas].i.rationes reddere apud homines. [pro misericordia].i.pro rebus ecclesiæ misericorditer impẽsis.[Inuidiam].i.inuidorum detractionem, blasphemiã, & reprehensionem. Hu.[prætendere].i.committere.[in clementiam].i.impietatem[inuidiam].i.inuidorum blasphemiam, siue detractionem. Ad hoc de offic. proconsul.l.nec quicquam.§.1.Ioan.de Fantu.Archidi.[cum fregerimus.] 12.q.2.aurum.

a ¶ Nobilibus. Nobilitas, nisi ꝓferenda in beneficijs, vide Petr. de an.in c. constitutis el.2.nu.10. de.ap.

Opponit & Repõdet.

2 *Misericordia quid sit.*
3 *Donum multiplex est.*
5 *Necessarium aliquid dicitur dupliciter.*
6 *Superfluum dicitur dupliciter.*
8 *Publicani, qui dicatur.*
9 *Redditus, quos habent milites super homines sibi subditos habent locum stipendiorum.*
10 *Militibus tria prohibentur.*
11 *Pauper de eleemosynis, quas colligit, debet eleemosynam facere.*
Et decimam nu.12.


Singulis. Quidam non faciunt hic capitulum, vt Hu.& Archi. Sed videtur nobis, ꝙ faciendum sit, quoniam licet sit eadem materia,& eiusdem auctoris, nihilomin⁹ tamen istæ sententiæ de diuersis locis assumptæ sunt præcedens c.de libro de officijs Ambrosij. Hoc autem de eodem super Lucam. In quo docet, ꝙ licet secundum diuersitatem hominum,& officiorum, ac varietatem studiorũ diuersa sunt præcepta hominibus ꝓpria, vnum tamen est commune præceptum omnibus præceptis,& officijs, ac omnibus ætatibus, videlicet de misericordia impendenda patientibus necessitatem. Et diuiditur in duas partes. In prima facit, quod dictum est. In secunda ponit ordinem in eleemosyna facienda, vt primo pascãtur parentes.2.ibi. Cæterum. Pro pleniori intelligentia huius. c.quæruntur tria.

Diuiso

1 Primum est, vtrum sit verum, ꝙ præceptum de misericordia sit commune omnibus hominibus.
4 ¶ Secũdum est, vtrum ille, qui potest, necessario teneatur facere eleemosynam indigẽti citra vltimam necessitatem.
7 ¶ Tertium est, vtrum in dandis eleemosynis parentes sint omnibus præferendi, &c.

1 Ad primum. Sic proceditur. Et videtur, ꝙ præceptum de misericordia nõ sit cõmune oĩbus. Primo sic. Multi sunt sub potestate constituti, vt serui religiosi, vxores,& hmõi, qui non possunt facere eleemosynã, quia tales, si facerent de alieno facerẽt, quod non licet. De propria.n.substantia facienda est eleemosyna, secundum illud Thobiæ 4. de tua substantia fac eleemosynã. Præterea mult. sunt pauperes, qui pro sustentatione, vitæ suæ vix possunt habere necessaria: ergo talibus non videtur præceptum de misericordia esse impositum cum sit impossibile illud adimplere, ergo non omnibus est impositum, præceptum de misericordia. ¶ In oppositum est tex.præsentis capit. ¶ Respondeo dicẽdum, ꝙ de misericordia dupliciter possumus loqui. Vno modo secundum, ꝙ dicitur
2 pia compassio cordis, quę sic cõmuniter describitur.† Misericordia est, virtus per quam animus super calamitates afflictorum mouetur. Item Damascenus. Misericordia est tristitia in alienis malis. Et Isidor. 9. Etym. Misericors à compatiendo alienæ miseriæ vocabulum sortitus est. Hinc appellata est misericordia, ꝙ miserũ cor faciat dolẽtis aliena miseria. Et loquendo hoc modo de misericordia, sit ista conclusio. ꝙ præceptum est omnibus hominibus de misericordia habenda cum proximo. Patet ista conclusio. Dicitur eccle.7. Oleum de capite tuo nunquam deficiat.i.misericordia de corde. Item Lu.6. Estote misericordes, sicut pater vester misericors est. Patet etiam ratione. Præceptũ charitatis proximi est omnibus commune. Mat.22. diliges ꝓximum tuum, sicut teipsum, ergo & misericordiæ præceptum, consequentia patet, vnde Hieronymus infra eo. qui clementiam,&c. ¶ Secundo modo possumus loqui de misericordia, prout dicitur ipsa exhibitio beneficij exteriorũ secundum illud Psal.47. Suscepimus misericordiam in medio templi tui. Et Prouerbiorum 9. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Ex hoc modo loquendo de misericodia est conclusio. Quod misericordia non est præceptũ commune omnibus, sed tantum illis, quibus suppetit facultas,& competit potestas. Patet, multi.n. sunt perfectissimi viri, qui nullã possunt facerere eleemosynam corporalem.
3 Concordat cum hac sententia Alex.de Halis in 3.dicẽs,† ꝙ multiplex est, donum muneris à manu. Deut.15. Præcipio tibi, vt aperias manum tuam egeno,& pauperi,& est donũ cõpassionis à corde Isa. quinquagesimo octauo. Cum effuderis esurienti animam tuam,& cætera. Et est donum verbi dulcis,& consolatorij ab ore ecclesiast. decimo octauo. Nonne ardorem refrigerabit ros, sic & verbum melius, quam datum. Est etiam donum obsequij in opere Exod. 22. Si videris asinum odientis iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo. Ad primum donum dandum non tenetur manẽs pauper, cum non habeat aliquid ad manum, ꝙ possit dare. Sed tamen tenetur ad tria vltima pro loco,& tempore, vnde Mat.5. dicit gl. Si deest facultas.

Primũ ar

Opponit & Respõdet.

Damascenus.

Isidorus.

Hyeroni.

Alexãder de alis

da effectum

da effectum, vel obsequium, vel verbum. Et sic patet respõsio ad rationes factas in princi. quæstionis.

4 Ad secundum. Sic ꝓceditur. †Et videtur, quod ille, qui potest necessario teneat dare eleemosynam indigenti citra vltimam necessitatem. Prima ar. Primo sic ex.c.pñti, vbi Ambrosius inquit. Mię communis est vsus, & commune præceptum oĩbus, vt conferant non habenti. Nota, ꝙ dicit non habenti, nõ dicit existenti in extrema necessitate. Secũdũ ar. ¶ Secũdo. 1. Io. 3. dr̃. Qui habuerit substãtiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habentẽ, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo. Sed iste, qui põt, siue diues, videt fratrem suũ necessitatem habere citra extremã necessitatẽ, si ergo clauserit viscera sua ab eo. i. si non dat, amittit charitatem, ergo tenebatur dare illi. Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. Ma. 7. Omnia, quæcunque vultis, vt faciãt vobis hoĩes, ita & vos facite illis sed iste diues, si esset in tãta indigentia, in quanta iste pauper est, vellet, sibi dari, ergo & iste diues tenẽtur huic pauperi dare necessario, vt prius. quartũ ar. ¶ Quarto sic duplex est genus eleemosynæ. s. spũalis, & corporalis. Eleemosyna spũalis administrãda est misero existenti in miseria quacunque spũali similiter, vt videtur, & corporalis cuilibet existẽti in miseria corporaliter quacunque. Et ita ẽt citra extremam necessitatẽ. quintũ ar. ¶ Quinto sic. Licet præceptum affirmatiuum non obliget ad semper, tamen obligat ad omnes, licet honor non sit exhibendus patri, & matri omni tempore, tamen oĩ exhibendus est, sed præceptum affirmatiuũ. Mat. 5. Qui petit à te, da ei. Ergo videtur, ꝙ obliget ad benefaciendum oĩbus. Oponit in cõtrarium ¶ In oppositum videtur ex capitulo sequenti, vbi dicit ambrosius. Pasce fame morientem, &c. Ecce, ꝙ mors pauperis illi solum imponitur, qui non pauerit morientem, ergo videtur, ꝙ solum tenetur quis necessario dare existenti in extrema necessitate. Secunda. q. ¶ Secundo sic. Si diues tenetur dare eleemosynam illi, qui valde indigens est, nõ tamen in extrema necessitate peccaret grauiter, qa mortaliter, & contra apostolum dicentem. Non faciamus mala, vt eueniant bona. ad Ro. 6. Sed hoc est falsum, ergo, &c. Respondet. ¶ Respond. dicendum, quia pręcepta dãtur de actibus virtutum, necesse est, ꝙ hoc modo donum eleemosinæ cadat sub præcepto, ſm ꝙ actus est de necessitate virtutis, s. ſm, ꝙ recta rõ requirit ſm quã est aliquid considerandũ ex parte dantis, & aliquid' ex parte eius, cui danda est eleemosyna. Et parte quidem dantis, considerandum est id, quod est in eleemosyna erogandum sit ei superfluum, ſm illud Lucæ 6. quod superest, date eleemosynam. Ad sciẽdum aũt, quid est alicui superfluũ, oportet scire quid sit alicui necessarium. Pro quo sciendum, ꝙ, S. Tom. Alb. mag. Durandus vt communiter distinguitur à S. Th. ab Alberto, à Domino 5 Durando: habenti bona temporalia, †est aliquid necessariũ dupliciter. Vno modo necessitate absoluta. Alio modo necessitate conditionata. Necessitas quidem absoluta est, qñ oĩa bona temporalia (quæ quis habet) sunt ei adeo necessaria, ꝙ sine his non posset viuere ipsi, & filij sui, & alij quorum caro sibi incumbit, vel adhuc, vel in posterum, maxime si non habet reditus, nec aliquid aliud certum, ad quod in posterũ posset habere recursum. Et ista vocatur à S. Th. in 2.2. necessitas necessaria. Cõditionata vero necessitas dr̃, quando ei necessaria ad conseruationem status decentis ꝓprię personæ, & aliarum, quarum cura sibi incumbit nunc, & in posterum ſm iudicium boni viri. Et hæc dr̃ à S. Tho. S. Tom. 2.2. q. 32. Ar. 6. cor. 9. vbi supra necessitas personæ ſm quòd persona importat dignitatem, vel statũ. 6 †Similiter duplex dinguitur superfluũ, vnum videlicet respectu primæ necessitatis, & aliud respectu 2. necessitatis. Et stat bene, ꝙ id quod est superfluum respectu primæ necessitatis absolutæ, sit necessarium respectu 2. necessitatis conditionatæ, siue personæ, 2. considerandum est ẽt ex parte eius, cui danda est eleemosyna, ꝙ necessitatem aliquam habeat, quia alias non esset rõ, quare eleemosyna ei daretur. Vnde ex parte sua etiã distinguitur duplex modus necessitatis. s. absoluta, siue extrema, quæ etiã esse dr̃, quando iste, qui patitur, sustentari amplius non põt ita, ꝙ, nisi tunc ei subueniatur in victu, aut vestitu, mortem aut grauem infirmitatem verisimiliter incurreret. Alia ẽt dr̃ conditionata, quando desunt ei necessaria ad conseruationem decentis status suæ personæ. Istis distinctionib. habitis, sit ista prima conclusio. Prima conclusio. ¶ Ille, cui imminet necessitas prima. s. absoluta, nulli obligatur dare eleemosynam, quacunque necessitate teneatur. Probatur conclusio primo, qa charitas ordinata est, & ordinata charitas incipit à se ipsa, & amicabilia, quæ sunt ad alterum, venerunt ex amicabilibus, quæ sunt ad seipsum, plus ergo tenetur sibi, & curæ suæ comissis, quam extraneis, vnde Apostolus primo ad Tim. 5. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior, vnde Augustinus libro de vita clericorum, & habetur 17. qõ. vltim. cap. quicunque. Si quis vult filios exheredare, & Ecclesiam instituere herędẽ alium quærat pro consilio, quam Augustinum. August. ad Fratres in Erem. de uita Cler. Serm. 50. Tom. 10. Vnde dicitur. C. de seruitu. & aqua le. præscr. absur est tuis agris sitientibus, alios irrigare. Patet etiam conclusio exemplo naturæ sic, quia scientia, & ars imitantur naturam. Cursus autem naturæ habet, ꝙ primo accipit de alimento ad sustentationem proprij corporis, quod est necessarium ministerio virtutis nutritiuæ, postea uero, quod superest, transmittit ad generationem alterius per virtutem generatiuam. Sic ergo homo tenetur sibi, & familiæ prouidere, deinde pauperib. erogare. Est autem hic notãdum iuxta sanctum Thomam quod ista conclusio semper est vera, S. Thoma. nisi alia ratio vtilitatis publicæ contrarium suaderet, videlicet, ꝙ subtrahendo sibi, daret alicui magnæ personæ per quam ecclesia, vel res publica sustentaretur, quia pro talis personæ liberatione se ipsum, & suos laudabiliter periculo mortis exponeret, cum bonum commune sit proprio præferendum. Et ponit exemplum. Odponit. Petrus de palude de vidua quæ victui suo, & filij præposuit victum Eliæ dicentis. Fac mihi subcinericium panem, tibi autẽ, & filio facies postea. Et quamuis propter verbum Eliæ speraret farinam non deficere: tamen etiam, si sciret defecturam, laudabiliter pro communi salute, morti se poterat exponere, præferendo vitam illius, qui erat currus Israel, & auriga eius. Et si arguatur, ꝙ in vitis Patrum commendantur duo iuuenes, qui inuenti sunt mortui fame, non tactis ficubus, quas alijs desferebant. Respondet. Respond. iuxta dominum Pet. de palude, ꝙ specialiter consilio spiritus sancti hoc fecerunt, aliter fuissent homicidæ. Secunda cõclusio. ¶ Secunda conclusio. Qui habet superfluum respectu necessitatis absolutę, de necessitate tenetur ex pręcepto eleemosynam facere patiẽti necessitatem extremam, siue absolutam. Patet ista conclusio multipliciter. Primo sic. Dilectio proximi cadit sub præcepto, ergo per cõsequẽs omnia illa, sine quibus non potest vera dilectio cõseruari. Ad dilectionem autem proximi pertinet, vt non solũ velimus ei bonum, sed etiam operemur, & procuremus tempore suo 1. Io. 3. Non diligamus verbo, nec lingua, sed opere, & veritate: sed tempus aptum subuentioni est tempus necessitatis, ergo tunc eleemosyna cadit sub præcepto, sine quo charitas haberi non potest, quia charitas simpliciter necessaria est ad salutem, sed tempore necessitatis non potest esse charitas sine eleemosinarum largitione in eo, qui habet superfluũ ergo, &c. Probatio minoris. 1. Io. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas patris manet in eo. Quasi dicat, nullo modo. ¶ Tertio sic. Nemo punitur pœna æterna, nisi pro omissione eius, ꝙ cadit sub pręcepto, sed aliquis punitur pęna æterna ꝓ omissione eleemosynæ, sicut patet de diuite epulone, qui Lazaro cupienti saturati de micis, quæ de mẽsa ipsius diuitis cadebant, eleemosynam non dedit Lucæ 11. & Mat. 25. etiam patet. Esuriui, &c. Ergo dare eleemosynam in casu necessitatis cadit sub præcepto ei, qui habet superfluum respectu absolutæ necessitatis. ¶ Quarto sic. Detinere rem alterius, inuito domino, est contra pręceptum, non furaberis, nõ. n. minus iniustũ est violenter detinere, q̃ rapere, sed non dãs eleemosynam tpe necessitatis, detinet alienũ, inuito dño, quia tpe necessitatis omne id, quo quis indiget suũ est, vbicunque sit, etiam super altare. Et ideo tunc non dare sibi, est rem ipsius violẽter, & iniuste detinere. Et in hoc casu loquitur c. sequens eiusdem Ambrosij. pasce esurientem, &c. Patet conclusio ex illo. ff. de li. ag. Necare videtur partum, qui alimenta denegat. Patet etiã exemplo, cũ in brutis aĩalibus columba, turtur, & hmõi naturali pietate nutriãt pullos alienos. Non est aũt expectanda extrema necessitas, vt inquit S. Th. in 4. S. Thoma. quia tunc nõ posset forte iuuari. Nam iã fame, & siti consumpta, dicit. n. Chrysostomos super Ioan. Chryso. Nõ oportet pauperem vlulantem deceptorẽ vocare. Quid Tu dicis, O hõ, Propter vnum panem deceptorẽ, quis complicat, &c. Tertia cõclusio. ¶ Tertia conclusio. De necessitate conditionata obligat quis ex ꝑcepto dare eleemosynam Patienti necessitatem absolutam, siue extemã. Patet cõclusio, qm quilibet

plus tenetur diligere, vitam proximi, aut etiam vtilitatem publicam, quam omnia temporalia, & etiam decẽtiam sui status.

Exemplum Dominici.

Sic legitur B. Dominicus fecisse, qui libros, & supellectilem vendidit propter famem pauperum Valentiæ.

Exemplum Martini.

Hoc etiam modo de Be. Martino legitur, qui cum indecẽtia vestitus suis vestiuit pauperem. Hæc etiã conclusio colligitur ex illo præcepto Io. Bap. de quo in p̄senti c. Qui habet duas tunicas, quod est decentiæ, vnam det non habenti, qđ est naturę, quia extra paradisum non pôt quis viuere nud⁹.

Quarta cõclusio.

¶ Quarta conclusio. Nullus tenetur ex præcepto de necessario necessitate conditionata donare patiẽti necessitatem etiam conditionatam. Patet conclusio, quia nullus tenetur verecunde viuere in statu suo, vt releuet alterum, quãtum ad decentem statũ. Vnde inordinatum esset inquit S.Tho.

S.Thoma.

si aliquis tantũ sibi de bonis subtraheret, vt alijs largiretur, ꝙ de residuo non possunt vita transigere. Conuenienter secundum proprium statum, & negotia occurren. Nullus.n. inconuenienter viuere debet, vnde contra charitatem talis faceret, si seipsum dehonestaret, quia crudelis est, qui famã negligit 12.q.1.nolle. vt dicit Petrus de palude.

Quinta cõclusio.

¶ Quinta conclusio. Habens superfluum respectu vtriusque necessitatis.s. tam absolutę, quam conditionatę tenetur subuenire patienti necessitatem conditionatam ad supplendam eam. Patet ista conclusio. Homo debet velle proximo, quod sibi vellet fieri ex charitate. sed patiens defectum in statu suo, vellet ab alijs honestati suæ prouideri, ergo videtur: ꝙ cõtra charitatem proximi facit si eius honestati de sic superfluo non subuenit. Et sic beatus Nicolaus vicinio, qui dehonestare se voluit prostituendo filias, subuenit, quamuis videretur maior necessitas vitandi peccatũ. Item ista cõclusio probatur iuxta Petrum de palude in 4. quia in Neemia,

Pet. de pal.

& Esdra, quasi de mortali reprehenduntur Iudæi de hoc, ꝙ fratre possidebant in seruos, & ancillas, dantes eis victũ, & vestitum, quia non tenebant eos secundum decentiam sui status, cum essent liberi, & nõ serui, & de superfluo, quo eos tenebant, vt seruos, poterant eos tenere, vt liberos, vel mutuando, vt Thobias Gabelo, vel de sua abundãtia dãdo ꝓximo ad decenter filias suas maritandum. Po: est ẽt habẽs superfluum subuenire egenti illo modo, sicut fecit bea. Nicolaus.

Sexta cõclusio.

¶ Sexta cõclusio. Extra casum necessitatis dare eleemosynam etiam de superfluo pertinet ad consilium nõ ad præceptum. Patet ista conclusio. Cum.n. temporalia bona ordinentur ad sustentationem humanam, ex quo iste sine me potest commode sustentari non teneor sibi propria impartiri.

Opponit & Repõdet.

Si dicatur, ꝙ Augu. & Ambrosius dixerunt vasa ecclesiæ frangenda, & pauperibus eroganda. Respondetur, ꝙ hoc est perfectionis, non necessitatis.

Septima cõclusio.

¶ Septima conclusio. Omnia relinquere, & dare pauperibus propter Deum, est in consilio, non in præcepto.

Octaua cõclusio.

¶ Octaua conclusio. Est vtile, & meritorium respectu vtriusque necessitatis subuenire pauperibus, etiam si pauperes extremæ necessitatis non compareant. cõclusio patet. Concordant quidam, qui respondentes ad quæstionem motam dicunt, ꝙ de debito iustitiæ debent ille, qui abundant bonis fortunæ, proximo suo indigenti subuenire, sed aliquibus debet subuenire de rigore, siue de necessitate iustitiæ, vt illis, qui sunt in extrema necessitate, aliquibus de æquitate, vtpote illis, qui sunt in euidenti, & notabili necessitate, aliquibus de dispensatione iustitię, vtpote illis, qui cõmuni consuetudine mendicant, nec tamen apparet in eis signum aliquod notabilis, siue grauis indigentiæ, sed præsumitur, ꝙ habeant ad pertranseundum tempus illud. In primo casu tenentur tentione necessitatis, sicut patet in 2. conclusione. In 2. casu tenentur tentione æquitatis. i. tenentur de bono, & æquo indigenti subuenire. Si.n. aliquis in non necessarijs abundat, & non subuenit proximo existenti in mortali, siue notabili, & euidenti indigentia, non subueniendo in hoc casu, præiudicat æquitati iustitiæ, nisi illa, vnde deberet tali subuenire, reseruet aliquibus, quibus plus tenetur subuenire, vt fortasse aliquibus, de quorũ bonitate magis certus est, vel sunt magis propinqui iuxta sententiam Ambrosij in ca. prçcedenti, non satis, vbi ait, ꝙ perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, vt primum oportet circa domesticos fidei. In tertio autem casu est meritorium subuenire, non tamen demeretur quis, si ex aliqua leui causa, rationabili tamen non subueniat, vt si præsumatur, ꝙ habet indigens, quod illi sufficiat ad tempus illud pertranseundum, quæ autem dispensatiuę fiunt alliciunt ad simile, nec tamen obligant, in quantũ hmõi, vnde quæ ex dispẽsatione iustitiæ fieri debent, si fiant, bene fiũt, siue meritoriè, si nõ, non demerentur.

¶ His habitis, dicendum est ad rationes in prin. quæstionis.

Ad primũ argu.

Ad primam respõdetur dupliciter. primo, ꝙ tex. ille intelligitur de misericordia, prout est pia cõpassio cordis super afflictis de debito æquitatis, & iustitiæ quilibet tenetur compati proximo suo, & illi misereri in necessitate constituto, si valet, sicut diximus in superiori q̄stione. ¶ Secundo respõdetur capiendo misericordiam secundo modo.i. pro opere exteriori, dicẽdum, ꝙ de debito dispensationis iustitiæ habens, & potens, tenetur dare pauperi indigẽti, etiã circa vltimã necessitatem.

Ad secũdũ

¶ Ad secundã respõdetur dupliciter. Vno modo, ꝙ per verbum beati Io: intelligatur, quando frater est in extrema necessitate. Secũdo, ꝙ intelligatur de misericordia interiori. Nam ille dicitur claudere viscera à fratre, qui ei non compatitur in miseria existẽti, & talis certũ est, ꝙ non habet charitatem, vñ gl. super illud clauserit, ait. Vt nõ cõpatiatur miseriæ illius.

Ad tertiũ.

¶ Ad tertiam respõdetur, ꝙ regula illa Mat. 7. Omnia, &c. Intelligenda est de voluntate ordinata, & discreta, vnde diues iste, si esset in tanta indigentia, in quanta est ille pauper qui multum arctatur paupertate, volũtate discreta, & ordinata non vellet sibi dari, sicut illi, cui tenetur necessario de necessitate iustitiæ, vnde argumentum prædictum non cõcludit, ꝙ teneretur sibi dare de necessitate iustitiæ licet teneretur tentione quacunque, vtpote dispensationis iustitiæ. vnde iste diues, si esset in tanta indigentia, sicut ille pauper, debet sic intelligi velle sibi dari, vt indigenti, non tamen, vt indigenti vltra necessitate ordinata, dico tamen voluntate.

Ad quartũ

¶ Ad quartam respondetur negando consequẽtiam. Et ratio est, quia non est simile de miseria spirituali, & corporali, quia miseria spiritualis est peccatũ mortale, quia miseros facit populos peccatũ Prouerbiorum 14. Vnde miser spũalis mortuus est spũaliter, & propter hoc subueniendum est ei indilate, sed non omnis miser corporalis mortuus est corporaliter, nec proprie mortuus.

Ad quintũ.

¶ Ad quintam cum dicitur: ꝙ preceptum de eleemosyna obligat ad benefaciendum omnibus. Respondetur, ꝙ hoc est, verum extenso vocabulo obligationis, vnde non obligat ad bene faciendum omnibus, sicut existentibus in vltima necessitate, vnde non obligat omnibus bene facere tentione necessitatis iustitiæ.

7 **Ad tertium.** Sic proceditur. † & videtur, ꝙ in dandis elemosynis parentes non sint cæteris præferendi.

Primũ ar.

Primo sic ecclesiastici 12. dñ. Bene fac humili, & non des impio, sed quãdoque contingit, quod propinqui sunt peccatores, & impij, ergo non sunt alijs præferendi.

Secũdũ ar.

¶ Secundo sic. Ambrosius super illud Cãticorum 2. Ordinauit in me charitatem dicit. Multorum est charitas inordinata, quod in primo est, ponunt tertium, & 4. Primo Deus est diligendus. Secundo parentes. Deinde filij: postea domestici, qui boni sunt, malis filijs sunt ꝑponendi.

Tertiũ. ar.

¶ Tertio sic. Eleemosinæ sunt faciendæ propter retributionem mercedis æternæ: secundum illud Mat. 6. Et pater tuus: qui videt in abscõdito: reddet tibi. Sed retributio æternæ maxime acquiritur ex eleemosynis, quæ sanctis erogantur: secũdum illud Luc. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt &c. Ergo sancti sunt præferendi.

Quartũ. ar.

¶ Quarta arguitur si sic esset: ꝙ in eleemosynis parentes essent præferendi, videtur ẽt: ꝙ pariter in beneficijs Ecclesiasticis conferendis essent præferendi, quod videtur incõueniens: cum talia magis idoneis sint conferenda, &c.

Opponit: Respõdet:

¶ In oppositum est te. præsentis c. vt dicit Ambrosius. Dei traditio est, vt prius pascas parentes. ¶ Respondeo dicendum sub cęteris conclusionibus.

Prima cõclusio.

Prima est, ꝙ cæteris paribus, magis est danda eleemosyna parentibus, quam extraneis. Patet ista cõclusio Primo multiplici ratione ex dictis in quæstione disputata in c. prçcedenti. non satis. Secundo ex c. p̄senti vbi Ambrosius ait ꝙ sit traditio Dei, vt prius Pascas parentes. Quæ probatio ita sufficiens est, vt non sit opus alia.

Secunda cõclusio. August.

¶ Secunda conclusio, ꝙ cęteris paribus eleemosyna magis est facienda propinquis sanguine: quam cæteris extraneis. Patet conclusio: dicit.n. August. lib. de doctrina Christi. Cum omnibus prodesse non possis, his potissimum consulendum est, qui pro locorum, & temporum, vel quarun cũque rerũ opportunitatibus cõstrictius tibi, quasi quadã sorte iungũtur.

Tertia cõclusio.

¶ Tertia cõclusio. Cæteris parib⁹: domesticis, familiarib⁹, vicinis vtpote eiusdem terræ, eiusdem ciuitatis, eiusdẽ societatis indigentibus

indigentibus magis tenemur eleemosynam, quã alijs ex-
Quarta cõclusio.
traneis.Patet conclusio ex dicto Aug.suprapositio.¶ Quar
ta conclusio. Inter extraneos indigentes,magis tenemur
benefactorib.& à quibus spiritualia accepimus, sicut sunt
sacerdotes,& prædicatores,quam alijs. Patet conclusio,
vnde Apostolus.1.ad Ti.4. Non alligabis os boui trituran
Quinta cõclusio.
tis.¶Quinta conclusio.Inter extraneos indigentes æquali
indigentia magis est danda eleemosyna melioribus per-
sonis,& vtilioribus reipublicæ, quam alijs.Istę conclusio-
Ad primũ arg.
nes sunt ita manifestæ,vt probatione non egeant. ¶ Vnde
dicendum est ad rationes in oppositum.Ad primam cum
dicitur, ꝙ non est danda eleemosyna peccatori, siue im-
pio.Respondetur,ꝙ verum est,inquãtum est peccator,seu
impius.i.vt ꝑ hoc in peccato, siue impietate sua foueatur,
Ad secundũ
sed bene,inquantum est homo, vt natura sustẽtetur,est ei
danda.¶Ad secundam autoritatem Ambrosij. Responde-
tur negando consequentiam. Et est ratio,quia ambrosius
nõ loquitur ibi de ordine tenendo in largitione eleemosy
næ, sed de ordine charitatis in diligendo,stat.n.bene,ꝙ in
largitione eleemosynæ aliquis præferatur ei, quẽ ex cha-
ritate magis tenemur diligere, sicut parẽtibus malis indi-
gentibus est magis subueniendum, quam extraneis iustis.
Licet ipsos extraneos iustos magis teneamur ex charitate
diligere,sumẽdo gradum dilectionis ex parte boni voliti,
quoniã ei qui Deo propinquior est,maius bonum ex cha-
ritate volumus, licet non capiendo gradum dilectionis se
cundum intentionẽ volendi, quomodo magis.i.intentius
Ad tertiũ.
diligimus nobis coniunctos,vt S. Tho.optime dicit in 2.
2.¶Ad tertiam respondetur negando consequen. Et ratio
est iuxta S.Thom.quia eleemosyna ad mercedem æternæ
retributionis dupliciter valet.Vno quidem modo ex radi
ce charitatis,& secundum hoc eleemosyna est meritoria,
prout in ea seruatur ordo charitatis,secundum quem pro
pinquioribus magis prouidere debemus,cæteris paribus,
Ambrosius
vnde etiam Ambrosius lib.de officijs, vt tactum est præce
denti c.dicit,illa est probãda liberalitas, vt proximos semi
nis tui ne despicias,&c.alio modo valet eleemosyna ad re
tributionẽ vitæ æternæ ex merito eius, cui datur,qui orat
pro eo,qui eleemosynam dedit,vnde licet ex hac parte in
dandis eleemosynis magis essent præferendi sancti viri, q̃
propinqui nihilominus propinqui sunt magis præferen-
Ad quartũ. S. Toma.
di.¶ Ad quartam respondetur,negando consequẽtiam.Et
ratio est secundum S.Thom.in tertio super sententias,q̃m
in illis,quæ non pertinent ad communicationem natura-
lem,quam cum patre,vel cõsanguineis habemus,nõ opor
tet, quod magis cõsanguineis benefaciamus,sed illis, qui
magis coniuncti sunt nobis secundum illam communica
tionem,ad quam illa bona pertinent. Et ideo beneficia ec
clesiastica non sunt danda magis consanguineis,sed eis,q
magis sunt idonei ad regimen ecclesiæ, quia illi, quãtum
ad hoc,ꝙ dispensatores diuinorum sumus,magis nobiscũ
communicãt,sed de patrimonio,& de his,quæ homo pro
prio,& licito lucro acquirit, potest benefacere consangui
neis potius,quã alijs,& debet, nisi de illa parte sit aliquid,
quod præponderet vel indigentia, vel vtilitas. Lege text.
Expònit literam.
¶[Singulis Ioannes]Lucæ.3.[Tribuit]sigillatim[conue-
niens responsum.[Singulum]singulis generibus hominũ
8 [vnum].i.commune omnibus.[de impendenda misericor
dia]Ita supple tribuit responsum publicanus,ne,&c.† pu-
blicani dicebantur,qui publica vectigalia exigebant,sic di
cti,quia de republica, curam gerebant. Vel à publico Re-
ge,qui eos primum instituit. Vel dicuntur publicani.i. pu
blice peccantes,sicut capitur Mat.18.Sit tibi, sicut Ethni-
cus,& publicanus,&c.Hu.[vltra conscriptum].i. constitu-
tum est,hoc autem dixit,quia collectores talium solẽt esse
proni ad plus colligendum,quam sit eis mandatum,vt,qđ
est amplius,eis retineãt[militibus]subaudi, præbuit respõ
sum,sic autem iacet Luc.3.neminem concutiatis.s.oppri-
mendo pauperes,& eos despiciẽdo.Ille cõcutere affectat,
qui bellum gerit voluntarie absque causa iusta, & necessa-
ria,& tunc est bellum iniustum,quia vt ait Aug.ad Marcel
Augustin
linum.Ad hoc bellũ geratur,vt pax habeatur,vnde,vt pax
sit voluntatis,bellum necessitatis[nec calumniam faciatis]
.i.non imponatis falsum crimen diuitibus, & potentibus,
vt occasionem extorquendi bona eorum habeatis.Et hoc
est,quod dicit Ambrosius.Ne calumniam prædam requi-
rant ab his,à quibus non debent,quia ab hostibus possunt.
14.q.3.ab illo,& 33.q.4.qui peccat,& q.7.c.1.Hu.[Conten
ti estote stipendijs vestris,] quæ dabantur eis ab Imperato
a ribus pro labore militiæ, quem habẽt sustinere in defen-
a Militiæ. quia militiæ opus ordinatũ est ad publicã vtilitatem Pe.de An. i c.sane nu. 6.de regula.
9 sione patriæ.†Redditus autem,quos habent milites super
homines sibi subditos,habent locum stipendiorũ, & ideo
debent eis esse contenti, vbi.n.stipendia sunt statuta, non
licet aliquid vltra exigere.Ar.1.q.vl.sanctissimus.Et est cõ
tra Imperatorem,& alios principes,qui baronibus stipen
dia non constituunt.Et contra papam, qui notarijs curiæ
redditus non assignat,vnde tam isti,quã illi coguntur ho-
mines spoliare,& depredari.Et ideo bonum esset,vt in cu
rijs,& in castris certa die cernerentur stipendia, vt mate-
ria crassandi adimeretur.Hugu. vnde sequitur [crassetur]
10 crudeliter spoliando,& rapiendo.† Sunt ergo tria,quæ mi
litibus prohibentur. Primum est oppressio pauperum,
quia pauperes non possunt se defendere. Secundum est
criminis impositio ad emulcendum pecunias, quia aliter
à diuitibus non possunt eas faciliter extorquere. Ter-
tium est simplex exactio seruitorum sine oppressione, &
falsi criminis impositione, ad quæ tria specialiter beatus
Ioannes voluit milites inducere, quia commmuniter so-
lent esse proni ad vitia contraria.[sed & hæc alia propria
singulorum].i.non sunt cõmunia omnibus [misericordia
communis est vsus].i.debet cõmuniter ab omnibus exer-
ceri,quibus subest facultas. Sicut.n. omnes egent Dei mi
sericordia,& gratia, ad Ro.3. Sic omnes debent esse iuxta
suas facultates misericordes, vndè Lucæ 6. dominus ait.
estote misericordes, sicut pater vester cęlestis misericors
est.Et Iacobi 2.dicit iudiciũ sine misericordia fiet illi, qui
non fecit misericordiam. Vt patet in diuite,qui quia pau-
peri misericordiam non fecit,Luc.18.sepultus est in infer
no.[ideo commune præceptum] intellige sicut in quæstio
ne declarauimus de habentibus facultatem, & potestatẽ,
vt conferant.Matth.19.da pauperibus, & habebis thesau-
11 ros in cœlis.Et Lucæ.6.Omni petenti te da,[pauper.] Arg.
12 † ꝙ pauper de eleemosynis,quas colligit debet eleemosy-
nam facere 12.q.1.habebat.†Similiter credo, quod tene-
tur dare decimam de eo,quod acquirit Hu.[non habenti]
licet autem habenti dare ex charitate, vel liberalitate, seu
ex magnificentia.Nec hoc culpatur,sed laudatur,vt patet
4.Ethic.sed dare ex virtute misericordiæ sit respicit egen
tem,q non diuitem, seu habentem, cum misericordia sit
ex affectus cõpassione super miseria eius,cui eleemosyna
datur,& misericorditer impenditur. Vnde sic non datur,
Prosper.
nisi indigenti,& non habenti,quoniam inquit Prosper.li.
2.de vita contemplatiua c.10.& habetur 1.q.1.Pastor,Da
re habentibus non est,nisi perdere[misericordia est pleni
tudo virtutũ.]In ea namque impletur fides qua credimus,
ꝙ ex misericordia dabitur mensura bona,& cõferta,& co
gitata in sinus nostros Luc.6.Impletur spes,quia per mise-
ricordiam speramus vitam consequi æternam,vt seminã-
tes in lacrimis in exultatione metamus.Impletur charitas
qua proximus diligitur, cui necessitatem patienti viscera
misericordię aperiuntur,in quo charitas probatur 1.Io.3.
prudentia impletur,qua pro caducis, & transitorijs æter-
na acquiruntur, & de paucis talentis prætiosa lucramur:
Matt.25.Iustitia impletur,dum alijs facimus, quod nobis
fieri volumus Mat.6.Fortitudo adimpletur, dum constan
ter propria paruipendimus,vt proximum ab erumna viri
liter eruamus.psal.81.Eripite pauperem,& egenum, & de
manu fortiorum liberate.Impletur temperãtia,dum,quæ
possent inducere ad lasciuiam subtrahimus nobis,& pau-
peribus erogamus,sic præcipitur Esa.58.Frange esurienti
panem tuum, egenos, vagosque induc in domum tuam,
cum videris nudum,operi eum,& carnem tuam ne despe
xeris.Impletur liberalitas, dum danda pauperibus confe-
runtur,quod pertinet ad liberalitatem 4.Ethico.[Et ideo
omnibus est præposita forma virtutis].i.omnib.dedit for-
mam virtutis misericordiæ[ne vestimentis] Vnde ait. Si
quis habet duas tunicas,det vnum non habenti Isa.58. Cũ
videris nudum,&c.[Alimentisque]Similiter, vt esurienti
detur cibus[misericordiæ tamen.]Quia debet mensurare,
vt suæ,& suorum necessitati possit prouidere,cum sibi, &
August.
sibi coniunctis plus teneatur prouidere,vt dicit Augu.pri
mo de doctriua christiana c.6. Et nos sufficienter in quæ-
stione declarauimus[Cæterum] 2. pars.Idem sanctus Am
brosius hoc scribit.Dixerat.n.supra neminẽ excludi à mi-
sericordia exhibenda, nunc ostendit ordinem aliquẽ esse
seruandum in ipsis misericordiæ exhibitione,videlicet,ꝙ
parentes

parentes debeant præferri cæteris dicens[Dei traditio]diuinum præceptum, in quo subuentio parentum intelligitur habetur. Exo. 20. Honora patrem, & matrē tuam[Contumelia parentis] Assignat grauitatem peccati non subuenientis parentibus, dicens.[Nam si iuxta domini oraculū] .s. Leui. 20. vbi habetur. Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur[quanto magis]Certe lōge magis inhonorat patrē, & matrē, qui eos fame occidit, q̄ qui verbo occidit. Hoc est, ꝙ dicit. Quanto magis fames, quæ multo grauior est. s. q̄ contumelia verborum, vñ merito talis magis venit puniēdus[quo in loco].i. vbi dominus iubet pasci parentes. Hug.[infrenat].i. refrenat, & redarguit, & reprobat Hugu. & Arch.[insolentem].i. crudelem iactātiam eorū. s. qui sub obtentu religionis de parentibus non curant, sicut de Phariseis dominus loquitur. Mat. 15. Qui dicentes verbo esse parentibus munus, quod offerebant parentes mori fame permittebāt, quorum crudelitatem compescit, & reprobat dominus. d. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Mat. 15. quia mādatum de subuentione parentum omittebant, ad quod ex debito naturalis iustitiæ filius patri tenetur.

1 *Eleemosynam, qui potest facere existenti in extrema necessitate, an teneatur necessario illam facere.*




PAsce. Ad idem propositum de eleemosyna eroganda subiungitur hoc c. qđ est beati Ambrosij lib. de offic. Breue est. In quo hoc ostenditur, quod in necessitate extrema, qui potest, obligatur subuenire proximo. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. quæritur sic.† Vtrum ille, qui potest, necessario teneatur facere eleemosynam existēti in extrema necessitate. Et licet ista quæstio satis sit determinata. s̄. circa. c. præcedēs in 2. q. Nihilominus propter aliquos casus, qui mouentur in eadem repetemus illam sub alia forma. Et arguitur primo, ꝙ nō teneatur. Primo sic. Ponatur casus, ꝙ duo sunt pauperes in extrema necessitate positi, & aliquis nō possit subuenire, nisi alteri. Queritur an teneatur alteri dare solum, aut vtriq; aut neutri. Si alteri solum. Contra. Qua ratione tenetur alteri, eadē ratione, & reliquo, cum pares sint in oībus quantum ad ipsum, ergo vel vtrique tenetur dare, vel neutri. Si vtrique: ergo cum non possit dare, nisi vni tenetur ad impossibile, ꝙ falsum est. Si neutri tenetur: ergo, si neutri dat non omittit, licet vterque periclitetur in conspectu eius. Et sic falsum est, ꝙ hic dicit Ambrosius. ¶ Secundo sic. Si vnus solus esset in extrema necessitate positus, tenet, qui potēs est ei dare propter extremā necessitatem: ergo cum duplicata sit extrema necessitas, duplicata erit causa obligationis: ergo videtur, ꝙ necesse sit illum peccare mortaliter, supposito primo. ¶ Tertio sic, vt habetur in c. præcedēti ab Ambrosio. Magis tenetur, qui potest subuenire proximo, quam extraneo: ergo si extrema necessitas obligat ad subueniendum propinquo: ergo plus tenetur in casu huiusmodi, quam tentione necessitatis, quod esse nō potest. ¶ Quarto dato casu, ꝙ occurrat vnus, qui sit in extrema necessitate, & dum se præparat ad dādū illi, occurrit ei alius, qui est similiter in extrema necessitate constitutus. Sed ille qui venit vltimo est bonus homo magis, quā primus, vel est consanguineis illius, qui debet subuenire. Queritur cui illorum tenetur dare, cum non possit vtrique, videtur, quòd tenetur dare primo, quoniam prius tenebatur illi, quando se præparabat ad dandum, & non tenebatur ei, nisi pro necessitate, in qua erat, & adhuc manet ea dem ergo debet manere idem effectus causa: ergo tenetur dare primo. Præterea primo erat obligatus primo, cum ergo nullus sit, qui absoluerit illum ab illa obligatione, adhuc tenetur, sed hoc esset contra ordinem charitatis: ergo videtur, ꝙ nō tenetur semper in necessitate extrema prouidere. ¶ In oppositum est c. præsens, in quo ait Ambrosius. s̄. e. di. c. non satis. Grauis culpa est, si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu famem tolerare, erumnam pati. ¶ Respondet dicendum sub ista conclusione. Quod posito in extrema necessitate tenetur tentione necessitatis subuenire, qui potest. Ista conclusio patet ex præsenti articulo. Et supra ostensa est rationibus multis circa secūdam quæstionem disputatam in c. præcedenti. ¶ Vnde dicendū est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam respondetur, ꝙ in illo casu posito subuenire tenetur alteri, cum nō possit vtrique, vnde hæc disiunctiua est falsa. Tenetur vtrique vel neutri, teneretur. n. vtrique dare, si facultas suppeteret, sed ex quo non suppetit, sufficit dare alteri. ¶ Ad secundā de duplici obligatione potest dici, ꝙ in illo casu duplicata est obligatio, materialiter loquendo. i. obligatus est, siue tenetur benefacere duobus, si potest, sed formaliter loquēdo, non est duplicata obligatio, quia non tenetur tentione sine necessitate maiori subuenire duobus, quam vni. Præterea. Impotentia benefaciendi absoluit eum in casu proposito ab obligatione benefaciendi pluribus, propter quod argumentum illud non valet. Obligatur ad benefaciendū vni: ergo, si duo sunt, obligatio duplicatur, quia si esset impotens ad benefaciendum alicui, non obligaretur nec vni, nec duobus: forte posset etiam dici magis obligatus, si duo essent positi in extrema necessitate, & neutri subueniret, etiam, si posset, quia grauius peccaret. ¶ Ad tertiam, quod obijcitur, ꝙ si extrema necessitas obligat necessario: ergo in aliquo casu plus teneretur quis, quam tentione necessitatis. Respondetur, quod in aliquo casu maior est, & in aliquo minor, sicut mortale peccatum etiam eiusdem speciei grauius est aliquando propter aliquas circunstantias, quandoque minus graue, vnde si pater alicuius positus est in extrema necessitate, magis tenetur filius illi subuenire, quam extraneo existenti in consimili necessitate, vnde in tempore necessitatis sunt gradus, quia quædam necessitas potest dici simplex, vt illa, quæ minus obligat, quędam etiam magna, quædam maxima, vnde, & si nullus potest plus teneri quam tentione necessitatis, potest tamen plus teneri, quam tētione necessitatis in aliquo gradu. ¶ Ad vltimam dicendum videtur, quod in illo casu tenetur subuenire illi, qui superuenit viro iusto, aut cōsanguineo, quam primo. Et cum arguitur, ꝙ tenebatur primo cum se præparauerat ad dandū ei eleemosynam. Dicimus, ꝙ tenebatur eam dare primo, non simpliciter, sed sub conditione, si alias melior non superueniret, qui esset in extrema necessitate. Cum autem subiungitur, ꝙ manet eadem causa: ergo debet manere effectus. Dicimus, sicut iam dictum est ꝙ non tenebatur ei dare pro necessitate illa simpliciter, sed si non superueniret melior, qui esset in eadem necessitatē. Et per idem patet responsio ad sequens, &c. Lege. ¶ [Pasce fame moriētem]etiam excommunicatum 11. q. 3. quoniam Archid. Tum, quia fame moriens intelligitur in extrema necessitate positus, & tunc omnia sunt communia, vnde cum non pascens subtrahit illi, quod suum est, & per consequens auferendo ei sua, per quæ in vita sustentari debebat aufert sibi vitam. Tum, quia patenter occasionem mortis præstat, negando pastū, & sic illius mors sibi merito imputatur, vnde sequitur. [Si non paueris occidisti]Quantum in te est. Nam reus es mortis eius.[Hug. & Arch. Ar. 16. q. 1. decimæ. Et est Ar. Quod qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur 1. q. 1. placuit. Notatur hic in gl. ꝙ occidit quis aliquē subtractione panis corporalis, vt hic, & infra 13. quæst. 5. imolans. Item subtractione panis spiritualis Arg. dist. 43. Ephesijs. Item detractione, odio, actu, vt de pe. di. 1. omnis, & dist. proxi. c. vlt. dist. 55. si quis abscidit.

1 *Hieronymus, an conuenienter vsus fuerit nomine clementiæ pro affectu misericordię.*

2 *Homo misericors, si non habet charitatem, non dicitur spiritualis.*

3 *Obligatus ad plura, vno omisso, non est absolutus.*



QVi clementiam. Ad idem ē hoc c. qđ est beati Hieronymi super psalterium, laudantis clementiam in beneficijs conferendis in quo dicit. Qui clementiam non habet, &c. Breue est. ¶ Pro intellectu pleniori literæ huius capituli quæritur.† Vtrum conuenienter Hieronymus vsus fuerit nomine clementiæ pro affectu misericordiæ. Et videtur, ꝙ non. Quoniam misericordia, teste Damasceno, est species tristitiæ, clementia vero est secundum Sene. libr. 2. de clementia, & secundum Tullium est species temperantiæ, inconueniēter autem vna species ponitur pro alia: ergo, &c. In oppositum est autoritas Hieronymi. ¶ Respondet notandum, ꝙ clementia duobus modis accipitur. Vno modo proprie, prout dicitur dulcedo quædam affectus, qua rigor

Marginalia: Quæstio. 1 (beside "ritur sic"); Primū ar.; Secundū ar.; Tertium ar.; Quartū ar.; Opponit in cōtrariū; Respondet.; Ad primū arg.; Ad secūdū; Ad tertiū; Ad quartū; Exponit literam.; Quæstio 1; Primū ar.; Opponit & Respondet.

Tullius. Seneca. qua rigor iustitiæ tẽperatur,& emollitur,siue,vt dicit Tullius,in 2. Rheto.clementia est virtus per quam animus cõcitatus in odium alicuius,benignitate retinetur.Et Seneca dicit,ꝙ ex lenitas superioris ad inferiorem.Et sic virga regis in Hester extensa est in signum clementiæ,qua seua sententia in iudeos promulgata,est remota.Hester 4.sic etiam accipitur clementia.Hester 12. Nolui abuti potentiæ magnitudine,sed clementia, & lenitate gubernare subiectos. Et prouerb.16.In hilaritate vultus regis vita, & clementia eius,quasi imber serotinus. Alio modo accipit clementia pro affectu misericordiæ, & liberalitatis in dando. Ruth. 2.vadam ad colligendum spicas,vbicunque patrisfamilias clementis reperiero in me gratiam.Et sic accipitur hic clementia, quam exprimit Hieronymus & declarat dicens. Nec indutus est viscera misericordiæ, quia habitum misericordiæ in visceribus sui cordis non habet, qui non tribuit proximo indigenti, vnde prima Ioannes tertio. Qui habuerit substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necessitatem habentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Quasi dicat nec clementiam,nec charitatem habet. Ex his patet responsio ad argumentum in oppositum.¶[Lacrimarum]ꝑ veram compassionem. Qui est veram compassionem habẽt super afflictionem proximi sui,cõdolet,& lacrimatur, vnde Iob ait.Flebam super eo, qui afflictus erat Iob.30.Sic Christus super mortem Lazari, & dolore sororum eius lacrimatus est Io. 11.[quãuis spiritualis.] ¶Sed hic surgit q. Exponit literam. Quæstio.

2 †Quomodo homo immisericors,& qui non habet charitatem,potest dici spiritualis.Cum dicat Apostolus 1.ad Cor. 13.Charitatem autem non habeam,nihil sum. Ad hoc respondetur,ꝙ veraciter talis non est spiritualis,cum careat spiritu,& fructu spiritus,qui est charitas, & donis spiritus sancti, quia secundum Apostolum 1.ad Cor. 2. spiritualis homo omnia bene iudicat,& disponit.Sed quia homo nõ virtuosus potest opera spiritualia facere,vt orare, prædicare,sacrificium offerre, & cætera hmõi, isto modo dicitur impropriè spiritualis,non à virtute, seu dono spiritus sancti,sed à similitudine aliquorum operum, quia talia opera,quæ videntur spiritualia,facit.Et ita exponit glo.[spiritualis].i.quamuis facit opera spiritualia.Et ita Hu.& Arch. dicentes.Spiritualis, quantum ad alia exteriora, simile 8. q.1.illud,& 11.q.3.non sunt,& dist.37.legant.[Non adimpleuit legem Christi]Nam,qui proximum diligit, legem impleuit.Plenitudo.n.legis est dilectio.Ro.3. Qui aũt claudit viscera misericordiæ proximo,non diligit proximum, cum in eo non sit charitas 1.Io.3. Talis legẽ christi non impleuit,imo transgressus est. Qui.n.offendit in vno, factus est omnium reus Ar.de pæ.di.5.fratres.Et est Arg.† ꝙ qui Respõdet.

3 plura tenetur facere,vno omisso,non est absolutus, vt dis. 38.quæ ipsis,secundum Hu.

Similiter. §.est, in quo incipit 6. pars huius distinctionis,in qua repetit illud c.Apostolicæ regulæ.s.non esse percussorem,quod superius exposuit ꝓpria manu, vel inutili sermone, hic vero primo exponit, oportere episcopum nõ facilem esse ad vindictam, & hoc per duo capi.sequen.Et postea exponit, vt non sit percussor propria manu vt in 3.sequenti.c.itaque.Prima expositio prohibet spiritualem percussionem subitam 2.corporalem,secundum Hug.

1 *Episcopus,in quibus casibus teneatur requirere consensum capituli sui.*

2 *Episcopus in causa inquisitionis an teneatur alios conuocare, quam canonicos.*



I quid. Inducitur hoc ca. ad probandum, quod dicit,videlicet, quod episcopus non debeat esse facilis ad vindictam. Et est beati Gregorij in registro scribentis Ioanni episcopo Corinthiorum. Et idem ponitur infra 15.q.7.Et inscribitur episcopo Panormitano.Et idem c.ponitur extra de simo.licet Heli. Et diuiditur in duas partes. In prima consulit,ne cum mala aliqua de aliquo clerico referuntur,cito credat,aut ad vindictam statim attendantur.In secunda prouidet,quid in prædicto casu fiendum sit,quia scilicet cum præsentibus senioribus veritas perscrutanda est diligenter,&c.2.ibi. Sed præsentibus.Pro pleniori huius c.intelligentia,quantum spectat ad Diuisio.

1 hunc locum.¶†Quæritur in quibus casibus episcopus tenetur requirere consensum capituli sui, de alijs tractatum in litera.Ad hoc respondetur iuxta Arch.hic,ꝙ sunt 13.in quibus Episcopus tenetur habere consen sum sui capituli. Primum est inquirere,vt hic,& extra,de simo.licet. Secundum est alienare 12.q.2.sine exceptione. Tertium est ordines conferre 24.di.Episcopus. Quartum est causas audire 15.q.7.Episco. Quintũ est beneficia conferre.extra de his quæ fi.à præl.ca noscitur. Sextũ est cõfirmare.e.ti.nouit,& c.quanto.7.est instituere,vt ibidem,quod dic,vt dicam 12. q.2.alienationes,in gl.1.institutionis. Octauum est dispensare 1.q.5.præsentis. Nonum est agere in causa communi. extra de rescrip. edoceri. Decimum est donare ecclesias. extra de dona.pastoralis in fi.& extra de his,quæ fi.à præl. cum vos.11.est si perpetuo etiam in iudicio vult aliquem suspendere ab officio, & beneficio, prout notat Innocent. extra de exces.præla.c.1.12.est vnire,& diuidere ecclesias. 16.q.1.sicut duo.13.in casu extra de præben. vacante, &c. Quæstio. Respõdet.

Leg.tex.¶[Siquid]hoc scribit Greg. contra nimis prõptos ad vindictam[quod te iuste]prima facie,si constaret.Hu.vt iudici,alias non 6.q.2.si tantum,& c.placuit. Arc. [offendere.i.mouere, & turbare. Goff.[facile non credas]contra proximum præsertim alias honestum,vt præsumitur clericus,non est faciliter credendum Eccl.19.Non omni verbo credas,quia qui cito credit,leuis est corde.[facile non credas]exponit Hu.& Arch.quo ad sententiam ferendam. Si dicatur contra,quia 22.q.4.innocens,vbi dicitur, ꝙ innocens credit omni verbo. Respondetur, vt dicit gloss. & Hug.quod omni verbo,cui credẽdum est, quilibet bonus vir debet credere,tanquam homo tanquam socius. Sed,ꝙ hic dr̃ intelligendum est,quo ad sententiam ferendam,seu quo ad condemnandum.s.tanquam iudex.[incognita] Nemo.n.de incognitis iudicare debet,sed de notis,vnde prouerbiorum 12.habetur,ꝙ,qui iudicat,quod nouit. Iudex iustitiæ est,vnde Apostolus ait.1.ad Corint.4. Nolite ante tempus iudicare,quousque abscondita fiunt manifesta, ergo longe minus sunt vindicanda, aut punienda ignorata. Et ratio huius est, quoniam secundum mensuram peccati erit plagarum modus.Deut.25.Ergo oportet præscire peccatum,& peccati conditionem, antequam peccans puniatur.[Seniorib.]Sic extra de accus.qualiter 2.ver.debet &c. [Senioribus].i.clericis suæ prolis, & sapientibus, vt maturius in negotio procedatur.Sic.n.in veteri lege in punitione seniorum consilium petebatur,vnde dati sunt Moysi in adiutorium regiminis 70.seniores.Exod.24.vnde Episcopus sine præsentia suorum clericorum non debet ferre sententiam,vt 15.q.7.episcopus,dic ergo[senioribus].i. canonicis,vt patet in eo,quod le.& no.extra de offi.ord. vt iuxta.Et hoc ideo,quia cum illis habet condemnare, extra de Exponit literam. Opponit & Respondet

2 his,quæ fi.à prælatis.quanto.¶Sed hic surgit quæstio† Vtrũ episcopus in causa inquisitionis necessarie habeat alios conuocare,quam canonicos tantum,ꝙ sic videtur ex.c.præsenti,quod non videtur colligi 18.q.2.si quis abbas. Ad istam quæstionem respondet Hu.Et sequitur eũ glo.Primo,ꝙ,si causa est ciuilis,verum est.quod episcopus potest eam decidere cum clericis suis.Quod ergo hic dr̃, Intelligitur de causa ciuili.¶ Dicit 2.ꝙ potest etiam intelligi de causa criminali,quã episcopus potest tractare,& decidere cum clericis suis,si illa causa imputatur subdiaconus,aut alij inferiorum ordinum, vt 15. q. 7. si autem.& tunc restringitur hoc c.ad clericos inferiorum ordinum.Ar.dist.54.ex antiquis,& di.74.placuit.¶Tertio dicitur,ꝙ potest dici, ꝙ loquatur de cã criminali cuiuslibet clerici, sed tunc nõ intelligitur tex.de quolibet episcopo, quia iste Archiepiscopus erat Corinthiorum, & seniores vocat episcopos suffraganeos ecclesiæ suæ, cum quibus potest tractare criminales causas cuiuslibet clerici,etiam vsque ad depositionẽ.¶ Pręterea 4.dicit,ꝙ dato, ꝙ intelligatur de causa criminali diaconi vel psbyteri, & ꝙ seniores dicãtur clerici suæ ecclesiæ põt congrue intelligi,ꝙ Episcopus cũ clericis suæ ecclesiæ potest decidere causam criminalem cuiuslibet clerici.s. canonice,quod colligitur,ex eo,quod sequitur[Canonica].i. regulari,quæ est,vt congregatis episcopis:aliter.n.nõ esset canonica,nisi cum adiunctis sibi episcopis fieret.¶ Quinto dicit,quod dr̃ hoc est verum,cum hic non agatur de sententia depositionis,sed suspensionis,vel amissionis beneficij,quam episcopus cum clericis suis potest inferre,& hoc melius.causam.n.criminalem diaconi,vel presbyteri,vbi agitur Quæstio. Respõdet.

agitur de depositione, non potest episcopus decidere sine alijs episcopis: Sed si ibi agatur non ad depositionem, sed ad suspēsionem, vel amissionem ecclesiæ, vel beneficij, vel dignitatis, vel administrationis, vel consimilem pœnā, bene potest episcopus illam cum suis clericis decidere Arg. 16.q.7.inuentum, & 18.q.2.si quis Abbas, secundum Hug. [veritas perscrutanda] Quia non solum sententiæ, sed examinationi causæ debent interesse 12.q.2.sine exce. Hu. [Si qualitas rei] .i. inspecta qualitate rei, secundm canones deriuatur causa, quia quædam crimina sunt, quæ extraordinarie puniuntur pro motu Iudicis, de quibus non habetur certa pœna in canonibus. Vel ideo dicit. [Si qualitas, &c.] quia tale pōt esse crimen, in quo poterit dispensari ab episcopo, vel, quod nō inducat depositionem [Canonica.] .p. ut est statutum in canone, si est crimē ordinarium, vel pro motu iudicis, si ex extraordinarium.

1 *Aetas in multis consyderatur.*
2 *Testimonio vnius an sit credendum.*
3 *Senectuti parcendum est.*
4 *Præsumitur citius de morte senis quam de morte iuuenis.*
5 *Rigor iuris mitigatur ratione ætatis.*
6 *Tacens non semper affirmat.*
7 *Casus vbi magis puniuntur consiliarij, quam actor.*



TAnta Ad idem propositum, videlicet ad ostendendum, quod episcopi non debent esse faciles ad vindictam, inducitur hoc c. ꝙ est eiusdem Gregorij in registro ad Ianuarium episcopum, in quo narrato errore cuiusdam episcopi, ostendit Greg. exemplo sui id, quod dictum est. s. quod episcopi non debent esse faciles ad vindictam. Et diuiditur hoc c. secūdū aliquos in octo partes. In prima increpat delinquentem. In secunda narrat excessum. In tertia explicat pœnam. In quarta testimonium. In quinta exhortatur correctionem. In sexta narrat remissionem pœnæ, quo ad episcopum, & causam eius. In septima punit consiliarios. In octaua indicat delinquentem in futurum. Secunda ibi. Dictum. Tertia ibi. factum. Quarta ibi. Dubium autem. Quinta ibi. Et quia. Sexta ibi. Et quidem. Septima ibi. Eos vero. Octaua ibi. Deinceps. Plana sunt Lege. ¶ [Tanta nisi humanitus] .i. dispensatiue, vel secundum humanam fragilitatem. [fixa maledictione] .i. certa pœna [feriremus] senectus, quæ est ex proprio defectu proniori debet esse ad miserandum, ꝙ ad iudicandum, aggrauat tamen culpam. Nam leuitas in se ne turpior est. vt maledictus puer centum annorum Isa. 65.
1 Notat hic Arc. †quod consyderatur ætas in multis. Primo in pœnæ relaxatione, vt hic. Secundo in veritatis inquisitione 20. di. de quibus. Tertio in prælationis cessatione di. 61. statuimus. Quarto in ascensionis discretione, vt. s. c. proximo. Quinto in eleemosynæ largitione, vt. s. eo. nō satis. Sexto in testimonij puritate 35. q. 6. c. 1. Septimo in excusationis admissione. 18. dist. placuit Octauo in pœnitentię impositione 26. q. 7. tempora, & capi. hoc sit. Nono in depositionis approbatione. ff. de fide instru. si de tabulis. Decimo in morū institutione 12. q. 1. c. 1. ¶ Sed hic surgit q. Quomodo iuste Gregorius ait [feriremus] Nunquid poterat ferri sententia contra illum absentē, cum non esset conuictus, nec confessus, nec crimen esset notorium, nec esset absens per contumaciam. Ad hoc respondetur multipliciter iuxta Hug. & Arch. Primo, ꝙ 3. vocatus fuit ille, & noluit venire, & sic papa cognouit de illa causa, & certitudinē habuit de crimine illius per testimonium Ciriaci Abbatis, & famę publicæ, vel Felicis episcopi, de quo habetur 11. q. 1. fratris. Et sic poterat eum condemnare, sed pepercit ei. ¶ Secundo respondetur, ꝙ sententia illa erat comminatoria. s. comminando ei. Solet. n. Papa sic comminari delinquentibus ad terrorem, & comminationē. ¶ Tertio respondetur, quod loquatur sub conditione. s. si constaret de his, quę dicta sunt de ipso, & tunc est sensus. [feriremus] .i. in te ferremus sententiam, si prius conuinci posses ordine iudiciario, nec tuis parceremus criminibus, secundum Hu. [dictum quippe] 2. pars. Narrantur tria de isto sene merito in eo reprobanda. Primum est, quia crudeliter egit cum dicit ad exarandam, in quo peccauit in duobus. s. in facto, & in dicendo sibi ius in re aliena, ꝙ non debuit. Ar. 16. q. 1. placuit, & 23. q. 4. inter. secundum est, quia irreuerenter, & cū scand. Io, post tacitum scelus, quasi vir sanguinum ad celebranda missarum solemnia se ingessit. Tertiū est opus execrandæ leuitatis, quod non deceret puerum [etiam terminos] .i. metas possessionis illius eradicando. In hoc quidem grauiter peccauit, vnde non modo secundum legem diuinam talis maledictus reputatur 12. q. 2. in legibus, vbi de hoc. Verum etiam secundū leges ciuiles punitur pœna. 50. aureorum, & relegatione. ff. de ter. amoto. l. 2. & 3. cum distinctione, vtrum sit iuuenis, an senex, vt ibi dicitur [Quod factum] tertia pars. [omnis] .i. iuris periti. Arch. [dubij] quarta pars [filius.] arg. † ꝙ credendum sit testimonio vnius. Ar. 2
contra 7. q. 2. §. 1. & c. 1. & 2. Respondetur iuxta gl. & Hu. ꝙ credit Iudex quandoque testimonio vnius. ad præsumptionem quandoque tanquam socius, vel tanquam homo, sed nunquā, tanquā Iudex. s. vt condēnet, vel ferat sententiā vbi res agitur in forma iudicij. Ar. 33. q. 2. admonere, & ex. de testi. c. licet in fi. & c. veniēs. Sed hic surgit quæstio. Qūo hic papa credidit. Respondetur ẜm Ioan. de Fan. quod hic erat fama cū testimonio istius. Arg. 4. q. 3. sæpe. Vel dicitur secundum Hu. quod hic non dicitur, quod papa tanquā iudex, illi Abbati soli crediderit, sed credidit ei forte ad præsumptionem, vel tanquam homo, vel ei, & fame, vel ei, & Felici episcopo. Hu. [Et quia] Quinta pars [Canis.] Arg † qđ
3 est parcendum senectuti, mitius. n. est agendum cum senibus. Ar. s. ea. non satis, & di. 34. fraternitatis Hug. [aliquando resipiscere] .i. amissam resipias sapientiā. Et nota, quod resipit. i. iterum sapit, & recordatur, venit ad salutem, ad se reuertitur, fit sui conscius Arc. [miser] .i. infelix. [vicinior]
4 †Citius .n. præsumitur de morte senis, quam iuuenis. Ar. 13. q. 2. illud. Vnde. Seneca dicit. Quod mors est senibus in foribus, & iuuenibus in insidijs. Quanto. n. plus viuitur, tanto magis ad mortem properatur, secundi Regum 14. Omnes .n. morimur, & quasi aqua dilabimur. [Et equidem.] Sexta pars pœnæ depositionis. Et est genitiui casus, vel pœne sit aduerbium Hug. [iaculanda] Si probaretur, quod dicitur, vel ita comminatur, vel cognitum erat, & poterat ferri sententia, sed dispensatur eum eo propter simplicitatem, & senectutem. [Sed, quia simplicitatem.] Ecce hic simplicitas excusat, & dispensationem inducit. Alibi coadiutorē adijcit, vt 2. q. 1. quia. Alibi à promotione repellit, vt dist 39. Petrus, & di. 47. de Petro, & dist. 74. Episcoporum. Sed contra hoc videtur dicere, quod ignorantia non est digna venia, vt di. 38. si in laicis. Respōdetur, quod ibi fit sermo de ignorantia Iuris diuini, hic autē dr simplicitas in cautela, & indiscretio in temporalibus, & in conuersando cum hominib. & in iure humano, secundum Hu. [vel simplicitatem] .i. fatuitatem, & ignorantiam, qua in hoc deceptus fuit prauo rum consilio prou. 12. Cōsilia impiorum fraudulētia [interim tacemus] .i. deserimus, †quo ex loco solet dici, quod iu
5 ris rigor mitigatur ratione ætatis, quod dic, vt nota, extra de sententia excommunicationis. pueris in fine vbi dicitur in quibus casibus mitigatur. Archidia. [Tacemus.] Est arg. †quod non semper qui tacet affirmat. Item, quod non semper tacere est voce consentire. Ar. de consecr. di. 4. cū pro
6 paruulis. ¶ Sed hic surgit quæstio. Si fuit cōminatio, vel sub intelligitur cōditio, quare dicit interim tacemus, qa nō videtur esse ad propositum, Respōdetur iuxta Hu. [interim] .i. donec grauiora, vel similia committas. Vel donec de causa cognoscatur. [Eos] Septima pars [Excommunicatos] .i. a participatione sacramentorum separatos. Hu. [duobus mēsibus] Nota pœnam duorum mentium hic, & dist. 18. c. vlt. ¶ Sed, nunquid poterat maiorem pœnam imponere. Re
7 spondetur, ꝙ sic. †Ecce casus, vbi magis puniuntur consiliarij, quam autor. Arg. dist. 10. 96. duo, & 11. q. 3. qui consentit, & . ff. ad l. Pompeiam, de pari. l. vtrum, & not. eod. tit. l. 1. vt patet exemplum de medico, qui filio dedit venenum, vt dare patri. Nam in hoc casu plus punitur medicus, quam si ipse patrem illius filij venenasset, vt patet ibi. Arch. ¶ Sed hic surgit quæst. Quare magis puniuntur consentientes, quam author. Respondetur primo iuxta Hug. Quōd indultum est autori, quia simplex, & senex erat, sed in istis consiliarijs non inueniebatur, quare eis indulgeretur, aut cum eis dispensaretur. Præterea secundo respondetur, ꝙ quia presumebatur, ꝙ isti plus peccassent, quam ille senex, qui simplex erat, vnde quicquid fecit, eius consiliarijs imputari debebat. ¶ Sed adhuc hic surgit quæstio. Nunquid isti absque ordine iudiciario puniri debuerūt. Ad hoc respondetur multipliciter sicut. s. in materia episcopi. Primo, ꝙ hic dicitur, intelligitur sub conditione. s. si constituerit, ita verum

Margin notes: Diuisio. — Exponit literam — Archid. — Quæstio. — Respōdet. — Quæstio. Respōdet Io. de Fan. — Seneca. — Opponit. Respondet — quæstio. — Respōdet. — Quæstio. Respōdet. — Quæstio. respondet — Quæstio. Respondet.

Respōdet. verū esse. Vel respondetur secundo, ꝙ forte alicui causam delegauerat, ſm Hu. [Decernimus] si constiterit. Vel dicendum, ꝙ ita constitit de facto istorum, sicut de facto episcopi, potest etiam dici, ꝙ coram iudicibus delegatis fuerunt conuicti Episcopus, & isti. Et sententia papæ fuit reseruata tam contra istos, quam contra episcopum, sed ei pepercit ad preces. [Humanitus] .i. mors, quę generaliter omnes homines capit, & nulli parcit. [Deinceps] Octaua pars. [cautus] Quia præterita cautum debent reddere pro futuris. Eccles. 22. Omnis, qui audiet cauebit ab eo.

Vel percussor. §. est, in quo incipit 7. pars. In qua dicitur, ꝙ episcopus nullum debet proprijs manibus cedere. Et probat per c. sequens & c. Planum est, & breue.



NOn liceat. Inducit magister hoc ca. ꝙ est Agathen. Concilij ad probandum, quod dixerat. Breue est, & non diuiditur. Lege. ¶ [Non liceat episcopo manibus suis.] Et hoc rationabiliter dicitur. Nam cuius manus ordinantur, & liniuntur ad sacramentū pacis, & communionis corporis Christi, qui, vt dicit Apostolus. 1. Pet. 2. Cum malediceretur, non maledicebat, cum percuteretur, non comminabatur, non decet verbera exercere. Vnde Mat. 26. Deus Petrum proprijs manibus percutientem reprehendit dicens. Conuerte gladium tuum in vaginam. Omnis. n. qui percutit gladio, gladio peribit. In propria. n. persona nullum debet episcopus percutere, sed bene potest per alium, s. ad correctionem, & ad veritatem eliciendam 5. quæst. 5. illi, qui, & 23. quęst. 5. ca. 1. De hac materia locuti sumus supra dist. 45. vbi vide.

Exponit literam.

Prohibetur etiam Episcopus. §. est in quo incipit, 8. pars. In qua c. illud Apostolicæ regulæ repetit magister. s. non esse cupidum, ꝙ intelligitur de quolibet clerico quia quilibet clericus prohibetur esse cupidus, & per consequens opera cupiditatis exercere. s. negotia secularia, & tutelas suscipere, nisi miserabilium personarum, quod probat per c. sequens.

1 *Lucrum dicitur turpe ex multiplici capite.*
2 *Clericus non potest esse procurator sine licentia pælati, nisi sit causa propria, vel ecclesiæ.*
3 *Tutela est quadruplex.*



PEruenit. Inducit magister ad probādū, quod dictum est ca. sumptū ex Concilio Calcedonensi, ꝙ diuiditur in quatuor partes. In prima narrat excessum quorūdam Clericorum, qui implicabant se turpis lucri gratia negotiationibus secularibus. In secunda statuit, vt nullus religiosus, aut clericus conducat possessiones, aut immisceat se secularibus procurationib. In tertia excipit aliquos casus. In quarta imponit pœnam transgressoribus. Secunda ibi. Decreuit igitur. Tertia ibi. Nisi forte. quarta ibi, si quis vero. Leg. ¶ [Peruenit propter

Diuisio.

1 Turpis lucri gratiam.] † Nota ꝙ turpe lucrum dicitur aliquid ex multiplici capite. Primo, quando acquiritur ex illicito actu, & iniusto contractu, & impio commercio. Secundo, quando est ex actu non conuenienti, & prohibito tali personæ, sicut actus negotiandi est prohibitus clericis, quamuis possit esse licitus alijs. Tertio, quando fit ex auaritia, & cupiditate, quæ est radix omnium malorum 1. ad Ti. 6. Nam etiam, si alias officium esset licitum, & honestū propter tamen malū finem auaritiæ diceretur turpe, quia ſm philosophum, cuius finis malus est, ipsum quoq; malū est. [Conductiones] sub annuo censu, vel certa parte. Non .n. debent conducere possessiones, & inde certum canonē, vel partem domino reddere. Indecens. n. est, vt illi, quos deus conduxit, & instituit operarios spiritualis culturæ vineæ dominicæ. s. ecclesiæ. Matt. 20. fiant terrenarum occupationum conductores. Idem intellige de possessionibus tam ecclesiasticis, quam secularibus. ¶ Sed hic surgit quæstio. Quomodo stat capitulum hoc cum alio fraternitatē, & c. dilecti, extra de deci.? Nam ibi non reprobantur monachi, qui habent terras ad firmam. ¶ Ad hoc respondetur iuxta Hu. & gl. ꝙ hoc. c. intelligitur, cum clerici siue monachi habent vnde viuant, quia tunc præsumerentur hoc facere causa auaritiæ, & lucri, illa autem capitula, quando nō habent, vnde viuant, tunc. n. licite possunt conducere à Cle-

Exponit literam.

Quæstio. Respōdet.

ricis, vel Laicis, quia permittitur eis agricultura victum quærere, vt di. 91. clericus victum. Vide hic, quod legitur, & nota. ne cler. vel mon. secundum, & 21. q. 3. placuit. Arc. [Causas]. i. procurationes causarum. s. in causis secularib. contra apostolum, qui ait. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus 2. Ti. 2. Vnde Hieronym. ad Nepotianū scribit dicens. Procuratores, atque dispensatores domorum alienarum, quomodo possunt esse clerici, qui proprias iubentur contemnere facultates, in ecclesijs autem possunt, vt legitur, & no. extra ne cle. vel mo. c. 1. nullo autē iure prohibetur, ſm Ho. quominus clericus in ecclesiasticis, & coram Iudice ecclesiastico posit laici fieri procurator. Et ideo est admittendus. ff. de procu. inuitus. §. 1. Et ita ipse notat, extra. e. ti. c. 2. & idem dicit Guil. Naso. Ar. extra

Hostiensis

Guil. Naso.

2 de simo, cum essent. † Sed tu dicas, ꝙ nisi sit causa propria, vel ecclesiæ, sed aliena, clericus sine licentia prælati procurator esse non potest, ſm Innoc. & Host. qui ita notant, extra de iura. calum. c. 1. Ipse tamen. Inno. extra de obliga. ad ratiocinia ca. vno, dicit, ꝙ vbicunque inueuitur, ꝙ clerici non possunt esse procuratores, intelligendum est generaliter. Nam vnum negotium laicorum, vel clericorum procurare, vel administrare non prohibentur, secūdum eum. Et adde, quod dicā. 21. q. 3. Cyprianus. Arch. [gubernationes] .i. procurationes, vel defensiones. Hu. & Arc. [Auaritiæ causa] Quæ longe debet esse à ministris ecclesiæ. [Coadiutores .n. Moysi], 1. rectores, & ministri ecclesiæ eligi debent, qui oderunt auaritiā. Exo. 18. & filij Samuelis repulsi sunt, quia declinauerunt post auaritiam, primi Regum 8. Vnde Apostolus ad Ehe. 5. Auaritia non nominetur in vobis, sicut decet sanctos [decreuit] Secunda pars [posse] de iure, non. n. dicitur posse fieri, quod de iure non fit: est ergo [posse]. i. debere, vt 22. q. 2. faciat Hu. & Arc. [nisi] Tertia pars. [legibus] .s. canonicis seu humanis [tutelas] infra dist. 88. c. vlt. contra 21. q. 3. Cyprianus. dicit iam pridem cōsilio episcoporum statutum est, ne quis de clericis, & dei ministris in tutorē, & curatorem in testamento suo nominauerit. Item 16. q. 1. generaliter, & habetur. C. de episcopis, & cleri. l. generaliter, vbi dr. Generaliter sancimus omnes clericos, & monachos immunitatem ipso iure habere tutelæ, siue testamentariæ, siue legitimæ, siue datiuæ, & c. pro responsione istorum. Est primo notandum †, ꝙ quadruplex est tutela. s. te-
3 stamētaria, legitima, datiua, & miserabilium personarū. s. viduarū, orphanorum, & huiusmodi, de quibus infra 16. q. 1. generaliter. ¶ Hoc habito respondetur ad primum iuxta Hu. & gl. ꝙ illud c. loquitur de tutela testamentaria, siue datiua tutela. Hic autem loquitur de legitima. ¶ Ad secundam, quæ videtur esse replica contra hanc responsionem. Respondetur iuxta Hug. ꝙ gl. & legitimam bene permittuntur habere, sed non coguntur. Nam, vt dicitur in præfato c. generaliter. Nullus episcopus, nullus monachus, nullus clericus in sacro ordine constitutus ad tutelam testamentariam, vel datiuā cogitur, vel cogi debet, nec potest eā suscipere si vellet, & si susciperet, non cogitur eā exequi. Et qui talem ad talē tutelam nominat, non debet fieri orō pro eo mortuo ipso, vt di. 88. neq;, & 21. q. 3. Cypr. Reliqui clerici cogi non debent ad talem, vel talem tutelam. Si tamē susceperint coguntur eam exequi. Hoc. n. ipso cesserunt priuilegio suo, & hoc cuilibet licet, vt 2. q. 4. mandastis. Ad legitimam autem omnes generaliter coguntur, vt hic dicitur, quia etiam episcopi, & monachi ad hanc cogi possunt, cū ipsi talibus succedunt, vel talibus succedere debent, si moriantur ab intestato. Sicut ergo vocarentur ad successionem, ita ad onus tutelæ vocandi sunt. Si ergo in lege, vel autentico dicatur, vel innuatur, ꝙ monachus, vel episcopus nullum debeat suscipere tutelam. Vel quod presbyter vel diaconus, vel subdiaconus non possent cogi ad legitimam tutelam, Credo ei præiudicari per canonem istum, vt & episcopus, & monachus, si velint, possint recipere legitimam tutelam. Vel potest dici, ꝙ lex illa intelligitur, ꝙ clerici non debent cogi, quādo alij sunt, qui suscipere possunt. Præterea nota, ꝙ nullus clericus potest compelli ad aliquā tutelam per secularem iudicem, sed tantum per ecclesiasticum, quia secularis nullam in his habet iurisdictionē. Ad tutelam vero miserabilium parsonarū omnes Clerici, siue monachi tenentur, vt hic, & dist. 87. c. 1. & ca. episcopus gubernationem. [Si quis] Quarta pars. [Ecclesiasticæ correctioni] pro arbitrio maioris. Hug. [vel correctioni]. i. suspensioni. Laurent.

Ad primū arg.

Ad secundū

¶ Distinctio


¶ Distinctio Octuagesima septima.



Iduis autem & orphanis,&c. Hic incipit dist.87.quæ sic continuatur ad præcedentem, quia superius dixerat clericos nō debere suscipere administrationē secularium negotiorum, ne quis illud vellet intelligere nimis generaliter. Ideo ostendit in hac distinctione, quorum curā, & tutelam possunt suscipere.s.viduarum, orphanorum libertorum,& expositorum,& generaliter omnium miserabilium personarum. Diuiditur autē hæc distinctio in tres partes, ſm Arch. in prima probat per sex authoritates sanctorum patrum, ꝙ viduis,& orphanis debet sustentationis beneficium præberi ab ecclesia. In secunda ponit, ꝙ ecclesia debet libertos defendere: præsertim eos, qui eius patrocinio commendantur. In tertia ponit de infantibus expositis. Secunda ibi. Libertos. Tertia ibi. Si expositus. (Cōtinuatio)

1 *Causæ viduarum, orphanorum, seu miserabilium personarum an pertineant ad ecclesiam.*

2 *Priuilegum viduarum & pupillorum.*



Licet. Inducit magister pro prima parte hoc c. Gelasij scribentis Geroncio, & Petro episcopis. In quo duo ponit, ſm quæ pōt diuidi hoc c. in duas partes. Primū est, ꝙ episcopi sit,& maxime episcopi episcoporum,s. papa pro sua possibilitate indigentibus patrocinium impendere. Secundum est, ꝙ potissime ei incumbit viduarum,& orphanorum causas tueri, ꝙ probatū esse dicit assertione diuina. Secunda ibi. plus tamen. ¶ Pro pleniori intelligentia huius c. & sequentium pro ista parte venit quærēdum. †Vtrum causæ viduarum, orphanorum, seu miserabilium personarum pertineant ad ecclesiam. Et videtur, ꝙ non, qm causæ viduarum, & pupillorum spectant ad iudicium seculare 23.q.5. Regum, & q.3. ab Imperatoribus,& C. qn̄ Imperator inter pupillū. l. vnica. ¶ In oppositum dicit hic gl. quæ sic habet. Nota, ꝙ causæ pauperum, & oppressorum,& peregrinorum spectāt ad ecclesiam, vt 24.q.3. si quis de potentibus. Respondeo dicendum, ꝙ causæ pauperum, & oppressorum, & peregrinorum, viduarum,&c. spectant ad ecclesiam, & spectant etiam ad iudicium seculare. Ista conclusio est hic glos. idem sentit Laur. Goff. Sed ad videndum, quando ad Iudicem secularē. Non tandum iuxta gl. c. ex tenore, extra de foro compe.& iuxta Henricum Boych ibidem, ꝙ causæ viduarum, & pupillorum, aut pertinēt ad protectionem, defensionem, seu tuitionem earum videlicet, ne opprimantur à potentibus. Tunc est conclusio prima. Quòd tales causæ viduarum,& orphanorum,&c. pertinēt ad ecclesiam. Ista cōclusio patet primo ex præsenti c.& sequenti. Secundo ex c. adminstratores, 23.q.5.& ex c.s. inducto, & 24.q.3. si qs de potentib. Tertio ex c. licet, extra de censibus. Aut loquimur de causis viduarum,&c. quantum ad earum cognitionem,& decisionem, & tunc aut agitur de iniuria, & violentia illata eis. Tunc est conclusio secunda. Quòd ecclesia de tali causa cognoscere pōt. Patet ista conclusio primo ex c. si quis de potentibus.s. allegato. Scdo ex c. ex parte, extra de foro cōpe. Aut agitur de alijs rebus, aut iuribus viduarum.& orphanorum. Et tunc aut agitur possessorio,& tunc est conclusio tertia. Quòd cognitio causæ hmōi viduarū pertinet ad ecclesiam. Cōclusio ista patet ex prædicto c. ex parte, ſm Inn. & Host. ibi & ſm Bernar.& Inno. extra de offi. deleg. significantibus. Vbi dicunt Inn.& Host. notandū esse, ꝙ, si quod rescriptum impetretur contra eos, nisi facta esset expresse mentio de ipsorum miseria, non valet, vt in lege hic. j. proxime alleg.& Host. in summa eod. ti. §.2. ver. ex præmissis. Aut agitur petitorio, tunc est conclusio quarta. Quod principaliter spectat, & primarie ad Iudicem secularem. Ista conclusio patet ex tenore, extra de foro compe.& c. ex præfato significantibus, & ex autoritatibus in principio quæstionis. Quinta conclusio est. Quod in defectum, seu negligentiam iudicis secularis spectat,& deuoluitur iurisdictio ad ecclesiam, sicut in causis aliorum. Patet ista conclusio ex præfato. c. ex tenore, ſm Host. in dicto ver. ex premissis,& satis concordat, quod ipse Host. notat extra de verb. signi. super quibusdam. §. penul. in gl. penul.& vlt. licet Inno. ibi dicat viduas, pupillos, orphanos, & reliquas miserabiles personas posse quoslibet conuenire sub iudice ecclesiastico, quod nimis generaliter dictum esse videtur. Et idē pōt dici de peregrinis,& mercatoribus, & officialib. rusticis, & libertis, seu familiaribus ecclesiarum,& de expositis, & de cæcis,& de vitiatis in membris, de leprosis, & captiuis, & diuturno morbo fatigatis, de furiosis, & alijs personis miserabilibus, de quibus plene per inno. in dicto c. significātibus in gl.2. quæ est gl. multum vtilis,& bona, ſm Henricum,&c. Lege. ¶ [Licet omnibus nos] .i. nostrum patrocinium impendere. Arch. [Plus] secunda pars, opera charitatis pro posse oībus sunt impendenda, cum oēs sint ex charitate diligendi,& nō solum amici, sed etiam inimici. Matt. 5. plus tamen viduarum, quia viduę, quæ viros non habēt, & orphani, qui parentib. priuati sunt, subsidio magis egēt. vnde sponsus ecclesiæ,& pauper pauperum magis tenetur eis defensionis auxiliū præbere propter, quod damnatur, tanquam principes infideles Isa.1. Qui pupillo nō iudicāt, & causa viduæ non ingreditur ad eos. Sed Iob.38. Viduarū patronus ait. Cor viduæ consolatus sum. Et psal.8. propheta ait episcopo. Orphano,& pupillo tu eris adiutor. Talib. .n. miserabilibus personis, quæ negotia sua tractare nō possunt, subueniendum est. Ar. dis. prox.s. non satis,& 11.q.1.

Quæstio. Primū art 1 — Oppenit i contrariū — Respōdet. — Diuisio — Hen. Boych — Prima cōclusio. — Secūda cōclusio. — Tertia cōclusio. — Quarta cōclusio. — Quinta cōclusio. — Exponit literam

2 christianis. †Vnde huius pietatis intuitu, vt ait gl. viduis,& pupillis concessit imperator magnum priuilegium, videlicet, ꝙ aliquis nō possit eos trahere ad iudicium extra prouinciam, ipsi tamen possunt alios trahere. C. quando imperator inter pupillos,& viduas. l. vna, addit super ver. trahere. Archid.s. ad curiam imperatoris.i. imperator debet eis esse, vt eos cites, fauorabilis, & benignus ſm Inno.& Host. Et intelligi potest, quod dicit extra prouinciam.i. ciuitatē, vel diocesim, alias nullum esset priuilegium, cum idem sit in quocunque maiore.s. ꝙ trahi non possit extra prouinciam 3.q.6. neminem, vbi de hoc,& no. etiam per Io. Vinc. & Tanc.& Ber. extra de appel. ex parte tua, nisi ex speciali iussione principis, vt ibi notat circa istum articulum citationis. Dic vt extra li.6. de rescr. statutū [diuina asserit scriptura] Hanc specialem tutelam habendam esse viduarum, & orphanorum, vnde Isa.1. defendite viduam. Item psalm. 145. Pupillum & viduam suscipiet. (Innocent. Hostiensis)



Esolatis. Ad idem propositum sequitur hoc capitulū eiusdem Gregorij scribentis Anastasio episcopo, vt quibusdam destitutis parentum auxilio impenderet protectionis suffragium. Et diuiditur in duas part. In 1. ostendit pertinere ad pontificē desolatis subuenire. In 2. quasi corollarie iniūgit, vt quosdā parentū destitutos auxilio, protegat aduersus quorundam aduersariorum improbitates. Secunda ibi. Et ideo. Plana sunt omnia. Leg. ¶ [Desolatis] desolatis pupillis pia mater ecclesia præstat vbera defensionis, & consolationis suffragia. [Exoratam,] supple maxime supra distinctio. proxi. non satis. Arch. [diuinitus] .i. diuina autoritas non solum canonica. Hug. [iussit] Locis in præcedenti capitulo allegatis. Et de hoc Iob laudatur, quia liberauit pupillum vociferantē, cui non erat adiutor. Iob 29.& Ecclesi.5. Esto pupillis misericors. [Et ideo] secūda pars [maximo,& Ianuario hominibus clericalis officij,&c. [A iussu] .i. ꝓtectione, vel sustētamento, vel conamine. Hu.& Arch. [commēta] .i. fraudis, & malitiæ figmenta, forte isti repetebantur in seruitutem, vel alias in suis bonis grauabantur.

(Alias incipit defensionis. — Diuisio. — Exponit literam.)

1 *Papa licet, vt omnium fidelium pastor, & pater omnes tueri debeat specialiter tamen illos, qui se sub sua protectione supponunt.*

2 *Confirmatio ad quid valeat, siue prosit.*



Visquis in negotijs. Ad idē propositum inducitur hoc c. quod est eiusdem Greg. in quo hæc videtur conclusio, † ꝙ licet papa, vtpote omnium fidelium pastor,& pater omnes tueri debeat, nihilominus eos maxime, qui se specialiter sub sua protectione supponunt. Breue est. Lege textum. ¶ [Quisquis nostri nominis intercessione sperat] nullius in terris intercessio est sic fructuosa, sicut summi pōtificis, cui data est vniuersalis potest. ligādi,& soluendi, contra quem portæ non præualebunt inferorum. Matth. 16. Argu. (Exponit literam)

16.Argumen.pro illo, qui petit cõfirmationem sui benefi cij à papa.Licet.n.non prosit multum.Arg.12. dist. præceptis, vbi de hoc, quia tamẽ ille, cui petit, credit eam sibi vti lem, debet ei papa concedere. ¶ Sed hic surgit quæstio.

Quæstio, 2 †Ad quid valet, siue prodest talis confirmatio. Respondet Hu.& sequitur eum Arch.quod ad tria. Primo, quia, cum papa omnes tueatur, illos tamẽ specialius, quos specialiter in sua protectione suscipit. Arg. extra de testi.licet vniuersis. Secundo, quia postea de tali beneficio sine conscientia domini papæ non potest cognosci, nec iudicari. Tertio, quia non ita facile quis de tali beneficio molestatur. Solet.n.plus timeri.dist.23.quemquam.[Animositate] Animositas hic accipitur in bona significatione pro constanti, & vtili ſm rectam rationem, efficaci voluntate calumnias oppressorum,& pauperum cũ defensionis, ac iustitiæ clypeo protegente, quæ pertinent ad virtutem fortitudinis. In scriptura ergo sacra aliquando accipitur animositas pro impetu aggrediendi aliquid sine ratione ex motu iræ, vel passionis.Eccl.1. Iracundia animositatis, hominis subuersio illius est. Vnde animositas primo modo accepta pertinet ad virtutem fortitudinis,& iustitiæ,& dicitur audacia in malo, de qua di.65.c.1.

Respõdet.



Diuinæ. Ad idem propositum inducitur hoc c.ex eodem Gregorio sumptũ, vbi exhortatur ad beneficium præstandum egenis ex promissione diuinæ retributionis. Breue est. Lege. ¶ [Diuinæ retributionis] Maxima enim retributio promittitur misericordibus. Dicit enim Apostolus prima ad Tim. quarto. Pietas valet ad omnia promissionem habens vitæ, quæ nunc est,& futuræ. Valet ad omnia. Hic dicit glos. Omnis summa disciplinæ christianæ in misericordia,& pietate est promissionem habens vitæ, quæ nũc est, vt.s.habeat abundantiam,& spiritualium,& temporalium & futuræ.* Beatus, qui intelligit super egenum,& pauperem,&c.item Matth.5.Beati misericordes, qm ipsi misericordiam consequenter. Vnde talibus dicetur in die iudicij. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quia, vt dicit, quod vni ex meis fecistis mihi fecistis 25.di.solitudinẽ, & 8.q.1. clemens.Ibi videas.[non negare] Saltem per alios di.81.c.penult.& vlt.&.j.di.proxi. [Episcopus] Et per hoc patet, ꝙ ad onus dignitatis, pertinet miseros defendere, & tueri, vnde dignitas episcopalis cum hoc onere transit Ar gu.supra dist.40.c.1.& extra de deci.cum non sum. Ioan. de Fantu.& Archid.

Exponit literam.

Psal. 40.a.

1 *Tutelam adhibere pupillis,& orphanis est opus pietatis.*
2 *Aduocatus, ex quo aliquem recipit in fide sua, patrocinium, quod potest, debet, sine peccato debet præstare.*
3 *Diaconus potest legitimam suscipere tutelam.*
4 *Tutor, qui bona pupillorum fraudat, aut deuastat, iniquus,& crudelis est plus, quam latro.*



Rreligiosum. Ad idẽ propositũ inducitur hoc c.ꝙ est eiusdem Gregorij scribentis Episcopo fortunato super casu sequenti. Olympus diaconus suscepit curam duorum suorum nepotum Felicis,& Olympij, sed cum deberet res illorum fideliter administrare, partem illarum rerum vendidit, & partem sibi retinuit, quare præcipit episcopo Fortunato, vt eos defendat,& omnia eis restitui faciat. Vnde diuidi potest hoc capitulum in tres partes. In prima ponit exordium. In secunda narrat casum. In tertia reprobat,& condemnat excessum. Secunda ibi. At cum Olympius. Tertia ibi. Vltra latrocinium. Planum est. Lege. ¶ [Irreligiosum prorsus, si quisquam, vel]


Casus.

Diuisio.

Exponit literam.

1 .i.etiam Hug.& Arch.†Opus.n.pietatis est tutelam adhibere pupillis,& orphanis, non ergo clericus habere debet tutoris onus, ad quorum tutorum officium spectat pupillos educare in bonis moribus, vt pater filios[non omni fide]
2 Ar.cõtra infideles aduocatos.† Ex quo.n.aduocatus aliquẽ recipit in fide sua patrocinium, quod põt sine peccato, debet præstari, ꝙ quidã male obseruant Ar.2.q.3 præuaricator Hu.in quo grauiter peccant. Nam graue est fidem fallere.ff.de consti.pec.l.1.[At cum] 2.pars[susceperit] Arg.†ꝙ
3 diaconus põt legitimã suscipere tutelam, sed etiam extraneorũ personarũ, si vult ſm Hu.& glo. [vltra latrocinium]
4 †Vnde iniquus,& crudelis est plus, quã latro tutor, qui bona pupillorũ fraudat, aut deuastat. Hãc tutorũ crudelitatẽ reprobat sanctus Iob. cũ ait Iob 24. Vim fecerunt, depredantes pupillos,& vulgum populum spoliauerunt, quia in hoc agit tutor contra fidem, qua obligatur ex officio tutelæ ad custodiendum,& procurãdum bona pupillorũ, & ꝓ viribus ipsos,& sua tueri. Vnde paruulus sub tutorum custodia relinquitur vsque ad prædiffinitum tempus à patre Ad Gal.4. Vbi gl.dicit, ꝙ pupillus est sub tutoribus, vt eum defendant,& causas pro eo agant,& mores eius informent tuitione[Vltra]hoc, quo ad deum. Nam, quo ad leges magis punitur latro, licet vterque sit infamis. Iusti.de pe.te. lit.§.ex quibusdam. Nam latro punitur pœna triplici Laur. & Arch.[indicamus] Cum ipse opponere deberet alijs male administrantibus.C.de suspec.tuto.l.pietatis,& 19.dist. nulli.[vendendo]dic, vt legitur,& notatur, extra de in integ.restitu.constitutus, in fin.

1 *Ecclesia an teneatur defendere eos, qui non sunt sibi cõmẽdati.*
2 *Patroni non debent priuari iure suo.*
3 *Crimen omne est Ecclesiasticum.*



Os. Ad idem propositum inducitur hoc ca. ex Concilio Aurasico,& continet plures partes, maxime tres, in quas potest diuidi. In prima ponit, ꝙ confugientes ad ecclesiam propter reuerentiam loci, debeant ab ecclesia defendi. In secunda præcipit excommunicatione feriri eos, qui mancipia clericorum pro mancipijs suis ad ecclesiam fugientibus crediderit occupanda. In tertia etiam imponit pœnam his, qui manumissos ad ecclesia, siue ecclesiæ commendatos tentauerunt in seruitutẽ vel in debitum obsequium reuocare. secunda ibi, si quis autem.tertia ibi.in ecclesia quoque. Plana sunt omnia. Lege. ¶ [eos trahi non oportet]ad pœnam corporalem, vel tradi ante præstitum iuramentum de impunitate corporali, quo præstito reddi debet, si non vult exire occupatur è domino ar.17.q.4.reum,& c.id constituimus.Hu.& Arc.[sed loco sancti reuerentia & intercessione defendi]decet.n.domum domini s. ecclesiam vt propter eius reuerentiam cõfugientes ad eam defensionis protectionis& salutis beneficium consequantur. Refert.n. Beatus Aug.1.de ciuit. Dei, ca.7. ꝙ barbarica feritas sic mitis apparuit dum more bellico hostes trucidaret, statuit, ꝙ eis parceretur & intacti & immunes dimitterentur, qui ad ecclesiam Christi confugisse reperirentur, hæc si illi propter honorem Christi licet infideles fecerunt, quanto magis fideles obseruare debent, plane infidelibus illis crudeliores & minus reuerentes Christo,& ecclesiæ sunt falsi Christiani, qui hunc honorem ecclesiæ non deferunt, vt tuti confugientes ad ecclesiã non sint, sed eos inde expellunt,& mactant & demembrãt. Hos debet ecclesia defendere prout plene videbitur. 17.q. 4.vbi hæc materia plenius pertractatur. [Si quis]secunda pars.[mancipia clericorum].i.quæ possident clerici nomine ecclesiæ, siue quę sunt propria ipsorum clericorum.idẽ est quantũ ad hoc, qui.n.propria occupat mancipia clericorũ perinde est, quasi occupet mancipia ecclesię ar.12.q. 2.ecclesiarum,& 16.q.1.similiter.[feriatur].i. excõicetur, vel excõicet in vna tm,& in alijs denuntietur, ar.11.q.3.curæ,& 24.q.3.si quis de potentibus.Hug. [in ecclesia]tertia pars.[manumissos] non ꝙ quidam manumittuntur in ecclesia & charta manumissionis legitur in ambone, vt dist. 54.nullus. Alij manumittuntur extra ecclesiam manumissos in ecclesia generaliter ecclesia defendet,& manutenebit manumissos extra,& ecclesiæ commendatos similiter
1 defendet. Sed surgit quæstio,† quid si ipsi non sint commẽdati. Respondetur, ꝙ etiam ecclesia debet eos defendere, sed in hoc est differentia, quia illos defendet non requisito iudice seculari. Hos autem per ciuilem iudicem ipsum ad hoc admonendo,& compellendo quid si deficiat ecclesia tñ semper eos defendet, quia quadam generalitate omnes liberi intelliguntur ecclesiæ commendati. ſm Hu.[in seruitutem]In casu non concesso. Hu.[obsequium]indebitũ.
2 †Non.n.patroni debent priuari suo iure. Vel loquitur de manumissis pleno iure, qui nec propter ingratitudinem reuocantur in seruitutem [ad colonariam].i.scriptitiam. addit de ascriptitijs, qui dicuntur serui glebæ, quia sua cõditione debent non recedere, nisi fuerint absoluti. Similiter defenduntur ab ecclesia, sicut,& liberti, ſm Hu.[arceatur]extra de ser.non ord.c.j.vel nisi admonitur satis faciat. idem


Diuisio.

Exponit literam.

August.

Quæstio.

3 Et est hic argumentum†, quod omne crimen est ecclesiasticum. 35.q.6.episcopus in synodo. Ar.ad hoc.j.c.proxi.vbi Hug. Idem sentit & etiam Laur.dicens quod hoc etiam potest videri per autoritatem domini.Si peccauerit 2.q.1.si peccauerit,& extra de iudi.nouit. De hac materia legitur,& not. extra de offi.ord.c.1.& de purga.cano.c.nos.secundum Arch.



Libertos. Hic incipit secunda pars dist.in qua ostendit, quod ecclesia debeat libertus defendere,praesertim eos,qui eius patrocinio commendantur. secundum Io.de Fantu.& Arc. Et diuiditur hoc c.in duas partes.In prima facit,quod dictum est.in secunda imponit poenam in eos,qui ante sententiam illos tentauerunt molestare. Secunda ibi quos si quis.Planum est Lege. ¶[Libertos. Legitime].i.plenarie.Hu.& Arch. [si necessitas]puta,quia molestantur,vel quando iudex non potest, vel non vult eos defendere in ratione sua. [Quos]secunda pars.[audientiam] Iudicialem,quia nemo debet sibi dicere ius.Ar.16.q.6.placuit.Hug.[repellatur]hoc intellige,si admonitus non vult desistere , & intelligitur hoc c. congrue de commendatis ecclesiae,vel non commendatis, quia quantum ad hoc nulla est differentia inter eos.Hu.& Arc. Diuisio.




Liberti. Sequitur ad idem propositum hoc c.sumptum ex quarto concilio Toletano, vbi habetur, quod liberti sunt tuendi , & defendendi ab ecclesia,à quacunque insolentia eis facta.Breue est & non diuiditur.Le. ¶[Liberti.sicut regulae]vt 12.q.2. de libertis.Hug [siue in peculio]Vulgariter loquitur.i.in peculiari.i.in proprijs eorum. Exponit literam.

1 *Expositi à parentibus , vel patronis an efficiantur liberi, vel ingenui.*

2 *Decem dies a tempore expositionis,qualiter sint computandi.*

3 *Expositus non efficitur seruus eius,qui eum collegit.*



Si expositus. Hic incipit tertia pars, in qua ponit de infantibus expositis.Io. de Fant.& Arch.Et diuiditur in duas partes.In prima dicit,quod,si quis collegit expositum,quem si facta proclamatione,nullus infra decem dies agnoscat , illum sibi ecclesia defendit.In secunda ponit,quod si quis post illos decem dies apparuerit,repetere volens illum,praesumatur calumniator,nec audiendus est.Secunda ibi.Sane.Pro intellectu huius c.quaeritur , vtrum tales expositi à parentibus,vel pa- Diuisio. Quaestio.
1 tronis efficiantur liberi,vel ingenui.Ad hanc quaestionem respondetur iuxta gl.& Hu.& etiam Ber.in.c. vnico de infantibus,vel languidis expositis.Aut.n.iste exponitur à patre vel domino aut necessitate , vel sponte.Si necessitate.s. quia non poterat eum alere,nec aliquem locum.s. hospitale,aut monasterium inuenit, vbi mitteret illum.Tunc est conclusio,quod talis pôt eum repetere,& expositus redibit ad patrem,vel dominum.Et est ratio , quia inuitus videtur exposuisse. C.de infan.expo.l.1. Et in hoc casu non habet locum côtestatio,secundum Hu.Si vero sponte, cum posset eum nutrire,tunc est côclusio.Quod nunquam potest eum recolligere,& est mancipatus ipso iure,& factus est liber, & ingenuus.Nec.n.suum dicere poterit, quem pereuntem contempsit. C.de infan.ex.l.1.& 2.si vero expositus est ab extraneo,aut patre,vel domino sciente,vel nesciente. Si sciente tunc est conclusio.Quod filij sic expositi sui iuris sunt , liberti ingenuitatem,serui in libertatem eripiuntur. Et ita habet locum qd hic dr.Si vero nesciente,siue ignorante,vel inuito , tûc est côclusio. Quod non praeiudicatur patri aut domino, qn possent illum repetere. C.de infan.expo.l.1. sed restituet expesas,nisi à iure factas.C.e.tit.l.1. Dicit aût hic Hu.quod nô poterit repetere,nisi infra decem dies,ita,quod post decem dies excludatur à petitione qui dies côputandi sunt à tpe scientiae. Le.te. ¶[Expositus,côtestationis].i.ptestationis.Arc.[vel] .i.denuntiationis, secundum Hu.in qua debet contineri, quod si quis aliquid iuris habet in hoc puero,in publicum exeat, suum esse probaturus.Nam simplici eius verbo nô credetur.[infra de- Respôdet. Prima côclusio. Secûda côclusio. Tertia côclusio. Quarta côclusio. Exponit literam.
2 cem dierum.] ¶ Sed hic surgit quaest. †Quo sunt côputandi hi decem dies,an à tpe expositionis , an à tpe côtestationis, vel an tpe scientiae.Respondetur, quod in fauorem dnorum,vel patrum à tpe scientiae,pôt.n.tam longe esse dns,vel pater,quod in tanto spatio non posset scire.¶ Sed quid,si scit,& tn est à longe,quod in tanto tpe nô pôt repetere.Respôdetur, quod currit ei tempus. Sed si absens fuerit ex iusta causa postea restituitur ad ap- Quaestio. Respôdet. Quaestio. Respôdet.
pellandum, secundum Hu.[qsitus nô fuerit]cum potuerit quaeri. Et ideo co ipso,quod nô quaesiuit,fit ei praeiudicium post decem dies[securus habeat]negatiue intelligitur.i. reddere nô côpellatur.
3 est tn hic aduertendum,† quod talis expositus nô efficitur seruus eius,qui eum collegit,nec et pp alimeta habet aliqd ius in ipsum,quo possit eum cogere ad seruiendum ei,vt extra de infan. & langui.expo.c.vnico.Sed hanc reuerentiam tenetur exhibere ei,quod nunquam pôt suum collectorem trahere in ius,nec contra eum testificari.secundum Hu.[Sane]2.pars.[Calûniator]siue dominus siue pater volens in potestatem reuocare,& repetere eo ipso,& repetit post decem dies, ex quo audierat eum esse expositum psumitur calûniari.Et ideo voles repetere,nô auditur.Tû,quia nô pôt repetere,quem pereuntem côtempsit. Tû, quia,quod publice factum est,nô licuit eum ignorare.Ar.dist. 17.quod dicitis,& 11.q.3.curae,& 12.q.2.qui , & humanis. Hu.[vt homicida]quia morti eum tradidit, & fame perire permisit,quantum in se fuit.Hu.[damnabitur].i.repelletur, vel si cessare noluerit,excommunicabitur.

¶ Distinctio Octuagesima octaua.



Prohibetur. Hic incipit, & intitulatur di.88. Et côtinuatur sic ad praecedentem iuxta Hu.& gl. facta interpositione de viduis, & orphanis,& libertis,& expositis,reuertitur ad propositum suum.s.ad c.nô cupidum.Et diuiditur hoc c.in duas partes.In prima ostendit clericos nô debere exercere opera cupiditatis.s. negotia secularia tractare,& hoc per decem autoritates sanctorum patrum.In secunda subijcit,quod nullus debeat presbyterum in testamento nominare tutorem.Secunda ibi.Neque. Côtinuatio Diuisio

1 *Clericis an liceat negotia secularia tractare: & nu.2.& nu.3.*



Decreuit. Ad primam partem probandam inducit primo magister hoc c. quod est Melchiadis papae . Et diuiditur hoc c.in tres partes.In prima ostedit,siue statuit sancta synodus, vt nullus clericus negotijs secularib. se immisceat.In 2. excipit, nisi causa,siue intuitu pietatis,s.causa viduarum,aut orphanorum,seu miserabilium personarum.Hoc bene spectat ad clericos.In tertia inducit ad haec duo exempla,vnum de Moyse,& aliud de Iacob.Secunda ibi.Nisi pp causam. Tertia ibi.Nonne Moy- Diuisio.
1 ses.¶Pro pleniori intelligetia huius partis quaeritur,†Vtrum liceat clericis negotia secularia tractare.Et videtur, quod nô. Primo ex praesenti.c.¶ Secundo arguitur ex illo Apostoli 2.ad Ti.2.Nemo militans Deo implicans se negotijs secularibus,&c.Sed clerici assumuntur ad militandum Deo:ergo,&c. ¶In oppositum arguitur ex illo.ad Ro.vlt.vbi inquit Apostolus.Cômendo vobis Phebem sororem nostram.Et postea Quaestio. Primum arg. Secûdum ar. Opponit in contrarium.
2 subdit.Et assistatis ei in quocunq; negotio vestri indiguerit.Rndeo dicendum sub duabus côclusionib.†Primo est,quod causa cupiditatis secularia negotia tractare, siue gerere nô licet clericis.Ista conclusio probatur ex illo Apostoli 2. ad Ti.2.Nemo militans Deo implicat se negotijs secularib.Sicut nanque finis militiae corporalis est, vt obtineat victoriam contra hostes patriae. Ideo milites debent abstinere ab his,quae abstrahunt à pugna,puta à negotijs,& delitijs.1.ad Cor.9.Qui in agone contendit ab oîbus se abstinet, sicque militiae spûalis finis est,vt victoriam habeat ab oîbus, q sunt côtra Deum.Ideo oportet, quod abstrahant ab omnib. quae distrahunt à Deo.Haec sunt negotia secularia, quia solicitudo Respôdet. Prima côclusio.
3 huius seculi suffocat verbum. ¶ Secunda conclusio est,†quod causa charitatis se negotijs secularibus cum debita moderatione ingerere licet,maxime,cum superioris sui licentia ministrando,& dirigendo,patet ista conclusio. Tû primo ex capi.praesenti. Tum secundo ex illo Apostoli ad Galat. 6.Alter alterius onera portate, & sic implebitis legem Christi.Patet tertio ex illo Aug. 19.de ciuit.Dei. Otium sanctum quaerit charitas, negotium iustum, suscepit necessitas charitatis,quam sarcinam si nullus imponit, contemplado veritati vacandum est. Si aût imponitur suscipienda est pp charitatis necessitatem.¶ His habitis,dicendum est ad rationes in côtrarium.Ad primam de praesenti.c. respôdetur, quod intelligit , sicut dictum est, quod prohibetur clericis tractare negotia secularia causa cupiditatis,nô aût prohibetur tractare causa charitatis,vtpote pp miserabiles personas,aut et,si administratio- Secûda côclusio. August. Ad primum arg.
rerum

Ad scd'm. Ecclesiasticarũ sit sibi cõmissa.¶Ad scdam de dicto Aposto
li spõdetur, ꝙ ꝓprie loquẽdo in dictis Apostoli prohibetur
militibus Christi se implicare negotijs secularibus,nõ aũt ea
S. Thom. exercere,vt dicit S.Tho.super epistolas Pauli.vnde non dicit
Apostolus simpliciter implicatur:sed se implicat, & hoc est,
qñ sine pietate sine necessitate assumit negotia illa, sed qñ ne
cessitate officij pietatis,& charitatis exercet,tunc non impli
cat se,sed implicatur hmõi necessitate.Et ita patet,ꝙ dictum
Exponit literam. Apli sit sic intelligendũ.Le.¶[Decreuit passiones laicorum]
causa cupiditatis,siue causa lucri procurãdi,vt no.s.di.86.ca.
vlt.[secularibus].i.secularium rerũ. [Nisi pp] secunda pars.
Exponuntur duo casus,videlicet causa pietatis miserabilium
personarũ.Secũdus est,cũ a superioribus committitur admi
nistratio rerũ Ecclesiasticarũ.Vbi patet;ꝙ alia sunt negotia se
cularia,vt dicit gl.2.ad Ti.2.sunt,cũ animus occupatur col-
ligendę cura pecuniæ:siue laboribus corporis,vt faciunt ne-
gotiatores,& huiusmodi.Cũ.n.nõ manibus operantur, ideo
ipsum animũ occupauit habendi solicitudine. ista non sunt
negotia Ecclesiasticorum. [Nonne Moyses.]Tertia pars. de
Moysi ingressu,& egressu tabernaculi habet.Exodi.33.Moy
ses egrediebatur ad causas populi,& quæstiones terminãdas
Gregorius. [per actiuã vitã] Quia vt dicit Greg. in ca. pastorali. Rector
Ecclesiæ debet esse in actione præcipuus, sed tabernaculum
ingrediebatur ad diuina per contemplatiuã vitã,quia (vt ibi-
dem Greg.dicit) rector debet esse contemplatione pre cun-
ctis suspensus.Sic ergo qñ Moyses tabernaculũ intrabat, si-
gnificabat,ꝙ Prælatus cõtẽplationis vacans sibi: & suæ salu
ti debet etiã aliorum vtilitati prospicere. [Sic & Iacob]ẜm
exemplũ.Gen.28.[vidit Angelos ascendẽtes,& descẽdẽtes]
Gregorius. Quod exponens beatus Greg.5.moraliũ.di. Iacob prædica-
tores significat, qui non solum Christum appetunt, sed ad
membra illius ad fideles,qui sunt membra eius.1.ad Corin.
12.miserando condescendunt;ꝙ Angeli ascendentes descen
dentibus demonstrant,per idẽ etiã significatur,ꝙ prædicato
res pro ingenio auditorum debent se adaptare in sermone
prædicationis.vt.8.q.1.oportet. & di.43.c.1. vnde non pro-
pter Iacob,sed propter Angelos inducitur hoc exemplum,
per quos prælati significantur.vt dicit Hug.& glos.sequitur.

1 *Sacerdotes fuerunt,quos Christus eiecit de templo.*
2 *Implicari quis dicatur negotijs secularibus.*
3 *Negotiatio an omnino interdicatur clericis.*
4 *Fraus prohibita est.*
5 *Candelæ an possint vendi in oratorio.*



Diuisio. Onsequens est. Inducitur ad idẽ pro
positum hoc.c.ꝙ est
Gelasij Papæ,ꝙ diuidi põt in quatuor partes.In
prima narrat excessum,qualiter.s.quidam cleri-
ci negotiationibus inhonestis, & turpib⁹ lucris
implicabantur.In secunda detestatur tam auto-
ritate Euangelica,& Apostolica, quam prophetica. In tertia
prohibet,& punit.In quarta assignat rõnẽ.Secũda ibi. Nullo
pudore.Tertia ibi.proinde.Quarta ibi.qñ domus:plana sunt
Exponit literam. oĩa.Lege tex.¶[Consequẽs est] Multas prohibitiones Gela
sius fecerat circa ministros Ecclesiarũ, qbus & istã adiicit.s.
ne negotiationẽ aliquã exercendo,turpibus lucris inhiarent.
Et hoc est,ꝙ dicit.[vt illa quoq;]Non solum præmissa[cẽsen
tes].i.recolẽtes,ad memoriã reuocãtes. Hu.[nullo pudore.]
Secunda pars.[Euangelicam.] Matth.22. & Mar.11.Lu.19.
1 & Io.2.negotiatores.†Ex hoc probatur,ꝙ illi quos eiecit de
templo sacerdotes fuerunt,vt 2.q.7.accusatio.[Nec Aposto
lica verba].2.Ti.2.[implicat]Non dicit implicatur,sicut no
2 tatũ est in præcedenti.c.qa hoc fieri põt.†Ille quidẽ se impli
cat,qui nõ gratia cõmunis vtilitatis,sed gratia auaritiæ impli
catur in istis negotijs secularibus,sed ille implicatur,q ex of-
ficio suo;vel sibi iniuncto ad hoc tenetur.Et ita aliud est im-
plicare se,& aliud implicari,sicut aliud est mutare,vel trãsfer
re,vel trãsire,& aliud mutari,vel trãsferri.vt.7.q.1.mutatio-
nes.&.21.q.2.§.sed aliud. Hu.[cãtãtẽ].i.metricẽ describentẽ.
Psal.70. Ideo cognoui negotiationẽ.i.nõ feci, nec approbaui
ea,q faciũt mũdi negotiatores. Auidus.n.acquirẽdi,vt ĩquit
gl.pro dãno blasphemat,pro pretijs rerũ mẽtitur,& peierat.
Et ita tota die in ore eius nõ est laus Dei,[vel nõ cognoui].i.
approbaui[n egotiationẽ].i.de actibus suis præsumentes, &
ex operibus suis iustitiã quęrentes,sicut faciebãt Iudæi. Hęc
expositio nõ facit ad propositum, vt dicit Hu.& est verum.
Alia litera,siue translatio habet literaturã.Et vocat literatu-
rã fallam traditionẽ Iudæorũ,vel iustitiã legis,qua credebant
se iustificari ex operibus legis.Et est sensus[nõ cognoui].i.nõ
approbaui[literaturã]:i.quenquã ex operibus iustificari, sed
cõprobari de litera legis præsumẽtes,à gratia resilientes,figu
ras legis sectãtes.Et hæc litera similiter non est ad propositũ
[Introibo in po.domini].i.in virtutẽ christianã, quæ est do-
mini,non mea,vt illi dicũt esse suã:quia de ea gloriãtur. Hu.
[Proinde]Tertia ps.[cuiuslibet negotiationis.]¶Sed hic sur
3 git quæstio.†Vtrum oĩno interdicatur clericis negotiatio, Quæstio.
etiã causa necessitatis,vel causa pupillorum respondetur, ꝙ Responder.
quidã dicũt,ꝙ sic. Ar.ad hoc.j.e.negotiatorẽ.&.c.fornicari.
&.c.eijciens.&.c.qm quid aliud.Vbi ostenditur,quid sit ne-
gotiari.s.aliquid eo intuitu emere,vt id immutatũ carius vẽ
datur.Sed isti,qui ita dicunt,mentiuntur.ẜm Hug.Vnde di-
cebat Io.de Fant.ꝙ causa necessitatis hoc fieri põt,vt in con
4 trarijs proxime assignatis.[ingenuo.]†Nota fraudẽ prohibe Io. de Fan
ri.Ar.46.sicut.&.14.q.3.plerisq;.[Aut in quocũq; gradu] Vi
detur ergo,ꝙ in eius optione sit aut abstinere a negotiatione
aut ab officio.Respõdetur,ꝙ non est verũ,sed ly aut est con
tinuatiuũ.11.q.1.placuit.Et est sensus,ẜm Hu.& Arc.Si mo
niti cessant,dispẽsatur cum eis:alias abiiciuntur à clero,& nõ
minus à negotiatione cessabũt.Ar.14.q.4.c.j.&.81.d.si quis
amodo.sic etiã ponitur.21.q.3.ca.1.ẜm Ioan.de Fant.[qm]
Quarta pars.[debet esse, & dici.] Non.n.in Ecclesia dei de-
bent esse,nisi diuina officia,& quæ spectant ad cultum diui-
5 num.Ar.42.di.oratoriũ.¶Sed hic surgit quæstio.†Vtrũ in
oratorio possint vendi candelę.Et videtur quod nõ,quia ibi Quæstio.
non debet esse negotiatio.In oppositũ est consuetudo.Nam
ita in diebus festiuis videntur cõmuniter facere clerici, ven
dunt.n.candelas volentibus eas offerre in oratorio. Respon
det.Hu.ꝙ illa non est negotiatio,nec venditio, seu emptio, Respondet.
sed deuota permutatio procedens ex deuotione offerẽtium
qui libentius, & cum maiori deuotione accedunt ad altare
cum candelis,quam cum imagine Cæsaris. Vel si est ibi ven
ditio,licita est ibi fieri,quia nõ fit ex cupiditate, alias autem,
si ibi emeretur ad alios vsus,sicut in foro,illicitum esset,&c.



Piscopus. Ad idem sequitur hoc.c.ex cano
ne Apostolorum.Et diuiditur in
duas partes.In prima prohibet,ne in sacris ordini Diuisio
bus constituti seculares curas assumant. In secun
da imponũt pœnam trãsgressoribus.Secunda ibi. Sin aliter.
Planũ est.Lege tex.¶[Episcopus seculares curas].i. secula-
riũ,nisi in casibus determinatis.s.eo.decreuit.Hu. & Archi. Exponit literam.
[sin aliter]Secunda pars. Deiiciantur ab ordine. Hu.& Arc.

1 *Iudicare de spiritualibus pertinet ad Episcopum.*



Erlatum. Ad idem sequitur hoc.c.quod est
Gregorii scribentis Romano de-
fensori.Et diuiditur in tres partes.In prima narrat
excessum Basilij Episcopi, quod tota die erat in Diuisio.
foro causarum, & patrocinium præstabat in causis seculari-
bus.In secũda exprobrat,& detestatur illum.In tertia innuit
defensori,vt illũ compellat recedere,& domum redire.Se-
cunda ibi.Quæres.Tertia ibi,statim,vt experientia tua.Pla-
na sunt oĩa.Leg. ¶[Perlatũ in causis secularibus].i.seculariũ Exponit literam.
personarum,quod nõ licet,sed nec in Ecclesiasticis pro sua
Ecclesia licet ei præstare in ꝓpria persona,vt.5.q.3.quia.Sed
hoc male obseruatur.Hug.[prætoriis].i.locis, vbi tractãtur
causæ seculares per Prætores,per præsides,vel alios Iudices
seculares.Hu.[deseruire] Quod non licet Episcopo,vel pres
bytero pro se, vel pro alio, vt.5.q.3.quia.&.14.q.5. deniq;
Hug.[Quæ res]secunda pars.[vilem.] Nam in his contem-
ptibilem gerit personã:dicente Apostolo.1.ad Corin.6.Secu
laria igitur iudicia si habueritis contemptibiles,q sunt in Ec
1 clesia illos constituite ad iudicandum.†Iudicare autẽ de spi-
ritualibus pertinet ad Episcopum,qui habet discernere inter
lepram,& lepram. Deute.17.sed iudicia causarum laicalium
debet committere,cum sint minora,vt ipse Episcopus intẽ
dat maioribus,& difficilioribus,sicut Ietro consuluit Moy
si.Exo.decimo octauo.Et ne domus orationum fiat spelun
ca latronum. Matth.vigesimo primo.[statim].Tertia pars.
[Compellat] per suspẽsionem,vel excommunicationẽ. Hu.
[te illic insistente, non liceat quinque diebus] Id est vltra,
vel vsque ad finem quintæ diei, ex quo ad eum perueneris.
Nõ dicitur,quod defensor quinq; diebus hæc faciat, sed ne
Episcopo quinq; diebus liceat immorari in causis huiusmo
di,ex quo iste peruenerit illuc,& datur ei illud spatium, non
vt infra hoc spatium talia faciat,sed ad acquirendum equos,
sarcinulas suas,& alia necessaria.Hu.& Archid. [culpabilis]


vt infra hoc spatium talia faciat, sed ad acquirendum equos, sarcinulas suas, & alia necessaria Hug & Archid. [culpabilis] Simile distinctio. 84. peruenit. & 27. q. 1. si homo. c. si custos. Hug & Archid. &c.



Piscopus. Ad idē sequitur hoc. ca. quod est Concilij quarti Carthaginen. in quo statuitur, ꝙ Episcopus nō suscipiat defensionem testamentorum. Breue est. Lege ¶ [Episcopus testamentorum tuitione] Dimissa opinione, quam facit glo. qm̄ illa valde remota videtur esse ab hac litera, potius intelligendum est hoc. c. vt vult Hu. in tali casu. Ecce aperitur testamentum, emergunt inde multæ quæstiones. & controuersiæ: in quibus non debet Episcopus stare & sumere patrocinium pro aliqua partium, quia etiam nec in proprijs, vel ecclesiasticis licet ei stare, sed ad hoc debet habere aduocatum vt. 5. q. 3. quia. Et quod hic dicitur de causis testamentariis, intellige de omnibus aliis ciuilibus, & est [tuitionem]. i. defensionem, & patrocinium. s. vt aduocatus ea defendat. Nota, ꝙ non dicit, quod Episcopus non debeat testamētum defendere, cum causa tractatur coram eo. Vel si alias videt eum iniuste reprobandum, modo constet eum ipsum legitimum esse, sed quod pro eo defendendo, nō debeat suscipere officium aduocati in foro, in eodem casu intelligitur hoc. ca. cum præcedenti, sed illud apertius loquitur secundum Hug. (Exponit literam.)

1 *Prælatus an principalius debet intendere curę Pastorali, aut multiplicationi temporalium.*

2 *Episcopus curā rei familiaris alijs debet committere, & quare.*



Piscopus. Ad idem est hoc. c. quod est eiusdem Concilij, Breue est. Pro huius. capit. pleniori intelligentia quæritur. 1 † Vtrum prælatus principalius debeat intēdere curæ pastorali, aut multiplicationi temporalium. Et videtur, quo multiplicationi temporaliū, quia dare eleemosynā est bonum in genere, ergo magis dare magis bonum, sed non possunt multiplicari eleemosyna, nisi multiplicetur facultas Ecclesiæ, ergo magis bonum est eum intendere multiplicationi temporalium. ¶ In oppositum ex text. pręsentis capituli. Respondeo dicendum, quod aut loquimur pro statu communi. aut pro casu, aut necessitate aliqua speciali? Si primo modo, tunc est conclusio. Quod principalius Prælatus debet intēdere curæ pastorali, cuius solicitudo præcipua debet esse circa Gregis custodiam orando, prædicando, sacramenta dispensando, & sua, iuxta quod res exigit, erogādo, multiplicatio autem temporaliū pōt exerceri dupliciter, vel opportunitate se offerente sine spiritualium notabili dāno, vel non. Si primo modo sanctum est multiplicare ea ad vtilitatē Ecclesiæ, sicut Paulinus legitur fecisse. Si vero non offert necessitas, nullatenus licet prælatus seipsum distractioni ingerere, & secularibus se occupare cum impedimēto notabili. In cuius rei exēplum Apostoli primo dimiserunt oīa, & sc̄do se occupauerunt circa dispēsationē cōmunium. Act. 2. Et ita etiā dicit hoc. c. quod Episcopus nullā ad se reuocet curā rei familiaris, &c. Relinquitur ergo, quod a tractando temporalia debet se subtrahere, nisi quātum manifesta requirat necessitas, vnde Greg. primo Pastoral. c. 4. Cum plusquam necesse est se mēs exterioribus implicat, quasi occupata obliuiscitur in itinere, quo tēdat, & hoc præcipue, quia debet vacare scripturis sanctis, sicut docet August. ad Valerium, & Grego. li. primo pasto. c. vlt. ¶ Ad rōnes in oppositum respōdetur, qđ duplex est genus eleemosynæ, s. spiritualis, & corporalis, & certum est, quod spiritualis est melior, & ideo magis adhærēdum est. Lege. ¶ [Episcopus nullā ad se reuocet] principaliter vel per se, & sic nō ē cōtrarium. c. fratrē. s. di 86. vbi vide, 2 quid ibi diximus. † Episcopus curā rei familiaris aliis debet cōmittere, vt principalius vacet lectioni orationi, & prædicationi vnde Apostolus Timotheo scribens ait. 1. Tim. 4. Attē de lectioni, & exhortationi; & doctrinæ. &. 1. Tim 4. Sobrii estōte, & vigilate in orationibus. (Quæstio. Primū ar. — Opponit & Respondet. — Gregorius — Ad argum. — Exponit literam.)

1 *Ecclesia pōt alicui cōcedere gladiū licet ei nō liceat vti per se.*

2 *Quod quis potest per se possit per alium an sit semper verum.*



Piscopus. Ad idē sequitur hoc ca. eiusdē Cōcilij. Breue est; & planum. Lege. ¶ [Per Archipresbyterum, aut &c.] vel per alios Presbiteros, vel Diaconos. 12. q. 2. pręcipimus. Ar. inquit gloss. per alios nobis licere, quæ nobis per nos non licet. Ar. 5. q. 3. c. vlt. & 12. q. 1. pręcipimus: Et valet ad quæstionē quod Ecclesia possit alicui 1 concedere gladiū, licet ei nō liceat vti per se. 63. Adrianus. 2. 2 ¶ Sed hic surgit qō. † Vtrum semꝑ verum sit, quod quis pōt per se, possit per alium, & ecōuerso. Respōdetur iuxta distinctionē Archi. quod qn̄ aliquis pōt aliquid facere sua propria authoritate: tunc est vis siue per se; siue per alium faciat; & generale est. quod qui pōt per se; pōt per alium, & econuerso, nisi specialiter prohibeatur. Vnde fallit in casibus specialib. Fallit etiam quandoque ratione personæ: quę prohibetur per se facere; vt in hoc. c. sed per alium non prohibetur super quo vide, quod notatur per Inno. de offi. deleg. cap. si. quandoque rōne rei; quia in causa criminali aliquis agit per se: & non per aliū: vt. 5. q. 3. in criminalibus. Ber. hic vide; ꝙ legi. & not. de conse. di. 4. qn̄. Vbi vero sua autoritate quis non pōt facere sed alterius: tunc locum habet quod non potest alteri committere: vt extra de offi. deleg. quoniam Apostolica. vbi Innoc. sic notauit. (Exponit literam. — Quæstio. Respondet.)



Nutile. Ad idē sequitur hoc. c. quod est Gregorij. Breue est & non diuiditur. Planum est, & satis summatur in rubro. Lege. ¶ [Inutile] Imo tm̄, & damnabile. [Literatum]. i. clericum, & præsertim in sacro ordine constitutum. Hu. & Arc. [ratiociniorū causas] id est procurationes laicorum, vnde tenenantur eis reddere ratiocinia. Hu. & Archi. (Exponit literam.)

1 *Tabernam an liceat habere clerico.*

2 *Negotiatio aliqua an sit clericis licita.*



Egotiatorem. Ad idē sequitur hoc c. quod est beati Hieronymi in epistola ad Nepotianum, vbi inqt, quod fugiendus est tanquā pestis clericus negotiator. Breue est, & non diuiditur. ¶ Sed pro 1 intellectu huius. c. quæritur iuxta glo. † Vtrum liceat clerico habere tabernā, & videtur, quod sic. C. de Episc. & cle. l. 2. In oppositum est canon. s. di. 44. non oportet. &. c. nulli. Respōdeo dicendum, quod non liceat clerico tenere tabernā, cuius rō est s̄m Albertū in. 4. di. 16. qa in taberna cōciliabula sunt mala, & immoderata sumptio vini quibus patrocinium pręstat tabernarius. Et ideo (vt inquit Albertus) non licet; vt mihi videtur: religioso vel clerico personaliter huiusmodi exercere officium, nisi alias simul vinum vendi non possit, & ipse non haberet alium per quē vēdatur. Concordat gl. hic in responsione, quod potest habere tabernam ꝑꝑ necessariam, & honestā negotiationem. De hoc est hodie tex. in cle. 1. de vi. & hone. cleri. vbi imponitur pœna exercentibus personaliter 2 tale officium. Secundo qritur hic. † Vtrum aliqua negotiatio sit clericis licita. Respōdetur s̄m Raym. quod si clericus indigeat, pōt aliquo honesto artificio sibi necessaria acquirere dum tn̄ ꝑꝑ hoc nō desit diuinis officijs. 91. d. per totum & de conse. di. 5. nunquam. & ex. ne cle. vel mona. c. 1. Item possessiones recipere potest excolendas ad quartā, vel quintam partem, & huiusmodi, siue cōducere ipsas ad sustentationem suā & suorum. Ar. di. 88. peruenit. in versi. auariciæ causa. & dist. 91. clericus satis concor. Hostiē. pōt etiā aīalia, oues & boues ad certum fructum, dummodo per contractum, qui alias sit licitus, vt etiam Bernar. dicit, addens, quod etiā pōt emere rē vt eam melioratā vendat, vt puta pullum equum nutriendū vel si tabulā emat, vt faciat imaginē. Nā in talib. nō est negotiatio: sed artificium, vt notatur. 14. q. 4. canonū. vt de cōse. di. 5. nunquā. & ex. ne cle. vel mo. c. 1. Lege. ¶ [Negotiatorē] . s. causa lucri, & sic factum [diuitem ex inope] ꝑ huiusmodi negotiationis lucra: taliter. n. negotiari sub interminatione anathematis clericis ꝓhibetur. extra ne cle. vel mo. in c. s̄m instituta. Alias nō reprehenditur semper, quod ex inope clericus factus sit diues. s̄m Hug. [tanquā pestem fuge] Cōiter enim tales extolluntur in superbiam: & sunt mali exempli. (Quæstio. — Albertus. — Quæstio. Respōdet. Raymund⁹ — Bernardus. — Exponit literam.)

1 *Fornicatio nulli impune conceditur.*



Ornicari. Ad idē inducit hoc. c. ꝙ ē Augustini li. qstionū vete. & no. test. In quo posita differētia inter fornicari, & negotiari ostēdit qualiter ꝑꝑ commutationē status sit alicui negotiatio illicita: quæ eidē in primo statu erat licita. Plana sunt oīa. Lege te. [¶ Fornicari nō semꝑ licet]. i. nūquā nec alicui licet: vn̄ Apostolus. 1. ad Corin. 6. Fugite fornicationem. Et ad Ephel. 5. 1 Fornicatio nō nominetur in vobis sicut decet sanctos. † Hic est quod fornicatio nulli impune conceditur. 27. q. 1. c. nubendi. Archidia. [Negotiari vero] Negotiatio aliquando est licita, scilicet (Exponit literam.)

cita, scilicet, cum iuste, & licite fit per laicum, prout pertinet ad iustitiam cõmutatiuam, ẜm Philosophum. 5. Ethicorum Pro pleniori intellectu huius capituli veniunt duo quærenda.

2 ¶ Primum est quæ negotia sunt illicita, & quæ non.

3 ¶ Secundũ est an aliqua negotia licita possint fieri illicita.

Respõdet **Ad primum.** respondetur, secũdum Ray. in summa in titu. de negotijs secularibus

2 circa principium †, quod negotia alia sunt illicita, & in honesta de sui natura, quædam vero non. Inhonesta, & illicita de sui natura sunt oĩa, quæ sine peccato exerceri nõ possunt, vt cõtractus vsurarũ, simoniæ furta, et adulteria & huiusmodi. Et de istis est conclusio ꝙ huiusmodi sunt omnibus ꝓhibita indistincte, tam laicis, quam clericis, cuiuscunque sint cõditionis, vel ætatis, dummodo sint doli capaces, patet conclusio. 14. q. 4. nec hoc quoq; .1. q. 1. reperiuntur. in fi. & in præsenti. c. & extra de delic. pue. & extra de iureiur. & si Christus. vltra mediũ. ver. q̃dã. n. ꝓhibẽtur, qa ꝑ se mala sunt. Alia plura sunt q̃ nõ sunt inhonesta, aut illicita ex sui natura, sed ex causa, vel ex tẽpore, vel ex persona, vel ex loco, vt emptio, vẽditio, locatio, cõductio, & similes contractus, similiter & quasi contractus, vt tutela, cura negotiorum gestorum, iudicium, & similia. Et breuiter in hoc excluditur omne exercitium artium mechanicarum, & artis textoriæ & sutoriæ. & similia, quæ necessaria sunt vsui humano.

Respondet 3 **Ad secundum.** respondetur, † quod negotia, quę sunt licita, possunt fieri illicita secundũ Raym. multipliciter. Primo quidẽ ex causa, vt quando fierent intentione corrupta propter cupiditatẽ, quæ est vt dicit glo. Improba volũtas habẽdi diuitias tẽporales, non ad vsum necessariũ, vel ad vtilitatẽ, sed ad curiositatẽ, vel aliũ finẽ malũ. Et de istis sit ista cõlusio, ꝙ hoc mõ talia negotia sunt ꝓhibita oĩbus indifferẽter: patet cõclusio. primo Exo. 20. Nõ cõcupisces rẽ ꝓximi tui. 20. d. 47. oẽs. &. c. sicut hi. Sic ex causa fiunt licita. s. cũ pura intẽtione fiũt, videlicet, vt ipsi possint de labore suo sibi, & suæ familiæ in necessarijs prouidere. Itẽ, vt possint, hospitalitatẽ tenere, & cętera misericordiæ opera exercere, di. 86. nõ satis. & .11. q. 1. ¶ Secũdo ex tẽpore fiũt illicita, sicut in tẽpore festiuo, & feriato fiãt, in q̃bus ab huiusmodi operibus cessandũ est, & vacãdũ orationibus, & diuinis officijs. vt extra de ferijs. omnes. Itẽ ex tẽpore possũt dici inhonesta & illicita, ꝑsertim iudicia, si exerceãtur in tenebris: qa, q male agit, odit lucẽ. Ioã. 3. & extra de offic. delegat. cõsuluit. & .ff. de orig. iuris. l. 2. §. qa magistratus. ¶ Tertio negotia licita possunt fieri illicita ex ꝑsona. qa clericis, & religiosis talia ꝓhibita sũt. ad Ti. 2. Nemo militãs Deo implicat se negotijs secularibus. Dicit etiã hic Hieronymus. Negotiatorẽ clericum, &c. in ꝓcedenti. c. extra ne cleri. vel mona. per

Hierony. totũ. Laicis vero non sunt ista prohibita sed concessa, vt patet in. c. ꝑsenti. &. s di. 86. ꝓuenit. ¶ Quarto licita possũt fieri illicita ex loco qa ex loco, inhonesto vel suspecto nõ debet qs negotiari, seu cõuersari. ff. de arb. l. si cũ dies. §. si arbiter. 81. dist. in oĩbus. &. 27. q. 1. si qs. Itẽ quædã negotia reddun tur illicita ex loco propter loci excellẽtiã, puta, qa in Ecclesia fiũt quę teste veritate, nõ debet esse locus negotiationis, sed orationis, vnde dominus eiecit inde emẽtes, & vẽdẽtes. Matth. 21. & Ioã. 2. Cõcordat satis Albertus magnus in quarto. distin. 16. Cuius sentẽtiã vide de peni. d. 5. §. cohibeat se, vbi posuimus eã in lectura nostra. Hic interponuntur tria capitula, quæ sunt Paleæ, & ideo ea dimittam, sicut facit Hugo. & gloss.

1 *Accusari an aliquis possit post mortem.*

2 *Pro infectis habita prohibentur in melius obseruari.*



Eque. Hæc est secũda pars huius di. & hoc capitulũ. Cypriani, vbi ponit, quod eius nõ recipiatur oblatio, nec pro eo fiat depecatio, qui sacerdotẽ cõstituit tutorem in testamento suo. Et põt diuidi in tres partes. In prima ponit exordium. In secunda narrat excessum. In tertia punit excedentem. Secunda ibi. Et ideo. Tertia ibi. Apud vos. Planũ est. Lege tex. ¶ [Neq;] Hoc. c. est pars illius. c. s. 21. q. 3. Cyprian. Et loquitur de testamẽtaria tutela, & de clericis in sacro ordine constitutis. Hug. [non nisi] Quod solet fieri à Sacerdotibus in secreta, vt de conse. dist. 1. cap. vlt. [Ministros]. id est. Diaconos, & Subdiaconos. [Aduocare] Vocãdo eos ad tutelã, vel ad curã. Hu. & Arch. [apud vos] secũda pars. [ob dormitionem]. i. propter mor-

Diuisio

Exponit literam.

tem non fiat oblatio. Hug. [vt sacerdotum.] Ecce ratio, quare ita sit pœna imposita. Arch. ¶ Hic mouet gl. quæstionem Quæstio.

1 † vtrum iste accusari potuit post mortem. Et videtur, ꝙ sic: cum iudicatus, & punitus fuerit post mortem. In contrariũ videtur. 23. di. quorundam. vbi habetur, ꝙ examini diuino relictus iudicio humano accusari non põt. Respõdeo, dicendũ ẜm Hu. ille qa accusari nõ potuit de crimine post mortẽ. Tũ primo, quia certa sunt crimina, de quibus aliquis põt accusari post mortem, sed Ecclesia sine accusatore fidẽ habet huic instrumento, quia instrumentum retrotrahitur, ꝙ adhuc ipse viuus profiteretur, in quo apparet, ꝙ fecerat contra canonem Concilij. Et ita notoriũ erat impœnitentem decessisse, sicut patet per instrumentum ipsum. Et ideo non fit pro eo, oblatio in altari. Dicit tñ Hu. ꝙ in tali casu tutius videtur, ꝙ nec instrumentum, nec testes recipiantur ad probationem talis criminis. Nec ob hoc ille mortuus separatur a communione, nisi publice constiterit in vita de tali peccato eius. A lij aliter dicunt, vt etiam tangit Hu. & glo. ꝙ hoc dictum fuit ad terrorem, quod in hoc. c. continetur, nec modo locum habere. Idem notat hic Laur. Et idem credit Arch. [necessarie factum]. i. vtile. Hug. [vt sacerdotum.] Ecce ratio quare ita sit

2 pœna imposita. Habes hic † ꝙ ea, quæ pro infectis habentur, prohibentur, vt melius obseruentur. Nam licet ad talem nominationem laici clericus non teneretur, tamen hic hoc prohibetur, &c.

Respõdet.

Laurẽtius. Archid.

¶ *Distinctio octogesima nona.*



Omui. Hic incipit, & intitulatur dist. 89. in qua aliud. ca. Apostolicæ regulæ repetit. s. Oportet ordinandum suę domui esse bene prępositum. hoc c. superius circa dist. 47. §. necesse explanãdo tractauit de dispositione, qua quis præsidet suæ propriæ familiæ. Hic autem tractat de illa, qua quis præest ꝓpriæ Ecclesiæ. [Et diuiditur in quatuor partes. In prima ostẽdit, qua aliter diuina officia debeat dispẽsare. s. ꝙ vni plura officia non committat. In secunda ostẽdit, ꝙ in qualibet Ecclesia debet esse Oeconomus, sed clericus tñ. In tertia ostendit, ꝙ Ecclesiastica officia consanguineis non distribuat. In quarta reuertitur ad propositum, ꝙ vni plura officia non sunt committenda. Secunda ibi. Volumus. Tertia ibi. Decenter. Quarta ibi. Porro ipsa, &c.

Diuisio.

2 *Officia quare sint instituta diuersa in Ecclesia.*

4 *Plura officia, aut beneficia habere in Ecclesia, quorum quodlibet sufficit ad sustentationem est illicitum. & nu. 6*

5 *Actionum humanarum multiplex est differentia.*

7 *Beneficium, qui habet sufficiens, non est idoneus ad aliud beneficium primo retento.*

8 *Crimen aliquod publicum dissimulare contingit multipliciter.*

10 *Dispensatio cadere potest in pluralitate beneficiorum. Propter duas causas. num 13.*


11 *Ius naturale, quantum ad sua prima, & communia principia omnino est immutabile.*

14 *Dispensatio sine iusta causa, licet, quo ad deum nõ valeat excusando a peccato. valet tamen apud Ecclesiam militantẽ. Et an quis possit eam petere. nu. 16. 17. & . 18.*

19 *Iuri communi non est derogandum propter scientiam, vel vitam alicuius.*

20 *Legatus cardinalis non potest dispensare, vt episcopus habeat aliam dignitatem.*

21 *Beneficia plura habere in eadem Ecclesia non solum est illicitum ex iure positiuo, sed est absolute malum, & illicitum.*



Ingula. Inducit magister hoc c. Gregorij ad probandũ primã partẽ, videlicet, ꝙ vni ꝑsonę plura nõ cõferãtur, siue cõmunicẽtur officia. Et põt diuidi in tres partes, secũdum, ꝙ beatus Gregorius ex tribus probat propositũ. Primo quidem ex similitudine corporis naturalis hoĩs ad corpus mysticũ Ecclesiæ. Secũdo ex necessitate qua necessariũ est, vt in corpore Ecclesiæ sit varietas officiorum & officialium. Tertio ex indecentia, quæ sequitur, quã do singula rerũ ministeria personis totidẽ nõ sunt distributa. Secũda ibi. Cõferẽdũ est. Tertia ibi. Et sicut indecorũ. Pro pleniori intelligẽtia huius capituli plura veniũt hic quærẽda.

Diuisio.

1 ¶ Primum est. Vtrum diuersitas officiorum debeat esse in Ecclesia.

3 ¶ Secundum est. Vtrum plura beneficia, aut officia simul habere in Ecclesia sit absolute illicitum, siue malum, aut quia tantum iure communi prohibitum.

9 ¶ Tertium est. Vtrum super pluralitate beneficiorum, aut officiorum potest cadere dispensatio.

12 ¶ Quartum est. An dispensatio facta à Prælato super pluralitate beneficiorum semper excuset a peccato.

15 ¶ Quintum est. Vtrum aliquis pro se licite possit petere dispensationem, vt habeat simul plura beneficia.

Primũ ar.

1 **Ad primum.** Sic proceditur† Et videtur, ꝙ in Ecclesia non debeat esse diuersitas officiorum. Primo sic. In ecclesia primitiua non leguntur Prælati, nisi Episcopi, qui dicuntur maiores Sacerdotes, & Presbyteri, qui dicuntur Sacerdotes secundi ordinis. Non aũt fuerunt Patriarchę Archiepiscopi. Decani, ac Archidiaconi, & sic de alijs varijs officijs, quæ nunc sunt in Ecclesia, ergo videtur, ꝙ etiam nunc in Ecclesia non debet esse huiusmodi varietas, consequentia patet.

Scđm ar.

¶ Secundo sic. Diuersitas vnitati repugnat, sed fideles Christi ad vnitatem vocantur, ₰m illud. Io. 17. Vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus. ergo in Ecclesia non debet esse diuersitas officiorũ, siue etiã statuum.

Tertium ar.

¶ Tertio sic. Natura non facit per multa, quod potest facere per vnum, sed operatio gratiæ est multo ordinatior, quam operatio naturæ, ergo conuenientius esset, quod ea, quæ pertinent ad actus gratiæ per eosdem homines administrentur, ita, vt non esset in ecclesia diuersitas officiorum, & statuũ.

Quintu ar. psal. 146.

¶ Quarto sic. Bonũ Ecclesiæ maxime videtur in pace cõsistere, ₰m illud. ps. 146. Posuit fines tuos pacem. Et. 2. ad Corin. vlt. dicitur Pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscũ. Sed diuersitas est impeditiua pacis, quam similitudo causare videtur: ₰m illud. Eccle. 24. Omne animal diligit sibi simile. Et philosophus dicit in. 7. politic. ꝙ modica differentia facit dissidium in ciuitate, ergo videtur, ꝙ non oporteat in Ecclesia esse diuersitatẽ officiorũ.

Opponit & respondet.

¶ In oppositum est tex. presentis. c. j. e. Ad hoc facit dispensationis prouisio. Respon. dicendum, ꝙ congruentissime atque conuenientissime posita est à spiritusancto varietas statuũ, & officiorũ in Ecclesia, quæ cõclusio multipliciter probatur Primo sic. Ecclesię vniuersitas cõsistit ex duobus paribus tã quã duobus parietibus, siue lateribus, vt dicit Hu. de San. Victore. s. laicis, & clericis, sed in parte laicorum conuenienter est diuersitas officiorum, & ministrantium, ergo pari ratione imo maiori debet esse in parte clericorũ.

Hugo de sãcto victore.

¶ Secundo sic. Ecclesia militans exemplata est a triumphante, ₰m illud. Exo. 18. Vide, & fac oĩa ₰m exemplum, quod tibi monstratũ est. Et Apos. dicit. Oĩa hęc exẽplaria sunt cęlestiũ. Ad Heb. 9. Sed cum exemplata imitari debeant illud, vnde exẽplãtur, sequitur ꝙ quemadmodũ Ecclesia triumphans multiplici varietate ordinũ dignitatũ, & officiorũ distĩcta est, ita & Ecclesia militãs dẽat multiplici officiorum varietate adornari. Quo circa in eius laudẽ propheta psal. 44. ait. Astitit Regina a dextris, tuis circundata varietate. ¶ Tertio sic. Ecclesia nominatur corpus, & assimilatur corpori naturali hoĩs ab Apostolo. 1. ad Corin. 12. & ad Ro. 12. & in præsenti. c. inducit Grego. Ergo, sicut corpus naturale hominis ad sui integritatẽ exigit multitudinẽ membrorum, & organorũ, quæ variis distributa virtutibus, varijs officijs, siue artibus deputantur. Ita corpus Christi mysticũ, siue spirituale, quod est Ecclesia, ad sui integritatem requirit non modo varietatem mẽbrorum ₰m varietatẽ officiorũ in eis: vnde Apostolus. 1. ad Corin. 12. Si essent oĩa mẽbra vnũ mẽbrũ, vbi corpus est, quod vt ait gl. non nisi diuersis consistere potest. q. d. si oĩa membra essent vnum membrũ, non mõ periret multitudo sensuũ, sed etiã corpus, ita si in Ecclesia oẽs essent vnius officii, & dignitatis non discernerentur mẽbra nec corpus. Hæc gl. Quare sequitur in Apostolo. Nunc aũt ne. s. corpus pereat, inquit glo. Multa quidem membra. s. sunt. Vnũ aũt corpus, quod ex omnibus constat.

S. Thom.

2 † Decentia huius varietatis multiplicis officiorũ in Ecclesia dei iuxta doctrinam S. Thomæ. in. 2. 2. q. 183. ex tribus colligitur. Primo quidem, quia ipsa diuersitas officiorum, & statuũ, & graduũ facit ad perfectionẽ ipsius Ecclesiæ, quemadmodum. n. in rerum naturalium ordine perfectio, quæ in Deo simpliciter, & vniformiter inuenitur, in vniuersitate creaturarum inuenire non potuit, nisi difformiter, & multipliciter. Ita etiam plenitudo gratiæ, quæ in Christo, sicut in capite fontanaliter ordinatur ad membra eius, diuersimode redundat ad hoc, ꝙ corpus Ecclesiæ sit perfectũ. Et hoc est, quod Apostolus dicit ad Ephe. 4. Ipse dedit quosdam Apostolos, quosdam prophetas. Alios vero euãgelistas, alios aũt pastores, & doctores ad consummationem sacramẽtorũ in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. i. Ecclesiæ. ¶ Secundo diuersitas officiorũ, & statuũ pertinet ad necessitatẽ actionũ, quæ sunt in Ecclesia necessariæ. Oportet aũt ad diuersas actiones diuersos deputari ad hoc, vt expeditius, & sine confusione omnia peragantur. Et hoc est, qđ Apostolus dicit ad Rom. 12. Sicut in vno corpore multa mẽbra habemus; oĩa aũt membra non eundem actum habẽt, ita multi vnum corpus sumus in Christo. Vbi inquit glo. Ambrosij. Ecce humani corporis exẽplo docet nõ posse nos singulos habere oĩa ac per hoc curam nostri immediate nos agere debere, quia immediate officiis nostris indigemus. Hac etiã ratione vtitur Gregorius in. c. præsenti; cum ait. Singula Ecclesiastici iuris officia, & c. Singulis quibusdã personis sigillatim committi iubemus, & c.

Ambrosius

¶ Tertio hæc statuum, & officiorũ differentia ad dignitatem operatur, & pulchritudinẽ Ecclesiæ, quæ in quodam ordine consistit. vnde. 3. Reg. 10. dicitur ꝙ videns Regina Saba omnem sapientiã Salomonis & habitacula seruorũ, & ordines ministrantium, nõ habebat vltra spiritum. Vnde & Apostolus dicit. 2. ad Ti. 2. Quod in magna domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed lignea, & fictilia. Huiusmodi aũt varietas officiorũ tam decenter ordinata in Ecclesia maximã operatur pulchritudinem, ac venustatem. vnde Dionysius. 9. de di. no. Comparationẽ rerũ, earundéq; consonantiã fontanalis radii vocat traditiones pulchre factas. i. pulchritudinem facientes. & Bernardus super Canti. ait. Ordo modum tribuit, & decorem, & perpetuitatẽ. Hoc. n. in præsenti testatur beatus Grego. cũ ait. Sicut varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem repræsentat, ita varietas personarum per diuersa nihilominus officia, & fortitudinem, & venustatem sanctæ Dei manifestat Ecclesiæ.

Dionysius

Bernardus.

Ad primum argu.

¶ His habitis, dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primã respondetur, negando consequentiã. Et rõ est, qm multa in processu temporis instituta sunt in Ecclesia, tam circa diuinum cultum, quã circa vsum sacramentorum, & distinctionem ministrorũ, & vocabulorũ varietatem, quæ in ipso nascentis Ecclesiæ exordio non fuerunt, sicut manifestum est. & hoc spiritusancto inspirante, quæ non parum ornamenti, & decoris contulerunt sanctæ Dei Ecclesiæ. Præterea sicut Ecclesia habuit autoritatem instituendi, & deputandi varias personas in variis, & distinctis officiis, ita habuit authoritatem nominandi, & imponendi eis diuersa vocabula iuxta diuersitatem officiorum: nec hoc est nouos ordines in Ecclesia introducere, quia illi, quos Patriarchas Archiepiscopos nominamus; oẽs Episcopi sunt. Cardinales vero aut Presbyteri aut Decani. Et ita de Decanis Archidiaconis, & Archipresbyteris. Et ita non sunt additi alij noui ordines, quam fuerunt in Ecclesia primitiua, sed in ordinibus eisdem constitutis iuxta varietatẽ officiorum, quibus deputati sunt, dignis nominibus sunt appellati.

Ad secundũ S. Thom

¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiã. Et ratio est. qm, vt inquit S. Tho. non quælibet diuersitas repugnat cuilibet vnitati, vnde diuersitas membrorum in vno corpore nõ repugnat vnitati corporis, imo perfectio eius, vt diximus; ex illorum varietate resultat; vnde Apostolus ad Rom. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, ita dicimus, ꝙ diuersitas statuum, & officiorum in Ecclesia non impedit in aliquo Ecclesiæ vnitatem quæ per vnitatem fidei charitatis & mutuæ subministrationis perficitur secundum illud Apostoli ad Ephes. 4. Ex quo totũ corpus. i. ecclesia est compactum. gloss. per fidem; & connexum. glos. Vinculis charitatis per omnem iuncturã subministrationis, dum scilicet vnus alijs seruit. Et ita varietas statuum, & officiorum stat cum vnitate Ecclesiæ.

Ad tertium

¶ Ad tertiam respõdetur, quod sicut natura non facit per multa, quod põt facere per vnum; ita etiam nõ coaptat in vnum id ad quod multa requiruntur, ₰m illud Apostoli. 2. Corin. 12. Et ponitur in præsenti. c. Si totum corpus est oculus. Vbi auditus. Vnde etiam in Ecclesia, quæ est corpus Christi oportet membra diuersificari ₰m diuersa officia status, & gradus, quia ista non poterant conuenienter administrari per vnum.

Ad quartũ

¶ Ad quartam respondetur negando minorẽ videlicet; ꝙ diuersitas officiorum sit impeditiua pacis; imo est promotiua eius. Pro quo notãdum iuxta sanctum Thomam vbi supra. quod sicut in corpore naturali membra diuersa continentur in vnitate. per virtutem

S. Thom.

per virtutem spiritus viuificantis, quo abscedente membra corporis separantur, ita etiã in corpore Ecclesiæ viuificat, & habetur. Ioan. 6. vnde, & Apostolus dicit ad Ephe. 4. Soliciti seruare vnitatem in vinculo pacis, discedit aut ab vnitate spiritus, dum quærit, quæ sua sunt propria, sicut etiam in terrena ciuitate pax tollitur ex hoc, quod ciues singuli, quæ sua sunt, querunt, alioqui per officiorum, & statuum distinctionem tam mentis, quam in ciuitate terrena magis pax conseruatur, inquantum per hoc plures sunt, qui communicãt actibus publicis, vnde & Apostolus dicit. 1. ad Corint. 12. quod deus sic temperauit, vt non sit scisma in corpore, sed pro inuicem solicita sint membra.

3 Primũ ar. Ad secundam sic proceditur, † Et videtur, quod tenere plura officia, siue beneficia Ecclesiastica non sit absolute malum, & illicitum, sed tãtum quia iure communi prohibitum. Primo sic, Si tenere plura officia, seu beneficia Ecclesia foret absolute malum, & illicitum, vergeret in periculum animarum. Hoc patet, sed Ecclesia Romana, cum in ea semper religio immaculata ꝑmansit. vt in. c. in sede. 24. q. 1. non sustinet, quod vergit in periculum animarum, & sustinet hoc, ergo hoc (videlicet tenere plura beneficia) non est secundum se, siue absolute malum, sed tantum, quia iure prohibitum.

Scd̃m ar. ¶ Secundo sic. Licitum est habenti patrimonium accipere officium, & beneficium in Ecclesia sed maior est conuenientia inter beneficia Ecclesiastica, quam inter patrimonium, & prebendam, siue beneficium, aut officium Ecclesiasticum. ergo licitum est habenti vnam prebendam, siue vnum beneficium, alterum accipere.

Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. Raymundus, & alij doctores sequaces, sicut Hostien. Goff. & Io. glo. ponunt communiter quinque, aut sex casus, quos supra posuimus circa. c. sanctorum. di. 70. in quibus licitũ dicunt esse simul plura habere beneficia: ergo habere simul plura officia, aut beneficia in Ecclesia non est absolute, aut secundum se illicitum. consequentia patet.

Opponit in contrariũ. ¶ In oppositum est bea. Greg. in c. præsenti, vbi manifeste dicit, quod sicut indecorum est: vt in corpore humano alterũ membrum alterius fungatur officio. Ita nimirum noxium simulq; turpissimum est, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa. Nota verbum noxiũ & verbũ turpissimum. quia talia non conueniunt: nisi ei, quod absolute, & secundum se est malum, & illicitũ, etiã si nullo iure humano foret prohibitum.

Respondet 4 ¶ Respondeo, dicẽdum sub ista conclusione. † Quod habere plura Ecclesiastica officia, aut beneficia in eadem, aut diuersis Ecclesijs, quorum alterum sufficit ad honestam sustentationem personæ, est absolute malum & illicitum. Probatio huius conclusionis ad Theologos pertinet, prout pẽdet ex iure diuino, vel ex iure naturali. Ex iure autem diuino non potest expressa autoritate, aut diffinitione probari: quoniã. vt dicit sanctus

S. Thom. Tho. quolibeto. 9. Non inuenitur expresse determinata, cũ in sacra scriptura expresse de ea mentio non fiat: quamuis ad omnia argumenta ex aliquibus autoritatibus sacræ scripturæ adduci possint, vt hic beatus Gregorius facit in præsenti. c. quæ tamen non dilucidam veritatem ostendunt. Vnde consyderandum est, quomodo secundum ius naturale ꝓbari possit. Et probatur multipliciter. ¶ Primo sic. Bonum hominis, cum sit secundum rationẽ causæ: malum vero hominis sit præter rationem: vt dicit Dionysius de diui. no. c.

Dionysius. 4. Quæcunque operatio hominis, intantum dicitur bona & licita, inquantum est secundum rectam rationem, & intantũ mala, & illicita, inquantum exorbitat ab ordine rationis. Cũ autem habere simul plura beneficia, quorum alterum sufficit ad honestã substentationem personę videatur esse cõtra ordinem rationis, & regulam iustitiæ naturalis, manifestum est, quod sic absolute malum, & illicitum. ¶ Secũdo sic. Omne illud, quod includit in se turpitudinem, & inhonestatem est absolute malum, & illicitum, sed habere simul plura beneficia, aut officia in Ecclesia est huiusmodi. ergo, &c. Maior est manifesta, Minor ex. c. clericus. 21. q. 1. in quo. Vnde synodus ita dicit. Clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus Ecclesijs. Negotiationis enim est hoc & turpis lucri commodum, & ab Ecclesiastica consuetudine penitus alienum. ¶ Tertio sic. De quo est erubescendum est absolute malum, & illicitum. Verecundia enim non est nisi de inhonesto, cum sit timor de turpi actu, aut de turpi ꝑpetrato, vt tã Damascenus. 2. libr. quã Gregorius Nicenus

Damascen. Gregorius nicenus. q etiã Aristo. 2. Rhetoricæ dicit, Sed de habendo simul plura beneficia, aut officia in Ecclesia, est erubescẽdũ: ergo &c. Minor probatur. Tum ex. c. presenti. Tum, quia dicit Chry-

Chryso. sostomus, ꝙ de tenebra erubuit. lumen erubescat, quod figuræ non fuit concessum, rei reor esse ilicitum. Figuræ autẽ. i. veteri testamento, non fuit concessum, ꝙ inter Leuitas, qui capiebat in Bethleem, caperet in Hierusalem. cum ergo per fectiores esse debeamus. qui capit in Tyro, non capiat in Da-

Bernardus. masco. Hęc Chrysostomus, ex quo clarissima redditur veritas conclusionis positæ. ¶ Quarto sic. Omne est absolute malum, & illicitum, quod venit æterno supplicio puniendũ: sed habens plura beneficia, aut officia in Ecclesia dei, quorũ alterum sufficit, venit puniendus æterno supplicio, etiam, si nunquam iure communi esset inhibitum. ergo, &c. Minor probatur per Bernardum dicentem. qui non vnus, sed plures erit in supplicijs ¶ Quinto sic. Quicũque committit se discrimini, & periculo mortalis peccati, videtur facere malũ & illicitum. Dicitur enim Ecclesiastici. 3. Qui amat periculum, peribit in illo, sed qui recipit plures præbendas, aut officia, aut beneficia: est hmõi. Patet, quia talis recipiẽdo plura beneficia, ac præbendas iurat statuta vtriusque Ecclesiæ, in quibus præbendatur, quæ aliquando non possunt simul obseruari, vt puta, si in eodem tempore vocetur ad electionem in vtraque Ecclesia, vel ad aliqua negotia peragenda, & pręcipuẽ, si sit causa inter duas Ecclesias, siue vtrique teneatur: ergo videtur, quod talis peccat mortaliter. Et ita manifeste patet veritas conclusionis positę, videlicet, quod habere simul plura officia, aut bñficia (sicut dictum. est) est absolute malum, etiam, si nullo iure humano esset prohibitum. Ex qua conclusione sequitur correlarie falsitas opinionis dicentium, quod habere plura beneficia simul solum esset malũ, quia prohibitum iure communi, siue positiuo, sicut erat illicitus primo, homini esus ligni vitæ post prohibitionem, qui erat indifferens ante prohibitionem: cuius opinionis

Cõtra Hu. & Ioãnem pluresalios videtur esse Hugu. in capitu. præsenti. & Ioannes gloss. in §. duabus. vigesima prima. quæstione prima. Vbi dicit, quod de iure communi nullus potest habere simul plures prebendas, nisi in sex casibus, inter quos enumerat dispensationem, tanquam distinctum casum contra alios, quod non fecisset, si extra illos alios casus esset licitum ex natura rei: tunc enim dispensatio si esset licita, coincideret cum aliquo illorum casuum. Idem videtur de intentione Bernardi. in. c.

Bernardus Innocẽtius dudum. extra de electi. Idẽ videtur Innocentius sentire, qui in. c. cum ad monasteriũ. extra de statu Mona. dicit. ꝙ in his, quæ solum sunt iuris positiui papa põt dispensare sine causa ex certa scientia. Et ponit duo exempla, quorũ secũdum est de retẽtione duarum curarum, sed falsitas huius opinionis clarissime patet ex dictis. Ex eo, quod Alexander tertius in Concilio Lateranen. inquit, vt habetur extra de præben. ca. quia. Quia intantum quorundam processit ambitio, vt non duas, vel tres sed plures Ecclesias perhibeantur habere, cũ nec duabus possint debitam prouisionem impẽdere per fratres, & Coepiscopos nostros hæc emendari præcipimus, & de multitudine canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam, & euagationis inducit, certumq; continet periculum animarum eorum, qui Ecclesijs deseruire valeant, indigentiam subleuari. Cum ergo omnia ista sunt secundum se mala sequitur, quod habere plura beneficia est inhibitũ, quia malũ & non econuerso. Verum; quia differentia est inter ea, quæ absolute mala siue illicita dicuntur, ad videndũ, in quo genere, absolute malorũ sit habere simul plura beneficia. Est no-

Henric⁹ de gandauo. tandum iuxta San. Tho. in prædicto quolibeto, & etiã Hen-

5 ricum de Gand. In 2. quodlibeto suo. q. 17. † Quod actionũ humanarum multiplex est differentia. Quędam. n. sunt, quę habent deformitatem eis inseparabiliter annexam, vt fornicatio adulteriũ, & alia huiusmodi quæ nullo modo possunt bene fieri. Et loquendo de istis, sit ista secunda cõclusio. Ha-

Secunda cõclusio. bere simul plura beneficia non est de genere harum malarũ actionum, patet conclu. Tũ; quia tales malæ actiones nũquã possunt bene fieri; vt dictũ est, sed habere simul plura beneficia põt quis licite in aliquo casu, vt iura canunt, & nullus negat, ergo conclu. vera. ¶ Secundũ genus humanarũ actionũ est, quod sunt indifferentes ad bonum, & malum, vt leuare festucam de terra, vel aliquid huiusmodi. Et de istis loquendo, sit ista tertia conclusio. Habere plura beneficia simul non

Tertia conclusio. est de genere harum indifferentium actionum s̃m se, patet ex prima conclusione, & ex probationibus eiusdem, ex quibus manifeste ostensum est, ꝙ habere simul plura beneficia quorũ alterũ sufficit, in ordinationem quandã in se cõtineat. Tũ etiã patet primo, quia nõ est possibile aliquẽ in pluribus

Ecclesijs deseruire, in quibus est præbēdatus, quod tamē est necesse, cum beneficia sint ordinata, quasi quædam stipēdia Deo ibi ministrātiū. Tū secundo, qa ex hoc, ꝙ vnus habeat simul plura officia, aut beneficia, sequit̃ diminutio diuini cultus. Dum vnus loco plurium constituitur. Tum tertio: quia ex hoc sequitur defraudatio voluntatum testatorum, qui ad hoc talia bona ecclesijs contulerunt; vt certus numerus Deo seruientium ibi esset. Tum quarto: quia sequitur inæqualitas, dum vnus pluribus beneficijs abundat, & alius nec vnum habere potest; & multa alia minus recta, minusque iusta adduci possent, quæ facile est consyderare, per quæ manifeste patet, quod habere plura beneficia Ecclesiastica simul non contineatur inter actiones indifferentes, sicut quidam minus prudentes dixerunt. ¶ Tertium genus actionum est quæ absolute, & simpliciter bonæ, & licitæ sunt, sicut diligere deum, amare proximum; dare eleemosynam patienti penuriam, & huiusmodi. Et de istis sit ita quarta conclusio.

Quarta cō

Habere plura beneficia simul non est de genere harum bonarum actionem. Patet conclusio: quia si habere simul plura beneficia esset simpliciter bonum: tunc non posset fieri prohibitio habendi plura beneficia. Non enim potest prohiberi, quòd quis non diligat Deum, amet proximum, & benefaciat indigenti. ¶ Quartum genus actionum est, quæ absolute consyderatæ difformitatem quādam, & deordinationem important; quæ tamen aliquibus circunstantijs aduenientibus bonæ efficiuntur, & licite, sicut etiam occidere hominem; vel percutere, in se deformitatem quandam importat: sed si addatur occidere malefactorem propter iustitiam, vel percutere delinquentem causa disciplinæ; non est peccatum: sed virtuosum. Et de istis sit ista quinta conclusio. Q đ habere simul plura bæneficia est de genere harum malarum actionum: probatur ista conclusio. Primo sic. Habere plura beneficia simul non est de genere actionum malarum; quæ nullo casu possunt bonæ fieri, sicut patet ex secunda conclusione: Nec est in genere actionum indifferentium; sicut patet ex tertia conclusione. Nec est in genere actionum; quæ absolute, & simpliciter bonæ sunt; sicut patet ex tertia conclusione: ergo sequitur; quod erit de numero actionū quarti generis. Patet cōsequentia a sufficienti diuisione. ¶ Secundo probatur sic conclusio. Habere simul plura beneficia est absolute malū; & illicitū; vt probatū est multipliciter in prima conclusione. Et potest nihilominus hoc quandoque licite, & bene fieri. Patet: quia possunt aliquæ circūstātiæ superuenire, ita honestātes actū; ꝙ prędictæ deordinationes penitus euacuentur, vt puta. Si necessarium sit duabus Ecclesijs obsequium alicuius; vel sit talis persona, quæ potest plus seruire Ecclesiæ; vel tantūdē etiā absens, q̃ alius præsens. Et si qua alia sunt homini: vnde istis conditionibus, siue circunstātijs cū recta intentione superueniētibus, nō est peccatū etiā nulla dispēsatione superueniente; si cōsyderetur tantū ius naturale: quia dispensatio ad ius naturale non pertinet: sed ad ius positiuum. Patet ergo; quod habere simul plura beneficia, quorū vnū sufficit ad sustentationē honestā ꝑsonæ; sit absolute malū, & illicitū, & ꝑ cōsequens iure naturali prohibitum.

Quinta cō

Sexta cōclusio

¶ Sexta conclusio, † ꝙ hebere simul plura beneficia; quorum alterū sufficit est illicitū prohibitione iuris cōmunis. Patet ista conclusio in multis locis. s. in. c. sanctorum distinc. 70. nunc in. c. præsenti. ꝟ. 16. q. 1. c. Presbyteros. & 21. q. 1. §. duabus Ecclesijs. habetur etiam de rescriptis. cum adeo. vbi habetur, ꝙ Papa scribit, ꝙ habēti vnū beneficiū, & aliud conferatur sub conditione, si dignus inuenit̃, vbi dicit gl. Qui habet sufficiens beneficium, ad aliud beneficiū reputatur indignus. ꝟ. de præben. vbi etiā dicit gl. † Nota ꝙ qui habet beneficium sufficiens, non reputatur idoneus ad aliud beneficium primo retento. quia in vtroque seruire nō potest: quia dum ad vtrunque festinat, neutrum bene peragit. 16. q. 1. Presbyteros. Ex quibus omnibus patet; quod tā iure naturali; quam humano sit prohibitum plura simul habere beneficia; aut officia, siue personatus, aut dignitates in Ecclesia, & per consequēs sit peccatum mortale illa habere sine dispensatione iuris, aut Iudicis. ¶ His habitis, dicendū est ad rationes in oppositum. Ad primā respondetur iuxta Henricū de Gandauo quolibeto. 2. q. 17. qui excusando Ecclesiam Romanam dicit sic; ꝙ dissimulatio huius criminis nō vergit in culpā vniuersalis Ecclesię, vel sedis romanę: qa iustum est multa mala dissimulare propter correctionis difficultatē, vnde in antiqua cōpillatione. extra de ꝑbē. cū nō ignores, ita continetur mirabile genus & indignū, ꝙ tu in Ecclesia vis inducere consuetudinē Ecclesiæ Gallicanæ, quę cum vnū ad plura beneficia recipiat contra sacrorū canonū instituta, non approbatur à nobis, licet non possit præ multitudine delinquentium emēdari. Hoc ibi verum dicēdum est

6

7

Ad primum argu. Henric' de gandauo.

8 † ꝙ crimen aliquod publicū dissimulare cōtingit multipliciter. Vno modo ipsum actū criminosum non prohibendo cū quis ipsum ꝓhibere pōt. & hoc Ecclesia Romana nō sustinet, nec dissimulat, imo ꝑ multa iura prohibet pluralitatē beneficiorū, sicut superius patet. Alio modō trāsgressionē prohibitionis non puniendo, & hoc mō Ecclesia aliqua dissimulat propter difficultatē correctionis, & multitudinē delinquentē, inter quę est istud de pluritate beneficiorū, quę tñ si in iudiciū essent deducta cōtra quęcūq; nō tolleraret. Vt .n. dicitur extra de ꝑbē. c. iā dudum. Multa ꝑ patientiā tolerantur, quæ si deducta fuerint in iudicio, exigente iustitia nō debent tolerari, vbi dicit gloss. hic respōdet Papa tacitæ quęstioni. Diceret. n. aliquis. Multi sunt habentes plura beneficia quare istud non reprobas domine Papa. Ipse respondet dicens. Multa per patientiam, &c. Et tamen, vt dicit gl. per talē patientiā non dispensatur. Et si c breuiter respondetur ad rationē, negando, ꝙ sedes Apostolica sustineat approbando, ꝙ aliquis sine iusta causa, & cum dispensatione, aut iuris, aut Prælati teneat plura beneficia. ¶ Ad secūdā respondetur, negando consequentiam. Ratio est manifesta quia aliud de Matrimonio, & aliud de beneficio Ecclesiastico. ¶ Ad tertiam respondetur quod illi casus assignati per Raymundum sunt in quibus dispensatione iuris quis potest habere plura beneficia licite. Et ita non est contra propositum nostrum.

Ad secundū

Ad tertiū.

Ad tertiam quæstionem.

9 sic proceditur † Et videtur, quod super pluralitate beneficiorum, siue officiorum in Ecclesia non cadat dispensatio. Primo in eis, quæ sunt simpliciter mala, & illicita non potest cadere dispensatio, sicut nec ꝑceptum, vt dicit Ber. sed simul habere plura beneficia, aut officia in Ecclesia videtur esse de huiusmodi simpliciter, & absolute malis, ergo in hoc non potest cadere dispensatio, nec Papæ, nec cuiuscunque: consequentia patet, & minor probatur. Tum rationibus supra positis in 1. conclusi. præcedentis qōnis. Tum sic. Illud est malum, & iniustum, quo tollitur finis, ad quē sunt ordinata beneficia, vt diuersi ministri diuersis officijs seruiāt Ecclesiæ, sed hic finis tollitur, cum plura beneficia, aut officia vni cōferunt̃. Et sic patet minor. ¶ Secundo sic. Illis, qui super alios constituuntur, pręcipitur Deuter. 1. Ita paruum audietis, vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia dei iudicium est. Et idem in c. nouit. de iudicijs. Sed conferre alicui plura beneficia. vbi multi alij vix possunt vnum habere, videtur ad acceptationem personarum pertinere: sed hoc non conuenit, cum sit contra præceptum legis diuinæ: ergo, &c. ¶ Tertio sic. In iure naturali non cadit dispensatio, cū sit immutabile. s. di. 50. sed habere simul plura beneficia videtur prohibitum iure naturali, cū contineat in se inordinationem aliquam. Est enim contra iustitiam distributiuam, quæ in proportione arithmetica consistit, vt patet per philosophum. 5. Ehicorum, quæ proportio arithmetica est vt vnicuique non æquale secundum quātitatem, sed secundum proportionem, vt pro maiori seruitio conferatur maius beneficium, & pro minori minus. Talis autem iustitia tollitur, si plura beneficia conferūtur vni. ¶ Quarto sic. Si quis habet plura beneficia, cogitur subesse pluribus dominis, & eadem hora pluribus obedire mandatis, & a pluribus iudicari, & ab vno ordinari, inuito altero. Hoc autem habet annexam impossibilitatem: quia impossibile est duobus dominis seruire. Matth. 6. Ergo, &c. ¶ In oppositum est expresse Innocētius tertius. extra de præbē. de multa. vbi dicit circa sublimes tamen, & literatas personas, quæ maioribus sunt beneficijs honorādæ, cum ratio postulauerit per sedem Apostlicam poterit dispēsari. Hæc ibi. ¶ Respondeo dicendum, quod in prohibitione habendi simul plura beneficia, inquantum pendet ex iure positiuo, nō est dubium, quin Papa maxime possit dispensare. vnde extra de concess. preben. in. c. proposuit. dicit Innocentius. Secundum plenitudinem potestatis de iure possumus vltra Ius dispensare, inquantum tamen ista prohibitio pendet ex iure naturali, videtur habere difficultatem. quia, vt argutum est.
10 Ius naturale est immutabile. † Sed nihilominus dicendū est, ꝙ etiam ex ea parte potest cadere in pluralitate beneficiorū dispensatio, quoniam licet in principijs cōmunibus iuris naturalis non possit cadere dispensatio, in his tamen, quæ, vt conclusiones

Primū ar

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Quartū ar

Opponit in contrariū.

Respōdet.

Innocētius

conclusiones eliciuntur ex illis,pœne potest cadere dispensatio. Pro quo plenius intelligendo, repetenda est differentia humanarum actionum,quæ in præcedenti quæstione posita est.Et loquendo de actionibus,quæ secundum se,simpliciter & absolute bonæ sunt,& in nullo casu possunt esse malę, & de actionibus,quæ secundum se,simpliciter, & absolute malæ sunt,quę in nullo casu possunt esse bonę.Est conclusio prima, quod in talibus non cadit dispensatio: patet conclusio. ¶ Secunda conclusio,quod in actionibus.quæ licet absolute malæ sunt,& illicitæ,& tamen in casu possunt esse bonæ,& licitę,sicut est habere plura beneficia,aut officia in Ecclesia iusta causa interueniente,cadit bene dispensatio,& non aliter. Patet conclusio.Vnde dominus Vlrichus in summa sua ponderans hanc rationem beati Gregorij dicit sic. Hæc rō Gregorii fundatur super illud ad Corinth.12.Nam,& corpus nō est vnum membrum, sed multa,&c.Et ideo non potest statutum hoc mutari ex sola voluntate superioris,sicut ea,quæ ex sola positione obligant, sed oportet, quod sit ratio iusta, in qua nō expediat seruari ipsum; cū sit Apostolicū, etiā sit morale statutum fundatum super ius naturale, vnde, vbi ei ratio legitime patientis, vel patentis vtilitatis obuiat,ibi in-

11 tentio statuentis seruanda est potius,quam verba.† Pro quo notandum,quod ius,siue iustum naturale,quātum ad prima, & communia, eius principia, omnino est immutabile.ª Et idem penitus apud omnes:& quantum ad rectitudinē:quia, sicut prima principia in speculabilibus secundum se semper sunt vna.Ita prima principia in operabilibus semper sunt eadem.s.q̃ bonum sit prosequendum, & huiusmodi.Et quantū ad eorum notitiam, quia illa rectitudo est omnibus æqualiter nota,sicut & prima principia speculabilia sunt naturaliter ab omnibus intellecta, sed quantum ad proprias conclusiones,quæ ex illis communibus principiis deducūtur; aliter se habet in speculatiuis, & aliter in practicis. In speculatiuis.n. veritas conclusionum deductarum ex primis principijs est omnino immutabilis,& eadem apud omnes,sicut,& veritas principiorum,licet forte illa veritas non est nota oībus,quia non omnes sciunt conclusiones deducere ex principiis, sed in practicis rectitudo conclusionum deducarum nō est omnino immutabilis,nec est eadem apud omnes,nec etiā ęqualiter omnibus nota,cuius rō est; quia ratio speculatiua pręcipue negotiatur circa necessaria; quæ impossibile est aliter se habere.Et ideo infallibiliter inuenitur veritas conclusionibus propriis,sicut & in principiis,sed ratio practica negotiatur circa contingentia,& particularia,circa quæ sunt operationes humanæ,propter q̃ licet in communibus principiis sit immutabilis necessitas,& semper eadem rectitudo,in particularibus propter aliquas singulares circunstantias potest cōtingere defectus illius rectitudinis, sicut patet,hoc.n.principium semper,& apud omnes est rectum, & iustum,vt veritas seruetur, & secundum rationē agatur:ex hoc autē principio per modum conclusionis deducitur,q̃ bona fide deposita sint reddenda.Hæc tñ conclusio non habet rectitudinē incommutebilem, quia propter aliquam particularem circūstantiam potest contingere, q̃ reddere depositum non sit rectum,puta si aliquis furiosus repetat gladium ad sui interfectionem,vel proximi impugnationem,ex hoc defectu,vt in paucioribus contingente non impeditur,quin redditio depositi iustum naturale sufficit quia, vt in pluribus hæc contingit,licet in paucioribus deficere possit. Et ita in proposito licet sapiat ęquitatem iustitiæ naturalis, vt q̃ habens vnū beneficium sufficiens ad sustentationem honestam,non occupet alia beneficia ordinata ad sustentationem Ministrorum Ecclesiæ,aut q̃ in vna communitate vnus non occupet officia,quæ ordinata sunt per plures exerceri.Nam,vt hic tangit glo.absurdum est,si promiscuis actibus rerum turbentur officia.Sic.C.de postu.quisquis. Nihilominus propter aliquas particulares circunstantias interuenientes, aut ex parte beneficiorum aut ex parte Ecclesiarum, aut ex parte personarum, potest contingere, quod vnus habeat plura beneficia sit bonum, sit licitum, sit honestum, & maxime, cum per eum, qui præest toti multitudini Ecclesiæ, qui habet huiusmodi circūstātias pōderare(cuiusmodi est papa) dispensatur. Vtrum autem etiam in aliquibus possit Episcopus dispēsare,disputauimus circa.c.sanctorum.di.70.vbi de hac pluralitate beneficiorum,plura diximus.¶ Nunc dicēdum est ad rationes in oppositum.Ad primā respondetur, negando minorem:habere.n.plura beneficia simul, licet absolute sit malum,non tamen est simpliciter,& secundum se malum,vt in nullo casu possit bene fieri.Et ad probationem respondetur,q̃ non tollitur finis.potest.n.beneficiatus ministrare,vel per se:vel per aliū authoritate superioris.Non .n.Paulus administrabat officium personaliter in Ecclesia philippensium,sed per suos ministros,& tñ residēs ipse principaliter apud Ecclesiam Thessalonicam beneficium procurationis a philippensibus recepit,vt ipse testatur ad Philo.4. Præterea Quis potest dici deseruire, vel raro, vel nunquam de se residendo personaliter si vicarium ibi retineat:vt in.c. extirpandæ.§.qui vero:extra de præben. facit etiam.c.peruenit ex tra de app.¶ Ad secundā respondetur,quod non est acceptio personarū,si non seruētur æqualia in personis inequalibus, vnde qñ conditio alicuius personæ requirit,vt rationabiliter aliquid in eo obseruetur,non est personarū acceptio si sibi specialis aliqua gratia fiat.¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis duobus,quod in iure naturali, quo ad principia communia non cadit dispensatio. Bene aūt in his, quæ ex principiis conclusiones deducuntur.Nec est verum,quod arguebatur,q̃ tollebatur iustitia distributiua in collatione plurium beneficiorū;dummodo iusta ex causa fiat,sicut dictum est responsione ad secundam.¶ Ad quartam respondetur,q̃ ille(cum quo dispensatum est de pluribus beneficijs) nō est perplexus vel ad impossibile coactus; quia talem perplexitatem superior tollit;vt ipse eligat;cui voluerit obedire;& ordines recipere & à quo voluerit ordinari; cum sicut papa in pluribus Ecclesiis sibi iurisdictionem cōfert,ita & plurium prælatorum subditum facit.

12 Ad quartum. Sic proceditur.† Et videtur quod dispensatio Prælatorum Ecclesiæ super pluralitate beneficiorum semper excuset a peccato. Nā priuilegium principis non debet esse frustra:sed dispensatio cum sit gratia specialis:videtur esse priuilegium principis:ergo non debet esse frustratorium, sed debet aliquid operari. extra de priuileg. capitulo quanto. Ergo videtur, quod talis dispensatio excuset a peccato.¶ In oppositum arguitur.extra de vo.& vo.re.capit.non est,vbi dicit gl.Nō est securus apud Deum: cū quo papa dispensat, nisi subsit causa dispensandi.Respondeo dicendum, q̃ quorundam Iuristarum fuit opinio,q̃ papa pro libito voluntatis poterat dispēsare in pluralitate beneficiorum,sed hæc opinio non est uera Imo videtur priculosa,qm̃.vt dicit do.Pe.de palude.in.4.di. prohibitio ista pluriū beneficiorū innititur iuri naturali, & intentioni fundatorum,qui potuerunt in traditione rei legē ponere,per quam plures,& non pauciores deseruirentur,vnde necesse est,q̃ talis dispensatio est cum causa.† Vnde duæ

13 sunt causæ propter quas facienda est dispensatio, ꝑm.n.q̃ habetur extra de sen.& re iu.in causis dispensationem inducūt inspecta necessitas,& vtilitas & extra de præb.exposuisti.dicitur.Quod aūt dispensatio fiat,si euidens necessitas,& vtilitas exigant,vbi dicit gl.Ista duo dispensationem inducunt, & propter talem necessitatē adiunguntur prebendæ Ecclesiis.Aliæ vero sunt causæ inducentes facilitatē dispēsationis ex statu,& dispositione personarū;vt.n.extra de elec.Innotuit.dr̃.Multis dispensationē inducere videnr̃,scientia literarū,morū honestas:fama personæ.Et vt dr̃.ex.de prębe n.c.de multa. Circa sublimes, & literatas personas, quę maioribus sunt honorandæ beneficiis cū rō postulat, poterit dispēsari. Sed aduertendum bene est ꝑ proposito nostro quod ait, cū ratio postulat,ne passim,& indiscreta fiat dispensatio.qm̃ vt ibi dicit gl.olim in curis, & dignitatibus dispensabāt Episcopi:sed hoc mutatū fuit ꝑꝑ indiscretas, & stultas dispensationes Episcoporū,vnde nec Papa debet dispēsare,nisi hoc iusta rō postulet,vnde Bernardus.2.li.de cōsid.ad Eugeniū,ipsum alloquēs inter cætera ait.Non sum tā rudis,vt ignorem positos vos dispēsatores,sed in ædificationē,nō in destructionē, vbi necessitas vrget, excusabilis dispensatio est.Vbi vtilitas ꝓuocat,dispensatio laudabilis est,vtilitas,dico cōmunis,nō proppia.Nam cū nihil horum est,non plane fidelis dispensatio.sed crudelis dissipatio est.Hæc Bernardus.Ex quibus patet respōsio ad quæstionē propositā nostrā,videlicet q̃ dispēsatio Prælatorū sine iusta causa facta in pluralitate beneficiorū nō excuset eū,cū quo fit dispēsatio, à peccato apud Deū. Quæ cōclusio patet.Tū primo ex dicto Ber.suprapositio dicētis,q̃ vbi nec necessitas vrgēs, nec vtilitas cōis, cōcurrūt, nō est dispēsatio,sed crudelis dissipatio. Præterea patet ex dicto Host.in c.dudū.ex.de elec.dicētis.Quod licet talis,cui facta est dispēsatio sine iusta causa,tutus sit, quo ad ecclesiā militātē,vt nō molestet̃,non tñ est tutus,quo ad triūphantē,

Prima con clusio. Secunda cō clusio.

Vlrichus.

a ¶ Immutabile. Adde tex.insti.de iure natu. gēti. & ciui /li.§.sed naturalia. & in Spe. de except: §. 2.vs.sed q̃ro.& quot modis dicatur Vide gl. in l.ius na.ff de iu sti.& iur.

Ad primū argu.

Ad secundū

Ad tertium

Ad quartū

Primum ar

Ooponit i contrarium

Pet.de pal.

Bernards

Hostiensis.

& sic nõ excusat dispẽsatio talis: quo ad Deũ. Itẽ hoc satis
colligitur ex gl.extra de vo.& vo.re.q̃ posita est in principio
quæstionis,imo etiam talis dispensatio non est secura ipsi di-
spensanti,imo peccat grauiter tanquam infidelis dispensator,
dum dispensando,licentiam tribuat faciendi ei:cui fit dispen
satio,quod ei non licet,aut non expedit,aut non decet.Cum
.n.quodlibet horum in se malum sit:vel saltem facienti.nun-
quam ideo,vt ait Bernardus ad Adam Monachum,aut malũ (Bernardus.)
esse desinit,aut minoratum est,quia Papa concessit.Præterea
si Papa non potest sine causa alienare bona Ecclesiæ sine gra-
ui peccato,vt not.Arch.12.q.2.non licet Papæ,multominus (Archid.)
potest dare potestatem alteri, ipsum patrimonium Christi
male dispergendi. Vnde notandum est hic pro pleniori intel
lectu materiæ huius,q̃ alius modus dispẽsandi est in his,quæ
sunt prohibita.In malis.n.quia prohibita dispensatio nihil fa
cit,nisi q̃ aufert ipsam prohibitionem,& rem ipsam suæ na-
turæ relinquit, quæ de se indifferens est. Et ideo licita bene
posset fieri post prohibitionem amotam, quæ propter solã
prohibitionem,siue præceptum prius erat illicita. In prohi-
bitis vero,quia mala dispensatio non aufert solum prohibi-
tionem relinquendi rem suæ naturæ, tanquam de indifferen
te, sicut accidit in pluribus;sed cum hoc, quod aufert prohi
bitionem iuris positiui,interpretatur casus,in quibus sit lici-
tum,& bonum,quod regulariter tanquam malum], & illici-
tum est vniuersaliter interdictum per Epicheiam,quæ est di
rectiua iustitiæ legalis per Philosophum.5.Ethicorum. Ista
.n.virtus in casibus particularibus, in quibus lex vniursalis
capit instantiam propter mutabilitatem materiæ agibilium,
dirigit ad sic faciendum, sicut in illo casu legislator faceret,
si principaliter interesset.In istis non potest fieri dispensatio
nisi in casibus certis,qui ex natura rei sunt liciti absque pec-
cato.In aliis vero casibus tam dispensans,quam hic,cum quo
dispensatur,peccat.Certum.n.videtur,quod id ex natura rei
est illicitum, aut malum, nullo facto aut authoritate potest
fieri licitum,& bonum.¶ His habitis, dicendum est ad ratio (Ad argu.)
nem in oppositum. Ad quam respondetur, negando conse-
14 quentiam. Dicimus.n.†quod dispensatio sine iusta causa, li-
cet quo ad deum non valeat,excusando a peccato,nihilomi-
nus,sicut dicit Host.apud Ecclesiam militantem valet, quia (Hostiẽsis.)
excusat,quantum ad id,quod est de iure positiuo, quod non
molestetur,q̃ committat furtum, percipiendo fructus illo-
rum beneficiorum, super quorum pluralitate est dispensatũ
sine iusta causa. De istis duobus modis dispensationis,q̃ vera
sint,quæ dicta sunt testatur Inn. extra de sta.mo.cum ad mo (Innocent.)
nasterium.in gl.quæ incipit.Nisi ex causa.vbi dicit,q̃ quam-
quam papa dispenset contra votum tacitum, expressum, vel
euangelicum, nisi hoc sit iusta causa, quod peccat & dispen-
sans,& cum quo dispensatur. Et forte idem est intelligendũ
contra statutum generale Ecclesiæ, tamen in his,quæ fiunt
contra ius positiuum tantum, sufficit sola voluntas dispen-
satoris, qui ex certa scientia sine causa dispensare potest, q̃
probat per hoc, quod sola voluntaria constitutio eius erat
causa,quare ꝓhibebatur.Cũ ergo eius sit destruere,cuius est
condere.Non.n.tenetur princeps eius lege ligatus,ergo,&c.
Tamen dicit,quod alius,cui cõcessum est dispensare, non po
test hoc facere sine causæ cognitione.Et si dispensat,non va-
let dispensatio,& ipse peccat, & punitur.

15 Ad quintum. Sic proceditur. † Et videtur, quod (Primũ ar.)
nullus potest pro se petere dispen-
sationem ad tenendum simul plura beneficia,sicut nullus lici
te potest sibi procurare minimam dignitatem, quam tamen
sine dispensatione posset tenere,quia nec aperte licet, dicen-
te beato Augustino.19.de ciui.dei.Locus superior, & si ad- (Augusti.)
ministretur,vt decet,indecedẽter tamẽ appetitur.Ergo, &c. (Opponit in contrariũ.)
¶ In oppositum est vsus Ecclesiæ, quia cum nemine dispen-
satur,nisi cum petente pro se,per se, vel per alium,quo ad di
gnitates.Conclusio patet ex authoritate Augustini superius
inducta.Et de istis simul dicit Raymundus in summa.titulo (Raymund.)
de simonia.¶ Responsio. Dicendũ,quod ista conclusio mul- (Respõdet.)
tum pendet ex illa,vtrum quis licite posset appetere,siue pe
tere beneficium cum cura,sine prælationem, aut dignitatem
in Ecclesia.Et sub hac consideratione deduxit. Henricus de (Hẽricus de gandauo.)
Gandauo hanc quæstionem in quolibeto.2.q.18.Sed,quia de
hac conclusione nos alias tractabimus Deo duce in loco
suo,sub breuitate expediemus quæstionem propositam sub
tribus conclusionibus.Prima est† q̃ nullus licite potest pro se
16 per se,aut per alium dispensationem petere, vt habeat plura
beneficia curam animarum habentia.Ista conclusio proba-
tur.Nullus licite potest petere pro se,per se aut per alium be
neficium habens curam animarum, ergo minus licite potest
petere dispensationem,vt habeat plura beneficia curam ani-
marum habentia,consequentia est manifesta.Antecedens pa
tet,quia petere pro se beneficium curam animarum habens
sapit temeritatem,& ambitionẽ,quo circa dicit beatus Gre-
gorius in pastorali.lib.1.Virtutibus pollens coactus ad regi-
men veniat,virtutibus vacuus nec coactus accedat. Concor
dat S.Th.in.2.2.q.100.ar.5.dicẽs,quod si aliquis pro se rogat (S. Thom. 2.2.q.100 ar.5.)
vt obtineat curam animarum, ex ipsa præsumptione reddi-
tur indignus,& sic preces sunt pro indigno.¶ Secunda con (Ad tertium.)
clusio est.†quod nullus potest licite petere pro se, per se, aut (Secũda cõclusio.)
17 per alium super pluralitate,aut officijs Ecclesiasticis.s. digni
tatibus,aut personatibus.Ista cõclusio probatur simili ratio-
ne qua prima, quoniam nullus licite potest petere dispensa-
tionem super pluribus officiis ad dignitatem spectantibus,
cui licitum non est vnum petere,vnde Raymundus in sum- (Raymund.)
ma ti.de simo.dicit.Non licet petere,vel dignitatem,vel be-
neficium curam habens animarum, quantũcunq; sit dignus.
8.q.1.in scripturis.& extra de iure patro.per nostras.Concor (Hostiens.)
dat Host.& Goff.Item cõclusio ista manifeste colligitur ex. (Chrysosto.)
c.multi.di.40.vbi ita inquit Ioannes Chrysostomus.Quicũ-
que desiderat primatum in terra,inueniet cõfusionem in cœ
lo,nec inter seruos Christi cõputabitur, qui de primatu tra-
18 ctauerit. ¶ Tertia conclusio †quod quis licite potest petere
dispensationem pro se,per se, aut per alium super pluralitate
beneficiorum simplicium, cum vnum eorum est ita tenue, (Tertia conclusio.)
vt non sufficiat ad sustẽtationem personæ.Nota, q̃ dicimus
personæ,quia beneficia non tantum debẽt sufficere sumpti-
bus necessariis indiuiduo, sed etiam sumptibus necessariis
personæ,vt persona est,idem per quos potest tenere hospita
litatẽ,& eleemosynas erogare,& in alijs se ingerere ẜm de-
centiam sui status,vt dicit Vlrichus in summa sua. Conclu-
sio illa satis colligitur ex c.vno.10.q.3.& extra.de reli.do.q͂a (Vlrichus.)
monasterium.¶ Ad rationem in oppositum, cum arguitur,
q̃ cum nemine dispensatur,nisi cum petente,&c.Dicendum (Ad argum.)
iuxta Henricum de Gandauo in præfato quolibeto, quod di (Hẽricus de gandauo.)
spensans,si iuste dispensat,non dispensat,vt dictum est, nisi
vrgente necessitate,vel suadẽte vtilitate non priuata,sed cõi,
siue publica.Et sic ad petitionẽ nõ dispẽsat, tãq̃ ad petitionẽ:
sed tanq̃ ad insinuationẽ Et hoc,q̃ Papa in literis suis dispen
satoriis nõ solet allegare petitionẽ alicuius pro rõne dispen-
sandi,sed vel necessitatem,vel vtilitatẽ Ecclesiæ,quę forte sę
pius falle insinuantur,propter quod falsi suggestione frequẽ
ter dispensationes impetuntur, sed in hoc prouideat sibi cu-
ius est dispensare:quia secundum Apostolum iam inter dispẽ
satores quæritur, vt fidelis quis inueniatur.Ipsius.n.potissi-
me est quærere,cum quibus poterit,& debeat dispensare,aut
honores,& dignitates conferre.Lege textum.¶ [Singula of (Exponit literam.)
ficia.]non dico ordinum, sed dignitatum habet enim vna
persona plures ordines simul;& eorum officia. Nam sacer-
dos necessitate instante cantabit: & leget euangelium, sed
duas dignitates quis simul habere non debet.s. vt sit Archi-
diaconus.& Archipresbyter,Vel Decanus,aut Præpositus:
vel huiusmodi in pluribus Ecclesijs. Hu. Ita etiã habetur.6.
li.de præb.cum singula.Et est ratio, quia singula officia in Ec
clesijs assiduitatem exigunt personarum.extra de præben.ad
hæc licet.in.fi.Forte ob hanc causam statuit Vrbanus,vt nul
li liceat,nisi vnicum beneficium,siue sit præpositura,siue ad
ministratio,siue officium, aut quocunq; alio nomine censea
tur,cum prębenda obtinere.Et si secus actum fuerit a quoq;
illud irritum decernimus,& inane,non obstante aliqua con-
suetudine,etiam si fuerit iuramento firmata : quæ dicẽda est
potius corruptela.Hoc totum habetur in exemplo domini
prouisionis nostræ:&c.quæ hodie est remota. Sed circa hoc
dic;vt extra li.6.de consue.c.consuetudinem.Et ita secundũ
hoc videtur : q̃ in eadem Ecclesia possit quis habere officiũ
cum prębenda. Ad idem.extra de resti.eam te.ibi, esses Arc.
& Canonicus:&c.Sed maior Prælatus,& canonicus non po
test quis esse in Ecclesia eadem.extra de concel.præben.lite-
ras.Archi.¶[Sicut.n.in vno corpore.]Probat Gregorius: q̃
dixerat similitudinem corporis naturalis hominis;de quo dicit
Apostolus ad Ro.12.&.1.ad Corinth.12.quod sicut in vno
corpore sunt diuersa membra. Et omnia membra non eun-
dem actum habent:quia auris non vidit, nec oculus audiuit
&c.vt de se patet, sic in corpore Christi, quod est Ecclesia.
Ephe.1.c.diuersa sunt membra.Et ita diuersa,& distincta de
bent habere membra, officia secundum varietatem gratiæ
eis datę;

eis datæ, vt maiores maioribus intendant, minores minoribus, nec vnus plura suscipiat, cum vnus vni vix posset sufficienter ministrare. Vnde Philosophus. 1. Poli. dicit. Quod tunc optime dominãs, & subiectus disponuntur, cum vnus ad vnum, & non vnum ad plura opera, seu officia. Ita in Ecclesiæ spirituali corpore. Ecclesia dicitur spirituale corpus, qm vnitas corporis mystici est vnitas spiritualis, per quam fide, & affectu charitatis vnimur & Deo. secundũ illud Eph. 4. Vnum corpus, & vnus spiritus [& etiam quantumlibet exercitatæ vni personæ vno tempore.] Secus in diuersis. 7. q. 1. mutationes scias. Arch. [Duarum rerum officia]. Archi.
19 † Non esse derogãdum iuri communi propter scientiam, vel vitam alicuius. Ar. di. 61. miramur. & di. 78. si quis. Hu. sed tñ ad personæ vtilitatem bene cõceditur. 1. q. fi. tali. &. 15. q. vlt. c. 1. Io. de Fan. Arch. [Committenda] Nisi aliud interueniat, propterea relaxetur de iure communi. [quia si totum.] Ostẽdit necessitatem, diuersitate officiorum ponendo inconueniens, quod sequeretur, si huiusmodi varietates officiorum, & officialium non essent. [Si. n. omnia membra essent vnum membrum] Vt puta, vbi oculus, ibi esset corpus. i. vbi esset integritas corporalis, quasi diceret, non esset ita, si omnes in Ecclesia vnius conditionis, vnius gradus, vnius officii essent tolleretur perfectio, & decor ecclesiæ, nec impleri possit necessitas corporis ecclesiæ, cuius gubernationi diuersis opus est, sicut etiam arguit iterum ex similitudine corporis naturalis hominis, necessitatẽ varietatis membrorum, & officiorum, & administrantium. Dicens [quod sicut varietas: &c.] Ita varietas personarum per diuersa officia distributa, & fortitudinem, & venustatẽ, &c. quia per hoc fit terribilis, vt castrorum acies ordinata. Canticorum. 6. quam fortitudinem exemplo ostendit Hieronymus ad Rusticum dicens. in ca. in apibus. 7. q. 1. in apibus. Princeps vnus est, grues vnam sequuntur. Imperator vnus. Roma etiam condita duos fratres simul reges habere non potuit. Singuli sint Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, & singuli Archidiaconi. Venustas vero consistit in hoc, quod per dispositionẽ ordinis reducitur ad formam vnius vniuersi Ecclesia catholica, siue vniuersalis, in qua forma etiam consistit decor vniuersi. [Indecorum] 32. q. 7. adulterij. Et propter istam rationem dicebat Io. de Deo in quæstionibus suis, quod legatus Cardina-
20 lis non potest dispensare: vt Episcopus habeat aliam dignitatem, quia ex hoc turbaretur status, & decor Ecclesiæ, sicut hic dicitur de corpore humano. [Noxium simulq; turpissimum est, si singula rerum ministeria personis totidem non
21 fuerint distributa] Ar. † quod habere plura beneficia in Ecclesia non solum est illicitum ex iure positiuo, sed est absolute malum; & illicitum, cum dicat Gregorius, quod sit noxium Ecclesiæ, & turpissimum.

Ioã de Fan. Archid.

Hierony.

1 *Episcopus debet minora committere, vt maioribus intendat.*
2 *Electio Vicedomini, & confirmatio spectat ad Episcopum.*
3 *OEconomus proprie quis dicatur, & c. Diaconum. nu. 1.*


Olumus. Hic incipit. 2. pars. In qua probat per quatuor authoritates, ꝙ in qualibet ecclesia debet eẽ OEconomus secundũ Io. de Deo, velut dicit Hu. Tractatur in his quatuor capitulis de OEconomo, & Vicedomino. Diuiditur autẽ hoc. c. in duas partes. In prima præcepit, ꝙ Episcopus habeat Vicedominum .s. qui res Episcopales disponat, & OEconomũ .s. qui dispensat res clericorum, habeat in Ecclesia sua. In secunda ponit, ꝙ si neglexerit, per clerum suppleatur. 2. ibi. Si vero. Lege text.
1 ¶ [Volumus, vt frater noster Pascasius.] † Episcopus debet minora committere, vt maioribus superintendat. Et certe in hoc voluntas sancti Gregorij rationabilis, & iusta etiam existit, quia vt Episcopus maioribus, & magis arduis superintẽdat, aliquem, vel aliquos instituat maiores domus suæ, & dispensatores suos, qui prudenter, & discrete minora peragant ne Episcopus per curam minorum a maioribus distrahatur. Sic. n. Moyses fretus consilio Ietro sacerdotis, ei dicentis, ꝙ Moyses solus omnia pertinentia ad regimen tantæ multitudinis non posset sustinere, & in hoc stulto labore consumeretur, sed ipse constitueret presbyteros veritatis viros, auaritiam odientes, sapientes, qui minora iudicarẽt. & Moyses intenderet maioribus, quæ ad Deum pertinẽt, quod & fecit. Exod. 18. Similiter Apostoli elegerunt. 7. viros plenos spiritum sanctoq; qui curæ multitudinis intenderẽt, & mensis ministrarent. & Apostoli verbo prædicationi insisterent, & orationi. Actuum. 6. [Vicedominum]. i. OEconomum rerum Episcopaliũ, qui rebus Episcopalibus, & hospitibus superuenientibus prouideat. Hu. [maiorem]. i. œconomum rerũ canonicorum. Et iste intellectus habetur ex rubrica. Sed Hu. dicit, quod iudicio suo loquitur de aduocato, quem debet habere ad tractandas causas suas, exceptis criminalibus. Et hoc dicit patere per literam sequentem. Et hoc est [Maiorẽ domus suæ.] Quo ad causas tractandas. [quatenus posit hospitibus] Hoc refert ad Vicedominum, quia Episcopus non potest in propria persona tractare huiusmodi negotia. 5. q. 3.
2 quia Episcopus. [vel causis.] Hoc referas ad Maiorẽ domus .i. ad aduocatũ. [Si vero]. 2. pars. Credit hic Hu. † [Quod electio Vicedomini, & confirmatio spectet tm ad Episcopum vt hic patet. Electio OEconomi, & similium secundum diuersas consuetudines qñq; pertinet ad Episcopum, qñq; ad
3 capitulum. Sed potest dici: vt dicit Archid. † ꝙ OEconomus constitutus in rebus Episcopalibus proprie dicitur Vicedominus, vt hic. &. j. c. proxi. & eligendus, & confirmandus est ab Episcopo. In rebus vero canonicorum proprie dicitur OEconomus: & tunc est eligendus a canonicis, & confirmãdus ab Episcopo. Qd OEconomus debeat institui ab Episcopo habetur hic. &. 10. q. 2. hoc ius. &. C. de Epis. & cle. omnes. §. hoc nihilominus secundum Hugu. qui ita notat. 16. q. 7. in noua. De hoc etiam not. per Io. eo. q. qm. & ibi dicam Archid. Super hoc, quod dicitur. Si Episcopus fuerit negligẽs quod clerici possunt hoc facere. ¶ Surgit hic quæstio. Vtrũ necessaria sit propria authoritas, vel canonis, aut requiratur specialis authoritas maioris. Respondetur ſm Hu. qui dicit. Ego autem credo, quod in his: de quibus expressum est in canone; vt minores vel maiores faciãt, si maiores, vel pares fuerint negligentes, sufficiat sola authoritas. ar. 9. q. 3. cũ simus. Nisi forte expresse contineatur in canone, ꝙ authoritas maioris ibi debeat requiri, vt di. cap. qm. In his autẽ, de quibus canon nihil statuit, credo quod exigatur authoritas maioris si minores aduersus eos aliquid debeant facere, quod alias ad maiores spectat. Et ita, cum dicit, eligant intelligitur authoritate huius canonis. Sufficit nisi semel a lege concedi. ff. de condi. inst. qui sub conditione. §. vlti. nec præmissa admonitione, eo. n. ipso, ꝙ Episcopus negligit, ex lapsu tẽporis transfertur potestas ad clerum ſm Laur. nec ob. extra de concess. præben. quia quoniam. vt dicit Archid. remota est pars, quæ hoc volebat, per quod demonstratur, quod hoc non erat contra, sed pro.

Io. de Deo.

Diuisio.

Exponit literam.

Archi.

Quæstio.

Respondet.

Officium vicedomini.

§. est quẽ ponit: vt ostendat, quale sit officium Vicedomini, ex quo cæpit loqui de eo, &c. clarum est.

Diaconum. Ad hoc subiungit hoc capit. quod est beati Gregorii in registro Clementiæ patriciæ, quæ postulauerat a beato Gregorio Anatholium Diaconum sibi dari, quia volebat eum in ecclesia sua fieri Sacerdotem; vel in eodẽ ordine morari. Et diuiditur in duas partes. In prima ponit petitionem Patriciæ; quam tamen non exaudit. In secunda assignat rationem non exauditionis. 2. ibi. Vicedominum. Construe sic. ¶ [Magis modus] i. qualitas [causę]. i. officii. [quam authoritas rigoris] .i. duriciei. [facit nos.] Non posse facere hoc quod poscitis dirigi ad vos Diaconum; &c. [Vicedominũ] 2. pars, Ecce causam, quare nõ exaudiuit petitionem. [Episcopatum]. i. Do-
1 mum Episcopi, & redditus ad eum pertinentes. † qui autem gubernat res canonicorum, proprie dictus œconomus. Hu. [disponens] Duplex est dispositio rerum Ecclesiæ, quod dic vt dicam. 16. q. 7. laicis. ibi videas. Arc. ¶ Sed mouet hic quæstionem. Hug. Vtrum Gregorius constituerat prædictũ Anatholium œconomum in Episcopatu Romano. Et respondet. Credo, ꝙ sic. Vel forte in alio, quod tunc papa ad suam manum tenebat: hoc nobis magis placet.

Laurẽ. Archi.

1 *OEconomus quare debeat esse clericus.*

Via. Ad idem sequitur hoc c. quod est Concilij Calcedonen. in quo statuitur, quod quilibet Episcopus debet constituere in Ecclesia Oeconomũ, qui gubernet res Ecclesiæ. Et diuiditur in tres partes. In prima statuit. In secunda assignat causam. In tertia comminatur pœnam. 2. ibi. Vt non. 3. ibi. Si vero quis. Lege textum. ¶ [Quia de proprio

Diuisio. Exponit literam.

1 proprio clero.] † Quare aūt oeconomus debeat esse clericus & non laicus. Vna ratio redditur in sequenti. c. proximo, alia 16. q. 7. in noua. Hu. & Arch. Et notat hoc ca. competentius loqui de Vicedomino, quam de œconomo canonicorū, secundum Hu. [vt non] 2. pars. Et assignat tres rationes. Prima ne gubernatio rerum Ecclesiasticarum sit sine testimonio. Ipsi. n. æconomi perhibent testimonium suæ administrationis. 2. ibi: [ne ex hoc eueniat]. i. contingat [res dispergi]. i. dilapidari. Nam si œconomus viderit Episcopum dilapidantē, corripere poterit eum, imo & Archidiaconus, & Patronus, & quilibet subditus. 16. q. 7. filiis. Hug. & Arch. 3. Ratio ibi. [Et Sacerdotali]. i. Episcopali dignitati [abtractio]. i. detractio. [generetur] quæ sæpe quiescit ex societate, quia fidelius, & honestius, tunc res geritur, vt di. 81. In omnibus. [Si vero] 3. pars. [diuinis]. i. Ecclesiasticis regulis quas non habemus. Ar. Et quia forte pœna non est statuta in canone punietur extra ordinarie pro motu Iudicis. Hu.

1 *Ecclesia forum est generaliter omni de suo patrimonio, & iurisdictionem habet super eos, quo ad temporalia, & spiritualia.*

2 *Papa potest delegare Iudici Ecclesiastico causam quę vertitur inter laicos; vel inter laicum actorem, & clericum reū.*

3 *Pœna, quæ sit in crimine concussionis, quę in rapina, quæ in furto manifesto.*



IVdicatum. Ad idem sequitur hoc c. ꝙ est beati Gregorij in registro scribentis Io. Caroletano Episcopo, quod res Ecclesiæ non sunt laicis committendæ, nec per consequens officium Vicedomini aut æconomi. Et diuiditur in tres partes. In prima narrat errorem, siue excessum. In secunda iubet inquiri veritatem, & reos ad emendationem compelli. In tertia prouidet, quid agendum sit in futurum. 2. ibi, quod si ita. 3. ibi. De cætero. Lege. ¶ [Iudicatum vestri]. i. vobis commissi [patrimonij]. s. ecclesiastici. Hu. & Archid. [Commiseritis.] Loco æconomorum. Vel, ꝙ æconomi erunt constituti isti duci. Hug. [Qđ si ita] 2. pars. [Inter eos Ecclesiæ rusticos.] Sed hic surgit quæstio. Vtrum isti laici conuenienter conuenti sunt sub Ecclesiastico Iudice. Et videtur, ꝙ non, qm̄ sub seculari Iudice conueniri debuerant. 11. q. 1. experientiæ. Si quisquam. Ad hoc respondetur multipliciter, vt tangit gl. Primo, ꝙ isti conuenti sunt coram Ecclesiastico Iudice ratione rei, de qua agebatur, quia isti rapuerunt bona Ecclesiæ. s. decimas, & primitias, & alia huiusmodi spiritualia, de quibus non, nisi ecclesia, iudicat, extra de fo. compe. c. vlt. & c. cum sit. Et hoc est contra Rectores ciuitatum, qui compellunt rusticos Ecclesiarum sub se respondere. Vnde in hoc casu, vt dicit Hu. Potestas Bononiensis voluit obtinere contra Episcopum Bononiensem, sed non potuit. De hoc no. 16. q. 1. §. nouarū. in. §. iuxta. ¶ Secundo respondetur, ꝙ illi rustici erant de patrimonio Ecclesiæ. Et ideo conueniri non debebant, nisi corā Ecclesia. † Generaliter. n. Ecclesia forum est omni de suo patrimonio, & iurisdictionem habet super eos, quo ad temporalia, & spiritualia. Ar di. 63. ego Ludouicus. Cum ergo Ecclesia haberet super illos temporalem iurisdictionem, recte non debuerunt conueniri, nisi coram Iudice Ecclesiastico. ¶ Tertio respondetur, ꝙ isti laici adhuc erant in administratione, & ratione administrationis subditi erant iurisdictioni ecclesiæ. Et ideo conueniri poterant sub Episcopo. Arg. 2. q. 6. §. Nulli quoq; officialium. post depositā vero administrationem nō, nisi forte in breui, vel nisi fugerent, vt in aut. vt iudices, sine quo suffragio. §. si quis autem. & §. necessitate. ¶ Quarto respondetur, ꝙ hoc factum est ex mandato, & de legatione domini Papæ, qui habet plenariam potestatem, & vtranque iurisdictionem. s. spiritualem, & temporalem videtur habere super clericos, & laicos. Ar. di. 26. c. quod ego nō credo, inquit Hu. Et secundum hoc est Ar. † Quod papa potest delegare Iudici Ecclesiastico causam, quæ vertitur inter laicos vel inter laicū actorē, & clericū reū, ꝙ his diebus fecit Papa Clemens de causa, quæ vertebatur inter quandā cęuersam sancti saluatoris, & Hugulinum de Muzone reum, quā causam delegauit Archipresbytero sancti Petri, & mihi, sed vtrū hoc potuerit dubitat. Hu. Sed videtur hoc, ꝙ potuerit. extra de offi. dele. cum causa. Hu. sed ibi so. Item ad hoc. e. ti. cum olim Abbas. vbi notat Innocen. quod de gratia fuit rescriptum concessum, sed ibi laicus erat inuasor rerum Ecclesiæ. Item ad hoc extra de arbi. innotuit vbi conceditur laico contra laicum: sed, vt ibi notat Innocen. & Host. pecunia super qua erat contentio, erat extorta per vsurariam prauitatē. Item ad hoc extra de app. ca ex parte quod concedo, inquit Archid. secundum id, quod notat Vincen. & Ber. extra de foro compe. ex transmissa. Vbi notat Innoce. quod papa vbique, & in omnibus obtinet de consuetudine generali hæc, vt patet extra de iudi. nouit. 1 super ver. non. n. Vnde in clerico concedit literas contra laicū alia tota die, vt extra de. Iud. c. fi. & de resti. in inte. & de iudi. c. vlti. Et idē videtur in laico, vt in prędicta decretali innotuit. ꝭm Host. Et si proponeretur à laico reo hæc exceptio, & ea non admissa, appellatur nō obtinebit literas in causa appellationis, vt expertus fui, inqt
3 Arc. † cum pœna legibus pro varietate criminis, & pœna in crimine concussionis redditur quadruplum, vt distinct. 18. qm̄ quidem. & 23. quæstione prima militare. In rapina triplum. vt insti. vi bo. rap. §. quadruplum in furto manifesto quadruplum: in non manifesto duplum. Hu. [secularibus. de cætero] 3. pars. [secularibus]. i. laicis. Hu. [atque pio]. i. committantur ꝭm Arc. contra. extra de locato. nostra. Sed respondetur, ꝙ hic loquitur, quo ad administrationem, & potestatē concessam laico super clericos, quo ad esse, non debet. extra de ætat. & quali. capitulo secundo. Sed decretalis nostra loquitur, quo ad fructus locandos, quo ad tempus, vel firmandos, quod fiere non potest, vt ibi. Et debet admitti hic, qui plus offert. In hoc. enim vtilitas Ecclesiæ procuratur. 10. q. 2. hoc ius, & extra de simo. querelam. Et sic statutū contrarium erat ibi irrationabile per locum a contrariis. extra de his, quæ fiunt à prælat. cum Apostolica. §. antepenul. secundum Hostien. qui ita notat ibi. ¶ Sed hic surgit quæstio. Quid fiet, si Ecclesia adeo est oppressa onere debitorū quod non potest ab eis commode, nisi per laicos relaxari. Ad hoc respondet Archi. sic Quod si sit ecclesia regularium in tanta necessitate, poterit Episcopus dispensare, quod ad tempus laico committatur. Ar. à prædicta decretali nostra, ita tñ ꝙ non ipse laicus, sed Clericus nomen laici administret ibidem. Ad hoc extra de æta. & quali. c. 2. Ar. extra de Iudæis ex speciali, quia necessitas, & vtilitas Ecclesiæ dispensationem inducit. Alioqui, si laicus vellet omnino administrationem, ad papam esset recurrendum super hoc. Ar. 2. q. 5. Mennam. Ibi coram te, & c. 32. di. §. verum, & §. ad hoc ibi. Scribit. n. prędecessor noster, & c. extra de deci. tua secundum Hostie. qui ita notat in prædicta decretali extra de æta. & quali. ca. 2. Et idem credo si est Ecclesia secularium clericorum. Archidia. [Sed clericis de officio vestro]. i. iurisdictione vestra. Hu. [in quibus]. i. quia in eis. [Hæc ratio] Hæc ratio subditur, quare æconomus debeat esse clericus, & eiusdem ecclesię, & non laicus, vt in subditis. Posset quidem in laicos, vt in subditos iudicare, sed facilius in clericos. Non ergo notat causam, sed facultatē, quia facilius pōt prælatus Ecclesiæ iudicare clericos, quā laicos & facilius laicos suæ iurisdictionis, quā laicos alienos sed generaliter oēs pōt iudicare. Hug. [quo]. i. vt alia ratio [latent] insinuatur, quare administratio rerum Ecclesiasticarum potius debeat committi clericis [officium sui habitus]. i. ordinis, & professionis, vel administrationis, vel [habitus]. i. actus sui officij magis conuenienter administrent clerici talibus officiis prelati [quam accusent]. i. accusabiles ostēdant male administrando, facilius. n. hoc facerent laici, quam clerici, imo semper videntur accusare, si sint laici. Hu.

Propinquis. Hic incipit tertia pars. In qua dicitur, quo Episcopus hoc officium non debet committere suis consanguineis, vel fauore sibi coniunctis, quod probat per c. sequens ex cōcilio quarto Toletano.

1 *Prælatus Ecclesiæ an possit licite conferre beneficia, aut officia Ecclesiæ consanguineis, aut amicis, quamuis idoneis, magis idoneis postpositis. & nu. 2.*

DEcenter. Sequitur hoc c. probans, quod dictū est. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat qualiter facta fuit querela in concilio Toletano. Quod quidam Episcopi res Ecclesię gubernandas dabant consanguineis, vel amicitia sibi cōuinctis, & inde res Ecclesiæ plurimum lædebantur. Ostendit, qualiter placuit omnibus; patribus de Concilio, hoc factum rescindere, & extirpare de Ecclesia. In secunda ponitur statutum ipsius concilij super hoc cum multiplicibus pœnis. 2. ibi. Quicunq; igitur. ¶ Pro pleniori intelligentia huius. c. quæritur. ¶ † Vtrum prælatus ecclesiæ

Margin notes (left column): Diuisio — Exponit literam. — Quæstio. — Respōdet. — Secūda respō. — Tertia responsio — Quarta responsio. — Innocent.


Margin notes (right column): Innocentius Hostiensis — Archid. — Opponit & respondet. — Quæstio. — Respondet. — Diuisio. — Quæstio.

Ecclesiæ potest licite conferre beneficia, aut officia Ecclesię consanguineis, aut amicis, quamuis idoneis, magis idoneis postpositis. Et videtur, quod non. Primo ex præsenti. c. in quo Concilium Toletanū prohibet similiter, ne Episcopus Ecclesiastica beneficia committat cōsanguineis, aut fauore sibi coniunctis. ¶ Secundo sic. Exemplo Christi, qui Ioannem euangelistam, quamuis maxime idoneus esset, tñ quia consanguineus erat, prætulit sibi Petrum in regimine Ecclesiæ, ergo similiter debet agere Prælatus, vt in prouisionibus beneficiorum, & dignitatū præferat magis idoneos extraneos propinquis suis minus idoneis. ¶ Tertio sic. Prælatus se habet in respectu ad Ecclesiam, sicut sponsus, & sicut Pater, sed sic est, quod pater suæ filiæ quærit spōsum, quem magis idoneū inuenire pōt, & sponsus suæ sponsæ quærit fidelissimum custodem pro posse: ergo similiter in propositum. ¶ In opposi tum arguitur ex. c. 5. di. 86. non satis, vbi ait Ambrosius. Est etiam probanda illa liberalitas, vt proximos seminis tui, ne despicias. Itē vt dicit hic glo. Quis carnē suam odio habuit? Quasi diceret: nullus. ¶ Respondeo dicendum iuxta sanctū Tho. quolibeto. 4. Aut consanguineus prælati, & amicus est æque idoneus, sicut alius extraneus, aut minus idoneus. Si ęque idoneus sit ista conclusio. † Quod Pręlatus pōt suū consanguineum, aut amicum preferre. Probatur ista conclusio ſm ordinem rectum charitatis. Homo plus debet diligere sibi magis coniunctos, sed his, quos magis ex charitate diligimus, magis debemus prouidere, vnde eorum meritum crescat. Cum igitur ex bona Ecclesiæ dispensatione, siue administratione crescat meritū bene administrantis, videtur quod prę latus magis debeat suis, quam extraneis, cęteris paribus, prouidere. Dicit tñ sanct. Tho. hoc esse verum, nisi forte ex hoc scandalum oriatur, vel aliqui exinde malum exemplum accipiant, vt probabiliter præsumi possit, quod alii Prælati hoc exēplo inducantur ad dandam suis consanguineis etiam minus digni. Patet etiam veritas præfatæ conclusionis ideo, quia ex quo nihil deponit vtilitati Ecclesiæ prouidendo sic consanguineo, cum æque idoneo prouideatur, licitum est circa huiusmodi prouisionem etiam amore naturali satisfacere, qui non est contrarius charitati, sed magis charitate informatur. & hoc significatur Genesis quadragesimo septimo. Vbi Pharao dicit ad Ioseph, de fratribus suis. Si nosti in eos viros industrios, constitue eos Magistros pecorum meorum. Si vero consanguineus Prælati sit minus idoneus: tunc est conclusio. quod Prælatus non debet eum præficere ad curam Ecclesiæ, postposito meliore. Et hanc conclusionē probat S. Tho. duplici ratione. Primo quidē, quia videtur esse contra fidelitatem, quam in bono dispensatore Deus requirit. Non. n. fideliter faceret negotium alicuius domini, qui posset rē eius meliorare, si hoc prætermittere, vt suis consanguineis satisfaceret. Secūdo, quia hoc videtur ad personam acceptionem pertinere, quæ consistit in hoc, quod aliquis accipit, pro causa conditionem personæ quæ non facit ad negotium, sicut si aliquis daret sententiā pro aliquo, quia diues est, & non quia iustitiam habet, quę est conditio faciens ad negotiū. Esse aūt consanguineum non est aliqua conditio pertinens ad curam Ecclesię, quæ non obtinetur iure sanguinis, sed diuino munere. Esset autem conditio faciens ad negotium circa dispē sationem patrimonialiū bonorū, vnde si Episcopus de patrimonialibus bonis magis prouideat suo cōsanguineo minus idoneo, nō est acceptio personarum. Sed si ratione cōsanguinitatis magis prouideat ei de patrimonio Crucifixi, nō caret vitio acceptio personarum, quā Augu. dicit in Ecclesiarum gradibus dispensandis esse vitandam exponens illud Iaco. 2. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri IESV Christi. Hieronymus etiam dicit, & habetur. 8. q. 1. in. c. Moyses. Extraneus ex alia Tribu à Moyse eligitur. vt sciremus principatum in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ, at nunc cernimus plurimos hāc rē beneficio facere, vt nō q̄rāt eos in Ecclesia colūnas erigere quos plus cognoscāt Ecclesiæ prodesse, sed quos, vel ipsi amāt, vel quorū sunt obsequiis deliniti, vel ꝓ quibus Maiorū quispiā rogauerit. Hæc ille. ¶ Ad rōnes in oppositū. Ad primā respōdetur quod, vt dicit glo. intelligendū est. c. q̄n consanguinei sunt malę vitæ, alias non sunt idonei, vnde rationabiliter talibus præcipitur, vt non committatur dispensatio rerū Ecclesiasticarū. Tum primo, quia Episcopi minus volunt coniunctos corrigere, quos fauore prosequuntur si reperti fuerint male administrasse, & sic perit iustitia in recuperatione bonorū Ecclesiæ. Tum secundo, quia propinqui Episcoporū ex tali coniū ctione assumunt audaciam occupādi bona ecclesiæ, quæ administrant. Tum tertio, quia isti propinquitatem Episcopi timentur, vt vix quis eis de sua mala administratione audeat loqui, nec eos accusare. Si vero boni fuerint, & idonei cōferre eis possunt huiusmodi officia. Nā boni, & virtuosi, ac prudentes magis ceteris paribus sunt præferēdi, qui magis Episcopum diligunt, & eius bona, & fortius ad fidelitatem obligantur Episcopo magis coniuncti. ¶ Ad secundū respondetur, quod illud non arguit necessitatem sic faciendi, sicut nec multa alia facta per Christum, nisi vbi (vt dictum est) timeretur scandalum, vel aliqui exinde malū exemplum acciperent. ¶ Ad tertiā respondetur, quod bene ratio procedit de consanguineo minus idoneo, iuxta secundam cōclusionem. Lege tex. ¶ [Decenter.] Quod decenter, & conuenienter hoc fuerit statutum, iam diximus supra. [Quicunque igitur.] 2. pars. [Cōsanguineis.] Quod hic dr̃ de dignitatib. vel officiis ecclesiasticis non cōferendis cōsanguineis, vel proprinquis, intelligēdū est, inquit Hu. cū nō sunt idonei. Cū aūt sunt idonei, possunt eis conferri, sicut & alijs. Quis. n. carnē suā odio habuit. Nunquid bene merito nocebit, quod est amicus Episcopi: semper tamen præsumitur, quod res Ecclesiæ lędant latenter vt. 1. q. 3. peruenit. &. 10. q. 2. hoc ius. &. 12. q. 1. Episcopus. Sed huic præsumptioni satis resistit meritorum excellentia & honestæ famæ Praeconiū, vt dicit Hu. Hic surgit quæstio. Ex quo idem est de consanguineis, & extraneis, quia idem præsumitur de vtrisq;, quare potius prohibetur de cōsanguineis, quam de alijs. Respondetur iuxta glo. & Hu. quia pronior est prælatus ad bene faciendum suis, quam alienis, non propterea, quod maior culpa sit, imo tenetur plus dare suis, quam alienis cæteris paribus, sicut fornicatio sępe prohibet, non quod sit peccatū maius: sed quia pronior est homo ad illud, quam ad aliud. dis. quinquagesima quia tua. [Aut fauore personæ.] Isti sunt q in nullo deuiant ab Episcopi volūtate. Lau. & Arc. [Lucra] Bene dicit. Nā species lucri est, & c. ff. de furtis, si pignore. §. 1. Arch. [excidiunt]. i. periculū [excommunicationi]. i. suspensioni, & interim non cantabit missam nec huiusmodi officia Episcopalia exercebit. Simile di. 74. Episcopus. &. 55. nullus. & 7. q. 1. Episcopus. Hug. [duplum] pro tenore criminis. ȷ͂. 12. q. 2. in legibus. Hu.

Primū ar. | Sc̄da ar. | Tertia ar. | Opponit in contrariū. | Respōdet. | Prima conclusio. | S. Thom. Quoli. 4. ar. 15. | Secunda cōclusio. S. Thom. Vbi supra. | Augusti. | Hieronym. | Ad primū argu. | Ad secundū | Ad tertium | Exponit literam. | Quæstio. | Respondet. | Laurent. Archid.

Porro. In §. isto incipit. 4. pars huius distinctionis, vbi assignatur ratio, quare ipsa officia sint ita distinguenda, aut non vni personę diuersa officia sint committenda, quod ostendit duplici authoritate, scilicet Gregorii, & Bonifacij. in c. proximo.

1 *Diuersitas in membris Ecclesiæ ad tria ordinatur.*



AD hæc. Hoc scribit Gregorius, & est textus satis obscurus. Diuiditur aūt in duas partes. In prima assignat tres causas, ꝑ quas Diuinæ prouidentiæ dispositio voluit diuersos gradus, & ordines distinctos esse in Ecclesia. In secunda ostendit, quod aliter vniuersitas non potest consistere, nisi tali differentię ordinē seruetur. 2. ibi. Neq;. n. Pro cuius declaratione est primo notandum iuxta San. Tho. in. 2. 2. † Quod diuersitas in membris Ecclesię
1 ad tria ordinatur. s. ad perfectionem, ad actionem, & ad decorem. Et ſm hæc tria triplex distinctio diuersitatis fidelium accipitur. Vna quidem per respectū ad perfectionem, & ſm hoc accipitur differentia statuum, prout quidā sunt aliis perfectiores. Alia vero distinctio accipitur ꝑ respectū ad actionē, & hæc est distinctio officiorū: dicuntur. n. in diuersis officiis esse, qui sunt ad diuersas actiones deputati. Alia aūt ꝑ respectū ad ordinē pulchritudinis Ecclesiasticę, & ſm hoc accipitur differentia graduum, prout. s. in eodem gradu, vel officio vnius est alio superior, vnde in Psal. 47. dicitur secundum aliam translationē. Deus in gradibus eius cognoscetur. Secundo notandum, quod vt dicitur hic in litera ideo diuina ꝓuidentia gradus diuersos, & ordines cōstituit esse distinctos. Primo propter concordiam, & pacē, quæ debet esse inter mēbra Ecclesiæ ſm istud Eph. 4. Soliciti seruare vnitatē spūs in vinculo pacis, quæ pax per officiorū, & statuum distinctionem conseruatur, inquantum per hęc plures sunt, qui communicant actibus publicis, vt dicit S. Tho. vnde Apostolus dicit. 1. ad Cori. 12. quod Deus sic tēperauit nos: vt nō schisma in corpore, sed pro inuicē solicita sint mēbra. Præterea, quod ex ordine sequatur cōcordia, patet, q̄m sicut in multitudine, vbi non est ordo, ibi est confusio, & per consequens discordia, ita vbi est ordo, pax est, & concordia, & hoc est, quod dicit Gregorius

Diuisio | S. Thom. 2. 2. q. 183. ar. 2. co. 9. | S. Thom.

a ¶ Reuerē- tiam. Reuerē- tia nimia iustum me- tum inducit Pe. de Anc. in c. cum lo- cū. nu. 7. de sponsa.

gorius in hoc. c. [Dum reuerentiam a minores exhibent potioribus, & potiores dilectionem minoribus impendant, etiā vera concordia fieret.] Secunda causa distinctionis officiorum est connexio membrorum corporis Ecclesiæ adinuicem, ex qua connexione adinuicem non modo fortitudo, sed augmentum surgit corporis Ecclesiæ. vnde Apostolus ad Ephesi. quarto dicit. Veritatem autem facientes, crescamus in Christo per omnia, qui est caput, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis scdm operationem, & mensuram vniuscuiusque membri, augmentum corporis faciat in ædificationē sui in charitate. Hęc Apostolus. ¶ Tertia causa distinctionis factę officiorum est, vt recte singulorum geratur administratio officiorum, quæ plane non pōt recte fieri, nisi per diuersos, & distinctos, vnde ad diuersas actiones diuersos homines deputari oportet ad hoc, ꝙ expeditius: & sine confusione omnia peragantur, & hoc est, quod Apostolus dicit ad Roma. 12. Sicut in vno corpore membra habemus, omnia autē membra non eundem actum habent, sicut. s. in c. singula. plenius dictū est. [Neq;.] 2. pars. Assignat necessitatem positę distinctionis ordinum, & graduum in corpore Ecclesiæ, quia vt inquit. [Nulla vniuersitas pōt ratione]. i. cōuenienter, decenter, pulchre, permanenter subsistere, nisi causa huius magna differentiæ ordo seruaret, quia alias talis multitudo vacua tali ordine differentiæ, cum esset cōfusa, esset fœda, & fragilis parum durans, vnde in c. singula. s. e. dicit Greg. quod varietas personarū, per diuersa nihilominus distributa officia fortitudinem, & vetustatem sanctæ Dei manifestat Ecclesiæ. [Quia vero.] Consequenter ad ostendendum, quod dixerat, ꝙ nulla vniuersitas posset ratione subsistere, nisi huius magnæ differentiæ ordo eam seruaret, inducit exemplū cælestis militiæ, in qua sunt plures ordines, & c. Dicit ergo [Qđ quia]. i. ꝙ [quæcūq; creatura] Collectiue. i. collectio, siue vniuersitas creaturarū gubernari, vel viuere non potest [in vna eademq; qualitate]. i. quin in ea sint varij ordines, & gradus, & alij sint pręsidentes, alij subiecti, alij superiores, alii inferiores cœlestium militiarum exemplar nos instruit, in quibus nō sunt oēs angeli æquales, sed est inter eos multiplex differentia, vñ est inter eos multiplex distinctio Hierarchiarū, & ordinū, & graduū, siue etiam in quolibet ordine sint primi, medii, & infimi, vt vult B. Dionysius. 10. cęlestis Hierarchię.

¶ Distinctio nonagesima.

1 *Discordia an sit peccatum mortale. & nu. 3.*
2 *Concordia per discordiam tollitur dupliciter.*



Litigiosus. Hic incipit, & intitulatur di. 90. in qua magister Gratianus aliud ca. Regulæ Apostolicæ repetit. s. non litigiosum esse. Et tractat hoc c. aliter, quam. s. di. 46. s. n. ostendit, ꝙ non debet ordinandus esse litigiosus in se. i. exercere litigia, hic autem ostendit, quod litigia non debet amare in alijs, imo discordantes, & litigiosos debet ad concordiam reuocare. Et sic diuiditur hæc distinctio in duas partes. (Diuisio) In prima probat, ꝙ clerici non debent esse litigiosi, quia ex officio suo tenentur alios ad concordiam reuocare, quia, si nolunt redire ad cōcordiam, eorū oblationes non debet recipi, & si nec sic corriguntur, debēt excōmunicari. Et hoc probat per. 10. authoritates sanctorū. In secunda probat, quod Episcopi debent sibi inde patrare consilium, & auxilium ad pacem tenendam, & conseruandā. 2. ibi. Præcipimus. ¶ Pro pleniori intelligentia totius huius distinctionis, quia multum in ea exprobantur, & damnātur discordantes, & dissidentes, quæritur. (Quæstio 1) ¶ 1 Vtrum discordia sit peccatum mortale. Et videtur, ꝙ non. (Primum ar.) Primo sic; Cōcordia nō semper est bona; nec virtus, nec effectus virtutis, sicut est concordia Impiorum in malo, ita discordia qñq; est bona: vnde Dominus ait Matth. 10. Nolite arbitrari quia uenerim mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladiū: ergo sequitur, ꝙ discordia non sit ex se peccatum mortale. (Secūdū ar.) ¶ Secundo sic. Discordia ab aliquo est recedere ab alterius voluntate, sed hoc non videtur esse peccatum, quia voluntas proximi non est regula voluntatis nostrę, sed sola voluntas diuina: (Tertiū ar.) ergo discordia non est peccatum. ¶ Tertio sic. Peccatū pręcipue mortale in sanctis viris nō inuenitur: sed discordia sic. Dicitur. n. Actu. 15. facta est dissensio inter Paulum, & Barnabam: ita, vt discederent ab inuicē: ergo discordare nō est peccatū, & maxime mortale. (Quartū ar.) ¶ Quarto. Nullus sanctus vir inducit alios ad peccatū mortale; sed Paulus inducit inter aliquos discordiā. Legitur. n. actuū. 23. Quod sciens Paulus, ꝙ vna pars esset Saducæorū, & altera pars pharisæorum Exclamauit in concilio. Viri fratres. Ego Pharisæus sum pharisæorū filius. de spe, & resurrectione mortuorū. Ego iudicor. Et cū hoc dixisset facta est dissensio inter Pharisæos, & Saducæos. Ergo videtur, ꝙ discordia non sit peccatum, & maxime mortale. (Opponit et Respōdet) ¶ In oppositū est tota ista distinctio. ¶ Respōsio. dicēdum, ꝙ discordia, qua quis discordat a proximo suo scienter, & ex intentione dissentiens a bono diuino, & proximi, in quo debet consentire est peccatum mortale. Ista conclusio primo probatur authoritate Apostoli ad Gala. 5. Dissensiones. i. discordiæ ponūtur inter opera carnis: de quibus subditur, qui talia agunt Regnum Dei non consequētur. Nihil autem excludit à Regno Dei, nisi peccatū mortale, ergo discordia est peccatum mortale. ¶ Ratione sic. Omne illud, ꝙ charitati opponitur, est peccatum, sed discordia est huiusmodi. Opponitur. n. concordiæ, quæ ex charitate causatur, ergo conclusio vera. ¶ Secundo sic. Omne illud, quod separat à Christo est peccatū mortale. Sed discordia cum proximo in bono est huiusmodi, dicit. n. Augustinus de verbis domini. (Augusti. de ver. domini trac. 32. To. 9.) Non poterit habere concordiam cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christo. qui discors voluerit esse cū christiano. Item Chrysostomus. (Chrys.) Sicut in pace factus est locus domini, sic in discordia locus Diaboli fieri manifestum est. ¶ Tertio sic. Omne illud, ex quo multa mala oriuntur, videtur esse peccatum mortale, sed discordia est huiusmodi. dicit. n. Hironymus super illud Matt. 10. (Hieronym.) Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur. Quomodo concordia paruæ res crescunt, sic discordia maxime dilabuntur. Pro declaratione quæstionis, quæ habet plures partes est notandū iuxta S. Tho. in. 2. 2. (S. Thom. 2. 2. q. 183. ar. 2. co. 9.) Quod discordia concordiæ opponitur. Concordia autem ex charitate causatur, inquātum. s. caritas multorum corda cōiungit ad aliquid vnum, quod principaliter quidem est bonū diuinum, secūdario autem bonū proximi. Discordia autem ea rōne est peccatum, inquantū huiusmodi concordiæ contrariatur. Sed sciendum 2 ꝙ hæc concordia per discordiam tollitur dupliciter. Vno quidem modo per se. Alio modo per accidens. Per se quidem in humanis actibus, & motibus dicitur esse id, quod est ſm intentionem, vnde per se discordat aliquis cum proximo, qñ scienter, & ex intentione dissentit à bono diuino, aut à proximi bono, in quo debet consentire, & hoc est peccatū mortale ex genere suo propter contrarietatem ad charitatem, (Aliā proximo.) licet primi motus discordiæ huiusmodi propter imperfectionem actus sunt peccata venialia. Per accidens aūt in humanis actibus cōsideratur ex hoc: ꝙ aliquid est præter intentionē. Vnde cum intentio aliquorū est ad aliquod bonum, ꝙ pertinet ad honorem dei, vel ad vtilitatē proximi. sed vnus existimat hoc esse bonū alius aūt habet contrariā opinionem. 3 Discordia autem tunc est per accidens circa bonum diuinū, vel proximi. Et talis discordia non est peccatū, nec repugnat charitati, nisi discordia sit vel cū errore circa ea, quæ sunt de necessitate salutis, vel pertinacia indebite adhibeatur. Tū etiam, quia cōcordia, quæ est charitatis effectus, est vnio voluntatū non vnio opinionum. Ex quo patet, ꝙ discordia qñq; est ex peccato vnius tm, puta cū vnus vult bonum, cui alius scienter resistit. Quandoq; est cū peccato vtriusq;, puta cum vterq; dissentit à bono alterius, & vterq; diligit bonū propriū. (Ad primū argu.) ¶ Ad rōnes in oppositū dicendum est. Ad primā respondetur, quod hic agitur de discordia, quæ opponitur concordiæ, quæ ex charitate causatur, & ista est bonorū in bono, & bona est, non aūt de ea, quæ opponitur concordiæ Impiorum in malo: vnde rō non procedit. (Ad secundū S. Thom.) ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequētiā. Et rō est iuxta S. Tho. quia licet volūtas vnius hoīs ſm se cōsiderata, non est regula voluntatis alterius, sed inquātū voluntas proximi inhęret voluntati Dei. fit per consequens, regula regulata ſm propriam regulā. Et ideo discordare à tali voluntate est peccatū, quia per hoc discordatur à regula. (Ad tertium) ¶ Ad tertiā respondetur, ꝙ discordia, quę fuit inter Paulū, & Barnabā fuit per accidens, & non per se, vterq;. n. intēdebat bonū, sed vni videbatur hoc esse bonū, alij aliud, quod ad defectum humanū pertinebat. Non. n. erat talis controuersia in his, quę erant de necessitate salutis, quamuis hoc ipsum fuerit ex diuina prouidentia ordinatum propter vtilitatem inde cōsequentē. (Ad quartum) ¶ Ad quartā respōdetur: ꝙ seminare discordiam

diā. per quam tollitur est bona concordia quam charitas facit, hoc esset grauel p eccatum ſm illud prouerbiorum: 6.Sex sunt,quæ odit dominus,& septimū detestatur anima eius.Et hoc septimum ponit eum,qui seminat inter fratres discordiā:sed inducere discordiam,per quam tollitur mala concordia,s.in mala voluntate,hoc est laudabile. Et hoc modo laudabile fuit,quod Paulus dissensionē posuit inter eos, qui erant concordes in malo.Nā dominus de se dicit.Matth. 10.Non veni pacem mittere,sed gladium.Et hæc de ista quęstione festinanter dicta sint.



Iscordantes. Sequitur primum capitulum ad probandum ꝙ Magister intendit,& est capitulū Carrhaginē. quarti Concilij, ꝙ in duas partes diuiditur. In prima statuit,vt Episcopus discordātes clericos ratione,vel potestate trahat ad concordiam.In secunda obedientes iubet puniri.2.ibi: Inobedientes.Lege tex.¶[Rōne.].i.rationabili ꝑsuasione.cōuinctione extra iudicium [potestate].i.potestatiua coertione ad cōcordiam trahat.Exigit plane Episcopale officium discordantes ad concordiam trahere,quod ex multis colligitur. Tum primo.quoniam gubernator ciuitatis ciues debet ad pacem concordiæ maxime inducere:ne ex dissidio ciuiū ciuitas depopuletur,& destruatur:qm̄,vt dicitur Matt. 12. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Pace quoque existente in ciuitate,non est opus iustitia punitiua:quia tūc nulli ab alio,si fuerit concors amicitia, nocumentum infertur, vt docet Philosophus.8.Ethicorum.Et si hoc debet facere temporalis Rector ciuitatis longe magis concordiam & pacē tenetur inter suos procurare Episcopus Rector spiritualis,qui tenet locum Christi,qui est pax nostra, faciens vtraque vnum.Ad Ephe.2.Qui pacificauit ꝑ sanguinē suum,& quæ in cœlis,& quæ in terris.Col.1.Qui in Apostolis Episcopis dixit.Io.14.Pacem relinquo vobis, pacē meā do vobis.Tum secundo:quia dominus ꝓcepit Apostolis Matt.10 vt,cū intrarēt domū,dicerēt.Pax huic domui,sup quo dicit glo.Pacē hospiti precamini,vt sopiatur oīs ręugnātia cōtra veritatē.Et vt dicit Nicolaus de lyra. Prædicator verbi Dei debet habitātibus domū,quā ingreditur,pacem optare, per ꝙ satis designatur,ꝙ,cū quis ordinatur Episcopus in domo Ecclesiæ recognoscat se domini pręcepto obligatū, vt verbo,& opere faciat,ꝙ pax sit in domo Ecclesiæ. Tum tertio quia Episcopus debet operam dare,vt agat,quæ Deo placita sunt & vitare,quæ nouerit displicere ei. Vnde Ecclesiasti. 25.In tribus beneplacitū est spiritui meo,quæ sunt probata coram Deo,& hominibus.Concordia fratrum:Amor proximorū. Vir, & mulier bene sibi cōsentiens. Inter cætera etiā quæ odit deus,est,qui inter fratres seminat discordias.Prouerbiorum.6:Debet ergo ad hoc Episcopus super intendere,vt subditi nō sint discordantes,quantum potest, & ratione exhortando,& suadendo,& potestate coercendo.[inobedientes].2.Pars.Inobedientes. s. sententiæ Episcopi [per].i. post.Hu.& Archi.[audiētiam].i.probationem.i. causa ꝓbara,ante nō licet.2.q.1.c.1.& 2.secūdū Hu.Synodus.[dānet] id,est dānatos ostendat,seu damnationem eorum iustam ,& ratam habeat.Hu.Et quod dicit.Synodus potest,etiam pauciores possunt damnare clericos inferiores,ſm Lau. Archi.

Diuisio

Exponit literam.

Nicolaus de Lira.

1 *Oblationes fratrum dissidentium, an sint semper refutandæ ab Ecclesia.*
2 *Oblationum duplex est genus.*
3 *Sacrarium, quid dicatur.*
4 *Gazophilacium, quid dicatur.*



Blationes. Ad idem subiungitur hoc.c. ex eodem Concilio.Et diuiditur in duas partes. In prima statuitur, ꝙ fratrum dissidentium oblationes non recipiātur. In secunda hoc idem statuitur de opprimentibus pauperes.2.pars.ibi.Similiter.¶Pro intellectu huius literæ Quæritur.Vtrum hoc sit ita obseruandū
1 † ꝙ oēs talium fratrum dissidentium oblationes sunt refutandæ ab Ecclesia.Ad hoc respondet iuxta gl.& Hu.& Arc.
2 ꝙ non.Pro quo no. † Quod duplex ad ꝑsens est genus oblationum.Quædam enim sunt oblationes necessariæ, & quæ iure,& præcepto Dei ministris Ecclesiæ debētur,sicut sunt Decimæ,& primitiæ,vt patet Numeri.18.& tales oblationes discordātiū nō refutat Ecclesia:quia sunt bona Ecclesiæ quæ discordantes non dant;sed restituūt Ecclesiæ sua. Vnde compellit Ecclesia omnes soluere, cū tributa sunt pauperū vt 16.q.j.Decimæ.Aliæ sunt oblationes voluntariæ,de quib. Amos.4.Vocate oblationes voluntarias,quas scriptura sacra vocat spōtaneas.Numeri.29.& Deutero.16. De istis oblationibus loquitur,c.istud.Lege.¶[Hæc in sacrario.]
3 † Locus est iuxta altare,vbi ipse Sacerdos proprijs manibus accipit oblationes,vel ipsi offerentes ponunt eas super altare, vel ad Pedem altaris.Hu.[Nec Gazophylacio.]
a 4 † Gazophylaciū a erat archa in tēplo,in qua pecunia oblata offerebatur.Et dicitur a gaza, quod est thesaurus,& φυλάσσειν quod ē seruare:qa in ea oblata seruabātur. De quo habetur Nee. 10. & Lu.21. Voluit ergo dictre,ꝙ nec ibi, nec ibi recipiantur eorū oblationes volūtariæ,quæ proprio motu,quasi ob redemptionē peccatorum fieri solēt. Et hoc obseruandum est in excommunicatis,& eorum famulis,& hæreticis,& Iudæis,& Paganis,& catholicis in malicia sua pertinaciter perseuerātibus, scilicet,vt ab eis voluntarię oblationes nō recipiantur,quod statutū est in odiū eorū,& ne nimiā fiduciā habētes in Eleemosynis,& oblationibus suis impune se delinquere credāt. Nō enim multa cōferentibus:sed multum penitentibus venia datur,vt.24.q.1.audi.Et vt confusi,sic erubescant, & corrigantur,vt.12.q.2.de viro.&.33.q.2.latorē.secūdū Hu [Similiter.].2.pars.[dona.]Si intelligatur de eis,quæ per rapinā & violentiā auferuntur a pauperibus, planum est quoniam talia non sunt ipsorum raptorum,inde eleemosinas,vel oblationes facere non possunt, vt.1.q.1.non est putanda. vnde merito dona talium qui pauperes opprimunt, refutantur. Tum primo in eorum ruborem,vt refutatis eorū donis,cōfusi resipiscant a pauperum oppressione. Tum secundo in pauperum satisfactionē:ne oppressores donent,q̄ debent restitui pauperibus,damna passis.Tum tertio in peccati detestationē,vt ꝑ hoc damnanda appareat culpa oppressionis: quia oppressorum oblatio in Ecclesia refutatur. Si vero loquatur litera de consulibus,aut huiusmodi potestatibus, & de dominis,qui nimis grauant subditos exactionibus, dico ꝙ de talibus eleemosynas,& oblationes facere possunt: qa eorum efficiuntur,sed in odium eorum oblationes eorum nō recipiunrur,ex quo Canonici nolunt cessare secundum Hu.Et tangitur huiusmodi opinio in glo. Vel forte dona vocat Encænia,quæ non dantur propria manu, sed mittuntur, quæ a talibus prædictis non sunt recipienda prędictis de causis.¶Sed hic surgit quæstio.quæ mouetur in gl. An ista inhibitio de non suscipiendis oblationibus sit communis in omni crimine.Et est opinio. Hug. ꝙ sic in crimine,in quo quis pertinaciter consistit.opinio Io.videtur esse, quod nō. vnde ait.Dic melius. Quod cum hęc pœna sit non debet extendi,nisi quatenus reperitur. Nam specialiter de quibusdam personis reperitur prohibitum,vt hic, & de Sacrilego; & de eo qui extrahit seruum ad Ecclesiam fugientem &c. De quibus exēplificat. Ista opinio videtur nobis rōnabilior.

Diuisio.

Quæstio.

Respōdet

Exponit literam.

a ¶Gazophilacium. Quid sit gazophylacium, vide Abb.in.c.1. ad probatio post gl.

Quæstio. Respondet

3 *Baptismus sanguinis culpam abluit originalem. Non tamen actualem mortalem.nu.4.*



Eque ad Cain. Ad idem inducit hoc.c. Cypriani, & est.c. bene ꝓgnās. Et potest diuidi in multas conclusiones. In prima ponit,ꝙ eius munera non possunt esse accepta Deo,qui pacem non habet cum proximo.In secunda ponit,ꝙ nec pacem habent,nec sacrificia offerūt Deo accepta, qui sunt ęmuli Sacerdotum.In tertia quod tales dissidentes nec habent Chr̄m in se,nec per nexum charitatis sunt in Ecclesia,sed extra.In quarta,quod tales etiam manentes in discordia fraterna,si occidantur in confessione nominis christi,non abluuntur ab ista macula.In quinta quod inexpugnabilis est culpa discordiæ,nec passione purgatur.Pro pleniori intellectu huius.c.quæruntur duo.

Diuisio.

1 ¶Primum est, vtrum oblationes non habentium pacem cū proximo sunt Deo acceptę.

2 ¶Secundum est.vtrum quis potest subire martyrium pro christi nomine sine charitate.

1 Ad primum. sic proceditur.†Et videtur,quod oblationes etiam non habentium pacē cum proximo sint Deo acceptę.Primo sic.Oblatio corporis Christi,quæ est potissima oblationum, a quocunque offeratur,siue bene,siue male.est accepta Deo.Nā Augustinus li.de corpo-

Primū ar.


li. de corpore Christi ait. Quod in ministerio corporis, & sanguinis Christi nihil à bono maius, nihil à malo minus pficitur, &c. ¶ Secundo sic. Nihil remuneratur à Deo, nisi sit ei acceptum, sed oblationes etiã nõ habentiũ pacem cũ proximo remunerãtur à Deo: ergo sunt acceptæ à Deo. Maior videtur manifesta. Minor probatur, quia sicut se habet pęna ad actũ, ita se habet præmiũ ad bonũ, sed nullũ malũ factum apud deũ iustũ Iudicẽ est impunitum, ergo nec aliquod bonũ irremuneratũ. Cũ ergo tales operationes sint bonæ, aliquid merẽtur apud Deũ. Et ita erũt acceptæ. ¶ Tertio sic. Decimæ & Primitiæ solutæ deo ab his etiã, qui sunt in odio fraterno, vidẽtur Deo acceptę, qm̃ cum soluerint, non tenentur iterato reddere. Ergo videtur, ꝙ similiter dicendũ est de alijs oblationibus, maxime si fuerint iniunctæ in satisfactionem aliquã. ¶ In oppositũ arguitur ex textu psentis. c. ¶ Respõdeo, dicẽdũ, ꝙ taliũ habẽtiũ odiũ fraternũ discordãtium cũ pximis suis oblationes nõ sũt acceptę apud Deũ, quo ad vitã æternã. Ista conclusio patet primo ex illo Apostoli. 1. ad Corin. 13. Si distribuero in cibos pauperum oẽs facultates meas, charitatẽ autẽ non habeã, nihil mihi prodest, quãtum ad meritũ vitę æternæ, quæ solis diligẽtibus repromittitur. ¶ Secũdo Mat. 5. Si offers munus tuũ ad altare & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tũc veniens offerẽs munus tuũ; vbi dicit glo. quædam. Prius charitatẽ proximo exsoluat, qui munus suũ Deo placere exoptat. Item alia gl. Si quicquã mali in aĩo cõtra pximũ habemus. Deo placite, vel placate offerre non possumus. Verũ illud, quod dicitur. Vade prius recõciliari, &c. Potest intelligi dupliciter, vt dicit Magister Nicolaus de Lyra. Vno modo pedibus corporis, & hoc debet fieri, si cõmode posset habere ipsius fratris offensi psentia, si aũt nõ sufficit ad eũ ire pedibus mẽtis. ꝙ fit qñ habet propositũ satisfaciendi loco, & tẽpore cõpetenti. Et hoc mõ vtitur Ecclesia Romana, quę reũ cõfitentẽ absoluit, & sibi satisfactionẽ læso fiẽdã imponit. ¶ Tertio patet prædicta conclusio auto. beati. Gre. in Pastorali. dicent. Oẽs aũt, qui per discordiã separãtur a viriditate dilectionis arescũt, qui & si boni operis fructus in suis actionibus proferunt profecto nulli sunt, quia nõ ex vnitate charitatis oriũtur. Itẽ idẽ nouerint dissidentes, quod tandiu nullũ boni operis sacrificiũ Deo immolant quandiu à proximorũ charitate discordant. ¶ His habitis, dicendũ est ad rationes in oppositũ. Ad primam respondetur, ꝙ de obligatione, quę fit in missa possumus loqui dupliciter. Aut quãtum ad id, ꝙ essentiale in ea. s. corpus Christi, & sic a quocũque offeratur bona est, qa opus operatũ æqualiter bonũ est, & virtuosum. ¶ Secũdo cõsideratur, quantũ ad id, ꝙ est annexũ sacramento, quasi secundariũ, quæ sunt petitiones, orationes, obsecrationes, & quantũ ad ista oblatio illa facta ab eo, qui extra charitatẽ est, nõ est Deo accepta, vnde quãtum ad hoc cõmuniter dicitur, ꝙ melior est missa boni Sacerdotis, q̃ mali. ¶ Ad secundã respõdetur, ꝙ oblationes nõ habẽtiũ pacẽ cũ pximo nõ sunt acceptæ. Deo, quantũ ad meritũ vitæ æternę. De qua acceptatione nos loquimur hic, nec quo ad bonorũ tẽporaliũ cõsecutionẽ sunt acceptæ merito cõdigni, licet põt dici, ꝙ bene merito cõgrui, qđ dr̃ tñ minus ppriе meritũ, de quo procedit rõ facta. ¶ Ad tertiã põt dici, ꝙ Decimæ debẽtur Deo, & eius ministris, vnde cũ quis soluit eas in mortali, satisfacit ministris, sed nõ Deo, cui nihil factũ placet extra charitatẽ. Et ideo non tenetur Deo iterũ reddere, sed tñ satisfacere. Deo reddẽdo ei in charitate aliquẽ ęqualẽ honorem. Similiter cũ alicui iniunguntur aliquę eleemosynæ, & reddit eas in mortali, si determinatũ fuit in iunctione, cui daret eleemosynas, si ei dedit, iterato nõ tenetur dare, licet reddiderit in mortali. Similiter si non fuerit determinatũ, sed ad aliam aliqualẽ satisfactionem tenetur. Deo secundum arbitrium præpositi Ecclesiæ, vt dicit magister Alexander de Halis in quarto.

2 **Ad secundum.** Sic pcedit. † Et videt, ꝙ nullus possit absq; charitate subire martyriũ pro Christi noĩe. dr̃. n. Io. 15. Maiorẽ charitatẽ nemo habet, q̃ aĩam suã ponat quis pro amicis suis. ¶ In oppositũ est tex. psentis. c. ¶ Respõsio dicendũ, ꝙ quis põt absq; charitatẽ subire martyriũ p Christi noĩe. Ista cõclusio est Apostoli Pauli. 1. ad Corin. 13. dicentis. Si tradidero corpus meũ, ita vt ardeã. i. ad cõburẽdũ, qđ est acerbissimũ tormẽtũ: vt Laurentius fecit, charitatẽ aũt nõ habeã, nihil mihi prodest ad meritũ. s. vitæ æternæ, pro cuius cõclusionis declaratione. Est notandũ cũ S. Tho. in quolibeto quarto, qđ in operibus virtutũ duo sunt attẽdenda. s. id qđ fit, & modus faciendi, cõtingit aũt idẽ factũ qđ fit ẜm aliq̃ pfectã vnitatẽ, fieri etiã nõ solũ ab habẽte virtutẽ, sicut aliquis nõ habẽs iustitiã, põt facere aliqđ opus iustũ. Sed si attẽdamus ad modũ faciẽdi, ille, q nõ habet virtutem, non põt operari sicut ille, qui habet, nec ille, q habet paruã, sicut ille q habet magnã, q operat faciliter & prõpte, & delectabiliter, qđ nõ ita facit, q caret virtute, vel qui paruã habet. ẜm hoc ergo patet, qđ opus, qđ est se offerre martyrio, vel etiã martyriũ sufferre põt facere nõ solũ charitas perfecta, sed etiã impfecta. Et, quod plus est, etiã ille, q caret charitate ẜm illud Apostoli supra inductũ. 1. ad Cor. 13. Sed charitas perfecta hoc facit prõpte, & delectabiliter, sicut patet ex Laurẽtio, & Vincẽtio, qui in tormẽtis hilaritatẽ ostẽderũt, hoc aũt nec põt facere charitas impfecta, vel etiã ille, q charitate caret. Et per hoc patet respõsio ad rõnẽ factã in oppositũ. Lege tex. ¶ [Neq;] Inducit Cyprianus verba scripta Gen. 4. & rõnem assignans, quare nec ad Cain, nec ad munera eius respexit Dominus dicit [qa nõ poterat, &c.] Quia, vt dicit Aug. in libris de verbis domini, nõ põt habere concordiã cũ Christo: q discors voluerit esse cũ christiano: nec potest caput habere placatum: qui eius mẽbra nõ amat. Non põt patrẽ habere placatũ: qui etiã eius filiis pacem nõ habet. Nõ põt deũ habere placatũ, qui eius legẽ de dilectione proximi nõ obseruet. Præterea. Qũo inquit beatus Io. 1. Ioan. 4. põt Deũ diligere; quẽ nõ videt; q fratẽ suũ; quẽ videt; nõ diligit. q. d. nequaquã; vbi aũt nõ est charitas; nec pax; qa fructus spiritus sancti sunt. Charitas: gaudium: pax. Gal. 5. [sed zeli]. i. inuidię [discordiã. q̃ igitur.] Elicit, quasi corollarie ẜam conclusionẽ, qđ fatue sibi pmittũt; siue suggerũt habere pacẽ cũ Deo, & sua sacrificia sibi accepta [qui ęmuli sunt] id est. inimici. [Sacerdotũ. Secũ esse.] Tertia cõclusio, quod fatue opinanẽ secũ esse Christũ, cũ collecti fuerint in vnũ, decepti illo verbo Mat. 18. Vbi duo, vel tres congregati fuerint in noĩe meo, in medio eorũ sum. Hi q extra Ecclesiã colligũtur, cuiusmodi sunt, qui extra pacẽ, & charitatẽ Ecclesiæ sunt, q in irã, & psecutionẽ fratris colligũt, vt filij Iacob cõtra Ioseph fratrẽ suũ, & vt Iudæi cõtra Christũ. Vñ tales nõ sunt cõgregati in noĩe Christi, q est pax nostra, qa vt dicit Chrysostomus iuxta prophetã. In pace factus est locus eius: sed cõgregati sunt in nomine Diaboli satoris zizaniæ, discordiæ Mat. 13. Vnde, qa nõ est cõuentio Christi, & Belial. scda Corin. 6. Christus salus nostra nõ est in cõuẽtu istorũ: sed lõge est ab his, qa lõge est à peccatoribus salus. Vtinã multi, q in Basiliẽsi cõgregatione fuerũt cõtra Christũ deũ. i. Eugeniũ cũ tãto scãdalo vniuersæ Ecclesię attẽdissent hoc. c. & põderassent, & intellexissent, qd erat cõgregari in noĩe Christi, vel ĩ noĩe Diaboli. [Tales etiã occisi in cõfessiõe] Quarta cõlusio, ꝙ q sine charitate in cõfessione nominis Christi occidit, nõ saluatur,

3 sed talem discordiæ culpa in forum deijcit [nec sanguinẽ] † Baptismus qdẽ sanguinis culpã abluit originalẽ, vt patuit in innocẽtibus pro Christo occisis, q sine macula sunt ante thronũ Dei. Apoca. 14. † Sed Baptismus sanguinis culpã nõ abluit

4 actualẽ mortalẽ, q̃ tolli debet: q̃ in adultis nõ tollit sine pœnitẽtia. [Inexpiabilis est]. i. de difficili expiat peccatũ, inquãtũ discordia tollit directe charitatẽ, p quã fit remissio peccatorũ nihilominus apud misericordiam Dei (q̃ pstabilis est super omni malitia nostra) omni peccant per pœnitentiam venia promittitur. de pæ. dis. 1. quod aũt omni peccanti. Vbi multa copiose disputauimus de ista materia. Ibi vide. Vel dicitur inexpiabilis, vt dicit gl. post mortẽ: quoniã de nemine, qui est in via, vt dicit Aug. est desperandum. & de pæ. di. 7. nemo.


1 *Murmuratio an sit peccatum.*


Alienus. Ad idẽ sequitur hoc. cap. ex. 8. synodo vbi inquit, ꝙ murmurãs a fratrũ vnitate sit alienus. Et diuidit in duas partes. In prima statuit, qđ dictũ est. In secunda pęnã murmurantis cõmittit arbitrio superiorum Secunda ibi. Iuxta mẽsurã vtiq;. ¶ Pro psentis. c. pleniori intelligentia. Quæritur. † Vtrũ murmuratio sit pec catũ. Ad qđ respõdet, quod sic. Ista cõclusio patet. Tum primo ex. c. præsenti: qm̃ nullus fit ab vnitate fratrũ alienus, nisi p peccatum mortale. Tũ patet scdo ex illo sapiẽtiæ primo Custodite vos à murmuratione, quæ nihil pdest, imo plurimorũ obest. Est hic notãdum, quod murmuratio qñq; est cõtra dicta, vel facta maiorum, qñq; est cõtra proximũ suũ, siue fratrem. Prima est graue peccatum, qa talis murmuratio reputatur

Margin notes: Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit & Respondet. — Nicolaus de Lira. — Gregorius — Ad primum argu. — Ad secundũ — Ad tertium — Primũ ar. — Opponit & respondet. — S. Thom. quolib. 4. ar. 19. — Exponit literam. — August. De verb. domini. Tract. 32. Tom. 9. — Chryso. — Cõtra cõcilium Basiliẽ. — Diuisio. — Quæstio.

putať esse cõtra deũ.cũ.n.potestas sit a Deo.& sic. Qui resistit potestati,dei ordinationi resistit.ẜm Apost.ad Rom.13. Ita,q murmurat cõtra potestatẽ,ↄtra deũ dicit murmurasse. Greg. Nã,vt inqt Gregorius:q cõtra suprapositã sibi potestatem murmurat,liquet,ꝙ eũ redarguit, q eãdẽ potestatẽ homini dedit. Et ideo dicebat Moyses Exo.16.nõ.n.murmurati sũt contra nos.sed cõtra deũ.Itẽ magnitudo huius peccati satis õndit ex eo,ꝙ filios Israel trãseũtes ꝑ desertũ excludit a terra ꝓmissionis,licet fuerit eis ꝓmissa multoties. Nume.14. Oẽs q murmurastis cõtra me nõ intrabitis in terrã, supra q̃ leuaui manũ meã,vt habitare vos facerẽ. Sic etiã nũc excludit a Regno cęlorũ. Greg. Vnde Greg.Regnũ cælorũ nullus,q murmurat,accipit.¶ Secũdo murmuratio,quẽ est cõtra ꝓximũ suũ fratrẽ suũ,cũ ex odio oriaẽ ꝙ quem murmuraẽ sicut odiũ est peccatũ.Et ideo Apostulus ad Philip.2.inqt.Oĩa facite sine murmurationibus. Bernardus. Et hoc rõnabiliter.qm̃,vt inqt Bernardus in quodã sermone.Nihil sic horrẽdũ est,vt murmur, & dissentio in cõgregatione.Et tãtũ de hac qõne.Lege. Exponit literam. ¶ [Alienus sit a fratrũ vnitate] Qui.n.se separat ab vnitate charitatis nõ debet esse cõsors fraternę vnitatis.Sic Maria soror Moysi separatur,& eijciẽ extra castra qa murmurauit cõtra Moysem.Nume.12.[Murmurat] Iniuste sine cã ẜm Hu. & Arc. [Et opus] Idest oratio ei⁹,si clericus est,orare.36.d.c.vlt.Vel opus.i.oblatio,si laicus est.s.e.oblationes.2.&.c.neq; gl.q,vt Arc. Apostolus.1.ad Corin.10.[Murmurauerũt] murmurauit populus cõtra Moysem Exo.15.16.&.17.& Nume.16. [Ab exterminatore].i.ab Angelo,q extra terminos terræ. eos ꝑcussit.Illi.n.murmurãtes,nolẽtes terrã ꝓmissionis ingredi,sed reuerti in Aegyptũ ꝑcussi,& mortui sunt in desertũ,vt patet Nume.14. Quorum exterminium fecit domin⁹ ministerio Angeli ꝑcutiẽtis.[iuxta mẽsurã] Secũda pars.Iuxta mẽsurã,vt ẜm qualitatẽ culpæ sit q̃titas pœnæ. Deutero. 25.ꝓ mẽsura peccati erit plagarũ modus. Et Apocalyp. 18 Quãtũ glorificauit se,& in delicijs fuit tm̃ date ei tormẽtũ.

2 *Contrarietas locutionis potest dupliciter attendi.*



SI quis Monachus. Ad idẽ sequiẽ hoc c.eiusdẽ Concilij, vbi statuiẽ cõtra cotẽtiosos,rixosos, cõtumeliosos.vt tales veniant corripiẽdi,& puniendi iuxta mensuram peccati. Pro pleniori huius intelligentia quærũtur tria secundum tria quę tangit.

1 ¶ Primum est.Vtrum contentio sit peccatum mortale.
3 ¶ Secundum est.Vtrum rixa semper sit peccatum.
4 ¶ Tertiũ est.Vtrũ cõuiciũ,siue cõtumelia sit pctm̃ mortale.
5 ¶ Quartum de cõuicij,cõtumeliæ & improperij differẽtia.

primum ar. 1 **Ad primum** Sic ꝓceditur. † Et videtur,quod cõtẽtio nõ sit peccatũ mortale. Primo sic.Iob videẽ cũ Deo cõtẽdisse ẜm illud Iob.39.Nunquid,q cõtẽdit cũ Deo tã facile cõquiescit,& tñ nõ est dicendum ꝙ Iob peccauerit mortaliter,qa dominus.ĩ.eo. de eo loquens ait.Nõ estis rectũ locuti corã me sicut seruus meus Iob. ergo cõtẽtio nõ semꝑ peccatum mortale. Scd'm ar. ¶ Secundo sic.1.ad Corin.11.dicitur.Oportet hæreses esse,vt,qui probati sunt, manifesti fiant,sed hæreses esse est contentiones esse.ergo bonum est eas esse.Et ita nõ semꝑ est peccatum. Tertiũ ar. ¶ Tertio sic. de apostolis legiẽ Lucę.22.Quod facta est contẽtio inter discipulos Iesu,quis eorũ esset maior,sed nõ est dicẽdũ, ꝙ in illis fuerit peccatũ mortale,ergo,&c. Quartum contrariũ. ¶ Quarto sic.Cõtingit, quod aliq̃ in iudicio,vel disputatione cõtẽdũt, nõ aliquo animo malignãdi:sed potius intẽdẽtes ad bonũ,sicut illi,q contra hæreticos cõtẽdũt. vnde sup illud primi Reg.4.Accidit quadã die.&c.Dicit glo. Catholici cõtra hæreticos cõtẽtiones cõmouerent vbi prius ad certamẽ cõuocãtur,ergo videtur,quòd cõtentio nõ sit peccatũ mortale. Quintũ ar ¶ Quinto.si cõtẽtio esset peccatum,sequeretur, quod Dialectica secundum se esset mala,quia ẜm se habet viã ad vtrãq; partem contradictionis,quod nõ põt sine cõtẽtione. Opponit in contrarium ¶ In oppositũ videtur esse tex.ꝑsentis.c.in quo ꝑcipiunẽ puniri curatores cõtẽtionũ,quod nõ esset,nisi cõtẽtio esset peccatũ mortale. Pretere a Apostolus dicit secũda ad Timo.2. Noli verbis contendere. Respõdet. ¶ Respõdeo dicẽdũ,quòd cõtẽtio quãdoq; est peccatũ mortale,quãdoq; veniale, aliq̃ñ neutrum, sed est laudabilis, S. Thom. e 2.2.q.38. ar.1. Pro cuius cõclusionis declaratione. Est notandum iuxta.S. Th.in ẜa secundę,quod cõtẽdere est cõtra aliquẽ dissentire, vnde sicut discordia cõtrarietatẽ aliq̃ importat in voluntate
2 ita contentio contrarietatem quandam in locutione. † Contrarietas autem locutionis potest attẽdi dupliciter. Vno modo,quantum ad intentionem cõtendentis,Alio modo,quãtum ad modum.In intentione quidem considerandum est: vtrum aliquis contrariatur veritati,& hoc est vituperabile. vel falsitati quod est laudabile.In modo autem cõsyderãdu est,vtrum talis modus contrariandi,& personis,& negotijs qui hoc est laudabile,vnde & Tullius dicit.2. Rhetoricæ, quod contentio est Oratio acris ad confirmandum,& confutandum accommodata,vel excedat conuenientiam personarum,& negotiorum.Sic contentio est vituperabilis.vnde notanter Monachis loquitur hoc c.quia in illis vituperabilior est contentio secundum illud Ti.2.Et seruum Dei non oportet litigare.sed mansuetum esse ad omnes.Si ergo accipiatur contentio secundum quod importat impugnationem veritatis,& inordinatum modum,tunc est conclusio.Quod contentio est peccatum mortale.Et hoc modo diffinit Ambrosius contentionẽ dicẽs. Quod est impugnatio veritatis, cum confidentia clamoris.Ista conclusio patet ꝑ Aposto. ad Gala.5.vbi contentionẽ numerat inter opera carnis,quę,qui agunt,regnũ dei nõ possidebũt,vt ibidẽ dicitur.Omne autẽ quod exclũdit a Regno dei, & quod cõtrariatur ꝑcepto, est peccatum mortale.Si autẽ contentio dicatur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ,tunc est conclusio,Qđ contentio nõ est peccatũ sed est laudabilis.Si aũt accipiaẽ cõtẽtio ẜm ꝙ importat impugnationem falsitatis cum inordinato modo,tunc est cõclusio.ꝙ cõtentio poterit esse peccatum veniale,nisi forte tanta inordinatio fiat in contendendo quod ex hoc genereẽ scãdalũ aliorũ, vnde Apostul⁹.2.ad Ti. 2.cum dicit.Noli verbis cõtendere,subdit. Ad nihil non est vtile,nisi ad subuersionẽ fidelium. Concordat cum his magister Alexan.de Halis in secũdo,q dicit ita.Cõtentio fit causa malignitatis,vt,qui volunt iniuste vincere, vel aĩos simpliciũ subuertere.Talis est cõclusio sua,quod est peccatũ mortale.Et secũdũ hunc modũ ꝓhibetur ab Apostolo.secũda ad Ti.2.cũ ait.Noli cõtendere verbis,vbi dicit gl.Cõtẽtio nihil põt nisi subuertere audiẽtes,dum verbosus par,vel superior videtur esse catholico.Contentio minus stabilis sæpe generat scrupulũ,quia,quod est certum,venit eis in dubiũ vt exponit sanctus Tho.super Apostolum.& iob.6.dicitur in gl. quod in inquisitionibus huiusmodi non videntur velle charitatem assequi,sed victores videri. Dicit tamen quod hoc posset esse ex quadam leuitate in his,in quibus non est periculum,& tunc non diceretur peccatum mortale. Secundo contentio potest fieri causa necessitatis, & tunc secundum eum est conclusio.Quòd contentio non est peccatum.Probat per illud Prouerbiorum.3.Non contendas aduersus hominem frustra, vbi dicit glo. Nõ vocat contendere aduersus eum,qui malefecerit,non sit,quod certa necessitas agit. Tertio potest fieri contentio causa exercitationis.Tunc est conclusio,quod non est peccatum mortale.Et si propter modũ contingat esse veniale. Quarto potest fieri contentio causa eruditionis,tunc conclusio.Cõtentio sic non est peccatum. Patet per illud Prouer.29.Vir sapiens,si cum stulto contenderit,&c.Vbi dicit gl.Doctor fidelis,& sapiens, si cum infideli,& contumace contendat,siue tormenta reproborum,siue gaudia narrat bonorum frustra. ergo insensate laborat. Quinto põt contentio fieri ex titubatione quadã honoris,& gloriæ.Tunc conclu.quod est peccatum veniale.Et secundũ hoc videtur accipi illud Lucæ.22. Facta est contentio inter discipulos Iesu,quis eorum videretur esse maior.Sic ergo patet,quod contentio aliq̃ñ dicitur peccatũ mortale,aliq̃ñ veniale aliq̃ñ neutrum. Nunc dicẽdum est ad rõnes in oppositum. Ad primum argu. S. Thom. Ad primam respondetur iuxta sanct.Thom. quod contẽtio accipitur ibi communiter pro disputatione; dixerat.n. Iob.13.Ad omnipotentẽ loquar,& cũ deo disputare cupio. Non tamen intendens nec veritatem impugnare, sed exquirere,nec supra hanc inquisitionem exordinatione vel animi, vel vocis vti. Ad secundũ Alexander de halis. Haymo. ¶ Ad secundam respondetur iuxta magistrum Alexandrum de Halis.Quod dictum Apostoli.oportet esse hæreses,intelligendum est illo modo quo malum est occasio boni,non quod hæreses vel schismata sunt bonum, vnde dicit Haymo.Multam vtilitatem præstiterunt hæreses Ecclesiæ non per se,sed dum doctores Ecclesiæ excitauerunt,qui quasi dormierunt.Et ita per hoc non arguitur,quod contẽtiones per se non sunt male. Ad tertium ¶ Ad tertiam respondetur,quod inter discipulos Christi nõ fuit contẽtio cum intentione impugnãdi veritatẽ,quia vnusquisq; defendebat,quod sibi verum videbatur,& tamen in eorum intentione inordinatio, quia contendebant,de quo non erat contendendum,scilicet de primatu

de primatu honoris. Nondum enim erant spirituales, sicut, glibidem dicit. Vnde etiam dominus consequenter compescuit. ¶ Ad quartam respondetur iuxta. S. Tho. vbi supra quod secundum completam rationem prout est peccatum mortale. Ille in iudicio contendit, qui intendit impugnare veritatē doctrinæ, & secundū hoc catholici non contendūt cōtra hęreticos, sed potius econuerso. Si autem accipiatur cōtentio in iudicio, & disputatione ꝯm imperfectā rōnē. s. ꝯm ꝙ importat quandā acrimoniā locutionis, sic nō est peccatū mortale. Concordat magister Alexander de Ha is in secūdo dicēs, ꝙ nomen contentionis pōt large sumi, vt dicatur motus in contraria tēdētiū, & hoc pōt fieri in bono, siue in malo. Si bono, nō dicitur peccatū. Ex hoc mō contendunt, qui disputant exercitationis causa. Si vero fiat malo peccatū est in his quæ sunt ad fidē, vel ad mores. ¶ Ad quintā patet rñsio ex dictis. Vel pōt rñderi, negādo cōsequētiā. Et ad ꝓbationē dicimus, ꝙ Dialectica secundum se est disputatiua ad inquisitionem veritatis, & falsitatis, ꝙ est bonum. Quod autem aliquando interueniat contentio inordinata, hoc non est ex arte, sed vitio hominum.

Ad quartū S. Thom.

Alexander de halis.

Ad quintū.

3 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, quod Rixa non sit peccatum. Primo sic ex determinatis in pcedēti questione. Rixa videtur esse cōtētio quędā, dicit. n. Isidorus in li. Etymolo. ꝙ rixosus dictus est, quasi ratū non dicens. Semper enim ad contēdēdū paratus est, & iurgio delectatur, & ꝓuocat contendentē, sed cōtētio non est semper peccatū vt dictum est. ergo nec Rixa. ¶ In oppositum est te. pͤsentis. c. vbi amantes rixas pcipiuntur puniri. ¶ Rñdeo dicendū, ꝙ Rixa semper est peccatū. Ista conclusio ꝓbat multipliciter. Primo ex illo ad Gal. 5. vbi Rixæ ponuntur inter opera carnis, quæ qui agunt regnum dei non consequuntur. ergo rixæ non solū sunt peccata: sed etiā mortalia sunt peccata. ¶ Secundo probatur ex multis authoritatibus bibliæ. Primo ex illo prouerbiorum. 10. Odium suscitat rixas. Sed omne, quod oritur ex odio, peccatū est. ergo, &c. Itē dicitur ꝓuer. 18. Labia stulti immiscent se rixis: ergo manifestum est, ꝙ Rixa, cum sit opus stulti, sit peccatū, & sic de multis alijs. Verū pro pleniori declaratione huius qōnis est notandum cum. S. Tho. in secūda secūdę, ꝙ sicut cōtētio importat quādā cōtradictionē in factis: vnde sup illud Gal. 5. dicit gl. ꝙ rixæ sunt, qñ ex ira inuicē sese pcutiūt. Et ideo Rixa dicitur esse quoddam priuatum bellum quod inter priuatas personas agitur, nō ex aliqua publica authoritate, sed ex inordinata voluntate. Et ideo rixa semper importat peccatum. Et ideo in eo, qui alterum inuadit iniuste, est peccatū mortale. Inferre enim nocumētū proximo, etiā opere manuali, nō est absq; mortali peccato. In eo autem qui se defendit, potest esse sine peccato, & qñq; cū peccato veniali. Et qñq; etiā cum mortali ꝯm diuersum motū animi eius, & diuersum modū defendēdi se. Nā si solo animo repellēdi iniuriā illatā, & cum debita moderatione se defendat non est peccatū, nec ꝓprie pōt dici rixa ex parte eius. Si vero est cū animo vindictæ, vel odij, vel cū excessu debitæ moderationis se defendat semper est peccatū. sed veniale quidem, quando aliquis leuis motus odij, vel vindictę se immiscet, vel cū ratio multū excedat moderatā defensionem. Motale autē, quando affirmato animo in impugnantē assurgit ad eum occidendum, vel grauiter lædendum. ¶ His declaratis dicendum est ad rationes in principio. Ad primam respondetur, negando consequentiam. Et rō est qm̄ rixa non tantū nominat simplicē cōtentionē, sed aliquid plus, quod inordinationē dicit. Vnde tria in premissis verbis Isidori ponuntur, quæ inordinationē Rixę declarant. Primo quidē promptitudinem animi ad contradicendū parati. s. siue alius bene, siue male dicat, aut faciat. Secūdo, qui in ipsa cōtradictione delectaꝰ: vnde sequitur. [Et in iurgio delectatur.] Tertio, qa ipse alios ꝓuocat ad cōtradictiones, vñ sequit, ꝙ ꝓuocat contendentē. ¶ Ad ꝯm respondetur, ꝙ licet non omne bellum sit peccatum. tamē, ꝙ dicitur Rixa est peccatum, quod patet, quia ad hoc, ꝙ iustū sit bellum requiritur ꝙ fiat authoritate publicæ potestatis. Rixa aūt fit ex priuato affectu iræ, vel odij. Si. n. ministri principis, aut Iudicis publica potestate aliquos inuadunt, qui se defendant, non dicuntur ipsi rixari, sed illi, qui publicæ potestati resistunt. Et sic illi, qui inuadunt non rixantur, nec peccant, sed illi, qui se inordinate defendunt, vt dicit sanctus. Tho.

primum ar. Isidorus.

Opponit & Respondet.

S. Thom. 2. 2. q. 41. ar. 1.

Ad primum argu.

Ad secundū

4 **Ad tertium.** Sic procediꝛ. † Et videtur ꝙ Conuicium non sit peccatum mortale. Augustinus enim, & habetur. s. di. 25. §. Nunc autē. Enumerans peccata venialia, q̄ minima appellaꝛ, dicit. Si plus aūt ꝓximū aut vxorem, aut filium, aut seruū exasperauerit, quā oportet, sed exasperatio fit per conuicia, siue contumelias, ergo videtur, quod Conuitium non sit peccatum mortale. ¶ Secundo sic. Nullum peccatum mortale inuenitur in viris perfectis, q tamen conuicia, vel contumelias aliquando dicunt sicut patet de Apostolo, q Gala. vt in. 3. c. dicit. O insensati Galathæ. Et dñs dicit. Lucæ vlt. O stulti, & tardi ad credendum. ergo conuitium, siue contumelia non est peccatū mortale. ¶ Tertio sic. Quamuis id quod est peccatum veniale ex genere, possit fieri mortale. nō tamen peccatum quod ex genere suo est mortale potest fieri ueniale. Si ergo dicere cōuiciū, vel cōtumeliam esset peccatum mortale ex genere suo, sequeretur quod semper esset peccatum mortale, quod videtur falsum, vt patet in eo, qui leuiter, & ex surreptione, vel ex leui ira dicit aliquod verbum contumeliosum. Non ergo conuicium, vel contumelia ex genere suo est peccatum mortale. ¶ In oppositum videtur tex. præsentis. c. vbi dicens manifestum cōuicium fratri iubetur puniri, quod non esset, nisi conuicium esset peccatum mortale, aliquando veniale. Ista cōclusio quo ad primam partem, videlicet, quod sit aliquando mortale, ꝓbatur multipliciter. Primo sic. Nihil meretur pœnam inferni, nisi peccatum mortale sed conuiciū, vel contumelia meretur pęnā inferni, ꝯm illud Mat. 5. Qui dixerit fratri suo Fatue reus erit geennæ ignis. ergo conuiciū, & cōtumelia est peccatum mortale. ¶ Secundo sic dicit Chrysost. Conuiciator pacis, & amoris boni nocet, cōtumax inimicitias operatur, & Christi euellit mēbra, sed quod tale est, non est, nisi mortale. ergo cōuicium est mortale peccatum. ¶ Tertio. Patet hoc, quia cōuicians, aut dicit conuicium, quod est malū pęnæ aut malum culpæ. Si malum pœnæ (cum omne malū pœnæ sit a deo) ipse dicendo opprobrium homini, improbat hoc eius creatori, prouerbio. 17. Qui despicit pauperem exprobat factori eius. Sed malum culpę Diabolicum est gaudere de hoc si aliquis illud commiserit. Hinc dicitur Ecclesiasti. 8. Ne despicias hominem auertentem se a peccato, nec improperes ei. Sed, cum vtrunque istorum sit magnum malum, patet ꝙ conuicium sit mortale peccatum. ¶ Secunda pars conclusionis patet ex illo dicto Aug. supra inducto de. §. nūc aūt. d. 25. & videtur infra. ¶ Verum, pro declaratione huius qōnis & vt videri possit aperte, quando cōuiciū sit mortale, & qñ veniale, notādū est iuxta. S. Tho. in secunda secundæ quod verba inquantum sunt soni quidam nō sunt in nocumentū aliorū. sed inquātū significant aliquid, quæ quidem significatio ex interiori affectu procedit. Et ideo in peccatis verborum maxime considerandum videtur, ex quo affectu aliquis verba proferat. Cum ergo contumelia, seu conuicium de sui ratione importet quandam dehonorationem, si intētio pferentis ad hoc referatur, vt aliquis per verba, quę profert, honorem alterius auferat. hoc proprie, & per se est dicere conuicium, vel cōtumeliam. Et hoc est peccatū mortale nō minus q̄ furtum, vel rapina. Non. n. homo minus amat suum honorē, q̄ rē possessam. Si vero aliquis verbū cōuicij, vel cōtumeliæ alteri dixerit. non tamen animo dehonorādi, sed forte ꝓpter correctionē, vel ꝓpter aliquod huiusmodi. nō dicit cōuicium, vel contumeliam formaliter, & p se, sed p accidens, & materialiter, inquantū. s. dicitur id ꝙ potest cōuicium esse vel contumelia, vnde hoc pōt esse qñq; peccatū veniale, qñq; aūt absq; omni peccato. In quo tñ necessaria est discretio, vt moderate talibus verbis vtatur hō, quia posset esse ita graue cōuicium, ꝙ p incautelā prolatum auferret honorem eius, contra quē profertur, & tunc posset homo peccare mortaliter, etiam si nō intenderet dehonorationē alterius. sicut, si aliquis incaute alium ex ludo percutiens grauiter lædat, culpa non caret. Concordat Alexander de Halis in secūdo dicēs Conuicium pōt procedere ex impetu animi, & prouocatione iræ. Pōt etiam esse verbum non tantæ contumeliæ. vnde nascatur peccatū mortale. Et secundū hoc cōtumelia est veniale peccatū. vel in ipso, vel in altero. per se dicetur esse mortale peccatum. Si vero procedit ex ira cū deliberatione reposita, & est tantę contumeliæ verbū, vnde nascatur, vel sequaꝰ graue cōuiciū, est mortale peccatū, vnde Chrisostomus. Inimicitiæ tēpore ira accēsa, & aīa ardēte ꝙ minimū est magnū apparet. Et ꝙ nō valde iniuriosum est, onerosum esse videt. Occisionē enim perpetit, & charitates integras euertit, sicut enim amicitia existente, quę onerosa sunt, fiunt leuia, ita inimicitia subiacente, q̄ sunt parua, fiunt importabilia. Hæc ille. ¶ His dictis, dicēdū est ad rationes in oppositū. Ad primam patet

Primū ar. Augusti.

Secundū ar.

Tertiū ar.

Opponit in contrarium

Chrysos.

Respondet S. Thom. 2. 2. q. 72. ar. 2.

Alex de Halis.

Chrysos.


Ad primum argu.

patet responsio ex dictis. Concedimus.n.ꝙ qnque contumelia sit peccatum veniale. ¶ Ad secundam respondetur cōcedendo, ꝙ aliquando etiā nullum peccatum est, qm, vt inquit S.Th. sicut licitum est aliquem verberare, vel dānificare causa disciplinæ pōt aliquis alteri, quē debet corrigere, verbum aliquod conuiciosum dicere. Et hoc modo dñs discipulos vocauit stultos, & Apostolus Galatas insēsatos, tñ sicut dicit Aug. in li. de sermone domini in mōte. Et raro, & ex necessitate magna obiurgationes sunt adhibēdæ, in quibus non nobis, sed vt dño seruiatur, instemus. ¶ Ad tertiū rñdet negādo, ꝙ cōuiciū ex gñe suo sit peccatū mor le, sed cum dependeat ex aīo dicentis, vt dictum est, pōt cōtingere, ꝙ sit peccatum veniale, si sit leue, nō multū hoīem dehonestans, & proferatur ex aliqua hoīs leuitate aī, vel ex leui ira absq; firmo proposito aliquē dehonestādi, puta cū aliquis intendit aliquē per hmōi verba leuiter contristari.

Ad secundū San. Thom. — *August.* — *Ad tertiū*

5 **Ad quartum.** In quo quæritur.†quæ differentia sit inter conuicium, cōtumeliam, & improperium. Respōdetur, ꝙ, licet. qnque vnū pro alio sumatur, nihilominus ꝓprie loquendo, distinguūtur. Pro quo notandū iuxta S.Th. in 2.2. vbi.s. ꝙ cōuiciū, & improperium cōsistunt in verbis, sicut & cōtumelia, quia per oīa hmōi repræsentatur aliquis defectus alicuius in detrimentū honoris ipsius. Hmōi aūt defectus est triplex, s. defectus culpæ, qui repræsentatur per cōuiciū, quia cōuiciū consueuit dici nō solū aīæ, sed ēt corporis, vnde, si aliquis aliquē iniuriose dicat esse cæcum, cōuiciū quidē dicit, sed non cōtumeliā. Si quis aūt dicat alteri, ꝙ sit fur, non solum conuicium, sed ēt contumeliā infert. Qnque vero repræsentat aliquis alicui defectū minorationis, siue indigentiæ, qui etiā derogat honori cōsequenti quancunque excellētiā, & hoc fit per verbum improperij, qđ proprie est, quando aliquis iniuriose alteri ad memoriā reducit auxilium, quod cōtulit ei necessitatē patienti, vnde dr Eccl.20. Exigua dabit, & multa improperabit. Qnque tñ sicut diximus, vnū istorum pro alio ponitur. Le.tex. ¶ [Si quis monachus cōtentione] Quas vitare docet Apostol. ad Tim.3. dicens. Cōtentiones, & pugnas deuita. Et prouerb.20. honor est hoī separare se à contētionib. [rixas] Quod nō pertinet ad monachos, qui debent esse in quiete, & modestia, nō in ira. cū.n. litigare, vt dicit Seneca muliebre sit. Idē ribaldorū cōmorātiū in tabernis. prouer.23. Cui rixe &.ī. Nonne his qui morātur in vino, & student calicibus potādis. Item litigare demoniacum est Aug. Nihil est similius actibus demonū, q̄ litigare. Quā decens est ergo, ꝙ religiosi, qui debēt esse viri virtutum, & summe honestatis, & Angelis similes, ꝙ ipsi ad modum mulierum, imo ad modum demonum non ament rixas, & litigare erubescāt. Vnde prouerb.15. Vir iracundus prouocat rixas. Prouerb.18. Labia stulti immiscēt se rixis. hoc.n. non decet monachos, siue religiosos, quorū debet esse cor vnum, & aīa vna Act.4. quia eccl.22. scribitur. Qui cōuiciatur amico, dissoluit amicitiā. Et Eccl.6. Amicus est, qui rixas, & conuicia denudat [Manifestum] secus, si occultum, quia latentia peccata, &c. Vt 32.q.5. Christiana. [iuxta arbitrium.] Hmōi.n. penæ arbitrariæ sunt. Ar. de pœ. dis.1. mensurā. Hu. [rectoris].i. abbatis, prioris, vel præpositi, vt 12.q.1. non dicatis [tādiu, &c.].i. ꝯm qualitatē culpæ. s. vt si magna fuerit culpa, magna sit & pœna. Et si multo tpe steterit in peccato, multo tpe pœniteat. Sicut dr dē inducijs.3. q.2.c.1. alias nō est verum, cum sæpe tpe productior debet esse pœna, quā culpa, cum culpa sæpe per momentū duret.

Respōdet. — *S Thom. 2.2. q.72. ar.1. cor q.* — *Exponit literam.* — *Seneca.* — *Augusti.*



Dissidētes episcopos. Sequitur hoc c. ad idē sumptum ex quarto cōcilio Carthaginensi, vbi habetur, ꝙ episcopi dissidentes ad cōcordiam redire cogantur. Breue est, & planissimū. Turpe namque est, vt episcopi, qui alios discordantes ad pacem reducere habēt, vt in consequenti.c. habetur, ipsi inter se discordent, vnde merito per synodum tales cogendi sunt ad pacem.

1 *Dispensatio aliquando vtilis est & necessaria.*

Studendum. Ad idē propositum ex eodē concilio sequitur. Breue est. Leg. ¶ [Studēdum] Hoc intellige de crimine iniuriarum, vt q.5.2. si primates. In Alijs aūt aliter est, Nam interest rei publicæ, ne crimina remaneant impunita. vnde accusationem institutam nō pōt quis dimittere, nō impetrata abolitione, sed à quærimonia, quia, qui cōqueritur de iniuria, desistere pōt. Ar. hic 25.q.2. si primates. Et est Ar. contra episcopos, qui hoc sæpe prohibent, vel saltē nō persuadent, ꝯm Hug. Arc. vero super id, quod ait gl. ꝙ hoc intelligendum sit, cum ciuiliter agitur de crimine, vel in causa ciuili. Secus in criminali, dicit sic, subaudi etiā in priuatis criminib. secus in publicis, in quibus, siue per modum accusationis, si fuerit actio instituta, siue per modū inquisitionis prælatus procedere debet vt 2.q.7. quapropter, & extra de collusione crimina, qđ verū est, nisi in illis rō suggerit dispensari.†Nā dispēsatio aliqñ vtilis, & necessaria est, vt di. 50. vt cōstitueretur dño sancto, &.c. si quis diaconus 1.q.7. quoties, & 23.q.4. nō pōt in his aūt, siue ciuilib. siue criminalib. in quibus cōpositio, siue dispēsatio locum non habet iudex partem suam ad cōponēdum interponere nō debet magis eleciue. s. vt inter se pacifice cōponant, & non ad Iudicium.i. ad litem in iudicio habendam veniant Hug.

Exponit literam.

1
a

a ¶ Dispensatio. Dispēsatio ꝓprie est iuris relaxatio. Pe. de. Ancha. in c. quod sup nume.2. de fide instru. & intelligitur prohibita omni casu, in quo non inuenitur expres se permissa Car. Zaba. in.c. dilect. nu.2. de tēpo. or.

Eorum. Ad idem ex eodem cōcilio. Idem habitum est supra eodem in c. oblationes.




Placuit. Ad idē subiungitur hoc c. ex Cōcilio Agathē. vbi statutum est, vt, qui habēt discordiā, si admoniti noluerint ad pacem reuocari excōicentur. Leg. tex. ¶ [Longinqua].i. longa [dissenserint] s. ad concordiā. Hu. & Arc. [primitus] quia admonitio semper debet præcedere vindictā 12.q.2. indigne. Hu. Ad idē 32.q.5. ꝓceptum 45. di. licet plerūq;. Arc. [qui, si perniciosa in ētione] Vt qa expectant tēpus, in quo possent facere vindictā contra id, quod habetur 23.q.4. inter quærela, & 46. di. seditionarios Arc. [pellantur].i. anathematizentur, multum.n. &c. di.45. c. & qui, dicit aūt Hug. Credo tñ, ꝙ circa laicos, qui nolunt redire ad concordiam, debet præcedere ecclesiastica, & secularis, quæ si nō profecerit, debet sequi districtio secularis, i. per secularē Iudicem. Si vero Iudex secularis nō vult, vel non potest compellere, tandem deberet anathematizari. Ar.17.q.4. de presbyterorum.

Exponit literam.

1 *Offensus an teneatur vel debeat cogi reconciliari offendenti qui non vult reconciliari.*

2 *Remissio peccati est duplex.*



Si quis. Ad idē sequitur hoc c. Fabiani papę in quo præcipit, vt qui fratri suo reconciliari recusauerit, medijs.i. pœnis excōicationis maceretur. Breue est. Leg. tex ¶ [Si quis contristatus].i. iniuriatus, siue iniuriā passus, noluerit reconciliari fratri suo qđ est diabolicæ obstinationis, & contra salubre mādatū Saluatoris, q Ait Mat.5. Si offers munus tuū ante altare, & ibi recordatus fueris, ꝙ frater tuus hēt aliquid aduersus te, relinque munus tuū ante altare, & vade prius recōciliari fratri tuo, & tūc veniēs offeres munus tuū, vñ ante recōciliationē nō est munus offerēdū satisfaciēti iuste, & legitime. ¶ Sed hic surgit q.†Vtrū, si offendens noluerit satisfacere, offensus teneatur, ei, vel debeat cogi reconciliari. Et arguit primo, ꝙ non ex præsenti. c.2. ex c. si illic 23.q.4. ¶ In oppositū arguit dc pœ. di.5. fratres 2. ex illo Mat.6. Si nō dimiseritis hoīb. peccata eorū, nec pater vester dimittet vobis pc̄tā vestra. ¶ Rñdeo dicendū, †ꝙ remissio pc̄ī duplex est. Vna est qtū ad rācorē, & indignationē, siue offensam. Hāc aūt remittere est necessitatis, qa tenemur oēs diligere ex charitate, vñ dñs ait Mat.5. diligite inimicos vestros, vñ nō est licitū nobis aliquē odio habere 23.q.4. cū in l.11.q.3. inter verba. Et ad hāc debet cogi offensus, et alio nolente satisfacere ꝯm Hu. Et de ista intelligunt authoritates inductę. Alia est qtū ad actionem iniuriæ, & hoc non est necessitatis, licet sit superero gationis. Sicut n. pecuniam ablatam non tenetur quis auferenti remittere, sed petere potest, sic de iniuria sibi illata recompensationem per emendam petere ꝯm ordinem iustitiæ, nec potest ad dimittendum cogi 23.q.4. si illic. [In odijs].i. pœnis, quia separabitur à communione sacramentorum, & fidelium. Hu. & Lau.


Exponit literam. — *Quæstio.* — *Opponit & respondet.*

1 *Pacem facere spectat ad iudicium ecclesiæ.*

Præcipimus. Secunda pars huius dist. in qua probat, quod episcopi debent sibiinuicem præstare consilium, & auxilium, ad pacem tenendam. Io. de Fant. Et diuiditur hoc c. quod est. Innoc. secundi in duas partes. In prima

statuit, ꝙ ad pacẽ firmiter tenendam, & obseruandam mutuum sibi consiliũ, & auxiliũ præbeant. In 2. ponit cõtra negligentes pœnã, secunda ibi. quod si quis planũ est. Leg. tex. ¶ [Præcipimus] non est consilium, qđ patet per pœnã, q̃ sequitur in fi. Nã tũc talis pena nõ imponeret. [Ad pacẽ] Exẽplo xpi, qui ait Io. 14. Pacẽ meã do vobis, pacẽ relinquo vobis. Hic et loquitur. Arg. †Quòd ad iudiciũ ecclesiæ spectat facere pacẽ. extr. de treuga, & pacẽ. Treugas. hinc elicit rõ, quare ꝑ diuersa anni tpa treugę cõstituantur extra de treuga. ca. 1. f. Vt eo tpe paci reformandæ opera detur. Ar. C. de ferijs. l. dies. Ar. 13. q. 2. placuit. Io. de Fan. & Arc.

Diuisio.
Exponit literam.
1



Erlatum. Ad idem sequitur hoc c. Victoris papæ, in quo statuitur, vt clerici discordes in sacramentis, nisi cito concordent Apostolicæ sedis, & totius ecclesiæ cõione priuẽtur. Et põt diuidi in tres partes. In 1. narrat discordię excessum. In 2. iniungit cõcordiæ præceptum. In 3. separat rebelles à cõione totius ecclesiæ. Secunda ibi. A quibus dissentionibus. Tertia ibi. Nam si hæc. Planũ est Leg. ¶ [Perlatum.] Vt cadant in peccatum, vel ab officio, vel ab ordine. Hu. & Arc. [decertare] .i. studere, laborare. [A quibus:] Secunda pars. Nam si hoc. Tertia pars omnia clara sunt.

Diuisio.
Exponit literam.

¶ *Distinctio Nonagesima prima.*

1 *Oratio priuata, quæ dicatur.*
5 *Corona clericalis an ad aliquid obliget.*
9 *Ecclesia diues si facta est inops, an clericus teneatur ei subuenire.*
10 *Vir tenetur vxori necessaria ministrare, licet ab ea debitum exigere non valeat, nec ea illi reddere.*
14 *Nouitij clerici ad quid obligentur.*



Vi autem turpi. Hic incipit, & intitulat dist. 91. In qua ostẽditur, ꝙ clericus debet habere stipẽdia ab ecclesia. Si vero ecclesia ei non sufficit, proprijs manibus debet victũ q̃rere, sicut fecit Apostolus, ita tñ, ꝙ tali occasione nõ desit officijs ecclesiasticis, & est quasi antiphora, diceret qs. Ex quo clericis nõ licet negotiari, vt. s. di. 88. Si pauperes sunt, vnde viuẽt. Rñdet de bonis ecclesiæ, vel proprio labore acquisitis. Le. tex. ¶ [Qui aũt turpi] decet. n. viros ecclesiasticos vitare turpe lucrũ, & inhonestum negotium, exemplo Apostoli, qui labore manuum sibi acquirebat victũ, vt patet 1. ad Thes. 2. & 2. ad Thes. 3. vnde actuum 20. dicit Argentũ, & aurũ, aut vestẽ nullius concupiui, vt ipsi scitis, qm̃ ad ea, q̃ mihi opus erãt, his qui mecum sunt ministrauerũt manus istæ. Nõ de sijt. Et quia, vt dicit Apostolus 1. ad Ti. 6. Habentes alimẽta, & quibus tegamur his cõtenti simus. hoĩ pauca sufficiunt ecclesiæ stipendia debent circa labores manus occupare se sic modeste, ꝙ ecclesiasticis officijs non desint, exemplo Petri, & Ioannis, quibus non erat aurum, & argentum, & tñ ascendebant in templum ad horam orationis nouã, vt patet Actuum 3. [Inæqualitatem] .i. ꝑꝑ infirmitatem. Pro pleniori intelligentia huius partis, imo totius distinctionis, in qua fit mentio de horis canonicis, veniunt multa disputanda per singula capitula. ¶ Circa vero. §. istum quæruntur 20.

Exponit literam.

1 ¶ Primum est, quid sint horæ canonicæ.
3 Secundum est, vtrum institutio istarum horarum canonicarum sit conueniens.
4 ¶ Tertium est, vtrum clerici in minorib. constituti teneantur ad horas canonicas.
6 ¶ Quartum, vtrum omnes clerici in sacris constituti teneãtur ad horas canonicas dicendas.
7 ¶ Quintum est, vtrum omnes clerici beneficiati teneãtur ad horas canonicas dicendas.
8 ¶ Sextũ est, vtrum beneficiatus de beneficio, de quo non põt sufficienter sustentari, teneatur ad horas canonicas.
11 ¶ Septimum est, vtrum beneficiatus excommunicatus maiori excommunicatione, vel suspensus teneatur ad horas canonicas dicendas.
12 ¶ Octauum, vtrum derogatus, aut beneficio priuatus teneatur ad horas canonicas dicendas.
13 ¶ Nonum, vtrum religiosi teneantur ad horas canonicas.
15 ¶ Decimũ, vtrũ moniales teneantur ad horas canonicas.
16 ¶ Vndecimum, vtrum, qui obligãtur ad horas canonicas, teneantur dicere illas vniformiter.
17 ¶ Duodecimum est, vtrum obligatus ad horas canonicas ẽm cõsuetudinem diocœsis, in qua est beneficiatus, aut ꝓuinciæ, in qua residet, aut ordinis sui, si sit religiosus excusetur, dicendo officium Romanæ curiæ.
18 ¶ Decimum tertium, vtrũ beneficiatus in pluribus ecclesijs teneatur dicere officium duplicatum, vel triplicatum.
19 ¶ Decimumquartum, vtrum beneficiatus, qui adhuc nullos fructus capit, teneatur ad horas dicendas.
20 ¶ Decimum quintum, vtrum clerici obligati ad horas canonicas, obligentur etiam ad horas beatæ Virgines.
21 ¶ Decimumsextum, vtrum clerici obligati ad horas canonicas, obligẽtur etiam ad suffragia, siue vigilias mortuorũ.
22 ¶ Decimum sextum, vtrum monachus assumptus ad cardinalatum, vel episcopatum, aut præfectus ecclesiæ parochiali, obligetur ad dicendum horas canonicas secundum morem ecclesiæ, ad quam assumitur, vel suæ religionis.
23 ¶ Decimum octauum, vtrum monachus præfectus ecclesiæ parochialis debeat dicere horas ẽm cõsuetudinem sui ordinis, aut parochialis ecclesiæ.
24 ¶ Decimum nonum, vtrum clerici vel religiosi commorantes cum dominis Cardinalibus, aut episcopis teneantur dicere officium diuinum ẽm morem suæ religionis.
25 ¶ Vigesimum, vtrum obligatus ad dicendum horas canonicas, mereatur illas dicendo.

1 Ad primum. In quo quæritur, quid sint horæ canonicæ. †Respondetur, ꝙ aliqui volentes horas canonicas vt Zen. dixerunt, ꝙ horæ cononicę sunt certa pensio diuino cultui exoluẽda ab his, qui in sortem dñi sunt deputati, pro qua sustentationem accipiunt de patrimonio Christi ex. de præben. cum ẽm Apost. & 21. di. cleros. Sed ista descriptio non videtur sufficiens, quia solum videtur beneficiatos comprehendere. Et ideo alij, vt Guli. descripserunt aliter debentes, & horæ canonicæ sunt sacrificiũ, siue hostia laudis, quas quis deo de fructu labiorum suorum offert pure, & deuote. Sed nec isti sufficienter describunt. Tunc, quia non faciunt differentiam inter orationem priuatam, & orationem publicam, cuiusmodi sunt horæ canonicæ. Tum, quia plura ponit, quæ non sunt de essentia horarum canonicarum, sicut. j. in quæstionibus videbitur. Et ideo iudicio nostro ita possunt describi horæ canonicæ dicuntur orõ publica sub certo numero psalmorum, & lectionum, & hmõi à sanctis patrib. ad laudẽ Dei ordinata, & per cõgruentes tẽporũ horas septẽ distributa, quæ descriptio satis aperte colligi põt ex. c. in die de cõsc. di. 5. In hac descriptione ponitur orõ pro materia, quæ iuxta Damascenum est ascẽsus mẽtis in Deũ. Et iterũ orõ est petitio decẽtiũ à deo. Et iuxta Au. Est pius affectus in Deũ directus. Itẽ orõ, qđã petitio est publica dr̃. Ad drĩam priuatę orõnis. †Priuata orõ est, q̃ offertur à singulari persona cuiuscunq; siue pro se, siue pro alijs orantis. Publica orõ est, q̃ per magistros ecclesiæ in ꝑsona totius populi fidelis dño offertur. Addit sub certo numero, &c. Quasi forma orõnis publicæ, certa. n. forma debuit dari dicẽdi horas cano. seruãda à clericis in vna quaque ecclesia, quia sicut Xp̃s dedit formã in orõne illa cõi oĩum fideliũ dicẽs. Sic. n. orabitis. Pater nr̃, &c. Mat. 6. Tũ, qa alias esset magna cõfusio, si vnicuiq; clerico ꝓmissum esset orare, sicut vellet. Tũ, qa alias forma orãdi publicũ ꝑcisa debet esse, & non multiloquio diffusa, iuxta illud Matth. 6. Orantes nolite multum loqui. Tũ, quia ex authoritate prudẽtis excitatur mentis desiderium ad orãdũ. Cũ dr̃ à patrib. Notatur cã affectiua. Ad laudẽ Dei. Cã finaliter, ad q̃ oẽs orõnes nr̃ę cõferẽdæ sunt. per cõgruẽtes, &c. notat deuotio, & sanctimonia horarũ canonicarũ ex circũstãtia horarũ tpum qb. distribuũt, iuxta illud psa. 118. Septies in die laudẽ dixit tibi. Numerus. n. septenari' sacratus ẽ, sicut. j. plenius dicet circa c. presbyter.

Respondet
Gulielmus
Damascen.
August.
2

3 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ ista institutio horarum canonicarum non fuerit conueniens. Primo sic. Illud non est conueniens, quod est contra præceptum Dei, sed hoc videtur esse contra præceptum illud Matt. 6. Sic orabitis. Pater noster, &c. ergo. ¶ Secundo sic. Orantes nolite multum loqui, sed in dicendo horas canonicas, necesse est multũ loqui: ergo videtur esse contra præceptũ dñi. ¶ Tertio Aug. ad probam de orando Deo multum loqui in orãdo est, rẽ necessariam superfluis agere, sed omne superfluũ in his, q̃ ad Deum

Primũ ar.
Secũdũ ar.
Tertiũ ar.

Opponit et respőd. ad deum ordinantur,est resecandum:ergo,&c.¶ In oppositum est præsens distinctio,& sequens per plura capitula. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione, ꝙ cõueniẽs fuit ista canonicarum horarum institutio in ecclesia,patet ista cõclusio.sic.Cũ dñs ad Moysen dixisse legatur.Exo.25. 6
Oĩa fac ẜm exemplar, quod tibi in mõte monstratum est. Conueniens fuit vt ecclesia militans conformaretur cœlesti illi Hierusalẽ,quæ sicut ait Apostolus ad Gal.4. Sursum est,& mater nostra in laudando deum,in qua iugis,& continua laus omnipotẽti celebratur,iuxta illud Isa.62. Super muros tuos hierusalem constitui custodes, qui tota die,& tota nocte non cessabunt laudare nomen dñi.Et in Apo.4. c.habetur.Quod quatuor aĩalia aliã requiẽ nõ habebãt die ac nocte dicentia,sanctus sanctus dñs deus nr̃,&c. Et propheta ait.in psa.83.Beati qui habitãt in domo tua dñe in secula seculorum laudabunt te. Cõuenienter ergo institutũ est in ecclesia militãte, vt ad formã supernorũ ciuiũ Deo semper psallentium,& canentium laudes quotidie soluerẽtur altissimo.Nihil plane,vt Ber.ait super Cant.Ita proprie (Bernard.) in terris celestis habitationis statum repræsentat,sicut alacritas laudãtiũ Deũ,quare B.Hiero.super Isa.ait.Inuenitur (Hieronym.) in ecclesia vox laudis,vt quod in cœlis cum angelis,hoc ẽt iugiter cũ laude meditemur in terris conueniẽter,ergo institutę sunt horę canonicę à patrib.in ecclesia,vt in ea quotidiana laus fiat altissimo deo nr̃o ꝓ immẽsis bñficijs suis. Et hoc ẽt cõueniẽter institutũ est,vt in die naturali septem horæ canonicæ essent,vt creatorẽ numero septẽ dierũ opera sua cõplete pro oĩb. beneficijs suis laudemus septies in die,ẜm illud psal.118. Septies in die laudẽ dixi tibi de quo plenius dicet.ĩ.circa.c.psbyter.¶ Ad rõnes in oppositũm (Ad primũ arg.) dicẽdũ.Ad primã respõdet negãdo minorẽ, dicimus.n.iuxta S.Th.in 2.2.ꝙ Christus nõ instituit hanc orationẽ,vt his (S.Thom. 2.2.q.83. ar.14.) solũ verbis vti debeamus. Sed,quia ad hæc sola interpretãda debet tẽdere nr̃æ orationis intẽtio, qualitercunq; ea ꝓferamus,vel cogitemus.¶ Ad scd̃am r̃ndet ꝑ id, qđ sequit̃ (Ad secũdũ.) in euãgelio, sicut ethnici faciunt, vñ sicut dicit gl.damnat multiloquiũ de infidelitate.s.veniẽs,non aũt multas lacrimas,nõ multas obsecrationes in cordis puritate, qđ sancti faciũt.& Iesus legitur fecisse, qui ꝑnoctauit ẽt in oratione. Hæc gl.vñ dãnat̃ multiloquiũ in orone ea intẽtione,qua infideles vtebãtur multiloquio orãdo, putabãt.n.vt dicit alia gl.ꝙ persuasibilib.verbis deus mulceret. Et ita putabãt se multiloquio exaudiri,qđ falsũ est,vt dicit Au.sed nõ ea intẽtione,qua sãcti vtũt̃ orone ꝓlixiori.Et hæc de ista q̃stione. (Augũst.)

4 **Ad tertiam.** Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ clerici etiã in minorib.cõstituti teneãtur ad horas canonicas,dicẽdum,quia vt loquitur in c.cleros (Primũ ar.) di.21.gñaliter clerici nuncupati sunt oẽs,q in ecclesia christi deseruiunt,quorum gradus,& nomina sunt hæc.Ostiarius,psalmista,lector,Exorcista,Acolytus,&c.sed isti sunt minores ordines:ergo sequitur,ꝙ isti teneãtur ad horas canonicas.Consequentia videtur bona.¶ In oppositum vero (Opponit et respondet.) est cõis doctrina doctorum, & gñalis ecclesiæ cõsuetudo. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. Clerici simplicẽ tonsurã habentes,aut etiã in minorib.ordinib.constituti,qui non sunt beneficiati,non tenentur ad horas canonicas.Ista conclusio manifeste patet ex.c.si quis presbyter, aut diaconus,vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus.ĩ.di. proxi.super quo dicit gl.per hanc literã dicunt quidã, illũ teneri tm̃ ad hoc.s. diuinum officiũ,qui alicui ecclesiæ intitulatus est,alias non. Vel si est ordinatus ad titulum suæ (Archid.) possessionis.Sup quo verbo dñs Arc.conformiter dicit sic. si est clericus in minorib.constitutus sine beneficio ecclesiæ nõ tenetur.Et hoc satis innuit principium huius c.vñ facias punctũ ibi. Aut diaconus.Et illa clausula.Ecclesiæ deputatus,respicit tm̃ literã quilibet clericus.s.in minoribus. Hæc Arc.Addit aũt huic sententiæ.dom.Pet. de palu. in 4. (Pe.de pa.4. sen.d.15.q. 5.ar.cõc.3.) 5 di.15.ꝙ non est autenticum,†corona clericalis obliget ad septem psalmos,vel ẽt in minorib.cõstitutus obligetur ad horas beatæ virginis, vel hmõi. Verum, quia per minores ordines,diuino cultui ascribuntur, ad aliud plus tenẽtur, quam laici. Et,quia etiam gaudent priuilegio clericali, quamdiu autem gaudens ipsi priuilegio clericali debẽt recompensare aliquo spirituali seruitio. Vnde & bene decet episcopus aliquod speciale eis iniungere,vnde nec infantẽ debet tonsurare,sed maiorem,qui iam deuote possit aliqđ dicere.Hæc ille. Ad argumentum in oppositum responde- (Ad arg.) tur,negando cõsequentiã de constitutis in maiorib. ordinibus, nondum beneficiatis.Et ita appparet falsitas dicentium,ꝙ de necessitate iuris diuini,& humani clerici in minoribus constituti,non beneficiati tenentur ad horas canonicas,qa,si sic,nulla cõsuetudine excusarẽtur 8.di.per totũ.

Ad quartam. Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ clerici in sacris cõstituti, nõdũ beneficiati nõ teneãtur ad dicẽdas horas canonicas.Primo arguitur ex præfato.c.si quis presbyter,proxi.distinctione, vbi (Primũ ar.) dicit gl.& decretum est in ꝑcedenti quæstione, ꝙ quidam dicunt tm̃ ad hoc teneri, qui ecclesiæ alicui est intitulatus. ¶ Secundo arguitur sic.Officium non exigitur,nisi ꝑꝑ re- (Secũdũ ar.) ceptum beneficium,sic ergo clerici existentes in sacris,nõ habentes beneficia, non tenentur ad dicendum diuinũ officium.¶ Tertio sic.præceptum de dicendis horis ex.de ꝑ- (Tertiũ ar.) bẽn.solum extenditur,vt cõiter in ecclesia dicãtur horę canonicæ:erga clerici,qui ad nullã ecclesiã sunt intitulati,nõ tenebuntur tale præceptum seruare.¶ In oppositũ videtur (Opponit et Respõdet.) c.presbyter,ext.de cel.miss.& in c.presbyter.ĩ.e.di.& ca.si quis diaconus.ĩ.proxi.di.vbi. dicit Hug. nõ excusantur ab horis dicẽdis clerici,qui non sunt deputati alicui ecclesiæ, intitulati tenentur ad horas canonicas dicendas.Ista conclusio est ipsius Hug.vt visum est.Est etiam Guil. glossato- (Guil.) ris Raimundi,sic dicentis.Oĩs clericus in sacris cõstitutus, siue sit beneficiatus, siue non,tenetur ad horas canonicas, quia dr̃ in ordinatione sua.Vide si hactenus fuisti tardus ad ecclesiam,modo sis velox.Si hactenus fuisti somnolentus, modo sis vigilans.Ista ẽt cõclusio est dñi Arc.in c. præfato (Archi.) si quis diaconus,vbi sic ait.Credo,ꝙ si est clericus in sacris rõne ordinis tenetur ad officium. Est etiã aliorum doctorum,vt Io.de lig.probatur tñ præfata concl. sic, iuxta dñm Vlrichum.Ad ordinẽ sacrum nullus debet promoueri,nisi (Vlrichus.) beneficiatus,vel qui ad suum patrimonium loco ecclesiasticorũ redditũum voluit ordinari,vt extra de præben.episcopus,si aliquẽ.Ergo quilibet habens ordinem sacrum,tenetur ad horas canonicas, quia ecclesia ordinando ipsum, intẽdit ipsum,vt ministrum ecclesiæ, ad hoc ministerium obligare.Et ideo dicunt doctores.s.nominati,ꝙ ordini sacro est annexum diuinum officium.¶ Ad rõnes in oppositum dicendũ.Ad primã respondetur,ꝙ illud,quod gl.di- (Ad primũ arg.) cit,est verum de clericis in minorib.constitutis,vt exponit Arc.vt patuit in quæstione præcedenti.¶ Ad secundam re- (Ad secundũ.) spondetur dupliciter.Primo,ꝙ si constituti in ordinib.sacris,non habent beneficia,sibi imputent, ꝙ receperunt ordines sacros sine beneficiorum prouisione. ¶ Secundo Rñdetur,negãdo consequentiã, & rõ est iuxta magistrũ Aug. (Augus de ancona) de anchona in summa sua de potestate ecclesiæ,ꝙ duplex est beneficium spirituale,& temporale.Primum datur de secramentum dispensationem.Secundum vero ad vitæ sustẽtationẽ,& maius est primũ,q̃ ẜm,& est causa scd̃i,dicẽte Apostolo 1.ad Cor.4. Si nos vobis spũalia feminamus, magnũ est si carnalia.i.corporalia vestra metam⁹.ꝑ primũ hõ obligat̃ deo,à quo ipsum beneficiũ suscipit.Per ẜm vero obligat̃ ecclesiæ,ꝑꝑ cuius obsequiũ tp̃ale beneficiũ sibi impẽditur.Cõstituti ergo in sacris,quãtũcunq; nõ sint intitulati alicui ecclesiæ particulari, nõ sunt absoluti à debito dicẽdi horas in hac,vel illa ecclesia.¶ Ad tertiã responde- (Ad tertiũ.) tur,negando consequentiam . Et ratio est,quia licet tales, vt dictũ est absoluti sunt à debito dicendi horas cũ clericis alijs istius,vel illius particularis ecclesię,non tamen à debito dicendi diuinum officium,vt satis etiam notat glos.hic.

7 **Ad quintum.** Sic proceditur.†Et vr̃,ꝙ nõ oẽs clerici beneficiati teneãtur dicere horas canonicas. Et primo arguitur de magistris in Theolo- (Primũ ar.) gia,aut eis,qui docent in ecclesijs cathedralibus,qui,vt doceant,habent beneficium ecclesiasticum,vt habetur extra de magistris c.1. Et nihilominus non obligantur ad horas canonicas.¶ Secundo arguitur de illis clericis, qui habent (Secũdũ ar.) redditus in monasterijs ad vitam, & tñ isti, licet de bonis ecclesiæ suscipiant sustentationem, non obligantur ad diuinum officium.¶ Tertio sic.Si omnes obligarentur ex pręcepto,& omnes negligentes peccarent mortaliter, & cum (Tertium ar.) multi sunt hmõi,& ecclesia non corrigit puniendo, vr̃ ecclesia dissimulare id, quod vergit in periculũ aĩarum, qđ est inconueniens.ergo videtur falsum,ꝙ oẽs clerici beneficiati teneantur ad horas canonicas,in oppositum est litera præsens,& c.dolentes.¶ Respõdeo dicendũ,ꝙ oẽs cleri- (Opponit & Responder.) ci beneficiati ꝑꝑ officium spũale,qđ respicit ipsum diuinũ officiũ,tenentur ad horas canonicas. Ista conclu.paret multipliciter.

tipliciter. Tum primo, quia beneficia ecclesiastica dantur propter officia 86.di. si quis sacerdotum, & c.eos qui. Vt.n. ait dñs Virichus in summa sua Laici, quia actibus secularibus dediti, sedulo diuinis nequeunt intendere, ideo ab ipsis dati sunt redditus ministris ecclesiarum, & ipsi dant eis decimas, & primitias, & oblationes, vt in horis canonicis eorum vices suppleant, propter quod etiam statuta patrum eos ad hoc obligarunt. Et ideo beneficiati tenentur ad diuinum officium, nõ solum ex statuto ecclesiæ, sed ex obligatione naturalis iustitiæ. Pro quo notandũ, ꝙ beneficiatus tenetur ad officium iure naturali, sed, ꝙ ad tale, vel tale cum tot psalmis, & tot horis tenetur iure positiuo. Primum, patet, qm̃ quisque tenetur iure naturali facere id pro quo stipendium, quod est ordinatum, rõne illius accipit. ex quo.n. stipendium accipit, debet ex dictamine rationis naturalis agere id pp quod stipẽdium est ordinatum, alias iniuste reciperet, sed beneficia ecclesiastica sunt, quasi stipẽdia ordinata ad sustẽtationem clericorum, vt officient, vt dictum est, & expresse habet Apostolus 1. ad Cor.9. Nescitis, qm̃, qui in sacrario gl. i. in templo operantur, quæ de sacrario sunt edunt gl. Naturalis & ratio habet, vt quis inde viuat, vbi laborat. Ergo videtur, ꝙ tam iure naturalis iustitiæ, quã iure diuino beneficiatus tenetur officiare ẽm morem ecclesiæ, vbi beneficium habet. ¶ Secundũ patet. Nam non est magis de iure naturæ, aut iure diuino, ꝙ dicit beneficiatus hoc officiũ, vel illud, vel tot psalmos, vel tot respõsoria, sed ex statuto ecclesiæ. Secundo probatur præfata cõclusio sic. Dicit Apostolus. 1. ad Cor.7. Vxori vir debitum reddat, & vxor viro, sed inter ecclesiam, & beneficiatum, cui intitulatus est, cõtrahitur aliquod spirituale matrimonium, quia minister Christi est, & Christi officium gerit, q dispensauit, & copulauit sibi ecclesiam, vt dr̃ ad Eph.6. Vnde, sicut clericus ab ecclesia exigit debitum stipendiũ. Ita ecclesiæ tenetur officium præstare. Nam ẽm Hier. vt dictũ est, beneficia propter officia data sunt. Et dicit Apostolus. 1. ad Cor.9. Qui sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt. ¶ Quibus habitis, dicẽdum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ ratio illa nõn est ad propositum, qm̃ illi magistri non suscipiunt redditus ab ecclesia propter officium spirituale, quod respicit ipsum diuinum officium, sed propter lecturam, & doctrinã, & idẽ de matercularijs, nec propter hoc veniunt ad chorum. Et idẽ est de illis, qui præbendas emunt in monasterijs, vt dicit Pet. de pa. in quarto. Et sic patet responsio ad secundã. ¶ Ad tertiam respondetur, primo, ꝙ non est verum, ꝙ ecclesia sustineat, ꝙ beneficiati non dicãt horas, quinimo reprehẽdit, & punit, vt in c. 1. huius di. ¶ Item. ;̃. e. clericus, & extra de cele. miss. dolentes. ¶ Secundo respondetur, ꝙ ecclesia non debet sustinere, quod vergit in periculum animarum, si illud deducatur in iudicium, alioqui multa per patientiã tolerat, quæ si deducta esset in iudicium, exigente iustitia, non toleraret, sicut dr̃ extra de præben. cum iam dudum.

Viricbus. — Hieronym. — Ad primũ arg. — Ad tertiũ.

8 Ad sextum Sic proceditur. † Et vr̃, ꝙ nõ teneatur, quia non recipit stipendium sufficiẽs pro vita sua, ꝙ ergo paruum beneficium habet, imputet sibi, tenetur autem necessaria sibi perquirere ẽm formã expressam. ;̃. e. in c. clericus. ¶ In oppositum est litera præsens. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ tenetur. Et ad rationem in oppositum. Respondetur, vt dicit Hu. ꝙ sua culpa. Ipse.n. sibi præiudicium fecit, ꝙ talem ecclesiam sponte suscepit, vnde tenetur ei seruire. Tũ ratione intitulationis. Tũ ẽt rõne stipendij, licet ad vitam non sufficiat, imo etiã, si nihil inde haberet teneretur ei seruire, ex quo sponte eum suscepit. ¶ † Sed, quid si ecclesia pri⁹ erat diues, & copiosa, & 9 modo facta est inops. Respondetur ẽm Hu. ꝙ similiter tenetur 10 ei subuenire in horis. † Sic vir vxori necessario tenetur ministrare, licet ab ea debitum exigere non valeat, nec illa ei reddere, ex quo sponte se subiecit seruituti illius, vt 32. q. 7. quod proposuisti. Et hæc sententia est Hostien. quæ dicit eadem verba.

Ad primũ argu. — Opponit & respondet. — Ad arg. — Quæstio. — Respõdet.

11 Ad septimum In quo quæritur † Vtrũ beneficiatus excõmunicatus maiori excõmunicatione, vel suspensus teneatur ad horas canonicas. ¶ Respondetur, ꝙ sic. Ista conclusio est Raymun. Goff. & Host. & aliorum doctorum. Quæ conclusio probatur sic. Talis beneficiatus tenetur ad hanc seruitutem, vt extra de celeb. miss. c. 1. & ex litera præsenti, sed per excommunicationem non absoluitur ab ea 16. quæst. 1. legi. Ergo, &c.

Respondet Raymund.

¶ Secundo sic delinquentes non debent esse melioris cõditionis, quã alij, de præbẽ. eum qui li.6. Nec debet quis de malitia sua reportare commodum, de rescrip. sedes apostolica. Et nemo ex improbitate sua debet vtilitatem consequi. ff. de fur. itaque. §. sed nemo. Ergo, &c. Nihilominus dicit Ho. ꝙ excommunicatus, licet teneatur dicere horas, non tamẽ in ecclesia, vel cum illo, aut, quasi in officio suo, sed solus, & quasi per modum orationis, 11. q. 3. si quis episcopus, & c. si quis episcopus, &c.

12 Ad octauum. In quo quæritur † Vtrum degradatus, aut officio priuatus, teneaẽ ad horas canonicas. Respõde. iuxta Gu. l. ꝙ si degradatus, aut officio priuatus fuerit in sacris cõstitutus, tenetur ad horas dicendas, quia tenetur ad ea, quę sunt oneris non honoris, tenetur etiam, si est beneficiatus ratione beneficij, quãdiu tenet illud beneficium. Verum, sicut dictum est supra de excõmunicato, talis non debet officiare in ecclesia, sed solus, nec cum alijs, nõ etiam dicere dominus vobiscum, vel similia verba, quæ ad ordinem dignitatis pertinent.

Respõdet. Gulielmus

13 Ad nonum In quo quæritur †. Vtrum religiosi teneãtur ad dicendas horas canonicas. Respondetur ẽm Petrũ de pal. & alios doctores sub tribus conclusionibus. Prima est, ꝙ religiosi clerici, professi tenẽtur ad horas canonicas. Ista concl. patet. Tum, quia, vt ministri ecclesiæ de bonis ecclesiæ sustentãtur, ẽt mẽdicãtes. Tũ secundo, quia sunt portio cætus ecclesiastici, & collegium approbatum, & per consequens ad cões ecclesiæ horas sicut ceteri beneficiati clerici obligantur. ¶ Secunda concl. 14 † Nouitij clerici, licet nõ sint ꝓfessi religiosi, nec in sacris, obligantur etiam, sicut possunt, & sciunt, patet conclusio, qa isti ẽt, vt ministri ecclesiæ de bonis ipsius sustẽtanẽ, sicut dicit decret. de sen. exc. c. religiosus, & c. quãuis. li.6. ꝙ quis non sint religiosi, antequã religionẽ tacite, vel expresse sint professi, tñ, qui manus mittunt in eos violẽtas, incidunt in canonẽ, ẽt si non sint clerici corona clericali, sed tm̃ monacali, vel ẽt nulla vt cõuersi. ¶ Tertia cõcl. Religiosi cõuersi ad diuinũ officiũ obligant, ẽm modũ sibi taxatũ iux. statuta sui ordinis, nõ aũt ad horas dicẽdas, q̃ sũt tm̃ clericorũ.

Respondet Pet. de pal. — Prima cõclusio. — Secũda cõclusio. — Tertia cõclusio.

15 Ad decimum In quo quæritur †. Vtrum moniales teneant ad horas canonicas dicendas. Ad hoc respõdet Inno. super c. primũ extra de cel. miss. & Arc. super c. vlt. proximæ distinctionis, ita dicẽtes. Moniales ẽt literatæ dicũt officia, quia & ipsæ possunt recipere aliquẽ ordinẽ in benedictione, vnde inter eas aliquæ sũt diaconissæ 27. q. 1. diaconissam. Qui ordo licet sufficiat ad officia dicenda, non tñ est de 7. ordinibus ecclesiæ. Nobis autem videtur circa hoc dicendum, quod. s. in præcedenti. q. diximus, de viris religiosis, ꝙ moniales clericę, siue literatæ nuncupatæ scientes literas tenentur ad dicendum officium, quia vt ministræ ecclesiæ sustentãtur de bonis ipsius ecclesiæ. De nouitijs autem, & de conuersis dicẽdum videtur, sicut dictũ est de viris religiosis ẽt supra, &c.

Respondet Innocent. Archid.

16 Ad vndecimum Sic proceditur †. Et videtur, q oẽs obligati ad diuinũ officiũ, debeant vniformiter dicere horas canonicas. Primo sic ex c. placuit 12. di. vbi dr̃. placuit oĩb. cõi assẽsu, vt vnus, ac idẽ psallendi ordo in matutinis, & vespertinis officijs teneatur, & non diuerse, atque priuate. ¶ Scd̃o arguitur. Et videtur, ꝙ clerici debeant dicere horas iuxta morẽ, & ritũ Ro. ecclesiæ, quia oẽs particulares debent seruare consuetudinẽ Rom. ecclesiæ, quæ mater est oĩum ecclesiarum, vt in c. quis nesciat di.7. & c. nõ docet di. 12. dr̃. Non decet mẽbra à capite discedere. Et confortatur arguendo sic. Quod Romæ fit expetendum est. ff. de off. prę si. l. sed licet. Et ẽm, ꝙ papa facit, facere debemus, de re. iu. in causis. Sed Romanus pontifex constituit certum modum in horis per circulum anni, quem seruat, vt de consc. di. 5. in die. Ergo videtur, ꝙ ille tenendus ab oĩbus, & non alius. ¶ Quarto sic, ẽm Aug. 3. confes. Turpis est pars suo vniuerso non congruẽs, vt in c. qui contra mores. dis. 8. sed particulares ecclesiæ vidẽtur se habere, vt partes, respectu Romanę ecclesiæ: ergo idẽ, quod prius. ¶ In oppositum est consuetudo vniuersalis ecclesiæ. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ modus persoluendi diuinas laudes, siue diuinum officium non est apud oẽs vnus, sed est valde varius apud diuersos. Et hoc fuit conuenientissimum ad decorem diuinæ laudis, quæ ex varietate diuinorũ officiũ, sicut & ministrorũ cõsurgit. Et iõ nõ est vnus modus specialis dicendi horas canonicas, ad quẽ oẽs teneantur,

Primũ ar. — Secũdũ ar. — Tertiũ ar. — Quartũ ar. — Opponit & Respõdet.

teneantur, sed beneficiati sequuntur modum, & formam iuxta cõsuetudinem particularium ecclesiarum, quib. sunt intitulati, aut prouinciarum, in quibus resident, vñ in psal. 67. In ecclesijs benedicite dño: psalmista dicit pp varietatẽ congregationis, in quibus sunt variæ consuetudines soluẽdi diuinas laudes, & benedicendi dñm. ¶ His habitis, dicẽdum est ad rões in oppositum. Ad primam de c. placuit Respondetur multipliciter. Primo ꝙ c. illud non loquitur, nisi de prouincia Bacharensi, & nõ de tota ecclesia, nec vniuersaliter de omnibus illius prouinciæ, sed tñ de clericis secularib. sicut patet. Nã de monasterijs subi ungit dicẽs. Nec monasteriorum consuetudines, &c. ¶ Secundo Rñdetur, ꝙ non prohibetur in illo c. varius modus dicẽdi diuinum officium, sed tñ, ꝙ quilibet non seruaret suã priuatã cõsuetudinem, & diuersam ab alijs pro voluntate sua, sed, ꝙ consuetudo celebrando diuina, quæ est in metropolitana ecclesia ab oĩbus seruetur, vt dicit Hu. & Arc. ¶ Tertio respõdetur iuxta gl. Quod in dicto. c. derogatum sit per contrariã cõsuetudinem. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ omnes ecclesiæ debent seruare cõsuetudinem Romanæ ecclesiæ, quam ecclesia docuerit, & præceperit obseruari, sicut est in sacramentis, alias non, sicut patet extra de temp. or. c. 1. & 2. Imo ipsa permittit alias sequi suas cõsuetudines rõnabiles, & honestas, vt in c. scit sancta Romana ecclesia, & in c. se. 12. di. Et notatur de conse. di. 1. basilicas. Ecclesia autẽ Romana non tradidit aliquem vnum modum specialem dicendi diuinum officium obseruãdum ab omnibus ecclesijs, sed reliquit dispositioni eorum, vt cõuenientẽ sibi modum, laudes diuinas persoluendi sibi inueniant, quem modum oẽs clerici illius ecclesiæ, aut prouinciæ debeãt obseruare. Et per idẽ patet responsio ad tertiã. Nõ. n. militat, qm licet Romana ecclesia suscepit illum modũ dicẽdi diuinũ officium pro se, & ita obseruet, non tñ pręcepit ab alijs obseruari. ¶ Ad quartã respondetur, negando minorẽ, nõ. n. vr̃, ꝙ particulares ecclesiæ dicantur partes respectu ecclesiæ Romanæ, sed tñ respectu vl'is, quæ consurgit ex collectione oĩum, bene tñ respectu Romanę dicuntur subditę, vnde in c. quamuis dist. 31. dr̃. Quãuis vniuersæ per orbem catholicæ ecclesiæ vnus thalamus sint Christi, tñ ecclesia Romana cæteris ecclesijs prælata est. Ecclesia aũt vniuersalis non habet vnum spiritualem modum dicendi officiũ, sed varium apud varias ecclesias. ¶ Secundo respõdetur, ꝙ dato, ꝙ aliquo modo ecclesiæ particulares respectu Romanæ partes dicantur, dicimus, ꝙ congruunt suo vniuerso in hoc, qđ cũ voluntate eius sequuntur suas consuetudines.

Ad primũ arg.

Ad secũdũ.

Ad tertiũ.

Ad quartũ.

17 **Ad duodecimum.** In quo quæritur† Vtrum obligatus ad dicendũ horas canonicas ₰m cõsuetudinem diocesis, in qua est beneficiatus, aut ꝓuinciæ, in qua residet, aut ordinis sui, si est religiosus, excusetur dicendo officium Romanæ curiæ. Respondetur, si non est assumptus ad aliã ecclesiam, aut receptus in familiarũ cardinals, aut pontificis alicuius, non excusetur ab obligatione, quia tenetur ad officium propriũ, dicendo officium Romanæ curiæ, nisi certã consuetudo, aut ordinatio in contrarium appareret, quia tunc excusaretur 11. di. quis nesciat. ff. de legi. l. de quibus, & quod no. de consue. cum consuetudinibus.

respondet

18 **Ad decimum tertium.** Sic proceditur† Et videtur, ꝙ præbendatus in diuersis ecclesijs teneatur dicere officium duplicatum, vel triplicatum, &c. Primo sic. Onus debet respondere emolumento 12. q. 2. charitatem. ergo ille qui recipit emolumenta in duabus ecclesijs, debet ferre onus vtrunque, vt. s. vtriusque ecclesiæ officium dicat de regu. iur. qui sentit li. 6. &. ff. eo. tit. l. ₰m naturam. ¶ Secundo sic cuilibet ecclesiæ obligatur, vbi capit beneficium. de præben. significatum. Sed obligationẽ sequi debet solutio de solu. per totum: ergo, &c. ¶ Tertio sic, beneficium datur pp officiũ de resc. c. fi. li. 6. sed iste habet duplex bñficiũ ergo, &c. ¶ Quarto sic, dicit Gre. Cum augentur dona: rationes crescunt donorum: ergo multiplicatis beneficijs debẽt multiplicari diuina obsequia. ¶ In oppositum est consuetudo gñalis. ¶ Rñdeo, dicendum, ꝙ, vt inquit d. Pet. de Pal. in 4. dist. 15. Opus est hic distinctione, quia aut talis tenet ea licite, & tunc est cõclusio prima, ꝙ cum tunc nullus ius habeat in altero, nõ reputatur habere, nisi vnum beneficium, nec per cõsequẽs pp istud tenetur ad officium aliquod directe, indirecte tñ põt teneri, quia defraudat, deum seruitio sibi debito, & pp hoc tenetur ad restitutionẽ seruitij subtracti. Aut possidet ea iure fori, & iure poli. s. ex causa rõnabili dispensante eo qui potest. Et tunc est secunda cõclusio, ꝙ non tenetur ad officiũ duplicatum, quia illa causa recompensat. Et ista est sententia S. Th. in quolibeto primo, vbi mouet hanc quæstionem, ad quam respõdens ita dicit. Supposito, ꝙ aliquis licite sit præbendatus in duabus ecclesijs. s. ex dispensatione considerandum est, ꝙ ille, qui in aliqua ecclesia præbendam accepit, duobus obligatur. s. deo, & ei debitas laudes exsoluat, pro eium beneficijs, & ecclesiæ de qua accipit sumptus. Ea vero, quæ ad ecclesiam pertinent Subiacẽt dispẽsationi prælatorum Ecclesiæ. Et ideo hoc debitum, qđ debet ecclesiæ debet exsoluere, ₰m, ꝙ, statũtum est, vel per seipsum, si est præbenda, quæ residentiã requirat. Vel p vicarium ₰m statuta Ecclesiæ, aut cõsuetudinẽ, sed debitum, quod debet deo per seipsum debet exsoluere, Nõ refert aut ẽ quãtum ad deum quibus psalmis & hymnis deũ laudet, vtputa, si dicat in vesperis, dixit dñs, vel laudate pueri, &c. nisi quantum ad hoc, ꝙ debet sequi maiorum traditiones. Quibus habitis, conclusio præhabita. s. ꝙ præbendatus in duabus ecclesijs nõ teneatur dicere plura officia. Patet primo ex parte obligationis, qua tenetur deo, qa laudes Deo debet, quasi vnus homo: ergo sufficit, ꝙ semel dicat ₰m cõsuetudinem alicuius ecclesiarum, quarum est clericus. Qđ vero nec propter obligationem, qua tenetur ecclesiæ non obligetur ad plura officia, sed sufficiat, ꝙ dicat vnum, põt sic probari, iuxta dictum S. Th. & Durandi. Illud, ad quod homo non tenetur, nisi rõne statuti, non ligat, nisi ₰m modum, & formã, ₰m quam statutum est, sed nullo statuto humano præcipitur, ꝙ homo dicat duo officia canonica quocunque casu: ergo, &c. Maior patet, & minor, quia nullo iure hoc inuenitur cautum. ¶ Secundo probatur sic, consuetudo habet vim legis, maxime, quãdo est à legislator scita & longo tempore tolerata, sed, ꝙ habens plura beneficia dicat vnum officium est consuetudo totius ecclesiæ, & tolerata ab omnibus prælatis ecclesiæ: ergo habet vim legis, & ita non obligatur ad plus. ¶ Sed hic surgit quæstio de electione officij. Ad hoc respondet idem S. Thom. ꝙ rationabiliter videtur dicendum, ꝙ talis præbendatus in duabus ecclesijs debeat dicere officiũ illius ecclesiæ, in qua maiorẽ gradũ habet puta in vna sit Dicanus, qa magis est illic ecclesiæ obligatus, & incorporatus. Quod si in vtraque ecclesia fuerit simplex canonicus, debet dicere officiũ dignioris ecclesiæ, quia magis nobile trahit ad se minus nobile, quãuis forte in maiori ecclesia habeat opulentiorẽ præbẽdã, quia temporalia nullius momenti sunt spiritualibus cõparata, de trans. præla. inter corporalia, & de maio. & obe. illud. Et ideo differentia sumenda est pœnes dignitatem, nõ penes abundantiã temporalem. Si vero ambæ ecclesiæ sint æqualis dignitatis, põt sibi eligere officiũ, quod magis voluerit, si fuerit ab vtraque ecclesia alienus, ex quo non obligatur magis vni, quã alteri, nec tenetur a dvtrunque. Si autem fuerit in aliqua illarum præsens, debet se conformare illius, cum quibus conuersatur, vt dicit S. Thom. Si ergo teneat illa beneficia illicite iure poli, licite iure fori. tunc est conclusio iuxta dominum Petr. de pal. Quod pro vtroque sit obligatus, vt sic per se, vel per Vicarium dicat. Si vero arguatur contra. Quia sacerdos non tenetur ad officium triplicatum, licet sit subdiaconus, diaconus, & sacerdos, & ita videtur, ꝙ nec iste licet habeat duo beneficia. Respondet, ꝙ non est simile, quia sacerdotium includit omnes præcedẽtes ordines, licet iure poli, nec per hoc impeditur alius, qui est diaconus tñ, vel subdiaconus reddere deo debitũ pensum seruitutis per hoc, ꝙ iste est Sacerdos. Hic autem in casu defraudat deus de vno seruitore, vnde tenetur recompensare. Si vero vtrunque licite possideat, locus sit gratificationi, vt. s. eligat, secundum cuius ecclesiæ ritum officium dicit, quia indifferenter alterum sufficit. Hæc ille. ¶ Nunc dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur primo sic negando consequentiã. Et ratio est, quia ea, quæ pertinent ad ecclesiam subiacent dispẽsationibus prælatorum. Onus, siue debitum persoluendũ ecclesiæ, debet solui, secundum, ꝙ statutum est, vel consuetum in illa ecclesia. Consuetudo autem est, ꝙ vnus non dicat per se, nisi vnum officium, quantuncunque plura habeat beneficia, licet ergo onus, vt dictum est debeat respondere emolumento ₰m aliquam recompensationem, nõ tamen in dicendo officium, nisi, ₰m quod statutum est, non

Primũ ar.

Secũdũ. ar.

Tertiũ ar.

Quartũ ar.

Opponit et respõd. Pe. de pa. 4 sen. d. 15. q. 5. ar. p. post 5. concl. Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

S. Thom. Quodlib. 1. ar. 13.

S. Thom. Durandus

Quæstio, Respõdet. San. Thom. quodlib. 1. ar. 13.

S. Thom. vbi supra pet. de palu. Tertia conclusio.

Ad primã arg.

est aũt statutum, vt habens plura beneficia dicat plura officia. ¶ Secundo respondetur, negando cõsequentiam. Et rõ est, quia sicut ecclesia potuit dispensare, vt quis habeat plura beneficia in certis casibus, ita põt disponere, vt talis beneficiatus legat tñ vnũ officiũ, & non plura, quia sicut põt disponere de principali, & de accessorio. Ad hoc facit regula iuris, accessorium. ¶ Tertio, quia forte aliquis diceret, ꝙ ordo iustitiæ hoc exigit, vt onus respondeat emolumento. Respondetur iuxta Petrũ de palude, ꝙ, cum quis est licite in plurib. ecclesijs præbẽdatus, causa illa rõnabilis, ppꝙ dispensatio est facta de duobus, vel plurib. beneficijs, recõpenset pro illo onere. ¶ Ad secundã, & tertiã patet responsio ex his, quæ dicta sunt ad primã, qm ad ista debita soluẽda non tenetur aliter, quã statuta, & consuetudines ecclesiæ dicant, vt dictum est. ¶ Ad quartã respõdetur, negãdo consequentiã. Et ad dictum Gregorij dicendum, ꝙ licet, cum crescant bona, beneficiatus teneatur cum maiori prõptitudine, & deuotione diuina officia peragere, & in pluribus pietatis operibus se exercere, non tamen tenetur ad multitudinem horarum, cum hoc non habeat cõsuetudo vniuersalis ecclesiæ.

Pet. de pa.

Ad secundũ & tertium.

Ad quartũ.

19 Ad decimum quartum In quo quæritur † Vtrũ beneficiatus, qui adhuc nullos fructus capit de beneficio, teneatur ad horas canonicas dicendas. ¶ Respondetur iuxta dominum Petrũ de palude in 4. sub certis conclusionibus, Prima conclusio. Si talis beneficiatus non est in pacifica possessione beneficij nec per eũ stat, non tenetur. ¶ Secũda cõclusio. Si talis est in pacifica possessione beneficij, aut ꝑ eũ stat, tunc tenetur Ar. de preb. c. licet episcopus in 6. ¶ Tertia conclusio. Si talis est receptus, & per eũ stat, ꝙ fructus non recipiat, quia non vult ibi facere residentiã, vel primã, vel aliã tenetur, quia reputatur beneficiatus multo magis, quã si non possessionẽ haberet, sed per eum stat. Quarta cõclusio. Si aũt per eum nõ stat, quia quominus grossos fructus habeat, qui forte primo anno sint mortui, vel fabricę, vel alterius, quia tñ distributiones quotidianas, sicut canonicas percepit, reputatur beneficiatus, tenetur. ¶ Quinta conclusio. Si tales etiã distributiones percipere non posset, & præbendam, quantum ad emolumentum tpale in futurũ expectaret, ex quo tñ receptus est in canonicũ, & in fratrẽ verũ beneficiũ habet, vt notatur extra de cõstitut. c. cum. M. ferar. vnde est obligatus, quia vocem in c. habet, & stallũ in choro. ¶ Sexta conclusio. Si talis etiã postquam præbendam adeptus est, totũ emolumentum perderet, obligatur adhuc remaneret, si tñ verus canonicus esset, quia, si desinat esse canonicus ꝑ irregularitatẽ, vel aliter ex toto, quia non omnis irregularitas immediata deponit, tunc desinit teneri, secundum eundem dominum Petrum.

Respondet Per de pal. Prima conclusio. Secunda cõclusio. Tertia conclusio. Quarta cõclusio. Quinta cõclusio. Sexta conclusio.

20 Ad decimum quintum In quo quæritur † vtrum obligati ad horas canonicas, obligentur ad horas beatæ Virginis. Respondetur, ꝙ sic. licet. n. vt dicunt Pet. de pal. & Guil. de iure scripto non teneantur, tenentur tñ de consuetudine, ita. n. habet generalis consuetudo ecclesiæ, quæ ita ligat, sicut ius scriptum, vt dicit Aug. in c. in his di. 11. Et ratio est, quia turpis est pars, quę non consonat suo vniuerso, & quę non se conformat moribus aliorum, talis est aut intemperans sui, est aut superstitiosus di. 41. c. fi.

Respondet Pet. de palu. Guiliel.

21 Ad decimum sextum In quo q̃ritur, † vtrũ obligati ad horas canonicas, teneantur ad vigilias, siue suffragia mortuorũ. Respondetur sub ista conclusione. Quod tenentur ad officiũ mortuorum, quod ordinarie in ecclesia dr̃ ẽm statuta, aut consuetudinẽ ecclesiarum. Pro cuius cõclusionis plenioři intelligentia est notandum iuxta S. Th. in quolibeto 6. disputatis. Vtrũ clericus beneficiatus in scholis existens teneatur dicere officium mortuorum. Et respondẽs dicit sic. clericus ex hoc ipso, ꝙ est clericus in sacris constitutus, tenetur dicere horas canonicas[a] videtur. n. tales assumpti ad laudẽ diuinã ẽm illud Isa. 43. omnem, qui inuocat nomen meum, in laudem meam creaui illum, sed, inquantum est clericus beneficiatus in hac ecclesia teneatur dicere officium ẽm morã illius ecclesiæ. Est ergo cõsiderãdũ, ꝙ officium mortuorũ q̃nque in ecclesia dr̃, sicut ordinarie pertinens ad ecclesię officium, sicut in tota ecclesia in die aĩarũ dr̃ officiũ pro mortuis, & in qualibet ecclesia est super hoc specialis consuetudo, vt dicatur ordinarie semel in hebdomada, vel qualitercunque ẽm certum tempus, & ad hmõi officium mortuorum tenetur etiam clericus beneficiatus in scholis existens. Aliqñ vero dr̃ officium mortuorum in ecclesia extraordinarie ꝑ aliquam specialem causam specialiter emergentem, puta ad praeces alicuius personę, vel propter aliquod hmõi, & ad tale officium mortuorũ non tenetur clericus existens in scholis, vel alibi ex aliqua rationabili causa absens. Et ita etiam nec ad alia suffragia, quæ fierent extraordinarie pro aliquibus personis, aut negotijs specialiter in ecclesia. Tum primo, quia in tali casu non sunt de officio ecclesiæ. Tum secundo, quia absens minus recipit, quam residens, cum tantum residentes habeãt distributiones quotidianas de cle. non resi. c. vnico li. 6.

Respondet

S. Thom. Quodlib. 6. ar. 8.

a ¶ Horas canonicas ho rarum appellatione septẽ cõprehẽduntur. Car. Za in cle. 2. §. 1. 15. q de ætate & qual.

22 Ad decimum septimum In quo quæritur † Vtrũ monachus assumptus ad cardinalatum, vel episcopatum, vel præfectus ecclesiæ parochiali, obligetur ad dicendas horas canonicas ẽm morem ecclesiæ, ad quam assumitur, vel religionis suæ. Respondetur, ꝙ tenetur dicere horas ẽm morem ecclesię, ad quam assumitur Ar. di. 12. illa. & di. 41. quisquis. Hoc tñ intelligendum est, nisi cum dispensatum sit sicut vidimus factum esse circa episcopum Cõchẽsem, & episcopũ Aurien. ordinis prædicatorũ, & me assumptũ ad cardinalatũ per sanctæ memoriæ dñm Euge. qui mecũ dispensauit, vt cõtinuarem officium ordinis prædicatorũ.

Respõdet.

23 Ad decimum octauum In quo quærit, † Vtrum monachus prefect⁹ ecclesiæ parochiali debeat dicere horas iuxta consuetudinem ecclesiæ parochialis. Respondetur iuxta dominum Ho. in summa, ꝙ talis non reget ecclesiã ẽm officium, monachale, sed seruabit consuetudinem ecclesiæ, ad quam transit. Ar. 12. dist. illa, & 41. dist. quisquis.

Respõdet. Hostiensis

24 Ad decimum nonum In quo q̃rit † Vtrũ clerici vel religiosi commorantes cum dominis Cardinalibus sanctę Romanæ ecclesiæ, aut cum episcopis teneantur dicere officium diuinũ ẽm morẽ suæ religionis, vel possunt dicere ẽm morẽ, qui obseruatur per dños cum quibus morãtur. Respõdetur, ꝙ tales religiosi possunt se aptare, & cõformare dictis dñis in diuinis officijs sine vlteriori obligatione ad horas canonicas dicendas ẽm morem suæ religionis. Ista conclusio expresse habetur in cle. de celeb. miss. c. dignum.

Respõdet

25 Ad vigesimam questionẽ sic proceditur, † Et videtur, ꝙ obligatus ad horas canonicas dicendas non meretur, illas dicendo. Primo sic. Ille, qui reddit, quod debet non meretur vlterius puniri, sed obligatus ac dicendũ horas canonicas, dicendo reddit, quod debet, ergo sequitur, ꝙ nihil meretur apud Deũ pro se. ¶ Secundo sic. Illud, quod præcipitur, necessario est adimplendũ, sed ex eo, ꝙ quis necessario facit, non vr̃ mereri 15. q. 1. nõ est. Ergo clericus obligatus præcepto iuris naturalis, & canonici dicendi horas, dicẽdo horas non meretur. ¶ Tertio sic. Opus meritoriũ solum ad deum intentionem dirigit, quia mercenaria intentio virtutem merẽdi excludit, sed dicentes horas canonicas maxime habent oculos ad proprias indigentias, à quibus petunt subleuari, vel ad distributiones ecclesiæ, quas per officium diuinum consequi cupiunt: ergo, &c. ¶ In oppositum arguitur ex gl. super illud psal. 34. Oratio mea in sinu meo cõuertetur, quæ ait, & si eis non prosint: ego tamen non sum fraudatus mea mercede, merces autem non debetur, nisi merito: ergo talis obligatus ad horas, dicendo illas meretur. Respondeo dicẽdum, ꝙ obligatus ad horas canonicas, si eas dicat in statu gratiæ meretur eas dicendo augmentum gratiæ, & coronam supernæ gloriæ. Ista conclusio patet sic. Omnis actus virtutis potest esse meritorius vitæ æternæ, sed oratio, & maxime publica est actus virtutis. s. religionis: ergo, &c. ¶ Secundo sic. Ratio meriti in omnibus actibus nostris est ex charitate, sed potest esse, ꝙ obligati ad dicendas horas canonicas, dicant eas ex charitate. ergo possunt esse meritoriæ dicẽtibus, sicut alia opera in charitate facta, meritoria sunt. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, negando assumptum imo dicimus cum S. Tho. in 2. 2. ꝙ homo inquantum propria voluntate facit, quod debet, meretur, alioqui actus iustitiæ, quo quis reddit debitum, non esset meritorius. Idẽ dicit in 2. sent. di. 27. ¶ Ad secundam respondetur, ad minorem, ꝙ verum est de eo, qui necessitate absoluta, aut coactionis

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit ĩ contrariũ.

Respõd.

Ad primũ arg. S. Thom. 2. 2. q. 104. ar. 1. Ad 3. Ad secũdũ

ctionis inuitus aliquid facit, talis.n.necessitas excludit meritum, non aut necessitas finis, vnde amor, qui maxime est voluntarius, est necessarius, si quis vult ad finē salutis æternę peruenire. Itē dare elemosynam indigenti meritorium est, & tñ necessario est fienda, si indigens sit in extrema necessitate. Ita hic in proposito. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est iuxta S.Tho. in 4.& in quolibetis, ꝙ licet habere oculū ad aliud, quā ad deū, sicut ad principalem finē, euacuat rōnē meriti, nō tñ si respiciat aliud sicut id, quo ad Deū sit perueniēdū, vel sicut accessorium ad sustētationē suā. Illi aūt, qui dicunt horas canonicas ordinate, & debite dicunt hoc modo respicientes deū, sicut finē principalē. Sustentationē autem vitæ, sicut accessorium, vel secundario intentum. Et ideo nō excluduntur à merito sicut plenius infra videbitur.

Ad tertiū. S. Tomas. 4.Sē.d.15. q.4. Ar.q. ad 1.

2 *Clericus infirmus, si pro grauitate infirmitatis non valet nec horas dicere, nec æquiualens recompensare, est omnino excusatus.*

Et an teneatur post conualescentiam eas reiterare nu.3.

4 *Clericus ad horas obligatus, si careat libro propter paupertatem, & non potest habere commodatum, aut sociare se commode habenti breuiarium, an excusetur.*

9 *Papa non potest dispensare à debito dicendi officium diuinum, vel persoluendi æquiualens, si debitum illud pendet ex iure naturali.*

Potest tamen dispensare, interueniente rationabili causa circa modum, & formam persoluendi diuinum officium nu. 10.

11 *Clericus in sacris constitutus, aut beneficiatus non potest regulariter per alium satisfacere.*



Eleuterius. Inducit magister Gratianus in fauorē propositi sui hoc c. qđ est Gelasij papæ, in quo ꝑcepit Eleuterio episcopo, vt compellat clericos suæ ecclesiæ ad dicēdum quotidianum officium in ecclesia sua iuxta promissionem, quā fecerat in ordinatione sua. Et diuiditur hoc c. in duas partes. In prima narrat querelā, quā episcopus facit de clericis suis circa contemptū celebrandi diuina officia. In 2. prouidet episcopo, committendo, vt eos compellat ad celebrandum diuina officia. 2. ibi. Et ideo experientia. Pro pleniori intelligentia huius c. quæruntur sex.

Diuisio.

1 ¶ Primum est, vtrum obligatus ad dicendas horas canonicas, omittens eas dicere, peccet mortaliter.

5 ¶ Secundum est, vtrum omittens eas dicere ex industria, vel negligentia sola, tot mortalia committat, quot sunt horæ omissæ.

6 ¶ Tertium est, vtrum beneficiatus existens in scholis, sit excusatus à debito dicendi horas canonicas.

7 ¶ Quartum est, vtrum existens in studio, omittens horas canonicas ratione studij, vel lectionis, vel prædicationis ex proposito, & spe recuperandi, & dicendi alia die, peccet mortaliter.

8 ¶ Quintum est, vtrum potest dispensari cū beneficiato, aut constituto in sacro ordine, ꝙ non dicat horas canonicas.

11 ¶ Sextum, vtrum clericus obligatus ad dicendas horas canonicas, possit per alium satisfacere de eis dicendis.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et vr̄ ꝙ obligatus ad dicendū horas canonicas omittendo eas peccet mortaliter. Et vr̄ ꝙ non. Primo sic. Pōt cōtingere, ꝙ talis beneficiatus efficiatur cæcus, aut infirmus, sed talis nō tenetur dicere, vt habet gl. in c. 1. de cle. nō resi. li.6. in verbo infirmitatis. Et idē Inn. de cel. miss. c. 1. & Pau. in clem. e. tit. Ergo, &c. ¶ Secūdo sic, pōt cōtingere, ꝙ talis beneficiatus obliuiscat̄ dicere horas, vel horā, sed talis non vr̄ dicendus peccare mortaliter: ergo: & c. ¶ Tertio sic. Talis beneficiatus pōt ex paupertate carere li. Cum ergo nullus obligetur ad impossibile, vr̄, ꝙ talis in hoc casu nō peccat mortaliter, horas omittendo. ¶ Quarto sic. Pōt cōtingere, ꝙ talis nouiter in sacris constitutus, aut nouiter beneficiatus nesciat dicere horas canonicas, sed cum videatur, ꝙ talis ignorātia excuset, vr̄, ꝙ talis omittendo, nō peccet. ¶ In oppositum arguitur ex præsenti c. Itē ex. c. dolentes extra de cele. miss. Respondet dicendū sub ista cōclusione. Obligatus ad dicendas horas canonicas, omittendo illas ex industria, aut negligentia sola, accurata, & affectata peccat

Respōdet.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

quartū ar.

Opponit & respondet.

mortaliter. Ista cōclusio probatur primo sic. Faciēs cōtra ꝑceptū ecclesiæ peccat mortaliter 4. di. deniq; ex. de maior. & obe. c. 2. Sed obligatus ad horas canonicas, omittēdo eas ex industria, aut negligētia, facit contra ꝑceptum, vt patet in c. allegatis: ergo, & c. ¶ Scđo sic. Talis omittens horas canonicas ꝑcipitur excōicari, & suspendi, vt. j. e. clericus. Sed excōicatio, & suspēsio nō infertur à iure, nisi pro mortali peccato 11. q. 3. nemo. Ergo, &c. ¶ Tertio patet cōcl. Quia talis, non dicendo horas canonicas, infert dānū proximo, cū pro tpalibus non rependit spūalia, ad quod tenetur nō modo ꝑcepto ecclesiæ, sed etiā obligatione naturalis iustitiæ, vt superius in ꝑcedēti c. ostēdimus: ergo talis, sic omittens horas canonicas mortaliter peccat. ¶ Quibus habitis, dicēdū est ad rōnes in oppositū. ¶ Ad primā respōdetur, ꝙ talis beneficiatus factus cęcus, si nō valet dicere horas iuxta ordinationē ecclesiæ, si tñ recōpenset æquiualens ꝑ psalmos, vel orōnē dñicā, nō peccat mortaliter, si nō dicat horas canonicas. Talis.n. nō omittit eas ex industria, aut negligentia, sed ex impotētia. Idē dicimus de infirmo. Ar. de pręb. c. significatū, & c. 1. de cler. nō resi. li.6. superius allegato, & addimus†, ꝙ si infirmus ꝑ grauitate infirmitatis non valeat, nec horas dicere, nec ęquiualens recōpensare, oīno est excusatus iudicio meo, qm̄ cum pręceptum dicendi horas beneficiato, aut in ordinib. cōstituto, sit præceptum affirmatiuū, licet obliget semper, non tñ ad semper, sed existēte opportunitate, & debita valetudine, ꝑꝑ quod infirmi excusantur ad dicendū horas, sunt aūt participes horarū, quæ in ecclesia dicuntur ex vinculo charitatis, q̄ bona validorū mēbrorū cōicat infirmis, & minus validis. de istis dicit Inn. in c. 1. de celeb. miss. ꝙ infirmi bene excusant̄ à dicendo, & forte ēt ab audiendo, si tñ talis esset infirmitas, in qua directe, vel occasionaliter sibi obesset, vel obesse timeret audire. Infirmis nō est lex posita. Si vero esset infirmitas leuis, puta vetus catarrhus, vel alia, qua non obstāte, sua propria negotia procuraret, tūc nō excusaretur. ff. de re iu. l. quæsitum, ad fi. śm Ho. & Henricū. ¶ Sed hic surgit quęst. †Vtrū infirmus, qui præ grauitate infirmitatis nec dicere, nec audire horas pōt, post cōualescentiā teneat̄ reiterare. Rn̄. ꝙ nō śm Ho. vt patet in eo, ꝙ leg. & no. de cle. non resi. ad audiētiā. Idē dicit Aluarus. ¶ Ad secundā respondet̄, ꝙ si talis obliuio causet̄ ex legitima occupatione, bene excusatur śm Vlrichū in summa sua, dum tñ, qñ reuocat ad memoriā suppleat, ꝙ omisit, idē dicēdo, vel æquiualēs, ꝙ etiā notat Arc. j. e. c. clericus. ¶ Ad tertiā respondetur†, ꝙ si clericus ad horas obligatus, libro careat ꝑꝑ paupertatē, & nō pōt habere comoditatē, aut sociare se cōmode cum habēte breuiarium, credimus, ꝙ excusetur, dum tñ recompēset per psalmos, vel oratione dñicā. Notāter aūt dicimus, si careat lib. ꝑꝑ paupertatē, quia si emit libros legales, aut medicinales, aut phisicos, imo ēt theologicos, & non breuiariū, nō excusat̄, quia potius, vt dicit dn̄s Pet. de pal. debet emere breuiariū, q̄ bibliā. Ex his patet, quā cæci sunt multi in ista curia, qui habentes multa mutatoria vestiū, diploides de veluto, instrumēta musica, aut ēt arma, sed non breuiarium, credunt excusari ab horis dicēdis. quia nō habēt breuiarium, arbitrātes se satisfacere cum horis beatę virginis, & septē psalmis. ¶ Ad quartā respondetur, ꝙ talis propter ignorātiam non excusatur, talis.n. ignorātia nō subleuat, sed grauat: debuit.n. talis, qui ad beneficia, aut sacros ordines aspirat, prius officium addiscere, & principalius quam philosophum, aut Iustinianum, aut etiam Gratianum.

2

3

4

Ad primū arg.

Innocent.

Quæstio.

Respōdet. Aluarus. Ad secundū Vlricus

Ad tertiū.

Pet. de pal.

Ad quartū

5 Ad secundam quæstionem, in qua quæritur, † Vtrum omittēs dicere horas canonicas ex industria, vel negligētia sola, tot peccata mortalia cōmittat, quot sunt horæ omissæ. Respondet sub trib. conclusionib. iuxta do. Vlrichum. Et nota per dn̄m Arc. in c. præsenti. Prima est, ꝙ, licet, quanto plures horas omittit, tāto grauius peccet, tñ tot peccata mortalia dr̄ cōmittere, quot horas omisit. Patet conclu. qm̄ totum officium vnius diei est vnum totum integratum ex suis partib. Et ideo ꝑcepto vno pręcipitur, & transgressor non transgreditur, nisi vnum præceptum. Et hoc tanto est grauius, quanto plures partes eius omisit. ¶ Secunda conclusio est, omissio officij diuini facta pluribus vicibus, inducit plura peccata mortalia, conclusio patet, quoniam hoc totum integrale præcipitur quotidie adimpleri, vt in præsenti capitulo, & in capitulo dolentes, extra de celeb. miss. ¶ Tertia conclusio, qui omittit vnam horam de officio diuino, puta,

Respondet

Prima cōclusio.

Secūda cōclusio.

Tertia cōclusio.

putà, si quis ex industria, aut sola negligẽtia omitteret matutinam, aut primam solam, aut solã tertiã, &c. peccat etiã mortaliter. Patet ista conclusio, quia etiam talis contra præceptum ageret, cum integrũ officiũ non diceret, licet minus grauiter peccet, quã nisi qui totum officium, aut plures partes omitteret.

6 Ad tertiam. quæstionem sic proceditur, † Et vr̃, ꝙ beneficiatus existens in studio, excusatur à debito dicendi horas canonicas. Et vr̃, ꝙ sic. Primo. (Primũ ar.) extra de præben. c. licet præcipitur, vt studenti permanẽti in studio ecclesiastici prouẽtus tribuãtur, præter quotidianas distributiones, quæ tm̃ residentib. cõferuntur, sicut ergo studens absoluitur à corporali præsentia, siue residẽtia in ecclesia, ita videtur absolui à debito dicendi horas. ¶ Secundo sic. (Secũdũ ar.) Minus bonum est omittendũ pp maius, sed studium videtur maius bonum, quam dicere horas, cũ sit magis vtile: ergo illud est omittendũ pp istud. ¶ In oppositũ est, (Opponit in contrarium) quia dicere horas canonicas est præceptũ clerico beneficiato, studere aũt non: ergo pp studium non absoluitur à debito dicendi horas. Respondet dicendum, ꝙ beneficiatus (Respondet e) ratione studij generaliter, seu regulariter nõ excusatur à debito dicendi horas canonicas. Ista conclusio est cõiter doctorum, in c. 1. de cele. miss. Et tangit eam Arc. in pcedẽti c. (Archid.) quæ cõclusio rõne probatur sic. Qm̃ regulariter nõ est tãta obligatio ad studendũ ipsis beneficiatis, quanta de horis dicẽdis, quia magis per se beneficiũ respicit officiũ, quã studium, vnde dicẽdum est ad rões in oppositũ. ¶ Ad primã respondetur, negãdo consequentiã. (Ad primũ arg.) Et ad probationẽ de. c. licet. Respond. ꝙ in ca. præfato nõ dispensatur cũ studente, vt non teneatur ad horas dicendas in loco, vbi studet, sed solum, vt non teneatur præsentialiter in ecclesia, vbi est præbendatus, residere, ac cum alijs ad diuinum officium solemniter persoluendum interesse, & ita c. nõ facit contra propositum. ¶ Ad secundã respondetur, (Ad secũdũ.) negando minorem, dicimus. n. ꝙ regulariter maius bonum est dicere diuinum officium beneficiato, ad quod obligatur, quã studium, vnde ait Isidorus, ꝙ melius sit orare, quã legere.

7 Ad quartam. quæstionem sic proceditur, † & vr̃, ꝙ existens in studio, omittens horas canonicas rõne studij, aut lectionis ex proposito, et spe recuperandi, & dicendi alia die, non peccet mortaliter. Primo sic. (Primũ ar.) Non est peccatum mortale, nisi auersio ab incommutabili bono, sed talis non auertitur ab incommutabili bono cum maneat in voluntate bona explere di illud, quod omittit: ergo, &c. ¶ In oppositum arguitur, (Opponit in contrariũ.) quia talis trãsgreditur præceptum ecclesiæ, ergo peccat mortaliter. Respondetur, (Respõdet.) dicẽdum, ꝙ ista quæstio vnũ supponit, & aliud quærit. supponit. n. beneficiatum obligari ad horas canonicas, de quo, cum superius circa tertiam quæstionem. §. precedentis satis dictum est, nihil amplius dicimus. Quæritur aũt quæstio. Vtrum existens in studio, omittens, &c. pro cuius responsione sit ista prima conclusio, (Prima cõclusio.) ꝙ regulariter occupatio studij, aut lectionis non excusat, aut deobligat à debito dicendi horas. Ista cõclusio patet ex determinatione præcedentis quæstionis. ¶ Secunda conclusio, (Secunda cõclusio.) ꝙ occupatio studij in casu potest excusare, & deobligare à debito dicendi horas pro aliquo tpe, puta dum oĩno esset studendum alicui, vbi fides necessario defendenda esset, & prædicanda, nec aliquid temporis esset, seu restaret extra dormitionem, commestionem necessariam, & studium ad hoc necessario requisitum, tũc est deobligatio à præcepto. Vel, si per totum diem haberet quis audire confessionem alicuius in articulo necessitatis, sic, ꝙ non restaret aliquid temporis pro horis dicendis, vel pro consimilibus, in hoc casu videtur, ꝙ esset sufficiens excusatio, quod sic probatur. (Bernard.) Nulla obligatio militat contra charitatem ẜm Ber. sed prætermittere defensionem fidei pro tpe necessitatis, est contra charitatem, & similiter prætermittere salutem proximi in casu necessitatis, est contra charitatem, & præceptũ dei: ergo nullum præceptum humanum, aut cuiuscunque obligatio euacuatur per maiorẽ, dum vtraque impleri nõ potest, sed in talibus casibus maior est obligatio, quam de horis dicendis. Nam in casu, in quo est fides defendenda, tenetur quilibet se exponere morti, & cum est casus necessitatis, quo possem exhibere salutem spiritualem aĩæ proximo teneor, nõ obstante periculo mortis, quia bonus pastor debet aĩam suã ponere pro ouibus suis, Io. 10. ¶ Tertio sic, plus teneor ex charitate diligere proximum in vita spirituali, quã corpus proprium, vt dicit Aug. 1. de doct. christiana c. 6. (August.) sed ab horis dicendis excusatur quis in casu grauis infirmitatis, vt supradictum est: ergo multo plus in casibus prædictis cessat obligatio de horis dicendis. Quibus habitis, dicendum est ad rationẽ in oppositum. Ad quam (Ad arg.) respondetur, negando minorem. dicimus. n. ꝙ cum beneficiatus teneatur ex præcepto ecclesiæ dicere omni die horas canonicas, si omittit eas dicere ex industria, vel negligentia sola, auertitur ab incommutabili, per inobedientiã omittendo illa die horas, dicente domino Lucæ 10. Qui vos contemnit, me contemnit. Nec propositũ dicendi alia die tollit trangressionem, præcepti necessitate non occurrente, designata in prædictis casibus, vel similibus.

8 Ad quintam. quæstionẽ, in qua quæritur, † Vtrũ posset dispensari cum beneficiato, aut cum constituto in ordine sacro, ꝙ oĩno non dicat horas canonicas. Respõdetur. (Respondet) Aut quæstio est de papa, qui maximus prælatorum est. Aut de inferioribus prælatis. Si de prælatis inferiorib. tunc conclusio Glossatoris. Guliel. Raymundi est, (Gulielmus Archid.) ꝙ nõ põt per eos dispensari. Et notat hoc Arc. in præsenti c. vbi ita inquit. Quidã dicũt ẽt, ꝙ pp occupationẽ studij, aut peregrinationis, non excusant, nec Archiepiscopus, nec episcopus posset super his dispensare, aut in aliud cõmutare, aut abbas cũ monacho pp studiũ. Eiusdẽ sniẽ est magister Humber. literis vtriusq; iuri, & religione clarissimus, (Hũbertus.) quõdã magister Gñalis pdicatorũ; qui super 1. c. cõstitutionũ eiusdẽ ordinis ad hãc quæstionẽ respõdẽs, loquẽdi in religiosis dicit. Dispẽsare nõ põt platus cũ his, qui sũt in sacris, põt cũ alijs. Etiã nõ põt, quia cũ clerici beneficiati nõ in sacris, teneri dicanẽ ad officiũ diuinũ, multomagis quilibet religiosus, qui prouisionẽ habet ab ordine suo, tenebitur, ridiculumq; esset dicere cõtrariũ. necessitas tñ iusta posset in hoc casu excusare sine dispensatione. Hæc ille. ¶ Si vero loquamur de summo põtifice, est cõcl. 2. Guil. de monte Lauduno, vt recitat dñs Franciscus de Zabarellis, (Guil. de mõte Lauduno Card. Zabarella.) ꝙ papa põt dispẽsare in tãto, sed nõ in toto. ¶ Tertia cõclusio ipsius dñi Franc. & Io. de Li. est, ꝙ papa põt dispensare in toto, quia horæ canonicæ, vt inquit, sunt iuris positiui, vt in c. 1. ex. de cele. miss. Et ad dictũ prophetæ dicentis. Septies in die laudẽ dixi tibi, &c. Respõdet, ꝙ non obstat. quia alijs legẽ indicere nõ potuit, nec indixit, sed de ipso loquit. Nobis aũt vr̃ in hac parte respõdendũ ad q̃stionẽ, ppositã sub duabus cõclusionib.

9 Prima est, † ꝙ papa nõ põt dispẽsare à debito dicẽdi officiũ diuinũ, vel psoluendi æquiualẽs ex ea parte, qua debitũ illud pẽdet ex iure naturali. (Prima cõclusio.) Ista cõclusio patet, qm̃ aduersus ius naturale nulla dispẽsatio admittitur. s. in prin. di. 13.

10 ¶ Secũda cõclu. † papa põt dispẽsare, interueniẽte rõnabili causa circa modũ, & formã persoluendi diuinũ officiũ. (Secunda cõclusio.) Patet cõclusio ista, quia talis forma, talis determinatio, siue taxatio numeri psalmorum, & hmõi, pẽdet ex iure positiuo, vt patet ex c. seq. & est c. 1. extra de cele. miss. ista respõsio clarior colligit ex determinatione, quã. s. fecimus in 1. q. circa hoc c. Et ista etiam videtur sententia Abbatis in c. 1. de cele. miss.

11 Ad sextam. quæstionẽ, in qua q̃ritur † Vtrũ cleric' obligatur ad dicẽdũ horas canonicas posset p aliũ satisfacere de eis dicẽdis. Rñdetur, (Respõdet.) ꝙ Guil. de mõte Lauduno, vt recitat dñs Frãciscus de Zabarellis, & Henric. Boych, (Guil. de mõte Lauduno Zabarella. Henricus) ꝙ licet in obligatione dicẽdi officiũ diuinũ æquiparẽtur promotus ad sacros, & beneficiatus in minorib. differũt tñ, ꝙ in sacris cõstitutus nõ põt per aliũ dicere, infirmitate cessante, beneficiatus in minorib. sic de appel. peruenit, & extra de ele. cum ex eo. li. 6. Et hoc etiã dicunt alij, vt notat Arc. in c. psenti sic dicẽs, ꝙ ex verbo illo, (Archi. Abbas.) qđ habeẽ in c. seq. & habeẽ ex. de cele. miss. c. 1. Aut à se, aut à scholarib. scripsit Abbas secutus dñm Pe. ꝙ ex illo te. colligitur optimũ argumẽtũ, ꝙ si scholaris clericus de licẽtia epi abest causa studij, qđ esse põt ext. de cle. nõ resi. relatũ. vel alia ex causa legitima, & dimittat aliquẽ, qui faciat officiũ in ecclesia, à qua recipit beneficiũ, qđ hoc sufficiat, & nõ teneaẽ ipse scholaris dicere horas canonicas, qđ Theologi nõ admitũt. Hæc Arc. Nos vero ad hãc quæstionẽ respõdẽtes, q de numero theologorũ doctorũ licet modic', (Archid.) sumus, nõ admittimus opinionẽ pfatã iuristarum. Et bene dicit Arc. ꝙ Theologi illã nõ admittũt, q̃ admittẽda nõ ẽ, vñ dicẽdũ est,

12 † ꝙ nec clericus in sacris cõstitutus, nec clericus bñficiatus põt regulariter p aliũ satisfacere. Nec capitula inducta faciunt pro iuristis. Non quidem. c. peruenit. de appel. 2.

Pro intellectu c peruenit de appa. & c.cum ex .. de elect.

appe.2.quoniam c.illud non loquitur ꝙ possit beneficiatus in minoribus constitutus dicere per alios horas canonicas,& ipsi sunt absoluti à debito dicedi eas,sed loquitur de residentia in ecclesia,quam quilibet beneficiatus clericus de iure cōi facere debet vt in c.præsenti & ?.7.q.1.si quis in clero.& ex.de cler. non resi.nec etiā facit c.de elec.cū ex eo.quia solū residētia in eccles. ad seruiēdū personaliter ecclesiæ loquitur,sicut patet manifeste.Et sic patet,quia inducta capitula non faciunt ad propositum nostrum,quoniam aliud est loqui de debito dicendi horas, de quo ad præsens sermo noster est,& aliud de debito residendi, & seruiēdi personaliter in ecclesia,vbi est beneficiatus. ¶Pro pleniori, ergo intelligentia præfatæ responsionis nostræ est cōmemorandum, ꝙ supradiximus in disputatione præcedenti circa quæstionem decimam ex quolibeto primo sancti Thomæ,quod ille,qui in aliqua ecclesia prætendam accepit,duobus obligatur, scilicet Deo, vt ei debitas laudes persoluat pro eius beneficijs, & obligatur ecclesiæ,de qua etiam accepit sumptus. Ea vero,quę ad eclesiam pertinēt, subiacent dispensationi prælatorum ecclesię. Et ideo hoc debitum,quod debet ecclesiæ, per seipsum debet exsoluere secundum maiorum suorum traditiones. Hęc Sanctus Thomas.Ex quibus patet,ꝙ beneficiatus,cessante infirmitate,aut impedimento legitimo,per seipsum debet laudes Deo soluere,de quibus in c.sequēti presbyter dicit.Septies in die laudem dixi tibi. Et in c.1.extra de cele.miss.Quod vero debet ecclesiæ,potest exsoluere per seipsum residendo,vel per vicarium,vel &c.Secundum consuetudinem ecclesiæ.Et ita videtur nobis secura responsio pro conscientijs clericorum,qui ad horas obligant,&c.Lege te.¶[Eleuterius quæritur].i.conqueritur[facta].i.descripta,& retenta.Hæc.n.cōsuetudo Romanæ ecclesiæ Ar.81.d.tantis Hu. & Arch.[Cautione.]Sed hic surgit quæstio,etiam iuxta gl. Vtrum talis cautio debet exigi.Et Respondet.iuxta Hu. ꝙ potest exigi pro qualibet re licita,ad quam alias tenetur,s. vt surgat ad matutinum,& intersit diuinis officiis, vt prædicet,& cogat clericos ad officia ecclesiastica.Et de multis pōt exigi cautio,siue cum sacramento,siue sine sacramento,vt 10.q.vlt.c.2.& d.33.quanquam,& dist.28.de Syracusanæ.Nō tñ de his omnibus,& cōsimilibus esse exigendam cautionem specialiter nisi cū quis habetur suspectus,vt iste de negligentia, & Syracusanus de dilapidatione. Si tamen exigatur à maiori, & non præstetur,repelletur tanquam suspectus ar.dist.c.in ea Hu.[Vt quotidianis diebus]Hæc fuit cautio,& hoc continebat,verosimile,ꝙ Papæ significatum erat,ꝙ in illa ecclesia celebrātur diuina officia,vt debebant celebrari Hu.[vigiliæ]Mortuorum,vel potius generaliter, quælibet officia ecclesiastica.vt distin.61.quoniam festus. Hu.Quæ ideo vigiliæ dicuntur,quoniam cum summa vigilia, & attentione debeant dici [experientia tua].i.per experientiam,& examinationem tuam Hu.& Arch.

S.Thom. Quolib.1. ar.13.cor.

Exponit literam

Quæstio. Respondet

2 *Diuinum officium persoluendum Deo, quod distribueretur per diuersas horas fuit conueniens.*

8 *Presbyter,et clericus beneficiatus,siue in sacris ordinibus constitutus ex debito obligatur ad dicendum continue horas canonicas.*

9 *Numerus septenarius dicitur sacratus propter multiplicem sacramenti eius significationem.*

10 *Medium dicitur dupliciter.*


Resbyter. Sequitur ad idem hoc c. q^d^ est hic Palea,sed pro grano ponitur extra de cele.miss.c.1.& est sumptum ex concilio Agaten.Et diuiditur in duas partes. In prima præcipit clericis beneficiatis, vt persoluant integraliter officium diuinum. In 2. inducit ad hoc autoritatē beati Benedicti in regula.2. ibi.Item ex dictis sancti Benedicti.Pro pleniori intelligentia huius c.quæruntur 6.

Diuisio. Nota,quod in te. decreti habetur ex concilio Ananethenēsi.Sed puto textum corruptum cum nō reperiatur huius nominis Conciliū.

1 ¶Primum est,vtrum diuinum officium conuenienter distinguitur per 7.horas canonicas.

3 ¶Secundum est.vtrum singulæ horæ canonicę singulis horis temporis sint dicendæ.

4 Tertium est, vtrum liceat clerico, qui tenetur ad horas canonicas,dicere matutinas sequentis diei in sero.

5 ¶Quartum est,vtrum ei,qui omisit dicere officium,sit iniungendum,ꝙ iterato dicat.

6 ¶Quinto.vtrum clericus,qui obligatus est ad aliquam horam,teneatur dicere iterum eam licet tarde.

7 ¶Sextum est,vtrum, qui sequenti hora dicta, precedentē omisit,teneatur reiterare sequentes.

1 Ad primum. Sic proceditur,†& videtur,ꝙ diuinum officium non sit sufficiēter distinctum per septem horas canonicas.Primo ex illo Lucæ 18.Vbi Christus ait. Oportet semper orare. & non deficere,ergo videtur,ꝙ non solum septē horis orandū sibi.¶Secundo arguitur.Idem ex illo 1.ad Thess.5.vbi inquit Apostolus.Sine intermissione orate, sed vbi nulla est intermissione,nulla est tēporis limitatio,ergo,&c. ¶Tertio arguitur psal.Benedicam dominum in omni tempore, & semp laus eius in ore meo.¶Quarto ratione sic.Continuo auxilio semper indigemus,hoc aūt per orationem imploratur, ergo semper orandum est,& non distinguenda,siue distribuenda per speciales horas.¶In oppositum est tex.præsentis c.Respondet dicendum sub certis conclusionibus. Prima est.†Conueniens fuit,vt diuinum officium ab ecclesiæ ministris persoluendum Deo per certas horas distribueretur.Ista conclusio patet primo,quia,cum semper orare nō sit in potestate nostra, & per consequens ad hoc vtpote, quia ad impossibile nullus obligare posset,necesse ergo fuit vt solutio diuini officij distribueretur per aliquas certas horas.¶Secūdo patet etiam,quia circa naturæ,opera oportet nos pro magna parte temporis esse intentos,sicut est manifestum.Cum ergo,quę orationis sunt, non semper facere valemus,conueniens fuit,vt ad orationis officium persoluendum,certa aliqua tempora à patribus ordinarentur. ¶Tertio satis etiam colligitur conclusio ex illo Ecclesia.3. Omnia tempus habent,& suis spatijs transeunt vniuersa,& sequitur.Tempus tacendi,& tempus loquendi. Oratio ergo,cū sit existentium,tempus habet determinatum,vt cætera,ergo,&c.¶Quarta conuenientia ista ostenditur,quia, vt ait Philosophus primo de somno,& vigilia.Quorūcunq; est tempus determinatum secundum naturam,cum excesserint illud,necesse est eos lāguescere,& sic indigent pausatione,& requie propter quod non possunt homines viuentes in hac mortali vita incessanter orare actuali oratione. Corpus.n.quod corrumpitur,aggrauat animam,vt dicitur Sapiētię nono.Et ideo,cum nequeamus,infirmitate nostra impediente,in singulis horis 12.diei iugiter interesse diuinis laudibus,quoniam necesse habet homo,vt dictum est, aliquando necessariis corporis intendere,conuenienter institutum est,vt certis horis statutis vacetur.Et vocātur istę horę canonicę.i.regulares,à sanctis patrib. regulariter obseruatæ.¶Secunda conclusio.Conueniens fuit,vt diuinum officium distribueretur per septē horas.Nota tamen circa hoc,ꝙ secundum vsum antiquum diuinæ laudes distribuebantur per octo horas,quæ sunt videlicet vigilię nocturnę .s.Matutinum,& Laudes,& alię sex horę diurnę,videlicet. Prima,Sexta,Nona,Vespere,& Completorium,sm,quem vsum Matutinæ primo siue,vigiliæ diuisim dicuntur à Matutinis laudibus, quæ dicuntur in princip.auroræ. Et sic octies laudatur Deus in die naturali ab ecclesia in nouo testamento,sicut,& octies laudabatur in veteri, sicut habetur Neemiæ lib.1.c.9.Hunc vsum orandi, quo ad numerū horarum obseruandum instituit beatus benedictus,vt patet in c.præsenti licet secundum alium modum diuisionis. In veteri.n.testamento orabat quater in nocte,& quater in die.Et Septies in die exemplo optimi oratoris Dauid dicētis.Psal.118. Media nocte surgebā ad cōfitendū tibi.s.cōfessione laudis, & hoc quo ad Matutinas Primas,siue vigilias. Et iterum:Septies in die laudē dixi tibi, & hoc,quo ad alias septem horas,quorum prima est laus Matutina dicenda in aurora.Alia sex sunt Prima,Tertia,Sexta, Nona. Vespere, & Completorium,Et hic modus approbatus est per concilium Agathen.in præsenti c.quod etiam habetur extra de cele.miss.in c.1.Secundum autem vsum communem Laudes simul dicuntur cum Matutinis,& cōputantur pro vna hora, cum etiam per vnam orationem terminentur, secūdum quem modum omnes horæ canonicæ reducuntur ad numerum septenarium,qui est numerus sacratus. Et sic illud Dauiticum.Septies in die laudem dixi tibi,intelligitur de die naturali,vt vna laus sit in nocte,& aliæ sex in die noctis eiusdem.s.Prima,Tertia, &c. Et loquendo de hoc vsu communi ostenditur sic conuenientia conclusionis præfatæ,quod videlicet conuēienter tempus laudis fuit reductū ad septem horas.Primo sic in veteri testamēto præceptum

Primū ar.

Secundū ar

Tertium ar

Quartū ar

Opponit & Respondet

Prima conclusio.

Secunda cōclusio.

fuit, vt dies 7. esset dies quietis, & vacationis diuino cultui. Cum autem tempus euangelij sit tempus plenitudinis, & gratiæ, quo homines magis debent à terrenis elõgari, & diuinis vacare, conueniens fuit vt ministri ecclesiæ omni die orationi incumberent, & ꝙ tunc septima die septies adimplerent. ¶ Secundo orare debemus pro bonis habẽdis, quę ad nostram sufficientiam requiruntur, & pro malis vitãdis. Hæc autem omnia comprehenduntur in septem petitionibus orationis dominicę, vnde omnis oratio in oratione dominica, vt dicit Augustinus ad Proban. de orando Deo cõtinetur, vnde cõueniẽs fuit, vt iuxta numerum petitionum orationis dominicæ laudes Deo in die septies referrentur. ¶ Tertio, quia per orationem præcipue septiformem gratiam spiritus sancti postulamus, vnde conueniens, vt iuxta septẽ dona spiritus sancti laudes Deo septies multiplicarẽtur, siue distribuerentur. ¶ Tertia concl. est, ꝙ conueniens fuit, ꝙ horæ in quas distribuerentur diuinæ laudes essent illæ, quæ dictæ sunt. s. Matutina. Hora prima. Tertia, Sexta. Nona, Vespera, & Complet. Cõuenientia autem institutionis harum horarum ad soluendum diuinas laudes capitur maxime ex duobus. Primo, quia istis horis leguntur sancti orationibus, vel laudibus diuinis specialibus vacasse, vnde Dauid psal. 118. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ecce vna hora. Et iterum Vespere, & Mane, & Meridie, narrabo, & annuntiabo. Ecce alię tres. s. Vespera Prima & Sexta. Tertia vero hora orabant [a] Apostoli, cum receperunt Spiritum sanctum. Act. Quinto. de hora nona dicitur Act. 3. ꝙ Petrus, & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Circa 12. vero horam, quæ dicitur Completorium dicitur Christus orasse, cum post cœnam fundit orationem ad patrem, sicut habet. Io. 17. ¶ Secundo capitur conuenientia huius institutionis ex eo, ꝙ horę istæ sunt insignitæ quibusdam operibus insignibus ad nostram pertinentibus redemptionem. Nam nocte nascitur, orat pernoctans, in oratione proditiosè traditur, capitur, vt latro cum gladiis, & fustibus, omnem exhibet patientiam, gladium prohibendo, proditorem & alios hostes suos charitatiue admouendo, auriculam præcisam sanando, voluntariè se pati ostendendo, ea, quæ instabant prædicendo, ad locum prædicationum congruũ se transferrendo, hostibus, obuiam procedendo, eos solo verbo tenus prosternendo seipsum, eis indicando, opprobriis falsorum testium saturatur, alapis etiam cæditur, a seruis, vt falsus propheta puerili ludo illuditur, conspuitur, à discipulis deseritur, à Petro negatur, & protinus oculo misericordiæ ipsum intuetur. Corpus eius in sepulchro quiescit anima in inferno. Mane, quod est hora Prima in concilium Iudæorum ducitur, falsa testimonia contra eum, quæruntur. Exhortata ab ipso professi o veritatis, blasphemia iudicatur, vincitur cum falsis accusationibus. Pilato traditur, & secundum quorundam opinionem resurgit. Hora tertia accusatur, Herodi mittitur, ab ipso, & suo exercitu spernitur, à quo etiam illusus in veste alba, ad examen Pilati remittitur, clamoribus Iudęorum crucifigitur, à Pilato flagellatur, spiritum sanctum mittit. Hora sexta iudicatur, condemnatur, conspuitur, illuditur, spinis coronatur arundine ceditur, crucem sibi baiulans aggreditur, felle, & aceto potatur, cum sceleratis computatur, blasphematur, irridetur, tenebris corporalibus occasus veri Solis ostenditur. Hora nona Matrem consolatur, clamans moritur, velum templi scinditur, terra mouetur, Petræ diuidũtur, monumenta aperiuntur, Centurio confitetur. Alii tundentes pectora sua reuertuntur. Hora vespertina lancea latus eius perforatur, ex vulnere sanguis cum aqua egreditur. Sero, quod est hora Complectorii cœnat cum Apostolis cœnam legalem, instituit cœnam sacramentalem. Lauat pedes Apostolorum, & extergit linteo. Apostolis prædicat, pro eis patrem orat, ad locum prædicationis properat, tristitiam suam ex horrore mortis Apostolis prodit. Trinam orationem emittit, factus in agonia, guttas sudoris sanguinei defluentis in terram fundit, de cruce deponitur, aromatibus conditur, inuolutus sydone sepelitur, sepulchrum lapide prægrandi clauditur, signatur custoditur, vallatur. Iuste ergo, & conueniẽtissime istæ horæ sunt deputatæ laudibus diuinis, & orationibus, plusquam aliæ in quibus non legitur aliquod factũ, huiusmodi contigisse. ¶ Quibus habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Pro qua responsione est notandum iuxta sanctum Tho. in 4. dist. 15. Et conformiter in secunda secundæ, ꝙ aliquis actus dicitur durare dupliciter, aut secundum essentiam aut secundum virtutem, siue effectũ suum, sicut motus eius, qui lapidẽ proiicit, durat per essentiam actus dum manũ lapidi mouendo opponit, sed virtus motionis manet, dum lapis ex vi impulsionis primo mouetur. Similiter etiam dicendum est, ꝙ orationis duratio potest dupliciter considerari, vel secundum essentiam actus, & sic non obligatur aliquis continuè orare, vel semper, quia oportet etiam interdum, sicut dictum est, circa alia occupari, vel secundũ virtutem, & sic eius virtus præcipue, quãtum ad sui initium, siue casum, quod est desiderium charitatis, ex quo procedere debet oratio, manet in omnib. operibus aliis, quæ facimus ordinate, quia omnia ad vitã ęternam habendam ordinare debemus. Et ideo desiderium vitæ æternæ, quod est orationis principium manet in omnibus bonis secundum virtutem. Vnde August. de orando Deo, dicit. In ipsa spe, & charitate continuato desiderio semper oramus, & super illud psal. 86. Subditus esto domino, & ora eum, dicit glos. Ecce faciamus bona, & semper rogemus. & gloss. 1. ad Thes. 5. dicit. Non cessat orare, qui non cessat bene agere. Nunc dicendum est ad primam authoritatem Lucæ. 18. Respondetur. ꝙ cum dominus dicit. Oportet autem semper orare, non intendit, quod orationis actus nunquam interrumpatur, sed, ꝙ nunquam interrumpatur, quasi nunquam resumendus, quod quidam faciunt, qui, si non statim exaudiuntur ab oratione cessant, quia orationis diuturnitate impetratur, quod petitur, sicut per exemplum dominus probat ibidem. Vel dicendum, quòd orare, cum sit præceptum affirmatiuum, licet obliget ad semper non tamen pro semper, sed pro loco, & tempore. Et hoc modo gloss. Lucæ 18. dicit. Semper orat, qui canonicis horis quotidiè secundum morem ecclesiæ rogare non desistit, Vel quia iustus secundum Deum omnia gerit. Vel dicit semper orat, qui semper agit bona, nec desinit orare, nisi cum desinit iustus. ¶ Ad secundam de Apostolo patet responsio, dicit. n. Augus. Sine intermissione orare nihil aliud est, quam Beatam vitam sine intermissione desiderare. Vel dicendum, ꝙ Apostolus ibi capit sine intermissione sicut Christus accepit semper. Et ita vna responsio est ad vtranque autoritatem. Ad tertiam respondetur, negando consequentiam.

2 Ad secundum. Sic proceditur. † Et videtur, quòd obligatus ad horas teneatur singulis horis ordinatis diei eas dicere Primo, est c. præsentis, vbi dicitur horis statutis. ¶ Secundo arguitur ex illo Aug. in regula. Orationibus instate horis, & temporibus constitutis. ¶ In oppositum videtur c. præsens, vbi permitti videtur Sacerdoti, vt mane dicat oẽs horas vsque ad vesperas inclusiue. Rñdet dicendũ iuxta distinctionẽ, quã facit Henri. Boych, super c. 1. ex. de cel. miss. Quia aut loquimur de clericis, qui ad horas cano. dicẽdas in ecclesia sunt astricti, aut de aliis. In primo casu aut sunt astricti ad dicendas horas in ecclesijs cathedralibus, vel collegiatis: Et tunc est conclusio, ꝙ horis competentibus horæ sunt cantandæ, siue dicendæ, vt. s. horę officij respondeant horis diei, & hoc in ecclesiis collegiatis. Fallit tamen hæc conclusio in casu vbi commune periculum immineret, puta ruinæ hostium, vel prædonum, in quo casu possunt omnes horæ summo mane dici. Fallit etiam si per aliam iustam causam interueniret, puta celebratio synodi, vel ordinũ, vel processio, vel alia, propter quam oporteret & horarum tempora præcipitari, & maxime, si hoc non sæpe contingat, iusta. n. causa semper intelligitur excepta de offi. dele. ex parte. Aut in aliis, ecclesiis, Et tũc aut in diebus dominicis, & festiuis, in quibus fideles conueniunt ad diuina. Et tunc est conclusio Hẽrici, ꝙ idem est, ꝙ in collegiatis, vt in hoc c. & extra de cel. miss. c. 1. Aut in aliis diebus, & tunc dicit Henricus. Credo, ꝙ non tenetur quis horas dicere in ecclesia tantum alta voce, nisi consuetudo aliud diceret, maxime, cum, vt in pluribus cunctos oporteat se diuersis horis pro visitatione infirmorum à sua ecclesia absentare. In illis autem qui nõ sunt astricti ad dicendas horas in ecclesia, est conclusio. Quòd non teneatur dicere singulis horis diei singulas horas, imo dicit Bern. super c. 1. de cele. miss. Consilium est, vt simul dicat omnes horas, ne superuenientibus occupationibus, aliquam dimittat, & intelligitur de pauperibus clericis, quos ad opus rurale oportet exire, vt in litera patet, alias suo loco, & tempore dicendæ sunt singulæ horæ, vt dicit Bern.

Augusti. Epist. 12. Tom. 2.

Tertia cõclusio.

Aug.

[a] ¶ Orabãt. Ideo horæ diuinorum officiorum ab orãdo dicuntur, & dicũtur canonicæ. i. regulares, & vigiliæ. Car. zaba. in cle. 1. 4. q. de celeb. Miss. Et ibi idẽ. in 5. q. quod non possint dici sub [illegible] Et quod possint tempore interdicti Ecclesijs conuentualib. no. P. de Anch. in c. qđ in te. n. 7. de pæni. & remi.

Ad secũdum.

Ad tertiũ

Primũ ar. Secundũ ar

Opponit i cõtrarium

Respondet. Henrichus.

Ad primũ argu. S. Thoma. 4. Sen. d. 15. q. 4. pr. ar. 2. q. 3. & 2. 2. q. 83. ar. 4.

Ber. Concordat Henricus de Gandauo quolibeto 11.q.39. qui respondens ad præsentem quæstionem dicit sic, ꝙ singulis horis diei sigillatim insistendum est, & vacandum ad dicendum horas canonicas, nisi causa rationabilis subsit, quare aliter fiat. Hic dicit Innocen. de occupatis. Consiliũ est, ꝙ dicant omnes horas, ꝙ vt dicit, intelligitur de omnibus circa rurale officium, aut rem publicam occupatis. Et seruant dominus Papa, Cardinales, & Episcopi hoc, quo ad horas simul dicendas. s. vsque ad vesperas, eoq; completis horis, habent multa expedire. Et melius est præuenire, quam præueniri. Hæc ille. Concor. dominus Pet. de palude in 4. dist. 15. dicens, ꝙ qui tenetur eas dicere tempore suo, non prætermittant, vnde horam non licet præuenire, nec anticipare, vt nomen sit consonum rei, nisi ex causa. Quod autem Hugo de sancto Victore dicit, ꝙ ante horam orare prouidentia est, post negligentia, & in hora obedientia. Intelligendum est, quando hoc fit ex rationabili causa, quoniam, quod iuris est intelligitur de toto ad totũ, & de parte ad partem, vnde, si toti ecclesiæ licet præuenire horam ex causa rationabili, vel vt deuotius dicatur, vel propter processionem, vel synodum aut alia agenda, sicut propter prædicationem, vel studium, vel timorem occupationis superuenientis, licet anticipare, cum etiam presbytero liceat propter agriculturam in mane simul omnes dicere. de cel. miss. c. 1. hæc ille. Concordat S. Tho. sicut videbitur in quæstione sequenti. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur, ꝙ procedunt, nisi causa rationabilis subsit anticipandi, & præueniendi. Quod vero sequenter, dicit Hug. ꝙ post horam dicere sit negligentia. Hoc intelligendum est, vt dicit dominus Vlrichus, quando notabiliter aliquis tardaret. Nã horas diei, quasi ad punctum dicere non est necesse.

(Marginalia: Hericus de Gandauo. — Innocen. — Hugo de S. Victore. — S. Thom. — Ad ar.)

4 **Ad tertium.** Sic proceditur, †Et videtur, ꝙ nõ liceat clerico, qui tenetur ad horas canonicas, dicere matutinas sequentis diei de sero. Primo sic ex illo psal. 118. Media nocte surgebam ad confitendum tibi ¶ Secundo sic. Dicitur Eccl. 20. Lasciui, & impudens nõ seruabit tempus. Sed iste in dicendo matutinas de sero, nõ obseruabit tẽpus, Cum. n. dies incipiat a media nocte, videtur, ꝙ matutinas sequentis diei dicat in die præcedenti, ergo videtur ad lasciuiam, & impudentiam. Et ita videtur esse peccatum. ¶ In oppositum arguitur sic. Deus clemẽtior, est quolibet homine, sed homo non imputat debitori culpam, si debitum reddat ante tẽpus, ergo multominus De⁹. Respondet dicendum iuxta sanctum Thom. in quolibeto quinto, ꝙ hic consideranda est intentio eius, qui præuenit tempus in matutinis dicendis, vel quibuscunq; horis canonicis. Si. n. hoc faciat propter lasciuiam, vt. s. quietius somnolentiæ, & voluptati vacet, nõ est absq; peccato. Si vero hoc faciat propter necessitatem literarum, & honestarum occupationum, puta, si cleric⁹, aut magister debet videre lectiones suas de nocte, vel propter aliquod huiusmodi, vt puta, vt dicit dominus P. de palude propter breuitatem noctiũ, & solennitatem officii licite potest dicere de sero matutinas, & in aliis horis canonicis tempus præuenire, sicut etiã hoc in solennibus ecclesijs fit, quia melius est deo vtrunque reddere. s. & debitas laudes, & alia honesta officia, quã quod per vnum aliud impediatur. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam dicitur, ꝙ qui ad horas tenetur canonicas, tenetur dicere matutinas tẽpore suo, hoc est, de nocte surgebam, &c. Nisi causa rationabilis subsit. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ quantum ad contractus, & alia huiusmodi dies incipit à media nocte, sed quantum ad ecclesiastitum officium solennitatem celebritates incipit dies à vesperis, vnde, si aliquis post vesperas, & completorium dicat matutinas, iam hoc pertinet ad diem sequentem.

(Marginalia: Primũ arg. — Secundũ ar. — Opponit in cõtrarium — Respondet San. Thom. quodlib. 5. Ar. 28. — Pet. de pal. 4. sen. di. 15. q. 5. ar. 4. — Ad primũ arg. — Ad secũdũ.)

5 **Ad quartum.** Sic proceditur, †& videtur, ꝙ ei, qui omisit dicere diuinum officium, sit iniungendum, ꝙ iterato dicat. Primo sic. Qui. n. tenetur ad aliquod speciale debitum implẽdum, non potest liberari, nisi idem debitum soluat de iureiu. c. ea. tex. Ergo clericus, qui ad hoc debitum, s. diuinum officium tenetur, videtur, ꝙ non possit, absolui, nisi hoc debitum soluat. ¶ Secundo sic. Quicunque tenetur quolibet die offerre, & non offert, hodie tenetur adhuc offerre, quod omisit, ergo pari ratione, qui tenetur ad horas dicendas, cum omisit, tenetur easdem reiterare. ¶ Tertio sic. Quis debet puniri, in quo delinquit. de temp. ord. literas, & de trans. Præ. quãto, sed hoc non fieret, si officia omissa non reiterarentur, ergo, &c. Et confirmatur. Dicit. n. Inno. super c. 1. extra de cele. miss. in hoc casu conueniens est, ꝙ Sacerdos sic omittenti, imponat pœnitentiam, in quo delinquit. s. in dicendo eadem officia. ¶ In oppositũ est, ꝙ pœnitẽtiæ sunt arbitrarie, ergo pro peccato talis omissionis, quæcunque pœna secũdum arbitrium sacerdotis potest imponi. Respondet dicẽdum, ꝙ hic sunt variæ opiniones. Quidam. n. dicũt, vt Vlrichus in summa sua, ꝙ melius est, vt idẽ, quod omisit, iterato dicat iniungatur. Et idem ponit Magister Augu. de Anchona in summa sua de potestate ecclesiastica. Aliorum est opinio, sicut S. Tho. in quolibeto tertio, in contrarium, videlicet, ꝙ non est tali iniungendum, ꝙ horas easdem repetat, sed, ꝙ aliquid aliud æqualens dicat laudem Dei pertinens. Pro cuius conclusionis declaratione notandum, ꝙ in omni diuino officio est hoc commune, ꝙ pertinet ad laudem Dei, & suffragium fidelium, sed distinguitur, vnum officium ab alio secundum diuersitatem temporum, & locorum. Et ideo sicut in officijs diuinis exsoluendis, obseruanda est congruitas loci, ita etiam congruitas temporis, quæ quidem obseruari non posset, si oportere iniungere omittenti, ꝙ horas diceret, quas omisit, forte. n. in completorio dicere. Iam lucis orto sydere, & in tempore pasche diceret officium Dominicæ passionis, quod esset absurdũ. Et ideo non videtur esse iniungendum ei, qui omisit diuinum officium, ꝙ horas easdem repetat, sed aliquid ad laudem diuinam pertinens, puta, quod dicat septem psal. vel vnum psalterium, vel aliquid amplius secundum quantitatem delicti. Concordat dominus Pet. de palude in 4. di. 15. Ita dicens. Quòd, si etiam per annum quis dimisit officium non oportet, ꝙ totum duplicet, vt dicatur Alleluia in quadragesima, sed in aliud potest commutari, quia magis placebit Deo, & quia in tædium esset pẽnitẽti, vnde patres melius esse dicebant decem versus psalterij cum contritione cordis, & cum rationabili assignatione cantore, ꝙ totum psalterum cum anxietate mentis effundere, vt est text. in c. non mediocriter. de conse. dist. 5. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur iuxta sanctum Tho ꝙ assumptum non est verum, quando id, quod est soluendum, habet tempus debitum solutionis, vnde tempore debito beneficij prætereunte, iam est impotẽs ad soluendum. Et ideo, quia hoc non potest facere, iniungẽda est ei alia pœnitentia. Vel põt dici iuxta dominum Frãciscum de Zabarellis, ꝙ illud verum est, nisi superior, qui potest sibi hoc debitum in alia commutaret opera pietatis. extra de dona. c. 1. 83. dist. presbyter, & de pœn. dist. 1. c. medicina. ¶ Ad secundam respondetur iuxta magistrum Hũbertum Generalem prædicatorum super expositione constitutionis, negando consequentiam, quia non est simile de oblatione, & oratione. Pro quo notandum est, ꝙ quædã debentur Deo ex quibus consequitur homo lucrum, vt est oblatio, & eleemosyna, cum debentur ex voto. Ex oblatione. n. ministri ecclesiæ, & ex eleemosyna pauper cõsequitꝰ lucrum, & talia omissa debentur adhuc, nec pẽnitentia absoluit, quia homini Deo tenetur sic obligatus. Alia sunt ex quibus homo nihil lucri consequitur, vt est ieiuniũ, & oratio, & pro talibus omissis sufficit Deo satisfacere per pẽnitẽtiam, cum transijt tempus reddendi. ¶ Ad tertiam respondetur, quòd illud foret inconueniens, quando conuenienter posset fieri, ꝙ non esset in casu præsenti propter rationes iam assignatas, vnde Inn. post illa verba inducta subiũgit sic. Si in hoc non crederetur ei proficere, mutabit ei in aliam pœnitentiam hoc etiam dicit inf. e. c. proximo.

(Marginalia: Secundũ ar — Tertiũ ar. — Opponit ĩ contrariũ. — Respondet Vlrichus, Augustinus de anchona S. Thoma. Quolibe. 3. Ar. 29. — P. de palude — Ad primũ arg. — Zabarella. — Ad secundũ Vmbertus — Ad tertiũ. — Innocẽtius)

6 **Ad quintum.** In quo queritur. †Vtrum, qui omittit aliquam horam teneatur illam tarde reiterare. Respondet. patet ex dictis, dicimus. n. iuxta prædictum Magistrum Humbertum, ꝙ, si trãsijt Dies, vel tantum de die, quòd in residua parte diei non consueuit dici talis hora, non tenetur dicere clericus talem horam omissam, sed sufficit agere pœnientiam de omissione, aliter tenetur, verbi gratia, si dimisit quis dicere hora competenti matutinas talis diei, & transit dies tota vsque post prandium, cum recordatur, non tenetur illas matutinas dicere, sed agere pœnitentiam. Si autem esset circa primam, vel inter primam, & tertiam, quando aduertit, debet illas dicere, cum adhuc sit tempus, ne incurrat in maiorem omissionem.

(Marginalia: Respondet Vmbertus.)

Ad sextam.

7 Ad sextum In quo quæritur.† Vtrum, qui sequenti hora dicta, recordatur se omisisse præcedentem, teneatur reiterare horas sequentes, v. g. quãdo omisit Primam, & dixit sequẽtes horas, an teneatur post primam dicere tertiam, &c. Respondetur iuxta magistrum Humbertum, ꝙ non tenetur aliquis postquam dixi horam omissam, reiterare sequentes, quas dixerat, quia substantiã eius ad quod tenebatur, reddidit, sed hoc est intelligẽdum, quãdo talis est hora, ꝙ in ea possit suppleri omissa, qa alias non tenetur, nisi ad pœnitentiam vt dictum est in solutione præcedentis quæstionis. Concordat dominus Pet. de palude in 4. vbi supra dicens. Qui autem omisit horam vnam non oportet, ꝙ dicat omnes alias, nec etiam illam, quia indecens esset dicere completorium in mane dicẽdo. Dignare domine nocte ista, quando deberet dicere die isto. Hæc ille. Sed hic surgit, quæst. Cum huiusmodi omissiones fiũt in choro, & debeant suppletiones istæ, vel repetiones fieri, vtrum cum cãtu sol enniter debeãt fieri. Respõdetur, ꝙ nõ, sed sufficit, quod quilibet faciat per se, vel plures sine nota cantus, quia cantus non est de substantia horarum canonicarum, ad quas tenemur secundum magistrum Humbertum. Lege tex. ¶ [Presbyter persoluat.] Ex hoc colligitur, 8 † ꝙ presbyter, & clericus beneficiatus, siue in sacris ordiniqus constitutus ex debito obligatur ad dicẽdum continue horas canonicas, ita quod omittẽs eas dicere, nisi ex causa necessaria, peccat contra præceptum ecclesiæ mortaliter, quia ad hoc persoluendum obligatur, maxime beneficiatus non modo ecclesiæ præcepto, sed etiam quoddammodo iure naturali, vt supra ostendimus. [Mane.] Consilium est, vt simul dicat omnes horas, ne superuenientibus occupationibus, aliquam horam dimittat, & intelligitur de pauperibus clericis, quos ad opus manuale oportet exire, vt in litera patet, alias suo loco, & tempore dicendæ sunt singulę horæ. Ber. in magnis tamen festiuitatibus semper debet esse in ecclesia, vt dicit Inno. nisi magna causa excusaretur 7. q. 1. si quis in clero, & de consec. dist. 1. si quis extra. [Competentibus] Horas competentes credimus illas, quibus melius creditur populũ accessurũ ad officium audiendum. In noc. [signis]. s. campana, vel alio signo. Ber. [A scholaribus] Clericis hoc licet in quodam gradu positis, vt psalmistarij Arg. hoc dist. 23. Psalmista. & de vi. & ho. cle. vt quisque, & 7. q. 1. illud vbi expresse dicit de clericis, laici. n. qui nõ sunt in sortem domini vocati, non debent contingere ministeria domini. de vi. & ho. cle. cap. 1. & 2. q. 7. §. de his. Et etiam dist. 23. non liceat. Laici autem bene possunt dicere psalmos, qui dicuntur in horis, sed non in modum officij ar. 11. q. 3. c. si episcopus. secundũ Inno. [infirmis.] Nam, si medicus corporalis infirmos ad curam suam susceptos debet visitare, longe magis ad hoc tenetur Medicus animarum, vt infirmis sacramentum pœnitentiæ, & eucharistiæ, & extremæ vnctionis inducat, & hortetur eos, vt male acquisita & aliena restituant, & huiusmodi exemplo Isaiæ, qui dixit regi Ezechiæ. Dispone domui tuæ, quia morieris. Isaiæ. 38. [Opus rurale.] Clericus. n. cui ecclesia non sufficit, ex artificio suo victum, & vestitũ quærat, vt ĩ. eo. clericus [ieiunus] Vt, si opus esset, posset missam celebrare, & corpus dñi recipere, quod à ieiunio recipi debet, de cons. d. 2. liquido. & de cõs. d. 5. ieiunij, & 7. q. 1. nihil. [Succurrere.] Missam celebrãdo Ber. [vsque ad statutam horam]. i. nonam. de conse. d. 1. solent, vel vsque ad tertiam, quandoque. Dist. 44. non licet hoc vult dicere, vt dicit Inn. Quòd idcirco debet stare ieiunus vsque ad tertiam, vel nonam horas, vt si aduenerit necessitas celebrandi missam, vel alia sacramenta conficiendi, ꝙ illa possit perficere [propheta] 2. pars. Hoc dicit Dauid psal. 138.
9 † Septenarius numerus dicitur sacratus propter multiplicem sacramenti eius significationem, mysticę. n. significat futuram quietem post huius vitæ senarium laboriosum, vnde sicut Deus in sex diebus operatus est, & septimo quieuit Gene. 1. sic nos post labores huius vitæ, si bene vixerimus in septenario æternæ vitæ quiescemus. Significat etiam temporum vniuersitatem, quia totum tempus septem diebus peragitur. Septies ergo Deum laudamus, qui vniuersorum dominus bona nobis confert. Et qa septies in die cadit iustus septies surgimus ad referẽdas gratiarum actiones Deo. Significat etiam remissionem peccatorum nobis dari per septiformem gratiam Spiritus sancti, vnde Matth. 18. quærit Petrus, vtrum septies fratri peccant deberet remittere, cui dominus misericors ait. Non tãtum septies, sed septuagesies septies. i. semper quãdiu penituerit in hac vita venia conceditur in ecclesia, vt dicit Hylarius super Mat. Septies etiam laudamus dominum, vt nos liberet à septem peccatis mortalibus, & nostros affectus per suam gratiam ad septem opera misericordiæ prouocet, & inclinet. Septenarius numerus à nobis adimpletur, & cætera. Si simul pro vna hora computantur matutinum, & laudes, reducuntur omnes horæ ad septennarium numerum, sicut supradiximus. Tunc dies hic capitur pro die naturali, qui comprehendit diem, & noctem. Gen. 1. factum est vespere, & mane dies vnu. Et sic in die dicimus septẽ horas. s. Matutinas cum laudibus. Secundo. Primam, Tertiã, &c. Vel appropriando nocti Matutinas, vt psal. 118. Media nocte, &c. Et tunc prima hora diei sunt Laudes distin-
10 ctæ à Matutinis. Nota tamẽ hic, † ꝙ medium dicitur dupliciter. Vno modo per æqualem distinctionem terminorũ, & ita non sumitur hic. Aut per interpositionem inter terminos, & sic medietas noctis capitur à propheta [super iudicia iustitiæ]. i. confitendo, & laudando omnia opera sua iusta eẽ. Nota, quod dicit [media nocte.] Media. n. nox congrua est orationi, quia sicut dicit Hylarius super eundem locum, cum maxime corporis vitijs opportunitas datur, tunc præcipue eadem vitia legis recordatione franguntur. Item quia sponsus solet media nocte venire, vt dicit Ambrosius super eundem psalmum. Item, quia tunc ex silẽtio, & tenebris sensus clausi minus mẽtem nostram distrahũt.

Respondet Vmbertus · *Pet. de pal.* · *Quæstio.* · *Respondet.* · *Exponit literam.* · *Innocen.* · *Innocent.* · *Hylarius.* · *Hylarius.* · *Ambrosius.*

1 *Simoniam an committant, qui ad horas canonicas, & mortuorum exequias, & huiusmodi potius pro denario, aut ventre implendo, quam pro deo ad officium accedunt, & 2.*



CLericus. Ad idem sequitur hoc ca. ex eodem Concilio, ꝙ diuiditur in duas part. In prima ponit, ꝙ clericus, cui ecclesiæ stipendia pro sua necessitate non sufficiũt, victum, & vestitum artificio suo quærat absque tamen detrimẽto officii diuini: In secũda ponit pœnam clerici negligentis dicere diuinum officiũ. 2. ibi. Clericus. n. ¶ Pro pleniori intelligentia huius cap. faciunt, ea quæ disputata sunt supra circa capitula superiora de obligatione dicendi diuinum officium. Nunc vero tantum occurrit disputandum, quod mouet Archidiaco. hic, 1 videlicet quæstio, qua quæritur sic. Vtrum † qui ad horas canonicas, & mortuorum exequias, & huiusmodi potius pro denario, aut ventre replendo, quam pro Deo ad officium accedunt, committant simoniam. Et videtur quod sic. Primo ex eo, quod le. & no. di. 74. consuluit in glo. ¶ Secundo per c. suam extra de simo. & c. sicut. ¶ Tertio arguitur. Talis, qui vadit ad ecclesiam propter distributiones, aut ventre replendo, alias non iturus, videtur ponere diuinum officium (quod est inappretiabile) sub pretio rei temporalis, ergo cõmittit simoniam. Et ita peccat mortaliter. ¶ In oppositum arguitur sic. Primo. Ille, qui facit votum bona intentione, si postmodũ in prosecutione voti mutatur eius voluntas, vt inuitus faciat, ꝙ volẽs promisit, nõ euacuatur meritũ. vt videtur Anselmus dicere in li. de similitudinib. ergo eadem rõne, qui accepit præbendã, vt Deo seruiat nõ peccat quãuis mutet eius postea. ¶ Secũdo ex c. significatũ ext. de præb. vbi colligitur, quod Sacerdos põt accipere pecuniã vt celebret diuina, quia sic operas suas, vt posse locare Arg. 10. q. 3. relatum & 12. q. 2 charitatem. Respondet di-
2 cendum sub ista conclusione. † Quòd clericus, qui vadit ad ecclesiam ad dicendum diuinum officium principaliter propter lucrum, põnens lucrum, aut repletionem ventris principalem finem sui operis, peccat mortaliter, & cõmittit simoniam saltem mentalem. Ista conclusio est S. Th. in quolibet. 8. & Host. de verbo. signi. olim, & Archi. hic & gl. in c. cõsuluit dist. 84 & etiam domini Petri de Palude in 4. dist. 15. Et idem dicit de Monacho, qui vadit ꝑpter dãnum vitandum disciplinæ, dicens de talibus dicitur illud. Matt. 6. Amen dico vobis receperunt mercedem suam, vnde qui nõ erat alias iturus, nisi, vt lucretur, signum est, ꝙ vadit propter lucrum, & tamen in potestate eius est mutare intentionem, vt pro deo faciat, quod ꝓ mundo facturus erat, & sic obseruantia maneat meliori nomini militando. Hæc Petru. ¶ Verum pro pleniori intelligentia huius quæstionis est notandum cum sancto Tho. in præfato quolibeto, ꝙ aliquis actus dr̃ spiritualis dupliciter. Vno modo ex parte

Diuisio. · *Quæstio* · *Primũ ar.* · *Secundũ ar.* · *Tertiũ ar.* · *Opponit in cõtrarium* · *Anselmus.* · *Secũda op.* · *Respõdet.* · *S. Thom.* · *Hostiensis.* · *P. de palude*

parte principij, quoniam.s.aliquis actus competit alicui p̄sonæ propter aliquod spirituale, quod est in ipso, sicut est episcopo consecrare Basilicas,& Diacono legere euangelius,& talibus actibus committitur simonia, si aliquis intēdat suum actum vendere. Alio modo est aliquis actus spiritualis non ex parte principij, sed ex parte finis tantum, sicut docere liberales artes, quarum veritas spiritualis est, sed huiusmodi doctrina non competit alicui propter aliquod spirituale officium, cum etiam gentibus liceat huiusmodi artes docere,& in hmōi actibus committitur simonia, si vendatur finis, qui sp̄ualis est.s.ipsa veritas. Non autē si aliquis suas operas locet: celebrare ergo diuinum officiū in ecclesia est actus spiritualis primo modo. Competit.n. alicui ex hoc, quod est clericus. Et ideo non simoniam cōmittit, qui huiusmodi actum vendere intendit, in qualibet autem venditione precium accipitur, quasi finis,& ideo in prædicto casu distinguitur, si.n.huiusmodi distributiones, vel saturitatem ventris recipit, quasi finem sui operis principaliter intentum, simoniam committit,& ita mortaliter peccat. Si autē habet principalem finem Deū in tali actu, ad pecuniam vero sicut, quod est necessariū ad suā sustentationem, constat, ꝙ non vendit actum spiritualem, & ita non committit simoniam, nec peccat. Si.n.acceptio distributionum non est causa, quare ad ecclesiam vadat, sed proprie huius determinationis, quare nunc vadat,& non alia vice. Et patet responsio ad rationes in oppositum. Nam ad autoritates respondetur, quod intelligūtur, quando pecuniam, siue quæstum constituit sibi principalem finem sui operis, alias non. ¶ Ad rationem vero respondetur, negando, ꝙ inappretiabile ponat sub pretio. Ad aliam autem rationē, pro alia parte respondet S.Tho. quod tunc inuouente non euacuatur meritum, voti quando intentio vouentis fertur super licitum, vt cum aliquis vellet non facere id, quod vouit, si non vouisset. Si autem fertur directe super illicitum, tunc euacuatur meritū voti, vt cum quis vult absolute non facere, quod voluit, ille autem, qui vult ire ad ecclesiam p̄ pecunia, sicut pro fine principali habet delatam intentionem super illicitum. Et ideo peccat. Ad ca.significatum respondet Host. vt dicit Arch. in c.sacerdos 1.q.2. Quod tales non committūt simoniam veram, cum nulla pactio, nulla conductio intercedat expressa, dicit tamen, ꝙ tales peccāt grauiter,& committunt simoniam mentalem, de qua sufficit sine dispensatione aliqua suo satisfacere creatori. ext. de simo.ca.vlt.& hoc notat ipse Hostien.extra de verbo.significat. Lege tex. ¶ [Clericus detrimento.] Quòd propter huiusmodi negotia non debet cōtingere, vt 12.q.1.cui est. Et est Ar.contra episcopos,& contra clericos, qui propter negotia sua omittunt officia ecclesiastica, videat ergo clericus, vt sic operetur, vt in horis constitutis nō desit officiis Ecclesiasticis. Nō ergo licet operas suas diuturnas, vt oporteat eum laborare, cū diuinis officijs debet intēdere. Hic satis manifeste est argumētū, ꝙ clericus beneficiatus ex præcepto ecclesiæ sit ad horas canonicas obligatus, quas, si ex industria, aut negligentia omittit, peccat mortaliter, sicut in prin. huius distinctio plene disputauim9 per multos quæstionum articulos, quorum aliquos mouet. hic Hu. [Clericus] 2.Pars.[inæqualitate] i.in infirmitate Hu. Nomen vero infirmitatis intelligo omnem necessitatem ineuitabilē, vt est minutio, medicinæ acceptio, in carcere detētio. Hu. [stipendio.] Quia, qui non militat in ecclesia, non est dignus stipendio,& qui altari non seruit, de altari nō sumat. 1.ad Corin.9. Si quis non vult operari non manducet 2.ad Thess.3.[excommunicetur] Id est suspendatur, vel deponatur, si admonitus non resipiscat, non.n.statim debet damnari, sed primo admoneri,& si fuerit contumax, tūc demum damnetur, vt infra di.proxi.c.vlt.

S Thom. *Hostiensis Archid.* *Exponit literam.*


Lericus. Sequitur ad idem hoc c.ex eodem Concilio sumptum, in quo quatuor statuta videntur posita, secundum quæ posset diuidi in quatuor partes. In prima statuit, qđ clericus artificio suo quærat victum, si ecclesia sua non sufficit sibi ad sustentationem. In secunda, ꝙ clerici, qui validi sunt, artificiosa,& literas discāt. In 3.ꝙ illi, qui nundinis, vel foro causa voluptatis ambulant, degradentur. In quarta, ꝙ qui sine causa declinant ad forum, ita, vt diuina officia prætermittant, suspendantur, si admoniti non cessant, singulo partes patent. Lege tex. ¶ [Artificioso.] Sicut fecit Apostolus. Actuum 20. qui didicit artificium, vt quæreret sibi victum. Vbi patet, ꝙ laborare manibus,& sibi acquirere victum non obuiat, imo conuenit perfectis, cum Paulus perfectus hoc fecerit. Guido.[deambulant] Causa voluptatis. Hug.& Arc.[degradantur] si admoniti non cessant. [intereptiones, aut emptores]. Idem videtur dicere, vel tortes supra loquitur de solenni foro, ad quod de diuersis partibus conueniunt, hic de foro, quod continue fit per singulas ciuitates, vel castras Hu. Vel vocat hic emptores Proxenetas.ff.de proxi.2.gl.[declinantes,].s.clerici. Vel in hoc est differentia, quia illi nullam habent causam eundi ad forū, hi vadunt, vt emant, sed sic vadunt, vt diuina officia prætermittant. Hug.&c.

Diuisio. *Exponit literam.*


Lerici. Ad idem subiungitur hoc cap. Breue est,& planum satis. Lege textum. ¶ [Clerici opus sanctum]. Id est officium diuinum [secūdum arbitrium.] Sed nonne certa pœna assignatur in superioribus capitulis. Respondetur, ꝙ ideo dicit, quia licet, ita sit, nihilominus tamen iuxta arbitrium episcopi pœna potest modificari.

Exponit literam

¶ Distinctio Nonagesima secunda.


Vm autem. Hic intitulatur dist. 92. quæ sic continuatur ad præcedētem. Supra magister Gratianus ostendit, ꝙ Clerici ad ecclesiam, vt celebrent diuina officia, debēt conuenire. Hic autem ostendit qualiter in ecclesia officia debent exequi, quia sine vocis modulatione. Et diuiditur in 4.partes, secundum Arch. In quarum prima ostenditur, ꝙ Deo est cantandum nō tātum voce,& hoc probat duabus autoritatibus. In 2.ostendit, ꝙ nullus debet cantare in pulpito, nisi sit ordinatus. In 3. dicitur, ꝙ si episcopus ad parochiam, ad quam est ordinatus, non potest venire ex causa, potest exercere officium suum in ecclesia presbyterali, vbi prius fuerat. In 4.ostenditur, ꝙ omnis Sacerdos compellatur interesse diuinis officijs. 2.ibi. In.§.A quibus. 3.ibi. In.§.Nunc autem quæritur. 4.ibi, quod autem.

Cōtinuatio *Diuisio.*

2 *Oratio est duplex, solennis, & publica.*
3 *Vox, quare adiungatur orationi.*
5 *Necessarium aliquid dicitur dupliciter.*
Orationis triplex est effectus.
8 *Clerici, & religiosi ad dicendas horas canonicas debent magnam operam dare.*
11 *Officium diuinum quatuor habet necessarias conditiones.*
12 *Tragædia quid sit, & vnde dicatur.*


Antantes. Inducit magister Gratianus hoc ca. quod est Hieronymi super epistolam ad Ephe. ad probandum primam partem, videlicet, ꝙ non tantum voce, sed ēt corde Deo cantādum est,& psallēdum. Et pōt diuidi in duas vel tres partes. In 1. præmittit autoritatem Apostoli hoc exhortantem. In 2.commonet eos, quibus psallendi officiū est in ecclesia, vt attētē audiēt, quid Apost. dicat. In 3.prohibet, ne tragædiarū more cātus in eccl̄a fiat. 2.ibi Audiāt hoc. 3. ibi.ne in tragædiarū Pro pleniori intelligentia huius veniunt plura quærēda.

1 ¶ Primum est, vtrum sufficiat obligatio ad dicendum horas canonicas, dicere eas mentes sine vocali expressione.
4 ¶ Secūdum est, vtrum obligatus ad horas canonicas teneatur de necessitate illas dicere cum attentione actuali.
6 ¶ Tertium, vtrum obligatus ad dicendas horas canonicas, dicens eas sine attētione mētis euagatæ peccet mortaliter.
7 ¶ Quartum, vtrum qui obligatus est ad horas, si eas dicendo,& sponte ex proposito euagatur, teneaē repetere horas.
9 Quintum est, vtrum obligatus ad dicendum horas canonicas teneatur illas dicere in statu gratiæ, vel in charitate.
10 ¶ Sextum est, vtrum si obligati ad horas, dicendo illas, furentur aliquid sincopando, teneatur illas redicere.

1 Ad primum. Sic proceditur,† Et videtur, quod sufficiat mente tantum dicere horas canonicas. Primo sic ex præsenti capitu. vbi introducto verbo Apostoli ad Ephesi.5. Cantantes,& psallentes in cordibus vestris domino, dicit Audiant hoc adolescentuli, audiant

Primū arg.

diant hi, quibus in ecclesia est officium psallendi Deo non voce, sed corde cantandum. ¶ Secũdo sic. Oratio debet fie

Secun[dum] ar.

ri Deo in occulto, secundum illud Matt. 6. Tu autem, cum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrẽ tuum in abscondito, sed per vocem publicatur oratio, ergo solutio diuini officij non debet esse vocalis. Et confirmatur, quia vt dicit glo. Per hoc præcipitur, vt inclusa pectoris cogitatione labijsque compressis, oret Deũ: ergo vi

Tertiũ ar.

detur, quod verbalis oratio sit contra præceptũ Dei. ¶ Tertio sic. Oratio principaliter Deo porrigit, Deus autem locutionem cordis cognoscit, ergo frustra vocalis expressio adhibetur. ¶ Quarto sic. Per orationem debet intell[ectu]s in deũ

Quartũ ar.

ascendere, secũdum Damascenum, & affectus in ipsum dirigi, secundum Augustinum, sed occupatio animæ circa actus corporales retrahit ascensum intellectus, & affectus ad diuina, quia anima non potest intense circa diuersa occupari, ergo non mõ sufficere debet dicere horas corde tantum, sed etiam videtur, quod non debet ibi esse vocalis expressio. ¶ In oppositum est, quod dictum est supra per to-

Opponit ĩ cõtrarium

tam distinctionem præcedẽtem. Item illud psal. 141. Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad dominum depre

Respõdet.

catus sum. Respondet dicendum sub hac cõclusione, quod obligatus ad dicendum horas canonicas, non sufficit dicecere eas, etiam cum expressione vocali. Patet ista conclusio quia hoc est præceptum ecclesiæ, vt patet tam ex superioribus, quam ex c. dolentis extra de celebra. miss. Pro cuius cõclusionis pleniori intelligentia iuxta sanctum Thom. tam

S. Thom. 2. 2. q. 83. ar 12. 4. sen. di. 25. q. 4. ar. 2 q. 1.

2 in secunda secundæ, quam in 4. notandũ est, quod duplex est oratio. s. solennis, & publica, quæ incumbit ministris ecclesiæ ex officio secundum quod sunt medij inter Deum, & populum, Et ad hanc secundum, quod supra disputauimus tenentur ex præcepto ecclesiæ secundum formam sibi traditam, à maioribus. Et de hac est quæstio. Vtrum ad præsens, & hæc oratio publica debet esse, vocalis, quod sic probatur. Primo, quia hæc publica oratio non fit ab orante solum pro se, sed pro alijs. offertum. n. in ecclesia Deo in persona totius populi, vnde ex quo oratio communis est debet communiter innotescere omnibus pro quibus offertur, quare sequitur, quod oratio communis in ecclesia debet fieri cum voce, & ita debet esse non solum mentalis, sed et vocalis, vnde de tali voce dicit Christus sponsus sponsæ. s. eccle. Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis, vox. n. tua dulcis. Et in psal. 3. Voce mea clamaui & exaudiuit me. Vnde Apostolus 1. ad Corin. 14. Ponens necessitatem orationis, fiendæ cum voce, & lingua dixit. Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet (. s. te orante in ecclesia) Amen super tuam benedictionẽ, quoniam quod dicis, nescit. Nam tu quidam bene gratias agis. s. cum oras spiritu, sed aliter nõ ędificatur, nisi supple orationis tuę vocem audiat, ergo cum Apostolo concludo, loquens de communi oratione in ecclesia orabo lingua, orabo spiritu. Cum. n. orationibus nos ipsos trahamus in diuina. Est. n. oratio ascẽsus mentis in Deum, quando oramus corde, & corpore, tunc toti trahimur in diuina. i. nõ sola natura intellectualis

Dionisius.

sed etiam animalis. vnde dicit Dionysius in l. Psalmorum. Oratio sacra ad animorum nostrorum profuit deificationem, & continua sacratissimorum verborũ emologia nostros habiles habitus. i. habitudines, & potentis, coadunat, & disponit ad cœlestia. ¶ Secũdo horæ dicẽdæ sunt cũ expressione vocali, vt alii ad deuotionem, dicit. n. Isidorus li.

Innocen. Casiodorus

de summo bono, & Cassiodorus super psal. Psallendi vtilitas tristitia corda consolatur, gratiores mentes facit, studiosos oblectat, merces suscitat, peccatores ad lamẽta, inuitat & ad effectum pietatis animos eorum inflectit. ¶ Tertio, vt tunc populus intentionem suam conformet ministris ecclesiæ orãtibus. Alia est oratio singularis, & priuata, quam quis priuatim, Deo offert pro se, vel pro alijs. Et de tali oratione est conclusio, quod de necessitate non est, quod sit cum voce exteriori. Hoc. n. modo Anna mater Samuelis orabat in corde, & vox eius penitus non audiebatur. Primi Regum. 1. †Adiungitur tamen tali orationi vox propter quatuor.

3 Primo ad excitandum interiorem deuotionem, qua mens orantis eleuatur in Deũ, per exteriora. n. signa, siue votum siue etiam factorum aliquorum mouetur mens hominis,

August. Ad probã Epist. 121. capitul. 8. Tom. 2.

& secundum intellectum, & secundum effectum, & excitatur in nobis attentio ad id quod petimus, & deuotio inflãmatur. Vnde Augustinus ad Probam de orando. Deum dicit Deus, qui scit, quid nobis necesse sit, antequã petamus aliquid, monet nos frequenter orare, non vt discat à nobis, quid velimus, sed vt orando exerceamus, & dilatemus desiderium nostrum, vt possimus capere, quod vult dare, magnũ. n. est, quod vult dare, & desiderium nostrum angustũ est, per certa etiam interualla oramus verbis, vt illis, quasi signis nos admoneamus, vt quantum desiderium nostrum profecerit, sciamus etiam, vt excitemus, & augeamus desiderium nostrum, quia dignior sequitur effectus, quãto feruẽtior pręcedit affectus. Et, ne nostrũ desideriũ curis & negotijs interruptum tepescat: Hæc ille. Ex quo sequitur corollariè, quod in tantum in oratione priuata est vocibus, & signis vtendum, quantum expedit ad excitandum interius mentem. Nam, si per hoc impediretur, aut distraheretur esset à talibus abstinendum, vnde Dauid aliquando orauit in voce cantico excitata. Aliquando corde, cum dixit psal. 26. Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea, &c. ¶ Secũdo adiungitur vocalis expressio ad redditionem debiti, vt homo Deo seruiat secundum totum id, quod ex eo habet. i. non solum mente, sed etiam corpore, quia præcipue cõpetit orationi, secum quod est satisfactoria, vnde dicitur. Oseæ vlt. Omnem aufer iniquitatem, & fac bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. ¶ Tertio Adiungitur oratio vocalis, quòd ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione vox sequitur, quia motus superiorum virium, si sit fortis, etiam ad inferiores redundat, vnde & cũ mens orantis per deuotionem acceditur in fletus, & suspiria, & iubilos, & voces, inconsiderate prorumpit, vnde psal. decimo quinto. Lætatũ est cor meũ, & exultauit lingua mea. ¶ Quarto adhibetur vox orationi vt intentionem custodiat, ne euagetur. Magis. n. retinetur. ad vnum si verba orantis affectui oĩa adiũgunt. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. ¶ Ad primam

Ad primũ arg.

de præsenti c. Respondetur, quod cum dicitur non voce, intelligitur. s. tm̃, vt exponit gl. sic dicens. Non voce, voce tantũ Nam & voce cantandum est, vt de conse. di. 5. non mediocriter, Et ibi. Psallite domino in iubilatione. ¶ Ad secundã

Ad secundũ

respondetur negando cõsequentiam. Et ad probationem

Chrysosto. in ope imp. f. olim 3. tom. 2.

respõdetur, quod sicut dicit Chrysostomus super Matt. in eo proposito dominus vetat in cõspectu, siue publice orare, vt à cõuentu videatur, vnde orans nihil nouum debet facere, quod aspiciant homines, vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus expandendo, nec tamen vt dicit August. in li. de sermone domini in mõte, videri ab hominibus nephas ẽ, sed ideo hoc agere, vt ab hominib. videaris. Non. n. phibetur, quod quis bonũ faciat in publico cũ seruiat ad ędificationem proximorum, sed vt intentio maneat in occulto, vt dicit beatus Greg. Et ad confirmationem Respondetur, quod non est verum, quod verbalis oratio sit cõtra præceptũ Christi, cum ipse Christus sic orauit, & est verbalem orationem nobis dicẽs sic. Ergo orabitis. Matt. 6. Pater noster, intelligitur ergo illa doctrina Christi prohibere vocalem orationem, quæ pro ostentatione hypocrisis verbis hominibus notificatur, vel quæ per verba sensibilia impedit affectum mentis, vt patet ex circunstantia textus pręcedẽtis, & sequentis. ¶ Ad tertiam respondetur negando conse

Ad tertiũ. S. Thoma.

quentiam, & ratio est, quia vt dicit S. Th. Vocalis oratio nõ profertur ad hoc, quod aliquid ignotũ. Deo manifestetur, cui omnia nuda, & operta sunt. ad Heb. 4. Et vt dicitur Mat. 6. Pater noster scit, quod opus sit nobis, antequam petamus, sed (vt dictum est) ad hoc, quod mẽs orãtis, vel aliorum excitetur ad Deum, vel vt organa vocis cultu latriæ Deo seruiant offerẽdo ei acceptissimũ sacrificium laudis, vnde in psalmis, aliis sacrificijs præferẽs dicit dominus 46. Immola Deo sacrificium laudis, quod est laus, & infra sacrificium laudis honorificabit me, vñ dicit Damascenus, li. 4. c. 4. quia ex in

Augusti.

tellectuali, & sensibili compositi sumus natura, duplicem cõditori orationẽ offerrimus, quãdo intellectu psallimus, & labijs corporalibs. ¶ Ad quartã respondetur, negãdo cõ

Ad quartũ

sequentiam. Et ad probationem respondetur, quod verba ad aliud pertinentia distrahunt mentem, & impediunt deuotionem orantis, sed verba significãtia aliqua ad deuotionẽ pertinentia, excitat mentes præcipue minus deuotas, vt dicit S. Thom. in secunda secundæ. Præterea dicitur, quod quando duæ vires ordinatæ sunt ad idem vna non impedit aliã

S. Tomas. 2. 2. q. 83. ar. 12. Ad secũdum.

in suo actu, sed magis iuuat, sicut sensus imaginationem, quando ad idem ordinantur, vnde intentio expressa per vocem, non impedit ascensum intellectus ad Deum, nisi nimia cura in verbis proferrendis, fiat sicut illi, qui verba

composita

composita in oratione proferre nituntur.

4 **Ad secundum.** Sic proceditur.† & videtur, quod clericus obligatus ad horas canonicas, teneatur de necessitate illas dicere cum attentione actuali. Primo sic. Ex c. præsenti, vbi videtur, ꝙ corde psallēdum sit, qui aūt non attendit, non psallit de corde: ergo &c. ¶ Secundo sic: dicit Cypria. de oratione dominica, & Augustinus super psalmo, Beati immaculati, ꝙ orare Deum sine attentione, iniuria est Dei, non solum si noxias, & peruersas, sed etiā, si superfluas cogitationes in oratione habuerimus: quia hæc est vigilare oculis, & corde dormire, cū ecōtrario dicatur Cantic. 5. Ego dormio, & cor meū vigilat, ergo, &c. ¶ Tertio sic. Oratio est ascensus mētis in Deū, sed qn̄ oratio nō est attenta, intellectus non ascēdit in Deū: ergo de necessitate, orationis est, ꝙ sit attenta. ¶ Quarto sic. Ioan. 4. dicit. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eū, in spiritu, & veritate adorare oportet, sed oratio nō est in spiritu, si non sit attēta, ergo de necessitate orationis est, ꝙ sit attenta. ¶ Quinto Hugo de sancto Victore dicit. Si cum oratione fundimus, quodlibet in corde versamur, etiam si illud bonum sit, a culpa liberi nō sumus, sed oratio, quæ habet culpam adiunctā, non habet suam efficaciā, ergo requiritur ad oratione actualis attentio. ¶ In oppositum est, quòd etiam multi viri orantes quandoque euagationem mētis patiuntur, secundū illud Psalmistę. 39. Cor meum dereliquit me. ¶ Respondeo dicen-

(Primū ar. / Secundū ar. / Tertiū ar. / quartū ar. / Quintū ar. / Oppon. in cōtrarium / Respondet. / S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 13. cor. q.)

5 do iuxta sanctum Thomam in secunda secundæ, † quod necessarium dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, per quod melius venitur ad finem. Et hoc modo est cōclusio, quod attentio absolute est necessaria orationi, & per consequens clericis accedentibus ad dicendas horas canonicas. Ista conclusio est ita manifesta, ꝙ probatione nō eget. Alio modo dicitur aliquid necessarium sine quo res nō potest consequi suū effectū. Et est aūt triplex effectus orationis. Primus quidē cōmunis omnibus actibus charitate formatis, quod est mereri. Et sic quantū ad hunc effectum. An sit necessaria attentio. Est sciendum iuxta dominū Durādū in. 4. dist. 15. Quod ad rationem, & quodlibet aliud opus potest requiri attentio dupliciter. Vno modo, vt oratio ab attētione procedat. Alio modo, vt attentio continue cōcomitetur orationem. Primo modo est conclusio, ꝙ attentio ad orationem tam priuatā, quam publicam, & non solum propter meritum, sed etiam propter vitādum peccatum in casu, in quo oratio inducitur ex præcepto, quod patet sic. Nullum opus meritorium est, nisi ex intentione procedat, alias nō est opus humanum, cū homo sit homo per rationem, & voluntatem. Cū ergo oratio sit ascensus mētis in deum, est opus humanum. Si ergo oratio debet esse meritoria, oportet, quod procedat ex intētione similiter si vitatur transgresio præcepti, oportet ꝙ procedat ex intentione. i. idem fieri, quia cum præceptū non detur, nisi hominibus, oportet ꝙ nō solū impleatur ex imaginatione, quæ communis est nobis, & brutis, sed ex deliberatione, quæ requirit attentionem. ¶ Secūdo vero modo est conclusio quod attentio continue concomitetur actualiter orationē, nō est necessariū. Probatur ista cōclusio. Tū, qa nec hoc requirit in qbuscūq; aliis operibus bonis: sicut nō oportet, ꝙ ille, q pegrinat, semp de itinere cogitet, sed sufficit, ꝙ maneat vis primæ intētionis, qua aliqs ad orādū accedit cū intentione aliquid operādi, impetrandi, vel deo debitū obsequium reddēdi. Etiam si in prosecutione orationis ad alia rapiatur, nisi tanta sit euagatio, ꝙ omnino depereat, vis primæ intentionis. Et ideo oportet, ꝙ frequenter homo correuocet ad seipsum, vt dicit S. Tho. ¶ Secūdus effectus orationis est ei, proprius, quod est impetrare. Et ad hūc etiam effectum est conclusio, ꝙ non requiratur, ꝙ actualis intentio semper concomittetur orationem, sed sufficit prima attentio, quam Deus principaliter attendit. Si autem prima intentio desijt, oratio nec meritoria est, nec impetratiua. Illa. n. orationem Deus non audit, cui ille, qui orat non intendit, vt dicit Gregorius. ¶ Tertius autem effectus orationis est, quem præsentialiter efficit. s. quædam spiritualis refectio mentis. Et de ista est conclusio, ꝙ ad hūc effectum pcipiendum de necessitate requiritur in oratione actualis attentio, patet. Tum, quia operatio, non habitus causat delectationem. Tum, quia, vt dicit Apostolus prima ad Corint. 14. Si orem lingua. s. tantum, mens mea sine fructu est. Sciēdum tamen, ꝙ est triplex attentio, quæ orationi vocali potest adhiberi. Prima quidem, qua attēditur ad uerba, ne aliquis in eis erret. Secunda, qua attenditur ad sensum verborum. Tertia qua attenditur ad finem orationis. s. ad Deum, & ad rem, pro qua oratur, & hanc possunt habere etiā idiotę, & quæcunque harum intentionum assit, non est reputāda inattenta oratio, vnde & illi, qui non intelligunt petitionis verba ad orationem attenti esse possunt, sed tamen vltima attentio est laudabilior, quam secunda, & secunda, quā prima. Vnde hæc maxime est necessaria. Et quandoque tātum abundat hæc attentio, qua mens fertur in Deum, vt etiam omnium aliorum mens obliuiscatur. sicut dicit Hu. de sancto Victore. ¶ His habitis dicendum est ad rationes. Ad primam de c. præsenti respondetur, ꝙ cōceditur, ꝙ oratio, siue publica, siue priuata debet esse necessario cum attētione, ita ꝙ ex intentione procedat, alias nec meritoria esset, nec satisfactoria. Non autem semper est necesse, vt attētio semper concomittetur orationem secundum actum, sed sufficit, ꝙ maneat, siue concomittetur secundum virtutem, vt dictum est. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ verbum Augustini, & Cypriani intelligitur, quando mens ex proposito, aut negligentia euagatur in orando. Vel respōdetur ꝙ intelligendum est, quando attentio nullo modo orationi adiungitur. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ ascendit intellectus in Deum, quando orationem in Deum ordinauit, & virtus illius ascensus in tota oratione manet. ¶ Ad quartam respondetur, ꝙ in spiritu, & virtute orat, qui ex instinctu Spiritus ad orandum accedit, etiam si aliqua infirmitate mens postmodum euagetur. ¶ Ad quintam respondetur, ꝙ dictum Hugonis intelligitur, quando aliquid ex proposito mentem ad alia distrahit in orando, tunc. n. sine culpa non est, sicut infra in quæstione sequenti magis declarabitur.

(Durandus 4 sen. d. 15. q. 12. / S. Tho. ibid. vbi supra. / In li. de modo oran. ca. 2. tom. 2. / Ad primum argumen. / Ad secundā / Ad tertium / Ad quartū. / Ad quintū.)

6 **Ad tertiam.** Sic proceditur.† Et videtur, ꝙ clericus obligatus ad horas canonicas, dicens eas sine attentione, mente euagata, peccet mortaliter sic. In c. dolentes extra de celeb. miss. præcipitur clericis in virtute sanctæ obedientiæ, vt diuinum officium pariter, & nocturnum, quantum Deus eis dederit, studiosè, pariter celebrent, & deuotè. Secundo dicit Bernar. Dum oro, si mētem foris vagantem habeo, fructum orationis perdo. ¶ In oppositum est, quia impossibile est, quādiu sumus in hac vita mortali, quin mens in oratione euagetur ad alia, vnde sancti viri quandoque euagationē mentis patiuntur, secūdum illud psal. 39. Cor meum dereliquit me. ¶ Respondeo dicendum sub tribus conclusionibus, secundum, ꝙ cor tripliciter euagationem patitur in orationibus. Aliquādo accidit ex infirmitatem, aliquando ex negligentia, aliquando ex proposito. Prima ergo conclusio est. Non omnis clericus dicendo horas sine attentione actuali, euagata mente peccat. Patet ista conclusio, quoniam vt dicit sanctus Tho. in secunda secundæ. Mens humana propter infirmitatem naturæ diu in alto stare non potest. Pondere. n. infirmitatis humanæ deprimitur ad inferiora anima. Et ideo cōtingit, ꝙ sæpe mens subito ex quadam infirmitate sine aliquo pposito vagatur. Quando ergo orans omni, qua valet diligētia cum Abrahā abigit, volucres. i. volatiles cogitationes à sacrificio orationis secundum gl. Ge. 15. Et cum dicit. Inuenit cor suum, vt oret Deum, ꝙ fugitiuum pergit per varias cogitationes. Et secundi Reg. 7. Et festinat intrare cubiculum. i. secretum mentis archanum, vt dicit gloss. & claudit ostium. i. præcludit aditum turbæ fantasmatum secundum gl. & orat patrem in abscōdito occulte intentionis, qua soli Deo per orationem placere desiderat Matth. 6. Tunc nulla culpa esse videtur, etiam si mens contra conatum suum in oratione ad superflua trahatur, quia vt dicit Hieronymus. Deus non præcepit, quod homo nō potest facere, quare talis euagatio, quæ fit sine proposito, sed ex infirmitate naturæ non tollit orationis fructum, vt dicit S. Tho. in secunda secundæ. Vnde Basilius dicit. Si vero debilitatus à peccato fixe nequis orare, quantū potes te ipsum cohibeas, & Deus ignoscit eo, ꝙ nō ex negligentia, sed ex fragilitate non potes, vt oportet, assistere coram eo. ¶ Secunda cōclusio. Non omnis clericus horas dicens, sine attentione actuali mente euagata ex sua desidia, peccat mortaliter. Ista conclusio est Domini Vlrichi in summe sua ita dicentis. Omnis autem dicens verba sine attentione ex sua desidia, licet peccet per negligentiam, non tamen peccat mortaliter, quia iste modus orandi, ex præcepto ecclesię solum statutus est: præcepta autem iuris positiui nō referuntur, nisi ad ea, quę sub iudicio humano cadere possunt, & hæc sunt actus exteriores,

(Primū arg. / Secundum argumen. / Oppon. in cōtrarium / Respondet. / Prima conclusio. / S. Thoma. 2. 2. q. 83. ar. 13. in resp. ad scd̄m / Hierony. / S Thom. / Basilius. in serm. de orādo Deū / Secunda cōclusio. / Vlrichus.)

riores,non interiores,& sic patet propositum. Hæc ille maxime,cum est negligentia leuis,non est,dicendũ,ꝙ sit peccatum mortale,cuius etiam sententiæ est Inno.& Hosti. & Io.And.in c.1.extra de cele.miss.

Tertia conclusio.

¶ Tertia conclusio.Si legentem horas necessitas,vel euidens vtilitas,quę dilationẽ non capit cogat de aliis cogitare,sicut,cum quis reuoluit librum ad quærendum ea,quę sunt dicenda,& illuminando candelas,vel deponendo libros,vel similia,nõ videtur peccare, si actu non intelligit,nec audit, aut mente cogitur, euagare circa necessaria ad officium.

Quarta conclusio.

¶ Quarta conclusio, ꝙ clericus orans,qui scienter,& ex proposito in oratione, mente euagatur extra casus dictos,videtur mortaliter peccare,& ita impedire orationis fructum,& maxime, si euagatio mentis ex hoc,ꝙ scienter se occupat in actu exteriori,qui non secum patitur attentionem orationis.Patet ista conclusio.Tum primo,quia videtur tangere illud Iere.48. Maledictus homo,qui opus Dei facit negligenter.Tum secundo,quia,vt supra dictum est,ex dicto Augu.& Cypriani.Orare Deum sine attentione ex ꝓposito iniuria est dei. Tum tertio,quia talis directe venit contra præceptum ecclesiæ,de quo habetur extra de cele.miss.c.dolẽtes. de quo supra in argumento principali quæstionis, quod quidem præceptum ecclesiæ manifeste non obseruant,qui occupãtes se in actu exteriori scienter,sibi attentionem subtrahũt

Durandus Pet.de pal.

vt dominus Durandus,& Dominus Pe.de palude deducũt in quarto,q.5.Et sic patet responsio ad quæstionem factã in principio eiusdem,vbi etiam notandum,ꝙ in orationibus,ad quas quis tenetur ex voto,vel penitentiali iniũctione,vel ex statuto, ecclesiæ superfluæ cogitationes, quæ ab orantibus in oratione habendæ non sunt,non tantum dicũtur noxiæ,sed etiam bonæ impertinentes tantum,vnde dicit Bernardus Homil.47.super cant.Spiritus sanctus illa ho

Bernardus.

ra(.s.orationis) gratum non recipit quicquid aliud,quã debes,neglecto eo,quod debes,obtuleris.

7 Ad quartam Quæstionẽ,in qua quæritur † Vtrũ clericus,qui dicendo horas sponte & ex proposito mente vagatur teneatur repetere horas,sic ꝓceditur.Et videtur, ꝙ teneatur talis reiterare.

Primũ ar.

primo sic. In spiritualibus,quantum intendis,tantum facis,cum ergo nihil intendis,nihil facis, ergo, &c.

Secundũ ar.

¶ Secundo sic.In offic. diuino requiritur intentio, & verborũ prolatio. Intẽtio tñ principaliter.Tunc arguitur sic intentio sine ꝓlatione verborum non sufficit, vt in prima .q. determinauimus,ergo nec vocalis sine mentali.

Oppon.in contrarium

¶ In oppositum est,quia alterum .s.oratio vocalis est tantum in præcepto.

Respondet.

Respondeo dicẽdum,ꝙ satis innuitur ex his,quæ diximus in prima quæstione circa præsens capitulum.Aliud.n.est loqui de attentione,& aliud de intentione.

Prima conclusio.

De intentione est conclusio 1. ꝙ exigitur intentio de necessitate, quæ conclusio patet ex illo Ecclesiastici 18.Ante orationem præpara animam tuã, & noli esse,quasi homo,qui tentat Deum.

Secunda cõclusio.

De attentatione est conclusio secunda,ꝙ requiritur, quantum patitur humana fragilitas.

Tertia cõclusio.

Tertia conclusio,si quis ex cordis fragilitate distrahitur in dixendo officium, si illud constat integraliter dixisse,non tenetur reiterare.

Quarta cõclusio.

Quarta conclusio, si distrahitur voluntariè negligentia, vel quia aliis incompassibilibus attentior se occupat sponte,nihil,facit,& tenetur reiterare,vnde facit contra decretalem illã de celebr. miss.

Pe.de palu.

Concordat huic veritati dominus Pe.de palude in 4.d.15. qui ita dicit.Quia,si sponte & deliberatiue euagauerit in illis,quæ tunc dicit,non videtur acquietare,sed tenetur redicere,cum oratio sit actus mentis,non oris. Et sic non est oratio nisi sit attentio.

Humbertus.

Concordat magister Humbertus dicens,ꝙ tanta possit esse cogitatio in oratione,& causa culpabilis,ꝙ teneretur repetere,alias non,sed sufficeret de huiusmodi confiteri.Ex dictis iam per aliquos articulos est, satis notum,ꝙ necessaria sit mentis attentio habẽda in orationibus,& maxime in horis canonicis.

August. 7 Epist.109. Tom. 2.

De qua Augu.in regula inquit Psalmis,& hymnis,cum oratis,hoc versetur in corde,quod profertur ex ore.

8 Prima cã.

†Vbi notãdum, ꝙ clerici,& religiosi ad dicendum horas canonicas debent magnã operam dare,vt versetur in corde,quod profertur ore. Et hoc propter quinque causas.primo,oratio sine attentione non videtur esse vera oratio,sed simiatica. Simia.n. interdum, labia mouet ad modum orantis.licet nesciat, quid dicat, sic multi faciunt, de quibus dominus Isa.29. Apostolus, hic labiis me honorat,cor autem eorum longe est à me.

Secunda.

¶ Secundo propter reuerentiam Dei,cui psallimus,si.n.cũ quis loquitur proximo,cogitat in eo,quod dixit, & tanto magis quanto maior est,cui loquitur.Cum ergo psallẽdo, Deo loquamur,multa attentione,& cogitatione intendendum est orationi.

Bernardus.

Bernardus Cum ad orandum in ecclesiã intraueris,fluctuãtium cogitationum tumultum relinque exterius,vt soli deo vacare possis,fieri non potest, vt cum Deo loquatur,qui cum toto mundo,etiam tacens, fabulatur.

Tertia.

¶ Tertio,propter suauitatem degustandam spiritualiũ orationum.Oratio.n.cibus est cordis,quemadmodum.n. dulcedinem,& suauitatem amittit boni morselli, qui non masticat eum,sic dulcedinem spiritualium orationum nõ sentit,qui dentibus intelligentiæ non conterit orationem. Bernardus.Cibus in ore,psalmus in corde sapit, non negligit anima illum terere dentibus intelligentiæ, ne si forte integrum glutiat,frustretur palatum sapore dulciori sup mel,& fauum.

Quarta. Ciprianus

¶ Quarto,propter diuinam exauditionem, quare beatus Cyprianus super oranem dominicam.Ita nos hortatur,quando stamus ad orationem,incumbere ad pręces toto corde debemus. Nã quomodo audiri te à deo postulas,cum te ipsum non audias.Ibi vis deum memorem, esse tui,cũ rogas,quando tu ipse memor tui nõ es.Tibi hoc accidit propter inefficaciam orationis cuius efficacia attẽditur principaliter ex parte cordis Augusti.Potius ad vocẽ cordis,quam corporis aures eius.

Isidorus.

Et Isidorus. Oratio cordis est,non labiorum,nec in verba deprecantis attẽdit,sed orantis cor aspicit,qui ergo cor non habet in oratione,subtrahit,quod melius in oratione,vnde beatus Basilius dicit.

Basilius.

Diuinũ auxiliũ implorandũ est,nõ remisse,nec mẽte huc, illuc vagãte,eo,ꝙ talis nõ solũ impetrabit,ꝙ petit,sed etiã deũ magis amicabit.

Ad primũ arg.

¶ Ad primã patet responsio de intẽtione.Illa.n.est necessaria ante orationẽ.Attentio.n.in oratione quantum patitur humana fragilitas.

Ad secũdum

¶ Ad secundam respondetur negando cõsequentiam,& ratio est,quia nõ est simile,ꝙ non sit in potestate interior,sicut verborum exterior prolatio,&c.

9 Ad quintam. Quæstionem sic proceditur.†Et videtur,ꝙ clericus obligatus ad dicẽdas horas canonicas, teneatur illas in statu gratiæ, siue in charitate dicere.

primũ ar.

Primo ex c.dolentes extra de celeb. miss. vbi præcipitur clericis.vt studiose,& deuote dicant diuinũ officium.Sed deuotio est effectus charitatis,& actus virtutis religionis,ergo sequitur,ꝙ teneat dicere horas in charitate,siue in gratia existens.

Secundũ ar.

¶ Secundo sic. Talis obligatur ad dicendum horas canonicas,vt satisfaciat ꝓ illis,qui beficia fundarunt,sed nullus põt satisfacere per opera facta, extra charitatem,cum talia sint mortua,nec sint deo accepta ergo talis horas sibi iniunctas ab ecclesia pro fundatoribus tenetur dicere in charitate.

Tertiũ ar.

¶ Tertio,clericus obligatus ad horas tenetur eas eo modo,quo ꝓdesse possint illis pro quibus dicit,patet. sed existẽs in peccato nõ põt eas dicere eo modo,quo ꝓsint aut sibi,aut aliis,cum deo displiceat.

Gregor in past par. 1.

Dicit.n.Gregorius in pastoral.Cum is,qui displicet ad intercedendum mittitur,irati iudicis animus ad deteriora prouocatur,&c.Ergo,&c.

Opponit ĩ cõtrarium

¶ In oppositum arguitur sic. Cum nemo sciat, vtrum sit in statu gratiæ, vel culpæ,quia Ecclesiast.9. dicitur. Nemo scit an odio,vel amore dignus sit.Si clericus obligaretur dicere horas canonicas in statu gratiæ,siue in charitate.

Respõdet. Prima conclusio.

Respondeo dicendum sub duabus conclusionibus.Prima est,ꝙ clericus obligatus ad dicẽdas horas canonicas,non tenetur necessario necessitate absoluta dicere eas in statu gratiæ , aut in charitate.Ista conclusio multipliciter probatur.Primo sic.præcepta dei nõ obligant,vt perficiantur in charitate.non.n.peccat, nec à Deo punitur,qui debitũ honorẽ impedit parentibus,quãuis nõ habeat habitum pietatis, ergo multo minus ecclesia obligat quemquam,vt impleat illud in charitate, siue in gratia existens,consequentia patet.

Hierony.

¶ Secundo sic.Dicit Hieron. Anathema sit,qui dixerit deum aliquod impossibile præcepisse . Cum ergo præceptum de horis dicendis obliget clericos in sacris constitutos, & beneficiatos tam bonos, quam malos,tam iustos,quam peccatores.Vnde supra dist. præce.determinauimus, quod clericus beneficiatus, etiã excommunicatus suspensus,& priuatus tenetur ad dicendas horas canonicas.sed in potestate pecccatoris non est habere gratiam,aut charitatem.ergo ad dicendas horas canonicas in statu gratiæ,siue in charitate nullus tenetur,cõsequentia patet.¶ Tertio sic.Ecclesia non potest præcipere, quod quis oret,aut ieiunet, aut peregrinetur, & hmõi

in charitate.

charitate, siue in statu gratiæ: ergo &c. Consequentia patet. Antecedens probatur sic iuxta S. Tho. in prima 2. q. 100. arti. 9. Præceptum legis habet vim coactiuam. Illud ergo cadit directe sub præcepto legis, ad quod lex cogit. Coactio autem legis est per metum pœnæ, vt dicitur 10. Ethyc. c. vl. Ideo, illud cadit proprie sub præcepto legis, pro quo pœna legis infligitur, nisi pro illis, de quibus legislator habet iudicare, quia ex iudicio lex punit. Homo autem, qui est legislator humanus non habet iudicare, nisi de exterioribus actibus, quia homines vident ea, quæ patent, vt dicitur primi Regum 16. sed solius Dei est, qui est legis diuinæ lator iudicare de interioribus motibus voluntatis secundum illud psal. 7. Scrutans renes, & corda Deus, ergo patet conclusio. ¶ Quarto sic. Quicunque non seruat præceptū, peccat mortaliter, si ergo clericus beneficiatus teneatur ex præcepto, ecclesię dicere horas in statu gratię, siue in charitate, sequeretur, ꝙ quandocunque diceret horas canonicas, non existens in charitate, peccaret mortaliter, quod est inconueniens, ergo, &c. Ex qua conclusione sequitur corollariè, ꝙ clericus obligatur ad dicendum horas canonicas, si dixerit illas in peccato mortali, aut in excommunicatione existēs: dum tamen integre studiosè, & deuote dixerit, non tenet̃ repetere, quando ad statum gratiæ fuerit conuersus. Patet, quia cum impleuerit præceptum ecclesiæ, sic dicendo, non obligatur amplius dicere. Contra quosdam Iuristas dicentes, ꝙ, qui dicit horas in peccato mortali nihil agat, moti ex illo ver. ext. de celebra. miss. c. 1. vbi dicitur. In puritate consciæ. Sed isti male dicūt rōnibus iam assignatis de intellectu prædictæ decretalis dicemus in sequenti conclusione. ¶ Secunda concl. clericus obligatus ad dicendum horas canonicas, tenet̃ illas dicere in statu gratiæ vel in charitate cōditionali necessitate. s. si vult, ꝙ oratio illa sit sibi dicēti meritoria. Patet conclu. quia oratio, quę sine gratia gratum faciēte nō est meritoria, sicut nec aliquis alius actus virtutis. Et ad hoc est aduertendum. quod dicitur extr. de cele. miss. c. 1. Dolentes ꝙ cum clerici offerre Deo sacrificium laudis & seruitium labiorum suorum in puritate conscientiæ, & animum deuotione deberent horas canonicas, &c. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primā de c. dolentes. Respondetur, ꝙ ibi non præcipitur, ꝙ diuinum officium persoluatur per clericos in statu gratiæ, vel in charitate, quia dispositio actus in terris non cadit sub ꝓcepto ecclesiæ, sed per ly studiosè, & deuote, præcipitur, ꝙ dicātur integre, distincte, & reuerēter, qui sunt actus exteriores, qui debēt cōcurrere in oratione, ꝙ non obseruāt, qui occupantes se in actibus exterioribus, sibi attētionem subtrahunt, in quo magnam Deo reuerentiam exhibent, de quibus Deus per Esa. inquit. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est, à me. Et ita aliquis deuote orat, licet virtutē deuotionis nō habeat, sicut dicit S. Th. in 4 dist. 15. loquendo de cōditione illa orationis, quæ est pie petere, qui sic ait. Sciendum, ꝙ quandoque aliquis pie petit qui pietatis virtutem non habet, sicut aliquis aliquando iusta facit, qui iustitiæ habitum non habet, & sic etiam peccatores aliquando possunt pie orare. Hæc ille. ¶ Ad secundā respondetur negando minorem. Dicimus. n. quod istę horæ dictæ per clericum talem existentem in peccato mortali, possunt considerari dupliciter. Vno modo, vt sunt eius, & sic concedimus, quod nec sibi, nec alteri sunt meritoria. Alio modo considerantur, inquātum sunt alterius, & hoc dupliciter. Vno modo inquantum talis clericus dicens horas, gerit personam totius Ecclesię. Et, quia ille intelligitur facere cuius nomine, vel vice fit, vt patet per Dyonisium. 13. cœlestis Hierarchiæ. Inde est, quod ex opere operante, ipsius ecclesiæ, cuius clericus peccator minister est, etiam orationes dictę per eum prosunt, illis pro quibus fiunt alio modo, quando agit, vt instrumentum alterius. Opus. n. instrumenti est magis principalis agentis, vnde quamuis ille qui agit, vt instrumentum alterius, non sit in statu merendi, actio tamen eius potest esse meritoria, ratione principalis agentis, sicut, si seruus in peccato existens, quodcunque opus misericordiæ facit ex præcepto domini sui charitatē habentis, vnde si instituentes beneficia in ecclesia, vel mādantes institui, vt ibi dicerētur horæ canonicæ, vel aliqua suffragia, vel etiam petentes fieri fuerunt in charitate, tales horæ, & talia suffragia valent, & proficiunt illis, pro quib. fiunt, si fuerint capaces. Et ita, licet malus satisfacere non possit pro alio principaliter, instrumentaliter tamē potest,

S. Thom. 1.2.q.100. ar.9.cor.q.

Nota contra Iuristas

Secūda cō clusio.

Ad primum argu

S.Thom. 4.Sent.d.15 q.4.prin.ar. 7.q.3.ad.1.

Ad secūdū.

Dionisi.

magis tamen valerent, vt dicit S. Tho. in quarto. Si ministri in charitate essent, quia tunc ex duabus partibus opera illa essent meritoria. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem. Dicimus. n. ꝙ clericus, dicendo horas studiose, & deuote, vt ministri ecclesiæ, aut, vt instrumentum instituētium beneneficia, dicit eo modo, quo prosint illis, pro quibus est obligatus dicere, si illi sunt capaces. Ad autoritatē b. Gregorij respondetur, ꝙ licet ex parte clerici existentis in peccato oratio sua Deo non sit accepta, tamen ratione alterius, cuius vice, & imperio agit, potest esse accepta.

S.Thom. [illegible]

10 Ad sextam. Rationem, in qua quæritur. † Vtrum clerici obligati ad horas canonicas, dicendo horas canonicas furentur aliquid sincopando, aut omittendo, aut festinādo, teneātur redicere, de quibus extra de celebra. miss. cap. 1. fit mentio. Ad hanc quæstionem respondetur Petrum de palude, quòd talis clericus, si notabiliter male dixerit tenetur redicere. Verum est tamen, quòd vt inquit, pōt ei in pœnitentiā commutari, ne duplicatum officium dicat, quia Dei Vicarius potest commutare restitutionem Deo faciendā in aliud Deo acceptius. Dicere autem parum cum deuotione est gratiosius, vnde & pœnitentiam omissam potest Commutare sine audientia aliorum peccatorum. Restitutio autem facienda homini, non sic subiacet arbitrio confessoris. Hæc ille. Lege tex. ¶ [Cantantes] Hæc dicit Hieronymus super epistolam ad Ephe. exponens illud Apostoli ad Eph. quinto. Canētes ait

Respōdet Petrus de palude.

Exponit literam.

11 Apostolus, & psallentes in cordibus vestris domino. † In quibus verbis notātur quatuor conditiones necessariæ in officio diuino. Primo vocis alacritas. ibi. Orantes psal. 32. Cantate Deo canticum nouum. Et alibi. Vox exultationis, & salutis. Secundo operis conformitas, ibi. [Psallentes]. s. opere. Vnde dicit gloss. id est, Bono opere, vt psalmus docet. Vt. n. dicitur Ecclesiastici 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Tertio cordis attentio ibi. In cordibus vestris. prima ad Corint. 14. Psallam spiritu, psallam, & mente. Non sic illi de quib. dicitur Isa. 25. Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum, longe est à me. Quarto recta intentio ibi. Domino gloss. id est ad honorem domini psalm. 46. Psallite, Deo nostro psallite. [Audiant] Adolescentuli audire debent, & cordi imprimere, ne ætatis leuitate ad lasciuiam, quod debet ad dei laudem cedere, conuertant. [Non voce] .s. tantum, sed corde magis, vt interius sit deuotio, & in voce lætitia, & exultatio, sicut, quod psallamus ore principalius tamen corde prima ad Corin. 14. Psallam spiritu [reuoluens]. s. spiritu, quod psallo, psallā, & mēte. s. nihil aliud tūc in mente reuoluens. Et ad hoc inuitat nos Apostolorum, princeps beatissimus Petrus dicens. prima Petri. 4. Vigilate in orationibus gloss. Ne anima cogitet aliquid præter id solum, quod præcatur. Et Augustinus in regula. Psalmis, & hymnis, cum oratis Deum, hoc versetur in corde, quod profertur in ore. De vtilitate attentionis satis supra notauimus circa quæstionem tertiam [ne tragædiarum]. Ecce, quod non prohibetur vocalis oratio, vel melodia, siue iubilatio, sed ne sint ad modum tragædiarum, idest vt sic modulari possent sicut olim modulabantur tragædi, cum tra

August. Ep. 109. Tom. 3.

12 gædiam recitabant in theatro, † Tragędia ergo scriptura erat, sic dicta ἀπὸ του τράγου quod est hircus, & ᾠδῆς quod laus, vel cantus quasi hyrcinus, & fœtidus cantus, quia de fetida, & tristi materia tractabat̃, vnde & tragædo dabatur Hyrcus, non, quia nō haberet aliam remunerationem, sed ad turpitudinem, & fœtorem materiæ designandam Hu. & Arch. [Theatrales] Id est, quales esse solent in theatro à tragædis, & comicis, vel histrionibus, vel mimis. Hu. [quæ fiunt effæminate] Vt populo placeant, & delectent illum, quales esse non debent orationes, & cantus ecclesiæ, sed simplices, & deuotæ, vnde Isidorus libro officiorum. Vox lectoris sit simplex, & clara, & ad omne pronuntiationis genus accommodata pleno sono virili, aggrestem, & rusticū sonum fugiens, non minus humilis, nec adeo sublimis, nō fracta, non tenera, nihilque fœmineum sonās, sed cum specie grauitatis.

Isidorus.

Ab officio cantandi §. est, in quo ostendit, ꝙ diaconi ab officio, cantandi sint exempti, ne, dum student cātilenis, altaris ministeria negligant.

3 *Missam nemo tenetur dicere de omni die ex præcepto.*
Nec etiam audire nu.4.
Licitum tamen est nu.5.
7 *Vox cantorum, si delectet populum, & excitet ad voluptatem non dato studio, an peccent cantores.*
8 *Diaconi non debent legere epistolam, nisi causa necessitatis.*



N sancta. Probat hic Magister, quod dixerat per hoc c. quod est, beati Gregorij, quod diuiditur in tres partes. In prima narrat consuetudinem in ecclesia Romana, quam reprehensibilē messę dicit. In 2. statuit, ne modulationi inseruiant, quia ad prædicationes, sunt instituti. In tertia iniungit pœnam transgressoribus. Secunda ibi. Qua de re. Tertia ibi. Si quis autem. Pro pleniori intelligentia huius cap. quęruntur tria. — Diuisio

1 ¶ Primum est, vtrum cantus sint assumendi ad cantādum laudem diuinam.
2 ¶ Secundum est, vtrum clerici, qui tenentur ad horas canonicas, teneantur omni die dicere, vel audire missam.
6 ¶ Tertium, vtrum conuenienter prohibeatur Diaconi, ne modulationi cantus inde seruiant.

1 Ad primum. Sic proceditur, †Et videtur ꝙ cantus non sunt ad laudem diuinam assumendi. Primo sic. Ex præcedenti. vbi ait Hieronymus. Audiant adolescentuli, quibus in ecclesia est psallendi officiū Deo, non voce, sed corde cantandum, ne in tragædiarū more guttur, & fauces medicamine liniēde sunt, vt in ecclesia theatrales moduli audiantur, & cātica. Non ergo in laude Dei sunt assumendi. ¶ Scdo sic. In veteri lege laudabatur Deus etiam musicis instrumentis, sicut humanis cantibus. secundum illud psal. 32. Cōfitemini domino in cythara, in psalterio decem chordarū psallite illi. Sed instrumēta, sicut cythara, & psalteria non assumit ecclesiam diuinas laudes, ne videatur iudaizare, ergo pari ratione nec cantus ad diuinas laudes sunt assumendi. ¶ Tertio sic. Illud nō est assumendum in laude diuina, quod impedit id quod principaliter est in ea. s. laude mentis. Sed laus mentis per cantum impeditur. Tum, quia cantantium intentio abstrahitur à consideratione eorum, qui cantant dum circa cantum student. Tum etiam, quia ea, quæ cantantur minus ab alijs intelligi possunt, quam, si sine cantu proferrentur, ergo cantus non sunt in diuinis laudibus adhibendi. ¶ In oppositum est capitulum præsens, vbi præsupponit cantum in diuinis laudibus assumi, licet prohibeat ne ministri altaris modulationi vocis inseruiant. ¶ Preterea in oppositum est ꝙ beatus Ambrosius in ecclesia Mediolanen. cantus instituit, vt August. refert ex nono lib. confess. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ conuenientissime cantus assumitur in diuinis laudibus. Ista cōclusio patet ex dictis. Dictum est autem supra, ꝙ laus vocalis ad hoc necessaria est, vt affectus prouocetur in Deum. Et ideo, quæcūque ad hec vtilia esse possunt, ad diuinas laudes congruenter assumuntur. Manifestum est autem, ꝙ secundum diuersas melodias sonorum hominū animi diuersimode disponuntur, vt patet per Philosophum 8. poli. Et per Boetium in proemio musico. Et Isidorus dicit lib. 1. officiorum, ꝙ omnis affectus nostri pro sonorū diuersitate, quadam occulta familiaritate excitantur, eo, ꝙ delectationes sensuum particularium affectuum mouent. Et ideo laudabiliter, & conuenientissime, ad diuinas laudes cantus assumuntur. Vbi notandum, ꝙ iubilus, siue cantus vocalis habet multos sanctos, & vtiles effectus, propter, ꝙ conueniētissime, & laudabilissime assumuntur in diuinas laudes. Primus est, ꝙ cor liquefacit in affectum sanctum, vnde Augusti. 10. confess. Confessioni. Adducor cantandi consuetudinem approbare in ecclesia, vt per oblectamenta infirmior animus in affectum pietatis assurgat. Et de se ipso dicit in 9 confess. Flebam in hymnis, & cāticis tuis suaue sonantis ecclesiæ tuę, vocibus vehementer affectus. ¶ Secundus est, ꝙ mentē eleuat, vnde Bern. Oculos cordis attollit iubilus laudis, vnde multi rapiuntur in extasim in huiusmodi iubilatione. Et ideo postquam dictum in psal. 67. In ecclesijs benedicite Deo domino. sequitur ibi Beniamin adolescentulus in mentis excessu. ¶ Tertius est, ꝙ tristitiam malam depellit gl. super illud verbo Iacobi 5. Tristatur aliquis vestrū dicit Crebra psalmorum dulcedine nociuam tristitiæ pestem depellit, vbi dicit. Exultabunt labia mea. i. ita replebūtur gaudio, ꝙ in labijs apparebit, cū cantauero tibi. ¶ Quartus est, ꝙ præparat viam cordis domino ad infusionē multiformem gratiarum, vnde Greg. super Ezechielem. Cum vox psalmodiæ per intentionem cordis agitur omnipotenti Deo, iter ad cor præparatur. psal. Psalmum dicite nomini eius, & sic iter facite ei. Et 4. Regū. 3. cum psalmistes caneret, facta est super eum manus domini. Et ista quatuor pdicta sunt quatuor effectus in anima. ¶ Quintus effectus est, ꝙ diabolum fugat primi Reg. 16. Dauid tollebat cytharam, & psallebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius se habebat, recedebat. n. ab eo spirtu malus, &c. ¶ Sextus est ꝙ Deum delectat, vnde Canticorum 2. dicit ecclesiæ sponsæ suæ. Sonet vox tua in aurib. meis, vox. n. tua dulcis. ¶ Septimus est, ꝙ militātē ecclesiam vertit in similitudinē triūphantis, quæ semper iubilat. Bernardus super Cantic. Nihil in terris ita proprie repræsentant quendam cœlestis habitationis statum, sicut alacritas laudantium Deum. ¶ Octauus est, ꝙ inimicos ecclesiæ conturbat, & confundit, vnde 2. Paralip. 20. cunque cepissent laudes canere, vertit dominus insidias inimicorum in semetipsos, & percussi sunt. Fœlices profecto effectus isti, & fœlix iubilatio, quę duriciē cordis resoluit, quæ terrenam mentem eleuat, quæ tristitiam seculi depellit, quæ, ad susceptionem benedictionis diuinæ præparat, quæ diabolum fugat, Deum delectat, militātem ecclesiam triumphanti assimilat, ipsiusque hostes cōfundit. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur, ꝙ Hieronymus, vt dictum fuit in præcedenti cap. non vituperat simpliciter cantum, sed reprehēdit eos, qui in ecclesia more theatrico, non propter deuotionē excitandum, sed propter ostentationem vel delectationem prouocandam. Vnde August. dicit 10. confessi. Cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quam res, quæ canitur moueat pœnaliter me peccare confiteor, vt tunc mallem non audire cantantem. Et Bernar. in meditationibus. Ego quidem miser ad sacra mysteria meam sæpe fregi vocem, vt dulcius cantarem magisque delectabar in vocis modulatione, quam in cordis compunctiones. Deus non requirit, vocis lenitatem, sed cordis puritatem. Dumque populus à cantore mulcetur, Deus irritatur. ¶ Ad secundam respondetur negando consequentiam, & ratio est, quia non est simile de cantu, & musicis instrumentis, vnde philosophus dicit in 8. Politicornm. Ne fistulas ad disciplinationem adducendum nec aliquod aliud artificiale instrumentum puta cytharam, & si quid tale alterum est, sed quæcunque faciunt auditores bonos. huiusmodi. n. musicam instrumenta magis animum mouet ad delectationem, quam per ea formetur interius bona dispositio. In veteri autem testamento vsus erat talium instrumentorum. Tū. n. populus erat magis durus, & carnalis, vnde erat per huiusmodi instrumentum prouocādus, sicut, & per promissiones terrenas. Tum etiam, quia hmōi instrumēta corporalia aliquid figurabāt. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem. Dicimus. n. iuxta S. Th. ꝙ per cantum, quo quis studiose vtitur ad delectationem, aius abstrahitur à consideratione eorum, quæ cantantur, sed si aliquis cantat propter deuotionem, attentius considerat, quæ dicuntur. Tum, quia diutius moratur, super eodem. Tum, quia, vt dicit Augu. in 10. confes. Oēs affectus nostri per suā diuersitatem, habent proprios modos in voce, atque cantu, quorum occulta familiaritate excitantur. Et idem est de audientibus, qui, & si aliquando non intelligant, quæ cantātur, intelligūt tñ propter quid cantantur. s. ad laudē Dei, & hoc sufficit ad deuotionē exhortādā.

Margin notes: Primū ar. — Secundū ar. — Tertiū ar. — Oppon. in cōtrarium — Secūda opi — respondet. — Boetius Isidorus. — August. 10 confes. c. 33. Tom. 1. — Gregorius. Super Eze. Hom 3 paulo ante finē — Bernardus. — Ad primū argu. — August. — Bernardus. — Ad secūdum — Ad tertiū. S. Thoma. 2.2. q. 91. ar. 2. Ad quin. August. 10. confe. c. 33. circa mediū

2 Ad secundum. Sic procedit. †Et videtur, ꝙ obligatus ad horas dicendas, obligetēt ad audiendum, vel dicendum oī die missam. Primo. Ex c. præsenti, vbi simul immiscet hæc duo officia. s. horarum canonicarū, & sacri altaris ministeriū, siue missarū, solénia: ergo vr̄, ꝙ pari sorte currant, ergo, qui tenetur ad horas dicendas, tenebitur ēt ad missam dicendam, vel audiendam. ¶ Secūdo sic. Propter ꝙ vnūquodq; tale, & illud magis, sed horæ canonicæ sunt pp missam, & ad illam pp illas obligatur, ergo sequitur, ꝙ oīs talis clericus alligatus ad horas tenetur ēt aut dicere, aut audire missam. ¶ Tertio sic. Extra de cele. miss. c. dolentes, præcipit papa missarum solennia celebrari à Sacerdotibus, & dicere horas, sed si tenentur dicere, maxime tenentur audire. ¶ In oppositum est, quia in c. presbyter supra di. præcedenti, & habetur ext. de celebr. miss. c. 1. nulla mētio fit de missa licet bñ de horis canonicis, ergo

Margin notes: Primū ar. — Secundū ar — Tertiū ar, — Opponit i cōtrarium.

ergo videtur, ꝙ nec missa ꝑtineat ad horas canonicas nec quis obligatur audire vel dicere eam omni die.¶Respondeo dicendum,vt narrat Pe.de pal.in 4.dist.15. duplex fuit hic opinio. Vna fuit,ꝙ quicunque obligatur ad horas dicẽdas canonicas teneretur ad audiendam,vel dicendam missam.Aliorum est opinio in contrarium,& ista est verior,& per cõsequens amplectanda magis.Pro cuius materiæ pleniori declaratione ponuntur aliquæ conclusiones. Prima est,†quod nullus tenetur ex præcepto dicere omni die missam.Patet conclusio iuxta do.Vlrichum in summa sua,quia fragilitas humana non patitur aliquem semper ad hoc dignum esse,pp quod Augu.hoc nec laudat,nec vituperat,de cõs.di.2.c.quotidie.¶Secunda conclusio.†Non est in præcepto oĩ die audire missam.Patet conclusio.Tum,quia hoc non est in potestate nostra,vt patet.Tum quia ad hoc nulla obligatio inuenitur expressa,vnde,cum dr̃ extra de priuile. c.vl.in 6.ꝙ epi super altare portatile vbiq; itinerantes possunt facere celebrari,cum non deceat eos,aliquem diẽ trãsigere sine missa supponitur episcopus nõ obligari ad quotidianam missæ auditionem,nisi ex decẽtia, & multo minꝰ alij inferiores epis ex debito obligantur.Concordat magr̃ Henricus de Gandauo quolibeto 11.q.30.dicens.Nullo iure quisquam ad hoc obligatur,vt quolibet die missam audiat,vel dicat,sed tamen hoc præcipitur oĩbus,ẽt laicis die dominica.de cons.di.1.c.missas.vbi sic dr̃.Missas die dominica secularibus totas audire præcipimus,vt dicit ibi gl. vnde contra præceptum faciunt, qui diebus dominicis non audiunt missas, nisi aliqua necessitas cogat. ¶Tertia conclusio.†Licet quotidie audire missam nulli sit in præcepto sed relinquitur deuotioni vniuscuiusque, nihilominus tñ vtile est,& cõueniẽs,vt quilibet fidelis,& maxime clericus & religiosus curet audire omni die missam. Ad ꝙ mouere eos debent multa.Primo,quia cum multa sunt genera hostiarum,sicut oratio,laus,& hmõi.Nulla tñ est tantæ virtutis,sicut hostia altaris.Vnde Alexãder papa in c.nihil.de cõsecra.di.2.ait.Nihil in sacrificio maius esse potest,quã corpus,& sanguis Christi. Nec nulla oblatio hac potior est. ¶Secundo,quia specialiter offertur pro circunstantib.imo ipsi celebrantes offerunt pro charis suis oĩbus, sicut patet ex verbis canonis,vt ẽt patet in c.visum de cons.di.1.¶Tertio,quia in missa ministratur refectio animarum, & panis in sustentamentum vitæ quotidiæ deficientis,vt in c.panis & in c.re vera.de conse.di.2.¶Quarto,quia in missa videtur oculi,fidei serpens æneus in palo ad sanandum morsus venenatos,qui continue infligũtur.¶Quinto,quia ibi exercentur virtutes theologicæ ad merendum,& crescẽdum ꝑfectũ,virtutum.Multum.n.fides,cuius laus est credere, qđ non videtur:vñ in c.vt quid paras.de conse.di.2.dicit Aug. Vt quid paras dentem,& ventrem.Crede,& manducasti. Nullus.n.fere est articulũ circa, quem tãtum mereatur,Ibi spes eleuatur confidens de illo,ad cuius mensam sedit: Ibi summe charitas inflammat in memoria illius dilectionis, quæ fuit nobis in cruce ostensa.Item in c.hoc de conse. di. 2.dicit Augustinus.Hoc est sacramentum pietatis,& est,signum,& vnitatis,vinculum charitatis.¶Sexto,quia Angeli cõtinue veniũt,& intersunt missæ,sicut dicunt sancti.Vnde in c.quid sit sanguis,de consecra. dist. 2. inquit Gregorius.Quis.n.fidelium dubium habere potuit,vt in ipsa immolationis hostia ad sacerdotis, vocem cœlos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorum chorus adesse,&c. Optimum autem est Angelis sociari.Patet ergo, quam vtile sit missæ interesse.¶Quo notato,dicendum est ad rationes in oppositum quæstionis.Ad primam respondetur negando consequentiam.Ex hoc.n.ꝙ simul loquitur de psalmodia horarum,& de ministerio missæ,non sequitur,ꝙ,si ad dicendum horas canonicas quis sit obligatus, ꝙ etiam teneatur omni die audire missam.¶Ad secundam respondetur negando consequentiam,quoniam,vt dicit Pe.de palude,non sequitur. Horæ ad missam ordinantur,ergo obligati ad horas obligantur ad missam.¶Ad tertiam respondetur,vt etiam respondet Henricus de Gandauo,vbi supra in illo cap.dolentes.Non præcipitur sacerdotibus singulis diebus missas audire,aut dicere,vt manifeste patet.Præterea,vt habet gloss.in clemen.super ver.certis horis. in clemen.vti hi.de ætat.& qualita.Missa non est de horis canonicis.Ad quod inducit primum c.de celebra.miss.& de præben.de multa,&c.


Respondet. Pe.de palu. sent d.15.q.5 ar.1.in fi. — Prima conclusio. Vlrichus. (3) — Secunda cõclusio. (4) — Héricus de Gandauo. — Tertia conclusio. (5) — August. super Io. tra. 25. Tom. 2. — August. de conse. d. 2.c.Hoc. — Grego. de cons.d. 2. c.Qui sanguis. — Ad primũ arg. — Ad secundũ. — Ad tertiũ. Héricus de Gandauo.

6 Ad tertium. Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ non conuenienter prohibeatur Diaconis cantando,& modulationibus in seruiendo.Laudare Deum conuenit magnis,& paruis,secundum illud Apoc.19. Laudem dicite deo nostro oẽs sancti eius,& qui timetis Deum pusilli,& magni:ergo inconuenienter Ministri altaris prohibentur hic,ne modulationi vocis inseruiant. ¶Secundo illud videtur inconuenienter institutum,quod cedit in diminutionem diuinæ laudis,sed contingit sæpe,ꝙ in ecclesia non sint,qui sciant,& possint cantare,nisi,qui sunt in sacris constituti,ergo prohibere istos à cantu cedit in diminutionem diuinarum laudum. ¶Tertio põt argu ex consuetudine,quasi vniuersale, quoniam vbique quasi, vbi in cõuentu sunt pauci cantores ad cantandũ missam, Minister altaris.s.Diaconus,& Subdiaconus veniunt ad adiuuãdum, cantantes in choro.¶In oppositum est Gregorius in litera. Respondeo dicendum,ꝙ,vt tangitur in glo.& Hu.Quidam dicunt,quod hoc specialiter dictum est tãtum de Diaconibus Cardinalibus ecclesię Romanę,qui ad hoc non tenenẽ ex officio propter excellentiam suam,imo hic videntur ꝓhiberi à tali officio.Aliorum est opinio, ꝙ licet specialiter loquatur de ecclesia Romana, generaliter tamen intelligẽdum est de qualibet ecclesia, & de omnibus Diaconis, & ista est opinio S.Thomæ,& Hug.iuxta quorum mẽtes ponitur ista prima conclusio. Quod conuenienter prohibentur Diaconi,& maiores,ab inseruiendo cãtibus, & modulationibus,cum vacare debent maiorib.officijs,sicut ministerio altaris,aut prædicationi, quia pro tunc tantum intelligitur ista prohibitio,quod patet ex illo verbo,quod infra dicitur,intermissarum solennia. Ista conclusio ostenditur sic.Iuxta sanctum Thomam in secunda secundæ qõ.90. ar.vltimo.Nobilior modus est prouocandi homines ad deuotionem per doctrinam,& prædicationem,quam per cãtum,ergo conuenienter Diaconi,& prælati, quibus conuenit per prædicationem,& doctrinam animos hominum ꝓuocare in Deum,prohibentur cãtibus insistere,ne per hoc à maioribus retrahãtur.Et ista est ratio,quam inducit Gregorius in litera.¶Secundo Hu.probat istam conclusionem ex eo,ꝙ duobus officijs non possunt congrue insistere. Et ideo,cum debeant altario ministrare,non debẽt cantilenis vacare.¶Tertio, conclusio ista patet ratione honestatis, & grauitatis maioris,quæ requiritur in ministrãte in altario & in prædicante verbum Dei,quam in canthoribus, aut in seruientibus modulationibus apparet. Et hæc est ratio gl. hic in litera dicentis,Ratio huius constitutionis fuit honestas.¶Secunda conclusio.Si necessitas exigat forte,nec tũc Diaconi prohibentur cantare,cum ministrant altario.Ista conclusio est Hu.Cui conclusioni fauet communis consuetudo,quę obseruatur in cõueniẽtibus ecclesiarũ,vbi pauci sunt cantantes,sicut argutum est.¶His habitis, dicendum est ad rõnes in oppositum. Ad primam patet respõsio,quia nõ prohibetur simpliciter,ꝙ Diaconi nõ laudent,aut cantent Deo,sed dum vacant altaris ministerio,aut prædicationis officio,quæ maiora sunt,non vacent cantibus rõnib. assignatis.¶Ad secundam respondetur negando minorem. Dr̃ enim,quod vbi esset tanta necessitas in choro,vt alij nõ sufficiẽter, Diaconus ẽt inductꝰ ad altare posset iuuare alios ad cãtãdum,sicut argutum est. Et ex hoc patet rñsio ad tertiam.Lege te. ¶[In sancta quidã constituti ad ministeriũ sacri altaris].i.ad officium diaconale.Hu.& Arc.[Eligantur cantores].i. ad officium cantandum.Hug.[&].i. constituti in ordine Diaconatus,qñ.n.alij ad cantandum sufficiũt,nõ debent Diaconi ad officium cantus occupari, præsertim, qñ à suo officio per hoc impediuntur, quos ad prædicationis,si sibi iniunctũ fuerit,& nõ aliter.Est.n. officiũ sacerdotũ, vt 16.q.1.adijciemus. Et ex legatione eius põt hoc Diaconus,vt di.d5.perlectis.Hu.sicut.n.supra diximus, magis ad cõpunctionẽ,& deuotionẽ prouocat vox prædicationis vbi pc̃tã raprobantur,& pœnitentia,& spes consecutionis gratiæ,& gloriæ expressio annuntiatur,quam vox cantus, vñ nõ debet ꝑtermitti vox prędicationis pp vocẽ cantus, vel prædicationẽ,appellat.vt inquit gl.[lectione] euangelica eleemosynarũ.Hoc.n.est officiũ diaconorũ ex prima institutione.Nã apl̃i ad hoc statuerũt Diacones, vt ministrarẽt,viduis,& pupillis,vt.j.d.proxima legimus & 12.qõ.1.ꝑcipimus,& habetur Act.7.vt dum quæritur studiose ad voluptatem,& lasciuiã,ꝙ nec ipsa veritas causa placẽdi est ꝓ
7 nũtianda,vt 22.q.1.primum.¶Sed surgit quæstio,† quid si

Primũ ar. — Secundũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit et Respõdet. — S. Thom. Prima cõclusio. — Secunda cõclusio. — Ad primũ arg. — Ad secũdũ. — Exponit literam. — Quæstio

vox cantus populũ delectet,& ad voluptatem excitat,non nato studio. Respondetur, ꝙ non peccant in hoc cantores, nec est,qđ sibi dēat imputari. Ar.23.q.5.de occidēdis.[quare re.]Secunda pars. [in sede hac] Ecce specialiter videtur in illa ecclesia hoc prohiberi,sed quia ibi hoc vitiũ diu obtinuerat,ideo illud specialiter decetero ibi fieri prohibuit. Idem intelligit generaliter esse faciendum vbique.Hug.secundum tamen intelligentiam datam superius[solumque]
8 Ar.†Diaconos non debere legere epistolam,nisi forte causa necessitatis,vt d.25.c.1.Sed hic solum non excludit, nisi officium cantandi,cum ministrant altari,quia duplex officium non bene ageret Hu. [inter missarũ solennia] Ecce, quo tempore hoc statutum obtineat,& in quibus Diaconibus.s.qui ministrant altari.[si necessitas]Quia forte nõ sunt ibi tot Subdiaconi.Hu.[per minores].i.Acolytos.[Si quis] Tertia pars.[Si quis subditorum] circa hoc non videbitur contrarium,si fiat causa necessitatis Hu.

A quibus. In hoc.§.incipit secũda pars huius distinctionis,in qua dicit,ꝙ nullus debet cantare in pulpito,nisi vt ordinatus.Et hoc probat per capitu. sequens Io.de Fant.& Arch.Lege te.¶[A quibus]monstratum est supra di.73.[de quorum vero]ostendit nunc,quod etiam supra di.38.docuit. *Exponit literam.*



On liceat. Inducit hoc.c.Magister ad ꝓpositum suũ, in quo ostēdit,ꝙ qui ab episcopis non sunt ordinati lectores in pulpito,non psallãt,aut legant.Lege textum.¶[In pulpito] per hoc videtur laici excusari, qui in ecclesijs legunt,& non in pulpito,sed neutrum debet esse.[ab Episcopo]Supple , vel ab Abbate,quia quibusdam licet ordinare lectores , sicut olim Corepiscopis 70.d.c.1. *Exponit literam.*


De episcopis. In.§.isto incipit Tertia pars huius distinctionis , incidenter mouet quæstionem.s.Vtrũ episcopi no recepti in sua parochia possint in alia exercere officiũ episcopale . Et diuiditur in quatuor partes. In 1.respondet præfatæ quæstioni, quod non nisi inuitati,bene tñ officium presbyterale. In 2.ponit ꝙ si etiam hoc temerariè præsumpserint, etiam honore pſbyteri,carebũt.In 3.statuitur, ꝙ si episcopus ad ecclesiã,ad quam est consecratus ire neglexerit,excõmunicetur. In 4. ꝙ episcopus vacans in ecclesia, in ecclesiam vacãtem inire non debet absq; consensu Metropolitani,& Corepiscoporum,ꝙ si fecerit ab ea, ecclesia expelletur. Secunda ibi. Si qui episcopi.Tertia ibi.Si qui episcopus.Quarta ibi:Si quis episcopus vacans. Lege textum. ¶[De episcopis] 74.di.c.1. 2. & 3. Hugu.& Archidiacono. *Diuisio.* *Exponit literam.*

1 *Episcopus inuitatus in aliena parochia,an cantabit ibi missam cum insignibus episcopalibus.*



I quis ordinatus. Ad primam partē inducit Magister tria capitu. Primum est hoc c.ex cõcilio Martini papæ,& potest diuidi in tres partes.In prima ponit,ꝙ talis episcopus , qui nõ potest ire ad suam ecclesiam,ad quam est ordinatus,nõ tñ sua culpa,sed aliqua alia de causa,poterit ĩ alia parochia officium sacerdotale exercere.In secũda ponit, ꝙ talis eps nihil debet de illa ecclesia, ad quam diuertit, vsurpare.In 3. ꝙ debet expectare,quid Synodus de eo disponat.Secunda ibi.Itaq;.Tertia ibi.Sustineat.Lege te.¶[Si quis pro aliqua rõne].i.causa.Hu.& Arch.[non pro sua culpa]Quia tunc secus Ar.15.q.1.cum similibus Io.de Fant.Arch.sic infra c. ꝓximo.[Non ierit]Id est ire non potuerit sic.ff.communi diui.l.2.§.vlt.sic exponitur[est].i.esse potest Ioan.de Fan.tantummodo.Excludit pontificalia officia,quasi diceret sacerdotalia officia exerceat,non episcopalia,quia non ordinabit clericos,nec altaria,nec virgines consecrabit,nec chrisma conferet,& hmõi,nisi inuitatus ab aliquo episcopo illius loci,vel alterius,vt 7.q.1.Episcopi.Sed hic surgit quæstio.†Vtrum talis episcopus in illa parochia cãtabit missam cum insignibus episcopalibus.Respondetur, ꝙ vtique.ẽm Hu.[itaque]secunda pars.[Nihil præsumat]sua autoritate, quia bona illius ecclesiæ non sunt sua,sed alterius . Et ideo illa non debet vsurpare [Oblatum] Licet potest recipere tamen aliquid.secundum Hu.[sustineant]Tertia pars. [iudicare]Disponere,vel iudicare,si culpabilis fuerit, vel, si de hoc quæstio deferatur,an debeat ibi recipi,quia abrenuntiauit episcopatui.[Concilium episcoporum.] Sed hic surgit quæstio,quare non coguntur illi eum recipere.Respõdetur,quod ideo,quia forte hic non possent de facto,vel ꝓpter scãdalum,vel,quia,vt dixi,refertur quæstio de hoc ip so.s.Vtrum debeat recipi secundum Hug.& gl. *Diuisio.* *Exponit literam.* *Ioã de Fan.* *Quæstio. Respondet* 1 *Quæstio. responde:*

1 *Episcopus propter solam confirmationem, an possit petere restitutionem possessionis.*



I quis episcopus. Ad idem subiungitur hoc c.ex cõcilio Antiocheno.Et diuiditur, sicut præcedens . Leg. ¶[Si quis.Cuius].i.ad quam.[non suo vitio] ergo à contrario potest sumi argumentum, ꝙ non est faciendum , si sua culpa in hanc necessitatem deuenerit, tunc.n. est,quod ei debet imputari Ar.20.q.4.inter.Et di.86.nõ satis.Et 15.q.1.si quis insaniens.Hu.& Arc.[vetet]sed hic sur
1 git quæstio.†Vtrum post confirmationem solam posset petere restitutionem possessionis. Ad , ꝙ respondetur secundum Inno.qui videtur sentire ꝙ non.ff.de acqui.posse. Cũ dicitur,ꝙ adita hæreditate iura transeunt , sed non possessio,nisi corpore fuerit apprehensa.Et hoc ipse notat extra de causa pos.cum super in glo.2.in prin.Arch.[honoris]. i. honorabilis officij.s.Presbyteri , quia , vt dictum est,supra & hic dicit gl.in vestibus episcopalibus exercebit sacerdotale officium in memoria dignitatis,non autem episcopale,nisi sit inuitatus,vt dictum est in præcedenti c. Dummodo[rebus ecclesiæ].s.ad quam diuertit. Nam non negatur hic,nec in c.seq.quin ecclesiæ,ad quã consecratus est,bona ministret.Nam per solam confirmationem põt administrare.extra de elec.transmissa.& hoc not.Inn.extra de cau.po. cum super in gl.1.& 2.[prouinciç].s.quæ habet 10.vel 11. Episcopos,vel[Metropolis].6.q.3.scitote.Lau. & Hu. *Diuisio. Exponit literam.* *Quæstio. Respondet. Innocent.*

1 *Beneficia prima,quæ habuit promotus ad episcopatum , an vacent illico.*

2 *Electus & confirmatus in episcopum sed ab ecclesia non receptus,an sit clericus episcopi ecclesiæ primæ,ad quam reuertitur,ita,quod ab eo p ssit iudicari.*



I qui episcopi. Ad idē pro parte subiungitur hoc c.ex Anchiritano Concilio.Et in parte tangitur secunda pars secundum diuisionem positam in.§.ꝓximo.Et diuiditur in tres partes.In 1.statuit, Synodus,ꝙ si qui sunt ordinati episcopi,& nõ recepti in ecclesia,ad quã sunt nominati,& voluerunt alias occupare,tentauerunt parochias,aut seditiosos esse abijciãtur.In 2.statuit, ꝙ si tales voluerint pacifice stare in ordine presbyterij,in quo ordine prius erant,non abiiciãtur , sed permittantur in officio sacerdotali, sicut in præcedentibus capitulis dictum est.Sic,ly vbi prius,exponatur.i.in quo loco prius erant,tunc est alius sensus.Et est huiusmodi secundæ partis,videlicet, ꝙ tales debent recipi in priori ecclesia in beneficijs,quæ prius habebant.In 3.parte dicit, ꝙ si tales commouerint seditiones,ibidem constitutis episcopis,tũc etiam à primis beneficijs priuentur.Secũda ibi.quod, si voluerint.Tertia ibi.Si autem commouerint. Lege tex ¶[Si qui sunt ordinati,episcopi.[Quod si]secunda pars sensus secundum expositionē[vbi prius]Id est,in quo ordine prius fuerant,antequam essent episcopi.Tunc sensus est, si volũt simpliciter se habere , vt presbyteri simplices , & esse sine molestia in alieno episcopatu,vt presbyteri non,vt episcopi[residere]non,&c.Si vero ibi exponatur.i.in loco,in quo prius erant.Sensus est, ꝙ si voluerũt in priori ecclesia in ordine presbyterij residere habeant beneficia antiqua . Sed
1 hic surgit duplex quæstio.Prima. † Vtrũ promotis istis ad episcopatum,vacabunt beneficia prima , quæ prius habebant.Et videtur ꝙ sic.Primo,ex cap.placuit.dist.72.Secundo,quia,vt habetur 21.q.2.Si quis iam translatus est ab vna ecclesia ad aliam,nihil habet comune cum priori.¶In oppositum videtur ex c.præsenti.Respondetur, pro nunc breuiter,quia in c.si quis pleni us videbit propitiante dño . Dicendũ ergo iuxta gl.& Arc.& ẽt Hu.Si talis episcopus ordinatus habuit corporalē possessionē pacificã per se , vel per alium,vel per eum stetit,quo minus haberet eandem , vacãt priora beneficia,& non teneť prior ecclesia recipere.extra de præbē.licet eps li.6.Et addit Arch. ꝙ sufficit habere possessionem de facto, & si de iure non habeat , cum iuris ignorantia neminē,& maxime platos excuset.ext.de tẽpo. ordi. *In moderniorib.codicib.legitur.Ex Anchirano* *Diuisio.* *Exponit literam.* *Quæstio.* *Opponit & Respõdet.*

ord.vel non est.Si vero nõ habuit possessionẽ pacificã, nec
per eum steterit,quo minus habuerit non vacant eius be-
neficia,& tenetur eum recipere prior ecclesia,licet alijs cõ
cessa sint eius beneficia,vt extra de elect.cum in cunctis 7.
q.1.eos.Etiã, si in itinere,dum est,conferantur alteri.Nihi
lominus ei restituuntur,quasi videatur ille sub conditione
constitutus,qua non existente euanescit substitutio Ar. ff.
de testa.tu.l.fi.Fingit.n.canon nunquã desijsse eẽ prioris.vn
de ille quasi non canonice institutus remouetur.7.q.1.pręsentium.Nisi forte expresse renuntiasset,quod si nondũ fue
rit collatum beneficium illud alij repeteret illud Arg.C.de
repu.hær.l.vl.&.ff.de iure deli.si quis seruus.&.ff.de min.l.
ꝙ si minor.§.Sceuola.¶His habitis,dicendum est ad ratio

Ad ar.

nes in principio qõnis.Ad primas duas pro parte affirmati
ua respondetur,ꝙ loquuntur illa c.de eo,qui adeptus est iã
possessionem ₰m Inno.& Ho.prout ipsi notant.extra de ap
pel.cõstitutus in prin.Capitulum vero præsens loquitur de
eo,qui est confirmatus,sed possessionem nõdũ hẽt.Et ideo

Secunda q.

1 prima beneficia retinet ₰m Arc.¶Secunda q.est†Vtrum ta
lis electus,& confirmatus in epm,sed ab ecclesia sua non re
ceptus,sit clericus epi ecclesiæ primæ ad quam reuertitur,
ita vt possit ab eo iudicari.Ad hoc rñdetur per distinstionẽ
iuxta Hu.& gl.ꝙ aut iste renuntiat illi ecclesiæ,ad quam est
electus,aut non.Si nõ renuntiat,sed expectat,quousq; in pa
ce ibi posset esse.Est conclusio,ꝙ non est clericus illius epi.
Remanebit tñ ei prius beneficium,ꝙ ius conseruauit ei, ꝙ
ius habetur, extra de ele. cum in cunctis,super ver.conser
uauit. Dicit Arch.ad hoc.s.vt si ex necessitate iuris cassetur
electio,ꝙ possit ad priora beneficia redire, vel recipiendo
episcopatum.intelligitur renũtiasse.[priora]Bñficia,ꝙ dic
vt notat Inn.extra de rescri.in nostra in gl.per hoc.Si vero
renũtiauit,est conclusio,ꝙ clericus est illius episcopi,& ab
eo iudicabitur,vt extra de renun.ad supplicationẽ,sed hoc
intelligendum est in causa ciuili,non in criminali,qm̃ non
potest eum deponere in memoriam pristinæ dignitatis.ff.
de decuri.l.vlt.Quid ergo dicit auferatur honor. Respõde
tur,ꝙ non per eum,sed per papam Ar.C.vbi se.vel clarissi-
mi viri.l.vlt.circa medium.Rõne aũt delicti poterit eũ ex-
cõicare,si excesserit ĩ sua Diocęsi licet nõ abrenuntiet epa-
tui,qa posset quẽlibet Archiepm,nisi suũ,vt notat gl.Lege.

Litera.

¶[Si aũt cõmouerint]Tertia ps.[ibidẽ].i.in loco,ad quẽ di
uertũt.[Constitutis epis]Datiui casus sunt damnatione. Nã
₰m seditionem deponi possunt Ar.di.16.seditionarios.

Si quis episcopus. Consequenter sequi
tur c.hoc ex concilio
Antiocheno, in quo statuitur, vt episcopus, qui
neglexerit adire ecclesiam sibi commissam, cõ-

Exponit literam.

munione priuetur.Breue est,& planum.Leg.textum.¶[Si
quis per manus impositionem].i.ordinem episcopalẽ.[ire]
Ergo nõdum ierat.Hu.[coactus]Ex post facto à principio
cogendus non est[sex]Ex quo semel consensit cogi potest,
& est Ar.ꝙ ad bonum inceptum voluntariè potest quis co
gi.Quod.n.prius erat voluntarium, post susceptionem sit
necessarium Ar.32.q.5.horrendus & 2.q.vlt. Hu. [integra]
infra c.proxi.& supra eo.c.si quis episcopus.

1 *Intrusus,si in suo introitu confert aliqua bona ecclesiæ.an sint il
li restituenda.*

Si episcopus. Sequitur ad idem c. hoc
ex eodẽ concilio, in quo
statuit sancta Synodus, ꝙ episcopus, qui sine
concilio integri Concilij circa ecclesiam ali-

Diuisio.

quam vacãtẽ,præsumpserit inuadere,est abij-
ciendus.Et diuiditur in duas partes. In 1. sta-
tuit,quod dictum est.In 2.declarat, quid vocet integrum,
& perfectum concilium.Secunda ibi.Integrum autem. Le.
te.¶[Si episcopus vacans].i.non habens episcopatum. H.
[Surripiens]Et decipiens Hu.& Arch.[integri].i.totius p-
uincię.Hu.[Et si populus desideret]Sed talis volũtas nõ est
canonica.non.n.sufficit consentire illos.cuiusmodi volun-
tas desideratur,nisi consentiant canonice,& legitime,quã-
uis consentiant communiter Arg.18.q.2.si quis Abbas[in-
tegrum]Secunda pars.[interfuit]Alias non valet,ꝙ suffra-
ganeis agitur,vt patet in eo,quod legitur,& notat.di.96. be
ne quidem.iuxta finem ver.Etulius Ar.cum ait.Cui Metro
politanus nõ remouet maiorem, quoniam nõ esset minus
integrum,aut perfectum,si adesset Primas,aut Legatus pa
pę,vel ipse papa.Sed hoc ideo dicit,quia,si id,quod minus
videtur inesse,&c.Ar.12.q.2.præcipimus.¶Sed hic surgit

Quæstio.

1 quæstio,quam mouet glo.Vtrum†si intrusus in suo introi-
tu,conferat aliqua bona ecclesię,sunt ei restituenda.Respõ

Respondet

detur,ꝙ sunt ei restituenda,licet indigno,ne ecclesia vide
detur locupletari cum iactura aliena 20.q.3.constituit. &
d.54.generalis sed intrusus bene acquirit ecclesiæ, vt notat
extra de scismaticis c.1.& ext.de cle.nihil in gl.vlt.in fi. sed
non potest alienare 12.q.2.alienationes.Arc. sed si canoni-
cè intrasset, non e exeunti quo quomodo redderentur. Ar
gu.18.q.1.c.1.secundum Hu.

Quod autem. §.In quo incipit Quarta ps huius
distinctionis, in qua dicitur, &
omnis sacerdos compellatur interesse diuinis officijs. Ioã.
de Fant.& Arch.Vel,in quo declarat,quando clerici ab offi
ciis se subtrahentes,debeant excommunicari. Leg. ¶[Qđ
autem]supra di.proxi.c.clericus victum Hu.

Exponit literam.

2 *Clerici ascripti,et obligati ad ecclesias cathedrales,vel collegia
tas,debent dicere horas in ecclesia,& in communi.*
3 *Horæ magis debent dici in ecclesia,quam in alia parte propter
multas causas.*
5 *Custos dormitorij in religione,vbi est necessaria custodia, tem
pore horarum remanet extra chorum.*
7 *Statutum irrationabile non excusat in foro conscientiæ.*
11 *Chorus non debet totum officium reiterare propter negligen-
tiam vnius clericri.*

Si quis. Inducitur ca.hoc ad confirmationem
dicti Magistri,quod c.sumitur ex con
cilio Martini papæ.¶Quid autem contineat,sa
tis patet in rubro.Pro pleniori intelligentia hu-
ius c.quæruntur septem.
1 ¶Primum est,vtrum horæ canonicæ semper sint in eccle-
sia dicendæ.
4 ¶Secundum,vtrum beneficiati possint ex causa abesse ab
officiis,quæ dicuntur in ecclesiis.
6 ¶Tertium,vtrum,canonicus,qui non est integre in hora,
sed secundum libertatem,& consuetudinem ecclesię nõ fa
cit,nisi intrare,& exire. Vtrum bona conscientia lucretur.
7 ¶Quartum est,vtrum beneficiatus veniens ad ecclesiam,
& non interfuit principio horarum,aut contingit non inte
resse fini,teneatur à principio incipere.
9 ¶Quintum,vtrum dicẽs officium cum aliis teneatur om-
nia verba ipse dicere.
10 ¶Sextum est,vtrum,qui omittit aliquid de officio cũ aliis
officians,teneatur illud repetere.
12 ¶Septimum vtrum beneficiatus teneatur horam repete-
re,qui plura ibi non intelligit, vel obaudit, vel non habet
ibi cor,&c.
1 Ad primum. Sic proceditur.†Et videtur,ꝙ horæ
canonicæ semper sint dicendæ in ec
clesia.Primo ex c.presbyter supra d.prox.Secundo.Ex.c. p̃

Primũ ar.

senti.Tertio,quia ad hoc sunt institutæ, vt patet de conse.
per totum.¶In oppositum vero est consuetudo generali.

Opponit & Respõdet prima conclusio.

Responsio dicendum iuxta dicta ad quæstionem secũdam
2 præcedentem sub his conclusionibus.Prima est,†ꝙ clerici
ascripti,& obligati ad ecclesias cathedrales, vel collegia-
tas,debent dicere horas in ecclesia, & in communi. Non
.n.videtur satisfacere ecclesiæ,qui in camera sua,aut in cę-
la aut alibi extra ecclesiam diceret.Nam tempore interdi-
cti debent eos dicere in communi iuxta ea,quæ leguntur,
& not.de pęn.& remis.quod inte.& melius de senten.excõ.
alma mater.in 6.Nec credo inquit Henricus,ꝙ cõsuetudo

Henricus.

in contrarium valeret,quia cederet in diminutionem cul-
tus diuini,& sic esset ecclesiæ onerosa.de consue.c.1.¶Scđa

Secunda conclusio.

conclusio.in aliis dieb.dñicis & festiuis,in quib.fideles cõ
ueniunt ad diuina,horæ canonicæ sunt in ecclesia dicendę
sicut dictum est de collegiatis,sicut patet ex præsenti ca.&
ext.de cel.mis.c.1.vbi dr̃ Inn.in magnis festiuitatibus sem-
per debet interesse in ecclesia.¶Tertia cõclu.est,ꝙ in aliis

Tertia conclusio.

dieb.non tenet̃ sacerdos dicere in ecclesia,saltem alta voce
ce,nisi cõsuetudo aliud diceret.¶Quarta conclusio aliæ p-
sonæ,quæ nõ sunt astrictæ ad aliquã ecclesiã, & tñ tenetur

Quarta conclusio.

ad horas canonicas,nõ obligant̃ necessario dicere eas in ec
3 clesia.¶Quinta conclusio,†ꝙ hoĩes qui ad horas obligant̃

Quinta conclusio.

canonicas,non obligantur necessario dicere eas in eccl.li-
cet nõ oẽs necessario ad hoc obligent̃,libẽtius debẽt q̃rere

re dicere officiũ in ecclesia,quam extra pp multas causas. ¶ Primo,quia sicut sunt tempora orationis,ita et sunt loca ad orandum deputata.s.ecclesia,quæ pp hoc,(vt dicit Aug.)oratoria vocantur,ẽm illud.Domus mea domus orationis vocabitur,non pp necessitatem , quasi locus adhoc aliquid per se faciat,cum veri adoratores vbiq; adorent patrem in Spũ,& veritate. Sed vt aliquis locus decens consecretur ad officiũ diuinũ,solenniter celebrandum,& ad sacramentorum dispensatioẽ,& ad corporis Christi,& reliquarum aliarũ sanctorũ decentẽ conseruationẽ.¶ Secũdo, quia in ecclesia,cum sit locus Deo dedicatus, facilius exaudiunt orationes:vñ secundi Paralip.7.Oculi mei aperti , & aures meæ erectæ ad orationem eius , qui orauerit in loco isto.¶ Tertio,qa ibi maior multitudo,& multitudo efficacior est ad impetrãdum,vnde dñs in euangelio Mat.18.De cunque re conuenerint duo ex vobis,fiet eis à patre meo. Quãto magis,qñ multitudo magna petit idẽ.¶ Quarto,qa in ecclesia conueniũt Angeli sancti cũ psallentib.sicut notat Ber.sup isto ver.pueuerũt principes.s.celestes cõiũcti psallentib.Quam gloriosum aũt est habere tales socios in psallendo.¶ Quinto,quia in ecclesia ordinatius fit officiũ,& sine aliqua omissione,vel negligẽtia,quia sunt aliqui,qui ad hoc curã gerunt spãlem.Si aũt Regina Sabba tñ delectata fuit,videns ordinẽ ministrantiũ Salomonis,quã libẽtius videre debet aĩa æterno Regi deuota illud officium , in quo eidem seruitur ordinatius & pulchrius , quã illud, in quo minus ordinate.¶ Sexto,qa in ecclesia est corp⁹ dñicũ cũ reliquijs sanctorum.Credibile est aũt,ꝙ ex eorum præsentia veneratoribus eorũ aliquid conferatur.¶ Septimo,quia tũ propter corpus domini,tum propter reliquias , tũ propter cruces,tum propter Angelos,tum propter aquam benedictam,& huiusmodi sanctitates,quæ sunt In ecclesia,timent demones ecclesiam,vnde cantatur.Terribilis est locus iste .s.demonibus,& ideo minus potest impedire ibidem orantes,vel psallẽtes,quia nõ ita audẽt illuc accedere sicut alibi.

Mat.21. Bernardus. 2.paralip.9. [Ge]n.28.

4 **Ad secundam** Quæstionẽ in qua queritur.†Vtrũ clerici beneficiati possint ex causa ab officijs,quæ dicũt in eccl'a abesse. Rñdetur,ꝙ officiales qui hñt officia talia , ꝙ eorũ occasione op3 eos occupare tpe,quo dicuntur horæ canonicæ vel missa in choro,absentare se pñt à choro tpe talis necessitatis. Cum.n. imponit officium committuntur eis illa,sine quib.non põt exerceri.

5 †Inde est,ꝙ custos dormitorij in religione,vbi operatˀ necessaria tpe horarũ,remanet extra chorum.Sir,& Sacrista,dũ facit ea,quæ sunt necessaria pro officio suo, quæ nõ recipiunt dilationẽ.¶ Scđo dicemus,ꝙ et alij clerici,aut plati ex rõnabili cã possunt abesse,vñ ẽm dñm Pe.de palude in 4.Illi,qui pp rõnabilem causam,& vtiliorẽ cõitatis, quam sit sua præsentia se subtrahunt à cõi oratione,& loco,participes sunt illius,nõ minus,quam si essent præsentes,vt sicut est æqua pars descendentium ad prælium,& remanẽtium ad sarcinas.Ista conclusio est et Dñi Inno.super c.j.extra de cel.miss.ita dicentis.Clerici cuiuscũq; ordinis,& et plati ex causa possunt ab officijs,quæ dicuntur in ecclesia abesse,vt si oporteret eos interesse circa ministrationem temporalium,& tñ dicere debent alias,vel equitando,vel stãdo, vel in domo,vel in via.Et sicut ministerium absentis ,pdest illis,qui sunt in Ecclesia illa,ita officiũ illorũ , qui sunt in ecclesia,prodest illis,qui sunt circa administrationẽ,quia oẽs sunt vnum corpus in domino.de consti. cum omnes.

[Res]põdet. Pet.de pal. 4 sen d.15. q.arg.1. Innocent.

6 **Ad tertiam** Quæstionem in qua quæritur†Vtrum Canonicus,qui non est integre in hora,sed ẽm libertatem,& consuetudinẽ ecclesiæ non facit,nisi intrare,& exire.Vtrum bona constitutio lucretur.Respõdetur iuxta dominum Pet.de palude in quarto,ꝙ sic.Si residuum tps expẽdit in negotijs ecclesiæ. Idem est,si in bonis actib.dum tñ recompenset in aliis.Secus aũt,si otiose,& sine bona causa exigit, nec in aliquo recompensat, quia debet lex seruari,quam vnusquisque posuit in traditione rei suæ.Et licet,qui tradidit rem suam ecclesiæ committat eã ordinationi ecclesiæ rõnabili,non tñ irrationabili,

7 †nec statutum irrõnabile,aut consuetudo irrationabilis excusat in foro conscientiæ.Licet ergo ille, qui reliquit anniuersariũ vel alios redditus,intẽderet,ꝙ interessent totis vigiliis, vel totis horis,nõ tñ potuit arctare illos,qm ex causa rõnabili aliter ordinarẽt. Cum autem oporteat pro bonis ecclesiæ defendendis,& promouendis cõsiliari,& agere extra chorum si propter hoc statuitur , ꝙ liceat se à choro subtrahere,& ad capitulum ire pro consilio illa hora,quæ magis est expediens,rõnabile est,& excusat. Si aũt ordinaretur, ꝙ solũ ingrediens, & postea veniẽs ad spectacula, tm haberet,quantum persistẽs,iniustum esset,cum beneficium detur propter officium.Sed,quandò generaliter statuitur,ꝙ, si tali puncto præsens sit etiam,si nec ante,nec postea compareat,lucretur,sic debet intelligi,vt consonet rõni. Quod sit hoc propter negociationẽ ecclesiæ bene quidẽ.Si ,ppter otium,non est intentio.Si propter honestam causam, quæ aliquando tunc magis occurrit,quam aliquãdo dum tamẽ alijs in alijs recompenset,excusatur alias,non in foro Dei, licet non possit sibi contra statuta distributio denegari.

Respondet. Pe.de palu.

8 **Ad quartam.** Quæstionẽ,in qua quæritur†Vtrũ beneficiatus veniens ad ecclesiam, & non interfuit principio horarũ,aut contingit non interesse fini,teneatur à principio incipere.Respondetur iuxta Inno.super c.dolentes.de cel.miss.Quòd si aliquis sine malitia,sed aliqua legitima occupatione non intersit principio vel fini horarum nõ oportet,ꝙ à capite incipiat,vel finem percipiat,& hoc propter vinculum charitatis.Dicit Henricus de Gandauo, quod, cum alijs vnum corpus , pp qđ id, quod ,p alios fit à se reputatum factum.Dicit tamen Inn.ꝙ si magnã partem nocturnorũ,vel laudum omitteret,bene faceret,si illud diceret.Et hoc est tutius ẽm Io.And.vt dicit Dominus de Zabarelis. Et idem Henrichus de Gãdauo dicit.Ita secus esset, si chorus multum in principio processisset,vel multum de fine restaret, tũc.n.tenetur supplere defectum, & incipere ab initio, quousq; concurrat cum alijs.

Respondet. Innoc. Hẽricus de Gandauo. Inocen. Card.zabarella. Hẽricus de Gandauo

9 **Ad quintam** Quæstionẽ,in qua quæritur †Vtrum dicens officium cum alijs teneatur oĩa verba ipse dicere. Respondetur iuxta dominum Vlrichum in summa sua dicentem.Si quis cum alijs officium diuinum dicens,non oĩa verba dicat,sed quædam ipsum euadunt non oportet ipsum resumendo à capite disturbare officium diuinũ,sed cõtẽtus põt esse,si ab alio dictũ audiuit, quia talem modũ alternãtium dicendi instituit ecclesia, q̃ de hoc officio præceptum dedit, Concordat Henricus de Gandauo quolibeto 11.dicens.Quòd cum vnus chorus dicit vnum versum psalmodiæ,& alius alium, singuli reputãtur totum dixisse,& fatuũ esset super hoc sibi formare cõscientiam. Hæc ille.

Respondet. Vlrichus Hẽricus de Gandauo.

10 **Ad sextam** Quæstionem,in qua quæritur.†Vtrum qui omittit aliquid de officio cum alijs officiariis,teneatur dicens repetere.Respondetur sub dua

11 bus cõclusionibus. Prima est,†ꝙ propter negligentiã vni⁹ clerici,nõ debet chorus totus reiterare,quod omissum est, quoniam hoc esset scandalosum, nec tãta est omissio vnius psalmi,quantum esset scandalum illud.Secunda conclusio est. Quod etiã nec ipse solus,qui omisit, tenetur reiterare si causam rationabilem habuit.Ista conclusio est Inno.in c. 1.de cele.miss.& domini Vlrichi in summa, qui ita dicit.Si quis officians in choro cum alijs ex necessitate aliqua intermisit psalmum aliquem,vel lectionem,vel aliud simile , & non potest omissum supplere nisi vocem suã subtrahat ab adiutorio chori in cantando,melius est tantillum pertransire,quam officium chori diminuere,eo,ꝙ ecclesia determinatum numerum psalmorum,& lectionum,& similium non præcepit,sed in his varia est diuersorum consuetudo. Ista etiam sententia magistri Humberti,qui ita dicit,ꝙ quãdo quis habet causam rationabilem,nõ dicendo aliqua de officio annexa officio,& huiusmodi est liberatus à dicẽdo, quod alij dixerunt , quia iuuando eos, participat his, quæ ipsi dicunt.

Respondet. Prima conclusio. Secũda cõclusio . Vlrichu. Humbert⁹.

12 **Ad septimam** Quæstionẽ,in qua querītur.†Vtrũ beneficiatus teneatur horam repetere,qui plura ibi non intelligit,vel obaudit,vel non habet ibi cor.Rñdetur, quod si habuit causam rationabilem, seu necessitatem intermittendi , vel non audiendi aliqua de officio,sicut dictum est in præcedenti quæstione non tenetur.Si autem non habet causam rationabilem , sed sola negligẽtia est ibi causa, quòd nõ dicit, vel nõ intelligit,vel non habet ibi cor.In hoc casu dicendum est,quòd tãta posset esse huiusmodi negligentia,quod teneretur iterum, dicere, vel si non dixit, vel non intellexit, quod dicebatur. Quando aũt sit tanta,non est artis deter minatæ, sed vnctionis,& est simile in hostia legis. Tanta.n.posset esse macula,vel debilitas in hostia,quod non liberabatur, qui offerebat talẽ hostiã causa modica,ꝙ liberabatur.Et hoc intelligendum

Respondet.

gendum est, siue dicat officians cum alijs, siue ipse solus diuinum officium exsoluat. Lege text. ¶ [Si quis Diaconus, vel Subdiaconus] Extra de ser. non or. miramur. [deputatus.] ¶ Sed hic surgit quæstio. Vtrum ab hac obligatione excusentur non putati. Respondeo. ꝙ licet aliqui dixerunt ꝙ sic, vt dicit gl. Hu. tamen dicit, ꝙ non, sed de talibus, s. deputatis loquitur tex. quia de talibus erat quæstio. Nam qñ quis ordinem sacrum spōte suscipit, se huic necessitati supponit, non tñ ita tenetur non deputatus interesse ecclesiasticis officijs, sicut ille, qui est deputatus. ſm Hu. qui etiam credit, ꝙ is, qui non est clericus alicuius ecclesiæ, cogi debet diuinis officijs interesse. Deputati aūt tenentur triplici rōne interesse. s. rōne ordinis, rōne intitulationis, & rōne beneficij. Non deputatus vero tenetur solum rōne ordinis secundum Hu. sed prout iam in 1. q. disputauimus. Iudicio nostro textus iste loquitur non de omnibus clericis, sed solum de illis clericis, qui sunt eiusdem ecclesiæ, sicut videtur dicere, & exponere Innocen. super c. 1. de celebr. miss. Qm clerici in sacris constituti, qui nulli ecclesiæ sunt deputati licet teneantur dicere, vbicūq; sint, diuinum officium, non tñ de necessitate præcepti teneri vidētur ad interessen dum diuinis officijs, officiando, siue cantando in aliqua ecclesia spāli, licet, vt dicit idem Inn. sup præfato c. de cel. miss. Clerici, q non sunt eiusdem ecclesiæ, quādo possent, potius debent officia sua dicere in ecclesijs, quā in alijs locis. Istæ .n. ad hoc deputatę sunt de conse. di. 1. per totum. Et nos iā ad hoc supra assignauimus plures rōnes circa primam quęstionem. [In ecclesia] cui est deputatus. Io. de Fan. Hu. & Arch. [Matutinis.] Oēs horæ vsq; ad nonam exclusiue dicunt

3 Matutinæ. Nona, & quæ sequuntur dicuntur vespertinę, vt 11. q. 3. si quis eps in Concilio. Hu. & gl. [deponatur à clero] Tum pro crimine tū pro contumacia Hu. vel [deponatur] .i. per excōicationē cōpellatur, ꝙ intelligo de beneficiato. & de tali, qui pōt commode interesse. Io. de Fan. Arc. [Castigatus] .i. admonitus. Hu. Ar. Quòd in leuiorib. ab admonitione est incipiendū, & si admonitus cessat, nō deponitur. Et est Ar. ꝙ non semꝑ clericus tenet ire ad primā Ar. d. 47. c. eps. & 14. q. 4. c. clerici. Hug. ¶ Sed hic surgit q. Vtrū conuenienter pœna depositionis puniant, qui ad horas canonicas illas non dicūt. ¶ Ad quā rñdetur, ꝙ de conuenientia penæ in foro cōscientiæ, quæ vr̄ esse arbitraria, satis diximus in 4. q. mota circa c. presbyter de pena vero hic posita, q̄ respicit forū contētiosum sit ista cōclusio, ꝙ conueniens est pœna depōnis talib. Ista conclusio patet. Tū, quia qui nō militat in ecclesia non est dignus stipendijs ecclesiæ, & qui altario nō seruit, de alterio non sumat. Prima ad Cor. 9. Et si quis nō vult operari, nō māducet. Secūda ad Tess. 3. Tum scdo, quia bñficia ordinata sunt pp officia, vt dicit Hieron. & de pben. cum ſm. Ergo, qui non facit officium, rōnabiliter priuādus venit bñficio. Verū, qa à leuiorib. est inchoandum. Primo talis suspendit, vt in c. dolentes ex. de cel. miss. Scdo pcipiunt tales excōicari, vt ī c. clericus victū supra di. pcedenti. Tertio loco priuant bñficio supra præcedenti di. c. clericus quilibet. Et facit à contrario de rest. c. vl lib. 6. Et sic Iudex pōt procedere successiue, vel alias puniat. de hoc de off. dele. c. 2. li. 6. vbi de hoc, & de re. iu. in pœnis lib. 6.

Exponit literam. Quæstio. Respondet. a ¶ Deputati Deputati ad ordinē ecclesiasticū ppe tuū gaudent priuilegio clericorum. Car. Zab. in cle. 2. q. 12. de præben. Quæstio. Respondet.

¶ Distinctio Nonagesima tertia.

2 *Gratuitum indicatur aliquid duplici ter.*



Bedientiam. Hic incipit & intitulatur dis. 93. quæ sic cōtinuat ad præcedentē iux. Hu. & gl. Hactenus quasi, & a quib. in quib. locis clerici, & plati debeant ordinari tractatū est. Sed quia dignitas prælatorū contemptibilis est sine obedientia subditorū ad platos. Ideo, &c. Et diuiditur in 7. partes ſm Arch. In 1. agit de obedientia, quā debēt oēs canonici capiti ecclesiæ. s. summo pōtifici, & hoc per quatuor autoritates. In 2. ponit, qualiter omnes minores in ordine, vel dignitate debēt suis maiorib. reuerentiam præstare, & hoc per septem autoritates. In 3. ponitur, ꝙ Diaconi debent subesse presbyteris, & nō preferri, & hoc probat per nouem authoritates. In 4. ponit ꝙ compagi .i. sandalia, & mapulæ .i. linteamina, quæ portāt cardinales, solis Romanis clericis competunt. In 5. laudat Diacones. In 6. laudat presbyteros, & humiliat Diaconos. In 7. dicit, ꝙ quando Diaconus, vel Subdiaconus locum patriarchæ tenet superior est. Secūda ibi. Reliqui. Tertia ibi. Ex præmissis. Quarta ibi. Compagis. Quinta ibi. Diaconi. Sexta ibi. Hoc capitulo. Septima ibi. Hoc autē. Pro pleniori intelligentia huius primæ partis quæruntur duo.

Cōtinnatio. Diuisio. Archid.

1 ¶ Primum est, vtrum ex ordine inferiores debeāt superioribus obedientiam.

3 ¶ Secundum est vtrum summo pontifici, debeatur obediētia ab omnibus.

1 Ad primum. Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ nullo ordine iuris inferiores teneātur obedire superioribus. Primo sic. Quod aliqui hoīes, puta inferiores obedire teneantur alijs. s. superioribus, est contra diuinam institutionem, quæ habet, vt homo suo consilio regatur. ſm illud Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominē, & reliquit eum in manu consilij sui, ergo sequitur, ꝙ nullo ordine iuris naturalis tenentur inferiores obedire superioribus. ¶ Secundo sic. Si inferiores tenerentur superioribus obedire, oportet, quod inferiores haberent voluntatem superiorum, tanquam regulam suarum actionum, sed sola diuina voluntas, quæ semper est recta, est regula humanę actionis, ergo inferiores nullo ordine iuris tenentur obedire alijs, quam Deo, cuius voluntas est regula in obliquabilis. ¶ Tertio. Seruitia, quanto sunt magis gratuita, tāto magis sunt accepta, ſm illud, ꝙ hō ex debito facit, nō est gratuitum, ergo si inferior teneātur ex debito obedire superiorib. in bonis operib. faciendis, ex hoc reddetur minus acceptabile opus bonum eorū, ꝙ ex obedientia fieret, sed hoc non est faciendū, ergo, &c. ¶ In oppositū est. §. ptentis literæ. Rñsio, dicendū sub certis conclusionibus. Prima cōclu. est, ꝙ ordine iuris naturalis tenent inferiores obedire superioribus. Probatur ista conclusio sic. Dicit .n. philosop. in li. Politicorū. Quęcunq; ex plurib. constituta sunt, & fiūt vnū aliquod cōe, siue ex coniunctis siue ex diuersis, in oib. est principiās, & subiectū. Hoc patet ēt in non participantibus vitam, sicut sunt partes simplices sensibilis vniuersi, in qbus est principatus armoniæ .i. cōsonantiæ, ex hoc, ꝙ superiora regant inferiora. Hoc ēt patet ex oī natura, quæ inest aīatis, quia .n. aīal compositum est ex corpore, & aīa: & aīa rōnalis, ex intellectu, & appetitu. Et ideo vnum alteri, tanq principanti subijcitur, aīa .n. corpori principatur appetitui principatu politico, & regali. Vn̄ cū hō sit natura aīal ciuile ac per hoc naturaliter ex hoībus vna cōitas constituatur, opportet ēt hoc naturale esse, ꝙ vnus alteri principanti subijciatur per obedientiam. Et ita ex ordine iuris naturalis inferiores tenentur obedire superioribus. Secundo probatur conclusio, iuxta S. Tho. in 2. 2. Sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus, ita ēt operationes humanæ procedunt ex humana volūtate. Oportuit autē in rebus naturalibus, vt superiora mouerent inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatæ diuinitus. Vnde ēt oportet in reb. humanis, ꝙ superiores moueant inferiores per suam volūtatem ex vi autoritatis diuinitus constitutę, inferiora in rebus naturalibus necesse hn̄t subijci motioni superiorum, ita ēt in rebus humanis ex ordine iuris naturalis obedire suis superioribus. Patet conclusio. Primo ex illo Mat. 23. Super cathedrā Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Oīa ergo, quæcunq; dixerint vobis seruate, & facite. Scdo ex illo ad Ro. 13. Oīs aīa potestatib. sublimiorib. subdita sit, nō est .n. potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, qui aūt resistunt, sibi ipsi dānationem acquirunt. Itē patet ex illo ad Heb. 13. Obedite ꝑpositis, & subijcite eis. Et 1. Pet. 2. Subiecti estote oī creaturæ .i. oī hoī constituto in aliqua potestate. Vn̄ subdit siue regi, &c. Tertia conclusio. Inferiores ex ordine iuris positiui tenentur obedire suis superiorib. Patet conclusio ex. §. præsenti, & per totam præsentem distinctionē. & extra de maio. & obe. quasi ꝑ totū. ¶ His habitis dicēdū est ad rōnes in oppositum. Ad primā rñdetur negando maiorē. Et ad probationē rñdetur, ꝙ illa autoritas non est sic intelligēda, ꝙ Deus reliquerit hoīem in manu consilij, vt liceret ei facere oē, ꝙ vellet, sed, quia ad id quod faciendum nō cogitur necessitate naturæ, sicut creaturę irrationales, sed libera electiōe ex ꝓprio cōsilio ꝓcedēti. Et sicut ad alia faciēda debet hō ꝓcedere ꝓprio cōsilio, ita ēt ad hoc, ꝙ obediat suis superiorib. Dicit .n. Greg. vlt. moraliū, ꝙ dū alienæ voluntati humiliter

Pri... Secundū. Tertiū ar. Opponit & Respōdet. prima conclusio. S. Thom. 2. 2. q. 104. Ar. 1. cor. q. Secunda cōclusio. Tertia cōclusio. Ad primū arg. Gregor. in

humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus. ¶ Ad secundam respondetur, negando minorem. dicimus cum sancto Tho. vbi supra, quod diuina voluntas est prima regula, qua regulantur omnes rationales voluntates, cui vna magis appropinquat quam alia secundum ordinē diuinitus institutum. Et ideo voluntas vnius hominis præcipientis potest esse, quasi secunda regula voluntatis alterius obedientis. ¶ Ad tertiam respondetur negando minorem absolute. Dicimus enim cum sancto Tho. †quod aliquid potest iudicari gratuitum dupliciter. Vno modo ex pte ipsius operis, quia. s. ad id homo nō obligatur. Alio modo ex parte operantis, quia. s. libera volūtate hoc facit, op⁹ autem debitum reddere est virtuosum, & laudabile, & meritorium, præcipue secundum, ꝙ ex voluntate procedit. Et ideo, quamuis obedire sit debitum, si propria voluntate qs obediat, nō minuitur eius meritum, maxime apud Deum qui non solum exteriora opera, verum & interiorem volūtatem videt.

Ad secundum. / Ad tertiū

2

3 **Ad secundam.** Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ summo Pontifici non debeatur obedientia ab omnibus. Primo sic. Quod non ab omnibus hominibus, qm̄ non ab infidelibus, vnde 1. ad Corint. 5. ait Apos. Quid. n. mihi est de his, qui foris sunt iudicare gl. Ad me non attinet de his, qui sunt extra ecclesiam iudicare, ergo per consequens, nec illi tenentur obedire superioribus in ecclesia. ¶ Secundo arguitur, ꝙ nec ab omnibus fidelib. quia non à Regibus, vt eis obedire tenebantur. In cuius signum dr̄ Exo. 19. Sacerdotibus, ꝙ sunt Regnum Sacerdotale, vbi datur intelligi, ꝙ potestas regalis, erat principalior, & Sacerdalis minor, ergo videtur, ꝙ summo pontifici, qui summus sacerdos dr̄ non teneantur obedire Reges christiani, siue fideles. ¶ Tertio arguitur, ꝙ nec ab oībus alijs fidelibus sic papa potest errare, vt in c. si papa 40. d. Ergo nō videtur, ꝙ ab omnibus sit ei obediendum, sed ei solum, qui nō pōt errare, nec & deficere. ¶ Quarto arguitur. Ex eo, ꝙ magis videtur esse obediendum alijs prælatis, quā summo pōtifici. Potestas immediata magis influit, quam mediata, sed potestas inferior magis est immediata, quam superior. Et ideo plus vr̄ regi, Episcopo, aut Abbati obediēdum, quam papæ. ¶ In oppositum est te. præsentis literæ. ¶ Rn̄sio, dicēdū sub aliquibus cōclusionibus. Prima est, ꝙ ab oībus fidelib. cuiuscūq; cōditionis, aut status existāt, debetur obediētia, summo pontifici. Ista conclusio patet ex præcedenti articulo sic. Obedientiam debēt tā ordine iuris naturalis, quā diuini inferiores superiorib. sed papa est superior oīb. fidelib. vtpote eorū princeps, & caput, iux. illud Dn̄i, quod ait Petro. Simon Petre, antequā de naui vocarem te noui te, & sup plebē meā principē te constitue, ergo cōclusio vera, cōsequentia patet, qm̄ sicut in superioribus, siue maiorib. est regendi, siue iubendi authoritas, ita in minorib. obsequēdi necessitas, vt in c. inferior d. 21. ¶ Secundo sic. Ab ouib. debetur obedientia pastoribus suis. Io. 10. Oues vocē pastoris audiunt. s. per obedientiā. sed summus Pontifex est vniuersalis pastor oīm fidelium, cuiuscunq; meriti, status aut conditionis existāt, ei. n. in persona Petri dictū est. Pasce oues meas. Io. 21. Ergo cōclusio vera. Hāc argumentationē facit Inn. tertius scribens Imperatori Cōstantino, vt habetur in c. solite, ex. de mai. & obe. sic dicēs. Nobis. n. in B. Petro sunt oues Christo cōmisse, dicēte dn̄o, pasce oues meas. Nō distīguēs inter has, & illas, vt alienū se demōstret à suo ouili, qui Petrū, & successores illis magistros nō cognosceret, & pastores. Hāc sn̄iam sequutus papa Bonifacius in extraua. vnā sanctā dicit. Porro subesse Romano pontifici oēm humanā creaturā diffinimus esse de necessitate salutis. ¶ Scd̄a cōclu. ꝙ in his, in quib. obediēdū est summo pōtifici prius & magis obediendū est sibi, ꝗ̄ cuicunq; alteri humanæ potestati. Ista cōclusio patet, qm̄ papa oīb. superior est. Est aūt regula B. Aug. & habetur in gl. ad Ro. 13. Quōd cū superior & inferior mādāt cōtraria. Superiori est obediendū, & nō inferiori, eo ꝙ ei⁹ potestas subiacet authoritati superioris, ergo, &c. ¶ Tertia conclu. est, ꝙ papæ debetur ab oīb. obedientia in tribus, in quibus consistit odediētia, vt tangitur in gl. præsentis literæ, videlicet in exhibitione reuerentiæ, in mandatorum susceptione, & in iudicio subeundo. Patet prima pars de exhibitione reuerentiæ. Et hoc, tum, quia pater est oīum fidelium. Malachiæ primo. Si ergo pater vester, honor meus vbi est. Tum, quia prelatus, & Rector totius populi christiani, vnde Ecclesiast. 10. In medio fratrum Rector illorum in honore. Et Augustin. Honore coram vobis Prælatus sit vobis. Tū tertio, quia Vicarius Christi. Et ideo omnes fideles, qui tenentur honorare Deum debent & honorare Vicarium eius, quoniā, vt inquit Maximus in sermone, Dignitas, quæ ministris exhibetur illi⁹, cuius minister exhibetur, & econuerso inhonoratio exhibita ministris, exhibet ei, cuius sunt Lu. 10. inquit Christus ministris suis. Qui vos audit, me audit, & q vos spernit, me spernit. Super quo dicit gl. Distat vtriusq; in audiendo, vel spernēdo ecclesię pastores, nō viles quasq; personas, sed dominum Saluatorem, imo ipsum patrem spernere, vel audire, quia in discipulo Magister auditur, & in filio Pater honoratur. Hæc ille. Hinc beatus Cyrillus libro Thesaurorū dicit, ꝙ Romano Pontifici omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi, tanquā ipsi dn̄o Iesu Christo obediunt. ¶ Secunda pars, videlicet, ꝙ debeatur Romano pontifici obedientia permandatorū eius susceptionē ab oībus fidelibus patet. Tum quia oēs fideles sunt filij spūales Papę, vnde eis scribens ait. Dilectis filijs, &c. Filiorum autem est, suscipere mandata patrum suorum, vn̄ Proue. 6. dr̄. Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ gl. i. ecclesiæ. Et 1. Mach. 2. dicitur obediemus legi patrum nostrorū. Tū, quia caput est oīum fideliū. Io. 1. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur caput. Hinc B. Gregorius inquit d. 12. in c. præceptis. Præceptis Apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiā, quæ sancta Romana ecclesia Apostolica authoritate iussa sunt, salutifere impleantur, si eiusdē sanctæ Ecclesiæ quæ caput est vestrū, cōionē habere desideratis. Et in c. si qui. dist. 81. inquit peccatum ariolandi est, non obedire, & zelus idolatriæ est nō acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis dum christianum se asserit, si sedi Apostolicę obedire contempserit. ¶ Tertia pars, ꝙ ab oībus fidelibus est obediendum Romano pontifici subeundo eius iudicium, patet. Tū primo, quia summus Sacerdos, dr̄. n. Deuter. 17. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tēpore ministrat domino Deo tuo, & decreto Iudicis morietur hō ille. Vbi dicit gl. ordinaria. Si Christus, cui est sacerdos ꝯm ordinem Melchisedech, vicarios sibi instituit, quibus ait. Luc. 10. Qui vos audit, me audit, &c. Sequitur, iure ergo damnationis sustinet sententiam, qui contemnit diuinitatis potentiam. Hæc gl. ¶ Tum secundo Rōne supremę authoriatis existentis in summo pontifice, quæ rō tangitur in c. patet 9. q. 3. vbi dr̄. Patet profecto Sedis Apostolicæ, cuius autoritate maius non est iudiciū, à nemine fore retractandum, nec cuiquā de eius liceat iudicare iudicio. Et j. in capit. cuncta dicitur. Cuncta per mundum nouit ecclesia de omnibus, fas habeat iudicādi, nec cuiquam de eo liceat iudicare iudicio, si quidem ad illam de qualibet mūdi parte appellandū est, ab illa aūt nemo est appellare permissus. ¶ His habitis, dicendū est ad rōnes in oppositum. Ad primam respondet, ꝙ non est ad propositum, qm̄ conclusio nostra intelligitur de fidelib. & de illis dn̄s loquens ait Pet. pasce oues meas. ¶ Ad secunda rn̄detur, negando, ꝙ non à Regib. sit Romano pontifici obediendū, cū sint de ouibus Christi, vt patet ex dictis ex. c. in memoriam, ꝙ est Caroli Imperatoris d. 19. Et ad probationē rn̄detur, negādo consequentiā. Et rō est, quia, cum ꝯm S. Tho. lib. de Rege, & Regno, & Bonauenturam in 4. d. 24. in lectura literæ, ꝙ differentia est inter nouum testamentum, & vetus, & inter comparationem Sacerdotij, & Regni, quia. n. vetus testamentū erat adhuc carnalium, & carnaliter viuentium, ideo potestas secularis erat principalior, & potestas sacerdotalis erat minor. Et ideo signanter dicebatur in lege Regnū sacerdotale, quia sacerdotium pēdebat ex Regno, sed ecōtra in noua dr̄, prima Petri Regale Sacerdotium, quia principalius est nunc Sacerdotium, quam regnum, & potestas spūalis, ꝗ̄ temporalis, siue carnalis. Sic. n. competebat statui gratiæ. Hæc dn̄s Bonauen. ¶ Ad tertiam respondetur, negando cōsequentiam, qm̄ ex hoc, ꝙ papa pōt errare aliqñ, vel mandare non pcipienda, liceat sequatur bene, ꝙ non est ei simpliciter in oībus obediendum, vt si præciperet aliqd contra Dei mandata, quia, vt habetur Actuum 4. Oportet obedire Deo, plusquam hominibus, non tamen sequitur, quòd cum bene præcipit, quòd non sit ei ab omnibus obediendum, alias cum non sit homo, qui non peccet, & per consequens erret, nulli hominum foret obediendum, ꝙ est stultum dicere. In quibus aūt sit obediendum, & in quibus nō alias

Primū ar. / Secundū ar. / Tertiū ar. / Quartū ar. / Opponit et respōdet. Prima cōclusio. / Innocen. / Dionisius. / Secūda cōclusio. / August. / Tertia conclusio. / August episto. 109. tom. 2. / Maximus. / Cyrillus. / Grego. / Ad primā arg. / Ad secūdū / S. Thoma. Bonauent. / Ad tertiū.

alias videbitur. ¶ Ad quartam respondetur, negando minores, falsum.n.est, ꝙ potestas inferior sit magis immediata, quã potestas papæ, cum potestas inferior tota dnetur, seu deriuetur à potestate papæ: vñ papa habet immediatam iurisdictionem in omnes christianos, vt in c. per principalẽ 9.q.3. ¶ Verum pro pleniori intelligentia istius responsionis, est notandum iuxta S.Thom.& Bonauenturam in fine secundi sententiarum, ꝙ potestas inferior, & superior dupliciter se possunt habere. Aut ita, ꝙ inferior potestas ex toto oriatur à superiori. Et tunc, cũ virtus tota inferioris fundetur in virtute superioris, simpliciter in omnibus est magis obediendum superiori, quam inferiori, sicut etiam in naturalibus causa prima plus influit super causatum secundæ causæ, quam etiam ipsa secunda causa, vt in libro de causis dicitur. Et sic se habet potestas Dei ad omnem potestatem creatam, sic etiam se habet potestas Imperatoris ad potestatem proconsulis, sic etiam se habet potestas papæ ad omnem potestatem spiritualem in ecclesia, quia ab ipso papa gradus dignitatum diuersi in ecclesia, & disponuntur, & ordinantur, vnde eius potestas est quoddam ecclesię fundamentum, vt patet Matth.16. & ideo in omnibus magis tenemur obedire papæ, q̃ episcopis, vel Archiepiscopis, vel etiam monachi Abbati absque nulla distinctione. Potest iterum potestas superior ita se habere, ꝙ ambæ oriãtur ex vna quadã supremi potestate, quæ vnam alteri subdit, secundum, ꝙ vult, & tunc vna non est superior altera, nisi in illis, in quibus vna supponitur alteri à suprema potestate, & in illis est tantum magis obediendum superiori, quam inferiori. Et hoc modo se habent potestates episcopi, & archiepiscopi descendentes à potestate papæ. Et ita patet responsio ad rationem ipsam factam, dicendo, sicut dictum est, ꝙ minor illa est falsa. Le.te. ¶ Obediẽtiam no. vt tangitur in gl. Quòd obedientia cõsistit in tribus.s. in reuerentia exhibenda, in mandato suscipiendo, in iudicio subeundo. Equidẽ inferior ordine superiori ordine debet exhibere reuerentiam, s. vt assurgat ei, & cedat ei primum locum in choro, in mensa in sedendo, & in eundo, & huiusmodi, nisi maior dispensatio commisso sit minori ordini. verbi gratia. Archidiaconus minoris est ordinis, q̃ Archipresbyter, & tamen, quia maior dispensatio cõmissa est Archidiacono. ideo maior reuerentia ei exhibetur ab archipresbytero tãquam à minore ratione administrationis, & non econuerso, vt 25.dist.c.1. Hac consyderatione quandoque presbyter tenetur obedire diacono prælato. In mandato.n.& in iudicio nullus tenetur obedire, nisi ei, qui habet administrationem, aut iurisdictionem super eum, quia nullus potest iudicari, nisi à maiori. Hu.:& C. qui pro sua in l.1.extra.de offi.ordi.pastoralis, & extra de iudi. at si clerici. Addit aũt gl. nisi absoluatur per absolutionem, extra de senten.excom.per tuas, & de app.ad hæc, & c. pro posuit.& c.recusationem. Vel, si ei cõtrouersia sit, iam moueatur quæstio inter prælatum, & clericũ suum. 11.q.1.de persona, & extra de for.comp. siquis contra Arc. Vel si prælatus deponatur, 16.q.6.c.alius, & c.se. Nec in ecclesia esse. j. c.qui cathedrã in ordinatione Clementis, non in apostolicum, sed in presbyterum, quando designauit eum successorem sibi. Nam viuente Petro, Clemens non fuit papa. Ar.8.quæst.1.si Petrus Lauren.& Hug. & gloss.

S. Thomas Bonauen. 2. sẽ. di. 43. Ar. 2. q. 2. & 2.

Exponit literam:

4 *Casus in quo celeritas suadetur.*

Diuisio.



SI inimicus. Inducit magister hoc c. ad probandum, ꝙ summo põtifici ab omnibus debeatur obedientia. Et diuiditur in quatuor partes. In prima parte iubet, vt, cui papa pro actibus suis inimicatur, communicare non debemus. In secunda rationem præcepti sui assignat. In tertia contra facientes detestatur, & exprobat, tãquam determinatores ecclesiæ. In secunda reassumũt admonitionem concludẽdo, vt ab omnibus studiose obseruetur. Secunda ibi. Vt vnusquisq;. Tertia ibi. Si quis vero. Quarta ibi. Iamque; pro pleniori intelligentia huiusmodi c. quærũtur tria.

1 ¶ Primum est, vtrũ ista doctrina beati Petri sit conueniẽs, qua docet, vt fideles inimicentur ei, cui Clemens, siue papa fuerit inimicus.

2 ¶ Secundum est, vtrum quis peccet cõmunicando his, quibus papa est inimicus.

3 ¶ Tertium est, vtrum papa scienter loquendo cum excommunicato, intelligatur eum absoluere.

1 Ad primum Sic proceditur, †Et videtur, ꝙ doctrina illa beati Petri sit inconueniens. Primo sic, doctrina, quæ est contraria doctrinæ Christi, non potest esse conueniens, sed illa doctrina beati Petri videt̃ esse huiusmodi, quoniam contra illud Matth.6. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: ergo, &c. ¶ Secundo sic doctrina, quæ præcipit proximũ nostrum odire, non est conueniens. Patet cum præcipiat id, quod est peccatum mortale, dicitur.n.1.Ioan.2. Qui fratrẽ suum odit in tenebris est. Et 1.Io.3. Qui odit fratrem suũ, homicida est: ergo, &c. ¶ Tertio diligit omnia, quæ sunt, & nihil odit eorum, quæ fecit, vt dicitur sapien.11. ergo papa, qui eius vires gerit in terris, nulli debet esse inimicus nec mandare, vt alij sunt alicui inimici: cõsequentia patet. ¶ In oppositum est authoritas, & sanctitas beati Petri. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ doctrina beati Petri est conueniẽs, vt qua dicit, vt inimici simus eis, quibus ipse pro actibus eorũ malis est inimicus, quæ conclusio sic declaratur. Odium amori opponit̃, vnde tm̃ habet odium de ratione mali, quantũ amor de rõne boni, amor aũt debetur proximo secundum id, quod hẽt à Deo.s. secundũ naturã, & gratiam, non autem debetur ei amor secundum id, quod habet à se ipso.& diabolo.s. secundum peccatum, & defectũ iustitiæ, & ideo licet odio habere in fratre peccatum, & omne illud, quod pertinet ad defectum iustitiæ, sed ipsam naturam, & gratiam fratris non potest aliquis habere odio sine peccato. Quo notato probatur sic conclusio. Licitum est odire malos, & iniquos inquantum tales sunt secundũ iã dicta, secundũ illud psal.118. Iniquos odio habui: ergo licitum fuit præcipere beato Petro, vt quos papa habet inimicos.i. odio pro actibus suis malis, & iniquis, alij fideles qui sunt membra eius, discipuli, filij odio habeãt etiã illos inquantum tales sunt.s. mali, & iniqui. Cõsequentia est bona, licet tex. iste intelligatur de excommunicatione, vt sit sensus quem papa excõmunicauerit, ab alijs debeat euitari, vt dicit̃ in expõne literę. ¶ Vnde dicendum est ad rões in oppositum. Ad primã respondetur negando minorem. Et ad probationem respondetur, ꝙ Christus nõ præcipit, vt diligerẽtur inimici in quãtũ inimici sunt mali, quia hoc cẽt peruersum, & charitati repugnãs, sed inquantum sunt mines, & beatitudinis capaces, vnde nihil prohibet vnum, & idem secundum aliquid amari, & ẜm aliud odio haberi, sicut supra visum est, quoniam peccatores secundum id, quod à Deo habent. s. naturam amantur, & ẜm quod peccatores sunt habentur odio. Et hoc modo doctrina beati Petri dicentis, ꝙ si clemens alicui est inimicus pro actibus suis. s. malis, alij debeant etiam eodem respectu illis inimici esse, conformis est doctrinæ Christi, qui tamen Exo.22. ait. Maleficos non patieris viuere. ¶ Ad secundam respondetur, ꝙ doctrina, quæ præcipit proximum odio haberi secundum illud, quod habet à Deo, non est conueniẽs, sed quæ præcipit, vt odio habeat aliquis inquantum peccator, est, conueniens est iuxta dicta. ¶ Ad tertiam patet responsio ex dictis. Deus.n. diligit omnia, quæ fecit, inquantum sunt naturæ, quædam, quia inquantum talia bona sunt, esse .n. cuiuslibet rei quoddã bonum est, & similiter quædam perfectio eius. Non autem diligit peccatores, inquantum peccatores, sed odio habet ẜm illud psal.5. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertiũ ar.

Opponit. & Respondet.

Ad primum argumen.

Ad secundũ

Ad tertium

2 ¶ Ad secundum. Sic ꝓceditur. †Et videtur, quod quis nõ peccet communicando cum his, quibus papa non communicat. Primo sic. Dicitur ecclesiastici.6. Noli pro amico fieri inimicus proximo: ergo nullus tenetur fugere communicationem eorum, quibus papa est inimicus, patet consequentia. ¶ Secundo sic. Papa potest propter priuatum odium, vel ob aliud, ꝓpter quod quis non est excõmunicatus, nõloqui cũ aliquo, sed tali non tenetur alij non loqui, & communicari, ergo, & c. ¶ Tertio. Ex. c. si tantum. 6.q.2. vbi habetur, ꝙ alij licite cõmunicant ei, cui episcopus non cõmunicat: ergo, &c. ¶ In oppositum est mandatum beati Petri, contra quod agere est peccatum. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ tex. iste, vbi dicitur. Nec loqui quibus loquitur potest intelligi dupliciter. Vno modo de his, quibus papa nõ loquitur rõne excõmunicationis latæ iam in eos, & tunc est conclusio, ꝙ communicantes cum his, cum quibus papa non communicat, hac ratione peccant communicando. Ista conclusio patet,

Primũ ar.

Secũdũ ar.

Tertium ar.

Opponit & Respondet

11.q.3.

11.q.3.quib. episcopi,& 7.q.1.scire.¶ Ratione sic.Iste venit contra præceptum Apostolicum:ergo tales communicantes cum excommunicatis à papa, peccat,vnde tales incurrunt minorem excommunicationē. Alio modo potest intelligi de alijs,quibus papa non loquitur, aut quos vitat pro delictis suis, non tamen tanquam excōmunicatos vitat.Et tunc est conclusio, ꝙ etiam tales peccant, licet non tantum,qui.s.in familiares habēt,quos à platis pro suis delictis vitari videntur.Ista conclusio est Arch.hic,quam sumit ex Inn.extra de priuile.cum olim essemus.¶ Ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur,negando consequentiam,quoniam licet nullus debeat inimicus esse alicui proximo suo propter amicum alium, potest tamen licite esse inimicus alterius propter mala opera sua, & ita vitare communicationem eius, maxime præcepto sui superioris, vnde Apostolus 1.ad Cor.5.Cū fornicarijs, aut auaris,&c.Prohibet cibum sumere.¶ Ad secundam responde tur,ꝙ,vt inquit gl.& Hug. ꝙ secus est,si propter priuatum odium solum papa alicui non loqueretur, nam in tali casu alij nō tenerentur vitare illum, licet præsumendum esset, ꝙ papa iuste vitaret cōmunionem illius, quoniam instar sacrilegij est,sinistrū aliquod suspicari de facto papæ Arg. di.40.non nos,& 17.q.4.§.qui autem. ¶ Ad tertiam respōdetur,ꝙ c.illud non facit ad propositum,quoniam ille non erat excommunicatus, hic autem loquitur de excommunicato,& vocato per sententiam,vt dicit Hu.

Ad primū arg.

Ad secundū

Ad tertiū.

3 Ad tertiam quæstionem Sic proceditur. †Et videtur, ꝙ papa scienter participans verbo aut literis cum excommunicato.intelligatur eum absoluisse.Primo sic. Ex.c.si aliqn̄ extra de sen.excommu.vbi supra versi.per ignorātiam, notat Philip.ꝙ, si papa ex certa scientia aliquem excommunicatum salutat,non propter hoc videtur absolutus,arguēdo à contrario sensu, quod est fortissimum argumentum .ff.de offi.eius cui man.est iu.l.prima, & extra de his, quæ fi.à præla.cum Apostoli.ca.fi. ¶ Secundo, si hoc non esset, forte dicetur,quia certa forma est absolutionis,pręter quā non est absolutus,extra de sen.excom.cum desideres. Sed contra,quia papa non subiacet legibus.C. de legib.l.digna vos.&.ff.e.l.princeps. Ergo videtur, ꝙ eo ipso sit absolutus,ꝙ papa scienter tali communicat.¶ Tertio sic.Papa dat authoritatem canonibus, & ab eo vigorem sumit, & non econuerso,de elec.significasti.¶ In contrarium,est gl.in c. præsenti,& inducit Ar.ex c.cum desideres,extra de sen. ex com.¶ Respondeo dicendum, ꝙ circa hanc quæstionem varia fuit opi.vt tangitur in præfato.c.si aliquando, nihilominus nunc expedita est ista quæstio in clemen.si summus de sen.ex.vbi sic habetur.Si summus pontifex,scienter etiā cum excommunicato participet literis,verbo,vel osculo, seu alio quouismodo, ipsum per hæc absoluere nulla rōne censetur,nisi se velle forsan exprimat,ex hoc pro absoluto haberi. Hæc ibi. Nam papa de plenitudine potestatis sine aliqua alia forma potest absoluere, quod alij episcopi facere nō possunt. vt notat. Inn.in prædicta decretali.cū olim. Et ibi videas,quod etiam notat Io. An.in prædicta clemē. Vbi super ver.velle.dicit.Est ergo Ar.ꝙ est pro ratione voluntas.insti.de iure na.§. sed, & quod principi.sed & princeps sola voluntate manumittit.ff.de manu.l.apud.In inferioribus à papa non habet hoc locum.e.ti. cum desideres. Istam sententiam Goff.Host.Inno.Arch.Ber.& gl.hic. Ex dictis patet responsio ad argumenta.Leg.tex.¶[Si inimicus].i.si aliquem anathematizauit,sic.n. magister interpretatur hoc.c.vt.11.q.3.§.euidenter.Hu.& Arch [Pro actibus suis]specificat rationē, sub qua licite papa poterat esse alicui homini inimicus,siue aliquē odio habere ratione non naturæ,quæ bona, & à Deo est, & quæ beatitudinis capax est,sed ratione malorum actuum suorum,ꝭm illud psal.5. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.[Nolite expectare.]†Nota casum, in quo celeritas causat iniquitatem.s. propter debitum obedientiæ. [Arch. communione speciali]Nihilominus tamen, si non interueniat communicatio, ipse tamen commonere debet,& denuntiare illum. Tum ad cautelam ignorantium.Tum, vt remoueatur excusatio 11.q.3.curæ sit omnibus.De opinione vero illa falsa dicendū,ꝙ denuntiatio episcopi sit expectanda, vt videbitur.j. 11.q.3.in.§.euidenter. Causa breuitatis supersedemus hic de ea.[Obsecundare].i. obedire debent.n. subditi obedire præpositis suis,vt in c.præcedenti,& ad he.13.mandat po-

Primū ar.

Philippus.

Secūdū ar.

Tertiū ar.

Opponit et respondet

Ioan.And.

Exponit literam.

4

pulus nec loqui, quia quem papa vitat propter excommunicationem,cum omnes vitare debent, vbi gl. & Hug. dicunt hoc verum esse in hoc casu, si qui.s. excommunicati sunt.Secus si propter odiū alicui non loqueretur.[vt vnusquisque.]secunda pars[reconciliari]nō.n. debet ad officia charitatis,& communionem fidelium recipi excommunicatus à papa,antequam ei fuerit per absolutionem beneficium reconciliatus,& mandatis eius,ac ecclesię sanctæ dei se subiecerit,& spoponderit obedire,[presidentis].s.papæ. [Si quis vero]Tertia pars[Exterminare ecclesiam].24.q.1. quoniam vetus glo.[Hostis ecclesiæ.]propter cuius claues contēnit. [& corpore]sæpe contingit, vt 24.q.3. si quis nō recte. Hug. [contra nos est.] Hoc sumptum est ex verbis. Matt.12. Qui mecum non est,contra me est.[& multo nequior hostis]Vnde Boethius. Nulla pestis efficacior ad nocendum, ꝙ familiaris inimicus.Item non deterior hostis, quam fictus amicus.Non odium grauius, quam simulatus amor,in gloss. Vnde Iudas deterior inimicus fuit, qui cum Christo tingebat manum in parapside,vnde psal.54.Si inimicus meus maledixisset mihi,&c.[per amicitiarum speciem].i.sub specie amicitiæ, & causa pietatis operatur impietatem,vt 30.q.1.nosse.Hu.& prouer.11.dicitur. Simulator ore decipit amicum[ideoque]Quarta pars.

Boethius.

1 *Multitudo non excusat à delicto vel pœna.*



Miratus sum. Ad idem propositum inducit Gratianus hoc cap. quod sumptum est de Gre.in registro,vbi est conclusio, ꝙ papa,quem excommunicat, & à dignitate repellit, omnes alij repellere debent, vnde hic inuehit contra quosdam, qui communicant cum excommunicato à papa. Et diuiditur hoc c.in duas partes.In prima narrat excessum illorū,quō pro grauitate sua admiratur.In secunda instituit, quid debuissent fecisse.Secunda ibi. Debuistis.n.Planum est. Lege tex.¶[Miratus]facile,inquit Hu.est intelligere casum huius c.ex illo 63.di.Salonitanæ,& 2.q.5.qua de causa.Casus est. Greg. excommunicauit Maximum Archiepiscopum salonitanum,qui fuerat simoniace ordinatus, à cuius communione nullus se remouit,nisi episcopus Paulinus,& Honoratus eiusdem ecclesiæ Arc.Vnde Greg.omnes alios reprehendit. [Coepiscopus] Surgit hic quæstio. Qualiter iste episcopus erat de clero illius ecclesiæ. Respondet Hu. ꝙ fuit Suffraganeus eius. Vel forte fuerat ibi canonicus, vel clericus illius ecclesiæ. Generaliter totus clerus illius
1 Prouinciæ dr̄ in qua metropolitanus erat.Et est Ar.†Quòd multitudo non excusat à delicto,vel pœna Ar.2.q.1.multi. Hug.[Rapienti].s.simoniace,vt.j.1.q. 6. ego. Vel quia, inconsulto papa, vel eius responsali ordinatus est, vt di.63.salonitanæ.Hu.[sacerdotium].i.episcopatum, vel archiepiscopatum.Hu.[debuistis]secunda pars.[prius mūdaretur] Videtur ergo, ꝙ excommunicatus prius se purgabit, quā absoluatur. De hoc legitur,& no.17.q.4.de presbyterorū. Arch.Sed ad remouendum omnem dubitationem exponatur sic,iuxta Hu.[prius mundaretur].i.præstito iuramēto, de satisfactione absolueretur, vt sic staret in causa,& se mundaret ab illis criminibus.[Et tunc]Et non ante.[Participes obligationis].i. excommunicationis. ¶ Sed surgit quæstio,quo ad quid. Respondetur, ꝙ, quo ad priuationē sacramentorum non communionis fidelium. ipso.n.iure, quo quis communicat excommunicato, separatur à communione sacramentorum,vt 11.q.3. cum excommunicato.Et.c.si quis frater.Hu.

Diuisio.

Exponit literam. Casus.

Quæstio. Respōdet.

Quæstio. Respōdet.



Qui cathedram. Ad idem subiungitur c.hoc quod est beati Cypriani,planum, & breue est. Lege te.¶[Fundata est ecclesia.] Mat.16.[deserit.] Quia extra ecclesiam Petri non est ecclesia Christi. De ecclesia Petri dominus ait Mat.16.Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.Igitur, qui deserit cathedram Petri deserit ecclesiam Christi.Et sic, qui extra ecclesiam Petri est,quę est ecclesia Christi,non est in ecclesia. Vnde in c.scire debes 7.q.1.dicit idem Cypri. Qui cum episcopo non est, in ecclesia se esse non confidat.Item, qui Petri sedem non habent, ipsius hæreditatem nō habent,de poe. dist.1. potest fieri. Et hoc est contra Græcos. Archid.

Exponit literam.

Episcopi. §.est hic.Ostendit quantam reuerētiam, & obedientiam debeant summo pontifici episco-

ei episcopi, qui ei subsunt nullo medio, ꝙ singuli s annis debeant visitare limina Apostolorum. Et hoc probat per sequens capitulum.



Iuxta. Probat, quod dixerat per hoc capitulum, quod est duorum summorũ pontificum statutũ. Et diuiditur in duas partes. In prima statuit, ꝙ episcopi, qui immediate subiacent Sedi Apostolicæ, si sunt propinqui.i.prouinciæ Italiæ singulis annis, remoti vero ẜm limitationem temporis assignati in literis suæ ordinationis, debeant visitare limina Apostolorum. In secunda comminatur pœnam transgressoribus. Secunda ibi. qui autem huius. Planum est. Leg. tex. [Subiacent immediate] .s.nullo medio alias oẽs alij ei subsunt. Hug. [propinqui].i. qui sunt in eadem prouincia [cum sede apostolica] Vt sunt italici, reliquos intellige absentes.s.qui non sunt in eadem prouincia. [annue].i.singulis annis. Hug. [liminibus.] Idem intelligendum est de curia Romana, vbicunque sit, vt dicit Hu. [omni occasione.] Non sufficienti, non congrua. Hug. [deposita].i.remota de longinquo. Ar. pro distantia locorũ varia iura constitui. Sæpe.n.ratione loci fit, quod alias non fieret. Ar. 24.q.1.pudenda, & dist. 63. cum longe. [Chirographum].i.scripturam, & cautionem, quam fecerunt apostolico [in ordinatione sua].i.secundum, ꝙ per cautionem iuratoriã spoponderunt se esse facturos.s.vt visitarent in duobus, vel tribus aut quatuor annis semel, talem.n.cautionem omnes præstant domino papæ, & iurant se hoc facturos in propria persona, vel per legatum. [AEgritudine] per quam intellige esse iustum impedimentum. Vel gratia exempli de ea dixi, quia multa alia impedimenta possunt intueri. Et hoc oportet eos suis literis significare. Ar. 18. di. episcopus. Et. c. placuit. Hu. [Canonicis.] Pro metu papæ, quia non est de hoc statuta certa pœna in canone. Et ideo pro motu Iudicis punientur extraordinarie.

Diuisio.

Exponit literam.

Reliqui. In hoc.§.incipit. Secunda pars huius dist. in qua dicitur, ꝙ omnes minores in ordinatione, vel dignitate debent suis maioribus reuerentiã præstare, & hoc probat per 7. authoritates.



A Subdiacono. Istud est primum c. quod inducitur ad probationẽ propositi. §. omnia plana sunt. Lege tex. ¶ [A subdiacono vsque ad Lectores] per quos intelligo omnes inferiores ordines. Hug. [Subditi] Ratione ordinis, vt.s.cedant, & assurgant ei cedentes, vt primum locum in choro, in mensa, in itinere, & huiusmodi. [Cardinali] Etiã, si non sit cardinalis [Abbas] secundum antiqua tempora loquitur, cum monachi, & abbates non erant clerici, vt 16.q. 1. generaliter. De psalmista non facit mentionem, quia sub nomine Ostiarij intelligitur psalmista, vt distinctio septuagesima septima illud.

Exponit literam.



Diaconi. Ad idem propositum sequitur hoc capitulum de diaconis ex epist. Clementis. Quia enim diaconi præ cæteris debent obedientiã episcopis tam in obsequijs spiritualibus, q̃ in cura temporalium. Ideo spiritualiter de ipsis tractatum inserit ostendens, ꝙ in qualibet ecclesia Episcopali debent esse 7. diacones, qui tempore missæ assistant episcopo. Debent etiam facta clericorum considerare, & eorũ errata, quæ per se non possunt corrigere, episcopo nuntiare. Hu. & Arc. Breue est, & planum. Lege textum. ¶ [Diaconi oculi] Loco diaconorum, quo ad hoc officium successerunt archidiaconi, vt di. 25. c. 1. Hu. Qui dicuntur oculi episcopi, debent.n.præire episcopum, vt ei parẽt plebem perfectam, docendo, & prædicando, vt Stephanus. Vel vices pontificis exequendo, in quibus oportet, vt Laurentius. Et certe, si hic oculus fuerit simplex per vitæ innocẽtiam, per veritatis intelligentiam, rectus per iustitiæ æquitatem, tũc totum corpus ecclesiæ lucidum erit. Matt. 5. [Et cum verecundia].i. honestate non imprudenter, non inuerecunde, aut cum reuerentia. Hug. [actus ecclesiæ].i. facta clericorũ. Hu. [si quem].s.clericum. [referant episcopo] Sed contra videtur esse, quoniã hoc non videtur pertinere ad diaconos, sed ad laicos, qui sinodales testes dicuntur, vt 32.q.6. episcopus. Respondetur, ꝙ verum est, ꝙ ad illos pertinet specialiter de quibusdam, sed ibi loquitur de excessibus laicorum, hic autem de excessibus clericorum secundum Hug. & Archidiacon.

Opponit. & Respondet.



Sacerdotes. Ad idem subiungitur cap. hoc ex epistola Clemẽtis. In quo probatur, ꝙ sacerdotibus sit reuerẽtia exhibenda, ꝙ probat ex eo, ꝙ beatus Petrus illos, & sal terræ, & lumen mundi esse dicebat, vnde merito tales venerãdi veniunt. Leg. tex. ¶ [Sacerdotes. Sal terræ] Beatus Petrus audiuerat à Christo dixisse Apostolis. Vos estis sal terræ. Dicit hoc idem de sacerdotibus. Sacerdotes merito sali comparãtur, quoniam, vt inquit Albertus magnus super Matt. Tum, quia doctrina igniti eloquij siccare debent omnem terrenum effectum. Tum, quia per siccitatem mortificationis corporis omnẽ habent destruere malum humorem concupiscentiæ carnalis. Tum, quia per condimentum discretionis delectabilẽ facere habent gustum operis, quod est secũdum virtutem. Tum quia per discretionem consolationis mundanæ omnem exsiccare debent fecunditatem vitiorum, vnde, quia exsiccanda est carnalis concupiscentia. Tum quia præcipitur, ꝙ in omni sacrificio sal offeratur. Sacrificium.n. laudis est spiritus contribulatus, à concupiscentia carnis exsiccatus. Et mundi lumen, quo ad illuminationem fidei, vnde de talibus dr̃ ad Philip. 2. Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo in splendore boni operis.i.per splendida bona opera. Matth. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt glorificent patrem vestrũ, qui in cœlis est, de quibus ait Matt. 5. Beati eritis, &c. ¶ Sed hic surgit quæstio. Quid hoc ad propositum. Quia non videtur aliqua colligatio sententiarum eius.s.ꝙ sacerdotes sint sal terræ, & eius, quod dr̃. Beati estis, cum maledixerint vobis, &c. Vna.n. est sententia de sapientia, alia de patientia. Sed dicendum, quòd multum, & valde est ad propositum. Nam in patientia. Sacerdotum apparet sal discretionis, & sapientiæ, qua imprudentium hominum verba non curant, nec timent. Vnde prouerbior. 14. Qui patiens est, multa gubernatur sapientia [sal terræ] Matth. quinto.

Exponit literam.

Alb. mag.

Quæstio. Respondet.

1 *Hospitalarij, quòd non sint Acephali.*
2 *Eremitæ subsunt episcopis, in quorum parochijs habitant.*



Nulla ratione. Ad idem propositum inducitur hoc c. ex concilio Parisiensi, vbi habetur sicut dicitur in rubro. Non sunt habendi clerici, qui episcopali non gubernantur prouidentia. Hic surgunt aliqua dubia, de quibus in litera. Lege. ¶ [Nulla ratione clerici] Quo ad executionem sui officij Hug. & Arch. [Acephalos.] Qui.n. non subsunt alicui episcopo dicuntur Acephali i. sine capite, ꝙ non conuenit membris corporis Christi, quod est ecclesia. ¶ Sed hic surgit quæstio. † Quid de religiosis multis, & hospitalarijs, qui nulli epi-
1 scopo subsunt. Nunquid omnes tales dicendi sunt Acephali? Dicendum est, ꝙ non. Tum primo, quia ipsi fulciuntur priuilegio, & autoritate domini papæ, cuius volũtate exẽpti sunt. Tum secundo, quia ipsi etiam subsunt summo episcoporum.s.papæ, qui caput est omnium fidelium, vnde sibi in persona Petri dictum est. Tu vocaberis Cephas. quod græce interpretatur caput. Tum tertio, quia ex textu. hoc nõ arguitur, quoniã in c. hoc de illis clericis tantum loquitur, qui cum debeant fuisse suis episcopis, in quorum parochia sunt, hoc contumaciter nolunt, sed superbiunt cõtra eos, & gloriantur se nulli subesse episcopo secundum Hug. ¶ Secunda quæstio de eremitis, ad quam respondetur ẜm Hug. & gloss. † Quòd tales subsunt episcopis, in quorum pa-
2 rochijs habitant. 16. qõ. 1. qui vere. Et si etiam in nullius episcopi specialiter designata parochia habitant, quales forte aliqui sunt in Aegypto. Dicitur, ꝙ in parochia domini papæ habitant, quæ totus mundus intelligitur. Et ideo generaliter omnes ei subsunt. Hu. [indubitanter rei.] Nec mirum, quando faciunt contra præceptum Apostoli, ad Ephe. 6. dicentis, Filij obedite parentibus vestris. Sunt autẽ episcopi patres spirituales omnium aliorum existentium in parochijs suis. Et etiam ad Hebræ. 13. dicitur, Obedite præpositis vestris. [porro donũ] Ecclesiastici decimo tertio. Qui honorat patrem, vita viuet longiori. Gregorius. Si obedientes fuerimus præpositis nostris [doctoribus] episcopi enim recte dicuntur doctores, quibus dominus Matthe. vltim. ait. Docetes omnes gentes. Vnde primo ad Timo. tertio. Oportet episcopum doctorem esse.

Exponit literam.

Quæstio

Respõdet.

Secũda qõ. Respondet

Grego.

Exponit literam.

ILle. Ad idem sequitur hoc ca.quod est Anacleti papæ,in quo dicitur,Ille scandalizatur in Deum,qui episcopo suo non obedit.Breue est. Lege text. ¶ [Scandalizatur in deum].i. scandalizat,siue offendit, deum,qui in episcopo repræsentatur.Vnde Lucę 10.dicitur.Qui vos spernit me spernit,& 8.q.1.qui vos,&c.23.q.1.nulli,&.8.di.21.in nouo.

1 *Oculus dicitur triplex,mentis corporis , & administrationis.*
2 *Diaconi,quare astant septem cum episcopo.*
3 *Episcopo vtile est habere bonorum societatem, maxime, cum prædicat.*

Diuisio.

DIaconi. Ad idem adiungitur hoc c. quod est Euaristi papæ. Et diuiditur in duas partes.In prima ponit, ꝙ in qualibet ecclesia cathedrali debent esse septem diaconi. In secūda assignat officium eorum. Secunda ibi.Qui custodiant.Leg.¶ [Diaconi quasi oculi]Ratione prouidentiæ, quæ debet esse in eis, & dic vt in eodem c.Diaconi.Vnde dicitur triplex oculus,s.mentis,&

Exponit literam.

1 iste debet esse purus. 1.q.1.multi. secundus est corporis
a & iste debet esse pudicus 32.q.5.qui viderit. Tertius est oculus administrationis,& iste debet esse prouidus, vt hic & 6.q.1.oues.Lau.& Arch.[In vna quaque ciuitate]quæ habet episcopum , &c intelligitur tantum de episcopali ecclesia, vbi regulari iure septem diaconi debent esse, qui episcopo sacrificanti assistere debent de cons.di. 1. episcopus. Hoc in quibusdam ecclesijs obseruatur.in quibusdam non forte propter inopiam loci,quæ tot non recipit,quæ à iure communi sæpe excusat. Arg.10.q.3.viuo.& 7.q.1.illud. Preterea hoc statutum fuit ex causa propter hereticos,qui vilipendunt episcopale officium,cum paucos ministros ei

a¶ Corporis. Ocul9 cecatus nō dr oculus Bal in l.1. C.qui acc. nō pos. Et eruens alicui oculū cecatū nō tenet pœna statu i de eruēte oculū Bal. in l couēti dulā.C.de epis.& cle. Car,Za.in c 1. q cler. vel vt Are. in l vulga- ff. de furtis.

2 altare conspicerent.† Cur autem septem diaconi.Dicendū primo ad imitandū exemplum primitiuæ ecclesiæ, in qua septem diaconi fuerunt electi.Actuum 6.Secundo,quia in septenario numero vniuersitatis perfectio designatur,vnde tanquam perfectiori numero status,quietis, & regiminis episcopalis roboratur. Tertio,quia per hūc numerum significatur robur ecclesiæ, quæ per septiformem gratiam Spiritus sancti confirmetur,& in charitate corda fidelium adunantur[qui custodiant] Secunda pars. Assignat officiū diaconum,quod exercere habent circa episcopum,& causæ institutionis eorum.Vbi notandum† ꝙ vtile est episco-
3 po,maxime,cum prædicat habere bonorū societatem.Primo,vt calumniatoribus,& insidiantibus efficacius resistātur.Eccles.9.Habent.n.emolumentum societatis suæ. Væ autem soli,quia,si ceciderit non habet subleuantem se, vnde prouerbiorum 18.Frater qui iuuatur à fratre, tanquam ciuitas firma.Secundo vtilis est societas episcopo, ne solus contemnatur,si solus prædicet aut paucos habens. Dignitas.n.sine subiectis contemptibilis est. Ar.80. di. episcopi. Tertio vtilis est societas, ne timore inimicorum, aut infidelium cesset à doctrina veritatis.Quarto,ne per malignos falsum suæ pdicationi,aut infamia vitæ imponatur. Quinto,vt firmius prædicationis suæ veritas fulciatur plures habens suæ vitæ,& veritatis. Vnde Hieronym.ad Nepotianū dicit.Quòd episcopus non debet esse solus , sed cum clericorum decente comitatiua incedere debet modo clarior apparebit litera . Vna causarum istius institutionis est[ne infestetur ab insidiatoribus].i. ab hæreticis, qui parati reprehendere multum olim infestabant episcopos predicantes[aut] Alia causa[lædatur].i.opprimatur [à suis clericis] Vel laicis,vel ita,ne infestetur, aut lædatur à suis insidiatoribus,quasi septem diacones debent episcopo altare, & ab eius oppressione arcere turbam [Aut] alia causa[ne].s.ipse [detrahendo verba diuina].i.timore hæreticorum subtrahendo , & subijciēdo verbum prædicationis ad populum, quia forte solus propter reprehensionem hæreticorū non auderet prædicare [polluatur].i. confundatur infamia , & in doctrina. Vel polluatur,vt hic dicit.Hug.& Arch. peccato taciturnitas inquinetur,& peccet mortaliter , tamē ipse ex officio teneatur prædicare,vnde Isa.6.Væ mihi,quia tacuit.De talibus dicitur canes muti non valentes latrare di. 44.ca.1.[Aut] alia causa[insinuando].i.prædicando,& apponendo verba diuina. [despicietur]ab hæreticis , vel etiā à suis,si solus prædicet,sicut dictum est supra.Quidam autem libri habent insidiando polluantur,& despiciantur in plurali,& tunc sic exponitur.Aut,ne ipsi hæretici, vel mali

Hieronym.

Alius modus exponendi literam.

homines detrahendo.i.vituperando,& contemnendo verba diuina , si viderint episcopum prædicantem solum, aut insidiando ei,volentes eum cedere,vel opprimere,& polluantur,mortaliter peccando,vel despiciantur.i. despectabiles fiant Deo,& sanctis eius.Prima expositio est melior, & magis consona sequentibus Hug.& Arch. [Sed veritas feruore] .i. procedat ex ardenti charitate [& pars concordet cum voluntate].i. dispositione animi , vt simul habeat pacem temporis,cum pace pectoris, quod non fieret,si timore inimicorum desisteret a prædicando,cum vellet prędicare , vel alias infestaret ab hæreticis modo supradicto.

DIaconi septem. Hoc c.est, quasi idē cum præcedēti,vnde exponitur, vt præcedens,secundum regulam institutionis ecclesiæ.¶[Regulę autem] .i.institutionis istius,ꝙ sint septem Diaconi, authoritas sumitur ex actibus Apostolorum,vbi agitur de septem diaconibus,qui fuerunt ordinati ab apostolis.

Exponit literam.

Ex præmissis. Hic incipit tertia pars distinctionis.In qua dicitur , ꝙ diaconi debent subdere se presbyteris,& non se eis præferre . Et hoc probat per 9. authoritates.Ioan.de Fant.& Arc. Continuatur autem sic pars ista ad præcedentē sicut habetur in hoc §.Nam dictū est supra, ꝙ presbyteri debent obedire presbyteris.Et potest diuidi hæc pars in tres partes ꝭm glos.In prima ostendit , ꝙ diaconi debent presbyteris subesse vsq; ad c.diaconi.In secunda à capitulo ipso diaconi allegat pro diaconibus . In tertia in vltimo cap. legimus , dat sententiam contra diacones.

Cōtinuatio Diuisio.

1 *Præsumere quis non debet, quod sibi à canone non conceditur.*

DIacones. Hoc c.quod est Gelasij papæ est primum, ꝙ inducit magister ad ostendendum , quod diaconi debeāt subesse presbyteris, nec aliquid de officijs presbyterorum vsurpare debent. nisi in necessitatis articulo . Et diuiditur in duas partes.In prima exhortatur in genere diacones,& pręcipit ne excedant terminos dignitatis eorum.In secūda mouet eos in speciali,ne baptizare , aut corpus Christi dispensare audeant sine licentia episcopi,aut presbyteri,excepto articulo necessitatis.Secunda ibi. Absque planum est. Lege text. ¶[Diacones mansuram] sic 94. dist.c.vltimo. [nec vltra] Arg.ꝙ non debet quis præsumere, quod sibi à canone non conceditur.Arg.18.qō.2.hoc tantum,& 9.q.3.conquestus Hu.[deputatum]diaconibus.Hug.[quæ primis ordinibus] .i.maioribus.s.sacerdotio,& episcopis. Quæ autem sunt illa,quæ antiquitas decreuit illis ordinibus , ostendit consequenter exemplificando de duobus.s.de baptismo , & dispensatione eucharistiæ ꝭm Hu.[Absque]secūda pars. Absque.i. præter episcopum.[non audeant].s.diaconi , vel alij clerici,quia officium baptizandi solis presbyteris , & episcopis concessum est, vt de conse.di.4.constat . Hoc.n.ex ordinato officio cōmissum est Apostolis,& discipulis. [Et eorum successoribus] .i. episcopis, & presbyteris quibus dominus ait Mat.vlt.Euntes,docete omnes gentes baptizātes omnes,&c.Et hoc notat in præfato c.constat.Vbi disputauimus istam materiam.Vel ita[diacones]Non audent baptizare absque episcopo,vel presbytero, nisi in casu necessitatis , vnde subdit [nisi prædictis]Et secundum hoc repetitio est longius., sed si prope essent, etiam in necessitate non debent hoc facere sine eorum licentia,nisi forte tanta esset necessitas,ꝙ non posset presbyter, vel episcopus consuli,quoniam crederetur baptizandus ante moriturus.[vel ita absque,&c.i.absque huius,vt illius licentia,& mandato Hu.[extrema]Quia quædam permittuntur, quæ alias iure communi non conceduntur,vt 17.q.4.si quis suadente, & 26.q.5.c.vlt.[erogatione].i.dispensationem corporis Chri [dispensare] Cum cōsecrare corpus domini solum pertineat ad sacerdotes,& nullo modo ad diaconos, ad quos ēt non pertinet contractare suis manibus oleo sancto non dilutis,vt communicent , & reddant illud fidelibus, sed hoc pertinet ad officium sacerdotum,quibus ait.Hoc facite in meam commemorationem.Matt.27.de hoc no.in c. peruenit,de conse.di.2. vbi disputauimus hanc materiam[nisi his absentibus,ius non habent].i. non habent ius sine licentia,& iussione episcopi,vel presbyteri,nisi his absentib. tūc.n.sine licētia alicuius eorū possunt hoc facere in necessitate;Sic

Diuisio.

Exponit literam.

tate. Sic beatus Lauren. dixit beato Sixto. Certe virum idoneum ministrum elegisti cui corporis dominici commisisti dispensationem.

PEruenit. Ad idem est hoc c. Nicæni concilij, vbi corriguntur diaconi de tribus excessibus, quos committebant. Primus erat, quod post consecrationem porrigebant hostiam sacerdotibus. Secundo, quod communicabant ante episcopos. Tertio, quod in concilijs sedebant in medio presbyterorum. Diuiditur autem hoc. c. in tres partes: In prima narrat excessus diaconorum. In secūda prohibet. In tertia apponit pœnam transgressoribus. Secūda ibi. Hec ergo anima. Tertia ibi. Si quis autem. Plana sunt omnia. Lege textum. ¶ [Peruenit. sacramenta]. i. eucharistiam consectam. Hug. [sed innotuit] Secundus excessus notatur. [Hæc ergo] secunda pars. [ante episcopos vel communicantes] Vt in præcipuis festiuitatibus, & est ante temporale, nō locale, quasi diceret, antequam ipsi episcopi sumant. Hu. [ministri] Et ideo episcopi sunt maiores. Hu. [per ordinem]. i. secundum ordinem. [Sed nec] Tertius tangitur excessus [in medio] i. in concilio, vel cum assistunt altario, vel in choro. [Si quis autem] Tertia pars.

Diuisio.

Exponit literam.

NOn oportet. Ad idem sequitur hoc ca. ex concilio Laodicē. sententia sua patet satis ex rubro. ¶ [Coram episcopo] .i. ante episcopum Hug. [sed iussione presbyteri sedeat] etiam ante ipsum. Hu.

Exponit literam

NOn oportet. Ad idem ex eodem ex litera patet intellectus. ¶ [Dare panem]. i. benedicere, & consecrare, quia nisi sit prerbyter, non potest consecrare, vt. s. eo. c. diacones. Vel [dare panem]. i. porrigere corpus domini post consecrationem presbyteris, vel etiam alijs sine licentia presbyterorum. Hu.

Exponit literam.

DIaconi Ad idem subiungitur hoc capitulum ex Concilio Carthaginensi. litera patet de se.

PRæsente Presbytero. Ad idem sequit hoc c. ex eodem concilio. Patet sententia. Lege text. ¶ [Synceritas] puta, quia presbyter est fessus, vel alias impotens hoc facere: [Iussus] alias eo præsente nō debet hoc facere, nisi forte tanta sit necessitas, quod eius iussio non possit expectari.

Exponit literam.

1 *Prædicare officium est presbyterorum tantum.*

DIaconus. Ad idem ex eodem. In quo ponuntur duo dicta. Primū est, quod in conuentione. i. synodo episcopali, aut congregatione presbyterorum prædicare nō præsumat diaconus, etiam literatus, nisi rogatus fuerit à presbyteris, vnde subditur. Interrogatus Hu. [loquatur]. i. prædicet, sermocinetur. Alias non licet ei. †Nam prædicare officium est presbyterorum, tantum 16. q. 1. adijcimus. Secundum est, quod [alba] .i. dalmatica nō vtatur, nisi tantum tempore oblationis, & lectionis euangelij. Ar. 6. q. 2. episcopus presbyter.

Exponit literam. 1

NOnnulli. Ad idem est hoc c. ex concilio Toletano, in quo duo facit. Primo narrat excessum quorundam diaconorū. In secunda prohibet illam. secunda ibi. Ergo, vt sublimiores. Lege. ¶ [Nonnulli in primo choro]. i. in superiori parte, vel sede chori. In quibusdam locis ex vtraque parte chori sunt duo, vel tres ordines sedilium. In primo presbyteri. In secūdo diaconi, & subdiaconi. [In tertio vero reliqui. [Ergo] secunda pars. [Vt diaconi agnoscāt presbyteros sublimiores]. i. maiores scitam &c. [in vtroque]. i. in illis duobus ordinibus [diuisim consistant]. i. presbyteri in primo, & diaconi in secundo. Hu. & Arch.

Exponit literam.

Compagis vero. In hoc. §. incipit quarta pars secundum Archid. huius dist. In qua postquam prohibuit, ne diaconi vsurparent officia episcoporum, vel presbyterorum, prohibet ne vtantur sine licentia Apostolicæ Sedis compagis, id est sandalijs, nec [manipulis] id est ornamentis equorum, quæ Constantinus concessit Cardinalibus, quod probat per duo sequentia capitula.

1 *Prohibitum videtur, quod non ostenditur concessum.*

PEruenit. Hoc est primum c. quòd inducitur ad probandum propositum, & est beati Gregorij in registro, in quo summa est, quod diaconus non debeat absque licentia Sedis apostolicæ vti compagis. i. Sandalibus seu caligis episcopalibus.. Et diuiditur in tres partes. In prima narrat excessum cuiusdam diaconi. In secunda committit inquirendum, & remittēdum. In tertia assignat rationē. Secunda ibi. Quia ergo. Tertia ibi Nam si. Lege. ¶ [Peruenit compagis]. i. sandalibus, vel caligis episcopalibus. Et dicitur compagis à compagi. Hug. [quodque] Ar. †quod illud videtur prohibitum, quod nō ostēditur concessum. Ar. di. c. cōtra morem, & 26. q. 2. amputato, & 10. q. 1. hanc, & 2. q. 5. consuluisti, & extra ne se. va. illa, vbi de hoc, & extra de trans. inter. Et hoc intelligitur, vt dicit Hu. de his, quæ sunt de iure speciali. Nam alibi habetur, quod quicquid non est prohibitum, videtur esse concessum, & licitum, vt extra de despon. impu. c. 1. & 27. q. 2. lex diuina, & 30. q. 3. illud. De hoc no. 2. q. 5. consuluisti. Ibi videas. Hu. gl. & Arc. [Quia ergo] secunda pars. [Leuiter attēdendus]. i. non leuiter pertranseundus abusus corruptelæ, sed subtiliter indagandus, ac diligenter perscrutādus. [Nā si] Tertia pars. Et assignatur huiusmodi ratio. s. ne per negligentiam, & dissimulationem via detur alijs similia faciēdi. Vnde primo Esdræ 4. Vide ne negligenter hoc impleatur, & crescat malum.

Diuisio.

Exponit literam. 1

ILlud Ad idem sequitur hoc c. quod est eiusdem beati Greg. in registro. In quo aperte ostenditur, quod vsus manipulorum. i. episcopalium mitrarum, aut ornamentorū, siue cooperturarum equorum solis concessus est dominis Cardinalibus, nec aliquibus alijs clericis competit sine speciali licentia papæ. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur supplicatio Ioannis Rauennatis Archiepiscopi, vt liceret suis clericis vti manipulis. In secunda ponitur responsio Romani Pontificis. secunda ibi. A nostris clericis. Le. tex. ¶ [Illud autem pro vtendis] passiue. Hug. [manipulis]. i. mitris episcopalibus, & coopertturis equorum. [A nostris clericis] secunda pars. [Cum sua conscientia] Factum recitatur. Hug. [ex furtiua]. i. præter authoritatem eius, qui poterat concedere, de conse. dist. 1. certum, & secundum Hu. Ad idem. 28. di. de his [præsumitur]. i. sic habes hic, quod isti clerici, etiam in ecclesia Romana vsi erant manipulis, & tamen non profuit eis præscriptio, sed semper vsurpasse intelliguntur. Dic, quod istud fuit contra ius, quia, licet vsi fuerint in Romana ecclesia, tamen papa ignorauit. Sic etiam intelligitur c. di. cōtra morem, Quasi ignorabat papa vsum archiepiscopi. secundum Inno. qui ita notat extra de præscrip. si diligenti. Arch. multa autem sunt, quæ non præscribuntur, vt legitur, & non extra de præscrip. cum non liceat, in fin. & 16. q. 3. clerici in fin.

Diuisio.

Exponit literam.

Innocen.

DIaconi Hic incipit quinta pars secundum Arch. In qua laudat diaconos quatuor modis. s. à significatione, quia significantur per Angelos ecclesiarum: & per septem candelabra aurea. Secundo à vitæ cōuersatione. Tertio à ministerio multiplici, & maxime, quia sine illis episcopi cantare non debent. Quarto ab institutione, quia instituti sunt à Deo Hug. & Arch. Continuatur autem hoc præcedentibus dupliciter. Primo sic. In præcedētibus reprobatur superbia diaconorum. In hac vero parte extolluntur diaconi humiles, & virtuosi. Secundo sic dictum est in superioribus, quod diacones subesse debent sacerdotibus, sed ne sacerdotes inde nimiū superbirent, inducit hoc c. magister Gratianus, in quo beatus Hierony. ad Rusticum scribens, commendat plurimū diaconos humiles, & bonos, & commendat eos multipliciter, sicut dictum est, quod explanando literam, clarius fiet. Diuiditur tamē hoc c. in tres partes. In prima facit, quod dictum est de commendatione diaconorum. In secunda inuehit contra superbiam, & auariciam quorundam episcoporum. In tertia comminatur eis diuinam vltionem, si non resipiscant. Secunda ibi. Nunc autem sunt. Tertia ibi. Certe, vt ipse. Lege text. ¶ [Diaconi] primo commendantur à significatione tripliciter. Primo, quia [sunt]. i. signanter comparantur episcopis, & si non statu, vel gradu, tamē merito. Illi. n. septem Angeli secundum Richardum de sancto victore

Cōtinuatio

Diuisio.

Exponit literam.

Rich de sancto victore.

victore erant septem ecclesiarum episcopi. Sed, quia boni,& humiles, ac virtuosi diaconi multũ viles sunt in gubernatione ecclesiarum. ideo Angeli ecclesiarum dicũtur. Sic etiam Io.Bapt.dr̃ Angelus.Mat. 11.vnde Malach.3. Ecce mittant Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam. Boni quidem diaconi Angeli dicuntur, qui præparant viam ante faciem domini. Primo quidem præparant viã, offerẽdo panẽ,& vinũ, sacerdotibus in consecratione corporis,& sanguinis Christi. Secundo præparãt viã dño, fideles baptizãdo. Tertio. euãgelizãdo,& prædicãdo, vt quisquam eorum dicat illud Io.1. Ego vox clamantis in deserto. Sicut dicit Isa. propheta c.40. Item commendãtur secundo à significatione septem candelabrum aureorum, quæ sunt in templo domini Apoc.1. boni.n. diaconi dicuntur candelabra, in quibus euangelium doctrinæ lumen superponitur, vt per eos, qui ecclesiam ingrediuntur, videãt. Matth.5. Et dicuntur aurea pp charitatem inflammantem corda ipsorum. Tertio commendantur à significatione vocum tonitruorum ibi[hic sunt voces, &c.].i. significantur per voces tonitruorum, de quibus Apoc.4. Boni.n. diaconi voces dant tonitrui, prædicando verba diuinæ iustitiæ ad concutiendum,& terrẽdum peccatores, & conuertantur, ne Dei vindicta patiantur psal. 103. A voce tonitrui formidabunt.[virtutum] secundo commendantur à vitæ conuersatione, siue à virtutum cumulo, vbi designantur multa. Primo sunt virtutum operatione præclari. Secundo humilitate præditi. Tertio quieti. Quarto euangelizantes pacẽ nunciantes bona, de quibus Apostolus ad Rom.10. Quam speciosi pedes euangelizandum pacem, euangelizantium bona. Quinto[defensiones,&c. resecantes.] Sexto docentes p doctrinam exteriori sermone. Septimo. Soli deo loquentes verbo cordis interiori, deum orando, quo ad priuatam orationem. Sic Anna mater Samuelis orabat, & vox non audiebatur, vt patet primi Regu.1. Et de hoc supra dist.92. cantantes. octauo nihil penitus de mundo cogitantes Mat. 10. Nolite, ait Saluator, cogitare, quid manducabitis, aut bibetis, aut quid induamini, quod pertinet ad ea, quæ de mũdo sunt, quia mundus contemnendus est, non diligendus, & Ioan. 2. Nolite diligere mundum,& ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. [dicẽtes patri, &c. non noui vos] quo ad hoc, vt vos magis diligam, quam Deum.i. nolo proponere amorem vestrũ amori diuino. Hugu. Quia, vt scribitur Matt.10. Qui amat patrem matrem plusquam me, non est me dignus[& filios suos,& c. non agnoscentes] id est, amorem eorum amori diuino præponentes[dicitur]. Luc.14. Si quis venit ad me, & non odit patrem,& matrẽ,& filios,& fratres,& sorores, non potest meus esse discipulus[siue his].i. diaconibus.[Sacerdos] Nomen habet non officium, quia, quamuis episcopus,& sacerdos possit dicere missam sine diacono, tamen episcopus officium missæ solenniter celebrare non debet sine diacono, qui euangelium legat, si habere possẽt[hic minister. a] Hic commendat à ministerio, seu à laudabili officio.[qui sunt ministri Dei] Vnde dominus. Io.12. dicit Qui mihi ministrat, me sequatur,& vbi ego sum illic & minister meus erit.[Scriptũ est] Luc.22. vbi sic scribitur. Qui maior est in vobis, fiat sicut minor,& qui prædecessor est, sicut ministrator. Nã quis maior est, qui ministrat, an qui recumbit. Ego autem in medio vestrum sum, sicut, qui ministrat. Secundum hoc exponitur sic litera ista[maior].i. humilior, vel qui ministrat, si humilitatem seruet, maior est, quo ad hoc, ꝙ ministrat ministratio. s. missæ celebratio, & eucharistiæ consecratio tãtum pertinet ad sacerdotem, & non ad diaconum, vnde cum ordinatur sibi dicitur. Accipe potestatem celebrandi missam in ecclesia Dei. In nomine patris,& filij,& spiritus sancti.[Ita in ministro].i. diacono.[dispensatio] Quia diaconus potest ex licentia sacerdotis dispensare corpus Christi in necessitate [ad communicandum] Vt supra.e. diaconi.[Sacerdoti bus] propter suspicionem cohibendã. Hu.[Calicem] ante.n. quã sacerdos calicẽ orãdo offerat, dẽt sibi exhiberi à diacono. [ante sacerdotes] Locare est[Orant].i. ad orandũ inuitant dicẽtes. Flectamus genua. Et statim sacerdos dicit oremus. Hu.[disposuit] ipsa.n. increata. Sapientia attingit à fine vsque ad finem fortiter,& disponit omnia suauiter. Sapientiæ.8. Vt, qui maior est inter vos, fiat sicut minor[leuitæ] Nota hic propter verba Hieronymi, ꝙ si attendamus ad ordinem, & officij dignitatem, sine comparat one maior est episcopus & sacerdos diacono, vt.j.ea.cap. legimus. Nec per hos actus, quos his inserit Hierony. probatur diaconus maior sacerdote, imo minor, & ad ministerium subseruiens. Sacerdoti. Nam, ꝙ Leuitæ componunt mensam domini, fit, vt sacerdos conficiat corpus domini, quod maius. Vnde in hoc diaconus minister est sacerdotis, & si Leuitæ orant ante sacerdotem, hoc fit, vt per eum, tanquam per ministrũ sacerdotis populus disponatur ad orationem audiendam sacerdotis, sicut, quando dicit. Flectamus genua. Et sacerdos, tanquã principalior dicit oremus,& celebrat missam, quod est altius,& diaconus, vt subseruiens assistit sacerdoti principalius offerenti, sed bene verum est, ꝙ diaconus humilis præfertur superbo episcopo, & sacerdoti merito humilitatis, non in ordine, vel gradu, & si diaconus dicat. Humiliate capita vestra. Sacerdos dicit, sursum corda. Et orat,& consecrat, & cætera agit cui deseruit diaconus per suos actus. Certum magis conuenit Sacerdoti prædicare, quam diacono, vnde dominus officium prædicãdi primo commisit Apostolis,& discipulis, vt patet Mat.10. & Lucæ 10. per quos episcopi,& sacerdotes intelliguntur,& nõ diaconi, qui postea per Apostolos sunt electi, vt supra dictũ est, distin.21. in nouo Cæterum, & si ordo diaconatus est à Deo, principalis tamen est ordo sacerdotum, & expressius. Vnde bene apparet, ꝙ tota ista argumentatio Hierony. est contra episcopos,& sacerdotes superbos, quibus anteponi dicit diacones, si sunt humiles, quia absolute loquẽdo argumentatio nulla esset, imo magis esset ad oppositũ, sicut iam diximus[sufficit huic ordini] quo ad commendationem per dominum tuum [fuisse concessum]. i. institutum. Hu. ¶ Sed contra hoc, quod dicit tantum est c.j.e. dominus. Vbi dicit Cyprianus, ꝙ Apostoli eos constituerũt. Respondetur, ꝙ in veteri testamento sub nomine Leuitarum à domino tñ sunt constituti, in nouo. vnde ly tantum intelligendum est principaliter, ministerialiter autem per Apostolos sunt constituti, vt patet actuum 6.[sicut in Romano.] secunda pars. In qua inuehit contra auaritiam episcoporum,& maiorum, de cuius vitij vniuersalitate dr̃ Ier. 6. A minori vsque ad maiorem omnes studẽt auaritiæ,& à propheta vsque ad sacerdotem omnes faciunt dolum.[perijt lex] Eze.7. dr̃. Quærẽt visionem de propheta. Lex perijt à sacerdote, & consilium à senioribus, & certe lex perijt à sacerdotibus, quia multi ea opere non seruant. Eze.22. Sacerdotes contempserunt legem meã,& Isa.5. Abiecerunt legem,& 16.q.7.c.1. hoc[& visio].i. gratia prophetandi. Iã non est propheta amplius psal.74. [singuli] inuehit contra auaritiam,& violentiam, ac superbiam quorundam episcoporum, qui rapiunt,& vsurpant bona diaconorum, contra quos Isa.1. Principes tui infideles, socij furum[absque ecclesia].i. absque authoritate, & generali institutione ecclesiæ. Hug.[Iuste].i. suis meritis. Hug.[solus.] Hic enumerat multa, quæ ex episcoporum auaricia oriuntur, quia secundum Apostolum 1. ad Tim.6. Radix omnium malorum est cupiditas [possidere] contentus debet esse quisque, vt possideat sua, & non inuadat aliena. Hoc dominus iubet Exo.20. non furtum facies. Nõ concupisces rẽ proximi tui subuectorium.i. iumentum.[hoc sibi vendicent.] Et non plus, vt 17.q.2. hoc tantum,& 9.q.3. cõquestus Hu. [Aequalem] Quo ad hoc, imo & in alijs, & est secundus gradus humilitatis, vt.s. dist.22. Constantinopolitana.[In ministerio missæ] præsertim. Hug.[ita in dispensatione].i. in distributione[stipendiorum] Quia debent cum his, qui secum laborant diuidere. Ar. pro distributione portionũ inter clericos. [certe] Tertia pars. In qua comminatur diuinam vltionem huiusmodi superbis episcopis, nisi resipiscant [clamat ad dominum.] psal.119. Ad dominum, cum tribularer, clamaui,& exaudiuit me.[vltionis] Vt sciat talis pauperum inuasor, ꝙ diuitiæ sibi non proderunt in die vltionis. Prou. vndecimo. dicit. Non differtur ex toto, quoniam sequetur hic, vel in futuro. Sed, ideo dicit, non differtur breue est omne, quod futurum est, vt 23. quæstione quinta. ipsa pietas,& de pen. distin.5. consideret. Hu.[redditũ] dominus.n. pius, & misericors ait. Malach.3. Reuertimini ad me,& ego reuertar ad vos. Et Zachariæ primo. conuertimini ad me,& ego reuertar ad vos, dicit dominus[saluari.] si conuertatur impius ab impietate sua dominus miserebitur eius,& non recordabitur iniquitatũ suarum. Ezec. 18. Et ideo ait dominus Isa.45. Conuertimini ad me,& salui eritis. Ipse.n. vt ait Apostolus 1. Tim.2. Vult omnes homines

Marginal notes:

a ¶ Minister a Minister malus est contrarius laudi Dei. Pe. de An. ĩ c.1. nu.3. de off. cust. Et quis di catur minister nudus Vide gl.& Bar. in l. si quis Titio decẽ,& i l. quisquis & in l. Lucius § à test. de le.2. Ba. in l. pecuniæ. de alim. le. Ba. i l. vnica. §. i 1. de cadu. tol.

Opponit


Respondet.

mines saluos fieri. Voluntate saltem antecedente, qua con siderastur natura ad imaginem Dei facta.[vsque ad mortẽ] Inclusiue, quia post mortem non est locus pęnitentiæ, nec miserationis psal. 58. Non misereris omnibus, qui operantur iniquitatem[assidue]. i iterato. Hu. & Arch.[non miseretur. Vnde Ezechielis 8. de talibus morientibus in peccato mortali dr̃. Non parcet oculus meus, nec miserebor. Et ideo dicitur Iob. 7. Qui descendit ad inferos, non ascendet, quia in inferno nulla est redemptio.

Cõtinuatio

Hoc capitulo. §. est, in quo incipit sexta pars huius distinctionis. In qua laudat presbyteros, & humiliat diaconos. Et continuatur ad præcedentia dupliciter. Primo sic. Supra damnata est superbia, & auaritia Sacerdotum. Nunc reuertitur ad reprobandum diaconorum superbiam. Secundo sic. In superiori c. multa Hierony. dixerat in commendationem diaconorum, & quia inde diaconi superbiebant, adæquantes se, vel etiã præponentes presbyteris. Nam sæpe ex laudis præconio nascitur superbiæ elatio, ideo magister Gratianus inducit sequens c.

1 *Differentia an semper fuerit inter episcopum, & presbyterum in gradu potestatis, & prælationis.*
Quod sic in administratione sacramentorum. nu. 2.
3 *Sacerdos simplex, nec de iure, nec de facto potest conferre maiores ordines.*
4 *Ecclesia non potest impedire effectum sacramenti, quando concurrunt ea, quę sunt de necessitate sacramenti.*
5 *Episcopus græce, latine superintendens dicitur.*
6 *Imperator, an ex sola electione principum sit imperator.*
7 *Electus in imperatorem ex sola electione, antequam sit approbatus, non habet potestatem imperialem.*
Approbatus tamen per papam habet administrationem, ante quam sit coronatus, & dicitur Rex Romanorum nu. 8.
Non tamen imperator nu. 9.
10 *Ecclesiæ Romanæ totus orbis tenetur obedire.*
11 *Priuilegium paucorum non est trahendum ad consequentiam.*



Legimus. Hoc c. est beati Hieronym. ad Euagrium presbyterum, & nõ Euandrum, vt quidam false habent in suis libris. In quo ostenditur, ꝙ presbyteri sunt diaconibus præferendi, & hoc probat tripliciter. Primo. s. ratione nominis, siue appellationis, quia olim idem dicebatur presbyter, & episcopus. Secundo ex ratione officij, siue institutionis, quia ad maius officium sunt instituti presbyteri, quam diaconi. Tertio rõne promotionis, quia diaconus promouetur in Sacerdotem, & non econuerso, promotio. n. non fit, nisi de minori ad maius ẜm Hu. Et ẜm hoc c. hoc põt diuidi in tres partes. Secunda ibi. Quid. n. facit. Tertia ibi. Quid prouehitur. Materia principalis huius cap. est. Vtrum discretio episcopi, & presbyteri sit ab institutione diuina, vel ab ordinatione Ecclesiæ, & licet hanc quæstionem. s. disputauimus di. 21. in c. 1. nihilominus tamen pro maior intelligentia quæritur. † Vtrum inter episcopum, & presbyterum semper fuerit differentia in gradu potestatis, & prælationis. Et videtur, ꝙ non. Primo sic. Quæ sunt synonyma, vnum realiter non distinguitur ab alio, & per consequens nec gradu potestatis, sed Hieronymus hic dicit eũdem esse episcopum, & presbyterum. Et super episto. ad Ti. dicit. Idem presbyter, qui episcopus: ergo, &c. ¶ Secundo sic illud, quod ab hominibus est institutum ad vitationem scismatis non videtur habere institutionem à Deo, sed huiusmodi differẽtia est ab hominibus instituta hac de causa, vt patet in præsenti. c. vbi sic dicit Hieronymus. In scismatis remedium episcopos presbyteri eligebant ex se semper vnum, & in excellentiori gradu collocabant, quem episcopum nominabant. ¶ Et idem in c. olim. j. di. 95. Vbi dicitur. Ipsi. i. episcopi nouerint se magis consuetudine, ꝙ dispositionis dominicæ veritate presbyteris esse maiores. ¶ Quarto sic. Ordo presbyterorũ ponit vltimus ordo inter septẽ, vltra quẽ non est alius ordo. Cum ergo ẜm hoc ordo episcopalis nõ distinguatur à presbyterali, videtur, ꝙ inter istos non sit differẽtia aliqua in gradu potestatis. ¶ Quinto sic. Nulla potestas ordinis, vel consecrationis fuit in Apostolis, in quorum locum successerunt Episcopi, nisi à Christo, Sed Christus non ordinauit eos, nisi in ordine sacerdotali, vt probabitur, ergo nec Apostoli prius, nec episcopi mõ habẽt potestatem ordinis, nisi sacerdotalem, probatur minor, quia Christus solũ vr̃ ordinasse Apostolus in cena, qñ tradidit eis corpus suum, & sanguinem dicens. Hoc facite in meã commemorationem. Et iterum post resurrectionem, qñ dixit. Accipite spiritum sanctum. Quorum. n. &c. Vtraque aũt ordinatio est simplicis sacerdotis. Ergo, &c. ¶ In oppositum sunt capitula plura huius distinctio. sicut. c. A subdiacono, & c. Nulla in quib. præcipitur, ꝙ presbyteri subsint episcopo, tanquam maiori, & capituli eorum. Sed inter ea, quæ solo nomine differunt, & non gradu ptãtis, est impossibile, ꝙ vnum sit maius alio. & caput respectu aliorum: ergo, &c. ¶ Respondeo dicendum, ꝙ circa hãc dr̃iam triplex opinio reperitur. Vna est, quæ magis error dicenda est, quã opinio, ꝙ inter episcopum, & presbyterum nulla in re sit dr̃ia, qui error dr̃ esse Arrij, Vnde S. Aug. in l. de hæresibus inter dogmata hæretica enumerat presbyteros non differre ab episcopis dicens, ꝙ Arriani presbyterum ab episcopo nulla dr̃ia debere discerni, vt dicit San. Thom. in 2. 2. q. 184. ar. 6. Alia est opinio dicentium, vt tangitur hic in gl. & per Hu. ꝙ licet modo sit dr̃ia inter episcopum, & presbyterum non solum in nomine, sed etiam in celebratione sacramentorum quorundam, quæ hodie simplicib. presbyteris prohibentur, vt di. 68. quãuis, & de cons. di. 5. manus. Ante tñ, vt pote tp̃e Apostolorum, sicut conueniebant nomine. Quia idem episcopus, (qui est presbyter) ita cõueniebãt in officio, siue administratione. Nã presbyteri episcopi indifferenter oĩa sacramenta celebrabant ministrabãt, conficiebant. Et confirmant opinionẽ suã per c. olim. s. inductũ. Et cum dr̃, ꝙ à tp̃e Apostolorum nõ poterãt conferri, aut cõfici, nisi ab apostolis. Qui aũt loco eorum successerunt sunt episcopi. Respondent dicentes, ꝙ oẽs presbyteri tunc succedebant loco apostolorũ ad oĩa, ad quæ episcopi. Et ita in celebratione sacramentorũ nulla erat differentia inter episcopos, & presbyteros, sed post modũ ad tollendũ scisma, quod ex paritate officiorũ exortũ erat factum est, vt talia sacramenta nõ possent confici, vel conferri, nisi ab epis, & sic non solum nomine, sed in administratione, seu sacramẽtorum celebratione differrent. dicunt etiã, ꝙ vtrunque bonum obtinuerunt tp̃e Apostolorum. s. & cõitatẽ sacramentorum, & dr̃iam. Primo. n. oẽs oĩa sacramenta cõficiebant, sed hoc modicũ durauit. Postea similiter tp̃e apostolorũ facta est inter eos diuersitas, vt. s. quædã sacramẽta solis episcopis concederentur, vt di. 68. quãuis. Et ita hoc obtinuerunt à tp̃e Apostolorũ & minores presbyteri, locũ 72. discipulorũ tenẽtes vt in c. in nouo. di. 21. Sed ista est opĩo falsa, quo ad eas conclusiones, quas ponit, quarum prima est, ꝙ olim fuerat prælatus officiorum, sicut & nunc. ita, ꝙ in collatione sacramentorum nulla erat dr̃ia inter illos. Asserit. n. ꝙ summa ptãs ordinis est ptãs sacerdotalis, ita, ꝙ oĩs sacerdos, quantum est de potestate sacerdotali oĩa põt sacramẽta ministrare cõfirmationem, oẽs ordines, oẽs benedictiones, & oẽs consecrationes facere. ¶ Secunda conclusio illorũ, ꝙ illa ptãs consecrationis, & ordinationis, q̃ nunc est in episcopo maior, q̃ presbytero, est ex sola institutione ecclesiæ contra quas duas conclusiones ponuntur duæ cõtrarię.
PEruenit. Inducitur à magistro Gratiano hoc. c. quod est Gregorij ad probationem propositi sui: vbi manifeste beatus Gregorius concessit tunc vt simplices sacerdotes, vbi Episcopi desunt possint cũfirmationis Sacramentum præstare. Breue est. Pro pleniori intelligentia huius partis, quæ etiam tangitur, de cōse. di. 5. c. manus. sunt videnda, quæ disputauimus ibidem in prædicto. c. manus, vbi specialiter disputauimus inter alia, hanc quæstionem, quæ hic tangitur, videlicet. Vtrũ simplex. Sacerdos ex commissione Papæ posset confirmationis sacramentum conferre. Licet ibi plene dixerimus, volumus tñ hic aliquid commemorari, quia fortassis aliqñ cōtinget, q apud aliquem habebitur lectura supra tractatũ de cōsecratione: Quæritur ergo sic. videlicet. ¶ † Vtrũ Papa Gregorius vere, & licite concesserit simplicibus Sacerdotibus in fronte chrismare baptizatos. Et arguitur, q non sic. Illud, quod non est possibile fieri per Papã, nõ potuit vere, & licite conferri per beatum Gregorium, patet. Sed concedere simplici sacerdoti cõferre sacramentum confirmationis baptizatis nõ pôt fieri authoritate papæ: ergo &c. Consequentia patet. Minor ꝓbatur sic. Sicut se habet hoc, quod est sacerdotis ad sacerdotem: ita hoc, quod est Episcopi ad Episcopũ. Sed nullus nõ Sacerdos propter quamcunq; commissionem Papæ potest eucharistiam conficere, quod est Sacerdotis, ita videtur, quod nullus nõ Episcopus, etiam ex cōmissione Papæ potest confirmare, quod est Episcopi vnde ad confirmandũ baptizatos per Philippum non Apostolũ in Samariã missi sunt Petrus & Ioannes Apostoli, quibus manus imponētibus, acceperũt Spiritũ Sanctũ, vt patet Actũ. 8. In signũ, q Apostoli, & successores eorũ. s. Episcopi, & nõ alij possunt baptizatos chrismare. ¶ In oppositũ arguitur ex litera præsentis ca. & ex authoritate beati Gregorij. ¶ Respondeo dicendum, q hic est multiplex modus dicẽdi. Quidã. n. dicunt, q Gregorius nec vere, nec licite concessit hanc authoritatẽ simplicibus sacerdotibus. quia nõ potuit ipse hoc cōcedere, eo q hõ fuit, & errare potuit, vt dicit dominus Durãdus sup. 4. sententiarũ. di. 7. vbi disputatur ista materia, sed isti dicentes, q beatus Gregorius errauerit in dispensatione. Sacramentorũ, nõ inducentes ꝑ se authoritatẽ sacræ scripturæ nõ sane loquũtur de sancto Gregorio, q præstātioris certe authoritatis sanctitatis, & sapientię reputatur, & tenetur ab vniuersali Ecclesia, q̃ ipsi fuerũt. Alij vero dicentes idẽ, videlicet, q nec ex cōmissione Papæ simplex sacerdos possit conferre sacramẽtũ cõfirmationis. Respõdent ad hoc. c. dicẽtes, q de mãdato, siue cõmissione beati Gregorij illi Sacerdotes non cõferebãt sacramentũ confirmationis, sed aliqd sacramẽtale simile illi sacramẽto, sicut alicui porrigitur panis benedictus loco eucharistiæ. Sed nec isti benedicunt, non. n. videtur cõueniens, vt talẽ simulationẽ in dispẽsatione. Sacramentorũ induxisset vir tantæ sanctitatis, & sapiẽtiæ, sicut Beatus Gregorius, vel etiã sustinuisset, quia dispensatio Sacramentorũ pertinet ad veritatem doctrinę, quæ nõ est ꝑ ꝑ scandalũ dimittẽda, ẜm illud Gregorij. Vtilius nasci permittitur scandalũ, quã vt veritas relinquatur, vt in ca. qui scandalizauerit. extra de reg. iuris. in antiquis. ¶ Alij vero dicũt, q licet, & bene beatus Gregorius concessit illã facultatẽ simplicibus. Sacerdotibus, sed ad hoc vario ex capite mouentur. Aliqui dicũt, q ideo licite, & vere fecit, quia tãta est potestas papæ, q eius mandato quilibet potest cõferre, quod habet, vt confirmatus cõfirmare. Sacerdos sacerdotium cõferre. Diaconus Diaconatũ, non aũt mãdato pôt quis conferre, q non habẽt. 1. q. 1. gratia. Et huius opinionis videtur esse Hu. vt patet hic. sed isti licet in conclusione benedicãt, malo tñ, & falso fundamẽto illã roborant. Falsum. n. est, qđ dicunt in prima parte, qm cõferre ordines sacros, quorũ actus respectũ habẽt ad corpus Christi verũ, supra q Papa nõ habet maiorẽ potestatẽ, q̃ simplex Sacerdos, nõ pôt papa hoc alicui committere, nisi Epo, licet cõferre ordines minores (quorũ actus respectũ aliqu habẽt ad corpus Christi mysticũ: supra q papa habet plenitudinẽ potestatis) papa possit committere simplici sacerdoti, vt dicit sanctus Tho. in di. 7. Et ratio assignabitur. ĩ. plenius. ¶ Secundo fundamẽtũ illorũ quo ad secũdã partẽ est falsum. † qm non baptizatus pôt baptizare, sicut in eo. c. Romanus. de conse. di. 4. & ca. se. Et iterũ, qui non vnctus, pôt inungere infirmũ, vt patet Iacobi. 5. Infirmatur quis in vobis. &c. Alij vero dicunt, q beatus Gregorius loquitur ẜm primitiuã Ecclesiã, cũ presbyteri ipso iure tale sacramentum cõferebant. Sed nec isti benedicũt qm tunc nulla esset permissio Gregorij, nec nouæ authoritatis cōcessio ¶ Præterea queadmodum supra. dist. 93. dictum est. Nũquã licuit simplicibus sacerdotibus facere ea, quæ sunt ordinis Episcopalis, nisi ex speciali cōmissione Ecclesiæ. Alij dicunt, & melius, q beatus Gregorius verte, & licite concessit talem facultatẽ illo tẽpore simplicibus. Sacerdotibus. Tũ quia potuit, sicut declarabitur. Tũ quia vrgebat aliqualis necessitas, quia Episcopi erant absentes, & cum difficultate haberi poterant. Pro quo notandum iuxta sanctum Thom. in quarto distinctione. 7. Quod cum Episcopatus non addat aliquid supra sacerdotium per relationem ad corpus Christi mysticum, papa per hoc, quod est Episcopus summus non habet plenitudinem potestatis per elationẽ ad corpus Christi verum; sed per relationem ad corpus Christi mysticum. Et quia sacramentalis gratia descẽdit in corpus Christi mysticum à capite. Ideo oĩs operatio in corpꝰ Christi mysticum sacramentalis, per quam gratia datur, dependet ab operatione sacramentali supra corpus Christi verum. Et ideo solus sacerdos potest absoluere in foro pœnitentiali, & baptizare ex officio. Et ideo dicendum, quod promouere ad illas ꝑfectiones, quæ non respiciunt corpus domini verum. s. solum corpus mysticum possunt à papa, qui habet plenitudinẽ pontificalis potestatis, cõmitti sacerdoti, qui habet actũ summum supra corpus Christi verum, non autem Diacono, nec alicui inferiori: qui non habet ꝑficere corpus domini verum sicut nec absoluere in foro pœnitentiali, nõ pôt autem simplici sacerdoti committere promotionem, quæ respicit aliquo modo corpus Christi verum. † Et ideo simplex sacerdos ex mandato domini Papę nõ pôt cõferre ordinem sacerdotij, quia ordines sacri habent actum supra corpus Christi verum, vel supra materiã eius, pôt autem concedere simplici Sacerdoti, quod conferat minores ordines, quia isti nullum actũ habẽt supra corpus Christi mysticũ, per quẽ gratia cõferatur, sed habent ex officio quosdam actus secundarios, & præparatorios. Et similiter pôt concedere alicui sacerdoti quod confirmet; quia confirmatio perficit eum in actu corporis mystici; non aũt habet aliquã relationem ad corpus dñi verum: formatur ergo ratio sic. Illa quæ pertinẽt ad potestatẽ consecrationis & respiciunt corpus Christi mysticum possunt alijs q̃ Episcopis committi, & maxime Sacerdotibus vt patet ex dictis: qm cõferre minores ordines sacerdotibus nõ consecratis Episcopali cõsecratione; vt patet de presbyteris. Cardinalibus: & Abbatibꝰ. Sed sacramentum confirmationis respicit corpus Christi. Confirmatio. n. armat & instruit ad agones huius mundi & prælia refrenanda. de conse. di. 5. c. Spiritus sanctus. & per spiritum sanctum baptismũ roborare ad prædicandum alijs donum, quod in baptismate assecutus est in eo. ca. nouissime pertinet etiam ad potestatem consecrationis: ergo simplicibus Sacerdotibus committi potest, quod etiam ex præsenti ca. vbi Gregorius Papa legitur simplicibus Sacerdotibus commisisse patet. Alexander etiã de Halis in. 4. ita dicit. Quamuis sacerdos non possit confirmare propria authoritate, tñ pro causa vtili, & necessaria Summus pontifex, in quo est plenitudo potestatis, potest alij, quã Episcopo committere, & ille non facit authoritate propria, sed authoritate sibi commissa: vnde potius facit eius authoritate sibi commissa quam sua. Hæc ille. Sequitur eum dominus Bonauentura, & dominus Petrus de Tarantasia. ¶ Nunc dicendum est ad rationem in oppositum. Ad quam responde tur, negando minorem. Et ad probationem, negatur assumptum. Dicimus. n. q non est simile. Et ratio est, quoniam ea, quæ sunt sacerdotis, vt conficere, & absoluere in foro pœnitentiali, cum habeant relationem ad corpus Christi, verũ talium dispensatio non pôt cõmitti, nisi Sacerdoti. In relatione aũt ad corpus Christi verũ (sicut superius dictũ est) papa nõ habet plenitudinẽ potestatis. Inter ea aũt, quæ sunt Epi, plura sunt, quæ

Marginalia: Quæstio 1; Primũ art.; Opponit & Respondet; Durandus 4. sen. dis. 7. q. 4.; S. Thom. 4. sen. dis. 7. q. 3. prin. ar. 2. q. 3.; S. Thom. 4. sen. p. 7. q. prin. arg. 2. q. 3. Ter. p. sum. q. 72. ar. 11. Et quol. 11. ar. 7.; Alexander de halis.; Bonauent. petrus de Tharãtasia. Ad argu.

sunt, quæ habent relationē ad corpus Christi mysticum, cuiusmodi sunt dispēsatio minorū ordinū, & cōfirmatio, sicut supra habitum est. Et ideo talium dispēsatio cū papa habeat plenitudinē potestatis, pōt committi non Episcopis, dū tñ sint sacerdotes. Verum de ista materia plenius diximus. de con. di. 5. in c. manus. ibi vide. Lege tex. ¶[Peruenit Tangere in fronte.] Nam in vertice ipso iure licet eis, de conse. dis. 5. nouissime. [prohibuimus] Et merito, quia solis pontificib. reseruatū est confirmare chrismate baptizatos. Et in. c. manus. de conse. di. 5. Quod etiam erat apud Apostolos, vt patet Actuū. 8. [vsum nostræ ecclesiæ]. s. Romanę [vbi desunt] Ratione absentiæ, & punire aliqua licent, quæ alias non licerent concedi. Ar. 21. q. 1. c. 1. & 26. q. 6. c. vlt. & s. di. 93. Diacones. [Concedimus] Et hoc pro scandalo vitando. Nā rōne scandali multa permittūtur, quæ de iure communi non licēt Ar. 23. q. 4. cum quis non potest. Cum ergo hoc fuerit permissum pro scandalo vitādo, patet ꝙ non licebat presbyteris tradere tale sacramētū, & si pſumebāt, nihil tradebāt. Hu.

Exponit literam.

1 *Sacramentum confirmationis non est ipsum chrisma: sed linitio Chrismatis sub forma verborum.*



Presbyteros. Ad idem subiungitur hoc. c. quod est Gelasij. Papæ. In quo prohibetur Presbyteris, ne cōfirmandi nec chrisma cōficiēdi vsurpent facultatē, cū ista ex officio spectēt ad fastigiū Episcopalis dignitatis. Breue est. Lege te. ¶[Presbyteros. Episcopali fastigio debita.] Certe confirmatio soli dignitati conuenit ex officio, quod ex eo patet, quia soli Episcopi in locū Apostolorum succedūt, vt in. c. in nouo. di. 21. Sed soli Apostoli in primitiua Ecclesia manus imponebant, quod erat confirmare, ergo soli Episcopi ex officio possunt confirmare. Patet etiā rōne sic iuxta S. Tho. in. 4. in omnibus actibus. & potentiis ordinatis, & habitibus ita est, quod vltima perfectio reseruatur inducenda per supremā artē in genere illo, sicut artes, quæ operantur circa materiā artis nauis, reseruant inductionē formę arti superiori, quæ nauē cōpaginat, & illa reseruat finē. s. vsum nauis arti superiori. s. gubernatoriæ, vnde cum Episcopi in Ecclesiastica hierarchia teneāt supremum locum illud, quod est vltimum in actibus hierarchicis, eis reseruandū est. Et quia perficere aliquid hoc mō, quod sit supra rōnē status aliorum est supremū in actionibus hierarchicis. Ideo sacramenta confirmationis, & ordinis, quibus hoc efficitur, solis Episcopis merito dispensanda reseruantur. Non cōficiendi chrismatis. Dicit hic Hug. Nota, quod chrisma, vel liquor ipse est sacramentum. Ar. 1. q. stione prima multi. & de conse. di. 4. literis. Vbi dicitur, ꝙ vetus sacramentū comburatur. Sed in hoc dicit Verum. Hug. Vnde S. Tho. in. 4. di. 7. Quidā dicūt, ꝙ chrisma sit Sacramētum. Sed hoc falsum appareat in hoc, ꝙ vsus chrismatis in pluribus est, quā sacramentum cōfirmationis, sicut patet de baptizato, qui chrismate in fronte linitur, & de pontifice, cuius caput chrismate inungitur. † Et ideo dicendum. ꝙ sacramentū cōfirmationis nō est ipsum chrisma, sed linitio chrismatis sub forma præscripta verborum. Illa benedictio vocalis chrismatis nō est forma sacramenti, sed magis est quædā benedictio sacramentalis, sicut benedictio aquæ, vel altaris hæc S. Tho. Ad id vero, quod inducitur de capitulo, literis de con. di. 3. Respondetur, ꝙ sacramentū de aliquo potest prædicari dupliciter. Vel ꝑ causam, vel per essentiam. Dicimus, ꝙ ille textus est intelligendus, quod chrisma sit sacramētum per causam materialem, non per essentialem. qui voluerint plura intelligere de materia huius sacramenti, videant, quod diximus de conse. dist. 5. circa materiam istam arripere non prohibemus facultatem.

Exponit literam.

S. Thom: 4 sent. di. 7. q. 3. pr. art. 2. q. 2.

Cōtra Hu. S. Thom. 4. sen. dis. 7. q. 2. pri. ar. 2. q. 3. ad. 3. 1

Sed istud. §. est in quo Gratianus soluit contradictionem, quæ videbatur esse, dicēs, quod illud Gregorii pro scandalo vitādo, & semel dicitur factū. Illud autem Leonis. in c. quāuis di. 68. & Gelasij in ca. præcedenti est, quod vniuersaliter obseruandū ꝑponitur [nisi forte] ibi ponit aliā respōsionem, videlicet quod illud Gregorij intelligatur, Episcopo absente, & in necessitate extrema cogēte, & ex concessione Gregorij. Dicta vero aliorum pontificum accipiātur, cum Episcopi sunt præsentes. Sed ista responsio nō multum valet: quia cū sacramentū confirmationis non sit sacramentum necessitatis, nec potest hic tam extrema necessitas interuenire, vt simplices Sacerdotes etiam absentibus Episcopis, possint confirmationis sacramentum dispensare.

2 *Vnum dicitur multipliciter.*

4 *Oleum dicitur materia remota sacram: n: i extremę vnctionis Sanctificatum tamen, & consecratum dicitur materia propinqua. num. 5.*

Et debet esse consecratum per Episcopum. nu. 6.

8 *Sacramētū extremæ vnctionis nō debet dari sanis sed infirmis. Et quibus infirmis num. 9.*

Nec etiam debet dari furiosis, nec amentibus. nu. 10. Nec etiā paruulis. nu. 11.

12 *Sacramenti extremæ vnctionis duplex est effectus.*

14 *Laicus non potest dispensare sacramentū extremæ vnctionis.*

16 *Diaconus non potest cōferre sacramentū extremæ vnctionis.*

Oleo. §. est. In quo incidenter intrat materiā sacramēti extremæ vnctionis dicēs, ꝙ dispensatio illius bene competit ipsis simplicibus presbyteris. Pro cuius plenio ri intelligentia quæruntur quatuor.

1 ¶ Primum est vtrum extrema vnctio sit sacramentum.

3 ¶ Secundum est vtrum materia sacramenti extremæ vnctionis sit oleum sanctificatum.

7 ¶ Tertium est vtrum hoc sacramentum sit dandum solis infirmis.

13 ¶ Quartum est, vtrum minister huius sacramentis sit solus Presbyter.

1 Ad primum Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ extrema vnctio non sit sacramētum. Primo sic. Quia sicut oleum per Episcopū consecratū assumitur ad infirmos, ita ad cathecuminos, sed vnctio olei ad cathecuminos non est sacramentū: ergo nec vnctio olei ad infirmos. ¶ Secūdo sic. Cū lex noua sit præfigurata in veteri: ergo & sacramēta nouæ legis in sacramētis legis veteris, sed extrema vnctio nō fuit præfigurata, qa nulla talis vnctio fiebat, ergo non est sacramentū. ¶ Tertio sic. Omne sacramētum cum sit medicina spiritualis ordinatur ad medicinā spiritualem non corporalē: sed extrema vnctio ordinatur ad sanitatem corporalē, ſm illud Iacobi. 5. Infirmatur quis in vobis, & c. Ergo non est sacramentū, cū in eo plures vnctiones, & ad diuersas partes adhibeantur: ergo, & c. ¶ In oppositū est, ꝙ inter septē sacramēta enumeratur extrema vnctio. ¶ Responsio. dicendum, ꝙ extrema vnctio est sacramētū. Ista cōclusio ꝓbatur. Sacramēta nihil aliud sunt, vt dicit Hu. de sancto Victore, quā quædam medicinæ spirituales. Sed extrema vnctio est quædam medicina spiritualis, quia valet ad remissionem peccatorum. vt habetur Iacobi. 5. Ergo est sacramentum. ☙ Pro cuius conclusionis pleniori intelligentia est notandū, ꝙ in spiritualibus medicinis quædā sunt, tanq̄ principalia, quæ. s. per se ordināt ad curationē alicuius morbi. & hęc dicuntur sacramēta. Quædā vero sunt accessoria, quæ ordinātur per aliud medium, vt cathecismus, & exorcismus per baptismū, & hęc dicuntur sacramentalia. Extrema vero vnctio ꝑ se ordinatur ad aliquē effectū spiritualis consecrationis, nō per aliud, vnde sacramentū est non sacramentale ¶ Secunda conclusio est, ꝙ extrema vnctio sit vnū sacramētū: probatur cōclusio. Primo sic. Sicut se habet immersio ad baptismū, ita se habet vnctio ad sacramentū. Sed plures immersiones sunt vnū sacramētū baptismi. ergo plures vnctiones sunt hic vnū sacramētū. Pro cuius cōclusionis pleniori intelligētia est notādū iuxta S. Tho. in. 4. & Petrū de palude,

2 † Quod vnū dr̄ tripliciter. Vel vnitate indiuisibilitatis, sicut punctus. Vel vnitate cōtinuitatis, sicut linea. Vel vnitate ꝑfectionis, siue à perfectione formę, sicut anima, siue à perfectione finis, sicut domus. Et hoc vltimo modo quoddam sacramentum dr̄ esse vnū, inquantū plura, quæ sunt in vno sacramēto, adunantur ad vnū aliquid perficiendū, & causandū: qa sacramentū significādo, causat. Qñ ergo vna actio sufficit ad ꝑfectā significationē, vnitas sacramēti cōsistit in illa, vt patet i Cōfirmatione, qñ significatio ꝑfecta pōt eē in vna multis alijs actionibus, tūc sacramētū pōt perfici in vna, vel in pluribus perficitur. Qñ vero significatio ꝑfecta nō pōt esse, nisi in pluribus, tūc plures actiones sunt de ꝑfectione sacramēti, sicut in Eucharistia, cuius cōsecratio fit sub duplici spē, qa refectio corporalis, q̄ significat spiritualē, nō pōt esse, nisi ꝑ cibū, & potū. Et similiter est in hoc sacramento, quia curatio interiorū vulnerū nō pōt perfecte significari, nisi ꝑ appositionē medelę ad diuersas vulnerū radices. Ideo plures actiones sunt de perfectione huius sacramēti ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, negādo cōsequentiā, & rō est, quia vnctio cathecuminorum

Primum ar.

Scd̄m arg.

Tertium ar

Opponit & Respondet prima conclusio.

Hugo de sancto Victore.

Scd̄m̄ ar.

S. Thom. 4. sen. d. 23. q. 1. ar. 3. Pet. de pal.

Ad primū argu.

norũ nõ ordinatur per se ad remissionẽ peccatorum, sed per aliud.s.baptismum. Et ideo vnctio illa non est sacramentum sed vnctio extrema quæ per se ordinatur. Non.n.est annexa alicui sacramento, sicut vnctio cathecuminorũ baptismo. Et ideo est sacramẽtum. Ad secundã respondetur, negando cõsequentiam. Et ratio est iuxta S.Thom. quia hoc sacramentum immediate ad gloriã hominem disponit, cum exeuntibus a corpore detur. Et quia in veteri lege non erat adhuc tẽpus perueniendi ad gloriam, quia neminẽ ad perfectum adducit lex. Ideo sacramentum istud sibi præfigurari non potuit per aliquod sacramentũ, sibi respondens, sicut per figurã eiusdem generis, quamuis per figuras remotas aliquo modo figuratũ sit in oĩbus curationibus, quæ legũtur in veteri testamento. ¶ Ad tertiam respondetur, ꝙ hoc sacramentũ principaliter ordinatur ad salutem spiritualem, & ex consequenti ad corporalẽ. Et ideo ratio non procedit. ¶ Ad quartã patet responsio ex dictis. Nihilominus respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia licet illæ actiones sunt plures simpliciter, vnde vniuntur in vna perfecta actione, quæ est vnctio omnium exteriorum sensuum, quibus hauritur mors interior. Ipsa ergo vnctio vniuersalis ex omnibus particularibus conflata dicitur sacramentum.

Ad scdm S. Thom. — Ad tertium — Ad quartũ. — Primũ ar.

3 **Ad secundum.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ oleum per Episcopũ sanctificatũ non sit materia huius sacramẽti. Primo sic. Vbi est maius periculum ibi debet communius remedium adhiberi, sed oleũ oliuæ nõ est cõmune remediũ, qui nõ inuenitur in qualibet terra: ergo cũ hoc sacramentum detur exeuntibus, qui sunt in maximo periculo, videtur quod oleũ oliuæ non sit conueniens materia. ¶ Secundo sic. Arguitur, ꝙ non oporteat esse sanctificatũ. Hoc Sacramentum habet vnã sanctificationẽ in vsu per formam verborũ: ergo superfluit sanctificatio, que ad materiam fiat. ¶ Tertio arguitur, ꝙ non oporteat per Episcopũ sanctificari. dignior est consecratio materiæ Eucharistiæ in sacramẽto Eucharistiæ, quã in hoc sacramẽto, sed materiã in sacramẽto eucharistię põt simplex sacerdos sanctificare: ergo, &c. ¶ In oppositũ est.§. præsens, vbi dicitur oleo sancto. &c. ¶ Respondeo dicendũ sub certis conclusionibus.
4 Prima cõclusio. † Materia remota huius sacramenti est oleũ oliuarum. Sicut.n. olim in tẽplo (vt dicit Petrus de palude) non inferebatur, nisi oleũ oliuarũ purissimũ, ita nũc in sacramentis Ecclesiæ, non oleũ nucum, licet in lampadibus Ecclesiæ esse possit nec Papa possit facere, quod de oleo nucum, quantũcunq; consecrato esset hoc sacramentũ, quia non põt mutare materiã sacramenti, licet posset facere, ꝙ oleũ ad cathecuminos esset de nucibus, vel quo vnguntur manus Sacerdotis, quia illa sunt sacramentalia, quæ subiacent suæ dispositioni, non autem sacramenta. Quod ergo oleum oliuarum sit materia huius sacramẽti, probatur dupliciter. Primo authoritate. Quia Iacobi.5.c. ꝓbat oleũ esse materiã huius sacramenti, sed oleũ proprie non dr̃ nisi oliuæ, sicut de vino in Eucharistia intelligitur de vite, vnde vt dicit Petrus de palude. Si admisceatur balsamũ, vel oleũ nucũ, vel quicũq; alius liquor scienter, est transgressio præcepti, & si mutaretur species est irregularitas sacramenti, vt in baptismo, & in alijs. ¶ Secundo probatur rõne sic. Illud cõueniens materia sacramenti huius, ꝙ habet maiorẽ conuenientiã cũ eius effectu, sed tale est oleum oliuarũ respectu effectus sacramẽti extremæ vnctionis, ergo.&c. probatr̃ minor, quia effectus huius sacramẽti est hilaritas mentis ꝑ quã mens alleuiatur à grauedine, quam cõuenienter hoĩes tũc patiũtur. Huic aũt maxime cõuenit oleũ oliuarũ, quod proprie dr̃ oleũ. Est.n. lucidũ, & linitiuũ, ideo: &c. iuxta S.Tho. conuenientia sic datur. spiritualis curatio, quæ in fine adhibetur, debet esse perfecta, qa post eam alia non relinquitur & lenis. vt spes, quæ exeuntibus maxime est necessaria, non frangatur, sed foueatur. Oleũ aũt linitiuũ est, & penetratiuũ vsque ad intima, & etiam diffusiuum. Et ideo quantũ ad vtrũq; prædictorũ est cõueniens materia huius sacramenti oleũ. Et qa oleũ principaliter nominatur oliuæ, cũ alij liquores ex similitudine ad ipsum olei
5 nomẽ accipiãt. Ideo oleũ oliuæ debet esse; ꝙ assumitr̃ in materiã huius sacramẽti. ¶ Secunda cõclusio. † Materia propinqua huius sacramenti debet esse oleũ sanctificatũ, siue consecratũ. Cõuenientia huius cõclusionis datur à S.Tho. triplex rõ. Prima est, quod oĩs efficacia sacramentorũ à Christo descendit, & ideo sacramẽta illa, quibus ipse est vsus habent efficaciam ex suo vsu, sicut tactu suæ carnis vim regeneratiuã contulit aquis: sed hoc sacramento non est vsus, nec aliqua

Secundũ ar. — Tertiũ ar. — Opponit & Respondet. Prima conclusio. — Pet. de pal. — S. Thom. 4.sen.d.23. q.2. prin.ar. 3.q.1. — Secunda cõclusio. S. Thom. 4.sen.di.23. q 2.pr.arg. 3.q.2.

corporali vnctione. Sed ideo in oĩbus vnctionibus requiritur sanctificatio materiæ. ¶ Secũda est ꝑ plenitudinem gratiæ q̃ cõfertur non solũ, vt tollat culpã, sed et reliquias, & infirmitatẽ corporis. ¶ Tertia est ex hoc, ꝙ effectus eius corporalis .s. sanatio corporalis nõ curatr̃ ex naturali proprietate. Et ideo oportet, ꝙ hæc efficacia sibi per sanctificationem detur. Cõcordat Dominus Bonauentura, & Petrus. ¶ Tertia conclu
6 sio. † Quod oleũ, quod est materia huius sacramenti debet esse per Episcopũ consecratum. Ista cõclusio patet, quia in alijs vnctionibus materia per Episcopũ consecratur, vt puta per eũ in quo maior plenitudo Sacerdotalis ministerii residet ad consecrandum, & sanctificandum: ergo ita debet esse in ista. ¶ Istis habitis, dicendum est ad rationes in oppositũ. Ad primam respondetur, negãdo minorem. Et ratio est, quia oliuæ oleum, quamuis non vbiq; crescat, tñ de facili potest ad quẽlibet locum transferri. Et pręterea hoc sacramentum nõ est tantæ necessitatis, ꝙ exeuntes sine hoc sacramento non possent salutem consequi. ¶ Ad secundã respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia in sacramentis est accipere materiã, & vsum. Prima sanctificatio est materiæ ſm se, sed secunda magis pertinet ad vsum ipsius: ſm ꝙ est actu conferens effectum suũ. Et ideo neutra superfluit, quia etiã instrumenta efficaciam recipiunt ab artifice, & qñ fiũt, & dum ad actum applicantur. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia non est simile, quia nec huiusmodi consecrationes sunt eiusdem generis, siue rationis. Cõsecratio.n. Eucharistiæ respicit corpus Christi verum, respectu cuius nullus ordo est supra Sacerdotiũ. Et ideo potest illam consecrationem quæ est sacramẽtum, simplex Sacerdos facere. Consecratio vero olei est quoddam sacramentale, qđ ordinatur ad sacramentum, quod cõsistit in vsu fidelium, & quia, quantum ad corpus Christi mysticum Episcopalis ordo est supra sacerdotalem, ideo Episcopus põt hoc non autẽ Sacerdos. Dominus vero Bonauentura respondens huic rõni dicit, quod rõ nõ valet, quia tanta est potestas in ministris ecclesiæ, quantam distribuit Dominus mẽbris, nec oportuit potestatem consecrandi oleum ita communicari sacerdotibus, sicut conficiendi corpus Christi, quia vnus Episcopus faciliter potest toti prouinciæ vnctionis oleum consecrare, sed non potest quotidie singulis in parochijs missam cantare, sicut decet, cum ille sit panis quotidianus, & communis omnibus. Hæc ille.

Bonauent. Tertia conclusio. — Ad primum argu. — Ad secundũ — Ad tertium — Bonauent.

7 **Ad tertium.** Sic proceditur. † Et videtur, ꝙ hoc sacramentum non sit dandum solũ infirmis. Primo sic principalior effectus huius sacramenti est sanatio spiritualis, quã sanatio corporis, sed etiã sani corpore indigent sanatione mẽtis: ergo, &c. ¶ Scd͂o sic. Baptismus est sacramentũ intrantiũ, ita hoc sacramentũ est exeuntium sed illud datur oĩbus intrantibus: ergo & hoc dari debet oĩbus exeuntibus, siue infirmis, siue sanis. ¶ In oppositũ est.c. præsens, vbi dicit oleo sanctificato permittitur eos inungere infirmos. ¶ Respondeo, dicendum sub certis conclusioni
8 bus. Prima est † Quod hoc sacramentum extremæ vnctionis non debet dari sanis, sed infirmis. Ista conclusio patet primo ex illo Iacobi.5. Infirmatur quis in vobis, &c. ¶ Secunda con
9 clusio. † Hoc sacramentũ non est dandum quibuscunq; infirmis, sed infirmis in periculo mortis existentibus. Patet, quia hoc sacramentũ est vltimũ remediũ, ꝙ Ecclesia põt conferre immediate, disponẽs ad gloriã: ergo illis tm̃ infirmãtibus debet exhiberi. q sunt in statu exeuntiũ ꝑꝑ hoc, ꝙ ægritudo nata est mortẽ inducere, & de periculo timetur. ¶ Tertia cõ
10 clusio. † Hoc sacramẽtũ nõ debet dari furiosis, nec amẽtibus; patet conclusio iuxta S.Tho. Quia ad effectũ consequendũ, huiusmodi sacramẽti plurimũ valet deuotio suscipientis, & personale meritũ conferentis, & generale totius Ecclesiæ, ꝙ patet ex hoc, qa per modũ deprecationis forma huius sacramẽti cõfertur. Ideo illis, qui nõ possunt recognoscere, & cũ deuotione recipere hoc sacramentũ, dari non oportet: & præcipue furiosis, & amentibus, nisi isti habeãt lucida interualla, quibus sacramentũ recognoscerent, & sic eis in statu illo cõferri posset. Dicit aũt Petrus de Tharãtasia de freneticis, & si petierint in sanã mente cõstituti: põt eis dari, nõ aũt, si nõ pe
11 tierint. ¶ Quarta cõclusio † Hoc Sacramentũ non est dandũ paruulis. patet conclusio ex dictis. Hoc sacramentum exigit actualem deuotionem in suscipiente: ergo sicut eucharistia non est danda pueris, ita nec hoc sacramentum. ¶ Pro euidentia omnium istarum conclusionum simul est notãdũ
12 † quod duplex est effectus huius sacramenti. Vnus sanitas

primum ar. — Secundũ ar. — Opponit — Respondet. — Prima conclusio. — Secunda cõclusio. — Tertia conclusio. S. Thom. 4.sen.d.23. q.2. pri. ar. q.3. — Petrus de Tharãtasia. Quarta cõclusio.

spiritualis, alter sanitas corporalis, quę etiã significat spiritualem, quia vero non quælibet sanitas spiritualis est effectus huius sacramenti, sed vltima, & perfecta, quę disponit immediate ad actum gloriæ, nec in qualibet necessitate corporali subuenit diuina virtus, sed in extrema deficiente auxilio humano. Et iterum requiritur discretio rationis. Et ideo sacramentum hoc propter vtrũq; effectum non debet dari, nisi adultis infirmis rõne intellectus in periculo mortis constitutis. ¶ Ad rationes in principio respondetur. Ad primã respondetur, negando consequentiã. Et ratio est, quia licet principalis effectus huius sacramenti sit sanitas spiritualis, tamen oportet, q̄ per curationem corporalẽ significetur curatio spiritualis, etiam si curatio corporalis non sequatur. Ideo solis illis hoc sacramento sanitas spiritualis dari potest quibus curatio corporalis competit. s. infirmis, sicut ille solus potest baptismum suscipere, qui põt corporalis ablutionis particeps fieri, nõ aũt puer in vẽtre matris existens. ¶ Ad secundam respondetur, q̄ baptismus etiam non est, nisi illorum intrantium, qui corporali oblationi subijci possunt. Et ideo hoc sacramentum tantum illorum exeuntium est, quibus curatio corporalis competit.

Ad primã argu.

Ad secundũ

13 Ad quartum. Sic proceditur.† Et videtur, qđ dispensare hoc sacramentum non solum conueniat presbyteris. Primo sic. Si hoc sacramentũ habet efficaciã ex oratione, vt habetur Iacobi. 5. Et in præsenti litera. sed oratio laici qñq; est à Deo exaudita, sicut sacerdotis: ergo põt hoc sacramentũ conferre. Et confirmatur, quia de quibusdã patribus in Aegypto legitur, q̄ oleum ad infirmos transmittebant, & sanabatur. Et similiter dicitur de sancta Genouefa, quod oleo infirmos sanabat: ergo, &c. ¶ Secũdo arguit sic. Verbum, & elementũ efficiunt sacramentum, vt dicit Augustinus, & habetur 1. q. 1. detrahe. Sed oleum cõsecratum potest administrari per simplicem laicum, & verbum dici. ergo & sacramentũ administrari. ¶ Tertio arguitur sic. ₰m Dionysium Diaconi habent virtutem purgatiuã sed hoc sacramentum est institutũ ad purgandum tã ab infirmitate mentis, quam corporis. ergo Diaconi possunt hoc sacramentũ conferre. ¶ In oppositum est tex. præsentis literæ. ¶ Respondeo dicendum sub certis cõclusionibus. Prima est,

Primum ar.

Secũm arg.

Tertium ar

Opponit & Respõdet. prima conclusio.

14 † quod laici non est dispensare hoc sacramentũ, quæ conclusio patet. Tum primo: quia in hoc sacramento fit remissio peccatorum, sed laici non habent potestatem dimittẽdi peccata: ergo. &c. ¶ Secundo sic. ₰m Dionysiũ in cœlesti Hierarchia. Sunt quidam exercentes actiones hierarchicas, & quidã recipientes tm̃, sicut laici, ergo nullus sacramenti dispẽsatio laico ex officio competit, sed quod baptizare possunt in casu necessitatis ex diuina dispensatione actum est, vt nulli regenerationis spiritualis facultas desit. Et ita laicus in nulla necessitate potest hoc sacramentum conferre, quia solum sacramentum necessitatis, quod est baptismus potest conferre, & non illud, vt dicit Petrus de palude. ¶ Secunda conclusio. † Diaconus non potest hoc sacramentum conferre. Patet cõclusio, quia vt dicit Dionysius. Diaconus habet vim purgatiuam tm̃, non aũt illuminatiuam; ergo cum illuminatio fit per gratiã, nullum sacramentũ, in quo gratia conferatur, põt Diaconus ex officio dare, & per consequens nec hoc sacramentum, cum in eo gratia conferatur. ¶ Tertia cõclusio. Solis sacerdotibus ex officio competit huiusmodi sacramenti dispensatio. Hæc conclusio patet authoritate, & ratione. Authoritate. Iacobi vlt. Inducat presbyteros, &c. Et orent super eum. Ratione sic iuxta dominum Bonauenturam. in. 4. & patet ex parte vnctionis sic. Quia cum huiusmodi sacramenti materia sit oleum consecratum, non debet administrari, nec contingi, nisi ab eo, qui habet manus consecratas, & talis est sacerdos; ergo non se extendit ad oẽs, nec ad solos Episcopos, quia cũ hoc sit sacramentum periclitantiũ, qui non possunt adire prælatos, sed magis econuerso, oportet multos perire, si à solis Episcopis dari deberet. Et ideo disposuit Spiritus sanctus quod vnguentum nõ solum esset in capite, vel in barba Aaron, sed quod descenderet vsque in oram vestimenti. s. vsq; ad inferiores sacerdotes. Item idem arguitur ex parte orationis, qm̃ officium mediationis sacerdotibus cõpetit offerre dona, & sacrificia pro peccatis: ergo dispensatio huius sacramẽti, cuius efficacia cõsistit in oratione fidei cõuenit ex officio sacerdotibus. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, negãdo cõsequentiam. Et ratio est ₰m S. Tho. quia oratio illa, quæ fit in vnctione infirmorum, non fit à Sacerdote in persona sua, qa

Pet. de pal. 4 sen. d. 23 q. ar. 1. cõ. 4. Secũda cõclusio.

Tertia conclusio.

Bonauẽturi. 4. sent. d. 23. artic. 2. q. 2. sor. q.

Ad primũ argu. S. Thom. 4 sen. di. 23 q. 2. prin. ar. 2. q. 2. ad primum.

cum sit qñque peccator, non esset exaudibilis, sed sit in persona totius Ecclesiæ, in cuius persona orare põt ipse Sacerdos, quasi publica persona, non autem laicus, qui est priuata persona. Et ad confirmationem respondetur, quod non procedit, quia vnctiones illæ non erant sacramentales, sed ex deuotione quidem recipientium talem vnctionem, & meritis vngentium vel oleum mittentium sequebatur effectus sanitatis corporalis per gratiam sanitatum, non per gratiam sacramentalem. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia vt dicit dominus Bonauentura, illud verbum Augustini est verum in aliquibus sacramentis quorum dispensatio omnibus est communis, sed non est verum in omnibus; vt in Eucharistia, & sic intelligendum est de extrema vnctione. ¶ Ad tertiam respondetur, quod hoc sacramentum illuminando per collationem gratiæ purgat, quod non facit Diaconus. Et ideo Diacono eius collatio nõ competit. Lege text. ¶ [Oleo oratio fidei]. i. fidelis. Hu. [saluabit] Quo ad corpus, & quo ad animam. Institutum est hoc sacramentum duplici de causa. s. ad peccatorum remissionẽ. i. venialiũ, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem. Vnde constat eum, qui hanc vnctionem ex deuotione percepit, & in corpore, & in aĩa alleuiari. Si tamen expedit, vt in vtroq; alleuietur. Quod si corporis valitudinẽ habere illi non expedit, illam quæ est animæ sanitatem in hoc sacramento acquirit. Quid si in toto iustus est, saltem consequetur augmentũ virtutum, & maiorem constantiam. Ar. de conse. di. 5. c. 1. & 2. & extra de sacra. vnc. c. 1.

Ad secũdũ Bonauent.

Ad tertium

Exponit literam.

Sed quæritur. Sequitur. 2. pars, in qua ponuntur duæ quęstiones. Prima est. Vtrum episcopus possit inungere infirmos. Secũda est. Vtrum hoc sacramentum sit conferendum non pœnitentibus. & ad hoc inducit sequens. c.



Illud. In hoc. c. quod est Innocentij Papæ respondet dictis duabus quæstionibus. Et ₰m hoc diuidit hoc. c. in duas partes. 2. ibi. Nam non pœnitentibus. Lege. ¶ [Illud dictum] A te in quæstione, vt de Episcopo [quod presbyteris] Ar. quod licet ex officio minori, multo fortius, & maiori licere. Ar. 53. q. 2. c. historia. Episcopus. n. est sacerdos, & potest quidquid potest Sacerdos, & multo plura. [Nam idcirco] Interpretatur dictũ Iacobi. 5. vbi inquit. Si quis infirmatur, inducat Presbyteros, quamuis etiam posset dici, vt inquit glos. quod in hoc nomine presbyteri possunt intelligi episcopi. [Chrismate] .i. oleo sanctificato [per Episcopum] Non. n. est verum, iuxta superius determinata. in. 2. quæstione, quod dicunt quidam, quod Episcopus propter suam excellentiam debeat infirmũ chrismate inungere. Et etiam dicit Hu. [Nam non]. 2. pars. Vbi soluitur. 2. quæstio. [non pœnitentibus] Quod intelligẽdum est de peccatis manifestis. Nam propter occulta non possunt alicui sacramenta denegari, nisi per admonitionem secretam, vel publice, vel in genere factam de conse. di. 2. nõ prohibeat. Sicut & notat Goff. in summa de sacramẽtis. Irẽ §. effectus. & Host. in summa. eo. tit. §. quid operetur. Arch.

Diuisio.

Exponit literam.

Goffredus Hostiensis.

Chrisma. Hæc est. 3. pars huius distinctionis ₰m Ar. quæ sic continuatur ad præcedentia. Superius dixerat presbyteros non debere chrismate consignare in frõte, sed, quod chrisma est eis necessarium. Tum ꝑpter benedicendos fontes. Tum propter baptizandos, & etiam in vertice vngendos. Nunc addit magister Gratianus, quod singulis annis debent petere chrisma ab Episcopis suis per se, siue per alios ad baptismi sanctificationem, & ad perungendum baptizatos in vertice. Nam cum oleo, & chrismate debent benedici fontes in Sabbato Sancto. vt de consec. dist. 3. literis.

Cõtinuatio



Presbyteri. Inducit Magister ad probãdum, quod dixerat hoc ca. quod est quarti Concilij Carthaginen. Breue est. Lege te. ¶ [Presbyteri, petant aut per se ipsos] hoc de illis intellige, qui prope Episcopatum perhabitant. s. infra decem miliaria [aut per illum qui sacrarium]. s. sacristiam tenet. Hoc intellige de remotis. s. vltra decem miliaria. Tunc. n. presbyter potest petere per Diaconum, vel Subdiaconum, de conse. di. 4. omni tempore. Vel tunc vnus ab Archidiacono eligatur, qui omni anno chrisma sibi, & socijs præferat, vt de conse. di. 4. Presbyteris. Cum autem Presbyter ad maiorem ecclesiam pro chrismate vadit tres secum ampullas, vnam ad chrisma alteram

Exponit literam.

alteram ad oleum ad cathecuminos vngendos, vt in eadẽ dist. c.omnis Presbyter. Tertiã ad vngendum infirmos secundũ Io.de Fan.Hu.& Arch [ante paschalẽ] Vt in sabbato paschæ habeat ad cõsecrationẽ fontis. Hu. [Chrisma petat.] Multo fortius ordinem, & iudiciũ. Hug. De ista materia si vis scire, quot sunt vnctiones. Item quare magis die cœnæ chrisma consecratur, & quare magis conficitur ex oleo, & balsamo, vide de cõse.di.3.in.c.literis.vbi de istis plene disputauimus.



Olim. Hoc.c.est Hieronymi super epistolã ad Titũ. In quo magister Gratianus repetit de dignitate Presbyterorum, & deducit hoc per omnia capitula sequentia huiusmodi distinctionem. Et diuiditur in duas partes. In prima narrat, qualiter olim idẽ erat Presbyter, qui & Episcopus, scilicet, quo ad nomen, & quod communi concilio regulantur Ecclesiæ. In secunda ponit prouisionem factã ad sedandum schismata, quę oriebantur ex cõmunitate illa appellationis. 2. ibi. Postquam autem. Quia de ista materia disputatum est satis in.c.legimus, di 93. Ita, vt videatur nobis sufficere, supersedemus ad vlteriori disputatione. Lege tex. ¶ [Olim] idem, quantum ad appellationem non quo ad gradum, & dignitatem, quia sic olim non fuit idẽ. Alij dicunt, quo ad celebrationem Sacramentorum, sed de hoc, quantũ sit verũ. s.c.legimus di.94. expediuimus. [Antequam.] Hic surgit quæstio, quare dicit olim, & ante. Nonne Paulus fuit in primitiua Ecclesia. Respondetur, quod sic, sed olim, & ante dicit propter illud spacium, quod fuit à resurrectione domini, vsque ad illud tempus, quo facta fuit sequens constitutio. Vtrunque.n. fuit tempore Apostolorum, scilicet communitas nominum, & postea diuersitas, ex quo ceperũt esse schismata. Hu. de hoc dictum est in.c.legimus.94.dist. [studia].i. dissentiones.61.di.obitum. Hu. [Ego sum Pauli] discipulus, vel filius, vel ab eo baptizatus. [Apollo.] Archiepiscopus fuit iste, & adiutor Pauli in prædicatione. Act.19. Hu. [Cephæ].i. Petri, qui fuit Cephas.i.caput. Apostolorum. 22.di.c.2. in fi. Isti contendebant de præeminentia Baptistarum [communi concilio.] communiter enim administrabant, licet vnus esset maior administratione, vel forte primo indifferenter gubernabant Ecclesias, quo ad Prælationẽ, qa nullus in gubernatione Ecclesiæ adhuc erat Prelatus. Iacobi. 5. Et alij postea facti sunt Prælati. Hu. [Consuetudine].i. Ecclesiæ institutione. Dicit hic Guido Carmelita, salua reuerẽtia Hieronymi, imo ex institutione Christi Petrus superpositus est omnibus aliis fidelibus pastor, & caput supra etiam di.21.c.1. & in.c.legimus.di.94. ostensum est, quod distinctio inter maiores, & minores Sacerdotes est, deo instituente. Vel exponitur secundum Hu. sic magis electiue [dispensationis].i. dispositionis.i. institutione domini in carne mortali conuersantis, quia etiam ipsum Petrum post resurrectione omnibus præfecit. Io. vlt. et di.50. Considerandum. Vel non generaliter, & per hoc instruit Episcopos prę esse Presbyteris, & forte hoc notatur in comparatione. Hu.& Archi. [supponeretur] Vt, sicut differebat gradu potestatis, ita etiã nominis appellatione, vt supra.di.93. legimus. [& in communi]. Non quantum ad prælationem, sed quantum ad concilium, & consensum, & tractatum. Nam nec promotionẽ, nec alienationem rerum Ecclesiasticarum debet facere Episcopus, sine clericis suis, vel proferre sententiam suam, vt di.24. Episcopus. & 12.q.2 alienationes.16.q.7. Episcopus. Hu.

Diuisio.

Exponit literam.

Quæstio. Respondet

Guido Carmelia.



Ecce ego. Ad idem sequitur hoc.c. eiusdẽ Hieronymi in epistola ad Rusticum, in qua loquitur contra quosdam Episcopos, qui presbyteris inhibebant missam celebrare, predicare, & alia officia ecclesiastica facere coram se, vnde sequebatur magnum detrimentum in populis. Ostẽdit ergo in hoc capitulo, quod præsbiteri possunt etiam præsentibus Episcopis sacramenta celebrare secundum gradum dispensationis eorum, & facere aliqua alia, quę sequuntur. & hoc probat per quatuor rationes. Plana sunt omnia. Lege textum. ¶ [Ecce Sacramenta] Possunt enim Sacerdotes Sacramenta conficere, super quibus habent potestatem, vnde possunt baptizare Sacramentum Pœnitentię cõferre. Sacramentum altaris conficere, & Matrimonium celebrare. Prima ratio [scriptum].1.ad Ti.5. [prædicare] Eos enim dominus verbi sui prædicatores præfecit. quando misit eos prędicare. Lucę.10. Vnde eis dominus ait. Matth. vlti. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Tales.n. Presbyteri qui bene præsunt vita, & doctrina duplici hono

Exponit literam.

1. Tim. 5.

re digni sunt, videlicet, vt eis spiritualiter obediant, & temporalia ministrent. vt ait gl. & Hu. [Benedicere] In populo. Si dicatur contra.26.q.6. ministrare. Respõdetur iuxta gl. & Hu. quod illud.c. intelligitur de illa solẽni benedictione, quæ fit in festiuis diebus circa finem missę, cum Diaconus dicit. Humiliate vos ad benedictionem, quam nulli facere licet, nisi Episcopo. Sed hic loquitur de alijs communibus benedictionibus, siue in Missis, siue in Matutinis, &c. Sed, nec tales benedictiones licet presbyteris dare in præsentia Episcoporum sine licentia eorum, vt di.21. denique [Confirmare] Nõ dando sacramentum confirmationis. a quia hoc ad solos Episcopos pertinet vt supra eadem distin. habitum est.c. Presbyteros. Sed confirmare, scilicet subditos in fide, & vita sicut Actuum.15. dicitur. quod Iudas, & alij Discipuli plurimum consolati sunt fratres, & confirmarunt in fide. &.11. q.3. Quod Prędecessor. Vel cõfirmare, scilicet baptizatos in vertice chrismate, vel oleo infirmos [communionem] debent sacramentum eucharistiæ fidelibus cõferre. [Omnia sacramenta] Ad quæ eorum potestas se extendit, & non alia quæ ad solos Episcopos spectant, sicut est sacramentum confirmationis, sacramentum ordinis, vnctiones sacras conficere, & multa alia, quæ Sacerdotes simplices facere nõ possunt. [Est enim].2. Ratio. [abnuẽti].i. contradicenti, vel neganti. [In ista iubentur.] A Deo Leui.13. [dicant, quid maius est Christo].i. inter Sacramenta corporis, & sanguinis Christi, quasi diceret nihil. de con.di.2. nihil in sacrificijs. [Christũ consecrat].i. panem in corpus Christi verbis consecrationis transsubstantiat. [Non debet] Ar. cui licet, quod maius est licet id, quod est minus.12.q.1. pręcipimus. circa laicos [iubẽtibus.].i. præsentibus, quod eis iussio quo ad vos. Hu.& Arc. [Sacerdotes] Episcopi Hu. [linguæ opus].i. officium predicationis. [quis hic rogo].i. interrogo.3. ratio [damnum gibbi. inferatis] scilicet presbyteris, eos, quasi peccatores & indignos a prędicatione, & ab alijs ministerijs sibi debitis, arceatis, sicut in veteri testamento, pro deformitate gibbi a Sacerdotio repellebantur. Leui.21.& di.49. huic. Ex quo sequitur detrimentum magnum in populo, Vel aliter, vt Episcopi dicantur inferre damnum gibbi non presbyteris sed plebibus, quia, dum Presbyteris denegatur debitum ministerium, vt non possint sua officia exercere, prędicare, & exhortari, populus labitur in gibbum viciorum, & portat onus peccatorũ Isa.30. Portant super gibbum camelorum thesauros suos.i. peccata, per quæ thesaurizãt sibi iram in die vindictæ. ad Ro. 2. Vnde sequitur [qui pastoribus].i. minoribus Sacerdotibus per potentiam Episcopalem [crescit in gregibus calamitas] Quia subtracta prædicatione prerbyterorum, fiunt subditi gibbosi.i. crescunt peccata in populis, vt, vbi deberent ad cælestia aspirare, ad terrenorum amorem incuruantur [diuino] .i. Ecclesiæ, scilicet congregationis fidelium Hu. [potentari] .i. dominari presbyteri.4. Ratio]. negotiorum [.i. causarum] ab initio iudices [Deut.21. Ad verbum sacerdotum omne negotium pendet. [Presbyteri consilio] Sui Episcopi, Metropolitani, vt di.98.c. penulti.& vlt. Hu. [Episcopi nominantur [presbyteri enim, quamuis distinguantur ab Episcopo ordine, & potestate. vt supra sæpe repetitum est, tamen aliquando sub nomine Episcop. comprehunduntur. [ad Episcopum].1. ad Timotheum.4. [Presbyteri].i. mei, qui, licet Episcopus esset, vocat se Presbyterum. Hu. [& alibi] Actis. 19. [Episcopos].i. pſbyteros [sed oderũt hoc] scilicet, quod presbyteri vocẽtur Episcopi [qui volũt hoc esse, quod Christus].i. volunt imitari Christũ, qui ait Matt.11. discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. [laui] Io.13. [à Io. Mat.]3. [vt si error.] Hic videtur falsa notula. Ioan. de Fan. quod error diutina approbatione vtentium facilius, quod falsum est cum consuetudo debeat esse rationabilis, & prescripta. extra de consue.c.fi. Nec hoc potest hinc haberi, nec hoc vult dicere litera. Est ergo sensus, quod licet factum non possit nõ esse factum, tamen non fiant talia de cætero, & hoc non potest reuocari vt non sit factũ. vnde.6. Ethi. dicitur, quod hoc solo priuatur deus, quod, quę facta sunt, non fuisse facta.i. quod deus non potest facere, quod quæ facta sunt, non sint facta, quia hoc implicat contradictionẽ [vel].i. saltem [ad præsens] .i. in pñti, & deinceps in Ecclesijs suis faciant [Episcopi tui.] Loquitur Colonien. qui Archiepiscopus erat, quod.s. minores Sacerdotes exerceãt libere officia sua. Hu. [quod Romæ] .s. seruatur, &c. [in cęlis] Vbi minores Angeli prẽsentibus maioribus sua officia exequuntur iniuncta sibi a deo, vel a maioribus [disposita] Diuersis ordinibus, vt di.89. ad hoc. Hug.

Opponit & Respondet

a ¶ Confirmationis. Confirmatio. quę tuplex sit, vide Pet. de Anc. in ca. 1 nu.2. de cõfirm. ad vti. vel inuti. & ibi de nu.5. quis sit eius effectus

Contra Io. de Fan

Clericus

1 *Clericus an possit licite contemnere Episcopum si ob eo cõtẽnatur.*

Esto subiectus. Ad idem propositũ sequitur hoc c. quod est eiusdem Hieronymi scribentis ad Nepotianũ in quo sum ma est, quod Episcopi & Presbyteri debeat se mutuo diligere, & honorare. Et potest diuidi hoc c. secundũ rationes aliquas, quas ad hoc inducit. Lege tex. ¶ [Esto subiectus quasi animæ parentem.] amare filiorum, timere seruorum [parentem]. i. patrem spiritualem, de quo. 1. ad Ti. 5. [Seniorem]. i. Episcopum [obsecra.] Vt patrem [non Dominos] 1. Petri. 5. Non dominantes in cleris, sed forma facti gregis [honor] Vnde Apostolus ad Ro. 12. Honore inuicem præuenientes [scitum] Hæc est prima ratio secũdum Archi. [scitũ] i. sapienter, & discretũ dictũ. ¶ Sed surgit hic quæstio. Vtrũ clericus possit licite contemnere Episcopum, si ab eo contẽ natur. Et videtur, quod sic, quia dolus dolo compensatur, & fides non est seruanda non seruanti. 32. quæstio 6 si dicturi Sed videtur quod non sit fiendum, quoniam non est æqua comparatio subditi ad prælatum, & filij ad patrem, quod vero hic dicit Hieronymus, dicit Hugu. quod loquitur vulgariter, vel narrat, quod non debeat fieri, sed, quod solet accidere. Cum enim, quis a prelato suo se videt negligi, vel cõ temni iniustè, statim enim negligit quod paruipendit simile. 3. q. 7. §. idem [quod autem] 2. Ratio probat, quod mutuo debeat se diligere Episcopi, & Presbyteri, quia sunt filij, & patres, quod inde habetur, quia Episcopi loco Aaron succedunt, psbiteri loco filiorũ eius successerunt, vt di. 23. §. i. Et respicit ad principium. c. vbi dictum est, quod sunt patres subditorũ presbyterorum. [hoc esse]. i. in statu tali, in quo nouimus fuisse Aaron, & filios eius, quia sicut ille superior fuit, & isti inferiores, ita presbyteri minores. Episcopi vero maiores habentur, & sicut illi mutuo se diligebant: sic & isti debent se diligere vicissim. Hu. & Arch. [vnus] 3. Ratio. [vnus.] ad Ephe. 4. Dominus, scilicet presbyterorum, & Episcoporum, quasi diceret, sicut habent vnum dominum, & vnam fidem, & vnã ecclesiã: sic communiter, & concorditer celebrent diuina officia [recordemur] 4. Ratio. [præcepit] prima Pet. & Actuum. 20 [gregem]. i. populum commissum vestro regimini, prouidentes de pabulo verbi dei, & Eucharistiæ [non coacte] sed spontaneè, id est non amaro animo, sed libero [nec turpis lucri gratia]. i. propter temporalem quæstum, sed voluntarie propter honorem diuinũ [nec dominantes in clero]. i. non elati per superbiam ratione Prelationis [sed forma facti gregis] .i. tenentes debitam humilitatem ad subditorum ædificationem ex animo ita, vt humilitas sit vera, & non ficta [vt apparuerit Princeps pastorũ] s. Christus in Iudicio [immarcessibilem]. i. indefectibilem coronam gloriæ in anima simul, & corpore. Nicolaus de lyra [inuideant] Presumitur enim, quod, cum sint illiterati, facilius inuidia noluit audire suos clericos peritos, vel pati eos loqui coram se. [Sed si aliquid]. 5. Ratio [Apostolus]. 1. ad Cor. 14. [reuelatum fuerit sedenti]. i. minori. Sæpe Deus reuelat minori, quod nõ reuelat maiori, vnde psal. 118. Super senes intellexi. Et Dominus Mat. 11. Confitebor tibi pater, quia abscondisti hæc à prudentibus, & sapientibus, & reuelasti ea paruulis, vt patet Ierem. 1. & in Daniele. Daniel. 16. & 13. [prior taceat]. i. maior, si velit, & potest esse sine scandalo [filius] prouer. 10. & 15. Filius lętificat patrem. Lætari ergo debet Episcopus, quod probos, & sufficientes habeat, tanquam filios Sacerdotes contra Episcopos, qui malunt habere Episcopos illiteratos, quam literatos apud se.

Diuisio. Exponit literam. Quæstio 1. Respondet. Archid. Nicolaus de lira.

pturæ,& Iuris canonicis locis cõsyderatis, reperimus inter alia decem maxime ad officiũ pastorale summi põtificis spectare circa oues dominicas peragenda. Ex quibus clarissime apparebit,& necessario credendum, quod Romanus põtifex non modo in spiritualibus,sed etiam in temporalibus iure principatus sui modo,quo diximus habeat iurisdictionem,& potestatem. Primum autem,quod spectat ad officiũ Pastorale Romani pontificis est prouidere ouibus dominicis de competentibus pascuis,quoniam in incompetentibus moriuntur, hæc autem pascua doctrina, & exempla virtutum Ier.3. Dabo vobis pastorem iuxta cor meum,& pascet vos scientia,& doctrina,vnde paulus ad Ti.1.describens pastorẽ aĩarũ Episcopũ dicit. Oportet Episcopũ amplectẽtẽ esse eũ,q ꝑm doctrinã est, fidelẽ sermonẽ, vt possit exhortari in doctrina sana. itẽ Eze.34. In pascuis vberrimis pascã eas in mõtibus Israel.i.doctrinis puris,sanis & vberrimis diuinę reuelationis. Huius officij rõne Romanus põtifex totius orbis Doctor est,& Magister,vñ Chrysostomus sup Io.dicit Christus Iacobũ localiter in vno loco p̄latũ determinauit sed Petrũ totius orbis determinauit Magistrũ,& Doctorẽ.

Christus.

Huiusmodi officij iure principatus,& auctoritas Romani pontificis extẽdi etiam ad temporalia, & secularia conuincitur, quoniam hac ratione omnes leges principum secularium, aut cõmunitatũ statuta,quæ non forent competentia pascua ouium Christi,sed potius continerent aliquid mortiferum, potest corrigere,irritare,& annullare,& præcipere non obseruari,vt pote leges,& statuta,sic etiam consuetudines,quę contra bonos mores sunt,vt in.c.qui contra mores.di.8.aut, quæ Euangelicæ,& canonicæ obuiant sanctionibus,vt in.C. lege Imperatorum.di.20.per totum. Aut, quæ sunt contra libertatẽ Ecclesiæ,excõicãdo etiã potestates,cõsules,Rectores,& cõsiliarios locorũ, vbi talia statuta sunt.ex.de sen.ex. nouit.& c.grauẽ.

3 †Et breuiter põt papa oẽs tollere leges ciuiles[a],in quibus vertitur periculũ animę ex.de iudi.nouit.& de p̃scrip.c.fi.& de secũdis nuptijs.c.pen.& c.vlt.de fo.cõpe. c.vlt.li.6. Hic beatus Ber.ad Eugeniũ Papã scribẽs, inter alia Papã legũ moderatorẽ appellat. ꝑm,ꝙ ad Pastorale officium summi põtificis spectat etiã oues dominicas pascere pastu tẽporalis subsidij,vt dicit gl.Io.vlti.fidelis seruus,& Prudẽs quẽ cõstituit dñs sup familiã suã,vt det illis in tpe tritici mẽsurã. Vnde.1.Pet.5.dicit. Pascite qui in vobis est, gregẽ Dei. Iure aũt huius officij extenditur potestas Romani põtificis etiam ad temporalia. Tũ primo,quoniã põt casu imminẽtis necessitatis dispẽsare cũ his q p rapinã,aut vsurã,aut alijs modis iniustis habẽt bona Ecclesiastica,siue psonarũ Ecclesiasticarũ,vt illa nõ redãt,sed ea in vsus suos p sustẽtatione sua si necessitatẽ patiãtur,aut ĩ vsus ad bonũ cõe Ecclesiæ cedẽtes cõuertãt,& expẽdãt,vnde in.c.Episcopus.12.q.1.Cõcilio Antiochæno ita habet. Episcopus Ecclesiasticarũ rerum habet potestatẽ ad disponẽdũ,ergo oẽs,q indigẽt cũ summa reuerẽtia,& timore Dei,vñ etiã hoc iure papa põt alienare res Ecclesiæ,& alienãdo dominiũ trãsferre, dum hoc faciat ex iusta causa,sicut patet,ꝙ Imperiũ occidẽtalis Ecclesiæ acqsitũ,ex dono Cõstãtini trãstulit in Imperatorẽ,trãsferẽdo tñ saltẽ ipsum vtile dominiũ, tãquã in vasallũ,vt Ecclesia ipsum haberet aduocatũ,& patronũ. Tũ.2.qa hoc eodem iure põt cõpellere psonas Ecclesiasticas ad puidẽdũ de bonis Ecclesiasticis ad vtilitatẽ cõmunẽ Ecclesiæ decimas, aut aliqua subsidia clericis imponendo. Tũ tertio,qa talis põt gregi dominico,siue cõitati fideliũ necessitas imminere,sicut mõ videt de Turca Christi nõis inimico,vt Papa iure principatus possit disponere de bonis tẽporalibus Laicorũ,imponendo eis cõtributionẽ alicuius portionis bonorũ suorũ ad succurrẽdũ cõitati fideliũ. Cũ vnaqq; psona,siue Ecclesiastica, siue secularis in casu euidẽtis necessitatis nõ mõ res, sed etiã corpus p cõseruatione boni cõis exponere teneat. ¶ Tertiũ,ꝙ spectat ad officiũ Pastorale Romani põtificis est correctio oĩm errãtiũ,sicut patet ex glo.Io.vlt. Vnde Hẽricus de Gandauo quolibeto.6.q.23.dicit ad hoc ppositũ, Cũ qsq; Christianus ex pfessione Christianæ religionis tenet,ꝙ patrẽ & matrẽ honorare teneamur,nõ solũ reuerẽtiã exhibẽdo, sed etiã necessaria administrãdo. Et sic necesse sit p eorũ salute oĩa,tẽporalia exponere. Et,si in hoc patrẽ,& matrẽ filij carnales debeãt honorare,multofortius spũales Christũ.s.& Ecclesiã. Si qñ ergo necessitas piculosa incũbit Ecclesiæ,vt pro salute eius indigeat bonorũ tẽporaliũ,quorũ habet administrationẽ peccat, si ab Ecclesia reqsitus, ei administrare voluerit,nec ei assistere vt tenet. Ratione ergo delicti,atq; peccati,adminus tẽpore necessitatis,dico ꝙ papa põt dare ad defensionẽ,& sustẽtationẽ. Ecclesię decimas accipiendas a laicis,& eis indicere,si opus fuerit,ad ipsas contribuendas compellere. Hæc ille. Hinc Roma.pontificis potestas manifeste mõstrat extẽdi ad tẽporalia,& secularia.põt.n.iure sui pastoralis officij corrigere oẽs fideles delinquentes in via dei, cuiuscũq; status,cõditionis,aut p̃eminẽtiæ existãt. Hac argumẽtatione vsus est Innocentius Tertius in.c.solite. de maio. & obe. Vbi ad ostẽdẽdũ Imperatori Cõstãtino, ꝙ iure poterat eũ reprehẽdere,& increpare,ita ait. Nos aũt,& si nõ increpãdo scripsimus,potuissemus tñ rõtionabiliter increpare. Nobis.n.in beato Petro sunt oues Christi cõmissæ,dicẽte domino.Io.21. Pasce oues meas. Non distinguẽs inter has,& illas, vt alienũ a suo se demonstraret ouili,q Petrũ,& successores ipsius Magistros non recognosceret,& pastores. Hæc ille. ¶ Quartum,ꝙ spectat ad officiũ pastorale Romani Põtificis ẽ oues sibi cõmissas bene cognoscere,& cõsiderare. Prouerb.27. Diligẽter agnosce vultũ pectoris tui, tuosq; greges cõsydera. Hoc ex loco summi pastoris auctoritas iure prĩcipatus sui extẽdit ad cognoscẽdũ de peccatis ouiũ suarũ, non mõ Ecclesiasticarũ,sed etiã seculariũ. De peccatis dico,nõ solũ de illis,q̃ sunt ꝯ articulos fidei,& sacramenta.in qbus principaliter fundat Christiana religio.sed etiã de omnibus peccatis mortalibus,circa quascũq; actiones psonales,etiã seculares cõmissis,ꝙ rõne ostẽdit,& autoritate. Rõne sic. Cuius est finẽ cõsiderare, eius est iudicare de his,quæ spectãt ad finẽ & ex fine sumunt sicut ad tẽdẽtẽ in aliquẽ finẽ spectat eligere ea,q̃ sunt cõgrua fini. Ita & tollere ea,quæ finis consecutionem impedimenta parant. Sicut patet de Medico, cuius non solũ est iudicare,& puidere de adiuuantibus ad salutẽ, quã inducere intẽdit,sed etiã remouere ea, quæ impediunt & similiter est in alijs,sed ita est, ꝙ corpus ordinat ad aĩam, etiã ꝑm Gentiles philosophos,& tẽporalia ordinant ad spũalia, & omnes Christianorũ debent ordinari ad consequẽdã vitã æternã, tãq̃ nostrũ finẽ vltimũ secũdũ fidẽ catholicã nobis expositã,ergo eius, vel quorũ est consyderare de salute aĩarũ,& de spiritualibus q̃ sint circa p̄latorũ curã,& regimẽ aĩarum habẽtiũ,vt sunt papa,& Archiepiscopi, & Episcopi eorũ est iudicare de actionibus spũalibus hominũ, per quas possunt deuiare a salute sua,peccãdo circa quãcũque materiã,siue cõtra articulos fidei, siue cõtra sacramenta,siue contra bonos mores,peccãdo in se ipsum, vel pximũ, verbo, vel facto,siue quocũq; alio mõ. ¶ Secũdo patet idem autoritate Domini dicentis Mat.18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te & ipsum. Si te audierit lucratus es fratrẽ tuũ. Si te nõ audierit:adhibe tecũ vnũ:vel duos testes:vt in ore duorum:vel trium stet omne verbum. Quod si nõ audierit:Dic Ecclesiæ. Si vero Eccl'iã nõ audierit:sit tibi sicut Ethnicus,& publicanus. Et cõstat,quod loquitur de iurisdictione Ecclesiæ,quã habẽt p̄lati. Nã statim sequitur. Amẽ dico vobis: qcũq; alligaueritis sup terrã:erũt,&c. Ergo sine vlla dubitatione ad prælatos Ecclesiæ & maxime ad prælatũ prælatorũ pertinet:iure sibi a deo collato,recognoscere:& iudicare de peccato quocũq;.vnde beatus Paulus excõicauit fornicatorẽ notoriũ. Vt le.1.ad cor.5. Cũ ergo peccata huiusmodi cõtingãt circa actiones psonales hominũ & cõtractus eorũ etiã in tẽporalibus de oĩbus his ptinet ad Ecclesiã iudicare:& maxime si intercederetur actio p modũ iniuriæ vel cuiuscũq; alterius peccati tã inter laicos:q̃ inter clericos: vel inter clericũ,& laicũ qcũq; eorũ sit actor, vel reus, Nec

4 põt dici,qđ in p̃dictis trahat re⁹ extra forũ suũ. †qa oẽs Christiani inquãtũ sunt,ptinẽt ad forũ Ecclesiæ vt satis põt colligi ex.c.si q̃ causæ.c.qcũq;.11.q.1. verũ est,qđ vt dicit Domin⁹ Durandus. Quamuis hoc eius sit Ecclesiæ sibi a Deo collatum.tñ ipsa non semper vsa est isto iure nec vbiq; partim ad vitãdũ scãdalũ ne putaretur quòd Ecclesia magis cõquæreret emolumẽtũ pecunię aut gloriæ tẽporalis: quã correctionẽ vitiorũ partim pp audaciã aliquorũ Tyrãnorum in quorum terris plures Ecclesiæ sunt fundatę quæ pp suã violentiã & potentiam non permiserunt Ecclesiam vti iure suo. Hac argumentatione vsus est Innocẽtius 3. in.c. nouit. extra de iu. Vbi ostẽdere volẽs quod non deberet Rex Francię sibi reputare ad iniuriam in controuersia,quæ erat inter eũ & Regẽ Angliæ Apostolico Iudicio se submittere.dicit sic. Nullus qui sanæ sit mẽtis ignorat; quin ad nostrum iudiciũ spectet de quocunque peccato mortali corripere quemlibet Christianum & si correctionem contempserit per discriptionem Ecclesiasticæ cẽsuræ coercere. ¶ Quintum quod spectat ad

a ¶ Leges ciuiles,& eas interpretari, quando tractant de clericis pe. de An.in c. 1.nu.6. de iura.calũ. Et qđ magis est.limitat leg diuinã generaliter aliqd phibẽtẽ, ẽ idẽ iu.c.licet. nu. 6. de feriis.

Hẽricus de Gandauo.

Christiani.

Durandus 2.sent.di.44 q.3.

Innocen.

spectat ad officium pastorale summi pontificis respectu ouium Christi, est (vt dicit gloss. Io. vlti.) oues credētes, ne a fide deficiant cōfortare, & vt debiles & infirmas cōfouere. vnde Dominus contra malos pastores, cōquerit. Eze. 34. dicēs. Quod infirmū fuit non consolidastis. & ꝙ ægrotū fuit: non sanastis, quod fractum est, nō alligastis. Huius officij iure potestas Papæ extendi ad temporalia euidenter cōspicitur, imo etiam vsque ad infideles, vnde ad confortationem ouiū credentium, & ne a fide deficiendi quoque mō suspiciant occasionem, iure principatus sui Papa prohibet, ne aliqui infideles de nouo Prelationem, aut Dominium supra fideles acquirant, & qualitercunque eis præficiātur in aliquo officio, quoniam hoc crederet in scandalum simplicium fideliū. & periculum fidei, quoniā de facili illi, qui subduntur aliorum iurisdictioni, immutari non possunt ab his, quibus subsunt, vt subsequantur eorum imperium, vt in. c. mancipia. distinct. 54. & c. nulla. Item eadē potestate statuit, vt seruus Iudæorum statim factus Christianus, a seruitute liberetur, nullo dato pretio, si fuerit vernaculus. i. in seruitute natus. Similiter si infidelis fuerit emptus ad seruitium, siue causa seruiendi. Si autem fuerit emptus causa mercimonij, puta, vt vēderet eum, tenetur eum exponere infra tres menses, vt ea. distin. c. fraternitatem. Item potest eodem iure potestatis Romanus pontifex tollere ius, & dominiū ab infidelibus, qui molesti sunt ouibus Christi, quoniā, vt dicit sanctus Thom. in. 2. 2. Merito suæ infidelitatis merentur suam potestatē amittere super fideles, qui transferuntur in filios dei. ¶ Sextum, quod spectat ad officium Pastorale Summi Pontificis est custodire, & defendere a lupis, & malis bestiis oues sibi cōmissas. s. ab hereticis, à schismaticis, & Tyrānis. qui Christi oues demolire contendunt, hoc. n. est officium boni pastoris, vt habetur Ioannis decimo, vnde primo Regum. 17. dicebat Dauid de se ipso. Pascebat seruus tuus gregem patris sui, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de eorum ore, & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebā mentū eorum, & percutiebā interficiebāq; eos. Hoc recte est officiū Papale, vnde Bernar. li. de conside. loquens ad Eugeniū Papam vocat eum malleum Tyrānorum, cuius officij iure necessario cōfitendū est supremum pontificē vtrūq; gladiū habere. s. spūalē, & materialē, qbus oues sibi cōmissas ꝓtegere, & defensare valeat. Spūalē habet gladiū ꝑ immediatā executionē: gladiū vero materialē ad vnum tantum. Quod aūt gladius materialis, vt diximus, ad Romanū Pōtificē ꝑtineat, patet, Io. 18. vbi dicit Christus Petro. Cōuertere gladiū tuū in vaginā, ꝙ verbū ꝑtractās deuotus Bernardus ad Eugenium papam sic inquit. Quid tu denuo gladiū vsurpare tentas, quē semel passus es ponere in vaginā, quē tamen, qui tuum esse negat, nō satis mihi videtur attēdere verbū domini dicētis. Conuerte gladiū tuū in vaginā. Tuus ergo est, & si ipse forsitan tuo nutu, & si nō tua manu, euaginādus. Alioqui si nullo modo ad te pertinet, de his dicētibus Apostolis. Ecce gladij duo hic. Nō rñdisset Deus. Satis est, sed minus est, ergo vterq; est Ecclesiæ, & spiritualis, & materialis. Sed is qdē ꝑ Ecclesia: ille vero & ab Ecclesia exercēdus, ille. s. Sacerdotis, is militis manu, sed sane ad nutū Sacerdotis, & Iussu Imperatoris. Hęc Bernar. Nutus vero hic dicitur nō tātū exhortatio, sed etiam dispositio, vnde Leo papa quartus in capitulo igitur vigesimo quarto quæstione octaua. Contra Saracenos iubet populū congregari, & eos ad litus maris occurrere. Similiter habetur de aliis Pontificibus. vt in. capitulo hortatu & in. c. vt pridem. ea. causa. & q. Quod aūt hmōi gladij materialis dispositio ꝑtineat ad Sūmū Pōtificē, iuxta S. Th. in. 2. 2. q. 40. ar. 2. sic ꝓbatur. Oīs potētia, vel ars, vel virtus, ad quā pertinet finis, habet disponere de his, quæ sunt ad finē, Bella aūt carnalia in populo fideli sunt referēda, sicut ad finē ad bonū spūale diuinū, cui clerici deputātur. Et ideo ad clericos ꝑtinet disponere, & inducere alios ad bella iusta. ꝑtinet ergo dispositio etiā autoritatiua gladii materialis aduersus Infideles Hereticos, & Schismaticos, & Tyrānos maxime ad Romanū pontificē, q dux est, & Pastor populi christiani conuocādo Reges, & principes Christianos ad hoc, ad quos pertinet Ecclesiam tueri, vt in. c. qñ vult deus. & c. non inuenitur. & c. sicut excellētiā. 23. q. 4. Hac potestate vsus est sanctissimus noster Calistus tertius, q nūc in Apostolica sede et dignitate diebus pręsentibus contra Turcam, inuitādo christianos, & fideles populos ad Christianitatis defensionē. vnde ad hoc per mare transmisit Reuerendissimum dominum Camerarium Legatum cum multis Triremibus. Cum prædicatione crucis transmisit per Vngariam Reuerēdissimum Dominum sancti Angeli. Et in Franciam ad colligendum gentes, & pecuniam pro tanto opere Rerendissimum dominum Auinionem. ¶ Septimum, quod spectat ad pastorale officium Summi Pontificis est supplere, & corrigere negligentiam, aut ignauiam aliorum, quibus aliqua est credita solicitudo, & cura regiminis ouium Christi. ne talium negligentia, aut ignauia Christi oues dispendia patiantur, vnde Eccl. 7. dicitur. Pecora sunt tibi, attende illis. Huius officij gratia, & iure potestatis, & Papæ iurisdictio extenditur ad temporalia, quod patet multipliciter. Tum primo, quia iure principatus sui, negligētibus dominis temporalibus facere iustitiā subditis suis, iniuriam iuris, vel facti patientibus pōt supplere negligentiā illorum, & iustitia reddere quibuscunque subditis propter negligentiam Dominorum ad eū recurrentibus. Hoc patet manifeste. de foro compe. c. licet. Plane, cū teste B. Aug. 4. de Ciuit. dei. Remota iustitia, regna non sunt nisi latrocinia magna. Spectat ad Summū Pōtificē solicitū esse, ne iustitia in populo christiano pereat, vnde ꝑꝑ defectum iustitiæ, qui est crimen iudicis, rōne cuius Papæ subiicitur corrigendus, posset ad Papam appellari, sicut patet: de foro compe. c. licet. qui defectus in omni causa contingere pōt. Et ideo in omni iudicio Papa est superior. Tum secundo, Huius officij iure patet manifesto testimonio, ꝙ Papa habet potestatem in temporalibus, quoniā negligentibus Imperatoribus Constantinopolitanis subuenire, & patrocinari Ecclesiæ Romanæ, quæ grauiter opprimebatur ab Astulpho Rege Longobardorum Papa Stephanus secundus transtulit Imperium Romanū à Græcis in germanos, & potestatem, ac ius eligendi Regē Imperatorē certis principib' Alemaniæ cōtulit, sicut habet ex chronicis, & manifeste testatur Innoc. tertius in c. venerabilem. de elect. Tum tertio, Huius officii gratia papam habere autoritatem potestatis etiam in temporalibus, luce clarius ostenditur, cum ipse iure principatus sui, vacante Imperio, habet plenam iurisdictionem in temporalibus. vt in. c. licet. de foro compe. dicit Innoc. tertius. & in glo. etiam notatur, & hodie declaratum est in clem. de reg. iur. Pastoralis. Tum quarto. huius officij rōne ostēditur etiā Papā in temporalibus apicem habere autoritatis, quoniam non solum principes seculares circa vsum suę iurisdictionis delinquentes potest per censuram Ecclesiasticam coercere, verum eos notabiliter negligentes a Dignitate deponere. Hoc patet. in. c. alius. 15. q. 6. vbi Gelasius Papa Impeperatori Constantino ita scribit. Alius. s. Papa Zacharias regē Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantæ potestati erat inutilis, a Regno deposuit, & Pipinum patrē Caroli in eius loco instituit, omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis absoluit. Hęc ille. Quod autē hic dicit glo. super ver. deposuit. i. proceribus deponentibus cōsensit, falsum est, quoniā vt dicit Petrus de palude, in libro suo de potestate papæ contradicit illa glo. textui, & intentioni Pelagij, qui deducit. c. illud ad ostendēdum excellentiam potestatis papalis, quæ non ostenditur per hoc, quod dicitur consensisse proceribus deponentibus, nisi consensus ille intelligatur, Dando autoritatem, vnde vt dicit idem Petrus de palude, si glo. dicit verum, tunc ly consensit, intelligendum erit quo ad institutionem, quæ per proceres fieri potuit, sed depositio autoritate papæ, & nō procerū facta fuit, q̄ a sola superiori fieri potuit, sed electio a potuit ab inferioribus fieri. Confirmatur insuper hoc, ꝙ diximus exemplo Innoc. 4. q Regi Portugalię, qui prodigus, & dilapidator erat, & etiā Ecclesias, & Monasteria, pia loca, & personas Eclesiasticas, viduas, pupillos, & orphanos grauabat, & grauari sinebat, dedisse adiutorem, & sibi administrationem regni interdixisse legitur, vt in. c. grandi. de sup. neglig. præla. lib. 6. Octauum quod spectat ad officium pastorale summi pontificis est, pacatas oues tenere, & cōcordes, ac in vno ouili vnitas. Io. 10. Erit vnus pastor, & vnum ouile. & Eph. 4. Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Huius officii iure papæ autoritate extenditur etiam ad temporalia. Tum, quoniam hac de causa papa habet deponere, & iudicare de principatibus secularibus, & communitatibus in causa pacis, & belli, potest enim compellere principes seculares, & communitates, vt pacem, & iustitiam sibi seruent inuicem, & cōpellere eos ad treugas iniendum vsque quo de iustitia, & iurisdictione eorum videatur. Tum secundo potest principes seculares cōpellere ad seruandā pacē iuramēto firmatā, quia fractio

S. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 10. cor. q.

Bernardus

Bernardus

S. Thom. 2. 2. q. 40. ar. 2. ad. 3.

Calistus

Augustinus 4. de Ciuit. Dui. c. 4. Tom. 5.

Contra glo. Pet. de pal.

¶ Sed electio. Elect' ante cōfirmationem an possit administrare. Pe. de Anch. in c. nosti quo modo nu. de elec. Et electus in discordia potest renūtiare, sed quid de electo in concordia. Idē in c. constitutus n. 6. de ap.

fractio iuramenti crimē est, de quo ad spiritualem iudicē pertinet iudicare, extra de iudi.c.nouit.vbi dicit papa Inn. 3. Ne ergo tantam discordiā videamur sub dissimulatione fouere, prædicto legato dedimus in præceptis, vt rex ipse, vel solidā pacem reformet, vel treugas ineat competentes. ¶ Nonum, quod ad officium pastorale summi pontificis spectat est, oues errantes ab ouili, reducere, & redire com pellere, vt.n.dicit.ex.de Here.c.2. Qui alios, cum pōt, ab er rore non reuocat seipsum.errare demonstrat. Et idem 83. di.error. Et Eze.34. Quod perierat requirā, & quod abiectum est reducam. Hinc papæ, vt summo pastori conuenit summa cura, & vigilantia reducendi oues errantes.s. Here ticos, Schismaticos ad ouile Christi, cuius officij iure ptās papæ extēditur ad tpālia, qm̄ tales oues.s. Hæretici, & schismatici non solum exortationib. reducendi sunt, sed etiam flagellis compellendi per tpalium spoliationem di.8. quo iure, & 23.q.4.ipsa pietas, & c.qui peccat, nunc per corporalem punitionem 23.q.4.displicet, & in c.seq.& q.5.c.1.& 2.& extra de Here.ad abolendam. ¶ Decimum, quod pertinet ad officium pastorale Romani pōtificis est accubare oues in loco molli, & quieto, & mundo, ſm illud. Eze.34. Pascam oues meas, & ego eas accubare faciā. Et Sophoniæ 3.dr̄. Ipse pascentur, & accubabūt, & nō erit qui exterreat. Ista accubatio, cū non sit in præsenti seculo, nisi in spe, quia Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futurā, vt ait Apostolus. Non est nisi directio, siue deductio ouium per custodiam diuinorum mandatorū, & regulas sanctorum patrum ad locum quietis imperturbatæ felicitatis æternę, qui est finis vltimus, ad quē summus pontifex oues à Christo sibi commissas perducēdi curam suscepit, cuius officij iure manifeste patet, Romanū pontificem iurisdictionem habere regulatiuam, & directiuā, in tpalibus in toto orbe christiano, qm̄, cum totius gregis dn̄ici sit rector, & pastor, principatus eius necessario est directiuus, & præceptiuus potestati seculari in administratione sui officij ſm exigen tiam finis vltimi, qui est ipsa suprema beatitudo, ad quam omnes fideles dirigendi sunt, quod sic rōne ostenditur. In oībus artibus, & potestatib. ordinatis ars, siue ptās, ad quā pertinet vltimus, & principalis finis, & præceptiua, & imperatiua oīum illarum artium, siue ptātum, quarum fines ad finem illius ordinantur, sicut habetur 1. Ethi. Præterea patet, ꝙ finis præcipit dn̄atur, atque legem imponit his oībus, quæ sunt ad finem, vt ſm exigentiam finis est præceptiua, vt debito ordine se coaptent, & adinuicem ordinent ſm vniuscuiusque mensuram, & modum, sed proprius finis, qui intenditur per principatum papalem, est fœlicitas suprema, ad quam ordinatur homo per virtutes theologicas. Finis autem, quem intendit ptās secularis, est fœlicitas politica, ad quā ordinatur homo per virtutes morales. Sed nulli dubium, quin, finis spūalis ptātis potior, superior, ac principalior sit fine, ad quem dirigit, & intendit ptās secularis, vnde ista ordinatur ad illam: ergo ptātis spiritualis, & maxime papæ, q est vniuersalis dux, & rector populi christiani est dirigere, & regulare, & præcipere, atque leges religionis dare potestati seculari, quibus in administratione sui officij dirigatur in finem vltimum fęlicitatis æternæ. vnde beatus Aug. Hanc potestatē cognoscens, & admirans in beato Petro in sermone quodā Apostolorum Petri, & Pauli, qui incipit. Fortis, & humilis. Ita inquit. O mira potētia, & ineffabilis gratia saluatoris. Quis plebeium piscatorem apostolorum facile crederet principem, & regibus obsiste re, Reges sanctificare, regnis oībus imperare, mundum re frenare legibus, demones calcare pedibus, iubere virtutib. cœlum hoībus aperire, cum vellet, claudere, cum placeret, immortale regnum cōuersis donare, negare peruersis me rita mūdi cognoscere, culpas, & crimina hoībus relaxare, Hæc Aug. Hac argumentatione vsus videtur Inno.3. in ca. solitæ, de maio.& obe. vbi scribens imperatori Constantino, ita dicit. Potuisses aūt ꝓgatiuā sacerdotij ex eo intel gere potius, ꝙ dictū est, non à quolibet, sed à Deo, nō regi, sed sacerdoti, nō de regia stirpe, sed de sacerdotali ꝓsapia descendenti de sacerdotib. vc3, qui erant in Anathot. Ecce cōstitui te super reges, & regna, vt euellas, & dissipes, ædifices, & plantes. Ex quibus oībus patet, ꝙ romanus pontifex apicem habeat potestatis tam spiritualis, quam temporalis, licet temporalis, non in omnibus, nec ſm eundem modum. ſm quem habetur à principe seculari, sed modo digniori, superiori, & perfectiori, non.n. sic habet tpalem, vt

Hebr.13.

August. i ser. de tēp. Tom, 10.

exerceat regulariter opera illius immediate, nisi in casibus supra expressis, & in iure declaratis, vt in gl. super c.licet.de foro compe. Sed agit opera eius meliori modo.s. imperando, dirigendo, & regulando, & ad suum finem operibus eius vtendo. ¶ Quibus habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respōdetur, negando assumptum, qm̄ ea, quæ ex opposito diuiduntur tanquam contraria ex natura rei non possunt idem subiectum primum habere, licet possint cadere in diuersas partes subiecti, sicut albedo, & nigredo possunt inesse vni, vt eidem subiecto ſm diuersas partes, tn̄ ista, quæ sæpe diuiditur ex opposito, tanquā diuersæ species possunt in eodem subiecto esse. Nam ordo sacer, & non sacer quodammodo ex opposito diuiduntur, & tn̄ cadunt in eundem hominem, & ita de virtutibus moralibus, & intellectualibus, quæ possunt eidem subiecto cōuenire, & ita in proposito. Licet.n. potestas spūalis, & ptās secularis ex proposito diuidantur, quia tn̄ non sunt contrariæ, imo vna.s. temporalis ordinatur ad aliā.s. spiritualem, sicut dictum est, bene possunt vni, & eidem personæ conuenire. Vnde Melchisedech dr̄ fuisse rex, & sacerdos. Gen.14. & ad Heb.7.& Christus simul fuit rex, & sacerdos, ſm illud psal.109. Tu es sacerdos in æternum ſm ordinem Melchisedech. vnde Henricus de Gandauo respondens ad hanc q̄stionem dixit, ꝙ dignitates istæ sunt distinctæ pp diuinam dispositionem, non ex natura rei, & tn̄ non penitus sunt distinctæ, qm̄ superior iurisdictio maneat penes Papam, vnde propter distinctionem dignitatum non habet papa regularem iurisdictionem in temporalibus, vt dr̄ extra de iudi.c.nouit. Non putet aliquis, ꝙ iurisdictionē illustris Regis Frācię perturbare, aut diminuere intēdamus, cum ipse iurisdictionē nostrā nec velit, nec debeat impedire. Quia vero habet iurisdictionē in eis casibus subdit. Sed cum do minus dicit in euangelio, &c. ¶ Ad secundam respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quam iam diximus, quia licet ſm diuinam ordinationem istæ potestates sint distinctæ, quantum ad immediatam executionem, quā ēt, quantum ad exercitium, rōnibus assignatis, non tn̄ quo ad apicem potestatis, vnde non sunt sic penitus distinctæ, qm̄ superior iurisdictio remaneat semper penes papā, licet differenter, vt diximus in spiritualibus, & temporalibus, quia in spiritualibus habet executionem regulariter, & immediate, in temporalibus vero non regulariter vbique, sed in casibus assignatis. ¶ Ad tertiā respondetur, negando minorem. Et ad probationem respondetur, ꝙ in collatione principalis intelligitur collatio & accessorij, etiam si de illo nulla fiat expressa mentio, extra de fo.comp. si diligenti. & de reg.iur.li.6.c.accessorium, & in collatione maioris intelligitur collatio minoris. quod ordinatur ad illud, & in collatione regiminis intelligunt collata oīa ea, sine quibus recte expediri, siue exequi non possit regimen illud. Ita in collatione potestatis spiritualis papæ, sicut capiti, & vniuersali rectori totius gregis dominici, siue christianæ politiæ necessario venit sub intelligēda collatio potestatis secularis, quantum necessarium est pro conseruatione spiritualium bonorum, & directionem fidelium in regnū cœlorum. Et ita in collatione clauium cœlestium, maxime, quo ad clauem iurisdictionis interuenit traditio clauium terrenorum in vim cuiusdā cōsequentiæ modo, quo dictū est superius. Et simili modo in cura cōmissa gn̄ali ouium Christi non solum venit collata autoritas pascendi spūaliter, sed oīa alia, quę ad officium boni pastoris pro custodia & defensione, & bono regimine ouiū veniunt necessaria, q intellectus videt approbari per Inn. extra de maio.& obe. solitæ. ¶ Ad quartam respondetur. negando minorē. Vnde Io.22. in extrauaganti, quia vir reprobus, dicit, ꝙ qui negat Christum habuisse ptātem tpalem, & spūalē cōtradicit scripturæ sacræ in multis locis, sed illi maximæ. Matt.vlt. Data est mihi oīs ptās in cœlo, & in terra, vt Apoca.1. princeps regum terre, & ad probationem per illud. Io.18. regnū &c. Respondetur, ꝙ authoritas nihil facit pro opposita parte. Pro quo notandum, ꝙ vt dicit S.Th. super Ioan. exponens hunc locum. Regnum quandoque dicitur populus illius, qui regnat, quandoque ipsa regia ptās. Primo ergo modo accipiendo regnum exponit Aug. dicēs regnum meū &c. .i. Fideles mei. Apoca.5. Fecistis nos Deo nostro Regnum. Non est de hoc mundo per affectionem, & imitationem. Chrysostomus autem exponit accipiendo Regnum secundo modo, dicens. Regnum meum, id est potestas mea,

Ad primū arg.

Ad secundā

Ad tertiū.

Ad quartū.

S.Thomas

August. li 83.q.c.8. Tom.4.


Chrysosto.

stas mea,& autoritas,qua sum rex,nō est de hoc mundo.i. non habet originē ex causis mundanis,& electione hoīm, sed aliunde.s.ab ipso patre. Danie.7. potestas eius potestas æterna,quæ non auferetur,& regnū eius, quod nō corrumpetur.¶Ad 5.respōdetur dupliciter.Primo,negando assumptum,qm̄ Petrus damnauit iudicialiter Ananiam, & Saphiram pro crimine furti,& mendacij, vnde super illud,dicit aūt Petrus ad Ananiā, dicit gl.Quasi princeps oīm loquit. Et super verbo. Quare posuisti in corde tuo hanc rem.Nō es mentitus hoībus,sed Deo dicit gl.quæ est Bedæ.Nō causa quæstus tā seueram pcationis dedit sententiā, sed præuidēs futura 34.di.zizania q̄ simplicitatē ecclesiæ prauis moribus adulterant.Nulla reos passus est pœnitētia curari,sed ad timorē posterū noxiū germē radicitus amputauit.Hæc gl.Scđo rn̄detur,negando consequētiā.Et rō est,quia sicut Christus multa reliquit Apostolis exequenda,& ordinanda,quæ ipse per se non exercuit, sic & Apostoli plura reliquerunt exequēda suis successorib. q̄ ipsi non exercuerūt, nec ordinarūt.ext.de cele.miss.cum Marthæ.§.verū.ſm.n. diuersos ecclesiæ status,& diuersa tpa congruunt, & expediunt alia,& alia.Ar.29.di.necesse est,extra de cōstan.& aff. nō debet.In ecclīa si quidē primitiua opus erat pdicatione, & miraculis ad conuertendū incredulos, vel cōuincēdum opus erat contra Tyrannorum psecutionē,vt fides nō deficeret, sed inualesceret. Præterea fuit opus rōnibus,& scripturarū expositionib.ſm pullulantes Hæreses in ecclesia, qua dilatata, & vigorata exercenda est etiā potentia cōtra Rebelles,& Aduersarios ecclesiæ,contra quos spūalis ptās à ptāte seculari fideli,sup q̄ habet autoritatē,requirere potest,& debet auxilium,& obsequium 23.q.5.administratores,& ex.de malefi.c.2.vnde beatus Aug.in epistola ad Bonifacium,comitem inducit quandam obiectionē Hereticorū dicētium,ꝙ ecclesia non debet reges in auxiliū contra aliquos implorare,quia hoc non fecerunt Apostoli. Et soluit hanc obiectionē ex eo, ꝙ diuersis tpibus diuersa cōgruit agere 23.q.4. si ecclesia vera est ipsa est cum alijs ibidem,patet ergo,ꝙ plura non exercuerāt apostoli, quæ successores eorum possunt,& debent,& hoc pp diuersam cōditionē tēporum.¶Ad sextā rn̄detur, ꝙ papa succedit Petro in ptāte tpali,prout papa huius ptātis executionē, siue exercitium habet iure humano.s.in partib.Italiæ succedit Constantino.¶Ad septimam respondetur, ꝙ verum est,ꝙ sacerdotium est à Deo,vt præesset diuinis,& spiritualibus quantum est de prima, & principali intētione sacerdotij, sed,quia diuina,& spiritualia qn̄que perturbātur, & impediuntur per vsum hoīm circa tpalia.Ideo ad sacerdotium secundario,& ex cōsequenti pertinet impedimēta,& pturbationes tollere,& impeditores, & pturbatores ipsos gladio spūali ferire.¶Ad octauā rn̄detur,negādo conn̄am.Et rō est,qm̄ multo amplior ptās data est summo pontifici nouæ legis,q̄ fuerit data sacerdotio veteris legis. ¶ Ad nonā rn̄detur negādo conn̄am,licet.n.regulariter nec spectet ad papā,nec cōueniat se intromittere de Fæudis,& possessionib.non tn̄ sequitur,ꝙ ptātē nō habeat in tpalib.in casib.assignatis. ¶ Ad decimā rn̄detur, ꝙ nos per hoc,ꝙ dicimus papā habere potestatē in tpalib.nō intelligimus eū habere dn̄ium possessionale mundi, cum etiā bonorū ecclesiæ nō videatur dn̄s,sed dispēsator,vn̄ S.Th.in 2.2.q.100.ar.1. dicit,ꝙ quāuis res ecclesiæ sint papæ,vt principalis dispensatoris,nō tn̄ sunt eius,vt dn̄i,& possessoris,sed bene est dn̄ū directiuū,& regulatiuū,& ideo rō illa, & similes non sunt ad propositū.¶Ad vndecimā rn̄detur, ꝙ autoritas illa bene intellecta non est ad propositū.Tū, quia non fuit mētis Xpi in illo verbo facere distinctionē iurisdictionū,nec assignare personas,in quas cadūt, sed rn̄dere qōni tētatiuæ iudeorū.Præterea,dato, ꝙ loqueret̄ de diuisione iurisdictionū,cū hoc stat,ꝙ iurisdictio dei,q̄ est summa,ad oīa se extendat,& ita suo mō ptās sui Vicarij est gn̄alis, extendēs se ad spūalia,& tpalia, quātū necesse est ꝓ cōseruatione spūalium,modo.s̄.posito.¶Ad 12.rn̄detur, negādo assumptū, qm̄ falsum est, ꝙ habere iurisdictionē in tpalib. repugnat perfectioni euāgelicæ.Et ad probationē,cū inducit illud si vis perfectus esse,&c.Rn̄det S.Th.in 2.2.q.184.ar.7.Quod abrenuntiatio propriarum facultatū dupliciter considerari pōt.Vno modo,ſm,ꝙ est in actu,& sic in ea non cōsistit essentialiter perfectio,sed est quoddā perfectionis instrumentum.Et ideo nihil prohibet statū perfectionis esse sine abrenuntiatione propriorum.alio mō pōt considerari ſm preparationē animi,vt.s.hō sit paratus,si opus fuerit oīa dimittere, vel distribuere, & hoc directe pertinet ad perfectionē.Hæc S.Tho.Cum aūt ptās iurisdictionis in tpalibus possit stare in psona dn̄i papæ, vn̄ Christus perfectissimus fuit,& tn̄ in eo vtraque ptās fuit,vt dictū est. multi etiā sancti prælati ex deuotione fideliū habuerunt multū tēporalem iurisdictionē, quorū tn̄ perfectioni nihil ex hoc derogatū esse creditur. Et hæc de ista qōne, plenius etiā diximus in summa de ecclesia,circa finē scđi libri, & aliqua ēt infra dicenda venient circa alia capitula.Leg.tex.¶[Cum peruentum,ad verū].i.ad Christum,siue ad tempus Christi,quod dr̄ verum in cōparatione tpis veteris legis,ꝙ erat figuratiuum.Ante.n.aduētū Christi iura imperialia,& pōtificalia erāt indistincta,qa vt dicit Hu.idē erat imperator & pōtifex,vt d.21.cleros.Sed à Chrō distincta sunt iura,& officia imperatoris,& pontificis,& alia sūnt attributa Imperatori,s.tpalia,sed spūalia sunt concessa pōtifici.Hu. Vn̄ Henricus de Gandauo,vbi.s̄.de hoc loquens ita dicit.Et ēt tpe legis naturæ simul ambo concurrebant.s.regnum,& sacerdotium,vt oēs primogeniti Regum sacerdotes erāt,& reges,& iurisdictionē in tpalib.& spūalib.exercebāt. Nec debebant distingui illo tpe. quia nondū erant Sacerdotes vocati ad spūalis vitæ exercitiū, sicut tpe gratiæ, sic etiam ambo simul concurrere debebāt pp eandem rōnem in lege Mosaica,sicut,& cōcurrerūt vsque ad Samuelē,sub quo petiuit populus sibi regē quē q̄tū erat ex parte populi, dn̄s concessit eum in onus pp peccata eorum vnde dixit dn̄s Samueli.Non abiecerūt te,sed me:ne regnē super eos. Dispo nente tn̄ æterna prouidētia,quæ etiā mala vestra,& ea,quę concedit pro peccatis vestris in bonum conuertet. Hoc sic factū est in psagiū,eius ꝙ futurum erat, deo ordināte in noua lege, vt sacerdotes expediti à iudicijs tpaliū negotiorū assuescerent,imminente tpe aduentus Christi,vacare spūalib.Vnde cum post Christi aduentū tēpus esset vacādi spūalibus,& hoīes vacarentur à nuptijs, dispēsatiue à Deo regimen,& authoritas tpalium,& iurisdictionis circa illa commissa est imperatori, remanente solum prima autoritate, vt dictum est apud sacerdotes,tāquā apud illos, quorū debet esse nobilior excitatio.Hęc ille.[arripiat].i.arripere nō debuit.[vsurpent].i.vsurpare non debēt. Hu.& Arc.Et hic
5 patet, ꝙ vsurpare non debet [qm̄ idem].i.† vnus mediator Dei,& hoīm, vnde ille, qui discordes reconciliat mediator vocatur,quo circa recte Christus mediator Dei & hominum dr̄ 1.ad Ti.2.Qui nos per mortē reconciliauit deo
6 Ad Colo.1.† mediator accipi pōt tripliciter. Vno modo ab effectu reconciliationis.Ipse.n.est arbiter, quem Iob desyderauit dicens:Vtinā esset nobis arbiter.Iob 6.Item dr̄ mediator capiendo rationem nominis ſm id,à quo nomē imponitur,quia cōueniens est cum vtroque extremorū,& ex tali similitudine pōt in vtroq; manū mittere ad pacificandum eos mutuo,& sic dicit glo. super illud 1.ad Ti.2.Vnus mediator Dei,& hoīm hō Chrs Iesus. mediator quippe inter Deū,& hoīes oportebat,ꝙ haberet aliquid simile Deo & aliquid simile hoībus, ne p oīa similis hoībus lōge esset à deo.Aut per oīa similis Deo, longe esset ab hominib.atque ita mediator non esset. Verax itaque mediator Christus inter mortales peccatores,& immortalem iustum apparuit mortalis cum hoībus,iustus autem cum Deo[dr̄ autem.]Hic in tex.& in Apostolo.Homo Iesus Christus,quia sicut dicit gl.Ipse intantum est mediator, inquantum homo est, inquantum autem verbum, non medius est,quia æqualis est cum deo,& Deus apud Deum.Et loquitur glo. ſm modum medij,quod est inter superius, & inferius, illud.n.est inferi⁹ superiori,& superius inferiori,sic.n.Christus,inquantum homo minor fuit patre,& inquātū iustus est perfecta iustitia,sic est superior homine,est etiam Christus mediator ſm aliā rationem.s. sicut diuinæ legislator est medius inter deum,quo illuminātur, & homines quos per doctrinam legis illuminat,sic Moyses vocat se mediū, quia fuit minister legis veteris. Et sic de Christo dicitur ad Heb.9.Noui testamenti mediator est.Est etiā p opus reconciliationis Christus pax nostra, vt dicitur ad Ephes.2. Qui fecit vtraque vnum dupliciter. Vno modo vtraque id est hominem,& Deum fecit vnum spiritum,per adhæsionem charitatis,ſm illud 1.ad Cor.6. Qui adheret Deo, vnus est spiritus cum eo.Scđo modo vtraque vnū.i. vtrunque populum,in quem totus orbis diuisus fuit,fecit vnum in pace,abstulit.n.materiam discordiæ.s.legem à iudæis,& idolatriam

Marginal notes: Ad quintū. — Beda. — August. Epist.137. Tom.2. — Ad sextum — Ad septimū — Ad octauū. — Ad nonum. — Ad decimū — San.Thom. 2.2.q. 100. ar.1.ad.7. — Ad vndecimum. — Ad duodecimum. — S Thom. 2.2.q.184. ar.7 ad 1. — Exponit literam. — Hēricus de Gandauo. — 1.Reg.8. — Archid.

idolatriam à gentib. ꝙ in ſeipſo per vnitatem fidei eos vniuit, ſicut vnus lapis angularis duos parietes in vnã domũ, Dei conſtruendam. Sicut dr̃ in pſal. 117. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli, & ſicut vnũ caput multa membra ad vnum corpus integrãdũ, & ſicut vnus paſtor diuerſas oues in vnũ ouile eccleſiæ reducendas. Iſta ſufficiant pro nunc. [Actibus proprijs] ipſarum poteſtatum, quia quidam actus pertinent ad vnam illarum, quidam ad aliam. Hu. [dignitatibus] .i. honoribus [officia vtriuſq;] .ſ. regni, & ſacerdotij. [vel actibus ꝓprijs] Quod referatur ad Chriſtum .ſ. ipſius Chriſti, quia quædã fecit, vt rex: dum turbas pauit, dum vendentes, & ementes de templo proiecit, quędam fecit, vt ſacerdos, dum corpus ſuum in cęna conſecrauit, & diſcipulis dedit dum in cruce ſeipſum immolauit, & ſimilia Hu. Iſta tñ nobis non placẽt multum, quia nõ eſt officium ſolius regis paſcere turbas, nec vendentes, & emẽtes de tẽplo eijcere, ſed magis Summi ſacerdotis, cuius eſt oues paſcere, & templum mundũ, & ſanctum cuſtodire. [diſcernit] Ex hoc (vt dicit Hu.) apparte colligitur, ꝙ vtraque poteſtas .ſ. Apoſtolica, & imperialis inſtituta ſit à Deo, & ꝙ neutra pendeat ex altera. Et, ꝙ imperator gladium non habeat ab apoſtolico. Ar. hic, &. j. e. in ſcripturis, & c. duo, & di. 93. legimus, & 23. q. 4. quæſi-
7 tum. cum multis alijs, ſed de iſtis .j. diſputabimus [propria volens] Aſſignare videtur tres rationes, propter quas facta ſit iſta diſtinctio poteſtatũ. Prima eſt cauſa humilitatis ſeruandę, & ſuperbię deuitandæ. Si .n. imperator, vel papa oĩa officia haberet, de facili ſuperbiret. Cum .n. contrarijs contraria curentur propria medicina ſuperbiæ eſt humilitas [prius .ſ. in caſu protoplaſti, qui per ſuperbiã cecidit, & demerſus eſt in infernum. [vt & chriſtiani] ſecunda cauſa gratia confouendæ mutuæ charitatis ex viciſſitudine releuandæ nocuæ indigentiæ. [pro ęterna vita adipiſcenda.] De pęni. di. 1. multiplex. [pro curſu] .i. in incuſſione, & moleſtatione cõpeſcenda, vt 23. q. 5. principes. Hu. [tñ modo] Ar.
8 †Quod in cauſis ſpiritualibus non eſt vtendũ legibus Imperialibus 33. q. 2. inter hæc, & 11. q. 2. cõtinua: Ar. de con di. ꝑ. celebritatẽ. Sed alijs licet, ſi nõ obuiẽt canonibus, & in eis & in alijs põt quis vti, eis præſertim cõtra Hereticos, vt di. 10. ſi in adiutorium, & di. 8. quo iure, & di. 10. lege, & 23. q. 1. princeps, & c. de liguribus. Tales leges intelligũtur eccleſiaſticę ſaltẽ per approbationẽ. Hug. [& Deo] Tertia cauſa [negotijs ſecularibus] 2. ad Ti. 2. Nemo militans deo implicat ſe negotijs ſecularibus .i. occupationibus negotiorum ſecularium [diuinis] .i. ſpiritualibus, & hæc ſufficiant.

1 *Inferior ſuperiorem ſoluere, aut ligare non poteſt.*
2 *Epiſcopi proprie habent intereſſe in concilijs vniuerſalibus.*



Satis euidens eſt. Ad idem ſequitur hoc cap. quod eſt eiuſdem Nicolai, in quo oſtendit imperatori Conſtantino, cui ſcribit, ꝙ non potuerit Ignatius authoritate Michaelis imperatoris deponi. Et diuiditur in tres partes. In prima dicit, ꝙ euidens ſit, quod à poteſtate ſeculari non poſſit abſolui, nec ligari pontifex. In ſecunda hoc oſtendit duobus exemplis. In tertia concludit Ignatium non legitime, nec de *Diuiſio.*
1 iure depoſitum fuiſſe. Secunda ibi. Quum, Tertia ibi. His itaque. Lege. ¶ [Satis euidens. ſolui] Nam inferior ſuperiorẽ ſoluere, aut ligare non põt. Ar. d. 21. inferior. Hu. & Arc. *Exponit literam.* Poteſtas aũt ligandi, & ſoluẽdi data eſt Petro Mat. 16. & 18. cæteris Apoſtolis, nõ aũt eſt data imperatori. [Quũ] Secunda pars. quum .i. quia. Hu. prima rõ [ſuperius] .i. in ſuperiori parte capituli, quæ hic non eſt. Hugu. [Deum eſſe appellatum.] Sępe .n. legitur clericos deos appellari, vt in pſalm. 81. Ego dixi. dij eſtis, & filij excelſi oẽs. & 11. q. 1. ſacerdotibus, & 12. q. 1. futuram. [ab hoĩbus] .ſ. laicis, & ſecularibus. [Sed Theodoſius] Secunda ratio [perſonę] quia Secũda nõ eſt recepta in authoritate. Hug. [per expoſitiones] optime corrigit, quia vt dicit Greg. tolle argumẽta, vbi fides quæritur. De articulis .n. fidei non eſt dubitandum ad hoc, vt reuocetur in dubium An ſit credendũ, vel non ſit inquirendo veritatem, licet inde diſputare, vt magis exponatur, clareant, & confirmentur, & ſm̃ hoc intelligitur, ꝙ habetur 11. diſt. quis neſciat, & C. de ſum. tri. l. 3. [communicare] .i. cõiter tractare, q. d. Niſi eum, non, vt debeat, præeſſe, vel intereſſe tractatui veſtro, vel, vt oſtendatur, ꝙ ſynodus non poteſt eſſe ſine meo conſenſu, ſed humiliter obediat,
2 ũ neceſſarium fuerit. Hu. [Epiſcoporum.] †Iſti proprie habent in concilijs vniuerſalibus intereſſe, tãquam patres, & principes eccleſiæ habentes vocem conſultiuam, & diffinitiuam in rebus eccleſiaſticis, vt de hoc notauimus, & diſputauimus .ſ. circa diſtin. 17. [miſeri] Niſi inuitentur. Hu. [His] Tertia pars [Ignatium]. Hic fuit cõſtantinopolitanus patriarcha, & à principe fuit expulſus, & ob eius fauorem à quibuſdam ſuis epiſcopis iniuſte depoſitus. Hu. [ſubſecutus.] Hic nota, ꝙ ex vno facto præſumitur aliud, quia .n. princeps expulit eum, pręſumitur, ꝙ epiſcopi minus bene conſenſerint eius depoſitioni poſtea, ſed volentes principi adulari. Ar. 1. q. 1. in primis. de iſto habetur, di. 21. ſubmittitur, & 63. di. c. 2. & 3. q. 5. quia Hu. & Arc.



In ſcripturis. Ad idem ſequitur hoc ca. eiuſdem papæ Nicolai ſcribentis Imperatori Iudouico, quem exhortatur ad reuerentiã, ſacerdotum, & vt ſacerdotum crimina magis debeat cum pudore tegere, quam minus ſapiẽter exaggerare. Et diuiditur in tres partes. In prima inducit exemplum Conſtantini. In ſecunda aſſignat aliquas rationes. In tertia reddit eum cautum ſecunda ibi. In quibus. tertia ibi. Sed hoc quidem. Leg. tex. ¶ In ſcripturis] Hoc narratur in hiſtoria Euſebij li. 11. Exemplum magnæ bonitatis ac reuerentiæ ad eccleſiam Chriſti, imo ad Xp̃m ſe habuiſſe oſtendit. Et vtinã oẽs principes ſeculares, & iudices talem affectum circa deum, & miniſtros, dei haberent. [In quibus] ſecunda pars. Prima ratio poteſt aſſignari, quia Cõſtantino eſt par in fide, & religione Chriſti, quia vterq; catholicus, in fide Chriſti firmus, is, cum ille debet obſequi Chriſto, eius ſacerdotes venerando. Nã Chriſtus ſacerdotib. ſuis ait Luc. 10. Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit. Secundo, quia eſt par Conſtantino in honore, debet par ei eſſe in humilitate, & in exhibitione reuerẽtię ad Chriſtum, & eius ſacerdotes, vt non ſit ingratus, ſed humiliter recognoſcat honoris beneficium, ad quod Chriſtus per quem Reges regnant. Prouer. 8. eum ſublimauit, attendant, quod ſcriptum eſt. Eccl. 3. Quanto maior es, humiliare in oĩbus, & coram Deo inuenies gratiam. Deus .n. ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiam. Prima. Petr. 5. ¶ Tertia ratio eſt, vt nõ ſit inferior in merito, cui eſt æqualis in faſtigio Imperiali, quia turpe eſt ęquari in poteſtate, & minorari in virtute, ꝑꝑ quam eſt ſublimior poteſtas cõferẽda. Quarta ratio, quia poſterior debet proficere, & nõ deficere, cum priorem ſanctum habeat in exemplũ. Exempla .n. maiorum debent mouere ad meliorem vitam minores. Deu. 32. Interroga maiores tuos, & dicẽt tibi. ¶ Quinta ratio eſt, quia, cum ſacerdotes Chriſti ſint patres ſpirituales iure regenerationis per baptiſmum, iure nutritionis, quia papæ verbo Dei paſcunt oues Chriſti, & educant exemplis, & conuerſatione. Patres autem honorandi ſunt. Exo. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Illi aũt patres non honorant, qui ſacerdotes à confuſione, & iniurijs non defendũt. [Sed hoc] Tertia pars. [non infrunitũ] Infrunitus dr̃ inſipiens, & cum irreuerentia indiſcretus. vñ Eccl. 23. dr̃ animo irreuerenti, & infrunito ne tradas me. Vnde infrunitum dicit Cham filium Noæ, inuerecũdum, qui verenda patris non operuit, ſed deriſit. Ideo maledictionem patris incurrit, ſed pudoratos vocat duos filios Noæ Sem, & Iaphet, quos imitari oportet, quia, qui ignominiã patris cooperuerunt, à patre ſunt benedicti Gen. 9. *Diuiſio.* *Exponit literam.*

1 *Filius eſt efficitur iudex an poterit iudicare patrem.*



Quis dubitet. Ad idẽ inducitur hoc c. ꝙ eſt beati Greg. ad epm̃ metenſem, oſtendens cõtra rõnẽ eſſe. vt laici, ſiue Imperatores, ſiue reges velint ſibi ſubiectos eſſe ſacerdotes. Et poteſt diuidi in duas partes In prima pręſupponit ꝓ indubitato. Secerdotes Chriſti patres, & magiſtros eſſe oĩm fideliũ. In ſcd̃a elicit cõcluſionẽ ꝑdictã. Scd̃a ibi. Nonne mirabilis. Leg. tex. ¶ [Quis patres] per quos regenerãtur, per quos in fide inſtruũtur, vnde patres ſunt, & magiſtri, ſeu doctores, qui non ſunt ſubijciendi, ſed honorandi. Exo. 20. Honora patrẽ tuum, & matrem tuam .ſ. ſacerdotes, & eccleſiam. [Nonne], Secũda pars. [ſi filius, &c.] Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Matth. 10. ſubiugare. ¶ Hic ſurgit qſtio, † Quid ſi filius alicuius efficitur Iudex? *Diuiſio.* *Exponit literam.* *Quæſtio.*
1 Nunquid talis poterit iudicare patrẽ? Rñdeſ, ꝙ ſit in caſu, ſed tunc non iudicabit, quia filius, ſed, quia iudex. Hug. ſed *Reſpõdet.*

hoc non est ad propositum nostrum, quia hic loquitur de patribus & magistris spiritualibus. vt dicit Hug. scilicet sacerdotib. quos nunquam debent iudicare filij, vel discipuli .i. laici, imo, si hoc attentet laicus iudex, debet priuari officio iudicandi 11. q. 1. nullus. Nec sententia valebit, extra de iudicijs, at si clerici, & c. cum non ab hoie. Nō solum in terra quilibet fidelis credere debet, ꝙ sacerdotes possint absoluere, & ligare. Hoc Petro in psona ecclesiæ dictū est. Mat. 16. & 24. q. 1. quodcunq; & c. [in celis] Quia oēs, qui sunt in cœlo approbāt absolutionem, vel ligationē, q̃ iuste faciunt sacerdotes in terra, de pœniten. dis. 1. quem pœnitet. Hug.



Vo sunt. Ad idē inducitur hoc c. quod est Pelagij papæ, in quo ostendit Pelagius, ꝙ magna sit dña inter potestatem pontificalem, & ptātem regalē, ostēdēs ptātem pontificalē maiorē, & pēminentiorē esse Ptāte regali. Et diuiditur in tres partes. In prima ostēdit necessitatem duarum potestatum pro regimine orbis. In secūda ostendit, ꝙ ptās pontificalis autoritate maior, & superior sit potestate regali, quod exēplis etiam ostēdit. In tertia declarat, qualiter ipsa pōtificalis authoritas dignitate, & excellentia nobilitatis ipsi potestati regali supereminent. Scda ibi. In quibus nosti. Tertia ibi. Qui etiā. Pro pleniori intelligentia huius capituli tria veniunt disputanda.

Modernior codex adscri bit hoc cap. Gelasio.

Diuisio.

¶ Primum est. Vtrum in politica christiana sunt hæ duæ potestates .s. pontificalis, & regalis necessariæ.

¶ Secundum est. Vtrum pōtificalis, siue spiritualis potestas supereminent regali, siue temporali.

¶ Tertium est. Vtrum potestas secularis Regalis, siue Imperialis deriuetur, siue dependeat à pontificali, siue papali.

Ad primū Sic pceditur, † & videtur, ꝙ hæ duæ dictæ ptātes non sint in christiana republica necessariæ, sed sufficiat vna ad regimē populi christiani. Primo sic. Pluralitas principatuum, vt habetur 12. Meta. Et in c. in quib. 7. q. 1. Non est bona, nec expediens, sed pluralitas potestatum, & iurisdictionū desperatarū, qua vna non cōtinetur sub altera, arguit pluralitatem principatuū quorum vnum non est sub alio: ergo talis pluralitas non est bona, nec expediens. ergo altera tm̄ dāda est in politica christiana, & non duæ: consequentia videtur bona. ¶ Scdo sic. Mat. 6. habetur. Nemo pōt duobus dñis seruire, ex quo habet, ꝙ ordo subiectionis requirit vnitatē dñationis, inordinatum: ergo erit duas dñationes in prælatione esse .s. Regalem, & sacerdotalem. ¶ Tertio sic. Sufficit populo, ꝙ viuat virtuose, sed ad hoc sufficit potestas regalis siue secularis, quæ per pœnas, & præmia, & leges intendit hoīes facere bonos, & virtuosos, & operatores bonorum, vt 2. Eth. habetur & ff. de iusti. & iur. l. 1. §. 1. Ergo alia potestas ad regimen reipublicæ christianę nō est necessaria. ¶ Quarto sic. Arguendo per oppositum, ꝙ sola spūalis sufficiat ptās regalis ex permissione diuina videtur esse, non precepto, vel cōstitutione filijs Israel concessa, vt innuit glo. interlinearis. Deut. 18. dicens. Constituunt sibi regum cōtra Dei voluntatem, non Deum, sed hoiem, sed omne hmōi ex permissione leuioris culpabile, & illicitū esse videtur: ergo relinquitur talem potestatem temporalem non esse necessariā, consequentia videtur bona. ¶ In oppositum est c. præsens, vbi Pelagius papa dicit imperatori Anastasio, duo sunt quippe Imperator Auguste, quibus principaliter hic regitur mundus. Respondeo dicendum sub ista conclusione Quòd pro bono, & sufficienti regimine Reipublicæ christianę necessario sunt institutæ duæ ptātes istæ .s. pontificalis, & secularis, siue regalis, quæ conclusio ostenditur pro nunc dupliciter. Primo sic. Ordo prouidentiæ diuinæ habet, vt p superiora inferiora regātur, dispēsentur, & gubernentur, patet hoc in naturali corpore, in elementis, quæ coguntur ex influentia corporis cœlestis, vnde dicit philosophus 1. Meteororum, ꝙ tota regio elementaris continuatᵣ lationib. superiorib. vt oīs eius virtus inde gubernetur. Et Beatus Dionysius 4. de di. no. inquit. Quòd sol ad gñationē visibilium corporum cōfert, & ad vitam mouet, & nutrit, auget, & perficit. Hic etiam ordo diuinæ prouidentiæ patet in ordine intellectuali, qm̄ inferiores Angeli illuminātur per superiores, vt docet idē Diony. in de cœlesti Hiera. Et ita relinquitur debere esse in vniuersitate hoīm, vt in eis ordo huius diuinæ prouidentiæ relucceat, vt, qui superiores sunt virtute, & eminentiores intellectu regant inferiores, vnde Aug. 3. de trin. inquit, Corpora grossiora, & inferiora per superiora, & potentiora quodam ordine reguntur, ita oīa corpora per vitæ spiritum rationalem iustū. Pręterea, cum in omni pluralitate ordinata naturale, & expediens sit, vt inquit Ari. 1. politicæ, vt aliquis principetur, & cætera sint subiecta, consequens est, in vniuersitate hoīm hoc idem sit faciēdū, vt aliquis principetur, & alij sint subiecti. In hoc autem consistit ordo, & ratio potestatis ergo necesse est dare in re publica christiana aliquam potestatem, qua vnus alios regendo, & gubernando cæteris præsideat. Quod vero præter secularem, vel laicam potestatem, ponenda sit necessario in populo christiano etiam spiritualis potestas, manifeste ostenditur sic iuxta dominum Durandum in tractatu suo de origine iurisdictionū, potestas, aliqua in republica ad hoc ordinatur, vt hoīes arceantur à malis, & inducantur ad bonum, vnde prima Pet. 2. dr̄. de potestate, ꝙ est ad vindictam malorū, laudem vero bonorum. Et ad Ro. 12. dr̄. Vis non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem. Nam principes sunt non timori boni operis, sed mali. Si autem bona ad quæ hoīes debent arceri pertinerent ad solam vitam ciuilem, & politicā, sufficeret ad regimen christiani populi potestas secularis, nec aliqua alia esset necessaria, sed, quia vita fidelium non solum tendit ad bonum, & mala præsentis vitæ, sed principaliter ad bona futuræ vitæ, ꝑm illud Mat. 6. primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius. Summe etiam abhorret inter omnes pœnas illam, quā post mortem corporis aīa, & corpus finaliter mittuntur in Geennam ignis, de qua Mat. 10. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, aīam autē non possunt occidere, sed eum timete, qui aīam, & corpus potest mittere in Geennam ignis, & idem habetur Lucæ 12. Ergo inter fideles christianos, ne exorbitent, siue deuient à fine quem ex religionis christianæ professione intēdunt, & si errare contingat à via, possint reduci ad eam, necessaria est potestas, ad quam pertineat eos ad finem prædictū dirigere, & deuiantes corrigere, & ad vitam rectam deducere, non solum exhortationib. sed etiam pœnis cōgruentib. Sed quia ad hoc non sufficit potestas secularis, q̃ nihil nouit de pœnis, & præmijs vitæ futuræ, nec de meritis, seu demeritis, q̃ ad finem eos perducunt. Et ideo præter ptātē secularem necessaria est in christiano populo alia ptās, quę cōi nomine spiritualis dr̄. Secundo idem ostenditur sic iuxta Hugonem de sancto victore li. de sacramentis parte 2. duæ vitæ sunt, vna .s. terrena, alia spūalis. Ad vitam terrenā pertinent oīa, quæ terrena. Ad vitā spiritualem oīa, q̃ spūalia sunt. Vt aūt in vtraque vita iustitia seruetur, et vtilitas proueniat vtraq; potestas necessaria est, sed humana societas christiana: nō potest sine vtraque vita manere ergo necessaria est in ea duplex potestas ad conseruationem iustitiæ, vna, quæ præsit in terrenis ad ordinandā vitā æternā, alia, quæ præsit in spiritualibus, ad ordināda vitā spūalem. De his duabus potestatib. videtur loqui Paulus Apostolus ad Rom. 13. Oīs aīa subiecta sit potestatib. sublimiorib. ꝙ exponens magister Nicolaus de lyra ait. i. prælatis in spiritualib. & principib. terrenis in tēporalib. ¶ Quibus habitis, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur, ꝙ pluralitas principatuum, quorum vnus non subest alteri non est bona, sed sic non est in proposito, qm̄ secularis subest aliquo modo spūali, vt manifeste colligitᵣ in præsenti c. ¶ Ad secundam rōnem respondetur, ꝙ illud intelligitur, cum dñi illi ad inuicem discordant. ptās aūt regalis cum ordinata est, nunquā desidet à potestate sacerdotali, sed ipsi cōgruit, & cōcordat, vt sicut vita terrena subministrat vitæ spirituali, & vita spūalis cōlaborat terrenæ, ita ptās regalis sacerdotali, & sacerdotalis regali. vnde Hu. de S. Victore. Dñs noster pacis amator est, & nihil inordinatū approbare pōt. ¶ Ad tertiā rñdetᵣ, ꝙ nō sufficit populo viuere virtuose, quantum ad virtutes morales, & politicas, de quibus dicit philosophus in moralibus, sed oportet, quòd viuat virtuose secundum virtutes theologicas, quæ dirigant actus fidelium Christianorum ad beatam vitā, vnde ad Heb. 11. sine fide impossibile est placere Deo. Et 1. ad Cor. 13. charitatem aūt non habeā nihil sum. De qua beata vita, & virtutib. ad eam dirigentib. nihil nouit rō naturalis, super q̃ potestas secularis fundata esse dicitur. ¶ Ad quartam rñdetur, negando consequētiam. Tum primo, quia licet in populo Dei siue fidelium potestas secularis sub noīe Regalis nō legatᵣ à Deo concessa, sed pmissa tñ non sequitur, ꝙ potestas secularis simpliciter à Deo cōcessa

Margin notes (left): Primū ar. — Secūdū ar. — Tertium ar. — Quartū ar. — Opponit in contrarium Respondet. — Dionysius. — August. 4. de trinit. lib. 3. cap. 4. Tom.

Margin notes (right): Duraudus 2. seu pi. 44. q. 2. — Hugo de sācto Victore — Nicolaus de Lyra. Ad primū arg. — Ad secundā — Ad tertiū. — Ad quartū

cessa, & præcepta non fuerit, cum antequam fuerit, Rex Institutus in Israel duces, & iudices fuerint in illo populo ex institutione diuina, qui populum iudicarent, dr.n.Deu. 16.Iudices,& magistros constitues in oib. portis tuis, quas Dñs Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, & iudicent populum iusto iudicio. Secundo præfata consequêtia uenit neganda, qm licet Saul constitutus fuerit Rex contra voluntatem Dei hoc modo, quia.s.non commiserit illum constituendum nihilominus tñ non sequitur propter hoc, ꝙ potestas regalis non fuerit à Deo cum dicatur. Prouerb. 8.per me reges regnant,&c. Et ad Ro.13.dicit Apostolus, non est potestas nisi à Deo.

2 Ad secundum Sic proceditur,† & videtur, ꝙ potestas secularis, siue regalis pemineat spirituali siue pontificali. Et primo in temporis antiquitate, quia prius videtur fuisse ptã secularis, quã sacerdotium, vñ B.Aug.15.de ciui. Dei c.8.dicit. Quod Cain ante diluuium fuit primus dñus inter hoies, quo tpe nullum legitur fuisse sacerdotium. ¶ Secundo videtur, ꝙ emineat excellentia dignitatis. Nam prima Pet.2.dr, subiecti estote omni humanæ creaturæ pp Deum, siue regi, tanquam præ excellenti, vbi beatus Petrus aperte videtur innuere Regalem potestatem cæteris potestatibus dignitate præcellere. & confirmatur, qm plures pontifices scribentes Imperatoribus vocant eos dños. ¶ Tertio arguitur, ꝙ potestas spũalis non præemineat temporali, siue seculari maioritate iurisdictionis, ita ꝙ eã errantẽ iudicare posset. Sic gl.super illud psal.59. Tibi soli peccaui dicit sic, quia rex est oibus superior: ideo tm à Deo, quia maior eo est, est puniendus. ¶ Quarto arguitur, ꝙ potestas secularis, maxime regalis supereminet dignitate dominationis sic. Tributum non soluitur per aliquem alicui, nisi maiori suo, aut superiori, vñ solutio tributi probatio videtur subiectionis, vt habetur tã ex.c.magnũ 11.q.1.quam ext.c.2.ext.de cẽs. Sed ecclesia soluit tributum Imperatori, vt in c.eo.tributũ.11.q.1. Ergo videtur, ꝙ potestas spiritualis non terrenæ superemineat maioritate prælationis, siue dominationis, sed potius ecõuerso. ¶ In oppositum est præsens c.respondet dicendum, ꝙ spiritualis potestas supereminet potestati seculari in multis primo in temporis antiquitate patet, qm in Abel, in quo dr ecclesia incæpisse videtur sacerdotium habuisse exordium in populo Dei, cũ ipse in scriptura sancta sacrificiũ Deo acceptum obtulisse legatur primus. Gen.2. vnde Aug. ad Orosium scribens dicit. Tria maxime iustitiæ preconia in Abel fuisse comprobantur.s. virginitas sacerdotium, & martyrium, in quibus Christi figuram primus gessit. patet etiam hoc sacerdotij antiquitas tpe legis naturæ. Nam à tẽpore Noæ ante institutionem Regalis, siue imperialis legitimæ potestatis sacerdotium annexum fuit primogenituræ vsque ad sacerdotium legis scriptæ. Patet etiam hoc tẽpore legis scriptæ manifeste. Nam sacerdotium præcessit regalem dignitatem, sicut patet primi Reg.10.vbi legitur, ꝙ Samuel sacerdos vnxit Saulem in regẽ de mandato dñi. Secundo. Spiritualis potestas præeminet nobilitate originis, qm potestas spiritualis, & maxime data in nouo testamento est à Deo immediate, vnde Christus ait Petro pro se, & successorib. Tibi dabo claues regni cœlorum. Mat.16. & pasce oues meas Ioã.vlt. Potestas vero secularis non fuit sic à principio instituta. Imo consideranti sacræ scipturæ processum manifeste patet, ꝙ quantum ad quatuor Imperia fuerit per violentiam vsurpata, prout nos ad longũ deduximus in libro nostro de ecclesia. ¶ Tertio, potestas spiritualis præeminet potestati seculari dignitate. Patet, quia, qm quanto vita spiritualis dignior est, quã terrena, & spũs, q̃ corpus, tanto inquit venerabilis Hugo de S.Vict. potestas spiritualis supra secularem honore, & dignitate præcellit. Et hoc modo dicit Inn. extra de maio.& obe.c. solitæ. Qđ spiritualia tanto sunt temporalib. digniora, quantum aĩa præfertur corpori. Hinc beatus Ambrosius, vt in c. præsenti dicit, ꝙ aurum nõ tam prætiosius est plumbo, quã regia potestate, sit ordo sacerdotalis altior. ¶ Quarto ptãs spiritualis præeminet seculari maioritate authoritatis. Nam vt inquit Hu. de sancto Victore li. de sacramentis. In ecclesia sacerdotalis dignitas Regalem potestatem sacrat, & sanctificat per benedictionẽ, vt autem inquit Apostolus ab Heb. 7. Sine contradictione maior est, qui benedicit, q̃ qui benedicitur: ergo &c. ¶ Quinto, ptãs spũalis supereminet terrenæ nobilitate finis, ad quem dirigit, patet, qm vt in superiori quæstione diximus finis, ad quẽ immediate dirigit ptãs spũalis est æterna beatitudo, ad q̃ non naturali virtute, sed grã peruenitur, dicente Apostolo. Grã Dei vita æterna ad Ro.6. Finis vero ptãtis secularis, vt sic est fœlicitas politica, ad quẽ finem põt homo virttute naturali peruenire. ¶ Sexto. Ptãs spiritualis præeminet seculari quodãmodo causalitate, de qua præeminentia dr in qõne seq. ¶ Septimo spũalis ptãs supereminet seculari autoritate iurisdictionis, qm ptãs spũalis iudicat terrenã, si eã deuiare contingat & non ecouerso, de qua in c.psenti manifestum est testimonium, vnde Hu. de san. Victore de hac præeminentia ait vbi.s. sicut spũalis ptãs terrenam ptãtem iudicare debet, si bona nõ fuerit, ipsa vero spiritualis à Deo primum instituta est, & cum deuiat à solo Deo iudicari habet, & põt, sic scriptũ est .s.1.ad Cor.3. spiritualis hõ oĩa iudicat, & ipse à nemine iudicatur. Ad hoc c.cuncta per mundum 9.q.3.cum alijs capitulis eiusdem causæ, & qõnis. ¶ Octauo, ptãs spũalis supereminet seculari superioritate plationis, patet in c.pced. quis dubitet e.di. vbi dicit Gre. Quis dubitet sacerdotes regum, & principum oĩumque fidelium patres, & magistros censeri. ¶ Nono Ptãs pontificalis romani pontificis præfertur seculari, siue regali amplitudine principatus, qm amplitudo principatus spũalis ptãs extenditur à mari, vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos terrarũ, sicut.s.in c. cum ad verum.e.di. satis exposuimus, inducendo illud Io. vlt. vbi Christus ait Petro. Pasce oues meas, non discernẽs inter has, & illas, sed quascunque ei cõmendat, vt dicit Bernar. ¶ Decimo spũalis ptãs præeminet seculari robore firmitatis, & fortitudinis. Patet, qm ptãtes seculares paruæ durationis sunt, & exiguæ firmitatis, sicut patet de quatuor Imperijs, de quibus Dan.7. Vnde eccl.10.dr. Oĩs potentatus breuis vita. Potestas vero spiritualis stabilis semper pseuerat, vnde cum à Christo dictum fuisset Petro. Matth.16. Tu es Petrus, & super hac Petram æstificabo ecclesiã meã, immediate de firmitate eius sequitur, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, vi merito de throno ecclesię, siue romani pontificis dici posset illud secundi Reg.7. stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. ¶ His habitis, de quibus tñ plenius, & cum maiori quiete animi fuimus locuti in libro nostro de ecclesia, dicendum est ad rationes in oppositum. Ad primam respondetur negando antecedens. Et ad probationem dicimus duo. Primum est, ꝙ Cain non fuit verus dñs, vt puta ordinariam habens potestatem, sed fuit vnus Tyrannus per violentiã, & oppressionem quærens sibi principatum. Scđo dicimus, ꝙ anteq̃ Cain dñium illud vsurparet, iã præcessit oblatio Abel, quẽ Christus in euangelio iustũ vocat quæ fuit vera res sacerdotalis, vnde subdit. Gen.2. Et respexit dñs ad Abel, & munera eius. ¶ Ad secundã respondetur, ꝙ ptãs regalis nõ nominatur sic excellẽs, ꝙ simplr præemineat oĩ alij ptãti, sed bene in ordine seculariũ potestatũ est excellẽs. Et ideo ex hoc non sequitur, ꝙ præemineat ptãti spũali, quę alterius, & superioris ordinis est. ¶ Ad tertiã rñdet, ꝙ id, quod gl. illa dicit, ꝙ rex non habet superiorẽ. Non est intelligendum simpliciter, sed tm in suo ordine.s.in ordine ptãtum secularium. Hoc.n. ordine superior est rex, siue imperator, nihilominus superiorẽ habet ptãtem.s.spũalẽ, sicut patet in c. præsenti. Quod autem aliqui summi pontifices scribentes imperatorib. vocauerunt eos dños, hoc de humilitate processit, vnde non est ex hoc sumendum argumentum inferioritatis alicuius. ¶ Ad quartã rñdetur, ꝙ ecclesia nõ soluit tributũ Imperatori, aut principib. secularib. in recognitionẽ dñi, sed potiꝰ in recognitionẽ beneficij, seu in solutionẽ stipẽdij pro pace, & quiete, qua debet ecclesiã, & ecclesiæ bona tueri, & defensare, vnde proprie non dr tributum. Hæc solutio colligitur expresse 23.q.8. tributum, &c.

3 Ad tertium Sic proceditur, † Et videtur, quòd secularis potestas regalis, siue Imperialis deriuetur à potestate Spirituali summi pontificis, & hoc multipliciter. Primo sic. Ab illo est imperium, cui datæ sunt cœlestis, & terreni Imperij claues, sed Petro, & suis successoribus datæ sunt claues cœlestis, & terreni Imperij dist.22.c.1. Ergo imperium, siue potestas secularis est à papa. ¶ Secundo sic. Imperium est ab illo, qui ex ordinatione Dei est caput primum, & iudex supremus cunctorum mortalium, sed papa est huiusmodi: ergo, &c.

Primũ ar. Secũdũ ar. Tertiũ ar. Quartũ ar. Opponit & Respondet August. in lib. de Mirab.S.Sri c.3.Tom.3 Hugo de sãcto Victore Ambrosius Hugo de sãcto Victore Bernard. Ad primum argumen. Ad secundũ Ad tertiũ. Ad quartũ. Primũ ar. Secũdũ ar.

Tertium ar. ¶ Tertio sic. Ab illo est imperium, qui potest imperatorē deponere, sed papa hoc potest 15.q.6.cap.alius.ergo,&c. *Quartū ar.* ¶ Quarto, Ab illo videtur esse imperium, qui potest transferre Imperium de vna gente in aliam, hoc potest papa in c.venerabilem ext. de elec.ergo,&c. *Quintū ar.* ¶ Quinto sic. Ab illo est imperium, à quo imperator, postquam est electus, examinatur, inungitur, consecratur, & corronatur, sed imperator à papa examinatur, inungitur, Ergo,&c. *Sextum ar.* ¶ Sexto. Ab illo est imperium, cui imperator iurat, tanquam Vasallus, sed Imperator, tanquam Vasallus præstat iuramentum fidelitatis, & subiectionis papæ di.63. Tibi dño. Ergo,&c. *Septimū ar.* ¶ Septimo. Ab illo est imperium, ad quē se habet imperator, sicut filius ad patrē, discipulus ad magistrum, sicut plūbum ad aurum, luna ad solem, sed ſm istas comparationes se habet imperator ad papam, vt partim patet in c. præsenti, & in c.superiori, quis dubitet e.di. Ergo,&c. *Octauū ar.* ¶ Octauo. Ab illo est imperiū, cui imperator tenetur caput submittere, sed imperator tenetur caput submittere papæ dis.63. Valentinianus, & in.c.præsenti: ergo,&c. *Nonū ar.* Nono sic. Ab illo est imperium, qui autoritate propria, & non ex ordinatione Imperatorum, vel alterius hoīs regere habet imperium, ipso vacante, hoc autem facit papa, vacāte imperio: ergo imperior est à papa. *Decimū ar.* ¶ Decimo arguitur sic. De oībus principib. Gen.1. Deus fecit duo luminaria magna solem .i.papam, vt præesset diei.i.in spūalib. & Lunā.i.imperatorem, siue principem secularem, vt præesset nocti.s.in temporalib. sed luna, ꝙ præsit nocti, non habet, nisi per lumen à sole sibi mutuatum: ergo, & imperator, vel rex præsit in tpalib. habet per potestatem, quā habet à papa. *Opponit in contrarium* ¶ In oppositum arguitur ext.ca. præsenti, vbi dr̄, ꝙ duo sunt, quibus principaliter hic mundus regitur. Super ver. principaliter dicit Hu. Ergo neutrum pendet ex altero, quod verum. vt inquit quantum ad institutionem. Et idem gl. Neutrū pēdet ex reliquo Ar. pro imperatore, quia diuinitus consecutus est Imperium.j.c.proxi. *Respondet prima opi.* Rn̄deo dicēdum, ꝙ triplex est modus hic dicendi i 1 gn̄ali. quidam.n. sequentes opinionē illam, ꝙ papa habeat tam in spiritualib. quam in tpalib. plenitudinem potestatis, dicunt imperium, & oīa alia regna causaliter esse à papa, ita, ꝙ de plenitudine ptātis suæ posset Imperatorem, & alium quemcunque Regem instituere, & ad suum libitum destituere, & eidem alium subrogare. *Secūda opi.* ¶ Secundus modus aliquorum est per totum contrariū. dicunt.n. isti, ꝙ imperium, & ptās Regalis, siue iurisdictio in temporalib. non sit à papa, sed à solo Deo, quod probat. Tum autoritate, vt.j.in c.seq. & 23.q.4 quesitum. Tum rōne duplici. Primo sic. Ante religionem Christianā fuit imperium, fuerunt etiam alij reges, qui illo tp̄e nullum aliū superiorem cognouerunt in tpalib. ergo nec nunc successores eorum habēt superiorem, à quo dependeant. ¶ Scd̄o sic. successor gaudet eodem iure, quo prędecessor ex.de re. iur. Si qui.li.6.non.n. esset vera successio, si successor minus haberet, q̄ prædecessor, sed infidelis Imperator, cui succedit christianus Impera or non tenebat imperialia à papa, nec etiam à Christo, quia Christus nō venerat tollere, nec etiam impedire dn̄ia regum seu Imperatorū, vt dicit Aug. super illud Io. regnū meū non est de hoc mundo. ergo nec imperator fidelis. *August. Tertia opi.* ¶ Tertius modus dicendi, qui nobis probabilior vr̄, est, ꝙ potestas Secularis, siue regalis, siue Imperialis ſm esse suum materiale, vt ita dicatur. non dependeat à Potestate spirituali, sed à deo mediante naturali hominum inclinatione. sed ſm esse perfectum eius dependet quodammodo à spirituali, quia ptās secularis veram, & pfectam ratione potestatis sortitur ex formatione, seu ex deriuatione potestatis spiritualis. Pro quo notandum, ꝙ, sicut virtutes morales sine fide Christi non habent rōnem completam virtutis, quia, vt inquit S.Tho. in 1.2. *S.Thomas 1.2.q.62.ar.1.cor.q.* Non ordinant hoīm ad finem vltimum, ꝙ est suprema beatitudo, sed ad vltimum finem ſm quid in aliquo genere, videlicet ad eum, qui non excedit facultatem hoīs. Et ideo vt habetur in c.oēs.§.1.28.q.1. *Augost.* inquit Aug. Vbi nō est agnitio incōmutabilis veritatis, falsa est virtus, etiam in optimis moribus. Idē dicit Augu. vt habetur in c.vb. sana.24.q.1. inquit. Vbi sana fides non est, non pōt esse iustitia. Ita videtur esse de potestate regitiua populi, cuius intentio est subiectos inducere ad virtutes, vt dr̄ 2.Ethico. ꝙ ipsa non habet perfectam rationem potestatis, nisi subiectos suos reguler aliquo modo, etiam in ordine ad finem beatitudinis supernæ, vnde beatus Aug.li.3. contra Cresconium grammaticum inquit in hac Re. Reges, sicut eis diuinitus precipitur, deo seruiunt, inquantum reges sunt, si in Regno suo bona iubeant, mala prohibeant, non solum, quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiā, quæ pertinēt ad diuina religionem. Item in li. de correctione Donatistarū ad Bonifacium comitem. Et habetur 23.q.4. si ecclesia, ita inquit. Et nunc Reges intelligite, &c. Qūo ergo Reges seruiūt dn̄o in timore, nisi ea, quæ contra iussa dn̄i fiant religiosa seueritate prohibendo, atq; plectendo. Aliter.n. seruit, quia hō est aliter, q̄a Rex est, quia homo ē, seruit fideliter, quia vero etiam Rex est, seruat leges, iusta præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti rigore sanciendo, sicut seruiuit Ezechias, lucos, & templa idolorum, & illa excelsa, quæ cōtra Dei præceptum fuerunt constructa, destruendo. Hæc Aug. Cum aūt potestas secularis, vt sit accepta, nihil noue rit de felicitate superna, nec de illis, quæ ad illam hoīes disponunt necessario in hac potestatis perfectione, dependet ex potestate spirituali, cui per se, & directe competit hoīes inducere ad finē supernæ felicitatis, & nulli alij, nisi ex directione hmōi, vnde necesse est, ꝙ si in ordine ad vltimum finem potestas secularis habet dirigere subiectos suos, hoc habeat à deriuatione à spirituali potestate. Vnde Aug.li.2. de ciuit. Dei c.21. dicit, ꝙ sine iustitia non potest regi Respublica. *Augost. li.2.de ciui. Dei.c.21. fere in fine. Tom.5.* Vera aūt iustitia non est in re publica, cuius Christus non est rector. Patet ergo, ꝙ potestas secularis in republica christiana in sua perfectione, modo iam dicto oriatur, & pendeat à potestate spirituali in genere causa efficiēti, quasi ab eo formata, videmus.n. est, ꝙ calor naturalis inflāmatus virtute aīæ vegetatiuæ sic agit ad generationem carnis, & sanguinis in animali, ad quod non potest virtute propria. Et ita suo modo dicendum est in proposito, vnde in c.seq. dr̄. Imperator filius est ecclesiæ, non præsul. Et iō, ꝙ ad religionē cōpetit, discere ei cōpetit, nō docere, propter quod Hu. de S.Vi.li. de sacramētis inquit. *Hugo de sācto Victore* Quòd spiritualis ptās terrenā instituere habet, vt sic, & iudicare, si bona non fuerit hinc est, ꝙ leges imperiales non solū non dignātur sacros canones imitari, vt in c.clerici ext. de iudi. imo ēt, vt in c.cōstitutiones di.10. dicit papa Fœlix. Cōstitutiones principum cōtra canones, & decreta præsulū Romanorū, vel bonos mores, nullius sunt momēti. ¶ His habitis, dicendum est ad rationes factas pro alijs opinionib. *Ad primū arg.* Ad primam rationem pro prima opinione respondetur, negādo consequentiam, qm̄ ex illo verbo Nicolai papæ non sequitur hoc maxime attento, ꝙ non est intelligentia illius authoritatis, qualis datur à multis, videlicet, ꝙ Imperium, & oīa regna sint à papa. Tum, quia hæc intelligentia in præiudicium oīum Regum non facientium Homagium Papæ, multipliciter redundare dignoscitur. Tū, quia oēs dn̄i non recognoscentes dn̄ia tpalia habere à papa viderent errare in fide, quod durum est ad dicendum. Tum tertio, quia Nicolaus papa in hoc c.præsenti videtur dicere contrarium, cum loquens Imperatori, dicat, duo sunt, quibus principaliter regitur mundus, &c. Ergo vt Hu. Lau. & Arc. exponūt [terreni].i.laicorū. [cœlestis].i.clericorum, *Ad secundū* ¶ Ad secundā respondetur dupliciter. Primo, ꝙ maior est vera de eo, qui primum, & principale est caput, & iudex, & supremus oīm mortaliū. Et iste est solus Christus, & tunc negatur minor, ꝙ papa sit talis. Tū, quia ipse non est Iudex oīm mortaliū, dicente Apostolo 1.ad Cor.5. Quid.n. mihi de his, quæ foris sunt iudicare. Tum secundo, quia licet posset dici, ꝙ saltem sit iudex populi fidelis, non est tn̄ supremus simpliciter, quia sic est Christus, sed in ordine eorum, qui vicarij, & ministri sunt Christi est supremus, vn̄ licet de Christo consequentia habet locum, non tn̄ de eius Vicario est necessaria: quare concedimus, ꝙ ambæ potestates.s. tam spiritualis, quā secularis à Christo, sicut ab vno fonte emanāt, vt in aut. qūo oportet. in prin. Tum tertio, quia licet concedatur, ꝙ papa sit supremus iudex cunctorum fidelium in spiritualibus, non tn̄ vniuersaliter in temporalib., sicut supra circa c.Verū, dictum est. Et ideo ratio non procedit. *Ad tertiū.* ¶ Ad tertiam breuiter respondetur, negando consequentiam. Et ratio est, quia licet papa rationabiliter, & sufficienti causa interueniente possit priuare Imperatorem Imperio, & Reges dominijs suis, non ex hoc sequitur, ꝙ beneficia, iurisdictiones, & bona ipsa quibus mali principes veniunt priuandi, à papa secundum institutionem emanauerint. Nam omni die etiam experimur Iudices licite latrones, aliosque malefactores quandoque vita priuare, quam

re, quam tamen vitam illis non ipsi Iudices, sed Deus solus ipse donauit. ¶ Ad quartam respondetur eo modo negando consequentiam. Licet enim papa, vtpote pastor vniuersalis ouium Christi, sicut supra circa c.verum, ostendimus, rationabi li causa, & necessitate maxima vrgẽte, posset hanc trãslationem de imperio aut de alijs regnis facere nihilominus nõ sequitur, pp hoc, ꝙ imperium, aut alia Regna ẽm institutionem suam dependeant absolute à papa. ¶ Ad quintam respondetur dupliciter. Primo negando consequentiam. Et rõ est, quia examinatio, & vnctio à pontifice romano non arguunt, ꝙ imperium sit à papa, qa etiam per vnctionem, cõsecrationem, seu coronationem, ostẽdi non põt, ꝙ alij reges ab Archiepiscopis, aut episcopis, à quibus vnguntur, consecrantur, & coronãtur regna sua teneant. ¶ Secundo respondetur, ꝙ licet ratio curreret de imperatore, quem ipse papa instituit, non tñ de imperatorib. antiquis, & maxime de alijs Regib. & dñis. ¶ Ad sextam rñdetur, negando consequentiam, quia non pp hoc, ꝙ Imperator iste iurat papæ sequitur, ꝙ imperiũ ipsum, qtũ ad institutionẽ eius sit à papa. Scđo dr, ꝙ qcquid sit ab imperatore, modo, qui à papa coronatur, hoc tñ nihil arguit de alijs regib. & potestatib. quæ nullo fidelitatis iuramẽto astringuntur papæ nec ei subsunt in tpalib. ¶ Ad septimã rñdetur negando maiorem, q̃ manifeste falsa est, quia illæ comparationes licet ostendant ẽm aliquod esse spũale Imperatorem subiectum esse papæ sicut expositum est. s̃. ea. ĩ c. quis dubitet non autem, ꝙ secularis potestas, quãtum ad institutionem iuxta intellectum primæ opinionis, dependeat, quòd papa isto modo, non modo à papa, sed à quolibet sacerdote diceretur ẽm oẽs principes mundi qtum ad institutionem dependere cum textus Gre. non tm̃ de papa loquens, sed de oĩb. Xp̃i sacerdotib. dicat quis dubitet sacerdotes Xp̃i regum, & principum oĩmque fidelius patres, & magistros censeri, vt in c. quis dubitet. s̃. e. di. ¶ Ad octauã rñdetur negãdo assumptum. Et ad probationem dicendũ, ꝙ nihil ꝓbat, quia si verba illa Valentini ꝓbare possent, ꝙ imperium est à papa, ꝓbaretur ꝑ ipsa, ꝙ imperium eẽt ab Archiepiscopo Mediol. quia de illo ꝓtulit Valentinus verba illa, & sic ab alijs sacerdotib. quia Ambro. in c. ꝑsenti de oĩb. sacerdotib. similia verba profert. ¶ Ad nonam rñdetur etiam, negando assumptum. Licet. n. hoc satis oñdat papã ptãtem habere aliquo modo in tpalib. modis assignatis superius, in c. verum, & in casib. à iure expressis in c. licet. ex. de fo. comp. non tñ probat, ꝙ imperialis ipsa ptãs, siue regalis sit à papa, quantum ad institutionem. ¶ Ad decimam rñdetur dupliciter. Primo, quòd expositio illa mystica est theologica, nõ est argumentatiua. Secundo dr, ꝙ licet Luna. i. tpalis potestas illuminetur à sole, lumine, s. doctrinæ fidei, pp quã illuminationem sacerdotes dicuntur patres, & magistri Regum, vt in c. quis dubitet. s̃. e. di. Non pp hoc sequitur, ꝙ ptãs ipsa secularis dependeat in sua institutione à spũali ptãte. Vnde Luna licet illuminetur à sole, nõ tñ producitur ab eo, sed ambo à Deo creata sunt. Et ita etiã, licet sit ordo inter Angelos, vt inferiores illuminent à superiorib. inferiores tñ ita immediate creati sunt à deo, sicut superiores. Et ita vr̃ esse in ꝓposito. Vñ multa argumenta fiunt circa hanc materiã, q̃ licet habeant quandã apparentiã, non tñ necessitatem, & fundamentũ defectus illarũ rõnum vr̃ nobis inde esse, quia præsupponunt esse necesse, vt in tpalib. sit ordo, & colligatio ad vnum caput, & vnum rectorẽ, qđ non habet verum. In spũalib. aũt sic, quia necesse est vnã esse fidem, & vnã religionis obseruantiam in his, q̃ instituta sunt ad salutem humani gñis, q̃ non posset manu teneri, & conseruari, nisi vnus principalis daret, & gubernator, & rector oĩum. Non aũt sic est in tpalib. qm̃ talis vnitas, morum, & legum, aut vniformitas conuersationis in tpalib. forte non est possibilis pp varietatem regionum, ꝓuinciarum, & hoĩm, vt dicit dñs Durandus. Iã ad duas rõnes factas in fauorem alterius opi. dicendum est. ¶ Ad primã rñdetur, ꝙ imperium, & aliȩ ptãtes seculares, licet quãtum ad substantiam, & esse imperfectũ ptãtis præcesserũt papatum, & ẽt incarnationem filij Dei, sequũtur tñ papatũ ẽm esse completum, & formatum, qđ habent ex deriuatione, & influentia ptãtis spũalis sicut superius declarauimus. ¶ Ad secundam rñdetur, ꝙ licet imperator modernus succedat imperatori infideli, quãtum ad substantiã ptãtis, nihilomiuus quantum ad determinationem personæ pẽdet ex potestate papæ. Et hoc modo dicitur nunc Imperium esse à Deo mediante papa, qui ꝓ bono fidei vnitatis, & pacis ecclesiæ ac defensione ecclesiæ Romanæ trãsferẽs imperium de græcis in germanos, modum, & formã dedit electioni personarum, q̃ ad dignitatem imperialem assumendæ venirent. Vñ cum nullus posset esse imperator, nisi obseruata forma electionis data ꝑ papã, nõ est dubium, quin Imperium post translationem illam dependeat à papa mõ dicto. Ista sufficiant pro nunc de hac materia, q̃ oĩa volumus accipi saluo semper iudicio melius sentientis, & maxime Apostolicæ sedis, quæ magistra fidei est, vt in c. oẽs. dis. 22. Cui correctioni oĩa dicta per nos submittimus. Le. tex: ¶ [Duo sunt quibus]. i. per q̃, vel quib. i. à quibus. Hu. [principaliter] ergo neutrum pẽdet ex altero verum est, quo ad institutionem. Sed in multis Imperialis ptãs pẽdet ex pontificali. Hu. Vñ licet isti principatus principaliter à Deo dicerẽtur processisse, nihilominus vnus subijcitur alteri, sicut Sol, & Luna sunt immediate à Deo, & tñ luna subijcit̃ soli, & Xp̃s immediate fecit Apostolos, & tñ oẽs subiecti fuerũt Petro. Ita isti duo principatus ꝓcesserunt à Deo immediate, & tpalis subijcit̃ spirituali, vt. ĩ. patet. [Rõnem] Ostensa distinctione ptãtum, oñdit, qualiter pontificalis, siue spũalis ptãs supereminet ptãti seculari. Et prima quidem rõ ẽ, quia potestas spũalis est redditura rõnem pro ipsis regib. [hoĩ]. s. de negligentia habita circa eos corrigendos. Nã, si negligẽtes fuerint pontifices in corrigendo eos, luent pœnas pro suo delicto, vt 18. q. 2. cognouimus. Quod bene notat, cum ait. In quibus quãto grauius. Non. n. dubium, quin pastor redditurus sit durissimam rõnem de ouibus sibi cõmissis, Nã, si eius incuria lup⁹ rapuerit, aut mactauerit, aut errantem ouem non reduxerit, aut perditum quicquã fuerit petet dñs ab eo. Sic. n. speculatori, & ecclesiæ presbytero, vt dicit Aug. 1. de ciuit. Dei c. 10. dñs comminatur. Eze. 3. dicens. Sãguinem eius de manu eius requirã [Nostri &c. pendere iudicio] Reges, & principes iudicio, & sententiæ episcoporum, vnde vr̃ dictum est Mat. 18. Quodcunque ligaueritis, &c. ligatum erit in cœlis. Super ver. pendere. dicit Hug. s. quo ad spiritualia, & tpalia, etiam imperatorem iudicare potest, si alterius iudicium subire nolit. Nam de quolibet nolente satisfacere dictum est. Dic ecclesiȩ. Vnde ecclesia cõget imperatorem, vt satisfaciat ei. quem læsit, vel restituat, quod male abstulit, alias pœnitentia non debet dari, quia inutilis esset, vt 19. q. 6. c. 1. Hu. [Redigi] etiã, quo ad tpalia, etiam in tpalib. nedũ in spiritualib. non põt papa iudicari ab imperatore ar. 9. q. 3. nemo. c. aliorum, & c. cuncta [Talib. igitur] inducit exempla ad probãdum Reges, & principes pendere iudicio episcoporum [consensit] sepe consentiens maiori pena punitur, quã faciens. Ar. 24. q. 3. qui aliorum, & Ar. s̃. di. 86. tanta. [Chrys.] de hoc habetur 3. q. 5. Quia suspecti. Hug. [adeo grauis.] Vt per hoc deberet excõmunicari. Hu. Nota, ꝙ quilibet episcopus posset excõicare principẽ, vel rõne domicilij. vel rõne criminis in suo territorio cõmissi. vel si alias efficiatur suus parochianus Ar. 6. q. 3. placuit, & di. 8. qm̃ idẽ. & di. 63. Valẽtinianus, & 11. q. 3. si aũt nobis. Hu. [qui] 2. pars. [in suis scriptis] s. in pastorali. [inferius diadema.] Quasi diceret longe magis inferior est potestas regia potestate pontificali, quã plũbum sit inferius, aut vilius auro. Hug. præterea. Quanta est dña inter solem, & lunam, tanta est differentia inter imperium, & sacerdotium, extra de maio. & obe. solitæ [genib.] Hæc sunt signa subiectionis, & prȩlationis ex eo, ꝙ talia faciunt isti illis, præsumitur, ꝙ isti sunt subiecti. Illi vero prælati, vt di. 10. certum, & c. susceptis Argu. contra reges, qui permittunt episc opos genua flectere ante eos. Hu. & Arc.

Ad quartũ. | Ad quintũ. | Ad sextum. | Ad septimũ | Ad octauũ. | Ad nonum. | Ad decimũ. | Durandus | Exponit literam. | Augus.

1 *Personæ ecclesiasticȩ pro peccatis an sint obnoxiæ potestati Imperiali, siue regali.*
2 *Iustitia, quæ terrenæ potestati subiectis data est, quinque modis terminatur.*


I imperator. Ad idem sequitur hoc cap. Ioan. papæ. In quo ostenditur, quòd imperatores pontificibus debent, subesse, non præesse, & ita contentari de suæ potestatis priuilegijs, vt ad ecclesiastica negotia siue causas se extendere non præsumant. Et diuiditur hoc c. in tres partes, secundum, quòd tres rationes inducit ad hoc. Prima sumitur ex eo, quod

Diuisio.

ꝙ imperator filius est ecclesiæ, non præsul. Secundo ex dispositione diuinæ prouidentiæ, quæ ad sacerdotes tm̃ valuit, ad ea q̃ ecclesię sunt disponẽda, ptinere. Tertio ex eo, ꝙ principes fideles soliti sunt põtificũ decretis subesse, & nõ econuerso. 2. ibi. Ad sacerdotẽ. n. 3. ibi. idẽ nunquã. ¶ Pro

Quæstio. 1 pleniori intelligentia huius c. q̃ritur. ¶ †Vtrum ꝓ peccatis psonæ ecclesiasticæ obnoxiæ sint ptãti Imperiali, siue Re-

Primũ ar. gali. Et vr̃, ꝙ sic. Primo per illud ad Ro. 13. Vis non timere ptãtem bene fac. Si aũt malefeceris, time. Non. n. sine causa portat gladium. i. iudiciariã ptãtem, sed ad hoc, vt dicit gl. vt malos puniat: ergo, si sacerdos, vel clericus male fecerit,

Secũdũ ar. poterit puniri à seculari ptãte. ¶ Secundo sic. Quilibet delinquens sortitur forum rõne delicti: ergo, si sacerdos, vel clericus delinquit in his, q̃ terrena sunt, vel q̃ pertinent ad terrenã vitã, sortitur forum secularis potestatis, quia, sicut

Hugo de sã cto Victore dicit Hug. de sancto victore. Ad potestatẽ Regis pertinent oĩa, q̃ terrena sunt, & ad terrenã vitam ordinata. ¶ Tertio

Tertiũ ar. sic. Ptãs spiritualis se intromittit in certis causis de pertinẽtib. ad potestatem tpalem, vt patet extra de fo. comp. licet. in glo. & in cle. de re iu. pastoralis. Ergo pariformiter vr̃, ꝙ potestas Secularis poterit se intromittere de pertinentib. ad potestatem spiritualem. ¶ In oppositum est c. præsens,

Opponit & Respondet & c. præcedens, duo sunt. ¶ Respondeo dicendum sub ista conclusione. Quòd personæ ecclesiasticæ in rõne peccatorum non subsunt correctioni potestatis tpalis imperialis, siue Regalis. Ista conclusio probatur sic. Sic se habet ptãs sacerdotalis ad regalem, sicut vita, vel sicut hõ spũalis ad aĩal

Hugo de sã cto Victore ẜm, ꝙ dicit Hugo de sancto vic. Ad potestatem Regis pertinet oĩa, quæ terrena sunt, & ad terrenã vitam ordinata. ¶ Secũdo sic. Potestas spiritualis se intromittit in certis causis de pertinentib. ad potestatem tpalem, vt patet extra de foro compe. licet in gl. & in cle. de re iu. pastoralis. §. 1. Sed ita est, ꝙ aĩalis vita nõ põt dijudicare spiritualem, etiã delinquentem: ergo relinquetur, ꝙ potestas Regalis non habet dijudicare personam ecclesiasticam, vel sacerdotalem. vnde 1. ad Cor. 2. spiritualis iudicat oĩa, & ipse à nemine iudicatur. Secundo patet conclusio 10. c. superiori, quis dubitet e. di. vbi habetur, ꝙ Christi sacerdotes Regum, & principum, oĩumque fidelium sunt patres, & magistri, & non econuerso: ergo conclusio vera. ¶ Tertio probatur. Ptãs spiritualis iuxta superius dicta est superior ptãte seculari, sed superioris est corrigere inferiorẽ, & non econuerso di. 21. inferior. Ergo, &c. possunt pro ista cõclusione multa iura allegari, vt in c. decernimus, de iud. cũ cõcor. Itẽ faciunt iura, q̃ dicuntur, ꝙ laicus spiritualia possidere nõ põt, nec illa tractare 16. q. 7. c. 1. & c. si quis deinceps, & de elec. sacro sancta c. Massana de pſcr. & c. causam, & multa alia. Pro cu-

Hugo de sã cto Victore ius conclusionis pleniori declaratione dicit Hugo de sancto Victore li. de sacramentis, ꝙ spũalis potestas terrenam potestatem instituere habet, vt sic, & iudicare habet, si bona non fuerit. Ipsa vero à Deo primo instituta est, & cũ deuiat, à solo deo iudicari põt, sicut scriptum est spiritualis homo iudicat oĩa, & ipse à nemine iudicatur, & inde est. ꝙ quum summa potestas sacerdotalis sit in summo põtifice, non põt ab hoĩe iudicari, sed habet iudicare de oĩb. & de personis, q̃ vitæ spirituali sunt deputatæ, vt vr̃ sunt oẽs psonæ ecclesiasticæ, & de personis, q̃ ad vitã terrenã deputatæ sunt, vt personæ laicæ, & hoc in spiritualib. causis aĩarũ, vnde in Tipo Ieremiæ potestati spirituali summe dr̃. Ecce constitui te super gentes, & regna, vt euellas, & destruas, & dissipes, ædifices, & plãtes. Ier. 1. Potestas vero terrena non habet iudicare, nisi de personis, quæ terrenæ vitæ sunt de-

Secunda cõclusio. putatæ, vt personæ laicæ. ¶ Secunda conclusio est, ꝙ bona clericorum nõ subsunt iurisdictioni potestatis seculari. Patet ista conclusio sic, quia cum bona veniunt ad personas ecclesiasticas earum conditionẽ sequuntur, quia q̃ religiosis adhęrent religiosa sunt. ff. de rei ven. l. q̃ religiosis. Itẽ cõueniens est, vt magis dignum trahat ad se minus dignũ, de consecratione. ecc. Vel altaris, quod in dubijs, &. ff. de vsuc. l. eum, qui ædes. Clarum est aũt, ꝙ personæ clericorũ non sunt de iurisdictione tpali: ergo nec bona, imo grauiter peccant principes seculares iurisdictionem turbantes ec-

Ad primũ & secũdũ arg. 2 clesiasticam, & hæc pro nunc sufficiant. Pro solutione autẽ argumentorum notandũ est ẜm eundẽ Hu. ꝙ illa iustitia, quæ terrenæ potestati subiectis data est, quinq; modis terminatur, ẜm personam, ẜm causam, ẜm modũ, ẜm locũ, ẜm tempus. Scd̃m personam, igitur per se iustitia violaretur, si iudex secularis in ecclesiasticam personam manum mitteret. Secundum causam, si ecclesiastica negotia exeminanda susciperet. Secundum mensuram. s. mendacium vel maledictum suspendio puniret. Secũdum locum, si loca sacra violare præsumeret, & confugientibus ad ea etiam reis, ꝓ suis sceleribus etiam condemnandis inordinate violentiã inferre tentaret. Secundum tpa, si sacris & solennib. diebus reuerentiam nõ exhiberet, quia etiam his parcendum est, quibus pro culpis suis supplicia debentur. Ex istis patet responsio ad duo prima argumenta, negatur consequentia, quia persona ecclesiastica exempta est à potestate terrena, sicut visum est. ¶ Ad tertiam respondetur negando conse- Ad tertiũ

quentiam. Et rõ est iuxta S. Thom. in 2. 2. q. 60. art. vlt. quia potestas secularis subditur spirituali sicut corpus aĩæ. Et ideo non est vsurpatum iudicium, si spiritualis potestas se intromittat de temporalib. quantũ ad ea, quæ seu in quibus subditur ei secularis potestas, vel quæ ei à seculari potestate relinquuntur. alias autem esset hoc iudicium vsurpatum, si secularis se intromitteret de pertinentib. ad ptãtem spiritualem. Leg. tex. ¶ [Si Imperator filius est eccle- San. Thom 2. 2. q. 60. ar. 6. ad 3.

siæ] Quia in vtero baptismatis regeneratus, morib. ecclesię instructus, & fidei doctrina, & pani cœlesti nutritus [nõ psul.] Sed ipse clauibus ecclesiæ subijcitur ligãdus, & soluendus, vnde Aug. in epi. ad Donatũ ait. Ad hoc sunt Reges, & Exponit literam.

Aug. principes catholici, vt matrem suam ecclesiã pacatissimã tenerẽt [discere] Ab ecclesia. Hu. [non docere]. s. ecclesiã, vt di. 10. certum discipulus est. n. ecclesiæ, non doctor prou. 1. Audi fili disciplinam patris tui. i. episcopi. Et legem mr̃is. i. ecclesiæ [diuinitus] Ptãtem suam habet à Deo ad Ro. 12. Nõ est potestas nisi à Deo. Et, qui potestati resistit, Dei ordinatione resistit Ar. vt dicit Hu. & gl. ergo non à papa. Nã imperium à solo Deo est, vt 23. q. 3. quæsitum. Nam à cœlesti maiestate habet gladij potestatem. C. de ve. iure enucle. l. 1. in princ. Et subdit gl. quod concedo de vero imperatore. De ista materia mentem nostram explicuimus in superiori c. duo. [nihil vsurpet] imperator contentus suo regimine circa temporalia, ad quæ diuinitus promotus est, non debet spiritualia, & pertinentia ad sacerdotes ecclesię vsurpare. Timeat catholicus Rex, quod euenit Oziæ regi, de quo legitur secundi Paralip. 26. Quod cum diuinitus adiutus, victor existeret gloriosus, eleuatum est cor eius ad intentum suum, dominum Deum suum ingressusque in templum dñi, vt adoleret incensum super altare thimiamatis, statim ingressus est post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes domini 80. viri fortissimi, & restiterunt Regi, & dixerunt. Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum coram dño, sed sacerdotum filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad hmõi officium. Egredere de sanctuario, ne contempseris, quia non reputabitur tibi ad gloriam à domino Deo tuo. Iratusque Ozias Rex tenens thuribulum in manu vt adoleret incensum minabatur sacerdotib. statimque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus. Cumque aspexisset eum Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes viderunt leprã in fronte eius, & festinato expuerunt in eum, sed ipse perterritus accelerauit egredi, eo, quod sensisset plagam domini. Fuit ergo Ozias leprosus vsque ad diem mortis suæ. Caueat ergo princeps catholicus, si vult iuuari à domino, & victorias obtinere, ne vsurpare velit ad sacerdotium pertinentem authoritatem, alias eijciendus est à templo per sententiam excommunicationis, & lepra detestanda culpæ percussus, separetur à communione fidelium. [Ad sacerdotẽ. n.] 2. pars. Vbi assignatur 2. Ratio. s. dispositionis diuinæ, qua ita dispositum est, vt non à potestatibus seculi, sed pontificibus sacerdotes iudicari habeant [idem] 3. pars. 3. Ratio, quæ sumitur ex religiosa consuetudine obseruata apud catholicos Principes, totum est planum.



Constantinus. Licet nec Hug. nec Arch. nec gl. exponant hoc cap. quoniam est palea eis, quod tamẽ mihi videtur bene gratum. Volumus illud aliter percurrere. Videtur ergo hoc c. quod de priuilegio Constantini dato papæ Syluestro pro se, & successoribus intitulatur, in decem partes posset diuidi. In prima Imperator Constanti- Diuisio.

nus ordinat, vt Romanum pontificem omnes sacerdotes habeant sicut iudices seculares habent caput regem. In secunda assignat ecclesiæ Romanæ pro ornamentis, & luminaribus certas possessiones. In tertia pontifici Romano tribuit palatium Imperiale, & omnia Imperialia insignia

tersignia scilicet coronam,Phrygium,lorum,chlamydem purpureum , atq; tunicã coccineam,& oĩa Imperialia ornamenta.In 4.dños cardinales ecclesiæ Romanę decorat dignitate patriarchatus,& cõsulatus.In 5. vt domus põtificalis adornetur diuersitate officialiũ,.s cubiculariorũ & ostiariorũ. In sexta tribuit licentiam faciendi clericos. In 7.tribuit Syluestro coronam auream gẽmis ornatam de capite Imperatoris.In octaua tribuit locum Syluestro,& successo
5 ribus Vrbem Romam, & oĩm occidentalium partium prouincias,loca,& ciuitates. In nona trãsfert Imperium suum in Gręciam in Constãtinopolim. In decima,confirmat donationes factas. 2.ibi.Ecclesijs. 3.ibi.Et infra beato Syluestro.4.ibi.Visis ẽt.5.ibi. Et sicut Imperialis potentia.6. ibi. Præ oĩbus.7.ibi.Decernimus insuper.8.ibi.Ecce tã planũ. Nona ibi.Vnde congruum.Decima ibi. Hæc vero omnia. ¶ Pro pleniori delectatione huius c.quæruntur duo.
1 ¶ Primum est vtrum Constantinus imperator potuerit donare partem imperij Romano pontifici.
2 ¶ Secundũ est vtrum donatio illa facta per Constantinum romano põtifici possit reuocari per sequẽtes imperatores.
1 **Ad primum** Sic proceditur.†Et videtur, ꝙ Constantinus Imperator nõ potuerit do- *Primũ ar.* nare partẽ Imperij Rom. Põtifici.Primo sic.Papa est domi minus mundi: ergo Constantinus nõ potuit aliquid de vniuerso sibi dare,consequentia patet,quia nemo dat, nisi qđ sibi est proprium,& cui datur alienũ,ergo,&c.Antecedens patet,quia papa est Vicarius cum plenaria potestate Christi,cuius est tota terra.Mat.vlt.¶ Scđo sic.Bona Rei publi- *Secundũ ar.* cæ non possunt alienari,vendi,aut cõmutari,sed bona Imperij sunt bona reipublicæ,ergo talẽ concessionẽ Constantinus nõ potuit facere.¶ Tertio sic.Quæ sunt personæ con- *Tertiũ ar.* cessa,non possunt transferri ad posteros,sed bona Imperij, fuerunt Constantino personaliter concessa, cũ Imperator pro tpe illo eligeretur per electionẽ,& non per hereditariã successionẽ,non ergo iure potuit posteros ad illã concessionem obligare.¶ Quarto sic.Sicut est in regimine spũali,sic *Quartũ ar.* vr̃ debere esse in regimine tpali,sed clerici non possunt bona ecclesiæ cõmutare,vel vendere,vel donare 12.q.2.Diaconi,ergo nec Imperator potuit bona Imperij concedere, vel donare.¶ In oppositũ est c.præsens,ꝙ papa Pelagius ex *Opponit.* legenda B.Syluestri fecit legi in Concilio.¶ Rñsio.dicẽdũ *Respõdet.* ꝙ ista qõ mouetur a multis,& varię sunt opiniones.Mouetur aũt per gl.in aut.qũo oportet epis.in prin.vbi post multa tenet,ꝙ donatio illa non valuit,tangitur ẽt in gl.in cle.j. de iureiur.§.porro.Et tenet oppositum, videlicet ꝙ valuit. Item hoc idẽ tenet Io. in c. Ego Lodouicus d.63:vbi dicit, *Ioannes.* ꝙ illã donationem non posset Imperator reuocare. Ad idẽ est Arc.vbi ita dicit,quod dñs papa,vel Imperator põt do- *Archid.* nare in quæcunq; quãtitate voluerit,& valet ẽt sine scriptura,& insinuatione.C.de do. sancimus.Est ẽt huius opi.Bar. *Bartolus.* in proemio ffforũ.Idẽ gl.in l.1.ff.de offi.præf.vr.vbi Bar.Ad *Baldus.* idem est Bal.qui in præludijs ad feuda dicit,ꝙ illa donatio potius fuit diuina,quam humana.Hæc ẽt per doct.in præfata cle.Item idem per Abbatẽ in c.per venerabilẽ, qui fin. sint l.Mouetur ẽt in proemio.C.per Bal.& alios.& per Angelum in aut.de Hære.& falci.& ꝑ Io.de Imola in rubrica. *Io. de Imo.* fforum.de ver.obli.Qui oẽs tenent Imperatorem Constãt. potuisse fecisse prædictã donationem , quorum sententiæ nos adhærentes,rñdemus pro conclusione,ꝙ Cõstantinus Imperator potuit licite, & sancte facere prædictam donationẽ.Ista conclusio probatur primo sic.Imperator non est deterioris conditionis,quam alij hoĩes,sed alij hoĩes iuxta illud prouerb.3.Honora Deum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum,possunt licite dare de bonis suis ad honorẽ dei,cuicunq; voluerint,ergo,& Imperator.¶ Scđo sic.In lege noua, & lege scripta hõ potuit dare partẽ bonorum suorum mobilium siue immobilium ad ministrorũ, sustentationem,& ad diuini cultus ampliationẽ, & ad tẽpli ornatum,vñ Nume.18. dr̃ Aaron summo sacerdot,& filiis eius in terra filiorũ Israel nihil possidebitis, nec habebitis ptẽ inter eos,quia ego pars,& hæreditas tua sum in medio filiorũ Israel.Et dicimus iure naturę,quia nãlis rõ dictat,vt qui altario serui altario de viuat,sicut dr̃ j.ad Cor.9.Hæc donatio Constantini,& aliorũ Regũ,& principũ legitur ecclesiæ.Isa.60.Mamilla regum lactaberis, Super quo verbo dicit Nicolaus de lyra.i.ab eis accipies nutrimentum. Sicut *Nicolaus de lyra.* videmus impletum in dotatione ecclesiæ de bonis principum.¶ His habitis dicẽdum est ad rationes in oppositum.

Ad primam videtur negandũ assumptũ,qm̃ propter multa non vr̃ verum.Tum primo,qm̃ probatio nulla est,qm̃ licet *Ad primũ arg.* papa sit Vicarius Christi,non oportet,ꝙ habeat tãtam potestatem,sicut Christus,nec spũalẽ,nec tpalem.Tum secundo,quia,si sic tũc c. præsens esset plenum mẽdacijs.Vbi Cõstantinus dicit.Donamus,& concedimus,quia ſm illud nõ esset donatio,sed magis restitutio vsurpati Dominij. Tum tertio,quia papa in c.fundamenta.de elec.li. 6. mentiretur dicens,ꝙ constitutiones,&c.Tum quarto,quia tunc si papa est dñs oĩum,tunc nihil posset sibi dari,& ita falsæ essent donationes terrarum factarum ecclesiæ Romanę, Tum quinto.quia hoc esset negare meruisse principes in dotando ecclesiam Romanam.Tum sexto,quia dicit Ber.papæ Euge- *Bernardus.* nio in criminib.non in possessionib.ptãs tua.Tum septimo quia dicit S.Th.ꝙ Papa non est dñs bonorum ecclesiæ,sed *S. Thoma. 2.2 q. 185. ar.7.cor.* dispensator.Tum octauo,quia hoc esset damnare oẽs principes,qui non recognoscunt sua à papa.¶ Ad secundam re- *Ad secundũ* spondetur,ꝙ bona Reipublicæ non possunt alienari,sed bene possunt in meliorem vsum commutari, Deo dedicari, à quo recipiuntur,& sic sumitur in proposito,qm̃ Constantinus hanc donationem dicit se fecisse ad veneratiõe Dei in vicario suo Romano pontifice. ¶ Ad tertiam respõdet *Ad tertiũ.* ꝙ licet fortis solus sine consensu Romani populi non potuisset licite donare,siue transferre in dominium alterius bona Imperii sibi concessa,ponit tamen sicut,& fecit cum voluntate,& consensu populi Ro.& aliorum principum,siue maiorum,vnde in c.præsenti dr̃ hoc fecisse cũ Satrapis, & vniuerso senatu,& optimorum vniuerso populo Romano ecclesiæ Ro.subiacenti.Et idem habetur in c.fundamẽta de ele.li.6. ¶ Ad quartam respondetur negando conse- *Ad quartũ.* quentiam,& ratio est,quia secus est de bonis temporalibus laicorum,& de bonis clericorum , quia bona laicorum ad vsum ecclesiæ venire licet.Sed bona ecclesiæ,postquã deo consecrata sunt,& Reipublicæ deputata,vlterius ad alium vsum conuerti prohibentur.

Ad secundum Sic proceditur.Et videtur, quod donationẽ illam,quam fecit Constantinus,possint posteri Imperatores reuocare. Primo sic. *Primũ ar.* Par in parem non habet Imperium,ergo sicut Constantinus concessit,ita alius potest reuocare. ¶ Secundo sic. Dicit Iu- *Secundũ ar.* risconsultus,ꝙ princeps solutus est legibus.ff.de leg.l.princeps.Ergo non obstãte,ꝙ de tali donatione facta sit vel fuerit,aliqua lex,imperator poterit reuocare, cum non obligetur seruare legem illam.¶ Tertio sic.Dicit iurisconsultus *Tertiũ ar.* in l.1.§.merito.&.§.si quis à prin.ff. Ne qd in loco publico. Quòd si princeps concedat alicui,ꝙ liceat ei ędificare in loco publico,talis concessio debet intelligi,vt fiat sine præiudicio alterius.Concessio ergo facta S.Syluestro,& suis successoribus per Constantinũ intelligenda est esse facta sine præiudicio aliorum imperatorum sequentium,ergo intellecto,ꝙ talis concessio sit præiudicialis Imperatoribus,poterit reuocari.¶ In oppositum est,ꝙ scribitur 12.di.c. ridi- *Oppon.in cõtrarium* culum.Vbi dicitur Ridiculum,& satis abominabile dedecus vt traditiones,quas antiquitus à patribus suscepimus,infringi patiamur.¶ Respondeo dicendum,ꝙ de ista quæstione *Respondet.* sunt opiniones,sicut circa primam quæstionem . Sed sicut nos amplexi sumus opinionem dicentium Imperatorem, potuisse fecisse donationem illam,vt pote magis rationabilem.Pro quo ponitur talis conclusio. Quòd donatio illa Constãtini facta B.Syluestro, & successoribus est irreuocabilis.Ista conclusio primo patet authoritate eorum doctorum,quos induximus pro cõclusione præcedẽtis articuli. Rõne vero probatur sic.Primo.Quòd est Deo dedicatum humano iudicio,non potest reuocari,vnde scribitur 12.q. 2.c.de rebus.vbi dr̃. De rebus,quæ semel contributæ, atque dedicatæ sunt,& postea sub occasione principum à quibusdam inuaduntur,sancimus,vt prius consulatis principe ad cognoscendum. Vtrum illius sit concessio,an inuasoris præsumptio.Quod si principis fuerit inordinata largitio, pro emendatione redarguatur.Si autem inuasoris fuerit ꝑsumptio,vsque ad emendationem excommunicationis sit vindicta coercendus.¶ Secundo sic.Nullo alio iure temporalium dominium, siue administrationem Constantinus recepit,nisi cõsensu populi, & principum, ac vniuersi senatus vrbis Romæ, sed cum consensu omnium prædictorum talem cõcessionem , siue donationem ipse fecit ecclesiæ, vt habet expresse in hoc c. & in c.fundamẽta.de ele.li.6.Ergo talis donatio est irreuocabilis.¶ Ad rationes in oppositum dicitur.

Ad primũ argu. dicitur. Ad primam respondetur, ꝙ quãuis ad illa, quæ sunt iuris positiui par in parẽ nõ habeat Imperiũ nihilominus illa, que sunt iuris naturalis, & diui, oẽs obligant pñtes, & sequẽtes. vnde in c. præsenti in fi. Cõstãtinus talẽ obligationem fecit dicens. Coram Deo viuos, qui nos regnare præcepit, & coram tribunali eiusdem iudicio obtestamur omnes successores Imperatores, & cunctos optimates, amplissimum Senatum, & vniuersum populum in toto orbe terrarum nunc, & in posterum nulli eorum quoquomodo hæc concessa infringere, vel aliquo modo compelli. Si autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor existat, & æternis condemnationibus iaceat innodatus. & Sanctos Dei principes Petrum, & Paulum in præsenti, & futura vita sentiat contrarios, &c. Per hoc patet responsio ad secũdam, quia lege naturali, vel diuina princeps non est solutus sed plus, quam alij, est alligatus. Ad secũdum ¶ Ad tertiam respondetur primo, ꝙ dato, ꝙ fuisset in præiudiciũ aliorum facere hoc potuit cum consilio, & assensu totius Senatus, & populi romani. Ad tertiũ. Secundo respondetur negando, ꝙ præiudicium aliquod fiat successori, cum ista donatio dedicata sit Deo, & diuina inspiratione facta credatur, cum facta sit ad honorẽ & exaltationem glorię Vicarij sui in terris, & Apostolorum sanctorum suorum, vnde propheta hoc præuidisse spiritu videtur cum ait. psalm 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Et hæc pro nunc de ista quæstione. Literasatis plana est maxime attenta diuisione suprapositã. Exponit literam. ¶ [Satrapis]. i. Sapientibus Consiliarjis [nostroque Imperio.] Hic soluitur id quod quærebatur, quomodo Constantinus potuit dare tantam partem Imperij in præiudicium successorum, quia hoc fecit non tantũ sua autoritate, sed de cõsilio, & de consensu omnium, de senatu, & totius populi Romani ad honorem dei, & sanctæ ecclesiæ.

SIcut. Ad idem propositum subiungitur hoc c. quod est Gelasij papæ, in quo ostendit, ꝙ semper tanta fuit supereminentia potestatis Spiritualis respectu Secularis, ꝙ nunquã Sacerdotum iudicijs Secularis potestas se intromitteret, nisi vbi à fide Christianæ religionis caderet. Diuisio. Et diuiditur in duas partes. 2. ibi. Semper. Lege. Exponit literam. ¶ [Sicut.] Vt dicit glo. sensus est, vt parua ciuitas nõ potest Regnum impugnare, nec imperium Sacerdotium. Vel sic. Licet episcopus sit in parua ciuitate. Rex tamen non põt iudicare de clericis suis [dispensationis religiosę]. i. ecclesiasticæ. Hu. [Semper] 2. pars. [Humanitus]. i. fragilitate humanæ naturæ [contra religionem] contra religionem fidei catholicę. Nam, si per Hæresim de fide dissentirẽt, & Schismata facerent, vel alias incorrigibiles essent, per seculares potestates possunt, imo debent opprimi Ar. dis. 7. nec licuit. & 23. q. 5. de Liguribus. & 33. di. Eos. Hu.

BOni. Ad idem tendit hoc capit. Marcelli papę scribentis Maxentio Imperatori, quod boni principis sit ecclesias contritas restaurare, & Dei Sacerdotes honorare, non autem persequi, aut perturbare, & diuiditur in duas partes. Diuisio. In prima facit, quod dictum est. In secunda probationem adiungit. 2. ibi. Vnde. Lege text. Exponit literam. ¶ [Boni nouas.] ad hoc studuit Dauid. 2. Regum 7. Hoc compleuit Salomon 3. Regum 7. [tueri.] Ad hoc sunt Institutæ potestates seculares, vt, quod per se nequit ecclesia per eas, quasi per ministros exerceat, & per eas tuitionem, pacem, & quiete habeat, vt vigesima tertia quæstione quinta, principes, & cap. administratores [vnde Apostolos] 2. Pars dominus Apostolos, ac eorum successores sub sua protectione contestatus est, vt eos doceret Matth. 10. Ad reges. & Præsidees ducemini propter me. Et sequitur nolite timere eo, qui occidunt corpus. & Lucæ. 21. Tradent. n. vos in concilijs, &c. Et sequitur. Nolite præmeditari, quid respondeatis. Ego dabo vobis os, & sapientiam cui non poterũt resistere oẽs aduersarii vestri. Nec mirum, si ab infidelibus inimicis Christi persecutionem passi sunt Apłi, & eorũ successores, qa Matt. 5. dr̃ Beati q pscutionẽ patiuntur propter iustitiã, sed detestabile est, quòd Reges Christiani, & principes persequantur Apostolorum successores, imo Christum in eis, qui ait. Qui vos spernit, me spernit. Lucæ 10. [in agro.] Ager dominicus est ecclesia, in qua est bonum semen, & malum. In hoc agro laborant episcopi, & prelati, qui exeunt seminare semen diuini verbi Matth. 13. [defensores]. s. episcopos Hug.

¶ Distinctio Nonagesima septima.



HOc capitulo. Hic incipit, & intitulatur di. 97. quã glo. continuat. Et diuiditur in duas partes. Diuisio. In j. dicit patere ex superius dictis in c. bene dist. 96. Quod Imperator nõ habet potestatem disponendi de rebus ecclesię. In 2. ostendit, ꝙ requisitus ab ecclesia bene potest. 2. ibi. Sed sicut. Litera patet.

1 *Taciturnitas prælato imputatur, & quare.*

2 *Imperator attendere debete ad defensionem ecclesiæ propter multas causas.*



ECclesiæ. Hic incipit, & intitulatur hoc c. quod est in epistola quadã supplicatoria Bonifacii papæ ad Honorium Imperatorẽ, in qua principaliter inuitat, & multipliciter exorat eũ, vt ecclesiam dei tueatur contra Hæreticorum hostiles impressiones. Diuisio. Et diuiditur in quatuor partes. In 1. ponit exordium. In 2. petit auxilium. In 3. captat beneuolentiam pro exauditione. In 4. concludit. 2. ibi. Ipsa. n. ecclesia. 3. ibi. Augeret à pluribus. 4. Ibi. Conferatis. ¶ [Ecclesiæ deputauit] vt supra dis. prox. c. si Imperator. Arc. [cura cõstringit, ne causis suis]. s. ecclesię, quis adhuc vr̃, ꝙ adhuc esset infirmus. Exponit literam. Sed contra, quia in se c. dr̃, ꝙ redditus erat sanitati. Opponit. Rñdeo ẽm Hu. ꝙ forte interim dũ Legati erẽt in via, conualuerat ex toto, & de hoc miserat literas Legatis ad Impatorẽ est qb. liber Imperator, vt dr̃, in se. c. de sanitate eius didicerat [conuentus] In mala significatione. i. conuenticula Hu. quasi diceret, licet adhuc simus inualidi, tñ cura ecclesiæ nos compellit, vt inuigilemus ecclesiasticis negotijs, & pro eis intercedamus apud vos, quia multi clerici turbant ecclesiã Dei Hu. & Ar. Respondet. [Secus]. i. aliter Hu. [facere videamini per tacẽtem desidiã] Ar. † ꝙ taciturnitas prælato imputatur, tenetur. n. docere,
1 & prædicare subditis, alioqui peccat mortaliter, & de eorũ sanguine ipse reddet rõnem d. 40. si papa Hu. [admisisse]. i. fecisse [sub vestra gloria]. i. protectione, sub illis ẽt Principibus, videlicet Paganis. vt in c. sacerdotibus 11. q. 1. [vt litera.] Ostendit, quid sit, ꝙ obtinuit, & ꝙ debet custodiri Hu. [formidentur] A christianis Arc. & gl. [ipsa. n.] 2. pars. [non meo quidem sermone]. s. tm̃. [vni desponsatam, & intactã virginem.] Tota enim ecclesia virgo est, siue in coniugatis, siue in virginibus. nón virginitate carnis, sed mentis 27. q. prima. nuptiarum & 2. ad Corinthio. 11. Despondi vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. [seruat]. s. ne in ea [procellarum]. i. Hereticorum [illidi]. i. fieri Hu. [& quietã faciem] ecclesiæ gl. [ipsa vero] † Assignat rõnes, quare impe-
2 rator intendere debet ad defensionẽ ecclesiæ. Primo, quia ecclesia est desponsata vni viro. i. Christo 2. ad Cor. 11. Igit Imperator christianus (qui tenetur Christi honorẽ, & gloriam defendere) eadem fide, & rõne debet ecclesiam Christi sponsatam tuere. ¶ Scd̃o, quia ecclesia est Mater Imperatoris, imo oĩm christianorum, vt dicit Aug. li. de morib. ecclesiæ c. 30. & in præcedenti di. c. si Imperator. Ergo Imperator filius ecclesiæ debet eam, sicut matrem defendere & tueri, vñ scriptum est. Exo. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, si vis esse lõgæuus super terrã. August. li. 1. de moribus eccl. ca. 30. Tom. I. ¶ Tertio, quia ecclesia p suos sacerdotes Imperialẽ pietatẽ implorat, quã negare nõ debet pius Imperator, vt inter illos numeretur de quib. dr̃ ecclesiast. 44. Hi sunt viri misericordiæ, quorũ pietates non defuerunt. ¶ Quarto, quia per Christum, & ecclesiam multa beneficia pterita, & præsentia est Imperator consecutus, quia per baptismum regeneratus est, per pœnitentiam reconciliatus, per confirmationem gratiam spũs sancti consecutus, per eucharistiam pastus, per euãgelium instructus, per fidem victor, per Christum Imperator, cui populus fidelis Deo, & sibi obsequitur, ne ergo ingratus appareat, debet Christi sponsam ecclesiam venerari, quia vt dicit Seneca ca. primo de Beneficiis. Non est dignus dãdis. Seneca. qui ingratus est de acceptis. ¶ Quinto, quia ecclesia præces, & orationes fundit deo pro fœlici, & prospero statu imperij, & pro conciliatione eorum, qui ecclesiam persequũtur, & vt discordantes ad pacis concordiam reducantur. ¶ Sexto, quia ecclesia multis eget, in quib. opus est ei subsidium, & auxilium imperiale, quod prestare tenetur suę matri indi-

tri indigenti,& præsertim in materia,& causa fidei, quam christianus tueri debet contra Idolatras,contra Hærcticos quos tãquam maleficos, imo peiores,non debet pati, vnde sibi dictum est Exo.22.Maleficos non patieris viuere,& sic patet tota litera.[Legatione.]Quicunque sit missus,põt dici Legatus,vt hic patet,& di.63.Adrianus.Arc.[Repetit]ad memoriam reducit[dependet]Ecclesia H.[hos].i.populos [semel].i.perfecte.[euulsa].i.eueliens.[augeretur]3.pars.i. generaretur pluribus malis,& Angustijs.Alia litera habet egeret apud te,est.n.ecclesia commissa pp Hereticos potestati principum,quantum ad tuitionem,& defensionem,vt eam defendant.23.q.3.principes.Hu.[Huic ecclesiæ,confe ratis]4.pars.i.adhibeatis honorem Hu.[Fratribus]Credo, ꝙ Cardinalib.quos solet vocare fratres,qui ecclesiã faciũt Romani[Prosequentibus]Legationem nostrã[annuitis].i. soletis annuere Hu [postulastis]Datiui casus his,quæ postulantur à nobis.Hu.& Arc.[statui].i. dignitati.



Victor. Hæc est responsio ad epistolam p̃cedentem.In qua primo soluit. Secundo narrat.Tertio captat beneuolentiam papæ ex congratulatione cõualescẽtię.Quarto commendat se orationib.Papę. Quinto, laudat eius solicitudinem circa quietem, & pacẽ ecclesiæ. Sexto,dicit satisfecisse petitioni suę. Vltimo petit suam constitutionem publicari.Leg.te.¶[Victor]Cõsuetudo fuit Antiquorum,vt semper nomen mittentis pręponeretur,quod nunc mutatum est,vel tunc temporis adhuc forte nouella erat ecclesia,nec ita honorabatur à principibus,vt nunc[sanctimoniam].i.sanctitatem.Arc. [reuertetib.].s.legatis[signauimus]signatos,siue sigillatos[apices] .i.literas[eis ad vos.]Dedimus cõtinentes gaudium nostrũ de tua sanitate [orationibus]plus. n. orationibus ecclesiæ, quam militum auxilio Imperium consistit incolume.23. q.8.§.quamuis[studia].i.defensiones[sine signatis.] 2. pars di.ẽm Arc.Quia in superiori c.facta erat mentio de apicib. consignatis,ideo in hoc.§.addit,ꝙ Romana ecclesia nullũ Legatum suscipit sine signatis apicibus mittentis[signatis] .i.sigillatis.Et hoc probat ex c.se nobilissimus. *Exponit literam.*

1 *Legato sine literis nunquam creditur, si velit aliquid diffinire & instituere.*

2 *Legato papæ,si non habet literas,an sit credendum.*



Nobilissimus. In hoc c.probatur, quod dictum est autoritate papæ Nicolai.Planum totum est.Aliqua tanguntur in gl.quæ,quia satis bene ibi exponuntur, nos pertransimus.Lege te.¶[In illo].i.in persona illius honorari dr̃ quis, vel inhonorari, cum eius Legatus honoratur,vel inhonoratur,vt 2.q.5.habet.[sicut honestum]Hoc ideo dicit†quia Legato sine literis,nunquam creditur,si velit aliquid diffinire,& instituere,sed creditur in aliquibus alijs,in quibus non fit præiudi-
2 cium aliis.¶Sed hic surgit quæstio.†Quid,si est Legatus papæ,& non habet literas.Respondet Hu.quod non est recipiẽdus, vt legatus,quo ad hoc,vt aliquid diffiniat,vel instituat in ecclesijs,nisi habeat literas,in quib. præcipitur hoc fieri ab ipso,sed debet recipi ad hospitium gratia hospitalitatis,& exhibeatur ei,sicut alij hospiti,& honorificẽtius in hoc,& inconsimilibus,quæ sine periculo possunt ei credi, vel ei exhiberi,licite ei creditur Hu. *Quæstio. Respondet.*

¶ Distinctio Nonagesima octaua.



Si verò. Hic incipit,& intitulatur di. 98.in quo.§.vt dicit Hug. & gl.in prin.vtitur Gratianus transitu, in quo ostendit, quid dixerit hactenus . Et quid in hac dist.dicturus.Nam clerici sępę mutantur de prouincia in prouinciam.Breuiter ostendit,ꝙ non sunt recipiendi in aliam prouinciam sine literis episcoporum suorum.Lege.¶[Obscuratur]Mutatione prouinciarum, sicut aliquando lõginquitate temporis,vt 12.q.2.Longinquitate temporis.Hug. *Exponit literam.*



Nullus. Probatur,quod dictum est.Primo autoritate Syluestri Papæ in concilio pręsidentis.Breue est,& planum,&c.Le. tex.¶[Nullus trãsmarinum] Quo nomine intelligo quem- *Exponit literam*

libet extraneum,& ignotum Hu.[non licet chirographis] .i.literis sigillatis[designatus].i.mutatus Hu.Quod de hac materia dictum est supra circa distinctionẽ 71.in c.extraneo,& c.hortamur.Et satis tangitur in gl.transimus, gratia breuitatis,quia etiam est materia planissima.





Transmarinos. Idem dicitur hoc ca. Et diuiditur in duas partes In 1.dicit,quod habitum est in præce.c.In 2.assignat rationem ibi.Quia per surreptionem. *Diuisio*




Afros. Ad idem sequitur hoc ca.quod est B. Gregorij.Et diuiditur in duas partes In 1.præcipit,vt Afri,& ignoti non recipiãtur ad ordines.In 2.assignat de hoc rões aliquas 2.ibi.Quia Afrorũ.Patent oĩa.Le.te.¶[Afros] De istis ita scribit, vt dicit Arc. Afri subdoli. Scythæ soli immanis feritatis crudelitate grassant̃. Itali fuerũt semper regali nobilitate præfulgidi.Galli stolidi, leues. Græci auari.Syri Acuti. Siculi luxuriosi semper Asiani , ac voluptatibus occupati.Hispani elata iactantiæ animositate præpositi.[Ignaros]Et ignotos H.[quia]2.pars. Assignatur vna ratio. [rebaptizati] Qui ordinari non debent d.50.cõfirmandum.& dist.51.qui in aliquo,& de conse.dist.4.quibus.[fortiores].i.maiores,quam habeant[honores].i.ordines.Ista est alia causa. *Diuisio. Exponit literam.*

1 *Notitia vitæ præteritæ, quare necessaria sit in promouendis.*



Omnes. Ad idem subiungitur hoc c.ex concilio Eliberitano,ꝙ diuidit̃ in duas partes.In 1.ponit,ꝙ non sunt promouendi ad clerum , quia peregre fuerunt baptizati.In 2. assignat rõnem.2.ibi.Eo ꝙ planum est.Le. te. ¶[Oẽs,qui peregre].i.in alia terra , quã vbi natus sit,& nutritus,& loquitur hoc c.de adultis.[Eo] 2.pars.
1 ¶Hic surgit quæstio.†Ad quid est necessaria notitia prætеritę vitæ,cum Baptismus omnem peccati maculam tollat. Respondetur,ꝙ licet baptismus oẽm peccati maculam tollatur,nihilominus,quia timet,ꝙ ante baptismum potuerit aliquid facere,per ꝙ impediretur post baptismũ,puta si duxerit vxorem viduam,vel corruptam,vel secũdam,vel fuerit alia vice Baptizatus Hu.& gl.[In alijs prouinciis]in quibus sunt baptizati,cum alibi essent nati,& nutriti,& hi impediũtur,quia ignoti sunt.Similiter & oẽs prædicti, vt dis. 24.quando,& di.51.qui in aliquo Hu.[similiter oẽs]Isti nõ admittantur ad testimonium , nec ad accusationem,tanquam ignoti,cum nequeant promoueri Ar.2.q.1.quærendum,& c.ipsi,& c.testes.secundum Hu.& Arch. *Diuisio. Exponit literam . Quæstio. Respõdet.*

¶ Distinctio Nonagesima nona .



De primatibus autem. Hic incipit,& intitulatur di.99. quæ sic continuatur ad superiora.Superius distinctione.s. 21.c.cleros,& di.80.c.1.2.& Breuiter magister Gra.tetigerat de primatibus Ideo nũc de eis latius tractat.Et diuiditur hęc dist.in tres partes.In 1.ostendit,quæ differẽtia sit inter primates,& patriarchas dicens,ꝙ nullam differentiam habẽt nisi in nomine.In 2.quam obedientiam Archiepiscopi debeant primatibus.In 3.ꝙ nullus primas,aut Patriarcha vocetur princeps Sacerdotum,aut vniuersalis Patriarcha 2. ibi.Prouinciæ 3.ibi.Primæ sedis Epus.Materia plana est. *Cõtinuatio*

1 *Metropolitani subsunt primatibus , & ab istis appellatur ad eos.*

Prouinciæ. Inducit c.hoc,quod est Anacleti ad probationem duarũ partium.Et diuiditur in duas partes.In 1.ostẽdit,ꝙ patriarchæ siue primates,qui solo noĩe distinguuntur ponuntur in capitibus prouinciarum in locis,vbi primates gentilium ponebantur:Archiepiscopi vero in alijs locis,vbi minores iudices,maiores tamen communibus ponebantur.In 2.ostẽdit ꝙ Archiepiscopi Metropolitani debeant obedire primatibus 2.ibi.Reliquę vero.Plana sunt oĩa.Lege.¶[Prouinciæ ab Apostolis.]Ergo & ante tempus Gelasii,& ante tempus Dionysii distinctæ erãt Parochiæ,vt 10.q.3.nec numerus, &c.14. *Diuisio. Exponit literam .*


& c.13.q.1.c.1. Vnde reprobatur solutio, quæ habetur sup illo c.1.& 2.[Et in capite.]Pendet constructio. Et est ordo sic:[Leges diuinæ].i.ecclesiasticæ iusserunt patriarchas, vel primates esse in capite prouinciarum.¶ Sed surgit quæstio, cum hic innuit, ꝙ in oĩ prouincia debet esse patriarcha, qd ergo est, quod alibi dr̃, ꝙ tm̃ sunt, quinque patriarchæ vt d.22.c.vlt. Respõdet, ꝙ maiores, & principales sunt tm̃ quinque. Sunt tñ, & alij Minores, qui impropriè dicũtur patriarchæ, vt Aquileien. Grandensis. Bituricen. & Pisonus, vbi. s. in capite prouinciarũ[primates].i.Protoflamines, ad quos primates confugere non poterunt pp difficultatem itineris. Hu.[vnam formam].i.dignitatem habent. Idem dr̃ patriacha, & primas, licet hæc nomina sint diuersa, eandem tñ dignitatem designant Hu.[reliquæ]2.pars.[communibus].s.episcopis suffraganeis habent iurisdictionem super eos[iuste].i.iniustis mandatis supra di.55.nullus, & 2.qõ.7. quapropter alias obedire non tenetur.11.q.3.nõ.n.& c.qui resistit. Hu.& Arc. Hic aperte colligitur,†ꝙ Metropolitani subsunt primatibus, vnde ab istis appellatur ad eos, nec in magnis licet istis procedere sine concilio eorum Ar.10.q.3.conquestus & 6.q.4.si inter & d.65. de persona Hu. multi tamen sunt patriarchæ, qui nullum habent Archiepiscopum sub se, vt Aquileien.& Granden.[Achiepiscoporum] subdisiunctiue tenetur. Idem.n.est Archiepiscopus, & Metropolitanus supra d.21. cleros. contra ibi soluitur Hu.

Ad secũdum — Respondet — 1



VLli. Subiũgit Magister hoc c. ꝙ ẽ Anitij Papæ. Ne aliquid arroget sibi nomẽ, quod dignitati suæ cõuenit. Et diuiditur in duas partes. In 1.statuit, ꝙ nulli Archiepiscopi vocentur primates, nisi qui primas sedes, maximas.s.in capite prouinciarum tenent. Vel primas.i.institutas ab apostolis. In 2.excipit.s.vbi tantũ populorum multitudo cresceret, vt plures primates constituendi venirent.2.ibi. Nisi aliqua. Plana sunt omnia. Litera patet.

Diuisio.



PRimæ sedis. Tertia pars. hoc c. est ex cõcilio Africano, vbi statuit de patriarchis, ꝙ primæ sedis.i.patriarchalis episcopus nõ nominetur princeps Sacerdotũ, aut summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi.i.aliqua alia appellatione, quæ in canone non inuenitur ei concessa. Istud statutum non potest extendi ad Romanum pontificem. Tum, quia concilium Africanum non potuit, cum esset particulare disponere de appellatione Romani pontifici. Tum secundo, quia papa sæpe in canone appellatur, & princeps sacerdotum, & summus sacerdos, vt tangit gl.& Hu.


Vniuersalis §. est, in quo ponit, ꝙ Romanus pontifex vniuersalis non appelletur.

1 *Papa an possit licite vocari patriarcha vniuersalis.*



NVllus patrarcharum. Ad hoc probandum inducit Magister duo capitula, hoc Pelagij papæ, & sequens, quod est Gregorij. Pro quorum intellectu quæritur.¶†Vtrum papa licite possit vocari patriarcha vniuersalis. Et vr̃, ꝙ non ex p̃senti & c.se. In oppositum arguitur ex multis. Primo, quia papa est vniuersalis pater oĩum fidelium, vt patet.¶ Secundo, est vniuersalis pastor oĩm ouium, Christi Ioã. vlt. pasce oues meas, inter has, & illas nõ distinguẽs, sed vniuersas cõmendat, vt Aug.& Ber.& Chrysostomus exponunt, vt supra di.96. notauimus in c. cum ad verum.¶ Tertio dictum est Petro. Quodcunque ligaueris, nihil excipiendo Matt.16.& extra de maio.& obe. solitæ.¶ Respondeo dicendum ꝙ papa veraciter põt dici patriarcha vniuersale, vnde in cõcilio Calcedonẽsi acclamatum est Leoni papæ vita Leo sanctissimus cœcumenicus patriarcha.i.vniuersalis. Item multi summi pontifices scribentes se vocauerunt hoc nomine, sicut B.Sixtus. S.Victor, S.Eleutherius, quorum epistolas legimus, & fecimus mẽtionem in li. nostro, de ecclesia circa 18.c.2. libri. Nunc dicendum est ad capitula inducta in oppositũ iuxta S.Tho. in tractatu suo contra impugnantes religionẽ, ꝙ papa se prohibet nominari vniuersalis, nõ quia nõ sit pastor, & rector, & caput vniuersalis Ecclesiæ vniuersalis pastor oĩm ouium Christi, aut ꝙ non habeat iurisdictionẽ, super oẽs fideles, sed prohibet. Tum pp humilitatem. Tũ quia non præficitur cuilibet particulari ecclesiæ, vt propriꝰ & specialis illius ecclesię rector, & immediatus administrator, sic.n.cessarent omnium aliorum pontificum potestates, vt in prædictis capitulis arguitur. Le.¶[Nullus vniuersalis].s.tanquam proprius, & immediatus administrator cuiuslibet particularis ecclesię, sic.n.bene sequeretur, quod subiungit[derogatur].i.subtrahitur, subtraheretur.n.sic potestas, & omnium aliorum prælatorũ. Ar. ꝙ papa per suũ, mandatum non vult derogari iuri alicuius 25.q.2.quod vero dictis 11.q.1.peruenit gl.[debitum honorẽ]Quia si alicui attribuit vniuersum modo supra exposito, nihil alijs relinquit[indebitum].i.vltra debitum, ꝙ nõ est faciendũ H.

Quæstio. 1 — Primũ ar. — Secundũ ar. — Tertiũ ar. — Respondet. — S.Thomas. — Exponit literam.



ECce in præfatione. Ad idem est, hoc c.B.Gregorij. Et diuiditur in duas partes. In 1.narrat, qualiter vocauerit eum vniuersalem. In 2.prohibet, & assignat rõnem.2.ibi. Quod me peto. Oĩa ex prædictis patent, et de se, quia plana.¶[In præfatione].i.salutatione Hu.[qa vobis.]Subtrahitur quia si papa dicitur vniuersalis modo exposito in præcedẽti capitulo, videlicet tanquam immediatus administrator cuiuslibet ecclesiæ, cæteris nihil relinquitur, vt possint dici patriarchæ, vel primates. Negat se hoc esse, s.vniuersalem, vel aliquid de vniuersitate, quia eo ipso, ꝙ me dicis vniuersalẽ, negas te esse de vniuersitate, quia si ego sum omnia, tu es nihil. Et est ar. quod de vno dicitur, de altero negatur. quod.n.vni generaliter, vel specialiter attribuitur, ab alio remouetur Ar.di.45.disciplina & 23.q.4.forte Hu.

Diuisio. — Exponit literam.

¶ *Distinctio Centesima.*

3 *Patrarchæ, siue primates, & Archiepiscopi an teneantur recipere pallium ab apostolica sede, quod sic nu.2.*
3 *Pallium quid sit.*
Et quid significet nu.4.
Nec debet dari, nisi cum instantia petenti nu.15.
Nec potest alteri accommodari. nu.12.
Et quod sit locale nu 13.
Et sub qua forma tradatur nu.19.
5 *Pallium Archiepiscopi, quare dicatur sumi de corpore sancti Petri.*
Et non debet pro eo aliquid dari, recipi, siue promitti nu.6.
6 *Pallij authoritas, quæ sit. & nu.17.*
Et quando, & vbi sit portandum.10.11.
7 *Metropolitanus non potest deferre ante se crucem, ante obtentum pallium.*
8 *Patriarcha, ante obtentum pallium à papa, non potest pallium suis suffraganeis Archiepiscopis dare.*
9 *Papa vbique, & semper vtitur pallio.*
14 *Electus in Archiepiscopum confirmatus & consecratus debet tere pallium infra tres menses computandos à tempore confirmationis, & nu.3.c.seque.*
18 *Priuilegium nouũ semper debet dari cum pallio, vel antiquũ renouari.*



EPiscopos. Hic incipit, & intitulatur d.100. quæ sic iuxta Hu.& gl. continuatur ad superiora. Quia in præcedenti dis. fecerat mentionem de primatibus, & Archiepiscopis, & eorum dignitas vr̃ esse imperfecta sine pallio, vt extra de ele. significasti. Ideo nunc spãliter tractat de pallio, ostendens, ꝙ nisi habeant pallium, nõ possunt episcopalia officia exercere. Et diuiditur in 5.partes. In 1.ostendit ꝙ primates, & Archiepiscopi debent habere pallium, alias non liceret eos consecrare episcopos. In 2.ostendit infra, quot menses debent illud petere, quia infra tres menses. In 3.quibus dandum sit, quia bene meritis. & instanter petentib. In 4.quo tpe sit eo vtẽdum, s.tm̃ in celebratione missæ, nisi spãli priuilegio aliud sit cõcessum, vt alio tpe vti possit. In 5.qualiter sit dãdum.s.cum collatione noui priuilegii, vel renouatione veteri.2.ibi. In prĩo c.qm̃.3.ibi. Prisca.4.ibi. Pallium 5.ibi. Rõnis ordo.¶ Pro pleniori intelligẽtia totius huius di. in qua de pallio fit mẽtio quæritur.¶ Vtrũ† patriarchæ, siue primates, & Archiepiscopi teneantur ab apostolica sede recipere pallium. Et videtur, ꝙ non

Diuisio. — Quæstio.

Primū ar. non.Primo sic.Præfati prælati non tenentur habere palliū: ergo,&c.Consequentia est bona.Antecedēs probatur, qm̄ tale ornamentorum,aut vestimentorum genus non videtur fuisse in antiqua lege,à qua tam Sacerdotium,quam pō tificium forma vestium & ornamentorum præcessit, vt dicit Hugo de sancto Victore.

Secūdū ar. ¶ Secundo sic.Pallium significat plenitudinem pontificalis potestatis extra de authoritate,& vsu palli.ad honorem.Aut hoc intelligitur de potestate ordinis.& tunc hoc non,quia cū non sit amplioris ptātis patriarcha,& Archiepiscopus,quam Eps,ergo sequitur,ꝙ si episcopi non tenentur tenere pallium,ꝙ nec alij.Aut intelligitur de potestate iurisdictionis,tunc cum solus papa habeat plenitudinē ptātis,vt 11.c.qui se scit.& in c.decreto 2.q.6.sequitur,ꝙ solus ipse debet habere palliū.

tertiū ar. ¶ Tertio sic Archiepiscopus consecratus absq; pallio potest oīa facere,quæ palliatus,ergo frustra suscipit pallium. Consequentia est bona,& antecedens patet,qm̄,si ante pallium consecrat epm̄. Si confert ordines,consecratum est.

Opponit & Respōdet. ¶ In oppositum est distinctio ista per totum. ¶ Responsio.Pro pleniori intelligentia oīm,quæ dicuntur in hac dist. veniunt hic

Primus art. in summa 5.articuli declarādi.Primus de debito,quare primates,& Archiepi debent suscipere palliū.Scd̄s est quid sit palliū,& de significatione eorū,quæ sunt in pallio.Tertius est de autoritate pallij.Quarto de vsu pallij.Quintus de petitione pallij.Sextus de forma tradendi.Circa primum articulum sit ista conclusio.

2 † Conuenienter institutum est,vt primates,& Archiepiscopi suscipiāt pallium ab apostolica sede.Probatur conclusio sic.Primates,& Archiepiscopi susceperunt vltra alios prælatos,s.episcopos aliquam excellentiam honoris ab Apostolica sede,ergo conueniēs fuit,vt ēt ab ea suscipiant ornamenta designantia dignitatē illam.Pallium.n.spālem dignitatem,& honorem designat vt infra e.c.Prisca.& in c.contra.ante finem.

Hu. de S. Victore. Dicit.n.Hu.de sancto Victore libro de sacramentis, ꝙ pallium significat torquem auream, q̄ solebant legitime certantes accipere, de qua Prouerb.1.Audi fili mi disciplinam patris tui,& ne dimittas legem matris tuæ.vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.Sicut aūt torques,siue brauium non dabatur,nisi legitime certanti,iuxta illud Apostoli.Nemo co

2.Ti.2.a ronabitur,nisi,qui legitime certauerit.Ita ad honorē pallij nemo accessurus est, nisi, qui in singulis honorum gradibus legitime prius insudauerit.

¶ Secundo,conueniens fuit,& est,vt Archiepiscopi suscipiant pallium,vt intelligāt vt,sicut augmento bonorum alios excellunt,ita alios ornamento actionis excellere debent.Ista rō tangitur infra eo.

Grego. in c.rōnis ordo vbi sic dicit Gregorius.Rōnis ordo admonet,vt cultui vestium,actionis quoq; ornamenta cōueniāt.

¶ Tertio ostenditur conuenientia conclusionis ex eo, ꝙ sicut Archiepiscopi honore distinguuntur ab episcopis, ita etiam distinguantur ornamento aliquo honoris, & hoc est pallium. Ea enim quæ exterius geruntur in ministris ecclesiæ sunt signa interioris potestatis.

Secūdus art. ¶ Circa secundū articulum est notandum,ꝙ pallium est de candida lana contextum,habens desuper circulū humeros contegētem, & duas lineas ex vtraq; parte, videlicet ante, & retro pendētes.A sinistris est duplex,& à dextris simplex.Et quatuor cruces purpureas ante,& retro,à dextris,& sinistris,& ante & retro infiguntur à pallio tres acus,quorum nullum va-

Alex. de Halis. cat à ministerio,vt dicit magister Alex.de Halis in quarto. Et oīa moralib.sunt imbuta ministerijs,& diuinis grauida

4 sacramentis,vt dicit Guiliel.in rōnali.† In lana vero asperitas,in candore benignitas designatur. Nam ecclesiastica disciplina erga rebelles, & obstinatos seueritatem exercet. sed erga pœnitentes,& humiles exhibet pietatem,propter quod de lana,non cuiuslibet animalis,sed ouis tantum efficitur,quæ mansuetum animal est. Isa.53. Tanquam ouis ad occisionem ductus est, &c. Quo significatur mansuetudo summi pastoris,scilicet Christi. Item illud de vili materia.s.lana est,vt habeat pretium non à se sed,ab eo, quod signatur in se,vt non oculis,sed mente spectabile sit, vt nō ad ornandum,sed ad significandum indui intelligatur. Circulus pallij, per quem humeri constringuntur, est timor dn̄i,per quem opera coercentur, ne vel ad illicita defluāt, vel ad superflua relaxentur,qm̄ disciplina sinistram cohibet ab illicitis formidine pœnæ.Dextram vero temperat à superfluis iustitiæ amore,Beatus vir,qui semper est paui-

Eccle. 1. dus.Prouerb.28.iuxta sententiam sapientis.Timor domini peccatum expellit.Qui vero sine timore consistit,iustificari non poterit.ecclesiast.7.dr̄.Qui timet Deum nihil negligit.Ideo ēt circulus pallii sub collo humeros constringit ad notādum,ꝙ illud ferens debet esse idem corpore,& sermone.Quatuor Cruces purpureæ quatuor virtutes politicas designant,quæ sunt iustitia,fortitudo,tēperantia,& prudentia,quæ nisi crucis sanguine purpurētur, falsum sibi nomen virtutis vsurpant,& ad veram beatitudinis gloriā non perducunt,vnde Matth.5. Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam scribarum,& Pharisæorum,non intrabitis in regnum cęlorum.Is ergo,qui pallij gloria decoratur,si cupit esse,quod dr̄,in anteriori parte debet habere iustitiā,vt reddat vnicuique,quod suum est.In posteriori prudentiam,vt caueat,quod cuiq; nocuum est,fortitudinem a sinistris, vt eum aduersa non deprimant. Temperantiam à dextris,vt eum prospera non extollāt.Duæ lineæ,quarum vna ponitur ad dorsum,& altera ante protenditur ante pectus,actiuam ac contemplatiuam vitam designant,quas ita debet prælatus exercere,vt exemplo Moysi nunc in montem ascendat, & ibi necessitatibus populorum.Exod.19.prouisurus attētius,vt cum sæpe se dedit alijs,& ēt idem se sibi restituat, quatenus, & cum Martha circa frequens ministerium satagat,& cum Maria verbū audiat Saluatoris.Lucę 10. Vtraque tn̄ linea grauat inferius,quia corpus, quod corrūpitur, aggrauat aīam,& deprimit terrena inhabitatio sensuū multa cogitantem sapientiæ 9. Quapropter est pallium in sinistra duplex,sed in dextra simplex,quia vita præsens,quæ p sinistrā accipitur,multis est subiecta molestijs,sed vita ęterna,quæ per dextram designatur,gaudio simplici sine molestia aliqua deducitur, quod Lucæ 10.designatur in Martha Martha solicita es,& turbaris erga plurima,porro vnum, est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.Palliū ergo est duplex in sinistra, quatenus ad tolerandas præsentis vitæ molestias prælatus fortis existat.Simplex in dextra,quatenus ad obtinendam vitæ futuræ quietem toto suspiret affectu,iuxta Psalm.26. Vnam petij à domino,hāc requiram,vt inhabitem, &c. Tres autem acus,quæ pallio infinguntur,& super humerum,& post tergum designāt compassionem proximi,administrationem officij, districtionem iudicij,quarum prima pungit animā per dolorem secunda per laborem,tertia per terrorem.de prima,secunda ad Cor.11.Quis infirmatur,& ego non infirmor,&c.De 2. 2.ad Cor.11.præter illa,quæ extrinsecus sunt instantia mea cotidiana solicitudo omnium ecclesiarum.De tertia prima Petri quarto. Si Iustus vix saluabitur, impius,& peccator vbi parebunt:Super dextrum non infigitur acus,quia in æterna quiete nullus est affectionis aculeus,nullus stimulus punctionis,quia,vt habetur Apoc.21. Absterget Deus oēm lacrymam ab oculis sanctorum suorum.Mors vltra non erit,nec luctus,nec clamor,nec dolor erunt vltra,qm̄ prima abierūt.Acus est aurea, sed inferius est acuta,& superius rotunda,lapidem continens pretiosū quia nimirum bonus pastor pp curam ouium affligitur in terris,sed in cœlis ęternaliter coronabitur,& pretiosam illam Margaritam habebit,de qua Ma.25.Simile est Regnū cœlorū hoī negotiatori,quærētis bonas Margaritas,& inuēta vna pretiosa Margarita,&c.Et hoc de secundo articu

5 lo. ¶ Sed hic surgit quæstio†. Quare pallium Archiepiscopi dr̄ sumi de corpore sancti Petri.extra de ele. significasti. Quæstio.

Ad hoc respondetur per gl.in eodem c.quæ mouet hanc q̄stionem,quia pallium benedicitur & consecratur super altari B.Petri,& ibi ponitur.Ille aūt, qui vti pallio recipit illud de altari,si est præsens,vel alius pro ipso,si est absens,& sic sumitur de corpore sancti Petri.Hęc glo. Respondet.

6 ¶ Circa tertiū articulum sit ista cōclusio.† Tanta dr̄ authoritas esse pallij, vt antequam ipsum obtinuerit Archiepus non possit epos consecrare,vt infra e.Qm̄ nec conuocare ad cōcilium, nec cōficere Chrisma,nec dedicare ecclesias,nec ordinare clericos,nec ante sortitur nomen Archiepiscopi,vel primatis quamuis sit consecratus ibi,vel alibi.extra de elec.quod facit ēt,si pallium in alio Archiepiscopatu habuisset.extra de autho.& vsu.pallij c. nisi. Quia nouum palliū oportet petere.extra de postu.c.bonæ el.2.in fi.Potest tn̄, qn̄ vult missam sine pallio,& sandalijs,celebrare,vt in c. ex tuarum. de autho.& vsu pallij.Pōt tn̄ hmōi consecrationes ante palliū alij committere,dum tn̄ non sit in mora petendi pallium.s. post tres menses extra de off.iud.ord.quod sedes Apostolica.de ele.suffragationis. Prima conclusio.

7 ¶ Secunda conclusio est.† Ante pallium obtentum,nullus Metropolitanus valet ante se crucē deferre, Secūda cōclusio.

8 deferre, sed tm̄ postea. ¶ Tertia conclusio est. † Patriarcha
Tertia conclusio.
ante obtentum pallium à papa, non pôt pallium suis suffra
ganeis Archiepiscopis, dare, quia nemo dat, quod non ha-
bet, sed postea, sic de priuile. c. antiqua. Et tm̄ dictum sit de
Quartus articulus.
tertio. ¶ Circa quartũ articulũ de se vsu pallij fit ista cõclu
Prima conclusio.
9 sio prima, † Papa in signũ plenitudinis potestatis, quę in pal
lio designat̃, vbiq; & semper, pallio vtitur. Patet ista conclu
Secunda cõclusio.
sio extra de authoritate, & vsu pallij c. ad honorem. ¶ Secũ
10 da conclusio † Alii prælati non semper, & vbique, sed certis
locis, & tpibus possunt, vti. Non. n. debet Archiepiscopus,
vti pallio, nisi intra prouinciam. Vel primas infra primatiã
vel Patriarcha patriarchatum. Nec in hoc pôt aliquis allega
re consuetudinẽ, quæ dicẽda est potius corruptela, & hoc,
nisi de papæ indulgentia spâli, & tunc debet eo vti cum cõ
sensu Diocęsani. extra. e. c. ex tuarum. Potest ẽt vt in aliena
Prouincia cum licẽtia Metropolitani, sicut in eodem c. ha
Tertia conclusio.
betur. ¶ Tertia conclu. † Archiepiscopus, nec primas non
11 possunt in sua prouincia vti pallio oĩ tpe. Patet, quia nõ in
processionib. sed in missarum Solennijs tm̄, vt infra e. c. pal
lium, & hoc in festis præcipuis, non ni missis pro defun-
12 ctis extra e. c. vlt. ¶ Quarta conclusio † Pallium est persona-
Quarta cõclusio.
le, accomodari non potest, nec in morte alteri relinqui, sed
debet cum eo Archieps̄ sepeliri extra e. c. ad hoc. ¶ Quinta
Quinta cõclusio.
conclusio. † Palliũ est ẽt locale, quia, si Archiepiscopus trans
13 feratur, pallium remanebit in primo loco, & vterq; Archi
eps̄ nouum pallium impetrabit extra de post. c. bonæ. in fi-
ne. Et hæc de quarto. ¶ Circa quintum. s. de petitione pallij
Quintus articulus.
. s. quo ad tempus, quia in primo articulo dictum est, quare
Prima conclusio.
14 sit petẽdũ. Sit ergo ista cõclusio, quo ad tps†. Qđ electus in
Archiepiscopum, & cõfirmatus & cõsecratus debet petere
palliũ infra tres mẽses computandos à tempore confirma
tionis, si prius erat consecratus, & tunc translatus, & nisi pe
tiuerit, legitimo impedimento cessante, potest accusari de
hoc, & à dignitate remoueri: patet ista conclusio infra c. 1.
Secunda cõclusio.
15 ¶ Secunda conclusio. Circa modum petendi, pallium † nõ
debet dari, nisi cum instantia petenti, & meritis exigenti.
Tertia conclusio.
16 Ista conclusio patet. ĩ. e. d. prisca. ¶ Tertia conclusio † Pro pal
Quarta conclusio.
lio nõ debet aliqd dari, nec recipi, nec promitti. Patet ista
conclusio infra e. di. noui. ¶ Quarta circa modum conce-
Quinta cõclusio.
17 dendi petenti pallium. † Non debet pallium peti, nisi prius
fidem profiteatur, & obedientiam Romanæ ecclesiæ ꝓmit
Sexta conclusio.
tens se seruaturum consilia, & statuta Romanorum Ponti
ficum. Ista conclusio patet infra e. in c. nouit, & . §. causarum
18 & c. optatũ. & de ele. significasti. ¶ Quinta cõclusio. † Quòd
cũ pallio semper debet dari nouũ priuilegiũ, vel antiquũ
reuocari. Patet ista conclusio infra e. ex c. rõnis. ¶ Circa sex
19 tum †. s. de forma trardendi pallium notandum, quod ista vr̃
esse forma, quæ tangitur in gl. in c. ad honorẽ extra de aut.
& vsu pallii. vbi sic dr̃. Sub hac forma verborũ traditur pal-
lium ad honorem Dei omnipotentis, & Beatæ Marię vir
ginis, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & domini
nostri Papæ. N. & ecclesiæ Romanæ, & ecclesiæ talis tibi cõ
missæ, tradimus tibi pallium de corpore B. Petri sumptum
in plenitudinem Põtificalis dignitatis, vt vtaris eo intra ec
clesiam tuam, certis diebus, qui exprimũtur in priuilegiis
ecclesiæ tuæ concessis à Romana ecclesia infra eo. c. vlt. Et
sunt hi. Natiuitas dñi, Festiuitas sancti Io. & sancti Stephani
in circũcisione, In Epiphania. In ramis palmarum. In cęna
dñi. In sabbato sancto. In tribus diebus Resurrectionis. In
octaua Paschæ. In pentecoste. In festiuitate Ioã. Baptistæ, &
omnium Apostolorum. In dedicatione ecclesiarũ. In prin
cipalibus festiuitatibus ecclesiæ suæ. In ordinationibus cle
ricorum, & consecrationibus eporum, & in die Anniuersa
rij consecrationis suæ, siue ecclesiæ. Hęc ibi, & hæc de sexto
articulo. ¶ His habitis dicendum est ad rationes in opposi-
Ad primum argu
tum. Ad primam respondetur, negando cõsequentiam, qm̄
multa sunt in nouo sacerdotio, quæ non fuerunt in veteri,
sicut patet de Patriarchis, Primatibus, & Archiepiscopis, q̃
dignitates sumptæ sunt magis à gentilib. ¶ Secũdo rñdetur
iuxta S. Tho. in 4. d. 24. negando antecedens, ꝙ pallium suc
cedit loco sup humeralis. Et ita in superhumerali figuratũ
erat. ¶ Ad secundam respondetur iuxta S. Tho. ꝙ Archiepi
S. Thom. Ad secũdũ.
scopus licet nõ habet gñe aliam potestatem, quam eps̄, sed
eandem habet tamen ampliorem. Et ideo ad significãdum
hanc perfectionẽ datur sibi pallium, quo vndiq; circunda-
tur. Quia vero summus põtifex hẽt vniuersaliorẽ. Ideo ip-
se solus, sicut dictum est, semper, & vbique pallio vtitur, nõ
aũt archiepiscopus, vt in c. ad honorem, extra de author. &
vsu pallij. ¶ Ad tertiam respondetur, negando consequen-
Ad tertiam.
tiam. dicimus. n. ꝙ licet possit facere de facto, non tñ de iu-
re. Et ideo venit deponendus, si fecerit, vt dicetur infra pri
mo c. sequen. Licet minus euidenter, imo satis euidẽter, col
ligitur ex c. Hug.


1 *Archiepiscopus, si non obtento pallio, cõsecret episcopos, an sint consecrati.*
2 *Episcopi comprouinciales non possunt consecrare episcopum sine mandato Archiepiscopi.*
4 *Electus si post quinque menses distulerit per noctem, aut per diem, an debeat puniri.*


Voniam. Hoc est primum c. ꝙ inducit
magister Gratia. ad probandũ
Diuisio
quod dicit in. §. & est c. hoc Pelagii Papæ, & cõ
tinet in se duas cõclusiones, s̄m quas diuiditur
in duas partes. In 1. ponit, ꝙ, si Archieps̄ vltra
tres menses distulerit petere pallium, debet priuari digni-
te sibi commissa. In 2. ꝙ si electus in ep̄m, distulerit conse-
crari vltra quinque mẽses, debeat cedere, & nec ibi, nec ali
Exponit literam.
bi postea consecrabitur. Secunda ibi. Si vera. Plana sunt oĩa
& clara. Lege tex. ¶ [Qm̄ fidem suam]. i. fidelitatem, vel ẽt
Symbolum gl. [detractantes]. i. deferentes, & subterfugien
tes Hu. & Arc. [nec petunt] Et ideo nec percipiunt, quia nõ
1 datur, nisi petenti. Hu. & Arch. [ac per hoc] Quia Archip̄s si
Quæstio. Respõdet.
ne pallio epos consecrare non debet. ¶ Sed surgit q. † Quid
si Archieps̄ non obtento pallio, cõsecret ep̄os. Rñdetur iux
ta. Hu. ꝙ consecrati erunt, licet sint deponẽdi cum eo, quia
contra canonem sunt consecrati ab eo ante acceptum pal
liũ. Probatur ista rñsio ex eo, qa dũ primo erat simplex eps̄,
cũ duobus aliis poterit cõsecrare ep̄os, multo magis fortius
factus Archeps̄ poterit cõsecrare cum duob. vel trib. aliis.
Quæstio. Respondet.
¶ Sed hic adhuc surgit. Quare ergo fuit ꝓhibitum. ¶ Re-
spondeo iuxta Hu. ꝙ causa huius prohibitionis fuit, quia si
ante liceret ei ptãtem suam plenarie exercere, à Deo negli
gẽs esset, ꝙ nunquam peteret pallium, cum ex eius petitio
ne, & acceptione non modicum grauaretur, & emolumen
tum, vel honorem modicum, vel nullum sentiret. [Ep̄orũ
Quæstio. respondet.
consecratio.] Idem ius est de ordinatione clericorũ, & con
secratione ecclesiarum. [ꝓ tela.] Sed surgit quæstio, quæ
ẽt tangitur in gl. † Nonne ep̄i comprouinciales possunt eos
consecrare. Rñdetur, ꝙ nõ sine mãdato Archiep̄i. Tũ, quia
ecclesia non vacet Archiep̄o, ipse aũt hoc mandare nõ pôt
nec dare authoritatem faciẽdi hoc aliis, cum alijs inhibea
tur hoc facere, quia sic facerent fraudem iuri, ꝙ ꝓhibetur.
Vnde nũquã peteret palliũ, sed semp aliis iniũgere, cõsecra
tionẽ, si hoc sibi liceret. [ꝑ tres] A die cõsecratiõis, vel cõfir
mationis ante erat eps̄ H. [careat]. i. post tres mẽses depona
tur ipso iure, sed per sñiam coram Iudice. Nam coram Pa-
pa, vel, vbi eius authoritate terminabitur hæc causa, si accu
setur de hoc, ꝙ infra tres menses palliũ non petierit. Et cre
do, ꝙ nõ deponetur, nisi ab ep̄ali dignitate, qa nec ibi nec
alibi postea erat eps̄, vel Archieps̄, vt sequitur de electo in
Quęstio. Respõdet.
ep̄m Hu. & Arc. [Sed quia licentia]. i. facultas [aliis Metro-
politanis vicinis. ¶ Sed hic surgit quęstio. Nonne Suffraga
nei possunt ordinare comprouinciales ep̄os ẽt soli tres, vt
d. 64. ꝑ totum. Ad hoc rñdetur iuxta Hu. ꝙ forte nulli erãt
ibi ep̄i consecrati, nisi vel duo, vel vnus tm̄, vt d. 65 si forte
Vel dicendum, ꝙ ad verecundiam, & ignominiam Archi-
ep̄i fit hoc, minus. n. curaret, si sui, facerẽt, quam si extranei
deberent ordinare suos. Ista videtur melior sentẽtia, & fuit
Io. de Fan
Io. de Fant. vt dicit Arc. [ecclesiis commonitionem] ep̄orũ.
Hu. [cum consilio]. i. spâli mandato, quia cum aliquid man
datur subditis, vel æqualib. contra maiores, vel æquales, nõ
debent illud facere sine authoritate maioris Hu. [Si vero]
secunda pars [negligentia.] Nã, si necessitate esset aliud, tunc
. n. posset deferri ad annum, vel plus, vt 7. q. 1. constitutum,
& d. 65. qm̄ quidam Hu. [Tres menses] à die electionis, vel
Diuisio.
potius confirmationis enumerandos Hu. [viduata] Nõ sim
pliciter, sed, quo ad quid, quasi, non quia careat prælato,
sed, quia non habet episcopum ad ordinem, & vnctionem
episcopalem, qui habetur in consecratione secundum Hu.
[communione priuetur] statim post tres menses. [quousq;
aut credat authoritati.] Non. n. semper clericus ad primam
ostensam deiicitur Ar. d. 47. episcopus, & 13. q. 2. clerici. Vn
de datur ei hæc optio, vt ad duos mẽses post alios tres præ
cise debeat cedere, vnde sequitur. [Quod si vltra quinque
menses]

menses]A die electionis,vel potius confirmationis. ¶ Sed
Quæstio. hic surgit duplex quæstio.Prima est.Quare epo dantur qnque menses,& per decretalem,& extra de transa.inter cor
poralia.additur vnus de gratia,& ita dantur sex ad consecra
3 tionem antequam remoueatur.† Et Archiepiscopo ad petendum Pallium non conceduntur,nisi tres menses.Ad hæc
Respõdet. respondetur iuxta Hug.ꝙ ideo fit,quia pluribus imminet periculũ in mora Metropolitani, quam epi, quia ille multis,iste soli vni ecclesiæ prouidere debet. Et quãto alicuius negligentia magis nocet ecclesiæ, tanto citius eius cõtumaciæ est obuiandum Ar.11.q.3. in cunctis . Et ideo seuerius cum Archiepo,quam cum epo agitur,licet alij dicant,ꝙ tñ
4 spatiũ conceditur vni,quam alteri.¶Secunda qõ est.†Vtrũ si electus post 5.menses distulerit per noctẽ aut diẽ,debeat plecti hac pęna.Rñdetur,ꝙ nõ ẽt si p paucos dies distulerit nisi eius fraus aperte deprehendatur. Ar.de pę.d.1.cogitatiõnis.Et rõ est,quia mora modici tẽporis non trahit ad se periculum ẽm Hu.[negligentiam.] Secus,si haberet iustam causam,ꝙ dic, vt legitur,& no.75.d.qm Arc.[consecrationis.]epalis Hug.[cedat] Recedat,& abrenuntiat, & ad hoc sufficit solus Metropolitanus,cum adhuc non sit eps, & cũ hoc specialiter concedatur à papa,imo sine oĩ mandato papæ,si electus in episcopũ,& confirmatus in examinatione ordinis inueniatur reprobãdus,repellitur.alij dicũt[cedat] .i.deponatur,qa deponi põt à Metropolitano.Sed melius videtur primũ,qa hæc nulla est depositio,vel presbyteri,vel epi.Non.n.iste deponitur,sed non cõsecrabitur in epm hic vel alibi,sed officium sacerdotis ideo non amittit ẽm Hu.

1 *Præces instanter porrigens pro pallio,an possit notari de ambitione,aut simonia.*

2 *Pallium,quod debeat peti instanter quare sit institutum.*



Risca. Hic incipit tertia pars.In qua dr,ꝙ palliũ nõ detur,nisi benemeritis, et fortiter postulantib.Breue est.Lege te.¶[Fortiter].i.
Exponit literam. instanter postulantib. ¶Sed hic surgit quæstio,
1 quæstio. quam mouet ẽt gl. †Vtrum talis præces instanter porrigẽs
Respõd. pro pallio,possit notari de ambitione,aut simonia. ¶Rñdetur,ꝙ non,rõ est,quia ipse postulat adimpleri accessorium & sequelam suæ consecrationis. Ar.8.q.3.Artaldus. Vnusquisq; tñ cõsulat suam cõscientiam, & caueat,ne in ipsa postulatione simoniam committat,ẽm Hu.Vel ideo nõ venit notandus de ambitione,quia,vt dicit gl.cum quis vtitur iure suo,prodest.Et instantia,de pę.di.1.importuna 72.di.c.
Quæstio. 2 1.Sed iterum surgit alia quæstio.†Quare est sic institutum,
Respõdet. vt sic instanter petat pallium. Respondetur,ꝙ,cum hoc sit speciale insigne suæ dignitatis, quia cũ hoc signo discernitur ab episcopis, non debet inueniri negligens in eo petendo,secundum Hug.

Nouit. Palea est in qua remouetur antiqua consuetudo,& pessima,quia simoniaca,vel saltem speciem habens mali Hug.

Causarum. Subiungit hunc.§.Gratianus, quia dictum erat in præmisso.c.s.prisca,Causarum exigentib.meritis,ostendit,qualiter intelligere,& interpretari debeamus merita causarũ pænæ.Ideo dicit hoc, quia forte alicui erat specialiter indultum,vt alias eo veteretur,vt infra e.contra morem Hug.



Ptatum. Sequitur hoc capitu.Papæ Ioannis,in quo denegat pallium cuidam petenti, quia non sufficiẽter expresserat in litera sua fidei suæ professionem. Vnde põt
Diuisio. diuidi ĩ quatuor rões,siue causas negationis de quib.videbitur in discursu literæ,&c. Lege
Exponit literam. textum.¶[Optimũ.]Ex hoc c.colligitur,quid in acceptione Pallij debeat facere eps,quæ nos supra in principio huius distinctionis in 4.articulo notauimus. Videlicet debet ꝓfiteri articulos fidei,& profiteri se seruaturum quatuor Concilia vniuersalia,& decreta,siue mores pontificum,& hoc totum,per se,vel per alium iuramentũ firmare.[Optatum]A te,vel à nobis tibi cõfiteri.Hu.[Nequiuimus] De iure non debuimus, non.n.dr posse fieri, quod iure non fit [tuæ fidei]Prima causa.s.de tua fide,qualiter , & quid sentias de articulis fidei.Hu.& Arc.[minus contineri] Argu. Quod ex quo plura exiguntur in aliquo,totũ annullatur,si vnum defuerit,quia non sufficit aliquid pro parte gẽri,nisi
1 totum fiat Ar.d.38.quę ipsis,& 7.q.1.nihil,& est Ar.contra instrumenta,& rescripta minus, quam debent,continẽtia Hu.& gl.[cum videlicet]Secunda pars[symbolum] Ad literam,vel collectio eorum,quæ à nobis credenda sunt,vt di. 15.canones.Sicut sancti Hu.[constitutorum].i.constitutionum[feceris mentionem]De eis seruandis Hu.[nec illam] Tertia causa[subscriptione propria] Quæ necessaria est in literis Legatorum,& instrumentis alienationis,vel concessionis rerum Ecclesiastic.& est Ar.cõtra instrumenta,quæ subscriptione carent[nec aliquem]Quarta causa.Potest quidem iurari per alium,vt 17.quæst.4.intuentes,& dist. 63.tibi Domino.



N ea. Sequitur adside c.hoc B.Gregorij.Quia .n.supra dictum fuit in c.prisca.e.dist.ꝙ pallium non detur,nisi bene meritis,nunc præcipit Gregorius,vt non detur nisi,quæ illicita sunt remoueat de ecclesia sua,si quæ fuerint merito remouẽda.
Et potest diuidi in duas partes.In prima committit epo Remigio interesse Concilio.In secunda iniungit triplex mandatum,sicut videbitur in discursu literæ.secunda ibi.Atque eidem.Lege.tex.¶[In ea.prius]Primum mandatum Arg.ꝙ licita petitio,& cautio,vel promissio põt exigi, vel præstari in datione pallij,& spũalium,antequam dentur,vt,ꝙ nõ dilapidet bona ecclesiæ,nec alienet,& vt celebret diuina,& hmõi,de quibus in gl.& Hu.[per diffinitionem Synodi].i. secundum,ꝙ diffinitur à Synodi.Hu.& Arc.[de qua synonodo]secundum mandatum[discurentibus].i.cito directis Hu.& Arc.[vt ipse]Tertium articulum,vt ipse de eo dicit, cui scribit,& loquitur de eo in tertia persona,cũ hactenus, sit ei loquutus in secunda Hu.& Arch. Diuisio. Exponit literam.



Allium. hic incipit quarta pars huius distincti onis,in qua tractatur de tempore,quo vtendum est pallio.Et dicit,ꝙ non,nisi ad missarum solennia Archiepiscopus vti debeat pallio.Breue est.Lege. ¶[Pallium ad sola]Vt de conse.dis.1.porro. Nisi forte habeat pruilegium vtendi pallio alio tempore, vt in sequenti c.Cum autem dicitur hic,quòd Archiepiscopus possit vti pallio in missa,intelligitur,si ipse eam cantet. alias non.secundum Hu. Exponit literam.

Non multum. Quia palea est cum alljs doctoribus omittemus illud ,&c.



Ontra morem. Capitulum hoc est quod est eiusdem Gregorij,cuius summa est Archieps Rauẽnas vtebatur pallio extra missarum Solennia, scribit ergo ei Gregorius,ꝙ non licet ei hoc facere, cum non possit se defendere priuilegio,qa ipsum nõ habet, nec generali consuetudine,quia cõtra est. Plana sunt oĩa.Lege.¶[Contra morem ẽt iniusta] Quia & si iniuste te corrigeremus,quod absit,tu tñ patienter debes tolerare,quia & si onerosum sit iniustum,quod à Pręlato,& præsertim Apostolico iniungitur,tñ tolerandum est Ar.di. 18.in memoriam.& d.31.ante,& 23.q.1.quid culpatur Hu. & gl.[prope.]Quia forte spãli priuilegio alicui Archiepo indultum erat,vt extra missarum solẽnia pallio vteretur Hu. [tempus].i.solennia ipsum vendicasse.[& cum præceptũ]i. priuilegium apostolicum foret,vulgare est aliquorum, ꝓceptum dr,quo ad alios,qui reuocare non possunt Hu.[annexum].i.subscriptum[in subditis].i.inferiori parte tuarũ epistolarum.Præceptum dico continens omnes consuetudines &c.Et no.ꝙ hoc priuilegium generale erat de cõsuetudinibus.[suæ ecclesię].i.priuilegijs concessis à prædecessorib.Romanis pontificibus conseruandis,sed ex hoc priuilegio non poterat sibi vendicare vsum pallij,nisi constaret hoc olim sibi fuisse,vel ecclesiæ suæ spãli priuilegio cõcessum,vnde merito papa exigit ab eo probationem spãlis priuilegij Hu.[Confitemini.]Bene argumentatur.Nam qa dicebat,hoc sibi competere ex priuilegio ex hoc ipso confitebatur,ꝙ non de iure communi.Nam priuilegium priuata lex dr eo,ꝙ aliquid præter ius commune conceditur: ergo eo ipso aliam esse generalis ecclesiæ consuetudinem, fatebatur.Hug. [præceptum].i. priuilegio indultum [Romanæ Vrbis]Ar.Quod nullus nisi apostolicus, potest concedere priuilegium contra ius commune ar.14.q.3.cõquestus.[Oportet a vobis ostendi.]Hoc.n.generale est in oĩbus quæ de iure communi non possidentur ab illis,qui detinẽt vt probent illa sibi competere Hu.Quod,si hoc non ostenditur à te aliquo spãli priuilegio habere vsum pallii extra missarum Exponit literam.

missarum solennia.[Restat, vt postquam.] ¶ Sed hic surgit quæstio. Vtrũ bene argumẽtet. Et vt, ꝙ nõ, qa & si gñali cõsuetudine, aut priuilegio non posset defendi, nihilominus tñ põt particulari consuetudine defendi. Nam particulari traditione nõ regitur ecclesia, vt 11. dist. catholica. Ad hoc aliqui voluerunt dicere, ꝙ papa insufficienter allegat, & iõ dicunt Papã tm̃ de duobus allegare. s. de consuetudine generali, & priuilegio, quia ille eps tm̃ de illis duobus allegabat. Et optime argumentatur, & cõgrue omittit loqui de particulari consuetudine, quia talis particularis consuetudo nõ possit eum defendere ab vsurpatione, quia non posset ei tale ius conferre, particularis nanq; consuetudo non habet locum in his, quæ pertinent ad honorem, sed in his, quæ pertinẽt ad onus. Põt quidẽ onus addere, sed nõ honorẽ acqrere: qa nemo honorẽ sibi sumit, &c. Hu.[decorati] Aliquãtũ notat eũdẽ de extollẽtia, & vana gloria Hu.[humilitas]. Tñ ignari repellunt, vt di. 61. statuimus & 48. di. §. 1. & 25. q. 2. quicũq;. Ar.[argumẽtis]. i. ꝓbationib.[generalitatis vsum] Quia tibi contrarius est Hu.[nõ ex scripto] põt tũm generalis consuetudo esse in scriptis redacta di. 1. consuetudo. sed non ideo minus, valet, ꝙ nõ fit in scriptis redacta, vt di. 1. consuetudo, & di. 11. ecclesiasticarum, & 25. q. 2. institutionis[exẽplũ] sic. n. præsumptio debet in viro coerceri, vt cęteris terreantur. ar. d. 45. sed illud 24. q. 3. ecce Hu.

Quæstio.

Respondet



RAtionis ordo Incipit quinta pars huius di. Et diuidit hoc c. quod est eiusdẽ Gregorij in duas partes. In 1. ponit, ꝙ cum largitione pallij priuilegia aliqua solent ẽt dari. In 2. ostẽdit, ꝙ cũ augmento honoris debet illi crescere solicitudo, & cura circa subditos. Secunda ibi. Sed quoniam. Planum est totum. Lege tex. ¶ [Rõnis ordo]. i. rõnabilis dispositio ecclesiæ[priuilegio] Noua, vel vetera largiri, noua cõcedendo, vel vetera renouando[Sed qm̃] Secunda pars.[excrescere.] Est ar. Quod ad quem spectat honor, ad eum spectat & onus d. 35. ecclesiæ, & di. 40. ante oĩa. cum alijs in gl. [cultui] Per ornatũ vestium ẽpalium designatur eps, & gradus officiorum[ornamenta actionis]. i. bonorum operum. i. per bona opera, quæ per vestimenta designamus, vt dist. 43. sit rector.[Enixius]. i. fortius Arc.[euigilans.] Exemplo illorum, qui erant vigilantes super vigilias noctis. Lucæ 2. [actus]. i. vtilitates. Hu. Vel virtutes Arch.

Diuisio.

Exponit literam.



PAllium. Ad idem subiungitur hoc ca. ꝙ est eiusdem Gregorij, vbi cũ vsu Pallij cõcedit cuidã priuilegiũ legationis sicut eius Prædecessor functus fuerat. Breue est, & planum Lege tex.[Pallium i] Omnia patent dictis, & ista est expositio magis consona literæ.

Exponit literam.



SCriptorum. Ad idem est hoc c. eiusdem Gregorij, quod est bene Le. ¶[Sriptorum ordinatum.] Ex hoc c. & ex illo superiori, qm̃ põt colligi, ꝙ sine scientia Dñi papæ Metropolitanus põt consecrari, vt iã consecratus petat pallium à Papa. Hoc verum credo dicit Hu. Si habet hoc de cõsuetudine, vel spãli priuilegio, vel habet supra se alium primatũ, alias non vt di. 63. quanto vbi hoc melius distinctus reciperes. Hu.[concessisse]. i. concessa confirmasse. Vel proprie cõcessisse, forte illa priuilegia fuerãt personalia & ita cũ illa psona spirauerant. Et ideo opus fuit noua concessione. Si vero fuerũt generalia, ad cautelã tamen fuit opus confirmatione illi⁹ concessionis. Solet. n. plus timeri, quod singulariter pollicetur, quam, ꝙ generali sponsione concluditur disti. 23. cap. quanquam Hugu.

Exponit literam.


¶ Distinctio Centesima prima.



IN vna. Hic incipit, & intitulatur di. 101. & vltima, quæ sic continuatur ad præcedentia. Supra di. 99. mentio facta fuerat de diuisione prouinciarũ per primates. Sed quia similiter ẽt p Metropolitanos diuiduntur, ideo annectit hanc distinctionem, in qua ostendit, qđ in vna ꝓuincia non debent esse duo Metropolitani, ne duo capita vnius corporis videantur monstruosa, licet Imperator diuidat vnam prouinciam in duas pro suo commodo, ponens ibi duos præsides, quod licet ei, vt di. 10. lege. Illud tñ intelligendum est, nisi illa prouincia multitudo fideliũ excreuerit Arg. di. 99. nulli, & 16. q. 1. præcipimus. Nec tũc potest fieri diuisio, vel nouus Metropolitanus constitui, nisi de speciali authoritate Ar. 7. q. 1. inuitationes Hu. & Arc. Et sic patet etiam litera.

Cõtinuatio

1 *Rescriptum principis dicitur sacrum.*
2 *Pragma dicitur causa.*
3 *Iura ecclesiastica non mutantur facto Imperatoris.*



PEruenit. Sequitur ad idem probandum hoc concilio Calcedonen. Et diuiditur in duas partes. In 1. narrat, qualiter fuit relatum sacro Cõcilio, ꝙ quidam episcopi sine autoritate papæ per Imperialem cõstitutionem vnã prouinciam diuiserunt in duas partes. Et ita duo Metropolitani in vna, & eadẽ prouincia inueniebãtur. In 2. ponit contra hoc statutum Concilij. Secunda ibi. Statuit. Lege. ¶ [Peruenit Pragmaticum Sacrũ]. i.
1 Imperiale rescriptum † Sacrum dicitur rescriptum princi-
pis, quod dicitur Pragamaticum. i. cum causæ cognitione
2 inter proceres factum. † Pragma. n. dr causa, quia sine cogni
tione causæ fieri non debet, vñ pragmatica sanctio dr in cõ
sistorio principis ventilata inter Proceres Sacri Palatij Con
stitutio ẽt principis facta cũ cogitatione causæ dr pragma-
3 tica sanctio Hu. & gl. Et ex hoc ar. † Quod facto Imperatoris non mutantur iura ecclesiastica Ar. di. 10. lege. Et est ar. ad quæstionem de legitimatione facta ab Imperatore, ꝙ licet Imperator legitimauerit, vel ad tale consenserit, nõ tñ valet, vel prodest, nisi, quantũ pertinet ad suam iurisdictionem. s. ad successionẽ, & hmõi, sed in his, quæ pertinẽt ad ecclesiasticã censurã nõ valet, vñ talis licite repellitur à ꝓmotione, nisi ecclastica legitimatio interuenit Hu. & gl. [Statuit] scda ps.[attẽtauerit] ꝓpria authoritate, vel principis.

Diuisio.

Exponit literam.

Hactenus. In hoc. §. transitus est, quo dictis dicenda continuantur. Et sic est finis distinctionum. Deo gratias. Amen.

FINIS.


SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS, Apud Hæredem Hieronymi Scoti.
M D LXXVII.

TVRRECR
SVPER
DECRETA
TOM·I·


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm